A

Corrigenda

Parte 1.a fol: 16 col: 2 § interim deleatur, arbitrio iudicis, scribatur, aggiungere remota —

fol: 441 col: 2.a vers: capitulum post verbum statuti scribatur quando id curam admissionis et receptionis imponit ipsi Capitulo

fol: 523 col: 2.a vers: quae praesumptio deleatur adstat, scribatur, etiam locum habet quousque doceatur de contrario —

Parte 2.a fol: 72 col: 2.a ante verba ex rigorosa scribatur ob confidentiam illicitam simoniacam

fol: 205 col: 2.a post verba ac ex conventionali scribatur nec non confidentiali deleatur verbum utraque et sequentia ponantur in plurali n.o

Errores Typographicos per te corrigere dignabitur Lector

Digitized by Google

TOTIVS IVRIS CANONICI COMPENDIVM,

SIVE;

BREVIS SVMMA IN QVINQVE LIBROS DECRETALIVM SACRI CONCILII TRIDENTINI DECRETIS

Accommodata:

In qua Iuris Canonici Primæ Inſtitutiones ſeu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac deciſiue explicentur, & Canonum, Gloſſarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur.

Auctore

IOANNE HONORIO VAN AXEL DE SENY, VLTRAIECTENSI, CIVE ET

Aduocato Romano.

PERMISSV SVPERIORVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Antonium & Arnoldum Hieratos Fratres.

ANNO M. DC. XXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INVICTIS.mo ET POTENTIS.mo ROMAN. IMP.

D. FERDINANDO I

SEMPER AVGVSTO

REVERENDIS.mis SERENIS.mis

ET ILLVSTRIS.mis ELECTORIBVS

COETERISQVE PRINCIPIBVS

&

ADMOD.um REVEREND.is AC ILLVSTRI.bus

ORDINIBVS ET STATIBVS S.ROM.IMP.

DEVOTISSIME DEDICATVM.

Digitized by Google

INVICTISSIME IMPERATOR:
REVERENDISSIMI, SERENISSIMI,
CELSISSIMI AC ILLVSTRISSIMI
ELECTORES AC PRINCIPES,
Domini Clementiſſimi:

IN tanta omnium de Catholico-Romana
Religione recte ſentientium, ob poſtli-
minio quaſi reſtitutam multis locis anti-
quam Religionem, non Germaniæ mo-
dò, ſed & vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ gratu-
lantium lætitia, pietati, qua homo Germanus patriæ
deuinctus teneor, nihil inconueniens facturum me
putaui, ſi inter fauſtas Catholicorum acclamationes
mea quoque vox exaudiatur. Ne verò ea inani cum
ſonitu euaneſcat, ſed ad poſteros conſignata ma-
neat: viſum eſt, AVGVSTISSIME IMPERATOR, REVEREN-
DISSIMI, SERENISSIMI, CELSISSIMI, ELECTORES, AC
PRINCIPES ILLVSTRISSIMI, quod apud Perſas ex more
factitatum, nec ſine grandi piaculo intermitti po-
tuiſſe legitur, cum munuſculo aliquo ad Maieſtatis
Veſtræ, & Celſiſſimarum Dignitatum thronum ac-
cedere, hocque ipſo & lætitiam illam meam, & hu-
milimum in primis affectum, obſeruantiam, ac cul-
tum, quo tantæ pietatis, virtutis, potentiæ ac felici-
tatis, quantus à multis ſæculis non fuit, Monarcham;
tantos

Digitized by Google

tantos Chriſtianæ Reipublicæ Proceres atque Antiſtites proſequi me par eſt, teſtari: longius hic in Veſtras laudes euagari nec loci huius eſt, nec meæ frontis. Ad meum inſtitutum venio.

Præter Iuris Ciuilis ſcientiam, Canonici quoque, atque huius inprimis cognitionem conſeruandæ Reipublicæ neceſſariam eſſe, extra dubium eſt. Quod quidem Ius quùm non minus, quam illud diffuſum ſit: recte quidem atque vtiliter illi feciſſe iudicandi ſunt, qui breues ex eo SVMMAS ſeu COMPENDIA facere allaborarunt. Quum vero horum pleraque temporibus noſtris non plane ſint accommoda, non paucis Canonibus à Concilio Tridentino correctis, immutatis, innouatis; atq; ita Iuris Canonici ſtudioſis ad prima Canonum elementa perdiſcenda, nondum plana & aperta via pateat: rogatus ſum à quibuſdam, tam inferioris, quàm ſuperioris Germaniæ Reu.dis & Illuſt.bus Capitulis ſeu Collegijs, vt Iuris Canonici Compendium, Tridentini Concilij Decretis conforme conficerem. Excuſaui me quidem ob virium mearum tenuitatem, quæ ſcilicet tanto ferendo oneri eſſent impares: ſed poſtquam ab Illuſt.mo & Reuer.mo D. Octauio Bandino, S. R. E. Cardinali Ampliſſimo, & Sacri Collegij Decano, de vtraque Germania optimè merito, vti tam iuſtæ petitioni morem gererem iuſſus ſum, nefas omnino mihi fuit tanti viri aſpernari imperium. Hoc

Digitized by Google

ergo quidquid eſt laboris impiger exhauſi; non quod præ cæteris aliquid præſtare me hoc in genere poſſe crederem, ſed quod præ cæteris id facere iuſſus eſſem.

Hunc meum conatum & laborem, humilimè rogo atque oro, vt Veſtra Maieſtas, INVICTISSIME IMPERATOR, Celſiſſimæ & Reuer.^{mæ} Veſtræ Dignitates, ELECTORES SERENISSIMI, ILLVSTRISSIMI PRINCIPES, atque ORDINES, hilari atque ſerenâ fronte, tamquam, vt ſupra dixi, lætitiæ meæ teſtem, & humilimi affectus, cultus ac deuotionis pignus accipere, meaque ſtudia clementiſſime promouere dignemini. Deum interim ego rogare non ceſſabo, vt bonis omnibus tam temporalibus quàm ſpiritualibus Vos augeat, victorias victorijs cumulet, ac Chriſtianæ Reipub. quam diutiſſime incolumes & florentes conſeruet. Romæ 23. Maij 1630.

Veſtræ Sac. Cæſareæ Maieſtatis,
Veſtrarumque Celſitudinum

Humillimus Seruus.

Ioannes Honorius van Axel I. C.

Digitized by Google

BENEVOLE LECTOR.

LAborioſum, imò difficillimum eſt conſcribere Summam Iuris Canonici conformem decretis Sacri Concilij Tridentini, & adaptatam Imperialibus inſtitutionibus, in qua neceſſe eſt breuiter & deciſiuè plurima deduci, explicari, & Canonum, Legum, Gloſſarum ac Doctorum receptorum auctoritate communiri Textus Concilij Tridentini allegari poſſunt, ſed prohibitæ ſunt Gloſſæ omnes & interpretationes edicto S.ª mem.ª Pij Papæ IV. publicato, ſeptimo Calend. Febr. 1563. cui obtemperaui. Si quid in hac Summa negligentius ſcriptum, vel minus ſufficienter comprobatum iudicaueris, tua emendet induſtria, ego Correctioni Sacroſanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ & cuiuslibet rectius ſentientis, lubens & humiliter me ſubmitto.

Hoc inprimis ſcire te volo, beneuole Lector, Opuſculum hoc ijs præcipue elaboratum eſſe, qui Imperialium Inſtitutionum elementa iam deguſtarunt: quæ hic inculcare vt prolixum, ita nimis tædioſum futurum fuerat. DECRETALIVM Summas ita perſequutus ſum, vt ad S. Concilij Tridentini Decreta, tamquam Cynoſuram ſemper reſpexerim. Quanto vero labore ea res mihi conſtiterit, optime mihi ego ipſe ſum conſcius: ſed & æquum Lectorem id ex ipſa lectione deprehenſurum confido. Tu qualiquali hoc labore noſtro fruere, & Vale. Romæ 23. Maij 1650.

PErlegi Commentarium Nobilis & Clariſſimi I. C.ti Ioannis Honorij van Axel, ſumma breuitate, ſtudio, & eruditione compoſitum, nec in eo quod Catholicæ Religioni, boniſue moribus aduerſetur inueni quicquam: ideoque perutilem omnibus vtriuſque Iuris ſtudioſis exiſtimo ſi prelo committetur. Romæ 11. Decemb. Anni Dom. 1627.

Edmundus Omalius I. C.tus

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatij.

Archiepiſcopus Bellicaſtrenſ. Viceſg.

EGo Auguſtinus Barboſa V. I. D. Luſitanus, Prothonotarius Apoſtolicus, de mandato Reuerend.mi P. Fr. Nicolai Rodulfij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, ſummâ qua potui diligentia, perlegi hanc Summam in titulos Decretalium, Clariſſimi I. C.ti Ioannis Honorij van Axel, in Romana Curia Aduocati, & nihil in ea reperi, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduerſetur; ideo in communem omnium vtilitatem typis mandari poſſe cenſeo. In quorum fidem mea propria manu ſubſcripſi, Romæ hac Die 23. Maij 1628.

Auguſtinus Barboſa.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulfius Ord. Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

Digitized by Google

F

INDEX RVBRICARVM DECRETALIVM, SEV TITVLORVM, in his quinque Decretalium Libris contentorum, ordine Alphabetico congeſtus.

A.

ACcuſationibus, inquiſitionibus & denuntiationibus, *l.5. tit.1.*
Adulterijs & ſtupro, *l.5.tit.16*
Ætate & qualitate & ordine præficiendorum, *l. 1. tit.14.*
Alienatione Iudicij mutandi cauſa facta, *l. 1. tit. 42.*
Appellationibus, recuſationibus & relationibus, *l.2.tit.28.*
Apoſtatis & reiterantibus baptiſma, *l.5.tit 9.*
Arbitris, *l.1.tit.43.*
Autoritate & vſu pallij, *l.1.tit.8.*

B.

BAptiſmo & eius effectu, *lib.3.tit.42.*
Bigamis non ordinandis, *l.1.tit.21.*

C.

CAlumniatoribus, *l 5.tit.2.*
Capellis monachorum & aliorum religioſorum, *l.3.tit.37.*
Cauſa poſſeſſionis & proprietatis, *l.2.tit.12.*
Celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ & diuinis officijs, *l.2.tit.41.*
Cenſibus, exactionibus & procurationibus, *l.3.tit.39.*
Clandeſtina deſponſatione, *l.4.tit.3.*
Clericis peregrinis, *l.1.tit.22.*
Clericis peregrinantibus *l.2.tit.29.*
Clericis coniugatis, *lib 3.tit.3.*
Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda, *l.3.tit.4.*
Clericis pugnantibus in duello, *l.5.tit.14.*
Clerico ægrotante vel debilitato, *l.3.tit.6.*
Clerico venatore, *l.5.tit.24.*
Clerico percuſſore, *l.5.tit.25.*
Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante, *l.5.tit.27.*
Clerico non ordinato miniſtrante, *l.5.tit.28.*
Clerico per ſaltum promoto, *l.5.tit.29.*
Cognatione ſpirituali, *lib.4.tit.11.*
Cognatione legali, *l. 4.tit.12.*
Cohabitatione Clericorum & mulierum, *l.3. tit.2.*
Colluſione detegenda, *l.5.tit.22.*
Commodato, *l.3.tit.15.*
Conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis, *lib.3.tit.8.*
Conditionibus in deſponſationibus, vel in alijs contractibus, *l.4.tit.5.*
Confeſſis, *lib.2.tit.18.*
Confirmatione vtili vel inutili, *l.2.tit.30.*
Coniugio leproſorum, *l.4.tit.8.*
Coniugio ſeruorum, *lib.4.tit.9.*
Conſanguinitate & affinitate, *l.4.tit.14.*
Conſecratione Eccleſiæ vel altaris, *l.3.tit.40.*
Conſtitutionibus, *l. 1.tit.2.*
Conſuetudine, *lib.1.tit.4.*
Conuerſione coniugatorum, *l.3.tit.32.*
Conuerſione infidelium, *lib.3.tit.33.*
Corpore vitiatis ordinandis vel non, *l.1.tit.20.*
Crimine Falſi, *lib.5.tit.20.*

Digitized by Google

Cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum, *l.* 3. *tit.* 44.

D.

DEcimis, primitijs & oblationibus, *lib.* 3. *tit.* 30.
Delictis puerorum, *l.* 5. *tit* 23.
Depoſito, *l* 3. *tit.* 16.
De deſponſatione impuberum, *l.* 4. *tit.* 2.
Digamis, *l.* 1. *tit.* 21.
Dilationibus, *l.* 2. *tit.* 8.
Diuortijs, *l.* 4. *tit.* 19.
Dolo & contumacia, *l.* 2. *tit.* 14.
Donationibus, *l.* 3. *tit.* 24.
Donationibus inter virum & vxorem, & de dote poſt diuortium reſtituenda, *lib.* 4. *tit.* 20.

E.

ECcleſijs ædificandis vel reparandis, *lib.* 3. *tit.* 48.
Electione & electi poteſtate, *l.* 1. *tit.* 6.
Emptione & venditione, *l.* 3. *tit.* 17.
Eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, *l.* 2. *tit.* 15.
Eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, *l.* 4. *tit.* 7.
Eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſæ, *l.* 4. *tit.* 13.
Eo qui ordinem furtiue ſuſcepit, *l.* 5. *tit.* 30.
Exceptionibus, *l.* 2. *tit.* 25.
Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum, *lib.* 5. *tit.* 31.

F.

FEtijs, *lib.* 2. *tit.* 9.
Feudis, *l* 3. *tit.* 20.
Fide inſtrumentorum, *l.* 2. *tit.* 22.
Fideiuſſoribus, *l.* 3. *tit.* 22.
Filijs presbyterorum ordinandis vel non, *lib.* 1. *tit.* 17.
Foro competenti, *l.* 2. *tit.* 2.
Frigidis & maleficiatis & impotentia coeundi, *l.* 4. *tit.* 15.
Furtis, *l.* 5. *tit.* 18.

H.

HÆreticis, *lib.* 5. *tit.* 17.
His quæ vi metuſue cauſa fiunt, *lib.* 1. *tit.* 40.
His quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli, *l.* 3. *tit.* 10.
His quæ fiunt à maiori parte capituli, *lib.* 3. *tit.* 11.
His qui filios occiderunt, *l.* 5. *tit.* 10.
Homicidio voluntario vel caſuali, *l.* 5. *tit.* 2.

I.

IMmunitate Eccleſiarum, cœmiterij & rerum ad eas pertinentium, *l.* 3. *tit.* 49.
Infantibus & languidis expoſitis, *l.* 5. *tit.* 11.
In integrum reſtitutione, *l.* 1. *tit.* 12.
Iniurijs & damno dato, *l.* 5. *tit.* 36.
Inſtitutionibus, *l.* 3. *tit.* 7.
Iudæis & Saracenis, & eorum ſeruis, *lib.* 5. *tit.* 6.
Iudicijs, *l.* 2. *tit.* 1.
Iuramento calumniæ, *l.* 2. *tit.* 7.
Iureiurando, *l.* 2. *tit.* 24.
Iure Patronatus, *l.* 3. *tit.* 38.

L.

LIbelli oblatione, *lib.* 2. *tit.* 3.
Litis conteſtatione, *l.* 2. *tit.* 5.
Locato & conducto, *l.* 3 *tit.* 18.

M.

MAgiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, *l.* 5. *tit.* 5.
Maioritate & obedientia, *l.* 1. *tit.* 34.
Maledicis, *l* 5. *tit.* 26.
Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ, *l.* 3. *tit.* 16.
Mutuis petitionibus, *l.* 2. *tit.* 4.

N.

NAtis ex libero ventre, *l.* 4. *tit.* 10.
Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotijs

Digitized by Google

gotijs ſe immiſceant, *lib.* 3. *tit.* 50.
Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. *l.* 5 *tit.* 4.
Ne ſede vacante aliquid innouetur, *lib.* 3. *tit.* 9.
Noui operis nunciatione, *l.* 5. *tit.* 32.

O.

OBligatis ad ratiocinia ordinandis vel non, *lib.* 1. *tit.* 19.
Obſeruatione ieiuniorum, *l.* 3. *tit.* 46.
Officio Archidiaconi, *l.* 1. *tit.* 23.
Officio Archipresbyteri, *l.* 1. *tit.* 24.
Officio primicerij, *l.* 1 *tit.* 25.
Officio Sacriſtæ, *l.* 1. *tit.* 26.
Officio cuſtodis, *l.* 1. *tit.* 27.
Officio Vicarij, *l.* 1. *tit.* 28.
Officio & poteſtate Iudicis delegati, *lib.* 1. *tit.* 29.
Officio Legati, *l.* 1. *tit.* 30.
Officio Iudicis ordinarij, *l.* 1. *tit.* 31.
Officio Iudicis, *l.* 1. *tit.* 32.
Ordinatis ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui, *l.* 1. *tit.* 13.
Ordine cognitionum, *l.* 2. *tit.* 10.

P.

PActis, *lib.* 1. *tit.* 35.
Parochijs & alienis Parœcianis, *lib.* 3. *tit.* 29.
Peculio Clericorum, *l.* 3. *tit.* 25.
Pignoribus & alijs cautionibus, *l.* 3. *tit.* 21.
Plus petitionibus, *l.* 2. *tit.* 11.
Pœnis, *lib.* 5. *tit.* 17.
Pœnitentijs & remiſſionibus, *l.* 5. *tit.* 38.
Poſtulando, *lib.* 1. *tit.* 37.
Poſtulatione Prælatorum, *l.* 1. *tit.* 5.
Præbendis & dignitatibus, *l.* 3. *tit.* 5. quem autor in quinque partes diſtribuit.
Precarijs, *l.* 3. *tit.* 14.
Presbytero non baptizato, *l.* 3. *tit.* 43.
Præſcriptionibus, *l.* 2. *tit.* 26.
Præſumptionibus, *l.* 2. *tit.* 23.
Priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum, *lib.* 5. *tit.* 23.
Probationibus, *l.* 2. *tit.* 19.
Procuratoribus, *l.* 1. *tit.* 38.
Purgatione Canonica, *l.* 5. *tit.* 34.
Purgatione vulgari, *l.* 5. *tit.* 35.
Purificatione poſt partum, *l.* 3. *tit.* 47.

Q.

QVi Clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt, *l.* 4. *tit.* 6.
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari, *l.* 4. *tit.* 18.
Qui filij ſint legitimi, *l.* 4. *tit.* 17.

R.

RAptoribus, incendiarijs & violatoribus Eccleſiarum, *l.* 5. *tit.* 17.
Rebus Eccleſiæ alienandis vel non, *lib.* 3. *tit.* 13.
Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem, *l.* 3. *tit.* 31.
Regulis Iuris, *l.* 5. *tit.* 41.
Religioſis domibus, vt Epiſcopis ſint ſubiectæ, *l.* 3. *tit.* 36.
Reliquijs & veneratione Sanctorum, *lib.* 4. *tit.* 45.
Renunciatione, *l.* 1. *tit.* 9.
Rerum permutatione, *l.* 3. *tit.* 19.
Reſcriptis, *l.* 1. *tit.* 3.
Reſtitutione ſpoliatorum, *l.* 2. *tit.* 13.

S.

SAcramentis non iterandis, *lib.* 1. *tit.* 16.
Sacra vnctione, *l.* 1. *tit.* 15.
Sagittarijs, *l.* 5. *tit.* 15.
Schiſmaticis, *l.* 5. *tit.* 8.
Scrutinio in ordine faciendo, *lib.* 1. *tit.* 12.
Secundis nuptijs, *l.* 4. *tit.* 21.
Sententia & re iudicata, *l.* 2. *tit.* 27.
Sententia excommunicationis, *l.* 5. *tit.* 39.
Sepulturis, *l.* 3. *tit.* 28.
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum, *lib.* 2. *tit.* 17.
Seruis non ordinandis & eorum manumiſſione, *l.* 1. *tit.* 18.
Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur, *lib.* 5. *tit.* 3.

Digitized by Google

Solutionibus, *l.3.tit.23.*
Sortilegijs, *l.5.tit.21.*
Sponſalibus & matrimonijs, *l.4.tit.1.*
Sponſalibus duorum, *l.4.tit.4.*
Statu Monachorum, & Canonicorum regularium, *l.3.tit.35.*
Succeſſionibus ab inteſtato, *l.3.tit.27.*
Summa Trinitate & fide Catholica, *l.1.tit.1.*
Supplenda negligentia Prælatorum, *l.1.tit.10.*
Syndico & actore, *l.1.tit.39.*

T.

Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum, *l.1.tit.11.*
Teſtamentis & vltimis voluntatibus, *lib. 3. tit. 26.*
Teſtibus & atteſtationibus, *l.2.tit.20.*
Teſtibus cogendis, vel non, *l.2.tit.21.*
Torneamentis, *lib 5.tit.13.*
Tranſactionibus, *l.1.tit.36.*
Translatione Epiſcopi, *l 1.tit.7.*
Treuga & pace, *l.1.tit.34.*

V.

Verborum ſignificatione, *l.5.tit.40.*
Vita & honeſtate Clericorum, *l.3.tit.1.*
Voto & voti redemptione, *l.3.tit.34.*
Vſuris, *lib.5 tit.19.*
Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, *l.3.tit.12.*
Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam, *l.2.tit.6.*
Vt lite pendente nihil innouetur, *l.2.tit.16.*

IOAN.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVÆ IN HAC AD QVINQVE DECRETALIVM LIBROS Summa ſparſim continentur.

Prior numerus Librum, alter eiuſdem Titulum, tertius numerum Marginalem denotat.

A.

ABbas conſtitutionem condere poteſt, l. 1. tit. 2. num. 3. electus & confirmatus ante benedictionem acquirit nomen Abbatis, & eius beneficia vacant, l. 1. tit. 6. num. 28. penſionem imponere poteſt, & quibus, l. 3. tit. 12 nu. 5. ſolus poteſt conſentire penſioni; ibid. num. 8. poteſt priores manuales & monachos reuocare, & quando, l. 3. tit. 35. num. 19. in correctione regulari præfertur Epiſcopo, ibid. nu 30. in Monachos ſæuiens quomodo conueniri poſſit, num. 32. idem ſi iniuſtè quem eiecerit, nu. ſeq. vel aliquem malitioſè Prioratu, adminiſtratione, aut obedientia ſpoliaſſet, ibid. nu. 34. & ſeq. Abbates iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſoli habent vocem deciſiuam, l. 1. tit. 2. nu. 6. omnibus in dignitate conſtitutis Epiſcopo inferioribus præferuntur, l. 3. tit. 31. nu. 1. poſſunt de voluntate & profeſſione virginum Deo dicandarum, cognoſcere & quando, l. 3. tit. 31. num. 20. de Iure communi habent dominium & poſſeſſionem & actiones l. 3. tit. 35. nu. 38. an eis dignitatis ratione mitræ vſus competat, ibid. num 39 & quibus mitris vti poſſint. nu. 40 dum celebrant vtuntur poſtergali tapete, & non Baltachino, aut ſublimiori ſede, ibid. nu. 41. non poſſunt benedicere populo, niſi ex ſpeciali priuilegio Apoſtolico: ibid. num. 42.

Abbates & Prælati non poſſunt facere votum, quo ſe diutius à monaſterijs abſentent. 3. 34 nu. 13. vtentes inſignijs Pontificalibus, vel ex diſpoſitione Iuris communis &c. benedicunt pateras, veſtes &c. 3. 35 num. 43. abſoluunt monachum ſuum manus iniicientem in monachum. ibid. nu. 46. viſitant monaſteria & monachos, 3. 39. nu. 19. & 26. Abbatibus non eſt præfixum certum tempus ad petendam benedictionem, 1. 6. nu. 28. Abbati presbytero quomodo impartienda eſt benedictio, & à quo, 1. 6. nu. 34. & ſeq. ei acquiritur ius in perſonam profeſſi, 3. 12. num. 5

Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ electio quando fiat, & quando electa adminiſtrare poſſit, 1. 6. nu. 36. quando benedictionem petere debeat, ibid. num. 37. benedicta poteſtas, nu 38. Abbatiſſa gaudent diſpoſitis in Abbatibus & monachis, 3. 35. num. 47.

Ablata malè eis quorum fuerunt ſunt reſtituenda, 3. 26. nu 31. quid ſi non inueniuntur, ibid. num 32

Abſens quando habeatur pro præſente & reſidente, 3. 4. num. 25 & ſequent. Abſentes Canonici quando vocandi vel non, 3. 11. num 21. & ſeq. quid ſi pars ſit præſens, pars abſens & Eccleſiæ immineat aliquod negotium, ibid. num. 22

Abſolutio vbi fiat, 1. 24. num. 4. à iuramento quibus caſibus non ſit neceſſaria, 2. 24. num. 36. à quibus concedatur, ibid nu. 35. quomodo à rehabilitatione differat, 1. 3. nu. final. Abſolutio publicæ blaſphemiæ vbi & à quo fiat, 5. 26. num. 8. abſoluto reo datur

exceptio,

Digitized by Google

exceptio, & vnde,2.27.num.34.& ſeq.Abſolutio ratione ſtudij à quo fiat,3.50. num. 15.cui impertienda,5.39.num.49.& an mortuo, ibid.num.52. abſoluti à beneficijs ſuſpenſione, quid conſequantur, 5.35.num.73 abſolutus ob mortis periculum eo ceſſante,quid iuris,5.38. num.30

Abſolutoria ſententia ab excommunicatione qualiter ferenda,5.39. num.45

Accuſatio quid ſit, 5.1.num.1. accuſare qui poſſint, ibid.num.2.& qui prohibeantur, ibid.num.4.5.& aliquot ſequentibus, de iure accuſatoris & accuſati, plura ibid.paſſim.

Actio quando iure ciuili denegatur,denunciatio quoque Euangelica intentari non debet,1.2.num.14. arbitraria datur vim paſſo, 1.40. nu.12. in factum cui detur,1.42.nu.10.contra quem,ibid num.11. Actio & res quando efficiatur litigioſa, 2.16.num.10.& quid ſi alio de iure contendatur,ibid & quid in actione perſonali,num.11.quid in vniuerſali mixta, ibid. num.12.quid in particulari mixta, ibid. oritur ex ſententia, 1.43.num.32. Actionis cuiuſuis duplex eſt cauſa & quæ illæ, 2.3.num.6. in reali ſtatim fit executio,2.8.num.10.quando tranſeat ad ſucceſſores, 2.1.num. 35. actione legis Aquil.tenetur dans damnum culpa leuiſſima,in proœm.num.9.actiones quanto tempore excludantur,2.26.num.12.actiones Chriſtianorum ad quem finem ordinatæ. 1. proœm. num.7

Acta quæ fidem faciant,& vbi,1.43.nu.24.omnia intelliguntur eſſe publica,2.2. num.44

Actor quis ſit & quis reus, 2.1.num.2.forum rei ſequi debet,& quid ſi pluribus locis ſortiatur, 2.2.num.2. contra quem de illegitimitate excipitur coram iudice ſeculari, quid poſſit, 4.17.num.final. tenetur ſuam intentionem probare, deinde reus exceptionem,2.19.num.7. Actoris contumacis pœna, 2.19. num.21.& quæ pœna rei, ibid.num.22.actore de inhabilitate opponente & reo viciſſim, quid Iuris, 2.10. num.8

Actus quilibet introducens malam fidem, interrumpit præſcriptionem,& quando,2.26.num.23. contra prohibitionem legis factus eſt ipſo iure nullus, 1.2. nu.8.idem ſi contra formam legis fiat, ibid. Actus correſpectiui ſiue reciproci, facio vt facias, &c. inducunt ſimoniam,5.3. num.9

Adminiſtratio eſt octauus modus prouiſiuus,& quædam palliata diſpenſatio,3.5.part.4.n.84.adminiſtratione bonorum diuiſa,quid iuris in dignitate & Iuribus Epiſcopalib.& exempla,3.10.n.7. Adminiſtratio bonorum & fructuum quæ ad Epiſcopum pertineat,3.11.num.9.& 10.in monaſterijs ſeu obedientijs quis habere cenſeatur,3.35. num.18

Adminiſtratores piorum locorum &c. ſingulis annis ordinario rationem reddere tenentur,3.36.nu final.

Admiſſus ad cauſam cum clauſula, conſtituto de intereſſe,an faciat litem,2.1.num.6. nec docto de intereſſe, ibid.

Adoptatus ex indulto ſummi Pontificis ſuccedit in feudis Eccleſiaſticis,4.12 num.3.adoptione durante vel etiam finita,impedit & dirimit cognatio legalis matrimonium in linea aſcendente & deſcendente,ibid. num.4.idem in arrogatione,ibid.nu. final. adoptare aliquem poteſt clericus in ſacris conſtitutus, nu.1. non vero religioſus, ibid. num.2

Adulterium committens coniunx, alterum coniugem de eo impetere nequit,5.16.nu.15.& plura ibid. quis in adulterio diſpenſet,1.31.num.33.Adulterium inducit thori ſeparationem, 4.18.nu.12. Adulterum & adulteram Epiſcopus ex officijs excommunicare poteſt,5.16. num.9

Aduocatus vel Procurator patrocinando an ius perdat, 1.38.nu.26. an in cauſis pro reo ad defenſionem citra incurſum irregularitatis interuenire poſſint, 5. 12.nu.16.quid in cauſis Feudalibus, 3.49.num.21

Aegritudo promotum non deijcit,3.6.num.1.& quid ſi temporalis aut perpetua, ibid.num.2.& 3. Aegrotanti Prælato,inuito coadiutor datur,3.6. num.3

Aeſtimatio fit dupliciter & quare,4.20.nu.12.& ſeq. dotis fit dupliciter & quare, 4.20.num.12. & in dubio emptionem facit,ibid. num.13

Aetas requiſita in ſuſceptione ordinum, 1.1.nu.12.quæ in dignitatibus,1.14.nu.1.& 2.quæ in Canonicatibus & portionibus,ibid.num.4.& ſuper ætate quis diſpenſet,ibid.nu.5.quæ in prioratibus,nu.6. Aetas & qualitas Epiſcopi eligendi, 1.6.num.12. quænam requiratur in beneficijs ſimplicibus,3.5. num.19

Affinitas inter adoptatum & adoptantem quæ matrimonium impediat,4.12.nu.5. contracta ex copula ſeu contractu illicito quid faciat, 4.13. num.1.& quid inter aſcendentes & deſcendentes, item collaterales,ibid. vnde oriatur, 4.13.nu.4.quid ſit,4.14. nu.7.& vnde dicatur,ibid.num.8. inter virum & vxorem an contrahatur,ibid.nu.9. inter aſcendentes quamdiu impediat matrimonium,ibid. num.11. inter quos contrahatur,ibid. nu.9.10.& ſeq.

Agere inuitus nemo compellitur,2.1. num.9

Alienatio rei vel ceſſio actionis Iudicialiter facta quando teneat,1.42.num.10.& ſeq. bonorum temporalium

Digitized by Google

lium an Eccleſiæ permiſſa, & quando, 3.13.num.1. quando nulla, nu.2. male alienata repeti poſſunt, nu. 3. & qui repetant, ibid. n.4. & ſeq. Alienationis nomine quæ veniant, 3.13.nu.5. eius contractu ſi Eccleſia læſa ſit, quid iuris, ibid. num.18. & an Canonici abſentes in alienatione rerum Eccleſiæ citandi ſint, ibid. nu.29. Alienatione à reo Iudicij mutandi cauſa facta, quid fiat, 1.24.n.1. & quid ſi ab actore, ib.n.14

Alimenta debentur vxori à marito, pendente lite ſuper diuortio, 4.19.num.2. Alimentatus à tenera ætate ſuum alimentatorem accuſare nequit, 5.1. num.8

Altare duplex, & quale quodlibet ſit, 3.40.nu.16. & ſeq Altaris palla, cathedra, candelabrum & velum vetuſtate conſumpta igni dantur, 3.48.n.24. Altaria à ſchiſmaticis vſurpata, an ſint rebenedicenda, 5.8. num.13

Alternatiua indulgentia à quo & quibus concedatur, 3.5 part.5. num.69

Annus datur ad inchoandam & exercendam Appellationem, 2.28.num.55. Annus promotionis quando currat, 3.5.part.2.num.3. prorogationes eiuſdem à quo peti ſoleant, ibid. num.35. vacationis beneficij quando currat, 3.5.part.2.num.31. & ſeq. à quo eiuſdem concedatur prorogatio, ibid. num.35

Antiquum inſtrumentum aut regiſtrum quomodo recognoſcatur, 2.22.num.41. Antiquiſſima quomodo probentur, 2.22. num.4

Antichreſis an ſit prohibita, 5.19. num.14

Appellatio quid ſit, 2.28.nu.1. quotuplex, ib.nu.6. quæ ſpecies & quid operetur, ibid.nu.ſeq. ab interlocutoria quando admittatur, 2.27.n.5. & tit.28.n.32. à Iudicio Epiſcopi an admittatur, 3.29 n.27. an detur à mandato de exequendo rem iudicatam, & quando, 2.27.nu.final. à ſententia excommunicationis quid operetur, 5.35.nu.23. & ſeq. precedens an annullet ceſſationem generalem aut ſpecialem 5.39.n. 96. Appellationis cauſa in criminalibus cui committenda ſit, 5.1.nu.38. Appellatione pendente quomodo probetur dilatio. 2.17.num.10. interpoſita ab executione quid iuris, ibid. num.19

Appellans à ſententia excommunicationis & eius iniuſtitia quid facere debeat, 5.39.num.28. Appellantis temerè ab interlocutoria & grauamine, & à præſentia Iudicis recedentis pœna 2.14. num.33

Appellatur à ſententia Vicarij, & ad quem, 1.28.num. 23. & ſeq.

Apoſtaſia quid ſit, quotuplex, quomodo incurratur, puniatur, &c. 5.9. num.1.2. & ſeq.

Apoſtoli ſunt pars & de ſubſtantia appellationis, 2.28. num.53.

Apoſtolica Camera in quibus bonis ſuccedat, 3.25.n.15

Apoſtolica ſedes dat licentiam mulieribus honeſtioribus ingrediendi monaſteria, & quomodo, 3.35.n. 59. Apoſtolica conceſſione quæ veniant, 3.37.nu.9. & ſeq. Apoſtolicæ Sedi qui caſus reſeruati, 5.38.nu. 37. Apoſtolicæ literæ expeditæ ſuper reſeruatione penſionis, quid operentur. 3.12.nu.28. falſificantis vtentium pœna, 5.20. num.8

Arbitrium quid ſit, 1.43.num.1. arbitramentum quid, nu.2. arbitrorum qualitates & poteſtates, ibid.

Archidiaconus quis dicatur, 1.23.n.1. quid ei incumbat, ibid.nu.2. ad quid teneatur, nu.9. quid prohibeatur, nu.10. Archidiaconi, Decani, & alij inferiores quomodo in Eccleſijs conſuetis viſitare debeant, 3.29. nu.17. habentes ſub ſe capellas &c. ſe negotijs ſecularibus immiſcere non debent, 3.50. num.9

Archiepiſcopus à quibus abſoluere poſſit, 5.38.num.31. & quando, ibid. quando indulgentiam concedat, nu.48. quando poſſit facere ante ſe portari crucem, 5.33.num.45. populo benedicere, ibid. Archiepiſcopus & Epiſcopus tenentur ſua ſtatuta plebi nota facere, 1.2.nu.3. renuncians loco Epiſcopali, an perdat vſum pallij 1.7.num.8. quid in tranſlato, ibid.nu.final. Archiepiſcopus an diſpenſet cum ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, 1.31.nu.30. vbi vtatur pallio. 1.8. num.6. quando excommunicatum abſoluere poſſit, aut eius officialis, 5.39.nu.30. & quando non, num. ſeq. aditus per querelam vel appellationem, an abſoluere poſſit, ibid. num.42

Archipresb. quis dicatur, & quotuplex, 1.24.n.1 & ſeq.

Arenaria venatio vbi & quomodo fiat, 5.24.num.2. quomodo ſaltuoſa & clamoroſa, ibid. num.3

Arreſtantis ſeu occupare præſumentis bona depoſita Eccleſiarum pœna, 5.17. num.6

Articuli ad probandum quomodo fiant, & quid articulans confiteatur, 2.18. num.13

Aſſaſſinatus quid ſit, mixti fori, 5.12.num.19. quando committatur, ibid.num.20. eius pœna, ibid.num.21

Aſſecuratio quid ſit, 5.19.nu.24. & de ſuſceptione periculi in eadem quid obſeruandum, ibid. & quid ſi tertius periculum in ſe maius receperit, ibid.num.25

Attentatū reuocari petens quid probare debeat, 2.16.n. 25. quando peti poſſit, ib,n.26. impedit proceſſum ad vlteriora, nu.27. quibus caſibus reuocatio ceſſet, ib. nu.30. ſententia deſuper lata qualis ſit, ibid. nu.29

Atteſtationum publicatio quid excludet, 2.20.nu.57. limitatur ibid. num.58. & ſeq.

Auditores Rotæ ſunt ordinarij, 1.31.nu.4. quomodo ſententias ſuas exequantur, 2.27. num.51. & ſeq.

Digitized by Google

Auctoritas aggregandi concilij vniuerſalis penes quem ſit, 1.2.num.4. ſuperioris in quibus requiratur, 3.19.nu.5.& 6.Epiſcopi, aut Capituli, ibid.num.10.
Autoritate multorum factum dicitur maioris roboris, 1.2. num.11.

B.

Baliſtarij & ſagittarij quando ſint excommunicandi 5.15. num.1
Baptiſmus quid ſit, 3.42.num.1. quid de non habentibus, & de eis effectibus, ibid.2 quotuplex, ibid.nu.4. & paßim. Baptiſmus, Ordo & Confirmatio an iterentur, 1.16 nu.1. Baptizato ex metu an imprimatur character, 1.49.num.9. tenetur viuere vt baptizatus, ibid. rebaptizati & rebaptizantis pœna ſecundum canones, 5.9. num.15
Beneficium litigioſum quando fiat, 2.16.num.16. & ſeqq. Beneficium conferens indigno pœna, 3.5.part.4 num.41. an ad ſecundam collationem procedere poßit, ibid. Beneficij poſſeßionem poteſt quis adipiſci ex pluribus titulis, 2.3 num.7. quid in habente ius ex pluribus cauſis, ibid.num.8. & ſeq. Beneficij Eccleſiaſtici definitio, 3.5.nu.2. quomodo ſumatur, ib. num.3. differat ab Eccleſia, ibid.nu.4. vnde cognoſcatur, ibid.num.5. in beneficio collato clericus dicitur intitulari, num.6. Beneficij poſſeßio quomodo ingredienda, 3.7.num.11. iurium incorporalium quomodo quæratur, ibid.18. & paßim. Beneficiorum reſignationes an recipiantur, 1.30.num.7. Beneficiorum varias diuiſiones, vide 3.5.nu 13.14. & ſeq & quid in ſingulis obſeruandum, ibid. à quo, & quæ vniri poßint, 3.5.part.4.num.6. vacantium per reſignationem ex cauſa permutationis, collationi non eſt præfixum certum tempus, 3.19.num.17. quæ ad inuicem permutari poßint, ibid.num.18. reſignata in curia ex cauſa permutationis an vacent, num 24: & quid ſi vnus permutantium extra curiam moriatur. ibid.num 25 quid ſi beneficium permutatum euincatur. ibid.num.final. Beneficiorum fructus an veniant in ſimplici obligatione per clericum facta 3.21.num.1. Beneficia ſecularia, quando in ſimplicia commutari nequeant, 1.28.num.8. Beneficia quis conferat, 3.5.part.4.num.18. & ſeq. Beneficia quomodo ſint conferenda, & quare ita, 3.12.num.1 eorum diuiſio à quo fiat, & qua ſolemnitate, ibid.num 2. Beneficia Iuriſpatronatus laicorum non comprehenduntur ſub regulis obſeruatorijs, aut generali reſeruatione beneficiorum, 3.38. num.38. excipe vt, num.ſeq.
Beneficialia admittunt reſtitutionem in integrum, 1.41. num.18
Bigamia quotuplex & quæ eius ſpecies, 1.21.num.2. bigami quare ab ordinatione repellantur, ibid.nu.1. de alijs qualitatibus bigamorum, ibid. & ſequent.
Blaſphemia eſt mixti fori, 5.26.num.5. quomodo committatur, ibid.nu.6. quotuplex, ibid.num.10. & 11. quis ab ea abſoluat, num.8. commiſſa à clerico quomodo puniatur, ibid. nu.final.
Bona peculij clericalis cui reſeruentur, 3.27.num.2. ingredientium monaſteria cuius ſint, 3.31.nu.71. eorum qui certam regulam profitentur, vel Ordinem, cuius ſint, ib.num.76. Bona damnatorum quando confiſcentur, 5.37.nu.16. & ſeq. quæ bona veniant in confiſcatione, ibid. num.19. & ſeq.
Bullæ ſiue litera quando dicantur expedita, 3.5.part.4. nu.36. habent executionem paratam, prout & teſtamenta, ibid.nu.37. fallit quinque modis, ibid.

C.

Cadauer perpetua ſepulturæ traditum, an & quando transferre liceat. 3.28. nu 12.
Caducitas incurſa per prædeceſſorem an poßit declarari contra ſucceſſorem vel hæredem. 3.20. nu.19
Calumniæ iuramentum an remitti poßit, 2.7.num.1. ſemel tantum in vna cauſa præſtatur, ibid num.2. de qua re ſit, ibid.nu.3. in quibus cauſis, & à quibus præſtetur, ibid.3.4. & ſeq.
Calumniari quid ſit, 5.2.num.1. Calumniari quis præſumatur, 5.3. num.6. Calumniator in accuſatione criminis publici quomodo puniatur, ibid. num.4. & ſeq. quid in priuatis, num.6
Cambia quid ſint, an licita & quotuplicia, 5.19.n.19. & ſeq. recambia vt mercatori propter recordatam ſolutionem debeantur, quæ requirantur, ib.nu.23.
Cancellario, Secretario, alijsq; familiaribus Dominorum, qui bellis interfuerunt quæ conferri poßint, 5.12. num.26
Canon & lex inducentes pœnam, quando in conſcientia ſeruandi, 1 proœm. num.10
Canonicus regularis an poßit eſſe Iudex compulſorialis, ſine conſenſu ſui ſuperioris, 2.22.nu.20. an adunatus, 1.37.nu.final. Canonici regulares an à ſanctorum Monachorum conſortio ſeparati ſint, 3.35. nu.37. Canonicatus poſſeßio quomodo tradi debeat, 3.7.nu.19. Canonicum ius quibus conſtet. 1.proœm. num.15.

Caput

Caput Epiſcoporum & manus Chriſmate deliniuntur, 1.15. num.5

Capitulum ſede vacante in quibus ſuccedat, 3.9.nu.4. & ſeq. & in quibus non, ibid.nu. 6. inuentarium facere tenetur, ibid.nu 8. & plura ibid.paßim. Capitulum quod dicatur, 3.11 num.1. eius appellatione qui veniant, ibid.nu.2. eius conſenſus in quibus caſibus requiratur, 3.10.nu.15. Capitula cathedralium Eccleſiarum quando dimiſſorias concedant, 1. 22. nu.final.

Capella pertinent ad Religioſos per vnionem, 3.37 num. 11 præſentatio ad eandem ad quem pertineat, 3.38. num. 6.

Carceres an Epiſcopus habere poßit, & incarcerare laicos in criminibus Eccleſiaſticis, & eis pœnam imponere, 1.31. num.15

Cardinales mißi ad regendam prouinciam, æquiparantur proconſulibus, reliquè legati præſidibus, 1.30.n.1

Carnium eſu quando abſtinendum, 3.46. nu.8

Cauſa quando eſt ſummaria, reſpectu probationum omnes eius articuli ſunt ſummarij, niſi &c. 2.19.n. 6. Cauſa matrimonialis eſt merè ſpiritualis 4.1.nu. 1. Cauſa & demonſtratio appoſita demonſtrationi quid operentur, 4 5.nu final Cauſa ciuiles ad forum Eccleſiaſticum pertinentes quomodo cognoſci debeant, 1.31.num. 11. Criminales mißionem admittunt, 2.6. num. 17. bonorum annotationem, ibid. num.18. & ſeq. Cauſa ſanguinis in quibus de corporali pœna agitur, an in Eccleſijs tractari poßint, 3. 49. num.4

Cautiones de ſtando Iuri & iudicato ſoluendo quam diu durent, 2.1. num.42

Cenſus ſiue annui reditus quomodo hodie ex conſtitutione Pij V. conſtituuntur, 5.19.nu.6. emptio eorum an ſit vſuraria, ibid. nu. 5. Cenſum qui poßint imponere. 3.39. num. 1. & ſeq. quid in Epiſcopo, ibid. num.6. & ſeq.

Cenſura Eccleſiaſtica nomine quæ veniunt, 5. 39. num. 1 earum hodierno tempore rarißimus eſt vſus, nu.5

Ceßio an differat à reſignatione, 1.9. num 5. retroceßionis definitio, ibid num 6. & quotuplex eadem, ibid. num.7. Ceßione lis finitur, 2.16. num 21

Chriſtianorum quot ſint genera, & quæ, 1.proœm.nu.5. omnes hi ante baptiſmum vnguntur oleo, & hi poſt Chriſmate, 1.15. nu 7

Citatio multiplex & quæ eius ſpecies, 2.1.num.20 & ſeq. non eſt neceſſaria in impetratione reſcripti, 2.3. nu. 6. Citatio ad comparendum in executiuis, quorum fundamentum eſt debiti confeßio, an fieri debeat, 2.1.num.27. in ſummarijs Iudicijs qualis fiat, ibid.num.28. & ſeq.

Ciuiliter accuſatus, quamdiu agitur ciuiliter non poteſt accuſari criminaliter, 2.10. nu.12

Clauſula in reformatione poſita, quomodo intelligenda, 3.5.part.5.nu.39. Clauſula poſita in parte prouiſiua, cenſentur repetita in regreſſu, 3. 8. num.27. quid de clauſulis transferendi penſiones, 3.12. nu. 67. explicatur clauſula, Concedimus vobis illam Eccleſiam, 3.24. num.8

Clerica quid ſit, 3.1.nu.11. an quilibet teneatur deferre tonſuram, num.12. veſtis qualis, num.13. & ſeq.

Clericus ſecularis ratione ſuæ præbendæ procuratorem conſtituere poteſt, 7.38.nu. 4. ſubiectus Archiepiſcopo an ab eodem citari poßit, 1. 24. nu.4. in ciuilibus vbi conueniri debeat, 2.1.nu.11. fallit quinque caſibus, ibid. quid in criminibus, ibid num.12. ſecularis habens beneficium requirens reſidentiam, ſortitur ibid domicilium, 2.2.nu.9. Clericus & laicus ſi obligatio ſit indiuidua, vbi conueniri debeant, 2.2.nu. 36. quid in ſimul delinquentibus, ibid. nu.38. & in Iudicem non ſuum conſentientibus, ibid. num. 40. Clericus an dicat teſtimonium contra laicos in cauſa criminali, 2.20.n.6. non niſi coram Iudice Eccleſiaſtico, ibid.num.7. quid in cauſa ciuili, ibid. coram Iudice ſeculari in teſtem productus, vbi iuret & deponat, 2.20.nu.39. in cauſis laicorum cogi nequit, 2.21.nu.3. & quando fallat, ibid.nu.5. in patrimonialibus cenſetur vt laicus, 2.26. num. 11. aleator excluditur à beneficio obtento, 3.1.num.6. debet abſtinere à negotijs ſecularibus, & negotiatoris pœna, ibid.nu.7. non debent frequentare loca monialium, ibid.num.8. eorum habitus in quibus conſiſtat, ibid. num.9. peccat mortaliter cohabitando cum muliere, de qua poterit eſſe rationabilis ſuſpicio, 3. 2.nu.1. poteſt tamen cohabitare aſcendentibus, deſcendentibus & collateralibus, ibid. nu.2. eorum concubinas tenentium pœna, ibid. nu. 4. cuius ſit eius rei cognitio ibid.nu. 5. an à clericis fornicarijs diuina audire liceat, ibid. nu.final. Clericus vbi reſidere teneatur, 3.4 nu.3 contra non reſidentem, eccleſia de fructibus concipere potes, ibid. nu 4 Clerico interdicto aut à gradibus ſuſpenſo, nulla ſuffragatur licentia. 1.11. num. 16. Clerico ſeculari prioratum ſimpliciter impetranti, non prouidetur de conſueto, 3.5.num.31.

Clerici contra Eccleſiam à qua beneficium habent, pro extraneis aduocati eſſe nequeunt, 1 37 nu 9. omnes indiſtinctè in foro Eccleſiaſtico aduocati & Procuratores eſſe poſſunt, ibid. num. 10. compelluntur ad

percipiendos ordines à Canonibus 1.14.nu.9. in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinibus conſtituti, an vxores accipere poſſint, 3.3.num.1. infra ſubdiaconatum conſtituti quid poſſint, ibid.num.2. Clerici in Eccleſia orientali in minoribus ordinibus conſtituti, matrimonia contrahunt, 3.3 num.6 poſt ſuſceptum ordinem ſecus, ibid. Clericus miles & ſana exercens, perdit priuilegia Clericorum, 3.3. nu final. Clericorum appellatione qui veniant. 3.1.num 1. clericatus quomodo probetur, ibid. num.2. Clerici continenter viuere debent, & incontinentis pœna ibid. n.3. Clericorum iaculatorum & hiſtrionum pœna, 3.1.nu. 16. & eorum qui macellariorum & tabernariorum officium publicè exercent, ibid. nu.final.

Coadiutor ex quibus cauſis detur, 3 6.num.7. à quibus detur ibid.nu.8. excipe, num.9. & ſeq.

Cœmiterium quomodo conſecretur, 3.49. num.23. & quomodo polluatur ibid. num.24

Coitus quis damnatus & prohibitus, 5.16. num.1. & ſeq.

Collatio ordinum debet eſſe gratuita, 1.11. num.final. præpoſteratio an vitium, vel irregularitatem, &c. inducat. 5.29.num.2. & ſeq. Collationes regulariter non ſunt de proceſſu, 3.5.part.4.num.6. quæ ſit collatio Iudicialis, ibid.num.7. extraiudicialis, ibid. quotuplex, ibid.nu.ſeq. & plura paſſim ſequentib.

Collegiata Eccleſia ſi negligat conferre beneficio quid iuris, 1.10.nu.6. quid in exempta. ibid. num.8

Comes Palatinus an legitimare poſſit, 4.17. num.37. eius creatio eſt de reſeruatis ſummo Pontifici, ibid.

Commenda quid ſit, & quid iuris tribuat, 3.5.part.4. nu.71. à quo concedatur, ibid.nu.74. & ſeq. quotuplex, ibid.num.77. & quæ ſpecies, ibid. quæ Eccleſiæ commendari aut committi poſſint, ibid.n.85. & ſeq.

Commodans rem ſuam, quomodo intelligatur commodare, 3 15. num.1

Commutatio quid ſit, 3.34.num. 28. Commutationes & conuerſiones vltimæ voluntatis in aliam rem quam teſtator voluit, cuius autoritate fiant, 3.26. num.26.

Comparatio literarum qualis ſit probatio, 2.22.num. 34. per quem & quomodo fiat, ibid.nu.35. ex Scripturis hic deſignatis, ibid.nu.36. ad ſcripturas eiuſdem vel diuerſi generis, ibid. num.37. facit ſemiplenam probationem ibid. num.38.

Comparentis minus inſtructi pœna, 2 14. nu.31

Compromitti de quibus rebus & quando poſſit, 1.43. nu.11 compromittere qui poſſint, ib.n.12. ſi in plures compromiſſum ſit quid iuris, ib. n.14.15. & ſeq.

Concilium quis congregare poſſit, 1.2.num.4. & paſſim

Concilium Trident. quis Monachis & Religioſis domibus conceſſerit. 3.31. num.7

Concubinatus eſt crimen Eccleſiaſticum, 5.16. num.4

Conductor quando expelli poſſit, 3 18. nu final.

Conditiones appoſitæ quid operentur, 4.5.num.5. & paſſim.

Confeſſio quid in probando operetur, 2.18.num.1. tit. de confeſſis, quomodo differat à titulo de interrogat. ib. nu.22. & ſeq.

Confeſſionis conditiones neceſſariæ & ad eius validitatem & perfectionem requiſitæ, 5.38. num.23

Confeſſio eſt pars pœnitentiæ, 5.38. num.10

Confirmatio quid ſit, 2.30. num.1. duplex eſt & quæ vtraque ſit, ibid.num.2. & ſeq quæ dicatur ex certa ſcientia fieri, ibid.num.5. Confirmatio electi procedit gradatim, 1.6.nu.20. qua ſolemnitate fiat, ibid. nu.21. qui petere teneantur & intra quod tempus, ibid.nu.22. in quibus cap. cupientes de elect & poteſt Elect. ſeruandum, ibid. num.24. & ſeq.

Confringentis Eccleſiarum confinia pœna, 3.49. num. 11.

Coniunx ad ſecunda vota tranſiens quantum matrimonio ſecundo relinquere poſſit. 4 21.nu.7. & quid de bonis titulo lucratiuo, ex priori matrimonio quæſitis, ibid.num.8. Coniuges non poſſunt ſe ſeparare abſque iudicio Eccleſiæ, etiam non publica in parentelam, 4.19.nu 9 excipe, vt ibid Coniugum vnus poſt conſenſum de præſenti, monaſterium ingredi poteſt, 3.32.nu 1. & alter ad ſecunda vota redire, ibid.nu. 2. vel propoſitum caſtitatis in domo ſeculari ſeruare, ibid. nu 3. fallit, vt nu.4 & ſeq.

Conſanguinitas quid ſit, 4.15 num.1. quot lineis diſtinguatur, ibid. num. 2. & ſeq. quomodo probetur, ibid. num.6

Conſecratio quid tribuat, 1.6.num.30. negligentium ſuſcipere pœna ibid num 32. Conſecrationis velum quod ſit, 3 35 nu.51 Eccleſia quomodo conſecranda, 3.40.nu.1. & 2. Conſecratio calicis & patinæ quomodo fiat, 1.41. num.3

Conſeruator quis ſit, 1.29.num.31. eius poteſtas & vnde, ibid.num.34 officium eius quando expiret, ibid. nu 35. & ſeq. excipe vt ibid dari qui poſſint, ibid.nu. 33. & ſeq.

Conſilium alicuius in actis repertum, quid operetur, 3 10. num.12 & ſeq.

Conſors pro conſorte quando admittatur, 1.38. num.18.

Conſtitutio omnis habet clauſulam derogatoriam ad

reſcri-

Digitized by Google

reſcripta contraria, 1.2.num.9. ea ſi expreſſa, eius forma ſeruanda eſt, ibid.num. 10. eius propria quæ ſint, ibid. num.8.& ſeq.

Conſtitutiones & ſententiæ à perſonis collectantibus latæ, quando irrita habeantur, 3.49. nu.30

Conſtituti in ſacris ordinibus ſi vxores ducant quid Iuris, 4.6.num.2.& quis cum ijs diſpenſet, ibid.nu.3. & ſeq.

Conſuetudo vt inducatur quæ requirantur, 1.4.num.1. interpretatiua non eſt neceſſe, vt ſit præſcripta, ibid. nu.2. effectus eius, ibid.nu.3. & ſeq. Conſuetudo eſt iudici probanda, 1.2.nu.1. Conſuetudine acquiritur ius Patronatus, 3.38.nu.9. Conſuetudine an induci poßit vt quis ſibi eligat confeſſarium abſoluentem & ligantem, 5.38. num.21

Contractus in quo loco alicui pecunias vt teneat in banco ad pompam, an ſit vſurarius, 5.19.nu 4. Contractus precariæ quis dicatur, 3.13.nu.1.& ſeq. Contractum non cedere in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur, 3.12.num.9.& quomodo contrahatur, 3.19. num.2.

Contrarietates in depoſitione teſtium quomodo conciliandæ, 2.20. num.54.& ſeq.

Contumacia quid ſit, 2.14.nu.19. quomodo committatur, ibid.nu.20 actoris & rei contumacis pœna, ib. nu. 21. & ſeq. Contumace actore ſi reus inſtet quid iuris, 1.6. num.4

Conuerſus quis dicatur, 3.35.nu.3. & quid conuerſi faciant, ibid.num.5. Conuerſus ſi in infidelitate plures liberos habuerit quid iuris, 3 33. nu.4. liberi cui aſſignentur, ibid.num.5. & quomodo procedat, ibid. num. 6.

Creatio in canonicum ſupernumerarium quid ſit, & quomodo fiat, 3.5.part.4.num.106. quorum conſenſus præſtandus ſit, ibid. num.107

Creditor non cogitur accipere principale debitum, niſi oblato acceſſorio, 3.23. num.2.

Crimen quando priuationem inducat, 3.5.part.3. num.2. Crimen notorium non indiget aliquo proponente accuſationem, 5. 1. num. final. Crimina quæ repellant à ſuſceptione ordinum, 1.11.nu. 14. Criminoſus an admittatur ad excipiendum de crimine, 5 1. num.89

Cura quot modis conſideretur, 3. 5. num. 21. & ſeq.

Curia ſecularis quando laicam delinquentem ab Eccleſia extrahere aut incarcerare poßit, 3.49 num. 7. Curia Romana tolerat quod regularibus taxetur aliquid pro veſtimento, vel dentur ad id certæ poſſeßiones, 3.31. num. 49. Curiales, libertini, originarij &c. ordinari non poſſunt, 1.18.num. final.

Curſus 40. annorum omnem prorſus actionem excludit, 2.26. num.12

Cuſtodia Eccleſiarum vacantium ad quem pertineat, 3.38.num. 41. Cuſtodia vaſorum & ſimilium cui incumbat 1.23. num.4

Cuſtos Sacriſtæ & quaſi miniſter, 1. 27. num. 1. quid faciat, ibid. num. 2. & ſequentib. quando remoueantur, num. 5. Cuſtos ſi aliquid circa Sacramentorum cuſtodiam delinquat, quomodo puniatur, 3.44. num.2.& ſeq.

D.

D*Amni accepti ratio an in decimis, 3.30.nu.27. & ſeq.*

Decima quid ſit, 3.30.nu.1. & de reliquo decimarum Iure, ibid.& ſeq.

Decretum primum quid ſit, 2. 15. num. 2. quare detur, ibid. cui negotio interponatur, ibid. num. 3. 4 & ſequent. Decreta concilij inducunt ſcrutinium & circa quæ, 1.12. num.2

Decretales quid ſint, l.1. proœm. num. 12. quem habeant cum Clementina & extrauagante ordinem. ibid.nu 3 quæ partes ſint, ibid. num 4. à quo compilatæ, l.1 proœm.nu.13. Decretalium iure quomodo concurrat l. vnic. Cod. de Mandat. Principum, cum Iuriſdictionalibus, 1.30. num.19

Definitio renunciationis, 1. 9. num. 1. negligentiæ, 1. 10. num. 1. iurgiorum de negotijs humilioribus, 1.23 num.5. Treugæ, 1.34. num. 1. pacis, ibid. num. 2. pacti, 1.35. num. 1. tranſactionis, 1. 36. num.1. Procuratoris, 1.38. num. 1. Vis, 1. 4. num.1. metus, ibid.nu.4. reſtitutionis in integrum, 1.41.num.1. electionis, 1.6.num.1. ſacri ordinis, 1.11. num.1

Deiectio quomodo probetur, 2.13. num.7

Delatio quid ſit, 2.28. num.90

Delegatus quis dicatur, 1.29. num. 1. qui poßint delegare, ibid. num.2. quis delegari, ibid. 3. & 4. quilibet eſſe poteſt niſi prohibitus, ibid. num. 5. & ſequent.

Delegati ſi ſint plures quid Iuris, 2. 27. num. 85. & 86.

Delegatorum ſententias quis exequatur, 2. 27. numer. 52. & quid in delegato principis, ibid. num. ſeq.

Delictum nullum infantibus imputatur, 5.23.*nu.* 60
Denunciatio quid ſit, 5.1.*num.* 57. *& quotuplex; quæ eius ſpecies, ibid. num. ſeq.*
Depoſitio à beneficio quid ſit, 5.27.*num.* 8. *&* 21. *& paſſim.*
Diſpoſitiones tertium productorum in vim remiſſoria intra quod tempus & quando probent, 2.20.*nu.* 53
Depoſitum fit gratia deponentis, 3.16. *num.* 1
Deſignatio beneficij ſimoniaca non tenet, 5.3. *num.* 26
Deſponſatio ſub quibus conditionibus fieri poſſit, 4.5. *num.* 1. *& ſeq.*
Deuolutio beneficij quomodo fiat in Eccleſia cathedrali, 1.10.*nu.* 4. *& in quibus locum habeat, ibid. nu.* 10. *eſt ſeptimus modus prouiſiuus*, 3.5.*part.* 4. *num.* 8
Diaconi & ſubdiaconi &c. quando in cauſis ſecularibus aduocati eſſe poſſint, vel non, 1.37. *nu.* 7
Dictiones, ſemper, plerumque, *poſitæ in lege vel canone, quid denotent*, 5.41.*nu.* 5. *Dictiones* interdum, aliquando, *& ſimiles, quid denotent*, 5.41. *nu. final.*
Differentia ceſſionis & reſignationis quæ, 1.9.*num.* 5. *an de Eccleſia agatur, vt de proprietate, an vero de beneficio ſeu titulo*, 2.15.*num.* 8. *inter decretum & ſententiam*, 2.27.*num.* 21. *in fin. inter interlocutorias continentes irraparabile grauamen, & habentes vim definitiua*, 2.27. *num.* 10
Dignitatem obtinens ex creatione in canonicum, quid iuris conſequatur, 3.5.*part.* 4.*num.* 108. *Dignitate aut perſonatu vacante, ſi bona ſint communia, quid iuris*, 3.25. *num.* 13
Dilatio cui detur, 2.8.*nu.* 1. *quotuplex ſit, & quæ eius ſpecies, ibid. num.* 2.3. *& ſeq.*
Diocœſani appellatione quis veniat, 1.31.*num.* 2. *& quæ ad legem Diocœſanam pertineant, ibid. num.* 8. *& ſeq.*
Diſpenſatio quid ſit, 1.3.*nu.* 34. *qualiter permiſſa, ibid. num.* 25. *& ſeq. Diſpenſatio ſeu habilitas nominati ſeu præciſta, quando non requiratur*, 3.5.*part.* 5. *nu.* 67. *Diſpenſatus ad plura beneficia incompatibilia quid cenſeatur de reſidentia vtriuſque*, 3.4.*nu.* 12. *pluralitate plurium incompatibilium, an percipiat fructus in abſentia, ibid. num.* 13. *Diſpenſatus de non reſidendo, an & quando percipiat fructus*, 3.4.*n.* 14.
Diſpoſitio certatoris quando eſt certa, quomodo erratum probari poſſit, 3.26. *num.* 9
Diſtributiones quando veniant in condemnatione fructuum, 2.27.*num.* 56. *Diſtributiones quotidianas an capiat indultus & qualiter*, 3.4.*num.* 17. *quomodo eædem ſint dandæ, ibid. num.* 18. *qualiter reſtituere teneantur, ibid. num.* 19. *quid ſi in ſolutionem datæ ſint, num.* 21. *abſentibus ſubtractæ quibus accreſcant, ibid. num.* 20. *Diſtributiones duplices an debeantur vni habenti plura beneficia*, 3.4.*num.* 23. *quæ conuertantur in diſtributiones quotidianas*, 3.4 *num.* 22.
Diuortium quid ſit, 4.19.*num.* 1. *pendente lite diuortij vxor à marito eſt alenda, ibid. nu.* 2. *Diuortij cauſa quæ ſint, & quæ excipiantur*, 4.19.*num.* 3.4.5.6. *& ſeq. Diuortij ſententiam quis ferat*, 4.19.*num.* 7. *& ſeq.*
Doctoratus vel Licentiæ gradum quænam beneficia requirant, 1.14. *num.* 7
Doctorum Religioſos, poſt profeſſionem exeuntes, Phyſicam aut Leges docentium pœnas, 3.50. *num.* 14
Doctorandi licentia quando de ſtylo Curiæ Romanæ concedi ſoleat, 5.5.*num.* 6. *quomodo extra curiam, ibid. nu.* 7. *in Doctorando quæ requirantur*, 5.5.*n.* 6
Dolus quid ſit, 2.14.*num.* 1. *quomodo fiat, ibid. num.* 2. *eius effectus & reliqua, ibid.*
Domicilium laicos pluribus locis habere poteſt, 2.2.*nu.* 8. *quotuplex ſit, ibid. num.* 6. *Domicilij forum cum quolibet foro concurrit*, 2.2. *num.* 12
Dominium an locatio probet, 3.18.*num.* 7. *Dominium rerum pro vſuris ſolutarum, in quem transferatur*, 5.19.*nu.* 11. *& quid ſi ſint res mobiles, ibid. num.* 12. *plura ibid. nu. final.*
Dominus an vaſallo inuito Feudum alienare poſſit, 3.20.*nu.* 14. *quomodo proprietate priuetur, ibid. nu.* 18. *an eius ſit cognitio de controuerſijs Feudi, ibid. nu. final. Dominum ſi vaſallus offenderit quomodo procedendum*, 3.20.*num.* 16. *Domini Agri, Caſtri, Comitatus aut Villæ, ſcientes & nolentes rapinam impedire ad quid teneantur*, 5.17. *num.* 7
Domus religioſa quænam ſint, 3.36. *num.* 1. *& ſeq. cui ſubſint, ibid. nu.* 4. *an in temporalibus, ibid. num.* 5
Donatio vt teneat quæ requirantur, 3.24.*nu.* 2. *& an Clerici res Eccleſiæ donare poſſint, ibid. nu.* 1. *& ſeq. Donatio propter nuptias non eſt ſine matrimonio*, 4.20.*nu.* 1. *quare introducta, ibid. num.* 2. *eſt adæquata doti, num.* 16. *quale pro ea conſequenda vxor ius habeat, ibid. nu.* 18 *& ſeq.*
Dos quomodo diuidatur. 4.20.*num.* 4. *& quæ eius ſpecies, ibid. nu.* 5 *&* 6. *ibid. & ſeq. ad quem redeat aut cui applicetur ſoluto matrimonio*. 4.20 *num final.*
Dubitans de morte coniugis, ad ſecundas nuptias tranſire nequit 4.21. *nu. final.*
Duellum quibus & qualiter permiſſum, vel non, 5.14. *nu.* 1. *& ſeq.*

Eccleſia

Digitized by Google

E.

Eccleſia punit Iudæos, & in quibus, 5.6. num.2. 3. & ſequent. an cognoſcat de delictis laicorum, 5.17. num.1
Eccleſia legum Romanorum non reſpuit familiam, l.1. proam. num.2
Eccleſia fidelium eſt vna & vniuerſalis.1.1.num.4.vtitur vnctione cum conſecratur, 1.15. num.8
Eccleſia vtitur iure minoris, & reſtituitur in integrum, & quando aduerſus quæ, 1.41.num.9.Fallit, num.10.& 3.13. nu.32.& ſeq.
Eccleſia habens generaliter decimationem alicuius loci, dicitur etiam habere decimationem noualium, 3.30.nu.38.& quando fallat, ibid. num.ſeq.
Eccleſia ante conſecrationem baſilica dicitur, 3.40.nu.1.quando conſecrari poßit, ibid. nu.2. quando execratur, ibid. nu.3.4.& ſeq.
Eccleſia vna in præiudicium alterius conſtrui nequit, 3.48.nu.1.Fallit quatuor modis, nu.3.4.5.6.& ſeq.
Eccleſiæ parochiales quando ſunt vnitæ quoad temporalia, tunc Vicarij perpetui ad nominationem quid poſſint, 3.29. num.29
Eccleſiæ omnes tenentur Legatum & Nuncium Apoſtolicum procurare, 3.39.num.44. & quis in eadem procuratione modus ſeruandus, ibid. nu.ſeq.
Eccleſiæ omnes Miſſarum ſolemnia celebrare tenentur & pſallere horas canonicas 3.41. nu.final.
Eccleſiæ & capellæ renouatio & ampliatio quomodo fiat, 3.48.nu.final. placita ſecularia in ijs tractari non debent, 3.49.num.1. Eccleſiaſtica poſſunt, ibid. num.2.
Electio quid ſit, 1.6. num.1.vbi & in quo loco fieri debeat, ibid.nu.2.quot eius formæ, ibid.nu.3.& paßim de iure eligendorum, ibid. num.ſeq. Electio ſummi Pontificis & Imperatoris quomodo fiat, 1.6.num. pen.& fin. Electio ſepulturæ eſt libera, 3.28.num.3. ſemel electa mutari non poteſt, ibid.nu.5. non electa vbi quis ſepeliri debeat, ibid.num.6.Fallit, num.ſeq. Electio fori datur Scholaribus, an coram rectore vel Epiſcopo loci conueniri velint, 5.5. nu.final.
Emptor quibus teneatur iurare pretium in vtilitatem Eccleſiæ conuerſum, 3.13. num.18
Epilepſia ſiue morbus caducus, arreptio à dæmone &c. promotionem impediunt, 1.20.num.8.& iam promotum ſuſpendunt, ibid.
Epiſcopus quando laicos coercere poßit, 5.25.nu.2.quid in Clericis, ibid. nu.3 & 4.& ſeq. quomodo de, ſub & obreptione gratia à ſede Apoſtolica data cognoſcat, 5.37.num.15. cui data eſt indulgentia tranſeundi de vna Eccleſia ad aliam, debet poſtulari, non eligi, 1.7.nu.5.ſuper quibus diſpenſet, 1.11.nu.15 & ſuper quibus non, ibid. qui renunciauit loco tantum, rogatus ab aliquo Epiſcopo, quos ordines conferat, 1.13.nu.1.quid in renunciante dignitatibus, ibid nu.2. & ſeq. ad minores ordines & ſimplex beneficium diſpenſat cum illegitimis, 1.17.nu.5. an & quando familiarem ſuum ad primam tonſuram ordinare poßit, 1.22.nu.9.& ſeq. in quolibet loco ipſius Diœceſis de cauſis cognoſcit per ſe & per alium 1.31.nu.16.quid in aliena diœceſi, ibid.nu.17 & ſeq. Epiſcopus & Capitulum vtrum numerum præbendarum minuere poßint, 3.5.nu.42.cum Capitulo eſt vnum corpus, caput, & Canonici membra, 3.10.num.1. præſumitur habere notitiam vacationis beneficij, & quando, 3.5.part.4.num.23. quibus ſolemnitatibus & quæ beneficia conferat, ibid.nu.63.ſi capitulo interueniat vt prælatus qualem vocem habeat.3.11.n.15. quomodo ex Concilio Trident. Canonicis quid proponere poßit, ibid.nu.17. an religionem intrare poßit, 3.31.num.37.quid iuris in Prælatis inferioribus, ibid num.ſeq. non poteſt diſpenſare contra fundationem Iuriſpatronatus. ſine conſenſu Patroni, 3.38.nu.32.remittit iura Epiſcopalia, concedit Eccleſias pijs locis, 3.39.num.3.& cætera quæ facere poßit, ibid. quando ſuper matrimonialis penſare poßit, 4.14.nu.17.eſt iudex matrimonij.& quando 4.17. num.15.an poßit aliquam Eccleſiam ſuæ Diœceſis à iuriſdictione Epiſcopali eximere, 5.33.nu.55. contra ſubditum qui ſe exemptum prætendit, quid facere poßit.5.33.nu.58.an in Eccleſias vel Clericos alienæ Diœceſis ius Epiſcopale præſcribere poßit, 5.33. num.59.Epiſcopi & ſuperiores Sacramenta ordinis ieiuni conferunt, 1.16.nu.2. Epiſcopi alienos Clericos abſque ſuperioris licentia, aut Laicum alterius Diœceſis in Clericum ordinare præſumentis pœna, 1.22.num.8. Epiſcopi contra iura nunquam diſpenſant, & quando, 1.31.nu.31. & ſeq. Epiſcopi & his ſuperiores quibus cauſis à ſuis Eccleſijs abeſſe poßint, 3.4.nu.6.non reſidentium pœna, ibid.nu.7. Epiſcopi ordinantis indignum pœna, 1.12.nu.final.Seruum, 1.21. num.10. Eius conſenſu permutatio fieri poteſt, 3.19. num.10. Epiſcopo qui caſus reſeruati enumerantur, 5.38. num.32. Epiſcopos & exemptos Prælatos quis transferat, & quis inferiores, 1.7. num.2
Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum reſignationis

ac beneficiorum exemptorum vbi & quomodo fiant, 1.9. num.9
Equites & hoſpitalarij ſanct Ioannis Hieroſolymitani, an ſint Religioſi, 3.31. num.9
Eremitæ cui ſubſint, & quorum gaudeant priuilegijs, 3.31. num.11
Error iuris quando proſit vel noceat, 2.18. num. final. communis quid operetur, 3.42. num. 3. & quando fallat. ibid. num. final.
Exactiones & Taliæ qui imponere poßint vel non, 3.39. num.11.
Examinatio Clericorum examinandorum cui incumbat, 1.23. num.8
Exceptio ſpoliationis infra quod tempus probanda, 2.10. nu.5. multis caſibus excluditur, ibid. num. 6. & ſeq. quid operetur, 2.26. nu. 19 perpetua. an agendo in iudicio deduci poßit, 2.2 nu. 32. illegitimitatis qualis ſit, 5.1. num 3. de crimine ſæpius excipitur, & quid conſiderandum, ibid. num. 86. Exceptiones, earumque qualitates & effectus vide paſſim, 2 25.
Excommunicatio quid ſit, 5.39. num. 2. qualiter fiat, & de alijs pluribus, earumq; ſententijs, vide paßim dict. tit. 39. Excommunicatio quotuplex ſit, qui excommunicent, & de eius qualitatibus, & effectibus, 5.27.
Executiones quando tertius impedire poßit, 2.27. num. 60. & quænam exceptiones opponantur, ibid. num. 61. Executores omnes ſunt delegati, 1.29. num. 26. & quid poßint in pluribus caſibus, ibid. num. 27. & ſeq. Executoriales decreta, vel brachium ſeculare obtentum, an contra prædeceſſorem executioni mandari poßint, &c. 2.27. nu. 58. an ſuffragentur ſurrogato ad cauſam, ibid. num.29
Exemptio quid ſit 5.33. num 19. qui concedant, num. 20. & ſeq. quomodo acquiratur, 5.33. num. 56. & ſeq. Exemptus regularis extra clauſtra delinquens à quo ſit puniendus, 5.1. num. 30. & quid de ſeculari exempto ibid. num. ſeq. Exempti quantumcunq; gaudeant exemptione, nec non priuilegiati &c. ſi contractus ſit initus, maleficium factum, in loco non exempto quid iuris, 2.2. nu. 24. Exempti quomodolibet modo toram loco ordinarijs tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniri & ad debitum ſoluendum compelli poſſunt, 2.2. num. 25. & 5.33. num 42. & ſeq. Exempta Eccleſia duplici priuilegio vti poteſt, 5.33. num. 54. Exemptiones ſunt odioſæ, 5.33. num. 46. latißimè interpretandæ, ibid. num.47.
Exigentes pedagia, quidagia & ſimilia à perſonis Eccleſiaſticis excommunicantur, 3. 49. numer. 28. & ſeq.
Expoſitorum defenſio eſt mixti fori, 5. 11. num. 1. eos recolligentes nihil iuris in eorum perſonis acquirunt, ibid. num. 3. excipe, vt num.4

F.

Facultas diſpenſandi & diſpenſatio differunt, 1. 3. num. 27. de non promouendo ad annum ſuffragatur, 1.14. nu final.
Falſi crimen eſt mixti fori, 5.20. num. 1. pœna eius eſt multiplex, ibid nu. 7. quomodo ad eam agatur, ibid. nu. 3.4. & ſeq.
Feriæ duplices ſunt & quænam, 2.9. nu. 1. & ſeq.
Feſta quæ in ſingulis Diocœſibus ſeruanda ſint, vel non, 3.45. nu. final.
Feudi definitio, 3.20. nu. 1. eius contractus & accidentia, ibid. & ſeq.
Fictio quotuplex, & quæ eius ſpecies, 2.23. num. 14.15. & ſeq.
Fides quot modis dicatur, 4.4. nu. 1. & ſeq. eius definitio, in quo conſiſtat, & vnde dicatur, 1.1. num. 1.2. & ſeq.
Fideles de neceßitate ſalutis ſubſunt ſummo Pontifici, 1. proœm. num. 14. quando in anno peccata ſua confiteri & SS. Euchariſtiam ſumere debeant, 5.38. num. 16.17. & ſeq. quid in ruſticis, bubulcis, ibid. num.19.
Fideiuſſori an proſit reſtitutio in integrum conceſſa minori, 1.41. num. 31
Filiusfamil. an pro anima ſua donare poßit, 3.26. n. 6. natus ex putatiuo matrimonio an cenſeatur legitimus, 4.1. nu. final.
Filij Iudæorum quomodo ſuccedant, 5.6. nu. 24
Filiorum multæ enumerantur ſpecies, 4.17. num. 1.2.3. & ſeq.
Fœminæ Procuratores eſſe non poſſunt, 1.38. num.10
Forum quis pluribus modis ſortitur, 2.2. num. 6. & ſeq.
Fornicatio eſt iuſta cauſa diuortij, 4.19. num. 5. & num 10. quomodo probetur, 4.19. num. 12. Fornicantem an innocens coniugum ſibi reconciliare poſſit, 4.19. num. 11. Fornicantium cum moniali & viciſſim pœna, 2.35. nu. final.
Fructus amißi ob non reſidentiam quibus accreſcant, 3.4. num final. Fructus quis percipiat beneficij illius qui religionem ingreſſus eſt, 3.5. part. 2. num. 40.

Digitized by Google

Fructus incerti cui ſoluantur, 3.12. num.13. reſeruatio fructuum quando valida, ibid. num. 49. medietate fructuum reſeruata loco penſionis, quomodo ſiat ſolutio, ibid. num. 54. Fructus Eccleſiarum & beneficiorum ex prædijs prouenientes, an Laico ſub anno cenſu locari poſſint., 5.4. num.5.6. & final. Fructus beneficiorum quando & qua autboritate ſequeſtrentur, 2,17. num.18

Fugiens ad Eccleſiam qua immunitate gaudeat, 3. 49. nu.8.9.10.& ſeq.

Furans ex neceſsitate quid incurrat, 5. 18. numer. 2. quid ſi neceſsitas non ſit multum vrgens, ibid. nu.3. & ſeq.

Furor ſubſequens matrimonium contractum non diſſoluit, 4.8. nu. final.

G.

Geſta à ſchiſmaticis in ſpiritualibus, an valeant, 5.8. nu.12. Geſtorum à procuratore præſumitur in domino ignorantia, 1.38. num.25

Gratia quando cenſeatur motu proprio ſignata, 3.5. part. 4. num. 16. Gratiæ qualitates quomodo probentur, 3.5. part. numer. 35. in gratijs ſine literis ad beneficia, an debeat fieri mentio valoris fructuum, ibid. num. 42. & in quo valor ille conſiſtat, ibid. num. ſeq.

Gratificatio quæ locum habeat quando de auctoritate literarum non conſtat, 3.5. part. 5. num.23

H.

Habilitas prædeceſſoris quando probanda, vel non, 2.2. num.26

Habitatio annalis in monaſterio, tacitam profeſsionem inducit & quomodo, 3.31. nu. 21. & 24

Hæreſis quid ſit, 5.7. num. 1. & quis hæreticus, ibid. num.2. & ſeq.

Heres ex contractu defuncti conuentus ſequitur forum defuncti, nec proprio gaudet priuilegio, 2.2. num.17. qualis ei competat exceptio, ibid. num. 18. & ſeq. poteſt reuocare confeſsionem ſui autoris, ſecus in ſucceſſore ſingulari, 2.18. numer. 43. quot modis dicatur, 3.27. num. 5. timens hæreditatem damnoſam, quid facere poſsit, ibid. num. final. creditores ad editionem inſtrumentorum citare poteſt, 3.27. num final. an cogatur ad complementum pœnitentiæ defuncti, 3.34. nu.20. limitatur, vt num. ſeq.

Homicidium propriæ vxoris etiam adulteræ, an matrimonium impediat, 4.1. num. 20. presbyteri quid, ibid. nu.22. voluntarium quid ſit, & quomodo committatur, 5.12. num.1.2.3. & ſeq.

Horæ Canonicæ quot ſint, & qui earum effectus, 3.41. num.18.

Hoſpitale, & quæ eius ſpecies, 3.5. num. 44. deputatum ad hoſpitalitatem autoritate Epiſcopi, an ſit domus religioſa, 3.36. num. 2. eorum adminiſtratores cui ſubſint, ibid. num. 4. à quo & quomodo coerceantur, ibid. num.5.6.7. & ſeq.

I.

Ieiunia quid ſint, & quando per potum frangantur, 3.46. num.1.2. & ſeq. Ieiunia, eleemoſynæ, & preces, quæ alios non tangunt proſunt eis pro quibus ſpecialiter fiunt, 3.41. num.16

Illegitimi an promoueantur ad ordines, 1.17. num. 1. quis cum eis diſpenſet & ad quid, ibid. num. 2. & ſeq.

Immunitas Eccleſiarum quæ & qualis ſit, 3.49. nu.1. & ſeq.

Impedimenta matrimonij quæ ſint, 4.15. num. 1.2. & ſeq.

Imperator quale ius habeat ad beneficia, 3.5. part. 5. num. 66. Imperatoris electio, confirmatio & conſecratio quomodo fiat, 1.6. num. 40. eum examinat & vngit Papa, 1.15. num.2

Impetrans beneficium quas ſolemnitates ſeruare teneatur, 3.5. part.3. num.13. & ſeq.

Incontinens quomodo puniatur, 5.16. nu. final.

Incendiarij qui ſint, & eorum pœna, 5.17. n.9. & ſeq.

Indultum habens de fructibus in abſentia percipiendis, quid facere debeat, 3.4. num. 16. quomodo tollatur, ibid. num. 24. & ſeq. de conferendo quis concedere ſoleat, 3. 5. part. 5. numer. 77. quomodo in dubio interpretandum, num. 78. quid operetur, ibid. numer. 79. quibus concedatur, ibid. numer. 80. & ſeq. quãdo addatur clauſula, ibid. num. 84.

Indulgentia ſedis Apoſtolicæ quid conferat, 3.5. part.5. numer. 68. alternatiua à quo concedatur, ibid. num. 69. an comprehendatur ſub generali gratiarum reuocatione. ibid. num.70

Infantes expoſiti quomodo regulentur, 5.11. num.1.2. & ſeq.

Inferior ſuperiorem ſoluere aut ligare nequit, 1. 33. num. 3. Inferioribus prohibetur ordinati promotio,

Digitized by Google

ſine eius licentia, 1.11.nu.7. & religioſi contra voluntatem prælati, ibid.
Iniuriam verbalem quibus verbis liceat repellere, 5.36. nu.final.
Inquiſitio quid & quotuplex ſit, 5.1.num.43. quomodo in ea procedendum, ibid.& ſeq.
Inſtantia cauſæ criminalis an tranſeat ad hæredem accuſati, 2.1.n.32. quid in cauſa appellationis, ib.& ſeq.
Interdictum matrimonij quid ſit, 4.16.num.1. Interdictum ſpecialiter ſumptum quid ſit, 5.39.num.75. eius tres ſunt ſpecies, ibid.nu.76. quinam poſſint ponere, nu.81. generalis effectus quis, nu.82.& ſeq.
Intereſſe quibus modis conſideretur, 1.42.n.5.6.& ſeq.
Interrogationes à Iudice fiunt in omni cauſa, 2.18. num.14.
Interrogatoria ſuper quibus dari poſſint, 2.20.num.26.
Interſtitia in collatione ordinum quæ ſint ſeruanda, 1.11. num.9.
Interruptio præſcriptionis quibus modis fiat, 2.26.nu. 18.& 21.
Inſtitutio variè ſumitur, 3.7.nu.1. & quæ collatio vocetur Inſtitutio ib.n.3.& ſeq. Inſtitutio beneficij corporalis ad quem pertineat, 1.23.n.7. authorizabilis, ibid. num.11.
Irregularitas quid ſit & quam variè incurratur, 5.39. nu.101.102.& ſeq.
Itineris arreptio ad ſummum Pontificem quid operetur, 2.29. num.1.& 2.
Iudex an in criminalibus reum abſoluere poſſit, 2.1.n.4. Iudex à quo, an poſſit appellanti ſtatuere terminum breuiorem, 2.27.num.58. Iudex delegatus quando recipiat Iuriſdictionem, 1.29. num.8. ordinarius, an poſſit eſſe arbiter, 1.43.nu.9. cui committitur remiſſoria qualiter debeat eſſe qualificatus, 2.20.nu. 41.& ſeq. Iudicis officium quale eſſe debeat, & quotuplex, 1.32.num.1.& ſeq. debet habere notarium publicum, qui acta conſcribat, 2.2.num.43. Iudicibus duobus diuerſas ſententias proferentibus quænam præualere debeat, 2.27. num.26.
Iudicium quid ſit, 2.1.num.1. eius variæ ſunt diuiſiones, ibid.num.7.& 8. quibus modis nullum reddatur, ib. nu.10.11.& ſeq. Iudicium futurum mutandi cauſa, 1.22. num.3.
Iudæi quo Iure cenſeantur, & quid cum Chriſtianis commune habeant, vel non, 5.6.& ſeq.
Iuramentum quid & quale ſit, 2.28. num.1.& ſeq. Iuramentum calumniæ an remitti poſſit, 2.7.nu.1. ſemel in qualibet cauſa præſtatur & quando, ibid. num.2. in quibus, ibid.num.3.& ſeq. Iuramentum neceſſarium an contra matrimonium deferatur, 4. 18.nu 5.& cui, ibid.num ſeq. in quibus caſibus ſeruandum, 2.24. num.24.
Iuriſdictio in monaſteria cui incumbat, 1.23.num.12. delegata quibus modis finatur, 1.29.nu.25. ordinaria finitur multis modis, 1.31.nu final. quis ſuccedat Epiſcopo, in iuriſdictione iure ſpeciali, 3.9. num.6. & ſeq. Secularis quando annexa dignitati quam clericus habet, an poſſit eam per ſe exercere, 3.50. nu 7. Iuriſdictio in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium eſt penes Rectorem, etiam in criminalibus, 5.5.nu.pen. Iuriſdictionem ordinariam an habeant Vicarij generales Epiſcopi, 1.28. num.18
Ius diuinum quod ſit, l.1.proœm. num.6. Canonicum quod, ibid.num.7. quibus conſtet portibus, ibid. nu. final.
Ius ad beneficium habens ex pluribus cauſis agere prohibetur, 2.3. num.8.& ſeq.
Ius quomodo quæratur electo, 1.6. nu.16.
Ius reuocandi domum quando competat vel non, 2.2. nu.31.& ſeq.
Ius nominandi ad beneficium cui competat, 3.5.part.5. num.73.& ſeq. conferendi habens an poſſit alteri committere, 3.8. num.7.
Ius decimandi an Laici præſcribere poſſint, 3.30 nu.20. an acquirere poſſint, ibid. num.34.
Ius patronatus quid ſit, 3.39.nu.1. quibus modis acquiratur, ibid.nu.2 quotuplex ibid.& ſeq.
Iuſtitia præſumptionem quæ eſt pro ſententia tollit appellatio, 2.28. num.27.
Iuſtus titulus quando in præſcriptione requiratur, 2.26. num.25.

L.

Laicus ſuper rebus ſpiritualibus arbiter eſſe nequit, 1.43.num.10. pluribus locis domicilium habere poteſt, 2.2.nu.8. Laici eum qui Iuriſdictioni ſeculari vel Eccleſiaſticæ præeſſe dignoſcitur ſuum Iudicem conſtituere poſſunt, excipe, vt ibid. 2.2.nu.39. quid de Clericis, ibid.nu.41. Laicorum Clericos ad ſedem Apoſtol. citatos detinentium pœna, 2.29. nu.final.
Legati quotuplices, 1.30.num.2.& qui eſſe poſſint, ibid. num.ſeq. in quibus iure reuocandi domum vtantur, 2.2.nu.33. Legati à latere quæ beneficia conferant, 3.5.part.4 num.17.& nu.62. Commendam concedere poſſunt, ibid. num.75.
Legitimatio quomodo & in quibus liberis procedat, 4.17. num.16.19.20.& ſeq.

Lepra

Lepra deijcit inferiorem Prælatum, 1.20.*num. final. non Epiſcopum, ibid. impedit matrimonium.* 4.8. *nu.*1. *an ſanus teneatur laboranti debitum naturale reddere, ibid. num.*2

Lex & canon inducentes pœnam ac fundati ſuper præſumptione, fictione, &c. non reſeruantur in foro conſcientiæ, 1. *proæm. num.*10. *Lex iniuſta aut nutritiua peccati non ſeruatur in foro conſcientiæ,* 1. *proæm. num.*11. *Legum Romanarum Eccleſia non reſpuit familiam,* 1. *proæm. num.*2

Libellus generalis an admittatur in cauſa matrimonij ſuper impotentia, 4.15. *nu. final. Libellus conuentionalis quæ continere debeat,* 2.3. *nu.*5. *& ſeq.*

Licentia audiendi Leges & Phyſicam à quo impetrari poſſit, 3.50. *num.*17. *vtendi officio tabellionatus pro conſtituto in ſacris, ibid. num.*20

Literæ gratiæ cui dirigantur, 3.5. *part.*4. *num.*14

Lis quando pendere dicatur, 2.16. *nu.*9. *quid in actione reali, vbi contenditur de dominio vel quaſi, ibid. nu.* 10. *in perſonali, ibid. nu.* 11. *in vniuerſali mixta, ib. nu.*12. *& ſeq.*

Litis conteſtatio quomodo fiat, 2.5. *num.*1. *& quid in ea ab actore & reo fieri poſſit, ibid. num.*2. *& ſeq.*

Litis pendentia varia ſumitur quoad perpetuandam Iuriſdictionem, 2.16. *num.*2. *& ſeq.*

Lite non conteſtata an teſtes recipi poſſint, 2.6. *& ſeq.*

Locatio quid probet, 3.18 *num.* 7. *Locationes bonorum Eccleſiarum quando validæ ſint, vel non,* 3.18. *num.*2.

Locus religioſus deformatus reformari debet, 3.31. *num.*56.

Ludi ad oſtendendum vires extra torneamenta, iure canonico non prohibentur, 5.13. *nu. final.*

M.

Machinatio alterius ex coniugibus & perſona extranea, in mortem alterius vxoris, impedit matrimonium inter eos, &c. 4.7. *nu. final.*

Maior quando reſtituatur, 1.41. *nu.*13. *Maioritas inter Sacerdotes ex quibus conſideretur,* 1.33. *nu.*1

Magiſter quis appelletur, 5.5. *num.*4. *quis promoueat, ibid.*5. *& ſeq.*

Magiſtratui quando & quatenus liceat reſiſtere, 5.36. *num.*6.

Maledici qui ſint & eorum pœna, 5.26.

Mandatum procuratoris quomodo probetur, 1.38. *nu.* 15. *quando præſumatur ibid. nu.*16. *finiatur, ibid. num.*36. *ſecundum reuocat primum, ibid. Mandatum quæ requirant,* 1.28. *num.*21. *Mandata de prouidendo qualiter concedantur,* 3.8. *num.*6. *Mandatario in delictis non datur dilatio ad conſulendum mandantem,* 2. *nu.*23. *fallit, ibid.*

Manutentio ſi pendeat à negotio principali, prius principale diſcuti debet, 2.12. *num.*8

Matrix breuis quid ſit, 3.5. *part.*4. *num.*31

Matrimonium inter ſe qui licite contrahant, 4.2. *nu.* 3.4.5. *& ſeq. Matrimonium ſecundum contractum, pendente lite ſuper diſpenſatione facta per conſenſum quid iuris,* 4.4. *num.*6. *vbi fallat in ſeq. Matrimonium contractum cum ſecunda quando teneat,* 4.7. *num.*3. *& ſeq. Matrimonium in gradu prohibito inter affines contractum, eſt nullum, & pœna contrahentium,* 4.14. *num.*13. *& ſeq. ſeparatum propter maleficium, an eo ſublato redintegretur,* 4.15. *nu.*16. *& ſeq. contractum ob filicidium non ſeparatur,* 5.10 *num.*3. *Matrimonij ſubſtantialia quæ & quot ſint,* 4. *tit.*1. *num.*16. *impedimenta, & quotuplicia, ibid. & ſeq. Matrimonio inter parentes probato filij in dubio præſumuntur legitimi,* 4.17. *n.*12. *& ſeq. qualis in eo requiratur probatio,* 4.18. *nu.*3. *& ſeq. Matrimonia clandeſtina Eccleſia ſemper fuit deteſtata,* 4.3 *nu.*1. *ſunt difficilis probationis, ibid. nu.*2. *& ſeq.*

Membrum magnum quod intelligatur, 1.20. *num.*5.

Mendicantes de licentia Prælatorum ſuorum poſſunt vitam Eremiticam eligere, 3.31. *num.*67

Metropolitani officium in viſitanda prouincia quale, 3.39. *num.*16

Metus quid ſit, & quid in eo attendendum, 1.40. *nu.*4. *& ſeq.*

Milites militarium regularium & hoſpitalarij qui matrimonio vtuntur, an ſint religioſi 3.31. *nu.* 10

Minor quibus caſibus in integrum reſtituatur, 1.38. *num.*12. *& ſeq. reſtitutionem petens quæ probare debeat,* 1.41. *nu.*9. *& ſeq.*

Miſſa quomodo celebranda, 3.41. *nu.*1. *& ſeq. paſſim.*

Miſſio in poſſeſſionem quid ſit, & quando decernatur, vel non, 2.15. *nu.* 1. *in omnibus actionibus perſonalibus, realibus & mixtis decernitur, ibid. num.*5.

Modus procedendi datus per reſcriptum in cauſa conuentionis, cenſetur repoſitus in cauſa reconuentionis, 2.4. *num.* 6. *Modus in exactionibus ſeruari debet,* 3.39. *num.*45.

Monachus cui commiſſa eſt adminiſtratio obedientiæ, an procuratorem conſtituere poſſit, 1.38. *num.*6. *& ſeq. ſpoliatus Prioratu vel beneficio manuali ab extraneo, poteſt agere remedio recuperandæ, quid ſi à*

Digitized by Google

ſuo Abbate ſpolietur, 2. 13. num. 6. quilibet ad admonitionem ſui Abbatis ad omnes ſacros ordines promouetur, 1. 14. num. 12. & quando non, ibid. vbi ſortiatur domicilium, 2. 2. numer. 11. ob graue delictum depoſitus non recipit præbendas, &c. 3. 31. num. final. an Eccleſiæ parochiali ſeculari præfici poſſit, 3. 35. num. 21. & ſeq. nomine ſuo agere an poſſit, 3. 35. num. 23. vnde nomen acceperit, 3. 35. num. 2. ibid. plura paſſim. Monacho vel Religioſo an conferri poſſit, 5. 5. num. 32. quis ab inteſtato ſuccedat, 3. 27. num. 3. de ſæuitia vel intolerabili iniuria per Abbatem ſuæ perſonæ illata competit officium Iudicis, 3. 35. num. 32. quid ſi iniuſte abiectus reſtitui petat, ibidem num. ſeq. Monachi Abbatem ſuum accuſare poſſunt, 5. 1. num. 6. Monachi & Canonici Regulares non poſſunt eſſe aduocati, 1. 37. num. final. Monachis non licet à congregatione ad ſolitariam vitam diſcedere, 3. 31. num 66

Monaſteria quare ordinata ſint, 3. 35. numer. 1. & ſeq. Monaſterio facta oblatio quomodo probetur, 3. 37. numer. 4. quantus numerus in eis, tam maſculorum quam mulierum ſeruandus ſit, 3. 31. num. 50. quid in reformatione regulæ fieri poſſit, ibid. num. 54. Monaſterio exempto, an capellæ & membra cenſeantur exempta, 5. 35. num. 28. & ſeq.

Monaſteria quæ ſub immediata ſedis Apoſtolicæ protectione & directione regi conſueuerunt ad quid teneantur, 3. 39. num. 28. quid in exemptis, num. ſeq. monialium ſanctiſſimum corpus Chriſti in publica Eccleſia ſeruare debent, 3. 44. nu. final.

Moniales debent eſſe ſub clauſura, 3. 35. num. 54. nemini earum licet, poſt profeſſionem exire monaſterio etiam ad breue tempus, ibid. num. 55. excipiuntur tres caſus, num. ſeq. Monialium monaſterij ſepta ingredi nemini licet, & quibus, num 57. monaſteria earum per quos viſitentur & gubernentur, ibid. nu. 60 fornicantium cum illis pœna, ibid. nu. final.

Morbus non deijcit promotum, & quando, 3. 6. num. 1. & ſeq.

Motu proprio quando cenſeatur gratia ſignata, 3. 5. part. 4. num. 16

Mulier arbiter eſſe nequit, 1. 43. numer. 8. delinquens cum Clerico cuius fori efficiatur, 3. 2. nu. 3. pendente matrimonio, ſecundo nubens ſequeſtratur, 2. 17. num. 14

N.

Narratiua ſupplicantis duplicis ſunt generis, 1. 3. num. 8. narratiua Papæ quando probet, vel non, ibid. num. 9 & ſeq.

Natus ex libero ventre eſt liber, 4. 10. nu. 1. quid de nato ex liberta, ibid. nu ſeq.

Negligentiæ definitio, 1. 10. num. 1. in quibus & qualiter deprehendatur, ibid. num. 2

Negotiari perſonis Eccleſiaſticis an liceat, 3. 50. num. 3. & ſeq.

Notarius creatus à Papa ſeu imperatore vbiq; inſtrumenta facere poteſt, & quid de creato ab inferiore, 2. 22. nu. 4. de quibus rogari poſſit, ibid nu. 5. plures habens de eadem re matrices cui ſtandum, ibid n. 6. recuſari poteſt, nu. 21. an poſſit alterius Notarij notas ſeu imbreuiaturas in publicam formam redigere, & quæ ad id requirantur, num. 47. limita, nu. ſeq.

Nouatio quid ſit. 3. 30. num. 37

Nullitas ex defectu mandati, Iuriſdictionis, citationis & notoriæ iniuſtitiæ, tantum attenduntur in Romana Curia, 2. 1. nu. 31. Nullitas Iudicij quot & quibus modis dicatur, 2. 1. num. 10. quomodo de nullitate cognoſcatur, 2. 28. num. 72. quis ſit Iudex numer. 73. an debeat præmittere cognitionem ſuper nullitate, num. 74. quando proponatur principaliter, nu. 75 limitatur, num. ſeq. quæ nullitates in Curia Romana attendantur, nu. 77. quid de nullitate trium conformium ſententiarum, ibid. num. 78.

Nunciatio noui operis quomodo & qualiter fiat, 5. 32. & paſſim.

Nuptiæ qualiter olim prohibitæ, 4. 14. num. 14. extra conſanguinitatis & affinitatis rationem prohibitæ quomodo appellentur, ibid. num. 15. quis ſuper ijs diſpenſet, ibid. nu. ſeq cauſæ iuſtæ diſpenſandi enumerantur, ibid. num. 18. Nuptiæ ſecundæ ab Eccleſia approbantur, 4. 21. & plura ibid ſeq.

O.

Obitus quomodo probetur, 3. 5. part. 2. num. 10

Oeconomatus eſt quintus modus prouiſiuus & à quo detur, 3. 5. part. 4. num. 79

Officium Iudicis quotuplex, 1. 32. nu. 1. & ſeq.

Officij Eccleſiaſtici prouidentia & ordinatio cui incumbat, 1. 23. num. 3

Officia-

Digitized by Google

Officiales ſtatuentes de cauſis vſurarum quando excommunicentur 5.19. *nu.*36.*& ſeq.*

Onera realia rebus antequam ad Eccleſiam peruenisſent impoſita ſubit Eccleſia, 3.49. *num.*26

Operis noui nunciatio quomodo & qualiter fiat, 5.32. *num.*1.*& ſeq.*

Optio oblagiorum & c. quomodo fiat, 3.5.*part.* 4.*num.* 105.*quomodo tollatur,ibid.nu.* 102. *qui optare poſſint,ibid num.*100. *intra quod tempus, num.*101

Ordinis definitio, 1.11.*nu.*1.*alij minores, alij maiores, ibid.nu.*2.*qui conferant,ibid.nu.*5.*&* 7. *Ordini Epiſcopali reſeruata enumerantur, num.*3. *Ordinum ſanctorum functiones, quomodo à Diacono ad oſtiarium exerceantur, num.*4.*quibus diebus ſint conferendi,num.*8.*quæ interſtitia in eorum collatione ſint ſeruanda, num.*9.*ordinati ad ſacrum ordinem, & conferentis eundem extra tempora pœna, nu.*10.*an titulus in promotione aßignandus, & quid in maioribus,nu.*11. *quæ in eorum ſuſceptione ætas requiratur,n.*12.*quæ repellat à ſuſceptione,ibid.nu.*14.*quis ſuper ijſdem diſpenſet,nu.*15.*ordinati ante legitimam ætatem & ordinantis pœna,num.*13.*eorum collatio debet eſſe gratuita,ibid.nu.final. Ordinum functiones à Diaconatu ad Oſtiariatum à quibus exercendæ*, 1.11. *num.*4

Ordinatus in ſcrutinio quid pandere teneatur, 1. 12. 4.*ordinati abſque examine & ordinantis pœna, ib. nu.*5.*Epiſcopi ſic ordinantis pœna.ibid.nu* 6. *Ordinatus ad ſacros ordines ab Epiſcopo, qui renuntiauit dignitati ipſo iure executionem officij non habet, & quis cum eo diſpenſet*,1.13.*nu.*4.*quid in ordinato ab Epiſcopo excommunicato,ibid. nu.*5

Ordo Subdiaconatus in quibus requiratur,1.14.*nu* 8. *ordinationum recuſationis cauſas Canones ponderant,& quando,ibid. num.*11

Ordinarij locorum an & quos eximere poſſint, 5. 33. *num.*39.*appellatione ſeu nomine Ordinariorum qui veniant*,1.31. *nu.*1

P.

P*acis definitio*, 1.34.*num.* 2. *pax ſi pacta fuerit,ad quem pertineat cognitio, ibid. num.*4

Pacti definitio, 1.35.*num.*1. *Diuiſio.num.*2.*&* 3.*alia, num.*4.*factum cum vna perſona an extendatur ad aliam,nu.*5.*pactio Iure Canonico licita,nu.final.& quæ reprobata*,3.48. *num.*14

Pallij definitio,1.8.*n.*1.*eiuſdem receptio quam poteſtatem conferat,nu.*2.*à quibus concedatur, num.*3.*inſtanter peti debet intra tres menſes à die conſecrationis,& pœna negligentium petere.nu.*4. *Pontifex eo ſemper & vbiq; vtitur inter Miſſarum ſolemnia, nu.*5.*quis eo vtatur,num.*6. *eius vſus ſtrictior quam Pontificalium, ib.n.*7.*eius vſum perdit Archiepiſcopus qui renũciauit loco,n.*8.*quid in tranſlato,ib.n.*9.

Papa eſt ſuper Concilium vniuerſale,1.2.*nu.* 5.*& penes eum conuocandi Concilij vniuerſalis authoritas, ib. nu.*4.*Papa narratiua emanata ad petitionem partis non probat,nec transfert onus probandi*, 1.3.*nu.* 10.*quid ſi ſuper ea fundetur intentio Papa,ibid.n.*9. *Papa transfert Epiſcopos & exemptos Prælatos*,1.7. *nu.*2.*ſolus diſpenſat cum Epiſcopo*, 1.21. *nu.final.*

Parentum pœna in quorum lectis infantes mortui aut oppreßi reperiuntur, 3.10. *nu.final.*

Parochialitas an præſumatur, 3.29.*& quæ talis Eccleſia,quæue iura in ea ſeruentur.ibid.n.*2.3.*& paßim. Parochialis Eccleſiæ rector non habens congruam ſuſtentationem,vnde petere poßit*, 3.30. *num.*4

Parricida quomodo iure Canonico puniatur,5.10.*n.*1. *& ſeq.*

Pater,filius aut heres an poßint agere ad damna & intereſſe hominis liberi occiſi,5.12.*nu.final. Pater an teneatur ex delicto filij ad pœnam pecuniariam ex legitima filij*, 5.23. *nu.final.*

Patriarchæ & primales diuerſorum ſunt nominum, eiuſdẽ officij,& Iudices Archiepiſcoporũ, 1.31.*n.*24

Patrocinium potentioris ratione officij mediocris,aduocans ſine aliqua alienatione ſiue actor ſiue reus efficitur iactura cauſæ,1.42. *num.* 9

Patronus beneficij quid poßit,3.38.*n.*17.*& ſeq.nu.*23. *& ſeq quando Iurepatronat.priuetur,ibid.nu.fin.* li-

Peculium quotuplex ſit & quale Clerici, quidue iuris in eodem habeant, 3.25. *nu.*1.2.*& ſeq.*

Penſio quid ſit, 3.12.*num.*3.*qui imponant penſionem, ibid.num.*4.*quibus imponi poßit vel non,ibid.num.* 7.8.*& ſeq.*

Percußio quomodo fiat, quando punienda vel non, 5. 25.*num.* 1.*& paßim ſeq emendationis cauſa facta cenſetur eleemoſyna*. 5.25. *num.*8.*& ſeq.*

Peregrini Clerici quare prohibeantur ordinari, 1.22. *n.*1.*qui dicantur peregrini,n.*2.*Peregrini Clerici qui cauſa viſitandi ad alienã Eccleſiam veniunt,& ſunt noti ab inferioribus prælatis in gradu ſuo ſuſcipiũtur*, 1.22.*n.*3.*eos in quouis Eccleſiaſticorum ordinũ conſtitutos*, . *Epiſcopus ſine literis dimiſſorijs non debet ſuſcipere, num.* 4. *neque laicos peregrinos ad Sacramenta admittere,ib.n.*5.*ignotos. inferiores Prælati etiam exempti vigore literarum dimiſſoriarum ad celebrandum, non poſſunt admittere ſine liten-*

Digitized by Google

licentia Epiſcopi,ibid.nu.6.Peregrini Clerici debent habere literas commendatitias Papæ, aut ſui Epiſcopi, ſi ſigillum ſit rectum, admittendi ſunt, 1. 22. num.7.

Periurus repellitur à teſtimonio, 2.24. num.33

Permutatio quid ſit, 3.19. num.1.quomodo contrahatur, num. 2. quid de ea in ſpiritualibus, ibid. & paßim:

Petitur plus quatuor modis, 2.11. nu.1

Petitorium quando abſorbeat poſſeſſorium, 2.12.num. 34.quando cumulari poßit, ibid.nu.35.ſi cumulentur ab eodem quid iuris,ibid nu. 36. petitorio agens poteſt illo ſuſpenſo in prima inſtantia ante cauſæ concluſionem agere poſſeſſorio adipiſcendæ & recuperandæ, ſed non retinendæ, ibid nu.38.eius ſuſpenſio quando denegetur,nu.42 eiuſdem effectus, n.43. an licitum à ſuſpenſione tacitè vel expreßè recedere, num.44.

Pignus an diuiſionem recipiat, 3.21. num.2

Plus quot modis petatur, 2.11.paßim.

Pœna quid & quotuplex ſit, 5.37.nu.1.2.3 & paßim.

Pœnæ laicorum detinentium Clericos, 2.29.nu.final. pœna priuationis quando imponi poßit, 2.5.part.3. nu. 1. & ſeq. capientium poſſeßionem beneficiorum ſine literis 3.5.part.4. num.33

Pœnitentia quid ſit, & de eius qualitatibus vide paßim, 5.38.

Pontifex ſummus habet authoritatem conuocandi Concilij vniuerſalis,1.2. num.4. idem ſupra Concilium,ibid.num.5.non vtitur baculo, 1.15. nu.9.eius caput conſecratur Chriſmate,ibid.nu.1. cum illegitimis ad ordines & beneficia promouendis diſpenſat, 1.17.nu.4.dat facultatem Clericis teſtandi de bonis ſuis, 3.25. num. 19. & ſeq. Vide plura in Papa.

Poſſeßio in beneficialibus & ſpiritualibus ex vno actu congruo acquiritur, & quando, 2.12. num.13.fallit quoque, vt ibid. nu. 14. & quomodo amittatur nu. 15.transferatur, num. 16. poſſeßionis duodecim fructus enumerantur remißiuè, n.18. quæ continuatur in hæredem eſt ciuiliſſima, & ex ea agi poteſt interdicto adipiſcendæ, nu.19.poſſeßio Sacramentalium conferentis ſufficit in ſpiritualibus quo ad validitatem Iurium, num 21.& in beneficialibus efficacia collationis ſequitur poſſeßionem, ibid. nu.22

Poſſeßio vera in ſpiritualibus an haberi poßit, 2.12. nu. 3.poſſeſſorium retinendæ quotuplex ſit, num.4 ſummariſſimum quibus detur, num. 5.in eo ſufficit ſummaria cognitio,ibid. num. 6. fertur ſententia locutoria à qua non eſt licita appellatio, ibid. num.7.

Poſſeßio quomodo probetur, 2.13.nu.2.Poſſeßionem & deiectionem ſpoliatus probare debet, num. 1.licitum ſpoliatori opponere ad tollendam probationem poſſeßionis, ibid. nu. 3. momenti nullius eſt poſſeßio inſtrumentalis alio in poſſeßione reperto, ibid. num. 4. inſtrumentalis poſterior eſt in conſideratione & quando, ibid. num. 5. Poſſeßio aut eius commodum nunquam tollitur per litis conteſtationem, nec datur inhibitio in præiudicium poſſeſſoris, 2.16. num. 1. Poſſeßio rei auctoritate Iudicis ſequeſtrata penes quem remaneat, 2.16. num. 2. & quid voluntate partium facta ſit, ibid. num.3. Poſſeßionem beneficij citra authoritatem ſuperioris ingredientis pœna, 3. 7.num.11. dignitatis aut beneficij quomodo acquiratur, ibid. nu.20 & ſeq.

Poſſeſſorium plenarium ſiue ordinarium ad huc durat terminato ſummariſſimo 2.12.num.9 in eo requiritur plenaria cognitio, & ex parte actoris plena probatio, ibid. num.10. ſententia in eo lata eſt definitiua, à quo omni iure prohibetur appellatio, num. 11.fallit in aliquibus caſibus, vt ibid. num.12

Poſſeſſor alio non apparente præſumitur in bona fide & dominus, 2.12. num.23. ei debentur fructus tam in temporalibus quam beneficialibus, niſi ius reſiſtat, ibid.num. 24 poſſeßionem pacificam & triennalem & ſupplicationem ſignatam, ſucceſſori in beneficio oſtendere ſufficit, & ad quid, nu.25. agenti in beneficialibus poſſeſſorio, non obſtat exceptio criminis, num.26.an obſtet exceptio dominij, ibid. num.30. ſi ab vno proponatur petitorium & à reo poſſeſſorium retinendæ, quid Iuris, num.37. poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ agens, poteſt illo ſuſpenſo agere petitorio in cauſa principali & appellationis, ibid. num. 45. poſſeſſorio ſuccumbens non poteſt in ſecunda inſtantia aggredi petitorium, per viam ſuſpenſionis poſſeſſorij, ſed poteſt poſſeſſorium accumulare petitorio per viam cognitionis, ibid. n.fin.

Poſitiones per quos & quomodo fiant, 2.18. num.12. quando fiant, ibid nu. 15. ijs quilibet per procuratorem reſpondere debet, num. 22. poſitio qualificata qualiter negari poßit, ibid num.29. quid ſi quid falſi in quantitate contineat, ibid. quid in contumace in reſpondendo, ibid. nu.23. & eius requiſita, num.24. & ſeq.

Poſtulationis definitio, 1.5 nu.1 poſtulandi qui ſint, ib. num.2. quotuplex, ibid Poſtulare quid ſit, 1.37.nu. 1.qui poßint, ibid. Poſtulatus concorditer in Eccleſia vltra montana exempta non poteſt adminiſtrare, 1.7. num 6

Poten-

Digitized by Google

Potentior quomodo quis intelligatur, 1.42. *num*.17
Poteſtas Coadiutoris vnde colligatur, 3.6. *nu*.13
Præbenda quomodo accipiatur, 3.5. *num*.1. *Præbendæ quando ſunt diſtinctæ in Eccleſijs, quid probandum*, 3.7.*num*.23. *eius ſectiones quomodo & à quo fiant*, 3.12. *num*.2
Prælatus inferior quæ acquirere poßit, 1.31.*num*.13.*an citra Epiſcopos diſpenſet in caſibus ſibi ſpecificè permißis*, *ibid.nu*.29 *Prælati quomodo ad Romanam Curiam veniant*, 2.29.*nu*.4. *Prælati an vices ſuas alteri ſub annuo concedere poßint*, 5.4.*nu*.1. *& ſeq. quando ſimoniam committant*, 5.5.*nu*.1. *& ſeq. de eorum exceßibus*, 5.31 *paßim*.
Præſcriptio quid ſit & quotuplex, effectus media & fines, 2.26. *nu*.1.2.*& ſeq*.
Præſentatio ad beneficium quomodo fieri poßit, 3.38. *nu*.19. *& ſeq*.
Præſumptio quid & quotuplex ſit, in quibus rebus & quando locum habeat, 2.21. *nu*.12. *& paßim*.
Præuaricari quid ſit, 5.2.*nu*.2. *Præuaricator quomodo puniatur*, 5.2. *num*.7
Precaria quid ſit, 3 14.*num*.1.*& 2*. *Precarium quid*, 3. 14.*nu*.3 *in quibus conſiſtat, ibid. accipiens ad quid teneatur.ibid.nu*.4.*& quomodo finiatur, ib.nu*.5
Presbyter non baptizatus an celebrare poßit.3.43.*nu*.2
Primariæ preces à quo concedantur, 3.5 *part*.5.*nu*.63. *& ſeq*.
Primicerius obtinet dignitatem in Eccleſia, 1.25.*nu*.1. *quibus in docendo præſit. ibid. num*.2
Princeps quando poßit rem Eccleſiæ acquirere, 1.13.*nu*. 11. *quomodo diſpenſet circa ius humanum, diuinum & naturale*, 1.3. *num*.23
Prioratus manuales quibus æquiparentur, 3.35. *nu*.17
Priuationis pœna, an & quando per Iudicem imponi poßit, 3.5.*part*. 3. *nu*.1.*& ſeq*.
Priuilegium quid ſit, 5.33.*nu*.1.*quando concedatur, ib. num*.2.*quotuplex, & de reliquo priuilegiorum iure, ibid.& ſeq.Priuilegia Papalia an confirmentur*, 2. 30.*nu*.11.*Priuilegij intereſſe quomodo conſideretur*, 1.42.*num*,7.*Priuilegia Clericorum quæ ſint*, 3.49. *nu*.14.*& ſeq*.
Probatio quid ſit, 2.19. *nu*. 1. *qualis eſſe debeat*, *num*.2. *& ſeq.cui fieri debeat, qualis ab actore & reo, ibid. nu*.16.17.*& ſeq*.
Procuratio an debeatur Prælatis pro impendendo officia ſua, 3.39.*nu*.12.*& ſeq.Epiſcopo,ib.num*.41.*& ſeq.Procurationes debentur ex conſuetudine*, 3.39. *nu*.47.*& ſeq.Procurator quis ſit*, 1.38.*nu*.1.*quilibet conſtituit, & quilibet conſtitui poteſt, n*.2.*& ſeq*.
Producta in Iudicio an ſint alteri parti intimanda, 3.5. *part*.5. *num*.14
Profeßio quotuplex, 3.31. *nu*.12. *& ſeq.præſumitur ex delatione habitus,ibid.nu*.27.*eius effectus, ibid. nu*. 28.*& ſeq. Profeßionem tacitam quæ inducant*, 3. 31.*nu*.*& ſeq. Profeſſus fugitiuus bona ſua non recuperat*, 3.31. *num*.73
Promißio ex cauſa merè lucratiua, in matrimonij tempus collata an valeat, 4.1. *num*.32
Promotus per ſaltum quid conſequatur, 5.29. *num*.1
Proprietas & titulus beneficij tranſit in reſignatarium, 3.12.*nu*.51.*idem iuris ſi titulus, Dominatio &c. reſeruata ſint, ibid. nu.ſeq*.
Prouiſiui modi quid tribuant, 3.5.*part*.4. *num*.1. *enumerantur, nu*.2.*& ſeq prouiſio, diſpoſitio, ordinatio ſunt verba collatione generaliora, num*.11.*prouiſiones Papales quomodo fiant. nu*.13. *Prouiſionum & gratiarum reſcripta varia ſunt*, 3.5.*part*.5.*nu*.1.*ſub qua forma in Curia Romana expediantur, ib.nu* 2. *& ſeq.noua prouiſio quid ſit, nu*.27. *à quo & quibus detur.ibid. nu.ſeq*.
Pubes ſecundum canones quis dicatur, 4.2. *num*.1.2.
Puerpera quæ. ibid. num.2
Pueris quæ peccata attribuantur, 5.23.*nu*.1. *& ſeq. & quando pueritia incipiat.ibid. nu*. 2. *quomodo pueri puniendi,ib.nu*.3. *& ſeq. Puer percutiens Clericum an incidat excommunicationem, & à quo abſoluatur*, 5.23. *num*.5
Purificatio poſt partum quo iure introducta, 3.47.*nu*. 1.*an bene vel malè hodie fiat,ibid. num.ſeq*.
Purgatio Canonica quid ſit, & quibus caſibus locum habeat, 5.34.*num*.1.2.*& ſeq. vulgaris quæ ſit, & quid hodie valeat*, 5.35. *nu*.1.*& 2*

R.

R*Apinæ pœnæ quæ ſint*, 5.17.*paßim*.
Raptus Virginis quomodo committatur, & eius pœna, 5.17.*nu*.12.13. *& ſeq*.
Raſura quid ſit, quando vitiet reſcriptum, 1.3. *nu*. 20
Ratihabitio in delictis quando retrotrahatur, 3.33. *nu*. 9.*& ſeq*.
Ratiocinia quæ impediant aliquem ordinari, 1.19.*nu*. 1.*& ſeq*.
Reconuentiones à quo & quando fiant, 2.4.*nu*.1.2. *& ſeq.quibus caſibus ceſſet, ibid.nu.final*.
Recurſus in quibus cauſis ſit prohibitus, 2.2.*nu*.5.
Recuſari Iudices qui poßint, 2.29.*nu*.79. *cauſa recuſationis, nu.ſeq.quando recuſatio debeat.ibid.nu*.8. *& ſeq*.

Digitized by Google

Rector Eccleſiæ quomodo cum Eccleſia permutare poßit, 3.13. num.12

Reformatio quid ſit, 3.5. part.5. nu.36. & ſeq.

Regulares qui ſint, & de eorum iure, 3.31. num.3.4. & ſeq.

Religiones approbatæ quot ſint, 3.31. num.5. quot regulæ mendicantium, ibid. num.6. Religioſæ domus quæ ſint, 3.36. num.1. & ſeq.

Reliquiæ de nouo inuentæ à quo approbentur, 3.45. nu.3. quomodo transferantur, ibid. nu.4. & ſeq.

Remißio quomodo fiat, 2.20. nu.40. & ſeq. remiſſoria quibus denegetur, ibid. nu.45. quibus concedatur, ib. nu.46. & 5.38. nu.43. & ſeq.

Renunciationis definitio, 1.9. nu.1. renunciare beneficio qui poßint, ibid. num.2

Reſcriptum quomodo ſumatur, 1.3. num.1. reſcripta quotuplicia ſint, nu.2. quæ partes, nu.3.4. & 5. gratiæ an ſint perpetuæ, num.11. in reſcriptis gratiæ inſpicitur tempus datæ, ib. nu.12. & paßim. Reſcripta in forma communi an ſint ſublata per Concil. Trid. 3.8. num.12

Reſidentia quid ſit, & quotuplex, 3.4. num.1.2. & paßim, & de eius qualitate, & effectu, & non reſidentium pœnis, ibid. paßim.

Reſignationis quæ ſint ſpecies, 1.9. nu.3. & ſeq. reſignatio in fauorem an & quando ſub generali diſpoſitione comprehendatur, ibid. nu.10. reſignatio quomodo fieri debeat, ibid. nu.11. & ſeq.

Reſtitutio in integrum quid ſit, quibus & quomodo concedatur aut denegetur, 1.41. num.1.2. Reſtitutio malè ablatorum eſt caſus Epiſcopo reſeruatus, 3.26. nu.33. & ſeq.

Retentio penſionum quomodo detur promoto, 3.5. part. 2. nu.14. & ſeq.

Retroceßionis definitio, 1.9. num.6. quotuplex ſit, ibid. nu. ſeq.

Reus qui ſit, 2.1. nu.2. quotuplex, num.3. quibus modis forum ſortiatur, 2.2. num.6. & ſeq.

S.

Sacerdos quot Miſſas facere poßit, 3.41. num.11. pro quibus mortuis oret, ibid. num.14. ex confeßione mulieris maritatæ aſſerentis, ſe cum eo commiſiſſe adulterium non poteſt puniri, 5.16. num.17. Sacerdotis ſe præ identis pœna, 1.20. num.6

Sacramenta vbi conſeruari debeant, 3.44. n.1. & ſeq.

Sacriſtæ quid incumbat, 1.26. num.1. appellatur etiam theſaurarius, ibid. num.2

Schiſma quid ſit, quis ſchiſmaticus, & quomodo puniatur, latè, 5.8. nu.1. & ſeq.

Scholaribus datur electio an coram rectore vel Epiſcopo loci conueniri velint, 5.5. nu. final.

Scriptura priuata quid & quando probet, 2.22. num. 44. & ſeq.

Scrutinium de ordinandorum vita quomodo fiat, & circa quæ, 1.12. num.1. & ordinatus in ſcrutinio quæ pandere teneatur, ibid. num.4. & paßim.

Sententia quid ſit, quot eius ſint ſpecies, 2.27. nu.1.2. & paßim ſeq quibus modis impugnetur, 2.28. num.1. & ſeq. condemnatoria, aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, in quo erat comminata pœna priuationis, quid faciat, 3.5. part.3. num.17. priuationis in abſentem vel contumacem lata, quid operetur, 3.5. part.3. nu.18. excommunicationis quæ & qualis ſit, 5.39. nu.28. & ſeq.

Sepultura quot modis accipiatur, 3.38. nu.1. & plura de ſepulturis vide ibid.

Sequeſtratio quid ſit, & quotuplex, 2.17. nu.1.2 & ſeq. quibus in rebus fiat, & à quibus, ibid. nu.5. regulariter prohibita, ibid. nu.7. fallentiæ 14. ibid. num.7. & ſeq. Sequeſter qua actione teneatur, & quæ actiones ipſi dentur, ibid. num.25. de qua culpa teneatur, ibid. nu. final.

Seruitus an matrimoniũ contractum dirimat, 4.9. n.1

Seruus confugiens timore Domini ad Eccleſiam, quid conſequatur, 3.49. nu.8. idem in Colono aſcriptitio, ibid. nu.9. debitore fugiente, num.10. quid in Clerico, ibid. nu.12. Serui an à Sacramentis Eccleſiæ remoueantur, 4.9. num.2. quare ordinari prohibeantur, 1.18. num.1. ordinati an liberi fiant, diſtinguendi ſunt caſus plures, ibid. nu.2. & ſeq. ad ſeruum ordinatum repetendum quid Iuris domino detur, nu.6. & 7.

Simonia eſt mixti fori, 5.3. nu.1. multiplex, ibid. nu.2. & ſeq. committitur varijs modis, ibid. nu.10. & ſeq.

Societates officiorũ quomodo contrahantur, 5.19. n.27

Solemnitates inſtrumenti publici quot ſint, 2.22. nu.3. an eædem requirantur in priuato, ibid. nu.9

Soluiſſe quis dicatur, 3.23. num.1

Sors principalis an propter ſtipulationem vſurarum amittatur, 5.19. nu.16

Sortilegium eſt mixti fori, 5.21. nu.1. & ſortes quotuplices, ib. nu.2. quæ ſortilegij pœna & abſolutio, ibid. nu.4. & ſeq.

Spiritualia an occupanti concedantur, 2.12. nu.2. in ijs ſolo titulo abſque traditione quis ius conſequitur, ibid. num.1

Spolia-

Spoliatus quæ probare debeat, 2.13.num.1. pro poſſeſſore habetur, nu.8. à Iudice an reſtitutionem petat, 2.13. num.10. Fallit, vt nu.ſeq. ante omnia reſtituendus, nu.17. ſpoliator in quibus non audiatur, nu.18. rerum ablatarũ valor quomodo probetur. n.19. & ſeq.

Sponſalia quid ſint. 4.1.nu.2. quomodo contrahantur, ibid. nu.3.4. & ſeq. inter quos, ibid. n.10. & ſeq. qui contrahere poßint, vel non, 8.2.nu.3.4.5. & ſeq. de futuro an ſoluantur per alia ſponſalia de futuro, 4.4.nu.5 & ſeq.

Statutum loquens de hæreditate quomodo extendatur, 3.27.nu.6. Statuta & conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ an valeant, 3.49.nu.36. quæ talia dicantur, ibid.nu.ſeq. Statuta laicorum non ligant Clericos, *1.2.num.15. loci Iudicij, contractus attendi debent, ibid.num.16. à ſtatuto quando recedere licet, 2.30.nu.13 limitatur, vt nu.ſeq.*

Stipendia beneficialia quæ vocentur, 3.5. num.18

Studentes iuri Canonico *aut Ciuili an gaudeant priuilegio cap final de Magiſtris & ne quid exigatur &c. 5.5.nu.22. ſtudere* Inſtitutionib. Imperialib. *qui poßint, 3.50. num.10*

Stuprans virginem ad quid teneatur, diſtingue, 5.16. num.18. & ſeq.

Sub & obreptio doloſa an vitiet reſcriptum, 1.3 nu.19. quomodo committatur, ibid. num.7

Succeſſor vniuerſalis doli exceptione repellitur. 2.14.nu. 15. in beneficio an penſionem ſoluere teneatur, 3.12.nu.40. et ſi recuſauerit ſpoliare dicitur, ib & nu. 44. ad futuras & poſt fructus perceptos decurſas, ib. nu.45. etiam ſucceſſor poſſeßionis, num.46. videtur contrahere acceptando beneficium, ibid. num.59

Succeßionis hæreditaria vitium per quem purgetur, 1.17. num.9. & ſeq.

Summa hæc quibus conſcripta ſit, l.1. proœm. num.1

Superficies varijs modis conceditur, quomodo, & ad quid, 3.14. nu.6.7. & ſeq.

Surrogatio quid ſit. 3.5. part 5.nu.43. conceſſa in fauorem tertij quid ſit. num.44. ſufficit in ea quod ſummus Pontifex *ex narratis ſtatum cauſæ intellexerit, nu.45. an debeat fieri mentio* Iuriſpatronatus *laicorum, num.46. & ſeq.*

Suſpenſio à diuinis quomodo & ad quid fiat, 5.27.nu. 9 & ſeq. quomodo accipiatur, 5.39. nu. 54. & ſeq. eſt multiplex, ibid.

Syndicus ad quas cauſas & quomodo conſtituatur, 1.39. n 1. Syndicatus inſtrumentum quando præſumatur factum de conſenſu vniuerſitatis, ib.nu.2. an defendens cauere debeat, ib.nu.3. de calumnia iuret, nu.4. ex quibus cauſis mutetur, nu.5. eius officium publicum, num.6. duo plureſue quomodo dati intelligantur, ibid. nu.final.

T.

Taciturnitas quid inducat, 3.5.par.2. num.44

Tergiuerſari quid ſit, 5.2. num.3. tergiuerſator quomodo puniatur, ibid. num.8

Teſtamenta iure Canonico *quomodo fieri poßint, eorumq́; iura & ſolemnitates, 3.26.num.1.2. & ſeq. Teſtamenta manifeſtorum vſurariorum an valeant, 5.59.nu.39. & quid de codicillis, ibid.*

Teſtis deponens ſuper negatiua quid facere debeat, 2.19. nu.14. teſtis quis eſſe poßit, 2.20.num.1. & per totum. Teſtis venire recuſans, quomodo cogatur, 2.21. nu.1. ibid quid de priuilegiatis, ibid. num.4

Theologiam docentes quos prouentus habeant, & quando, 5.5. num.21

Titulus in quibus ordinibus ſit aßignandus, 1.11.nu.11

Titulus de confeßis quomodo differat, à titulo de interrogatorijs Actis. 2.18. num.2.

Titulus, vt lite non conteſtata, *quando procedat, & quas admittat fallentias, 2.6. nu.1. & paßim.*

Tonſura quid ſit 3 1. num 10

Torneamenta quid ſint, 5.13.nu.1. in ijs mortuus Eccleſiaſtica ſepultura carent, ibid. num.2.

Tractus futuri temporis an ad iudicem pertineat, 2.3. nu final.

Tranſactionis definitio, 1.36.nu.1. quomodo fiat & qui tranſigere poßint, ibid. nu.2.3. & ſeq.

Translationis definitio, 1.7.nu.1. quis Epiſcopos & exemptos Prælatos *transferat, ib.n.2. tranſeuntis propria authoritate pœna, nu.3. translationis effectus, ibid. nu.4*

Treuga definitio, 1.34.nu.1 quot eius ſpecies, ibid.nu.3

Trinitas quid ſit, 1.1.nu.1. vnde dicatur, ibid. num.2.

V.

Vacatio Canonicatuum *vbi poßibilis, 1.10.nu.11. beneficij an inducatur per obitum, 3.5 part.2. nu.7. vacationum modi ſunt plures, ibid.num.8. & ſeq. vacationis modos aliquot vide 3 5.part. 4.nu. 51. vacationis ſcientia vel ignorantia in ordinario, an ſit præſumenda 1.10. nu.final.*

Valor in quibus conſiſtat, 3.5 part.4.num 43. eius probatio cui incumbat, nu. 44. abſq; oneribus facta eſt inſufficiens, nu.45. ſemiplena ſufficit, nu.46. & ſeq.

Vaſallus ad quid teneatur, 3.20.nu.5. ex quibus cauſis Feudo *priuetur. ibid. num.11. & ſeq paßim.*

Venatio quotuplex & quibus permiſſa, 5.24. paßim.

Verba ambigua quomodo interpretanda, 5.40.*nu*.3. *& paſſim de verborum accidentibus.*

Veſtes & altaria à Catholicis *Epiſcopis benedicta & conſecrata, ſi ijs celebrarint ſchiſmatici, non ſunt rebenedicenda*.5.8. *nu*.13.

Vicarius Epiſcopi *generalis quomodo beneficia conferre poſſit*, 8 5.*part*.4. *nu*.24.

Vicariatus eſt nonus modus prouiſiuus, 3.5.*part*.4. *nu*. 8.*eius poteſtas*, *nu*.93.

Vicarij conſtitutio quomodo probetur, 1.28.*nu*.19. *quæ in eum transferantur*, *ibid*. *nu*.20. *eius delicto quis teneatur*, *num*. 22. *à vicarij* Epiſcopi *definitiua ad quem appelletur*, *nu*.23. *ad quem à Vicarij delegato*, *num*. 24. *Vicarius Vicarium an ſubſtituere poſſit*, *num*.25. *& ſeq*. *Vicarium qui conſtituere poſſint*, 1. 28.*nu*.1. *quot Vicariorum ſint ſpecies*, *nu*. 2 *& ſeq*. Parochialium *Eccleſiarum à quo conſtituatur*, *n*.6. *ei debetur congrua portio*, *nu*. 7. *Vicarij temporales in quibus caſibus ab* Epiſcopo *conſtituantur*, *ib*. *nu*.14

Vicarij generalis Epiſcopi *qui eſſe prohibeantur*, 1. 28. *nu*.15. *quale habeant officium*, *nu*. 16. *cenſetur conſtitutus in dignitate*, *nu*. 17. *ordinariam habet Iuriſdictionem*, *ibid*. *num*.18

Viduarum cauſa ad quem Iudicem *ſpectent*, 2.2.*nu*.35

Vigiliæ quæ ieiunium inducant, 3.46. *num*.5

Violatio Eccleſiæ eſt mixti fori, 3.49. *num*.13

Vis quid ſit & quotuplex, 1.40.*num*.1. *& 2. & ſeq*. *Vi geſta ipſo iure nulla ſunt*, *nu*.6. *ſummo iure quando teneant*, *ibid*. *nu*. 7. *Fallit vt* *nu*.8

Viſitatio Diœceſis cui incumbat, 1.23. *num*.6

Viſitator à Romano Pontifice Eccleſiæ datus, *qualem adminiſtrationem habeat*, 3.8. *nu.final.*

Viſitare qui teneantur, 3.39.*nu*.14. *& ſeq*. *eorum officium*, *ibid*. *nu*.31. *& ſeq*.

Vitium corporis quotuplex, 1.20. *nu*. 1. *vitiati ſponte repelluntur à promotione*, *ibid*. *nu*. 2. *quid in vitiatis caſu*, *ibid*. *nu*.3. *quis cum ijs diſpenſet ibid*. *num*.7

Vltramontanus ordinatus ab Epiſcopo Italiæ, *remanet ipſo iure ſuſpenſus*, 1.22. *nu*.14

Vnctione quando Eccleſia *vtatur*, 1.15. *num*.7

Vnio eſt tertius modus prouiſiuus, 3.5.*part*.4.*nu*.58. *fit quatuor modis*, *ibid*. *nu*.59. *in* Eccleſia *vnita quo deſeruiendum*, *ibid*. *nu*.60. *vnire quis poſſit*, *nu*.61. *an legatus à latere*, *nu*.62. *an* Epiſcopus 63. *Vnio quomodo probetur*, 3.5.*part*.*num*.64. *quanto tempore præſcribatur*, *num*.65. *vnionis diſſolutio quomodo fieri poſſit & quæ in eadem requirantur*, *ib*. *nu* 66. *quæ fit de beneficio viuentis* Collegio *vel* Capitulo, *an ſit ſublata per* Concil. *Trid*. 3.8. *num*.11

Votum ſolemnitatum quando matrimonium impediat, 3.32.*nu*.10. *& ſeq*. *Votum ab initio eſt voluntatis*, 3.34.*nu*.1. *quæ ad votum requirantur & de cæteris*, *ibid*. *& in ſeq*. *per ſolemnitatum profeſſionem factum*, *quid in caſibus matrimonij operetur*, 4. 6.*nu*. 5. *& ſeq*.

Vſura quid ſit. 5.19.*nu*.1. *quomodo conſideretur*, *nu*. 2. 3. *& ſeq*. *quotuplex*, *ibid* *n*.9.10. *& paſſim*. *de vſura qualitatibus*, *ibidem plura*.

Vſurpantis Iuriſdictiones *alicuius* Eccleſiæ *vel aliorum piorum locorum pœna ex* Concil. *Trid*. 3.13.*num*.23

Vxor conſentiens continentiæ religionem intrare debet, 3.32.*nu*.13.

Vxor Epiſcopi *etiam vetula religionem intrare debet*, 3.32. *num.final.*

Finis Indicis Rerum & Verborum.

Digitized by Google

IOAN. HONORII AB AXEL SVMMÆ IN DECRETALES.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1 *Summa conſcripta eſt iis qui ſtuduerunt Inſtitutionibus Imperialibus.*
2 *Eccleſia legum Romanarum non reſpuit famulatum.*
3 *Decretales, liber ſextus clementinæ, & extrauag. eundem habent titulorum ordinem.*
4 *Decretum diuiditur in tres partes, diſtinctiones, cauſas & tractatum de conſecratione.*
5 *Chriſtianorum duo ſunt genera, mancipati diuino officio & laici.*
6 *Ius diuinum eſt quod lege continetur & euangelio.*
7 *Ius canonicum eſt quod Chriſtianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit.*
8 *Leges & Canones ſeruandi ſunt in foro conſcientiæ, cum diſtinctione, an ſint conſilij, vel præcepti.*
9 *Etiamſi ex cauſa aliquid ſtatuant contra ius naturale.*
10 *Lex & Canon inducentes pœnam, ac fundati ſuper præſumptione, fictione, aut conſuetudine quæ non ſunt vera aut requirentes certam ſolemnitatem, non ſeruantur in foro conſcientiæ.*
11 *Lex iniuſta, aut nutritiua peccati non ſeruatur in foro conſcientiæ.*
12 *Decretales ſunt reſcripta quibus ſummus Pont. ad conſultationem alicuius reſpondet.*
13 *Gregorius Papa IX. compilauit decretales.*
14 *Fideles de neceſſitate ſalutis ſubſunt ſummo Pontifici.*
15 *Ius Canonicum conſtat conſtitutionibus reſcriptis, & conſuetudine.*

Summa in Decretales.

Procemium.

SCRIPTVRAS breuem Enarrationem in quinque libros Decretaliũ, accomodatam Sacri Concilij Tridentini decretis, Deum optimum max. humiliter precor, vt intellectum meum dignetur illuminare, lectorem monitum cupio, † vt deguſtatis Imperialibus Inſti- 1
tutionibus, ad huius opuſculi lectionem accedat, in quo omiſi, aut breuiter attigi titulos qui in Imperialib. Inſtitutionib. fuſius explicantur, † quia 2
vti leges Imperiales ſacras & diuinas regulas non dedignantur ſequi, *Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos §. neque enim volumus c. clerici de iud. c. euphemium §. 1. verſ. de ea 2. quæſt. 3. c. fin. in fine de ſecund. nupt. c. ſane §. ſed ſicut is, quæſt. 3. c. lege §. fin. 10. diſt.* ita ſancta mater Eccleſia venerandarum legum Romanarum *c. 1. 30. quæſt. tertia*, non reſpuit famulatum, *c. ſuper ſpecula. de priuil. c. 1. de nou oper. nunt. c. in audientia, de ſent. excom. diſt. 10. in ſumm. & per tot.* etiam in cauſa ſpirituali, *c. in audientia. & ibi Pan. in 5. not. de ſent. excomm.* ac interdum mitigat rigorem iuris Ciuilis. *c. 2. de adult. & ſtup. c. peſſimum in fin. & ibi gloſſ. fin. 23. quæſt. 8.* Deo auctore rem aggredior, ſeruato ordine titulorum Decretalium, iuxta præceptum ſummorum Pontificum, qui cũ Conſtitutiones aliquas promulgabant nouiter, eas mandabant ſub antiquarum ſerie ſeruari. *§. quem librum in procem. lib. 6.* † Hinc eundem ha- 3
bent titulorum ordinem Decretales, liber ſextus, Clementinæ, Extrauag. Ioannis XXII. & Extrauag. cõmunes, † Connumeratur inter leges ca- 4
nonicas liber decretorum, editus anno 1150.

gloſſ. in c. poſt appellationem, §. forma in verb. 1161. 2. *quæſt.* 6. quia approbatus fuit per Eugenium Papam III. & à populo, & publice legitur in ſcholis, & facit plenam fidem: *Pan. in c. 2. in fine & ibi Felin. n. 44. de reſcript. Marant. in ſpecul. part. 3. n. 34.* diuiditur in diſtinctiones, quarum ſunt centum & vna; cauſas quæ ſunt triginta ſex, & per modum poſitionis formantur, & ſub eis variæ queſtiones explanantur, ſub 33. cauſa in 3. quæſtione intermiſcetur tractatus de pænitentia per ſeptem diſtinctiones: poſt 36. cauſam ponitur tractatus conſecrationis per quinque diſtinctiones. gloſſa in ſingulis rubricis decretalium notat decreti loca, in quibus materiæ titulorum tractantur. Ac
5 præmitto † quod duo ſunt genera Chriſtianorũ; eſt vnum genus, quod manciparum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit; vt ſunt Clerici & Deo deuoti. Aliud genus eſt Chriſtianorum, vt ſunt laici, quibus conceſſum eſt, vxorem ducere, terram colere, oblationes ſuper altaria ponere, decimas reddere. *c. duo ſunt genera*
6 12. *quæſt.* 1. † Ius diuinum eſt, quod lege continetur, & euangelio. *c. 1. §. hæc ſancta & §§. ſeqq. de ſumma Trinit.* atque immutabile ſemper permanet, & fas vel ius naturale appellatur, quo quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod ſibi nolit fieri. *c. 1. & 2.*
7 *diſt.* 1. † Ius canonicum eſt ius quod Chriſtianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit; *Proœm. decret. in princ. diſt. 3. in ſum. & c. 1. & 2.*
8 † nam leges poſitiuæ, *gloſſ. 1. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. c. de capitulis & cc. ſeqq. diſt.* 10. & Canones ſeruandi ſunt, in foro conſcientiæ, *c. 1. & c. nam concupiſcentiam. de conſtit. c. nulli 19. diſt. c. illud & ibi Pan. in 3. notab. de maior. & obed. c. ſicut dignum de homicid.* cum diſtinctione, an ſint conſilij, vel præcepti, *gloſſ. in c. generali in verbo inhibemus de e-*
9 *lect. in 6. c. fin. 14. quæſt.* 1. † etiamſi ex cauſa aliquid ſtatuant contra ius naturale, vt in vſucapione, præſcriptione, Macedoniano, Velleiano, *Pan. in c. quia plerique n. 25. & ſeqq. de immunit. eccleſ. & ibi Can.* & ligant delictum omnino occultum: *Clement. 2. de hæret.* niſi canon diſtinguat, inter forum pœnitentiale & iudiciale, *c. tua de ſponſal.* vt actione l. Aquiliæ tenetur dans damnum culpa leuiſſima, *l. in l. aquilia 2. ff. ad l. Aquiliam.* in foro conſcientiæ non tenetur de damno, ſed imponitur pænitentia de negligentia: *Innocent. in d. c. ſicut*

dignum poſt n. 4. & 5. Pan. in c. 1. n. 11. de conſtit. † ſed 10
lex vel canon non ſeruantur in foro conſcientiæ, ſi inducant pænam: *c. fraternitas 12. quæſt. 2. arg. l. ſi pœna cauſa ff. de cond. indeb.* vel fundetur ſuper præſumptione, fictione, conſuetudine, quæ non ſint veræ: *c. is qui fidem & ibi Pan. de ſponſal. c. veritate & ſeq. 8. diſt. c. inquiſitioni de ſent. excomm. c. cum æterni de re iud. in 6.* aut requirant ſolemnitatem, quæ non fuit ſeruata in actu; vt hæres non conficiens inuentarium, non tenetur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias, nec ad vſuras extortas per teſtatorem, ſi in veritate non eſt in hæreditate; ex minus ſolemni teſtamento debentur legata; electio valet in qua interuenit conſenſus eligentium abſque alijs ſolemnitatibus; ex contractu nullo ob defectum ſolemnitatis licite res retinetur; *Pan. in d. c. quia plerique n. 28. 31. 41. & 43. & ibidem Can. Pan. in c. 1. n. 19. de in integr. reſtit. Felin. in c. 1. n. 39. & ſeqq. de conſtit. & ibidem Can. Pan. in c. 1. n. 10. de conſtit. Franc. in c. quanquam nu. 9. & 10. de vſur. in 6. & ibi Canon.* hæreditate non adita debentur legata pia: *Pan. in c. relatum poſt nu. 6. de*
teſtam. † idem obtinet quando lex eſſet iniuſta ex 11
fine, vt ſi princeps eam edidit propter ſuam vtilitatem: *c. erit autem lex diſt. 4.* vel ex auctoritate, ſi excedit metas ſuæ poteſtatis: *c. vt animarum de conſtit. in 6. l. fin. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* vel ex forma, quia non diſtribuit æque onera ſubditorum, ſicut debet facere bonus paterfamilias: ſiue nutritiua peccati. *Pan. in c. 1. n. 9. de conſtit. & ibidem Felyn. n. 4. verſ. ſecundus caſus.* † Decretales ſunt re- 12
ſcripta quibus ſummus Pontifex ad conſultationem alicuius reſpondet, ſiue ſolus, *c. 1. de reſcript.* ſiue de conſilio. *c. bon. mem. mag. de elect. vide gloſſ. mag. in ſum. 3. diſt. Felyn. in c. conſulere in princ. de ſim.* Compilauit libros decretalium ſanctæ memo-
riæ † Gregorius Papa IX. per ſanctum Raymun- 13
dum ſuum pænitentiarium. *§. ſane in proœm.* † O- 14
mnes fideles de neceſſitate ſalutis, ſubſunt ſummo Pontifici Romano, qui habet vtrumque gladium, iudicat omnes & à nemine iudicatur. *Extrauag. 1. de maior. & obed. in communibus, c. epiſcopo §. ſola & cc. ſeqq. 9. quæſt. 3.* † Conſtat ius ca- 15
nonicum conſtitutionibus, reſcriptis, conſuetudine,

(o)

De

De ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Trinitas vnum eſt vniuerſorum principium.*
2 *Vnde dicatur.*
3 *Fidei deſinitio, & in quo conſiſtat.*
4 *Fidelium vna eſt vniuerſalis eccleſia.*

1 HÆc rubrica præmittitur, quia † Trinitas, vnum eſt vniuerſorum principium: ob ma-
2 ioritatem & prioritatem, *Summa* dicitur. † *Trinitas* dicitur, quia licet vna ſit ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura diuina; eſt tamen pater, qui generat: filius, qui gignitur; Spiritus ſanctus, qui procedit; vt diſtinctiones ſint in perſonis, vnitas in natura: *c. 2. §. nos autem hoc tit. c. qui epiſcopus 23. diſt.* quæ per Moyſem & ſanctos Prophetas aliosque famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem: & tandem vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine, Spiritus ſancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali, & humana carne compoſitus, vna in duabus naturis perſona, viam vitæ maniſeſtius demonſtrauit. *c. 1. §. hac ſancta & §§. ſeqq.*
3 *hoc tit.* † *Fides* eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium: *S. Paulus in epiſtola ad hebr. cap. 11.* conſiſtit in collectione articulorum ſiue ſymbolo apoſtolico; *d. §. hac ſancta Trinitas & §§. ſeqq. c. hac eſt fides 24. quaſt. 1. d. c. qui epiſcopus 23. diſt.* eſt eadem in ſubſtantia cum fide antiquorum diſtat in qualitate; quia quod ipſi credebant de futuro, ſcilicet filium Dei naſciturum, nos credimus de præterito ſcilicet Chriſtũ natum; vnde Math. 21. cap. *turba autem qua pracedebant, & qua ſequebantur, clamabant, Oſanna filio*
4 *David.* † Vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris, ſub ſpeciebus panis, & vini, veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinẽ, poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro, Non ſolum autem virgines, & continentes, verum etiam coniugati, per rectam fidẽ, & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. *c. 1. §. vna & §. fin. hoc tit.*

De Conſtitutionibus.

Titulus II.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo Iudici eſt probanda.*
2 *Conſtitutio proprie eſt quod Princeps ſtatuit, large ſumitur pro omni ſtatuto etiam inferioris.*
3 *Conſtitutionem qui facere poſſint.*
4 *Concilium vniuerſale aggregandi auctoritas eſt penes ſummum Pontificem.*
5 *Summus Pontifex eſt ſuper Concilium vniuerſale nec ab eo iudicatur.*
6 *Concilium prouinciale conuocant primates, Metropolitani, ſeu illis impeditis Coepiſcopus antiquior prouincia ſed non Capitulum primitialis aut metropolitana eccleſia ſede vacante.*
7 *Concilium epiſcopale ſeu ſynodale conuocat epiſcopus, ac ſede vacante Capitulum Cathedralis eccleſia.*
8 *Conſtitutionis proprium eſt vt futuris negotiis ſcripto intelligatur.*
9 *Conſtitutio omnis habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta contraria ad vtilitatem partium conceſſa.*
10 *Et ſi expreſſam habeat clauſulam derogatoriam, eius forma eſt ſeruanda.*
11 *Conſtitutioni Conciliarij ſpecialiter eſt derogandum, ſecluſo Concilio Tridentino.*
12 *Conſtitutio Conciliarij quænam dicatur.*
13 *Conſtitutio quomodo tollatur.*
14 *Leges allegari poſſunt in foro eccleſiaſtico.*
15 *Statuta laicorum non ligant clericos.*
16 *Statuta loci iudicij, vel loci contractus, an ſint attendenda.*

IVs ſcriptum eſt certius, ideo præmittuntur titulus, de Conſtitutionibus, ac titulus de Reſcriptis, & poſtea ſubnectitur titulus de conſuetudine. Allegans cõſtitutiones, ſiue Statuta quia certa ſunt, non tenetur ea producere. *c. paſtoralis*

Digitized by Google

& ibi Pan. & Can. de fid. Inſtr. Bart. in l. omnes populi
n.67. ff. de Iuſt. & Iur. per l.1. in princ. verſ. nam ſi qui-
dē ff. ad Sinatuſc. Turpill. ſecus ſi alleget conſuetu-
1 dinem, † quæ debet probari Iudici. l.1. C. quæ ſit
longa conſuet. gloſſ in l.2. in verbo iuris, C. ſi contra ius
vel vtilit. pub. & ibi DD. allegantes obſ. 96. cent. 5. Item
poſitioni iuris non eſt reſpondendum; l. in omni
ff. de Iur. & facti ignor. gl. fin. in fin. de confeſſ. l. orna-
mentorum ff. de auro & arg. leg. l. confeſſionibus cum l.
ſeq. in fin. ff. de interrog. act. gl. in l.2. §. quod obſeruari
in verbo exiſtimat. C. de Iureiur. propt. calumn. poſi-
tioni iuris non ſcripti eſt reſpondendum, quia
non eſt certum. Bart. in l.2. n.13 de confeſſ. Bart. in l.
præſcriptione n.11. C. ſi cont. Ius vel vtilit. pub. Bart. in
2 d. § quod obſeruari nu. 29. † Conſtitutio proprie eſt,
quod princeps ſtatuit; c. conſtitutio 2. diſt. §. ſed &
quod principi Inſt. de Iur. nat. gent. large ſumitur
pro omni ſtatuto etiam inferioris, c. conſuetudo §.
fin. 2. diſt. & ita ſumitur in hac Rubrica, ſub qua
tractatur non tantum de ſtatutis Principum, ſed
etiam inferiorum. c. cum omnes, c. quæ in eccleſiarum
3 c. cum in hoc tit. † Conſtitutionem facere poſſunt
Papa, c. fin. hoc tit. c. inter alia de ſent. excom. c. ſic o-
mnis & cc. ſeqq. 19. diſt. c. in cauſis de ſent. & re iud.
Legatus, c. fin. de offic. legat. c.1. de locat. & cond. c.
quod dilectio de conſang. & affin. Archiepiſcopus, E-
piſcopus. c. ſi quis de maior. & obed. c. veſtra de locat.
& cond. Differentia eſt in publicatione: Conſti-
tutiones ſummi Pontificis ſufficit in vrbe publi-
cari, vt omnes ligent; l. neceſſarium §. poſt cauſe diu-
tius & ibi Bald. n.2. ff. de orig. Iur. c.1. & c. quod nec ſuf-
ficit de poſtul. Prælat. niſi habeāt appoſitum decre-
tum publicationis ſpeciale. c.1. de locat. & cond. c.
quoniam de Simon. c. ita quorundam de iud. c. omnis §.
vnde hoc de pœnit. & remiſſ. Archiepiſcopus & Epi-
ſcopus tenentur ſua ſtatuta plebibus nota face-
re. c. fin. 18. diſt. Item Conſtitutionem condunt
Abbas, c. cum ad Monaſterium §. Abbati vero de ſtat.
Monach. Prælatus, Innoc. in c. cum ad Eccleſiarum n.
1. de offic. ordin. Capitulum, c. cum acceſſiſſent hoc tit.
c. ſignificatum de præb. gl. in c.2. §. cæterum in verbo
ſtatutum de verb. ſignif. in 6. c.1. de his q. ſi. a mai. part.
cap. Populus, Bart. in l. omnes populi n.3. & ſeqq. ff. de
Iuſt. & Iur. c. quæ in eccleſiarum hoc tit. quodlibet
Collegium approbatum, c. ex literis hoc tit. l.1. §.
quibus autem ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. & ibi
DD. Bart. in d. l. omnes populi n.6. Iudices, Bart. in d.
l. omnes populi n.8. prout locis opportunis latius di-
cetur, & fuſe traditur in §. conſtat autem, & §§.

ſeqq. inſtit. de Iur. natur. gent. & ciuil. item Conci-
lium vniuerſale, c.1. & 2. & 3. diſt. 15. cap. habeo & cc.
ſeqq. 16. diſtinct. gl. in ſum. diſt. 17. Concilium pro-
uinciale, 18. diſt. in ſumma de Conſiliis & cc. ſeqq. Sy-
nodus epiſcopalis, c. pen. & fin. 18. diſt. de quibus
pauca attingemus. † Auctoritas aggregandi Cō- 4
cilij vniuerſalis eſt penes ſummum Pontificem,
& ſedem Apoſtolicam: diſt. 17. in ſumma & c.1. &
3. & ſeqq. & c. regula §. porro diſt. 3. & ibi gloſſ. cui ſi
Romanus Pontifex intereſſe impediatur, vnum
vel plures legatos, ad hoc ſpecialiter deſtinatos,
conſtituere ſolet: c. regula veſtra & ibi gloſſ. c. diſt.
17. alias non concilium, ſed conuenticulum aut
conciliabulum cenſetur: & quidquid in eo a-
ctum eſt, irritum habetur & vacuum: c. multis diſt.
17. c. regula & cc. ſeqq. 17. diſt. Epiſcopi ſecundum
ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſedendum
in Concilio ſiue ad ſubſcribēdum, & votandum,
Gemin. in c. definimus 22. diſt. vel in qualibet alia re,
ſua attendunt loca, tempuſque ordinationis non
ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur; c. fin. diſt. 17.
c. epiſcoporum 74. diſt. c. fin. in fine 75. diſt. c.1. de ma-
ior. & obed. † Summus Pontifex eſt ſuper Conci- 5
lium, nec ab eo iudicatur, ſed tota eius cauſa Dei
iudicio reſeruatur. c. conſilia §. Symachus diſt. 17. c.
quamuis diſt. 21. c. omnes 22. diſt. c. ſignificaſti §. aiunt
in conciliis de elect. gloſſ fin. in c. ex parte de cap. monach.
Præpos. in rubrica de appellat. nu 35. & 36. c. poſtremo
ſeſſ. 25. Prouincialia cōcilia, pro exhortatione, mo-
derandis moribus, corrigendis exceſſibus, con-
trouerſijs componendis, debito in diuinis offi-
cijs regimine, deque congrua in his canendi ſeu
modulandi ratione, c. cum dignitates §. cætera ſeſſ.
24. addendis, remittendiſue ijs, quæ circa exami-
nationis formam, in collatione parochialium
eccleſiarum ſunt conſtituta, c. expedit in fine ſeſſ. 24.
alijſque ex ſacris Canonibus permiſſis; 18. diſt. in
ſumma & c.1. & ſeqq. c. ſicut de accuſat. † primates, 6
ſine auctoritate metropolitani, Zabar. in c. graue
in 2. quæſt. de præbend. vbi late tractat. de conſ. prouinc.
& metropolitani, per ſeipſos ſine auctoritate
primatis, c. ſi quis epiſcopus 3. §. integrum 92. diſt. gloſſ.
in ſumma diſt. 17. c.2. & ibi gl. in verbo metropolita-
nus diſt. 18. ſeu illis legitime impeditis, coepiſco-
pus antiquior, in ſua prouincia, ſed non capitu-
lum primitialis, aut metropolitanæ eccleſiæ ſede
vacante, c.2. ſeſſ. 24. ibi metropolitani per ſeipſos c. ſi-
cut ibi metropol. de accuſ. quolibet ſaltem triennio,
iure decretorum quolibet anno, c. quoniam diſt.

Digitized by Google

18.c.ſicut de accuſ.c.cum ſit §.ſi quis de Iudæis &c. poſt octauã reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeu alio commodiori tempore, pro more Prouinciæ cogere debent: alias canonicis pœnis ſubiaceant. d. c. quoniam §. hunc ergo. In quo Epiſcopi omnes, requiſiti vna vocatione per literas, Gemin. in c. 1. nu. 5. de ſanit. in 6. & Can. c. ſi epiſcopus & ibi gloß. in verbo præceptione 18. diſt. & Can. conſeruato metropolitani primatu, ſiue honore, ſecundum ordinationis ſuæ tempus, alius alij locum deferens, c. placuit 1. diſt. 18. c. fin. diſt. 17. perſonaliter, c. non oportet diſt. 18. Innoc. in c. graue de præbend. aut propter neceſſitatem ſeu impedimentum graue, vel ſenectutem, c. epiſcopus & ibi Gemin. & Can. cap. placuit. 18. diſt. aut vocationem à rege, c. ſi epiſcopus & ibi Gemin. & Can. 18. diſt. c. cum parati de appell. per legatum, c. epiſcopus 1. diſt. 18. c. ſi ægrotans 5. quæſtion. 3. qui excuſationes literatoriæ conſcriptas deferat archiepiſcopo, non autem ſynodo, alias ſuæ eccleſiæ communione debent eſſe contenti, c. placuit 2. diſt 18. & ibi Gemin. ſub n. 1. & Can. c. ſi epiſcopus diſt. 18. in vnum congregantur: nec non abbates c. ex ore de priuil. c. vt apoſtolica. eod. tit. in 6. (qui regulariter non compelluntur ad Synodũ prouincialem venire, c. fin. & ibi Gemin. 18. diſt. c. epiſcopus 2. diſt. 18. tamen expedit eis vt veniant, propter ſtatuta, quæ ibi fiunt, quandoque in eorum præiudicium, quæ ſi præſentes ſint, poterunt impedire, ne fiant,) Gemin. in c. epiſcopus el 2. n. 1. diſt. 18. quando habent populum, aut membra non exempta, aut territorium proprium, iuriſdictionemque quaſi epiſcopalem intra ambitum prouinciæ, Quarant. de Concil. prouinc. in 3. quæſt. & ibi late additio c. conuenientibus §. religioſiſsimi monachi & ibi gl. & Can. 1. quæſt. 7. etiam ſi ſint commendatarij perpetui, in Sacris ordinibus conſtituti, conuenire omnino tenentur, & ſecundum tempus ſuæ promotionis ad Abbatiam in digniori loco collocantur, tempuſque promotionis non ad monaſteria ſed ad perſonas refertur arg. Conſtit. Pij. Pap. IV 95. in Bullar. iuncto c. fin. 17. diſt. & c. placuit. 18. diſt. Solique abbates habent vocẽ deciſiuam, qui habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, & vſum pontificalium ex priuilegio apoſtolico, Quarant. de. Concil. prouinc. in 3. quæſt. & ibi additio 1. in fine. Thom. Camp. de auctorit. Sacri Concilij. c. 7. quia habere vocem deciſiuam eſt iuriſdictionis, c. ſuffraganeis & ibi Pan. in not. & c. tranſmiſſam de elect. cæteri conſultiuam: Præterea conueniunt cathedralium eccleſiarum capitula c. fin. de his quæ fiunt à prælat. & Innoc. in d. c. graue quæ habent vocem conſultiuam, & poſſunt cõparere, per procuratorem, c. fin. & ibi Pan. n. 4. de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. cap. c. graue & ibi Zab. in 3. & 5. quæſt. de præbend. & alij, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debent, exceptis ijs, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet: nec epiſcopi comprouinciales, prætextu cuiuſlibet conſuetudinis ad metropolitanam eccleſiã, inuiti accedere compelluntur: Itidem epiſcopi, qui nullo archiepiſcopo ſubijciuntur, aliquem vicinum metropolitanum ſemel eligunt: ac eius electio ligat ſucceſſores, in cuius ſynodo prouinciali, cum alijs intereſſe debeant, & quæ ibi ordinata ſint, obſeruent; in reliquis eorum exemptio Salua & integra manet c. 2. ſeß. 24. Si quis ſynodo adeſſe neglexerit, vel cætum fratrum antequam concilium diſſoluatur, crediderit eſſe deſerendũ, alienum ſe à fratrum communione agnoſcat, nec eum recipi liceat, niſi ſequẽti in ſinodo fuerit abſolutus, c. ſi epiſcopus el 2. cc. ſeqq. diſt. 18. c. certum xi. quæſt. 2. contra regulam, abſolutio excõmunicati non debeat differri. c. qua fronte de appell. Quicunque in patriarchas, primates, archiepiſcopos, epiſcopos promoti, in prima ſynodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, debent omnia & ſingula in concilio Tridentino ſtatuta, palam recipere, nec non veram obedientiam ſummo Pontifici ſpondere, ſimulque omnes hæreſes à ſacris Canonibus & generalibus Concilijs, ac etiam Tridentino damnatas, publice deteſtari, & anathematizare: quod ſi quis ex ſupradictis omnibus renuerit, epiſcopi comprouinciales ſtatim ſummum Pontificem, ſub pœna indignationis diuinæ, admonere tenentur, Iaſ. in l. vnica n. 2. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. interimque ab eius communione abſtinere: c. 2. ſeß. 25. Hæc concilia, ſiue ille qui concilijs præeſt, habet ordinariam iuriſdictionem, & definitionem, de conſilio tamen & aſſenſu aliorum epiſcoporum, & abbatũ, vel maioris partis, in omnibus cauſis, quæ vertuntur inter epiſcopos & clericos, c. ſicut olim de accuſat. c. ſcitote 6. quæſt. 3. c. propter 18. diſt. late Zab. in c. dudum in 6. quæſt. de præbend. vbi plures alias quæſtiones decidit, Quarant. de Concil. prouinc. quæſt. 23. & 3. quæſt. ſeqq. ac in cauſis, quæ de ſui natura tractãtur in ijſdem concilijs; non competit ius reuocandi domum; in alijs cauſis competit. Zab. in c.

graue in 4. quæſt. de præbend. & in alijs quæſt. ſeqq. de paruis negotijs, & de ijs, quæ ſpectant ad onus, poſſunt condere canones, *c. catholica 11. diſt. c. 1. de conſecrat. diſt. 3. gloß. in c. regula §. porro in verbo legato diſt.* 3. de magnis rebus non poſſunt, *c. multis diſt.* 17. *c. quoties* 24. *quæſt.* 1. *c. concilia in princip. diſt.* 17. ſed habent auctoritatem imponendi & indicendi, quod alias ſtatutum eſt, *diſt.* 18. *in ſumma c. ſicut. de accuſat.* Ex conſtitutione Sixti V. edita vigeſima tertia martij, 1584. ſtatuta conciliorum prouincialium tranſmittuntur ad curiam, & per ſacram congregationem Dominorum Cardinalium deputatam, pro interpretatione & executione Concilij Tridentini recognita, & approbata publicantur, & poſt lapſum ſex menſiũ ligant, *c. fin.* 18. *diſtinct.* Metropolitanus, qui ex his quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliquam ſpeciem experierit, ſoluit quadruplum. *c. quoniam* §. *fin.* 18. *diſt.* eulogiæ non ſunt requirendæ, nec vltro delatæ reſpuendæ, *c. de eulog.* 18.
7 *diſt.* † Epiſcopalia ſiue ſynodalia concilia ſunt, quæ epiſcopus ſine auctoritate metropolitani, *gloſſ. in ſumma* 17. *diſt.* ac, ſede vacante, capitulum cathedralis eccleſiæ, *Henric. Botteus de Synodo epiſcop. p. 1. nu. 4. & ſeqq. Ioan. Franc. Pauinus de offic. & poteſt. cap. ſede vacante p. 1. princ. quæſt. 7. ſub n. 3. c. 2. §. ſynodi quoq; Diæceſana quotannis celebrentur ſeſſ. 24. cap. ſicut ibi in epiſcopalibus Synodis annatim per ſingulas diæceſes celebrand. de accuſ.* in ſua diæceſi ſingulis annis conuocat, dum inter ſuos abbates & clericos cognoſcit, *c. annis ſingulis* 18. *diſt.* ad quæ tenẽtur accedere omnes parochi, ac cunctus clerus ciuitatis & diæceſis, ita tamen, quod eccleſijs non ſubtrahatur diuinum officium: ac etiam laici, ſi ex cauſa per epiſcopum vocentur, *c. fin.* 18. *diſt. Pan. in cap. quod ſuper his de maior. & obed. Innoc. in d. c. graue.* exempti omnes, qui alias, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec generalibus capitulis ſubduntur; vt ſublata videatur diſtinctio, quæ fiebat iure decretalium in exemptis, an habeant populum vel non habeant; *gloſſ. in c. dilectus in verbo de lege Iuriſd. de offic. ordin. gl. in c. quod ſuper his & vtrobique Can. de maiorit. & obedient. Gemin. in c. epiſcopus el 2. qui diſtinguit 18. diſt.* & ratione parochialium, aut aliarum eccleſiarum, etiam annexarum, ij omnes, qui earum curam gerunt, quicunque illi ſint: *c. 2. §. ſynodi quoque ſeſſ. 24. c. ex ore de priuileg.* niſi in citatione epiſcopus expreſſerit, cauſam non licitam, aut notorie conſtet, quod aliquid velit diſponere, contra canones. *c. quod ſuper his de maior. & obed.* Promoti ad beneficia eccleſiaſtica, qui in ſynodo diæceſana conuenire debent, in ea ſynodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, facere & obſeruare tenentur ea, ad que promoti ad epiſcopales, & maiores eccleſias tenentur, alias ſecundum formam ſacrorum canonum puniuntur. *d. c. 2. §. cæteri ſeſſ. 25.* In hac ſynodo ſinguli epiſcoporum ſuis eccleſijs notificare ſtudeant, quæ in concilijs prouincialibus ſtatuta, & definita ſunt: quod ſi quiſquam hæc parui pendenda crediderit, pœna ſuſpenſionis ab officio, duorum menſium, perſiſtat vſquequaque mulctatus. *c. fin. diſt. 18. & ibi gloß. c. ſicut in fine de accuſat.* Item poſſunt condere canones epiſcopales, de negotijs paruis: *gloß. fin. in ſumma diſt. 18. gloß. 1. in c. 2. de maiorit. & obed.* in ea examinatores ab epiſcopo ſeu eius vicario ad minus ſex proponuntur in particulari & nominatim, *Garc. de benef. p. 9. cap. 2. §. 2. n. 333. & 335. & ſeqq.* qui ſynodo ſatisfaciant & ab ea approbentur, vt ſecum examen perficiant, ad ſingulas parochiales vacantes; *c. expedit § examinatores ſeſſ. 24. Garc. de ben. p. 9. c. 2. n. 64. & ſeqq.* quorum officium morte epiſcopi non expirat, *Garc. de benefic. p. 9. c. 2. n. 73. & ſeqq.* ſed eis mortuis vel impeditis, epiſcopus vel capitulum, ſede vacante, alios non poteſt creare, donec ſynodus habeatur: *Garc. de benef. p. 9. cap. 2. n. 81. & ſeqq. contra deciſ. Rota ibidem n. 87. & ſeqq. allegat.* ac deputantur quatuor aut etiam plures probatæ & qualificatæ perſonæ iuxta cõſtitutionem Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, ſtatutũ, quibus cauſæ ad forum eccleſiaſticum pertinentes à ſede apoſtolica in partibus delegandæ committantur. *c. quoniam ſeſſ. 25. Garc. de benef. p. 9. c. 2. n. 76. & ſeqq. & n. 349. & ſeqq. ead. p. 9. c. 2. §. 2.* Publicatur ſynodus diœceſana abſque præuia recognitione & approbatione per ſacram Concilij Tridentini congregationem. *Quærant. in ſumma bullarij verbo ſynodus diæceſana.* Cuiuſuis † cõſtitu- 8
tionis proprium eſt, vt futuris negotijs ſcripta intelligatur, non præteritis niſi expreſſerit: *c. 2. & c. fin. & ibi gl. fin. hoc tit. c. deliberatione §. fin. in fine de offic. deleg. in 6. & ibid. Archid. & Can.* & actus contra prohibitionem legis factus, eſt nullus ipſo iure, etiamſi lex hoc non expreſſerit. *c. qua contra de reg. Iur. in 6. c. imperiali 25. quæſt. 2. c. vides diſt.* 10. Idem iuris eſt ſi actus fiat contra formam à lege datam. *c. qua nos in fine de ſponſal.* ſententia lata

Digitized by Google

lata contra ius eſt ipſo iure nulla quando error
eſt in ſententia expreſſus, *l. ſi cum inter C. quam pro-*
uoc. non eſt neceſ. Iaſ. in l. ius pluribus n. 3. 4. & ſeqq. vbi
ampliat & limitat ff. de iuſt. & iur. & ibi DD. ac et-
iam quando lata eſt contra ſtatutum redactum
in volumine ſtatutorum, *Bald. in d. l. ſi cum inter C.*
quam prouoc. non eſt neceſ. Caputaq. deciſ. 136. par. 2.
9 Omnis † conſtitutio habet clauſulam deroga-
toriam, ad reſcripta contraria, ad vtilitatem par-
tium conceſſa; vt ad validitatem ipſorum ſit ne-
ceſſe facere mentionem de iure contrario, ſaltem
in genere, videlicet non obſtante quacunque le-
ge quæ in contrarium loquatur: *c. reſcripta 25.*
quæſt. 2. gloſſ. in cap. 1. in verbo noſcatur hoc tit. in 6. gl.
fin. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. pub. Felin. in c. non-
nulli n. 9. de reſcript. & ibi Pan. n. 10. Bart. in extra-
uag. ad reprimendum, in verbis non obſtante in prin-
10 *cipio* niſi † conſtitutio habeat expreſſam clauſu-
lam derogatoriam, cuius forma eſt ſeruanda: *l.*
neminem C. de canon frum. vrb. Rom. lib. 11. & ibi Bart.
& DD. gloſ. in l. omnis & ibi Bart. n. 2. & DD. ff. de
aquaduct. lib. 11. & ſi requirat ſpecialem mentio-
nem, non ſufficit generalis, *c. vnico de exceſſib. Præ-*
11 *lat. in 6.* aut † ſit conciliaris, cui ſpecialiter eſt de-
rogandum, *c. nonnulli de reſcript. c. eam te de æt. &*
qualit. Iaſ. in l. fin. n. 4. C. ſi cont. iuſ. vel vtilit. pub. &
Oldra cõſ. 326. n. 1. & ſeqq. immo ſingulariter, *Bald.*
in l. humanum not. 3. C. d. leg. Felin. in d. c. nonnulli poſt
n. 2. quamuis eius ſeries & diſpoſitio fuerit narra-
ta, *c. ex parte de c. monach. Ripa poſt Archid. & alios in*
cap. 1. ſub. n. 8. de Iud. Rot. diuerſ. deciſ. 358. n. 6. p. 1.
Cæſar. deciſ. 3. n. 12. de reſcript. aut ſit redacta in cor-
pore iuris, vel ſummus Pontifex concedat priui-
legium: *d. c. ex parte Rot. diuerſ. deciſ. 122. n. 2. & 3.*
p. 1. ſecluſo concilio Tridentino, quod declara-
uit omnia & ſingula ſub quibuſcunque clauſulis
& verbis, quæ in eo ſtatuta ſunt, ita decreta fuiſſe,
vt in his ſalua ſemper auctoritas ſedis apoſtolicæ
& ſit, & eſſe intelligatur; *c. 21. ſeſſ. 25.* contra quod
ſummi Pontifices reſcribunt, ſine ſpeciali & ge-
nerali derogatione, *Pius V. in ſuo motu proprio pu-*
blicato & regiſtrato in cancellaria apoſtol. 1570. *die*
ſabbat. die 23. decemb. pontif. anno 5. Garc. de beneſ.
part. 4. cap. 5. n. 25. & 30. & ſeqq. plures deciſiones re-
ferens Felin. in c. at ſi clerici §. de adulterijs, ſub nu. 2.
de Iud. Iacob at. de concil. l. 5. ar. 19. n. 21. qualis decla-
ratio & ſubmiſſio non fuit facta à cæteris concil.
generalibus: & quod fit multorum auctoritate,
dicitur maioris roboris; *c. prudentiam in fine princ.*
de offic. & poteſt. iud. deleg. ideo difficilius Papa di-
ſpenſat contra conſtitutiones conciliorum, *c. poſt*
tranſlationem in fine de renunciat. c. ſunt quædam &
cc. ſeqq. 25. quæſt. 1. licet eas ſolus tollere poſſit, ſine
concilio: *c. ſicut ſancti & ibi gl. fin. diſt. 15. c. vbi pericu-*
lum §. 1. & ibi gloſ. in verbo concilio de elect. in 6. Feli.
in c. 1. n. 24. hoc tit. & ibi Can. contra eas nullo mo-
do diſpenſare poſſunt, legatus, à latere, *c. dilectus.*
de præb. iuncto c. 2. de conceſſ. prebend. Clem. 1. & ibi
gloſ. in verbo eligatur de elect. & DD. aut epiſcopus,
c. cum dilectus & ibi gloſ. in verbo de ætate de elect. &
ibi Pan. Dicitur † conſtitutio conciliaris, quam 12
facit Papa in concilio generali, vel quæ fit ſacro
approbante concilio, *c. vbi periculum de elect. in 6.*
Clem. 1. de elect. c. ſacro. de ſent. excomm. vel quæ fuit
facta in concilio, & à Papa approbata. *c. 1. de pact.*
c. p. de ſponſal. & c. 10. de Iud. & ibi Dec in princ. pulch-
re Rot. diuerſ. dec. 123. p. 1. quæ contrarias opiniones
refutat. Tollitur † conſtitutio prior per poſterio- 13
rem, illi contrariam; quamuis nullam de priore
conſtitutione mentionem fecerit: *c. 1. hoc tit. in 6.*
c. 1. de cogn. ſpirit. l. non eſt nouum ff. de leg. gl. 1. mag. in
c. quoniam diſt. 18. ſed non tollitur ſtatutum, ſiue
conſuetudo ſpecialis præcedens & rationabilis,
niſi expreſſe caueatur in ipſa, *d. c. 1. hoc tit. in 6. &*
ibidem monach. & Can. vt de his copioſius tradi-
tur per DD. *in §. pen. Inſtit. de Iur. natu. gent.* ad
quos me remitto, In † foro eccleſiaſtico licet al- 14
legare leges imperiales, *c. ſuper ſpecula de priuileg. c.*
1. de nou. oper. nunt. c. ſi in adiutorium & c. quis autem
& c. ſeq. diſt. 10. c. quo iure diſt. 8. imo iura ciuilia ge-
neralia et diſponentia, etiamſi pœnam contine-
ant, habent locum in foro canonico contra cle-
ricos & eccleſias; quando contrarium, in iure
canonico cautum non reperitur: *c. eccleſia primo &*
ibi Heſt. & Ioan. Andr. n. 9. vt lit. pend. c. 1. §. fin. diſt.
10. c. ſuſcipitis in fine c. pen. & fin. diſt. 10. Rot. deciſ. 71.
n. 52. & ſeqq. p. 2. Anch. in c. hac conſtitutione in 4. de
off. leg in 6. not. & quando iure ciuili denegatur
actio ob magnam æquitatem, denunciatio euan-
gelica non poteſt intentari: *Pan. in c. fin. num. 26.*
& ſeqq. de præſcript. Bald. in c. vnico §. ſi quis per trigin-
ta poſt n. 10. & ſeqq. ſi de feud. fuer. controu. inter.
dom. & agn. ſtatuta † vero laicorum non obligãt 15
clericos. *c. eccleſia B. mariæ & ibi Pan. in repet. n. 26.*
& 37. et DD. communiter de conſtit. auth. caſſa et ibi
Bart. n. 2. et DD. C. de ſacroſ. eccleſ. Gail. obſ. 32. et ſeq.
n. 2. In † Præparatorijs Iudiciorum inſpicienda 16
ſunt lex ſtatutum & conſuetudo loci Iudicij in

Concer-

Concernentibus vero deciſionem cauſæ reſpicienda ſunt ſtatutum & conſuetudo loci contractus etiamſi res de qua contractum eſt ſit alibi ſita. *Iaſ. poſt Bart. in l. cunctos populos, nu. 17. 20. & 41. Bald. nu. 93. & ſeqq. & dd. communiter C. de ſumma Trinit.* quando vnus duntaxat eſt locus contractus, vbi vero duplex eſt, vt quia in vno loco mitus eſt, alius autem locus deſtinatus ſit ſolutioni, tunc quoad ſolennitates & cætera quæ debent adhiberi vel impleri tempore contractus, inſpicienda eſt obſeruantia loci in quo fuit contractũ, ſed quoad ea quæ veniunt implenda poſt contractum in eſſe productum in loco ſolutioni deſtinato, inſpicienda ſunt conſuetudo & ſtatuta loci deſtinatæ ſolutionis *Myn. obſ. 82. cent. 4.*

De reſcriptis.

Titulus III.

1 *Reſcriptum large & ſtricte ſumitur.*
2 *Reſcriptorum, alia ſunt gratiæ, alia Iuſtitiæ.*
3 *Reſcripti tres ſunt partes.*
4 *Reſcripta gratiæ & iuſtitiæ diuerſo iure cenſentur, nam reſcriptum per ſub & obreptionem impetratum ad beneficia eſt ipſo iure nullum.*
5 *Reſcripta ad lites per ſub & obreptionem impetrata, non ſunt nulla ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
6 *Citatio non eſt neceſſaria in impetratione reſcripti.*
7 *Surreptio committitur in exprimendo falſum & verum tacendo, & quis eam probare teneatur.*
8 *Narratiuæ ſupplicantis, duplicis ſunt generis, quædam ſunt ſimpliciter pars gratiæ, quædam abſolute cauſa conceſſionis, vel conceſſionis magis clauſulatæ.*
9 *Narratiua Papæ non probat quando ſuper ea non fundatur intentio Papæ, ſi ſuper ea fundatur intentio Papæ, adhibenda eſt diſtinctio, an ſit de facto proprio, vel de facto alieno.*
10 *Narratiua Papæ emanata ad petitionem partis non probat, nec transfert onus probandi.*
11 *Reſcripta gratiæ perpetua ſunt, ſed reſcripta ad lites intra annum præſentari debent.*
12 *In Reſcriptis gratiæ inſpicitur tempus datæ, in reſcriptis iuſtitiæ, tempus præſentationis.*
13 *In Reſcriptis gratiæ ex errore in facto proprio præſumitur dolus, in reſcriptis iuſtitiæ in dubio non præſumitur dolus.*
14 *Reſcripta iuſtitiæ Iudici præſentata citato aduerſario ad dicendum contra ea fiunt communia.*
15 *Reſcripta iuſtitiæ impetrata ſine ſpeciali mandato non valent, in reſcriptis gratiæ ad beneficia non exigitur mandatum.*
16 *Reſcripta gratiæ ſunt perſonalia, & morte gratiati expirant, in reſcriptis iuſtitiæ adhibenda eſt diſtinctio, an ſint impetrata ſub nomine dignitatis, vel contra perſonam.*
17 *In Reſcriptis gratiæ & iuſtitiæ ſubintelliguntur clauſulæ,* ſi ita eſt, ſaluo iure tertij.
18 *Reſcriptis gratiæ aut iuſtitiæ non ſtatur quæ continent manifeſtum in conſtructione peccatum.*
19 *Sub & obreptio doloſa vitiat reſcripta gratiæ et iuſtitiæ in totum, ſi ex ſimplicitate vel ignorantia proceſſit, eatenus vitiat, quatenus fuit cauſa inductiua conceſſionis.*
20 *Raſura quando vitiat reſcripta.*
21 *Reſcripta tam gratiæ quam iuſtitiæ ſunt reſtringenda.*
22 *Reſcriptum poſterius quando deroget priori.*
23 *Princeps diſpenſat circa ius humanum, circa ius diuinum et naturale declarandi et interpretandi habet facultatem.*
24 *Diſpenſatio eſt remiſſio legis facta ex cauſa vrgente ab habente poteſtatem.*
25 *Diſpenſationum quædam eſt ſimpliciter permiſſa et quædam eſt de iure debita. Item alia eſt gratioſa, alia commiſſaria.*
26 *In diſpenſatione ſecunda debet fieri mentio de prima.*
27 *Diſpenſatio et facultas diſpenſandi differunt.*
28 *Abſolutio à commiſſo crimine, ſiue indulgentia et rehabilitatio differunt.*

RESCRIPTVM † ſumitur largo modo, & tunc 1
comprehendit priuilegiũ beneficium principis, & alia reſcripta, quæ emanant nedum ad iuris obſeruantiam, ſed etiam præter vel contra ius: & ita ſumitur in hac rubrica, ſub qua tractatur de priuilegijs, *c. 1. c. cum ordinem & c. conſtitutus hoc tit. c. ſi propter, hoc tit. in 6.* diſpenſationibus, *c. ſi gratioſe c. quamuis hoc tit. in 6.* indulgentijs, *c. fin. hoc tit. in 6.* literis beneficialibus, *c. eam te & c. ſeq. c. cũ adeo, hoc tit.* & literis ad lites: *c. cæterum, c. adhæc c. nonnulli & hoc tit.* ſtricte reſcripta ſunt epiſtolæ ſubditis datæ, ad beneficia, vel lites, quæ ius inter partes ſtatuunt; *c. conſtitutus de conceſſ. præbend. c. 1. hoc tit. l. 2. C. de leg. Franc. in c. ſi cui nulla de præb. in 6.*

Digitized by Google

2 illa † reſcripta gratiæ, hæc iuſtitiæ appellantur: in dubio præſumitur reſcriptum iuſtitiæ, & qui gratiam allegat gratiam probare debet: *c. fraternitatis. de ſuſmat. Gemin. in c. ſi cui nulla n. 5. Arebid. in princ. & Franc. n. 1. de præbend. in 6. Ioan. And. in c. in cauſis poſt. n. 34. et 38. de elect. & ibi Pan. n. 11. & 12.* circa quæ, ac diſpenſationes, cæteris prætermiſſis

3 quaſdam regulas trademus. Reſcripti † tres ſunt partes, narratio, ſupplicatio, quæ reſpiciunt impetrantem, & concluſio quæ concedentem reſpicit. *Bald. in c. ſuper literis n. 24. hoc tit.* & hanc vltimam partem practici vocant diſpoſitiuam, ſiue clauſulas, nam ibi Papa conſcribit illas clauſulas quas vult concedere. *Rebuff. in praxi tit. de ſign.*

4 *grat. n. 23. parte. 1.* Reſcripta † gratiæ, & iuſtitiæ, in multis diuerſo iure cenſentur, vt late tradit Menoch. *de arbit. iud. caſ. 201. & caſu 202. lib. 2.*

5 *cent. 3.* Reſcriptum † per ſub, & obreptionem, impetratum ad beneficia, eſt ipſo iure nullum; & taciturnitas exceptionis peremptoriæ aduerſario competentis inducit ſurreptionem: *c. ad aures, c. conſtitutus, c. ad audientiam, el 2. hoc tit. c. fin. de præb. Clem. 1. de præb. c. ſi motu § 1. de præb. in 6. c. quod ſuper his de fid. inſtr. Felin. in d. c. ad audientiam el 2. n. 22. vbi ampliat & limitat & ibi Pan. n. 50. & 8. & Canc. communiter* & poteſt opponi de ſurreptione dupliciter, declinatorie, quia ſi literæ non valent, executor nõ recipit iuriſdictionem; & peremptorie contra gratiam, vſque ad ſententiam, *Pan. in c. fin. n. 4. de præſumpt. gl. fin. in c. ad audientiã, el 2. & ibi Pan. n. 10. & 15. hoc tit. Pan. in c. cæterum n. 6. hoc tit. gl. in c. 1. in verbo obtentum de litis conteſt. in 6.* Limita vt procedat in reſcriptis ad beneficia gratioſis, ſecus in reſcriptis iuſtitiæ ad beneficia iuxta *c. cum ſecundum de præbend*, quæ, vt omnes contentioſæ, bullantur cum canabo, *Felin. in c. poſtulaſti ſub n. 1. verſ. dum declarat. abbas de reſcript.* ac ea taciturnitas iuris peremptorij non vitiat, & talis exceptio tantum poteſt opponi ad merita cauſæ. *Franc. in c. 1. n. 3. in fin. de lit. conteſt. in 6 Butr. poſt. Ioan. And. in c. poſtulaſti n. 14. & 15. hoc tit.* Item ſecus in literis datis, poſt gratiam pro executione gratiæ. *Pan. in c. conſtitutus n. 5. hoc tit. Idem poſt gl. in c. ad audientiam el 2. hoc tit.* Reſcripta ad lites non ſunt nulla ipſo iure, ſed ope exceptionis, *c. ſi autem, c. plerumque hoc tit. Felin. in d. c. ad audientiam 2. n. 17. Bell. dec. 84. in executoria But. in c. cum dilecta n. 3. & 10. hoc tit.* ſiquidem exceptio reſpicit literas tantum, vt exceptio pacti de non agendo eſt dilatoria, & eius taciturnitas inducit ſubreptionem reſcripti, & oppoſita, impedit litis conteſtationem; ſi vero reſpicit negotium principale, eſt exceptio peremptoria; & non poteſt opponi declinatorie, ſed peremptorie poſt litem conteſtatam: niſi ſit exceptio rei, vel litis ſemel finitæ; *c. expoſita de arb. gl. in c. ſuper literas in verb. literas hoc tit. & ibi Fel. n. 14. Ioan. And. in c. 1. in gl. 2. ſuper verbo cũ agendo & n. 13. de lit. cont. in 6. Rot. dec. 13. de lit. cont. in 6. Pan. in d. c. ad audientiam el 2. n. 15. Rot. dec. 13. n. 5. de off. deleg. in nou. Rot. dec. 65. de appel. in antiq.* aut producatur tale priuilegiũ, ꝙ habeat clauſulã derogatoriã ad reſcripta ſeu illis det formam, *c. cum ordinem hoc tit. & ibi gloſ. & DD.* vel ſit reſcriptum auocatorium, *c. eccleſia 2. vt lit. pend. & Gail. obſeru. 41. libr. 1.* ſubreptitium quod nullam tribuit iuriſdictionem & ipſo iure eſt nullum. *c. inter monaſterium de re iud. c. ex literis de offic. deleg. Felin. in c. ſuper literis n. 12. hoc tit. Card. ſeraph. deciſ. 763. n. 6. qui nihil allegat. c. vt noſtrum de appell. Caputaq. dec. 264. p. 2.* In curia romana non excipitur de ſubreptione reſcriptorum iuſtitiæ, propter facilem recurſum ad ſignaturam. *Garc. de beneſ. p. 8. c. 3. n. 114. Greg. xv. deciſ. 435. n. 5. & ibi annot.*

6 In † impetratione ſeu pentione reſcripti à principe, non eſt neceſſaria citatio alicuius ad eſſentiam reſcripti, ſed cum poſtea proceditur ad vlteriora, citatio eſt neceſſaria. *l. 2. & ibi poſt gl. in verbo reparationem Bald. ſub n. 2. C. de temp. & reparat. appell. & ibi DD.*

7 Surreptio † committitur in exprimendo falſum, & verum tacendo: *Pan. poſt gloſ. in c. quia circa n. 5. de conſang. & affin. c. dudum & 2. verſ. inſuper de elect. Garc. de beneſ. p. 8. c. 3. n. 19. & ſeq. ponens regulam vnam circa falſi expreſſionem alteram circa veri taciturnitatem.* ſi allegetur ſurreptio in vero tacendo, debet opponens probare ea extitiſſe tempore impetrationis, *Gemin. in c. 1. ſub. n. 8. verſ. in litteris beneficialibus de lit. cont. in 6. & ibi Franc. n. 17. Ioan. And. & Can. Pan. in c. conſtitutus n. 4. de reſcript. Greg. xv. deciſ. 108.* de quibus erat faciendo mentio: ſi in falſo exprimendo, debet probare impetrans ea, quæ narrauit, etiãſi ex aduerſo non fuerint negata, *l. matrem C. de probat. c. cum adeo, et poſtulaſti hoc tit. l. cum autem et ibi gl. fin. ff. de neg. geſt. clem. fin. et ibi gl. in verbo creatum hoc tit. & Can. Bell. dec. 303. Pariſ. conſ. 49. n. 30. et 31. vol. 4. Rot. dec. 20. de præb. in nou.* fore vera: *Pan. in c. conſtitutus n. 4. hoc tit. Franc. poſt Ioan. And. in c. 1. n. 2. de lit. conteſt. in 6. Bellam. deciſ. 76. n. 6. Ripa in*

Digitized by Google

c.2.n.29.et ſeq.hoc tit. etiamſi talis narratiua ſit negatiue concepta, & non ſit coarctata; quia imputet ſibi impetrans, quod in ea ſe fundauit, *Innoc. in c. ſuper hu ſub.n.10. in princ. de accuſ. Bart. in l.in illa ſtipulatione 1.n.4.& 5.ff.de verb.oblig.et ibi Alex. Bellam. deciſ. 76.n. 2.et ſeq.l.ergo ff.ex quib.cauſ.maior. Crauet conſ.112.n.6.* vt eſt negatiua, non ſufficientis diſpenſationis ſuper retentione plurium incompatibilium, nullo titulo, nulloque iuris adminiculo, *Pariſ. conſ.138.n.1.et 2.vol.4.Rot.Farin. deciſ.179.n.7.p.2 l. hoc iure vtimur ff.de verb.oblig. et ibi Bart. et Bell.deciſ.76.n.2.* ac negatiua non ſufficientis diſpenſationis ſuper defectu natalium: *Gab.de prob.concl.6.n.5. Pariſ.de reſignat.li.10.q.3.n.5.Gregor.xv.deciſ.242.& ibi annot.& deciſ.13.n.9.& ſeq. vbi plura ſimilia cumulat.& dec.353.& ibi annot.* niſi dicta negatiua appoſita legatur, nón in ſupplicatione, ſed in literis ex officio, per officiales Cancellariæ, ad euitandam ſolutionem annatæ: vt reſolutum fuit in vna, calaguritana beneficij de Ariola 26. Iunij 1595. coram Giphio, *Greg.15.dec.577.n.6. plures deciſiones cumulat Garc. de benef. Bart. 5. c.3.n.209.et ſeq.* quia annata non ſoluitur quando literæ expediuntur ſub narratiua intruſionis, ſed fit obligatio de illum ſoluendo poſt habitam poſſeſſionem iuxta ſtylum Cancellariæ *Greg. xv. deciſ. 440.n. 6. Gonz. ſuper reg. Cancel. de menſibus & altern.gl.15.§.1.n.70.* ſicut & plures aliæ clauſulæ non ſunt iuſtificandæ; dummodo non ſit alteri conceſſa, dummodo nó ſit alteri ius quæſitum; dúmodo collatio ad nos pertineat; ſine præiudicio cuiuſque, quæ ab officialibus apponuntur, nec important conditionem ſuſpenſiuam, ſed reſolutiuam, recenſitæ per Greg. xv. deciſ.350.& annot. ratio vtriuſque dicti eſt, quia onus probandi incumbit aſſerenti: *c. fin. 6. quæſt.5.l. 2. ff. de probat.§. non ſolum in fine Inſt.de leg.* Præfatu procedunt in impetrationibus à Papa, vel legato, non in ordinario, in quo non datur ſubreptio; ſed dicitur prouidere motu proprio, & eccleſijs non perſonis, ſicut Papa, & legatus, & ſic prouiſio ordinarij, non poteſt de ſurreptione impugnari. *Clem. 2. de offic. ordin. & ibi Zabar. in fine. et Pan. in c. cum noſtris ſub n. 19. de conceſſ. præb. Felin. in c. ad aures num.15. & in cap. in noſtra.29.coroll.de reſcript. Gonzal.ſuper reg.de menſ. et altern. gl. 4. a.n.173.vſque ad fin.Garc. de benef.p. 8.c.1.n.3.vſque ad n.19.*

Narratiua † alia eſt ſupplicantis, alia Papæ, Narratiuæ ſupplicantis duplicis ſunt generis, quædam narratiuæ, ſunt ſimpliciter pars gratiæ, in quibus principalis intentio concedentis non fundatur; vt quando narrat, ſe Doctorem, Baccalaureum, nobilem, valorem, vel quid ſimile, & in iſtis ſufficit, ſemiplena probatio, *c.inter quatuor & ibi gl. pen. de cler. peregr. c. illud de præſumpt. Ioan. And. in c. infamibus de reg. Iur. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 9.n.11 p.2.Bell.dec.76.in fine & deciſ.113.114.674. Rot. farin. deciſ. 296.in princ.p. 2.gl.in l.ſi vero §.1.in verbo dubitetur ff.qui ſatiſd.cog. Garc.de benef.p.6.c.2.§.2.n.205.& ſeqq.* quia propter ſcientiam, nobilitatem, narrata, cenſetur motus Papa, ad concedendum facilius: *c. de multa in fine de præb. c. ſtatuimus de maior. & obed. Caputaq. deciſ. 277.p.1.* quædam eſt narratiua, quæ eſt abſolute cauſa conceſſionis, vel cauſa conceſſionis magis clauſulatæ, & in hac non ſufficit leuis probatio, *c.cui de non de præb. in 6. c. ſuſceptum de reſcrip. in 6.c.olim in fine hoc tit. Rot. deciſ.268.n.3.& 4.p.1.Creſc.deciſ.4. de conceſſ. præbend. Rot. deciſ. 4. n.7. de reſcript. in antiq.* ideo iuſpatronatus narratum, cum ſolita derogatione, eſt plene probandum, *c.nobis & ibi gl. in verbo in capella & Can. c. cum dilectus & ibi gl. in verbo præſentare & Can. de Iurepat. Rot. deciſ.531. in princip.p.1. Caſſad.deciſ.4.de præb.& deciſ.7.de iurep. Put. deciſ.117.& 316.lib.2.* & non admittit excuſationem à non verificatione, quia huiuſmodi taxata, & limitata expreſſio, operatur defectum intentionis in non expreſſis. *d. c. ſuſceptum d.c.cui de non Felin. in c. ſuper literis ſub nu.3. verſ.limita 4.c. cum in illis §.1.& 2. de præb.in 6.Rot.diuerſ.deciſ.352. p.1.in deciſum relinquit l.vniuerſa C.de diuerſ.reſcript.* Item narratiua verificanda eſt de iure, quando agitur de perpetuo præiudicio eccleſiæ. *c. cum de beneficio de præb.in 6. Rot.diuerſ.deciſ.208.n.1.& 2.p.1.* In impetratione iuriſpatronatus, in monaſterio, cum narratiua, quod conuentu caret: ſtante ſtatu conuentuali præcedente, neceſſe eſt probare, quod ſtatus non conuentualis ſit legitime præſcriptus, vel ſaltem obſeruatus, per ſpatium quadraginta annorum: *d.c.cum de beneficio de præb. in 6. Rot.deciſ.2. de præb. in nou.* Et in narrata concordia ſub beneplacito ſedis apoſtolicæ, probari debet concordia & beneplacitum: *c. quæſitum & ibi not. de rer. permut. Mohed.dec.35. de renunc.* quando vero non agitur de perpetuo præiudicio eccleſiæ, facilius toleratur, quod narratiua verificetur de facto, vt in impetratione monaſterij, cũ

narra-

Digitized by Google

narratiua, quod conuentu caret, *c. vt noſtrum in fine verſ. ſi vero ante donationem perceperit vt eccleſiaſtica beneficia & c. gl. in clem. 2. in verbo defenſor de reb. eccleſ. alien. Rot. diuerſ. deciſ.* 208. Et narranti in ſupplicatione confirmationis, vel ſurrogationis, à ſe petitæ, ſe beneficium canonice fuiſſe aſſecutum; ſufficit probare, quod auctoritate ordinarij, fuerit aſſecutus, licet aſſecutio non valuerit: *Bell. dec. 116. c. Michael. de fil. presbit.* alias ſi agat ad aſſignationem eccleſiæ, vel beneficij, de collatione plenam fidem facere tenetur. *c. olim in princ. ibi ſibi collatam & in fine hoc tit.* In narratis quæ ius concernunt, non cadit obreptio, cum ſignatura ea, quæ iuris ſunt, intelligat. *c. 1o. de Conſtit. in 6. l. omnium C. de teſtam.* Narratiua facti quæ non eſt de ſubſtantia gratiæ, ſufficit, quod de facto verificetur, *c. commiſſa §. fin. & ibi gl. in verbo promouendo de elect. in 6. Rot. diuerſ. dec. 19. in princ. p. 1. & deciſ. 19. n. 9. & 10. part. 2. Greg. xv. deciſ. 137. n. 7. Bellam. deciſ. 116. in fine.* Et ita ſufficit etiam, eam de facto excludere. *Rot. diuerſ. deciſ. 208. ſub n. 2. p. 1. l. in bello §. facta ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. l. 1. §. ſi vir ff. de acq poſſeſ.* Laicalis intruſio in iuriſdictione eccleſiaſtica narrata, non eſt probanda. *Rot. diuerſ. deciſ. 213. in fine p. 1. l. vſuras ff. de vſur. l. teſtamentum C. de teſtam.* Qualitas narrata tendens in præiudicium alicuius, etiam quod facilius non inducat ad concedendum, eſt verificanda: *l. non ignorat C. de ijs qui accuſ. non poſ. & ibi gl. fin. & DD. Felin. in c. ex parte 1 num. 25 de reſcript. ponens plures exceptiones Rot. diuerſ. deciſ. 531. nu. 2. p. 1. Caſſad. dec. 10. de preb.* Vt narrata familiaritas Scriptoris, ſi literæ non ſint taxatæ: ſecus ſi eſſent taxatæ: Qualitas narrata taxatiue, eſt probāda, quia operatur defectum intentionis, in non expreſſis. *c. ſuſceptum hoc tit. in 6. c. quamuis 1. & d. c. cui de non de preb. in 6. Rot. deciſ. 17. de preb. in antiquior.* ſecus ſi qualitas ſit cauſatiue vel demonſtratiue expreſſa: *Felin in d. c. ſuper literis ſub nu. 3. verſ. limita quarto hoc tit.* Niſi ſit talis, quæ facilius inducit principem, ad concedendum, & expreſſa ſit, per malitiam, ſiue dolum, iuxta diſtinctionem *cap. ſuper literis, hoc tit.* cuius diſtinctio etiam habet locum, in literis gratioſis, ad beneficia: *Rot. deciſ. quarta circa fin. de reſcript. in antiq. gloſſ. in d. c. ſuper literis in verbo literas dediſſemus & ibi Felin. in fine numeri primi & Can. communiter.* Et omnia narrata ſiue in vim modi ſiue in vim conditionis ſunt verificanda. *c. verum de cond. appoſ. Caſſad. deciſ. 10. de reſcript. numero ſeptimo.* Limita primo quando impetrans habet, intentionem fundatam, iuris præſumptione, *c. dudum de præſumpt. & ibi Pan. numero quinto Felin. numero primo & tertio & Can. communiter poſt gloſſ. fin. c. vnico & ibi gl. fin. de ſcrut. in ord. fact. gl. in c. ſi forte in verbo ſcientiæ de elect. in 6. l. cum quidam la. ſecunda & ibi gl. in verbo qui non offenderint ff. de leg.* 2. Secundo in reo & poſſeſſore, gratias ſuas oſtēdente. *§. retinendæ verſ. commodum inſtit. de interd. l. fin. C. de rei vind. l. vti frui in fin. princip. ff. ſi vſufruct. pet. Rot. diuerſ. deciſ. 593. p. tertia lib. tertio in fin.* Tertio in iure defuncti, quod ex ſola ſupplicatione iuſtificatur. *Franc. in proœm. li. 6. § fin. numero ſecundo & ibi Can. Pan. in c. in noſtra numero vndecimo hoc tit. & ibi Put. deciſ. 337. libro primo Caſſad. deciſ. 8. de reſt. ſpoliat.* Quarto in poſſeſſorio recuperandæ, ſufficit oſtendere literas expeditas, & non eſt neceſſe verificare narratiuam, aut habilitates. *c. ſollicite & ibi gl. pen. verſ. verior de reſt. ſpol. l. 3. §. cauſæ ff. de carbon edict. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. Bald. poſt gloſſ. in l. ſecunda C. de edict. diu. Adrian. tollendo Mohed. deciſ. nona de cauſ. poſſeſſ. & propr. Butr. in c. fin. ſub numero tertio verſ. aduerte de ſucceſſ. ab inteſt. Put. deciſ. 239. numero quarto libro primo.* Quinto quando agitur de ſuſtinenda gratia, Rota ſolet ſemper æquitatem amplecti, vt gratiæ ſuſtineantur, & non pereant: quia multis laboribus, & grauibus expenſis obtinentur. *arg. c. commiſſa de elect. in ſexto Sarnen. in reg. de valore quæſt. 11. in fine Rot. diuerſ. deciſ. 9. numero 9. p. 2.* Verba † narratiua 9
Papæ non probant, ſi ſuper eis non fundatur intentio Papæ: *c. ſi Papa 1. reſp. de priuil. in ſexto Clem. ſi ſummus de ſent. excomm.* Si ſuper eis fundatur intentio Papæ, diſtingue, aut ſunt de facto proprio, aut alieno ſecum geſto, *Fel. in c. cum à nobis numero ſecundo de teſtib. Imol. in clem. 1. ſub numero nono de prob. Greg. xv. deciſ. 239. numero ſexto & ibi late annot.* vel ſui prædeceſſoris, & faciunt pleniſſimam probationem: contra quam non admittitur probatio, quæ perimat probationem, vel falſam oſtendat: *c. 1. de prob. Rot. diuerſ. deciſ. 171. numero ſecundo et ſeqq. p. 1.* idem obtinet, ſi ſe fundat ſuper narrata conſuetudine, priuilegio, aut alia re, &c. *c. ſi Romanorum et ibi gloſſ. in verbo deſunt, 19. diſt. Innoc. in c. inter dilectos, numero quinto et ibi Felin. numero ſeptimo de fid. Inſtr. Rot. dec. 171. numero tertio p. 1. plures cumulans.* Sed bene admittitur probatio, per quam, ſtante narratione, probans releuaretur: videlicet, Papa narrans renunciationem bene-

Digitized by Google

neficij factam, in ſuis manibus & per ſe acceptatam, confert illud, vel conferri mandat; bene potero probare, quod illud beneficium tempore renuntiationis, & collationis pertinebat ad me, & non ad cedentem. *gl. pen. in d. el.* 1. Aut ſunt de facto alieno, ſiquidem gratia emanauit motu proprio, tunç probant ſaltem præſumptiue, ita quod præſumptioni ſtabitur, niſi probetur contrarium: *Anch. in d. el. 1. ſub. numero primò de prob. & ibi Can. communiter, c. ſi motu & c. ſeq. de præb. in 6. et Rot. diuerſ. deciſ. 154. n. 4. & 5. p. 2. pulchre Mynſ. obſ. 34. cent. 5.* vt ſi narraret beneficium vacauiſſe in Curia, per mortem beneficiati, potero probare contrarium, quod mortuus ſit extra curiam. *gl. antep. in d. el.* 1. Verum Pan. hanc diſtinctionem, de narratis à Summo Pontifice, ſuper quibus fundatur eius intentio, reſtringit in d. Clem. 1 de probat; ad ea narrata, quæ conſiſtunt in plena diſpoſitione Papæ, per exempla d. Clem. 1. & verba ibi poſita, & alia ſimilia, & ſecus eſſe dicit in alijs non dependentibus à plena diſpoſitione Papæ narrantis. Tertius non poteſt ſe fundare in narratiua breuis, etiam motu proprio expediti, ita vt quoad ipſum plenā faciat fidem; quia reſcripta ad beneficia, vel ad lites, inter partes ius ſtatuunt, & ſunt perſonalia: *c. conſtitutus de conceſſ. præb. Achil. dec. 10. in fine de prob. Rot. deciſ. 766. n. 10. p. 1.* ratio præmiſſorum eſt, quia licet diſputatio, cum Principe de potentia ſua, in his quæ ſpectant ad eius iuriſdictionem, ſit improbata, *l. 2. C. de crim. ſacrileg.* tamen licet bene diſputare de ſcientia ſua, & ſimiliter de voluntate; quia maieſtas ſua, per illa nomina conſeruatur, in eſſe: *c. ex facto de vulg. & pupill ſubſtit. & ibi. DD. Can. in d. c. ſuper literis hoc tit.* ac Papæ erranti in iure, dici poteſt, vos fallit obliuio: *Caſtrens. in l. omnium ſub. numero quarto C. de teſta. c. ex parte & ibi Pan. per illum text. numero ter-*
10 *tio de offic. deleg. c. præterea 23. diſt.* Aut † verba narratiua Papæ emanarunt, ad petitionem partis, quod in dubio præſumitur; & nihil probant, nec transferunt onus probandi. *c. ex litteris de tranſact. Anch. in d. el. 1. poſt Lapum & alios Rot. d. deciſ. 154. n. 5. & 6. p. 2. Alex. conſ. 112. n. 5. vol. 7.* ideo inoleuit ſtylus vt in literis apoſtolicis, ponantur verba vt aſſeris, quæ requirunt ſupplicantis probationem, ſecus ſi ponantur verba vt aſſeritur, *Rot. deciſ. 60. & dec. 77. de reſcript. in ant. Rot. diuerſ. deciſ. 412. p. 1. Cæſar. dec. 2. n. 3. & 5. de prob. pro quo allego text. in auth. ſi quando C. de conſt. pecun.* ſed Rot. Biſig. deciſ. 6. de præb. & Card. Zab. *in c. fin. de præſumpt. verſ. quæro circa hoc &c.* & in cle vnica, de probat. quæſt. 10. in fine & quæſt. ſeq. cenſent vtroque caſu impetranti incumbere onus probandi, Pan. in c. fin. de præſumpt. ſub n.° 9. & Felin. in c. ad aures n. 10. verſ. ſeptima concluſio, de reſcript. pro conciliatione dictarum opinionum, duos conſiderant caſus, primus eſt, quando alia verba reſcriptorum ſunt concepta, in perſonam impetrantis, puta, expoſuit nobis talis, &c. poſtea dicitur vt aſſeritur, & videtur quod impetrans dixerit, ita ab alijs aſſeri, non autem, quod ipſe aſſeruit, quia in generali ſermone non venit perſona loquentis, *d. auth. ſi quando C. de non numer. pecun. l. inquiſitio C. de ſolut. c. petitio & ibi gl. & DD. de iureiur.* & ſufficit probare, quod ita aſſeratur communiter, & probe aſſertionem communem, nō autem aliquorum, iuxta ea, quæ dicuntur de probatione famæ, & opinionis communis. *Bart. in l. de minori §. tormenta ff. de quæſt. cum concord.* Secundus caſus eſt, quando omnia verba loquuntur, vniformiter, & videtur quod ipſe impetrans, omnia aſſeruerit, & ideo debet probare ea omnia eſſe vera, quæ narrauit. *d. c. 2. & ibi Ripa n. 29. hoc tit. & Can. l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* Verbis narratiuis alicuius, citra Papam, non creditur regulariter etiamſi narrans ſit legatus, & de geſtis à ſe velit fidem facere. *gl. in d. el. 1. in verbo reſeruaſſe de prob. DD. poſt. gloſ. in c. poſt ceſsionem de probat. & in c. quod ſuper his de fid. Inſtr. Vital. in d. el. 1. n. 52. & ſeqq. & ibi Can.*

Secundo reſcripta † gratiæ perpetua ſunt, *c. 11
decet. de reg. Iur. in 6. c. ſi cui nulla de præb. in 6.* nec re integra, concedentis morte expirant, prout nec etiā executoribus, data poteſtas, expirat: ne gratiam eandem, vel reddi inutilē, vel ipſius effectū, in tempus longius differri contingat: *c. ſi ſuper de off. deleg. in 6. Rot. deciſ. 19. de præb. in nou.* quod indubitatum eſt, quando gratia iam eſt facta, ei, cui ſcribitur, & litteræ ſunt expeditę in forma gratioſa; nec non ſi Papa mandet, certæ nominatæ perſonæ prouideri, de beneficio certo vacante, in forma, dignum; quia hic prouiſo, ius ad illud, quæſitum eſt, & gratia eſt perfecta. & ideo non expirat re integra morte mandantis. *c. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. Rot. deciſ. 12. de offic. deleg. in nou. Garc. de benef. c. 2. p. 6. §. 3. n. 300. & ſeqq. Arch. in c. petiſti n. 47. q. 1.* aut mandat, prouideri de certo beneficio, quod impetrans narrauit, certo

modo

modo vacare, cum cauſæ cognitione, & citatione partis; quia iſti, quibus ſub hac vltima forma ſcribitur, licet non ſint executores, ſed meri iudices delegati, tenentur vocare partem, & cum cauſæ cognitione procedere ad prouiſionem faciendam, *c. exhibita de Iudic. c. ex parte 1. & c. olim. hoc tit. Rot. deciſ. 12. de offic. deleg. in nou.* attamen gratia eſt perfecta, quia prouiſum eſt certæ perſonæ, de certo corpore beneficij, certo modo vacante, & gratia, ob eandem rationē non expirat; quia prouiſo ius eſt quæſitum ad rem: neque & executorum, ſiue meri ſint, ſiue mixti, poteſtas, tanquam acceſſoria: *d. c. ſuper gratia Rot. d. deciſ. 12. Garc. de benef. p. 1. c. 2. §. 3. n. 303. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſ. 12 n. 44. & plurib. ſeqq.* ſecus ſi Papa mandat, prouideri, etiam motu proprio, certæ perſonæ, in forma dignum, de incerto beneficio: quia hic poteſtas executoris principalis eſt, & gratia acceſſoria; prouiſo ad beneficium nullum eſt ius quæſitum, & ideo expirat re integra morte mandantis: *c. ſi cui § fin. & ibi gloſ. fin. Franc. in 4. not. & Can. de præb. in 6. Gonz. ſuper reg. Canc. de mēſ. & alter gl. 12. n. 42. ante fin. Garc. de benef. p. 6. c. 2. §. 3. n. 301. Rot. d. dec. 12. de off. deleg. in nou.* ſed & gratia ad beneficium vacaturum certum, non expirat, morte Papæ, etiam re integra, quando non committit executori prouiſionem, ſed ipſe confert, ex nunc prout ex tunc, quia tunc gratia eſt facta, & prouiſo ius ad beneficium eſt quæſitum, *c. ſi de ſuper gratia & ibi Can. de offic. deleg. in 6. late Gabriel de præb. cond. 1. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & altern. gloſ. 12. ſub. n. 42. Garc. de benefic. p. 6. c. 2. §. 3. n. 305. & ſeqq. plura ſimilia adducens.* Reſcriptū ad lites intra annum præſentari debet, poſtquam copiam iudicum habuerit impetrans, *c. ſi autem. c. plerumque hoc tit. gl. fin. c. 1. hoc tit. & ibi Can.* & eius probata malitia, aut negligentia, in non vſu primi: valet ſecundum reſcriptum, ſuper eodem, ab aduerſario, nulla facta mentione primi, impetratum: non data impetratione ſecundi valet primum reſcriptum perpetuo, *l. falſo C. de diuerſ. reſcript. Pan. in d. c. plerumque n. 4. hoc tit. Franc. mart. quæſt. 41. lib. 1.* & tanto tempore, quando durat ipſa actio, ſuper qua fuit impetratum: *late Bald. in d. l. falſo n. 2. & DD.* ſed re integra, morte concedentis expirat. *c. gratum, c. licet de. offic. deleg. c. relatum & ibi gl. eod. tit. Archid. in c. petiſti ſub n. 4.*
12 *7. quæſt. 1.* † Tertio in reſcriptis gratiæ inſpicitur tempus datæ, *c. eam te c. conſtitutus & ibi gl. in verbo impetraſſet hoc tit. c. ſi eo tempore hoc tit. in 6. c. 2. de dec in 6 c. dudum 1. & ibi gl. in verbo electionis tempore de elect. c. dudum el 2. in verbo electionis de elect.* cum eorum par eſt cauſa, *c. ſuſceptum & ibi gloſ. fin. hoc tit. in 6. c. hi qui de præb. in 6. & ibi gloſ. 1.* circa validitatem; inualiditatem gratiæ, *c. ſi eo tempore hoc tit. in 6. & ibi omnes notant, c. eam te & ibi Felin. n. 18. hoc tit. qui ponit aliquid fal. el fin. hoc tit. Caputaq. deciſ. 40. n. 2. & 3 p. 2.* prælationem; tum in literis ad beneficia vacantia, *Felin. in c. capitulum n. 5. hoc tit. c. ſi à ſede de præb. in 6.* (niſi quod de ſtylo curiæ Romanę inter duos reſignatarios, præfertur anterior in conſenſu, quamuis poſterior, in data, *Creſcent. deciſ. 1. de conceſſ. præb. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 7. n. 86. & ſeqq.* quia ante præſtitum conſenſum licitum eſt pænitere *Rot. diuerſ. deciſ. 471. n. 11. p. 1. & 282. ſub n. 2. p. 2. Mohed. deciſ. 16. de renunc. dicetur infra de renunc.*) tum etiam in literis ad vacatura beneficia, *c. eum cui, & ibi gl. fin. & c. ſi poſtquam & c. quia ſæpe de præb. in 6. c. capitulum de reſcript. & ibi Felin. n. 5. c. tibi qui hoc tit. in 6. c. duobus & ibi Franc. n. 4. hoc tit. in 6.* niſi gratia primi fuerit conditionalis, & ante conditionis exiſtentiam, ius ſecundo fuerit pure quæſitum, *c. ſi. pro te de reſcrip. in 6. et ibi Can. el. p. de Conceſ. præbend.* ac verificationem, quando veritas cauſatum narratur de præſenti, *c. quia circa et ibi Pan. n. 4. de conſang. & affin. c. conſtitutus hoc tit. & ibi poſt gl. Can.* & capacitatem impetrātis, *c. ſi eo tempore hoc tit. in 6. c. ei cui de præb. in 6. & ibi Can. arg. l. 1. §. 1. ff. de leg. 3.* nā gratia ſic intelligenda eſt, vt poſſit à principio & tempore datæ verificari, & beneficia ſimul capi per impetrantem: *el. gratiæ & c. in noſtra hoc tit. Achil. dec. 5. de præb.* in reſcriptis vero iuſtitiæ inſpicitur tempus præſentationis factæ iudici inſcripto. *c. vt debitus de appell. l. ſi quis & ibi Bart. n. 3. C. de aquaduct. 10. lib. 11. Innoc. in c. ex conqueſtione n. 2. de reſt. ſpoliat. & ibi Hoſt.* Quarto, † in gratioſis, ex errore in facto proprio, præſumitur dolus, 13
vt falſa ætatis expreſſione: *Mohed. deciſ. 8. hoc tit: Put. deciſ. 340. lib. 1. Caſar. deciſ. 20. n. 3. & 4. de præb. c. cum nobis & ibi Imola ſub. n. 5. de elect.* imo quælibet expreſſio falſa, & taciturnitas exprimendæ qualitatis, vel circumſtantiæ, etiam quod Papa eſſet alias conceſſurus, præſumitur doloſa, *Innoc. in c. ſuper literis in princip. hoc tit. Collect. in c. eccleſiæ veſtra. n. 10. de ſortil. Put. d. dec. 340.* gratiamque vitiat in omnibus, *c. ad aures poſtulaſti hoc tit. el. 1. de præb. in princ. c. ſi motu §. 1. de præb. in 6. Felin. in c.*

Digitized by Google

ſuper literis n. 5. hoc tit. & in c. ad audientiam n. 22. hoc tit. Caputaq. deciſ. 49. p. 2. etiamſi obtenta ſic gratia legibus foret conſentanea, in pænam fraudulenti mendacij: *l. etſi legibus C. ſi cont. ius vel vtilit. pub. &c.* & ignorantia non excuſat, à ſurreptione, etiamſi conſiſtat, in tacendo factum alienum, quod impetrans probabiliter ignorauit, *c. conſtitutus hoc tit. Caſſad. deciſ. 20. n. 3 ſuper reg. Cancell.* & ſola ſimplicitas ſine dolo in eis nocet, quando per expreſſionem vel taciturnitatem, ſequitur taxatio ad expreſſa, *Felin. in d. c. ſuper literis ſub n. 3. & c. limit.* 4. quod in dubio præſumitur, in gratioſis, propter eorum ambitionem: *c. quamuis el. 1 & c. cui non de præbend. in 6. c. ſuſceptum hoc tit. in 6.* vt ſi impetro beneficium, per mortem Alexandri, non venit modus vacationis in perſonam alterius, *arg. c. Romana §. in alium de appell. in 6. d. c. ſuſceptum, Rot. deciſ. 43. hoc tit. in antiq.* Sunt tamen aliquot caſus, in quibus ſurreptio, in beneficialibus, non præſumitur doloſa, primus, ſi fiat circa ſuperflua, *Felin. in c. cum ordinem ſub n. 2. verſ. aduerte, hoc tit. Felin. in d. c. ſuper literis poſt n. 5. verſ. ſunt tamen Bell. dec. 4. Rot. deciſ. 10. hoc tit. in nou.* Secundus ſi circa id, quod ſi verum eſſet, potius debuiſſet principem retrahere, *Pan. in d. c. ſuper literis n. 6. & ibi felin. poſt. n. 5. Rot. deciſ. 4. de reſcript. in ant. n. 6. & 7.* Tertius quando per teſtes probatur principem ſciuiſſe illud, quod non fuit narratum in gratia, *Caputaq. deciſ. 51. p. 1 felin. in rub. de Conſtit. ſub n. 6. verſ. tribus tamen &c.* Quartus quando ſurreptio ſtante validitate reſcripti poteſt reduci, ad terminos iuris communis. *c gratia & ibi Franc. n. 3. hoc tit. in 6. c. ſuper litteris & ibi Can hoc tit.* In literis iuſtitiæ in dubio non præſumitur dolus; *Felin. in d. c. ſuper literis ſub. n. 5* & reſcripta iuſtitiæ etiam auocatoria valent, quamuis plura capitula copulatiue in eis narrentur, quorum aliqua ſunt vera, aliqua falſa, ſi ex veris poteſt ſequi effectus, & concluſio: *c. 2. & ibi gl in verbo perpetuo et Can. hoc tit Rot. deciſ. 7. hoc tit. in nou. Archid. deciſ. 11. hoc tit.* & error in nomine, cognomine, & diæceſi aduerſarij, ſi de perſona conſtat non vitiat: *gloſſ. in c. cum in multis in verbo nomina hoc tit. in 6. et ibi Io. Monach. et Archid. felin. in c. ſignificante in princ. hoc tit. Rot. deciſ. 16. hoc tit. in nou. Franc. in c. fin. in princ. de foro compet in 6.* quia regulariter in dubio verba demonſtratiue non taxatiue ſunt intelligenda *l. ſi ſeruus communis ita ff. de ſtipul. ſeru. l. cum pater §. menſa et ibi Bart. n. 8. ff. de leg. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 442.*

n. 3. p1. reſcripta gratiæ æquiparantur contractibus bonæ fidei reſcripta iuſtitiæ contractibus ſtricti iuris. *Ioan. And. poſt Monach. in c. 2. nu. 3. de fil. presbyt. in 6. et ibi Can.* Quinto reſcripta † iuſtitiæ iudici præſentata, citato aduerſario ad dicendũ contra ea, fiunt communia, *c. 1 et. 2. de mut. petit. gl. in el. ſæpe in in verbo ſi quid petere, de verbo ſignif. Rot. deciſ. 17. de dol. & cont. in nou. Mohed. deciſ. 4. in fine de Iudic. Greg. xv. deciſ. 552. numero 2. & ibi late annot.* & impetrans reo inuito non poteſt illis renunciare, *Rot. deciſ. 17. numero quarto de dolo & cont. Felin. in rub. de reſcript. numero tertio, gl. in el. conſtitutionem in verbo nolle vti et Can. de elect. Innoc. in c. ex conqueſtione numero primo, et ſeqq. de reſtit. ſpol. & ibi Hoſt. in fine Pan. n. 10. & nu. ſeqq.* aut declarando reſtringere, ex qua cauſa agere voluerit, quando ambiguitas procedit ex multiplicatione cauſarum: *Aret. in l. ſi quis intentione ambigua n. 6. ff. de Iud Caputaq. deciſ. 264. p. 1.* imo reſcriptum impetratum, per actorem ſuper diuerſis articulis tacite, vel expreſſe, per vſum in vno, fit commune, & inuito actore, poteſt reus illo vti, ſuper alijs articulis: *c. primo & ibi Pan. de ſequeſt. poſſeſſ. et fruct. Pan. in c. ex conqueſtione n. 10. de reſtit. ſpol.* citatione vero ad dicendum contra reſcriptum decreta, ſed nondum executa, poteſt impetrans reſcriptis iuſtitiæ renuntiare. *Archid. deciſ. 10. hoc tit. qui alias deciſiones citat, Rot. deciſ. 17. de dol. & contum. in nou. l. ſi quis libellos & ibi gl. C. de appell. c. fin. §. ſi quis libello 2. quæſt. 6. & ibi gl. in verbo pœnitentia ductus. Innoc. in c. cum ex conqueſtione numero primo in fine & n. 2. de reſt. ſpol.* Sexto reſcripta † iuſtitiæ impetrata, ſine ſpeciali mandato domini, non valent, niſi impetrentur per coniunctam perſonam, *c. nonnulli §. fin. hoc tit.* aut ſuperiorem prælatum: *clem. 1. hoc tit.* in reſcriptis gratiæ, ad beneficia obtinenda, & priuilegia, *Pan. in c. dilectus numero tertio, vt lit. pend. &c.* non exigitur mandatum *gl. fin. in fine in d. c. nonnulli §. fin. c. quamſit, et ibi gl. in verbo petere de elect. in 6. Pan. in c. ad aures poſt. gloſſ. in fin. hoc tit.* Septimo reſcripta † gratiæ ſunt perſonalia, morte gratiati expirant, & in ſucceſſore, creatur nouus titulus, *c ſuſceptum hoc tit. in 6. c. quamuis de præb. in 6. Rom. conſ. 374. numero quinto,* cum in beneficijs non habeat locũ ſucceſſio: *c. ex tranſmiſſa de fil. presbyt. Franc. c. primo de fil. presbyt. in 6.* reſcripta iuſtitiæ impetrata, ſub nomine dignitatis, extenduntur, re integra in & ad ſucceſſorem: *c. dilecti de for. comp. gl. in c. ſignificauit*

14

15

16

Digitized by Google

ſicauit hoc tit. Innoc. in c. gratiam de off. deleg. impetrata pro vel contra perſonam, re integra, non tranſeunt ad ſucceſſorem ſingularem, *c. Pet. & de off. deleg.* præterquam in eum, in quem facta eſt alienatio iudicij mutandi cauſa, *c. 1. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* & in ſcienter ſuccedentem in vitium: *c. quia v. de iud.* tranſeunt in & ad ſucceſſorem vniuerſalem, ſi tempore data reſcriptorum, aut deputationis, iudicium, erat in rerum natura, ille; contra quem impetrata fuerunt, alias non valent: *l. 2. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. Neratius ff. de reg. iur. Pan. in c. ſignificauit n. 6. hoc tit. & ibi DD. Pan. in c. tua nos. nu. 5. de vſur. in 6.* re non integra, pura quia defunctus fuit citatus, tranſeunt in vniuerſalem, *c. dilecti de for. compet.* & in caſibus, in quibus tranſit inſtantia, *dicetur infra tit. de iud. §. inſtantia cauſa criminalis.* etiam in ſingularem ſucceſſorem. *argumento à contrario ſenſu d. c. ſignificauit & ibi Zab. circa finem verſ. generaliter. Anch. But. & Can. c. gratum & ibi gl. in verbo quæſt. captum de*
17 *off. deleg. late Capra concl. 34. & 35.* Infra † ſcriptæ regulæ communes ſunt, reſcriptis gratiæ & iuſtitiæ: clauſulæ *ſi ita eſt, & ſi preces veritate nitantur,* in omni reſcripto intelliguntur, *c. 2. hoc tit. l. etſi non C. ſi cont. ius vel vtil. pub. & ibi not. l. vniuerſa C. de diuerſ. reſcript.** nec expreſſe reddunt gratias conditionales, quæ nullam requirunt in cauſæ expeditione cognitionem, & quas Domini abbreuiatores Cancellariæ, ſine alio examine, expediunt in forma gratioſa, quando ſupplicatio ſub illa forma fuit concepta; ſed quando requiritur cauſæ cognitio in expeditione, vt verbi gratia confirmatione in forma communi, tum ex præſumpta mente, ſummi Pontificis concedentis, ac ratione futura expeditionis, quam poſt ſe expectant, reſoluuntur in ſuſpenſiuas, ſi cauſæ cognitio non adhibeatur, aut expeditio non fiat in forma gratioſa, *argumentum l. conditiones extrinſecus & ibi not. per Bart. & DD. ff. de cond. & demonſt. c. ſignificaſti in princ. & ibi gl. in verbo conditione & Can. de elect. Felin. in c. ex parte 1. n. 6. & melius ſub n. 10. & 11. de reſcript. pulchre ſeraphin. deciſ.* 775. *numero quarto et ſeqq. Bell. deciſ. 4. ſub num.* 1. quaſi ſummus Pontifex ſic noluerit: *l. quod pure ff. quando dies leg. & c. ſed Bart. in d. l. conditiones extrinſecus ſub num. 1. & ibi DD.* ac ſubintelligitur clauſula, ſaluo iure tertij. *c. quamuis hoc tit. in 6. l. 2. §. merito & §. ſi quis à principe & ibi gl. ff. ne quid in loco publ. c. primo & ibi gl. fin. vt lit. pend. & c. c. ex tuarum de auct. & vſu pallij.* Error in nomine proprio, & diœceſi impetrantis vitiant reſcripta iuſtitiæ, *c. ab excommunicato & ibi gl. in verbo de facto ſuo hoc tit. arg. l. fin. C. de hared. inſt. Felin. in c. ſignificante ſub numero ſecundo hoc tit. verſ. ſecunda declaratio.* ac gratiæ. *c. Rodulphus & ibi Io. And. numero nono hoc tit. Creſcent. deciſ.* 14. *numero ſecundo hoc tit.* Reſcripta inhibentia cauſæ cognitionem, non carent falſi ſuſpicione.
c. 2. hoc tit. Non † ſtatur reſcriptis, quæ continent 18
manifeſtum in conſtructione peccatum: *gl. in c. Apoſtolica 35. quæſt. 9. c. ad audientiam 1. hoc tit. & ibi gl. pen. & Felin. ampliat & limitat Rom. conſ. 376. nu. 10. & ſeqq.* quia magna conſilij moderatione, patientia, & maturitate decoquuntur, *d. c. apoſtolica.* Et ideo præſumitur falſitas, præſumptione iuris & de iure, *gl. in d. c. ad audientiam 1. & ibi Felin. & Can.* Literæ vnius, aut ſyllabæ defectus eadem non vitiat, *c. ex parte de fid. Inſtrum.* niſi variatio literæ induceret variationem ſenſus, *c. inter dilectos de fid. inſtrum.* neque defectus vnius dictionis aut orationis, *Innoc. in d. c. ex parte & ibidem latius Felin.* ſi alias colligi poſſit mens Papæ; quia oculus officialium ſæpe fallitur, prout defectus ſyllabæ aut dictionis non vitiat teſtamentum: *l. errore C. de teſtam. l. qui habebat. ff. de manum teſtam.* dum tamen ex ipſo orationis defectu non reſultet falſa latinitas: vel defectus orationis, non ſit circa id, quod conſueuit poni ex communi, ſtylo Cancellariæ in reſcriptis; nam tunc reſcriptis propter hunc duplicem defectum vehementiſſime ſuſpectis, nullatenus debet fides adhiberi, *Roman. d. conſ. 376. n. 13. Felin. in d. c. ad audientiam el. 1. n. 1.*
Sub et † obreptio, ſi fuit doloſa, vitiat reſcripta 19
in totum, ſiue fuerit cauſa conceſſionis totius reſcripti, ſiue forte formæ ſpecialis tantum, in pœnam ipſius mendacis, licet contineant plura ſeparata: ſi proceſſit ex ſimplicitate, vel ignorantia, eatenus vitiat reſcripta, quatenus fuit cauſa inductiua conceſſionis, vel totius reſcripti: et huiuſmodi diſcretio eſt adhibenda, aut vero expreſſo, aut ſuppreſſo falſo nullo modo literas obtinuiſſet, & vitiat reſcripta in totum, quibus duobus caſibus nullatenus à delegato eſt procedendum, niſi forſan eatenus, vt partibus ad ſuam præſentiam conuocatis, de qualitate precum cognoſcat: aut obtinuiſſet literas in forma communi, & delegatus procedit ſeruato iuris ordine, non ſpeciali forma reſcripti: *c. ſuper literis hoc tit. & ibi Pan. n. 2. l. 2. & 5. C. ſi cont. ius vel vtilit. pub.*

vt ſic

Digitized by Google

vt ſic in vtroque caſu eadem ratio, quæ delegantem, moueat et delegatum;& vbi delegans ſuas literas denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat, tam in literis gratiæ, quæ etiam ad ius commune reducuntur, *c.ſi & c. grata hoc tit. in 6. c.cum aliquibus eod. tit. & lib.c.olim.& c.abbatem hoc tit.* quam in literis iuſtitiæ:*c.edoceri c.plerumque c.ab excommunicato c.paſtoralis §.fin. & c.ſedes apoſtolica hoc tit.* dummodo reductio ad ius commune fiat, ex proportione verborum reſcripti, ſtante eius validitate. *Felin.in d.c. ſuper literis in 2. concluſ. in 3. & 4. fallentia & ibi Anchar. numero quarto, & Innoc. num. 3. & ſeq. qui ponunt ſuper quolibet membro exempla et Can. communiter.* ſed in literis gratiæ facilius dolus præſumitur, & vitiat ipſo iure, & verba præſumuntur poſita taxatiue; ſecus in literis iuſtitiæ, vt latius ſupra dictũ eſt. Cauſæ de præſenti aut de præterito exiſtentes tales, quæ retraherent, aut difficiliorem redderent principem, ſunt in conſideratione, quoad ſubreptionem, obreptionem, & intentionis defectum, inducendum: de cauſis autem de futuro, quæ habent ſe ad eſſe, & non eſſe, quia non ſunt in aliquo vero actu de præſenti iure fundatæ, in reſcriptis non eſt facienda mentio. *Felin.in c. in noſtra coroll.7.hoc tit. Rot.deciſ.25.de reſcript.in nou. Caſſad.deciſ.16.de præb.numero ſecundo,*

20 Raſura † vitiat reſcripta aperta, & impedit eorum executionem in poſſeſſorio, *Bart.in l.ſi vnus n.1. C.d.teſtam.* quando reperitur in parte ſubſtantiali reſcripti: *c.licet §.quinta & ibi gl.&.Can.de crimine falſi c. cum venerabilis de relig. dom. c. cum olim. 2.de priuileg. & ibi gl. in verbo raſuras l. fin. et ibi gl. in verbo vitiatum C. de edict.diu. Adriani toll. & ibi Iaſ. num.19. & Can.* ſecus quando reſcripta ſunt clauſa, in quocunque loco fuerit raſura: quia non eſt præſumptio contra impetrantem: *arg.l.ſi vnus C. de teſtam arg. l. comparationes C. de fid.inſt.gloſſ.in d. c.licet §. quinta in verbo tenuem & ibi Can.* aut etiam aperta, quæ aliquando fuerunt ſana, ac caſu aliquo peruenerunt ad manus aduerſarij, & poſtea reperiantur vitiata, in quocunque loco fuerit raſura; quia præſumitur, quod aduerſarius abraſerit doloſe: *c. accipimus de fid.Inſt. & ibi Ioan. And. n.5. Hoſt.num.5. Bald. in l.1. ſub num. 4. C.de fid.inſt.* vel reperiantur penes impetrantem, & raſura ſit in narratione facti, *c.ex literis de fid. Inſt.* paucarum literarum: *c. fin.de crim.falſi gl. in d.l.fin.in verbo vitiatum l.1. §. fin. & ibi gl. in verbo mutilus ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* aut ſcriptura abraſa in loco ſubſtantiali, ita bene ſit ſcripta, quod videatur manus eiuſdem Notarij, *gl. in d. l. fin. in verbo a figura C.de edict.diu. Adr.toll. & ibi Bart.n.3. & DD. gl. fin. in c.cum venerabilis de relig. dom. & ibi Can.* vel officialis & notarij in ſubſcriptione atteſtati, fuerint de abraſione. *Bart.in l ſi vnus n.3. C. de teſtam. Bart. in l.1.§. fin. de bon. poſſeſſ.ſecund. tab. nu.3.* Reſtrin-
genda † ſunt reſcripta tam iuſtitiæ, *c. P. & G. de* 21
off.deleg. c. ſedes apoſtolica c. adhæc hoc tit. quam gratiæ, *c.quamuis el 1. de præb.in 6.c.1.§. fin. & c.2. de fol. presbyt. in 6.* ſed reſcripta ad lites ſtrictius ſunt interpretanda, quam reſcripta ad beneficia, *Pan.in c.capitulum n.6. hoc tit.* & in eis ordo, & ſtructura verborum interpretationem recipit à iure. *c. cauſam quæ hoc tit. c. eccleſia veſtra 2. de elect. l. ſi quando C.de inoff. teſta. l. tutores ff de confirm.tut.*

Reſcripum † poſterius derogat priori, de 22
quo mentionem facit, *c. cæterum §.1.hoc tit. c. inter monaſterium: de re iud. c. coram de off. deleg.* ſi in eadẽ cauſa ad lites impetretur, *Felin. in c. cæterum n.7. hoc tit.* debet fieri mentio nedum de primo reſcripto, ſed etiam de omni notabili clauſula eius, puta quod fuerit communi conſenſu impetratũ, *c.cæterum hoc tit. c. ex conqueſtione & ibi Butr. in 3. not. de reſtit. ſpol.* arbitrio iudicis, *Pan.in d.c.ex conqueſtione n. 4. de reſtit. ſpol.* quia iura volunt de prioribus literis faciendam eſſe mentionem ſpecialem, *c. ex literis de dol. & cont. c. in noſtra hoc tit.* ac de proceſſu inchoato: *c.inter de re iud. & ibi gloſſ. alleg. concord. c.vt debitus de appell. & ibi gl. in verbo ſi dicat. Pan. & Can. Felin. in c.ſuper literis in 6. reg. hoc tit.* ſi impetretur ab eodem ad beneficia diuerſa, ſicut eccleſias; in ſecundo de primo, & proceſſu ex primo reſcripto ſecuto, etiam debet fieri mentio, *c.in noſtra hoc tit. & ibi Pan. ſub n. 6. & n.7. & Can.* alias neutrum valet, quia præſumitur impetraſſe fraudulenter, *Pan.in d.c.in noſtra poſt n.5. & ibi Ioan. And. & Butr.* niſi ipſe vnum reſcriptum impetrauerit ꝑ ſe, & aliud impetrauerit eius procurator eo ignorante; quo caſu datur illi optio, quonã reſcripto vti velit: *c. gratia hoc tit. in 6.* ad idem vero beneficiũ, ab eodẽ plura poſſunt impetrari reſcripta, ex poſt facto ad cautelam nulla priorũ facta mentione. *Pan. in d. c. in noſtra n. 6. c. poſt. electio et c.ex part. Aſten. de conceſſ. præb.* Speciale generali derogat ſiue ſpeciale p̄cedat, ſiue ſequatur, quãuis de eo mentionẽ non faciat, *c. abbatẽ et c.paſtoralis §.quoniam hoc tit. gl.magna in c.1. in verbo*

manda-

Digitized by Google

mandatum hoc tit. ſiue iuſtitiæ, *c.1.& c.paſtoralis hoc tit. c.ſtuduiſti de off. leg. l. in toto ff. de reg. Iur.* niſi tempore impetrationis ſecundi ſpecialis, iam fuerit facta ſpecificatio, per primum, *d.c.paſtoralis §.1.* ſiue gratiæ: *c. quamuis tibi de præb. in 6. c. generi de reg. iur. in 6. et ibi gloß. alleg. conc. c. capitulum hoc tit. & ibi Pan. n. 4.* extra hos caſus, antiquius præfertur in literis gratiæ, quia in illis ſtatur datæ; non præſentationi, *c. tibi qui hoc tit. in 6. & c. eum qui hoc tit. in 6. gl. in c. ſi ſoli in verbo firmitatem de conceß. præb.* ſi primus impetrans non fuerit negligens, in proſequendo ius ſuum; cuius probata negligentia valet ſecundum, etiamſi de primo non faciat mentionem, *c. capitulum & ibi gl. in verbo primus & Pan. n. 5. & ſeq. hoc tit.* ac etiam literis iuſtitiæ, ſi primus impetrans, conuentus per ſecundas, præſentet ſuas vſque ad annum, & poſtmodum excipiat de ſuis prioribus; *Pan. in c. 1. ſub. n. 14. verſ. quartus intellectus hoc tit. & ibi Butr. ſub. n. 21. Capr. concluſ. 41. 42. et 43.* alias ſi excipiat de ſuis prioribus, antequam illas præſentet iudici, non auditur, quia videtur hoc facere in fraudem: *c. vt debitus de appell.* fallit in gratioſis, quando ius primi fuit conditionale, & ante conditiones exiſtentiam, ius ſecundi fuit purificatum, & in eſſe productum. *c. ſi pro te hoc tit. in 6. Archil. deciſ. 15. & 16. de præb.*

Diſpenſatio à declaratione differt: diſpenſat
23 † princeps circa ius humanum, quando data legis, vel Canonis obligatione, ab ea priuatim aliquem eximit: *c. de multa & ibi Pan. num. 7. & ſeq. & Can. de præb. c. requiritis §. niſi rigor. & cc. ſeqq. c. diſpenſationes & cc. ſeqq. 1. quæſt. 7. § plane ex his Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili late Cou. in epit. lib. 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9. n. 2. & 5. & per tot.* circa ius diuinum naturale & gentium declarandi, & interpretandi poteſtas principi competit ex aliqua cauſa Iuſta quæ hoc caſu non præſumitur nulla vero ei competit diſpenſandi facultas: *diſt. 5. in princ. & ibi gl. p. mag. & Can. § ſed naturalia Inſt. de iur. nat. gent. & c. late Cou. in epit. lib. 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9 per tot. pulchre Mynſing. obſ. 97. cent. quinta Bald. in l. fin. numero tertio, & ſeq. C. ſi contr. ius.* ſed & in multis, præter articulos fidei, caſibus iuris humani Papa non diſpenſat, recenſitis *per gl. fin. in c. cum ad monaſterium* & ibi Butr. Pan. Boick. *à num. 14. vſque ad 18. & Can. de ſtat. monach. & Canonic. regul.* Felin. *in c. ſi quando numero quarto, & quinto*
24 *de reſcript.* Diſpenſatio † eſt remiſſio legis, facta ex cauſa vrgente, *c. tali c. requiritis & ibi gloß. mag. in verbo vt plerique 1 quæſt. 7. c. 1. & ibi Pan. numero quarto qui clerici vel vou. & ibi Can.* ab habente poteſtatem: *c. requiritur § niſi rigor. 1. quæſt. 7. Pan. in d.c. de multa n. 8. de præb.* concedi debet, cauſa cognita, & ſumma maturitate, atque gratis à quibuſcunque ad quos ius diſpenſandi pertinebit, *c. ſicut in L. 2. ſeß. 25 c. diſpenſationes & cc. ſeqq. 1. quæſt. 7.* & hæc expreſſa vocari poteſt: facta à ſupremo principe, ſine cauſa valet; quia pro ratione eſt voluntas, *l. relegati ff. de pæn. & ibi gloß. fin. & DD. Pan. in c. conſtitutus n. 15. de relig. dom. Felin. in c. quæ in eccleſiarum n. 60. vbi ponit ſex. fall. de Conſtit. Cou. in epiſt. lib. 4. decretal. 2. part. c. 6. §. 9. n. 10. & ſeqq. plures cumulans Gail. obſ. 58. lib. 2. Mynſ. d. obſ. 97. cent. 5. in fin. & obſ. 8. cent. 4.* Alia tacita dicitur, quando Papa, vel Imperator, non expreſſis diſpenſationis verbis, & nulla præmiſſa cauſæ cognitione, *Pan. in c. fin. ſub. num. quarto, de ſchiſmat. et ord. ab eis &c.* in ſpectantibus ad ius commune, *Innoc. in c. cum ad monaſterium numero tertio, et 4. de ſtatu monach.* exercent actum poſitiuum, ſiue effectum in perſonã ſui ſubditi, quem ſciunt pati impedimẽtum, maculam, vel defectum, requirentia diſpenſationem, qui citra diſpenſationem non valeret, vel ſaltem diceretur non legitime eſſe factus: *l. imperialis §. ſimiles C. de nupt. l. 2. C. de crimine ſacrileg. c. veniens & ibi Can. de fil. presbyt. Put. deciſ. 6. & 15. de diſpenſ. Bell. deciſ. 263. ſi narretur.* ſecus ſi actus ſonat in pati, vel ſit negatiuus, vt quia ab inhabili recipit procurationem, audit miſſam, &c. aut factum ſuperioris poſſit interpretari, ſecundum ius; quibus caſibus nunquam præſumitur diſpenſatum. *c. dudum de decim. Bald. in l. bonorum la. 2. numero tertio, C. qui ad bon. poſſ. ß. &c. Pan. in d.c. veniens num. 7. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat. gloß. 15. n. 29. et ſeq.* Sed notandum eſt quod ex reg. Cancellariæ ſi. diſpenſatio non venit ſub quacunque ſignatura, in quauis gratia, niſi totaliter gratia effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur; vnde ſi ſcienter inhabilis faciat gratiam, non videtur eum eo diſpenſare. *Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 3. n. 63. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alternat. gloß. 15. n. 29. & ſeqq. Put. deciſ. 15. de diſpens. vbi dicit videndũ quomodo ſit reſpondendum reg. Cancell.* Epiſcopi, & alij inferiores, in caſibus, in quibus poſſunt de iure diſpenſare, ipſo facto non diſpenſant, niſi præmiſerint ſuper diſpenſatione facienda cauſæ cogni-

cognitionem, & exprimant diſpenſationis cauſam. *c. diaconi 28. diſt. c. qui in aliquo & ibi gloſ. mag. in verbo concubinas 51. diſt. gloſ. 1. in c. ſi. de ſchiſmat. Anchar. in d. c. ſi ſummus n. 7. de ſent. excomm. gl. fin. in c. 1. de ætat. & qualit. in 6. & ibi Gemin. in verbo diſpenſare late Boick in c. veniens de fil. presbyt. Rot. deciſ. 2. de offic. ordin. in antiq.* licet non fuerit expreſſum verbum diſpenſo: conſultius tamen eſt promotis, quod literas vel teſtes habeant, ſuper diſpenſatione ſibi facta: *gl. in d. c. qui in aliquo c. ſi quis ſine & ibi gloſ. mag. 81. diſt* ſi vero non præmiſſa cauſæ cognitione, aliquem inhabilem promouent non videntur diſpenſare, imo puniuntur. *Ioan. Andr. in c. fin. numero quarto, de ſchiſmat. & ibi Pan. num. tertio, & ſeqq. & Can. communiter Pan. in d. c. veniens ſub. num. 7. verſ. aduerte quid. non ſufficit de fil presbyt.* Collegium poteſt diſpenſare contra ſuum ſtatutum, etiamſi ſit confirmatum à Papa, *Franc. in c. conſtitutus num. 15 de appell.* Approbatio in actu requiſita, ex actu poſitiuo, negatiuo, & ſonante in pari, ex quo pateat conſenſus inducitur. *c. ex ore & ibi gloſ. pen. de his quæ ſunt à maio. part. c. el. attendentes §. illas quoque in fine de ſtat. monach Innoc. in c. cum ab eccleſiarum numero ſecundo de offic ordin.* Abſolutio ab excommunicatione non inducitur, per quemcunque actum, etiam ſcienter geſtum, qa in ea exigitur certa forma. *el. ſi ſummus de ſent. excomm. c. cum deſideres de ſent. excomm.* Ex nominatione, honoratione, vel tractatu alicuius, vt prælati vel Rectoris, aut ſub nomine cuiuslibet dignitatis, etiam ſcienter facta, non datur nouus titulus, nec cenſetur nouum ius conferri in prælatura vel rectoria. *el. ſi ſummus de ſent. excomm. §. fin* ex patientia ſiue Conniuentia non fit diſpenſatio *c. cum tam dudum in fin. de præben. & ibi gl. fin. & Can.*

25 Diſpenſationum † quædam eſt ſimpliciter permiſſa & quædam eſt de iure debita, quando petitur ex legitima cauſa; *gl. mag. in c. vt conſtitueretur in verbo detrahendum 50. diſt. c. neceſſaria c. diſpenſaſationes 1. quæſt. 7.* & licet pro ea conſequenda non detur actio, poteſt tamen implorare officiũ ſuperioris. *c. exigunt & ibi gl. in verbo cauſa 1. quæſt. 7. c. fin. qui fil. ſint legit. & ibi not. c. ipſa pietas in fine 23. quæſt. 4.* Item alia eſt gratioſa & dirigitur ei, cui fit, vt dictum eſt in reſcriptis gratiæ; & ex decretis Concilij Tridentini, ſuum non ſortitur effectum, niſi prius ab ordinarijs impetrantium ſummarie tantum, & extraiudicialiter cognoſcatur, expreſſas preces ſub: & obreptionis vitio non ſubiacere: *c. diſpenſationes ſeſſ. 22.* iure decretalium habebat locum, *c. ex parte tua, de offic. ordin.* Nulla conceditur motu proprio, ſed tantum ad petitionem partis. *c. innotuit §. fin. de elect. c. fin. de ſchiſmat. l. pen. ff. de ſent. paſſ. & reſtitut.* Alia eſt commiſſaria, & dirigitur executoribus deputatis, & iuxta Concil. Trid. ordinarijs eorum, qui diſpenſationem impetrarunt: *d. c. diſpenſationes.* quæ requirit factum executoris, & præcedentem cauſæ cognitionem, ſecundum formam mandati, & clauſulæ, ſi ita eſt, *c. ab excommunicato hoc tit. c. cum contingat de off. & poteſt. iud. deleg. Caputaq. deciſ. 273. p. 1. Paris. conſ. 57. num. 47. vol. 4. Archil. deciſ. 18. de procur.* vocaturque mandatum de diſpenſando: *Put. deciſ. 11. de diſpens. Pariſ. conſ. 57. c. cum olim. 1. & ibi gl. 1. de off. deleg. l. diligenter ff. de vitand.* diſpenſatio facta ſtatim præſentatò mandato executori eſt nulla; *Archil. deciſ. 2. de fil. presbyt. c. cum contingat, de offic. deleg. c. ab excommunicato hoc tit.* nam licet clauſula, ſi ita eſt, in gratioſis non inducat conditionem, *c. ex parte 1. & ibi Felin. n. 6. hoc tit.* nec requirat vocationem partiũ, *Clem. 1. & ibi gl. fin. de off. deleg. Bald. in c. ſuper literis n. 19. hoc tit. Lap. allig. 60. n. 2. Rot. deciſ. 4. num. 4. plures quotas allegans de fil. presbyt. in antiq.* ſaltem extraiudicialem requirit cauſæ cognitionem, quam diſpenſatio facta, ſtatim præſentato mandato, excludit: *c. primates 2. quæſt. 1. Archil deciſ. 2. de fil. presbyt. Franc. in c. dilecto nu. 55. n. 153. de appell. Gemin. in ſumma 2. quæſt. 1. n. 8.* ſuffragatur huiuſmodi mandatum, etiam non iuſtificatum, in poſſeſſorio, *c. literas & ibi Collect. in fin. de reſtit ſpol. Collectanea in c. quia circa de conſang. & affin. Put. deciſ. 8. de probat. Achil. 18. dec. de procurat.* manutentionis, *Caſar deciſ. 4. num. 3. de cauſ. poſſeſ. & prop. arg. l. iuſtæ ff. vti poſſidetis.* ac etiam ſpolio, *Mohed. dec. 11. de reſtit. ſpol. Put. deciſ. 239. in fine & deciſ. 249. lib. 1. Pan. in c. in literis numero quarto & quinto de reſtit. ſpol. Ioan. And. in c. literas n 5. de reſt. ſpol.* niſi de inhabilitate conſtaret, ex confeſſione. *Caſar. deciſ. 20. num. 6. de prob. l. cum te la 2. C. de tranſact.* Morte Papæ, non expirat re integra, ſed poſſunt ordinarij illud expedire, etiam ſede apoſtolica vacante, antequam exeat regula Cancell. ſuper reualidatione literarum prædeceſſoris gratiæ & iuſtitiæ. eſt enim gratia ſingularis certa, & determinata, per ipſum Papam facta, cuius executio mandatur ordinarijs. *Freder. de ſenis conſ. 78. ſyl-*

ueſt.

Digitized by Google

ueſt. in verbo gratia num. 3. Fabien.in 5. quæſt. Garc.de
26 *beneſ.p.6.c.2.§.3.n.311.et ſeqq.* Semper † in ſecunda diſpenſatione debet fieri mentio de prima, alias cenſetur ſubreptitia, quando diſpenſatio additur diſpenſationi: *c.2. §. ſtatuimus de decim. in 6.c. 2.de fil.presbyt.in 6. & ibi Can. Rot.deciſ. 3. in fine de fil. presbyt. &c. in antiq. Put. deciſ. 96. lib. 1.* ſecus ſi ſecunda gratia, concernat executionem primæ diſpenſationis: *Ioan. And. in d. c. 2.numero ſecundo.& ibi Franc. numero quinto, in fine Creſcens.deciſ.18 hoc tit. Rot. d. deciſ.3. in princ. Ros. diuerſ.deciſ.214.ſub. numero tertio, & 4. p. 1.Put.deciſ.96.lib.1.Garc.de beneſ.p. 7.c.2.nu.72.et ſeqq.* item debet fieri métio, de limitatione diſpenſationis, *c. 2.§. 1.de decim.c. cæterum §. ad aures hoc tit.* nam iura quæ arctant ad expreſſionem litis, verificationem narratorum, *c. quia circa de conſang. & affin. Caputaq. deciſ.271. p.1.* cauſæ nedum finalis, ſed etiam impulſiuæ, *c.poſtulaſti & ibi Pan. numero primo. hoc tit. Dec.in c. cum ceſſante numer. 7. de appell. Caputaq. deciſ.274. p. 1.* & mentionem certarum qualitatum in reſcriptis gratiæ, habent locum in impetrationibus diſpenſationum; *gloſſ. in c. non poteſt in verbo modicum de præb.in 6. & ibi Gemin. Fel. in c.in noſtra in 8.coroll. hoc tit.* alias diſpenſatio eſt nulla in totum. *d. c.non poteſt. & ibi Franc.numero ſecundo & 3.* niſi limitatio ſit conſueta & notoria. *c. bon. mem. el.1.verſ. contra de elect. l. ſi vero §.1. ff. qui ſatiſdare cog.l. emptorem in princ.ff.de act. emp.Felin.in c.in noſtra num. 15.hoc tit.Creſcent. deciſ.14.de præb.Ros.de-*
27 *ciſ.32.numero quarto, hoc tit. in nou.* Differunt † diſpenſatio, & facultas diſpenſandi: diſpenſatio reſpicit fauorem, certæ perſonæ, cum qua eſt diſpenſandum, ſtricte venit interpretanda, *c.quod dilectio de conſang.et aff. c. 1.§.fin.de fil.presbyt.in 6.c. non poteſt. de præb.in 6.c. odia de reg.iur.in 8.* ſufficit, quod in aliquo operetur, *c.non poteſt §.cum vero de præb. in 6. pulchra gl. in c. ſi autem in verbo niſi 36. quæſt.2. Ripa in c. ad aures num.35. & pluribus ſeqq. hoc tit. Felin. in c.poſtulaſti n. 9. & ſeqq.hoc tit.* & eſt odioſa, quia vulnerat ius commune: *c.dudum 2. §. inſuper de elect. gl. in ordinarij in verbo diſpenſationes de off.ordin.in 6.franc.in c.1.num.9.de fil.presbyt.in 6.* facultas diſpenſandi alicui conceſſa quoad patientes defectum, eſt fauorabilis, cenſetur beneficium principis, & late eſt interpretanda: *c.fin.& ibi gl. 2. mag. de ſimon. c. etſi clerici §. de adulterijs & ibi Pan. numer. 11. de iud.& Can. Put. deciſ 39.lib.9. franc. in c. 1. ſub nu. 5. de fil. presbyt. in 6. Ripa in d.c. ad aures nu. 43. Felin. in d. c. poſtulaſti ſub. num 11. verſ.limita 4. & n.12.* in illa ſub ſimplicibus defectibus non comprætenditur mixtus, *l. vim paſſam §.præſcriptione ff. de adult. & ibi DD.poſt.gl.l.2. & ibi DD. ff. de verb oblig.* vt in adulterino diſpenſato, ſed nato ex adulterio geminato, *Oldra conſ. 247.§. 1.Inſtit. de nupt.in fine & ibi gl.& DD.* vel ex adulterio & inceſtu, *Bald.in l eam quam nu.56. C. de fideicom.* nec in ea habet locum argumentum à pari vel minori, *c.fin.de trans. Prel. Felin.in c.poſtulaſti ſub numer.8. verſ. circa 8. quæſt. &c. vbi ampliat & limitat hoc tit.* niſi minus conſecutiue, & neceſſario ſe habeat ad maius, *c.quia in tantum & ibi gl.1.de præb. Anch. in cl. vnic. ſub n. 19. de conceſſ. præb.Felin.in c.etſi clerici §.de adult.n.16.& 17.de iud.* & tot debent eſſe diſpenſationes, quot ſunt obſtacula: *c.paſtoralis de priuileg. c.ex tuarum de auct.& vſu pall. Ioan. And. in c. primo numero quinto, de fil. presb.in 6. plures cumulans Pan. in c.de mult.apoſt n.4. de præb. & ibi Ioan. And. & Can. Gemin.conſ.33 n.8.* hæc conceſſa in caſibus ſimplicibus, comprætendit duplicem caſum & defectum mixtum: *Pan.in §. adulterijs num. 11. & ibi Can. Bart.in d.l.2. ff. de verb. oblig. & ibi DD. Put. d. deciſ.39.lib.3.* ſed conceſſa ſuper vno defectu, non extéditur ad alium concurrentem defectum, etiamſi libera facultas diſpenſandi ſit conceſſa. *c. 1. & ibi Franc in vlt.not.de ætat.& qualit in 6.c.1.& 2.de fil.presb.in 6.*

Abſolutio † per diſpenſationem ſiue indulgentiã 28
à commiſſo crimine in vtroque foro non datur, niſi poſt actam pænitentiam, *c.1.& ibi Pan.n. 5. qui Cler. vel. nou.* vel eius partem; *c. ex tenore de temp.ordin.* & non abolet infamiam aut rehabilitat ad ordines, vel beneficia, quia pænam tantum remittit, *l.fin. C.de gen. abol.l.tutor l.generalis C.de ſentent.paſſ.* & iterum dimiſſa crimina in vltionem venire non patitur. *c. de his & ibi gloſ. & Can.de accuſ.* Rehabilitatio, reintegratio ſiue reſtitutio expreſſe eſt concedenda, *§. cum autem 15. verſ.ſed ſi Inſt.quib.mod.ius pat pot.ſol.& ibi DD.l.1.C.de ſent.paſſ.& reſtit.& in terminis noſtris Pariſ.conſ.88.n.19. & ſeqq.vol.4.Ioan. Andr. in c.dudum el. 2.num.24.de elect. & ibi Hoſt. n.35.* in qua debet fieri mentio, de alio ſimili delicto alias commiſſo, à quo abſolutus & rehabilitatus fuit: *l deſertorem l.non omnes ff. de re milit. c. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quam & c. c. hoc veſtra & ibi gl. 11. diſt.l 3. C.de epiſcop. audient. Garc. de beneſ.p.8.c.3.numer.28.et ſeqq.*

Digitized by Google

De Conſuetudine.

Titulus IV.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, vt inducatur, tria requiruntur:*
2 *Conſuetudo interpretatiua non eſt neceſſe quod ſit præſcripta.*
3 *Conſuetudinis effectus.*
4 *Conſuetudo à præſcriptione differt.*
5 *Conſuetudo probanda eſt in ſpecie.*
6 *Conſuetudo centenaria, aut immemorabilis non cenſetur ſublata.*

DICTVM eſt de iure ſcripto, quod conſiſtit in
conſtitutionibus & reſcriptis; nunc breui-
ter agamus, de iure non ſcripto, quod conſiſtit in
conſuetudinibus. Subicitis traditis per gloſſ. &
DD. in §. *ex non ſcripto inſt. de iure nat. gent.* & per
Gail. *obſ. 31 lib. 2.* Ius canonicum ad inducendum
conſuetudinem contra ius commune, (iuri na-
turali cuius transgreſſio, periculum ſalutis indu-
cit, quacunque conſuetudine non poteſt dero-
gari.) *c. quæ contra & ſeq. 8. diſt. c. fin. hoc tit. l. 2. C.
quæ ſit long. conſuetudo c. ex parte veſtra hoc tit. c. 1. hoc
1 tit. in 6.* Requirit † primo, quod ſit rationabilis:
c. fin. & ibi gl. in verbo rationabilis hoc tit. & ibi DD.
conſuetudo, ſine veritate, vetuſtas eſt erroris: *c.
veritate & cc. ſeqq. 8. diſt.* dicitur rationabilis illa,
quæ, vel cuius ſimilis, approbatur à iure, arbitrio
iudicis. *Io. And. in d. c. fin. num. 26. & ſeqq. poſt gl. in
verbo rationabilis & ibi Can* Secundo frequentiam
actuum, *§. ex non ſcripto & ibi gl. in verbo diuturni
Inſt de iur. gent. nat. & ciuil: l. ſed & ea l. nam impera-
tor ff. de leg.* arbitrio iudicis, *l. 1. in fine & ll. ſeqq. ff. de
iur. deliber. l. in venditione §. 1. verſ. de tempore ff. de
bon. auct. iud poſſ. l. 1. §. effractores ff. de effract. & c. l.
continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* iudiciorum, ſiue
non iudiciorum: *l. cum de conſuetudine ibi an etiam
contradicto &c. & l. nam imperator vbi conſuetudi-
nem aut rerum perpetuo iudicatarum ff. de leg. &c.
Bart. in l. de quibus num. 12. & 13. ff. de leg.* Quæ æ-
quipolleat conſenſui dato in communi, non in
particulari: *l. 1. C. quæ ſit long. conſuetud. l. an in totum
C. de ædif. priu. l. cum de conſuetudine ff. de leg. & c. gl.
fin. in c. fin. verſ. item requiritur quod maior hoc tit.*
Tertio quod ſit præſcripta, id eſt obtenta, per cur-
ſum temporis ad præſcriptionem requiſiti: in iure
ciuili ſufficiunt decem anni, etiam in conſuetu-
dine contra ius ciuile: *l. de quibus & ibi gl. in verbo
inueterata, & l. diuturna ff. de leg. gloſſ. in rub. C. quæ
ſit long. conſuetudo.* iure canonico ad inducendam
conſuetudinem, contra expreſſum canonem, vel
rationem canonis, requiritur tempus quadra-
ginta annorum: *c. cum de beneficiis de preb. in 6. c. cum
Eccleſia de cauſ. poſſeſ. c. auditis de præſcript. gl. in c. fin.
in verbo legitime hoc tit. Iaſ. in l. de quibus num. 43. &
ſeq. vbi limitat vtrumque membrum ff. de leg. Cæſar.
deciſ. 1. hoc tit. in princip. Capra concluſ. 13.* decem an-
norum ad inducendam conſuetudinem præter
ius; *gl. in c. fin. in verbo conſuetudo hoc tit. in 6. & ibi
Franc. ſub numero 5. vbi limitat duobus modis & Can.
Rot. deciſ. 615. numero 4. p. 1.* vel contra communem
opinionem Doctorum: *Put. deciſ. 240. lib. 3. in fine
Achil. deciſ. 10. de dol. & cont. l. ſi de interpretatione &
l ſeq. & ibi gl. in verbo perpetuo ff. de leg* qui incipiunt
currere à primo die actus, qui contra, vel præter
iuris diſpoſitionem fit. *Bart. in l. de quibus numero
15. in 2. lect. ff. de leg. Ioan. And. in tract. de conſuetud.
poſſ. poſt c. fin. hoc tit. numero 39.* Conſuetudo † in- 2
terpretatiua, debet eſſe proxima, & non remota,
&c. *l. ſi mater C. ne de ſtat. defunct. poſt quinque, quær.
c. 3. & ibi gl. in verbo vltimo & Can de cauſ. poſſeſſ &
propriet. Greg. XV. deciſ. 325. & ibi late annot.* non eſt
neceſſe, quod ſit legitime præſcripta: & ſuffraga-
tur intra tempus decennij, *l ſi de interpretatione ff.
de leg. Butr. in c. fin. ſub numero 47. verſ ex his dicitur
vbi tradit multa exempla hoc tit. Creſcent. deciſ. 1. de
Conſtitut. Put. deciſ. 12. libro 3.* niſi auferat ius quæ-
ſitum alteri, de quo conſtat; *Bart. in l. labeo numero
6. ff. de ſupp. leg. But. deciſ. 15. libro 3. Creſcent. deciſ. 1. n.
5. & ſexto Rot. diuerſ deciſ. 574 numero quarto parte 1.*
Conſuetudo † interpretatur legem ambiguam: 3
l. ſi de interpretatione l. minime ff. de leg quando pro-
uidet in caſu non deciſo; de nouo ius inducit: *d. l.
de quibus in princ. & ibi gl. 1.* quando eſt contra le-
gem, eam abrogat. *Bart. in d. l. de quibus numero 5.
fuſe Io. And. in d. tract de conſuet. c. 55. Pan. in c. fin. ſub
numero ſecundo verſ. vltimo concludendum & nume.
ſeqq. hoc tit.* Non poteſt detrahere ſubſtantiæ a-
ctus, ipſo actu remanente. *c. 2. hoc tit. in 6. c. cum
terra & ibi Pan. numero primo & 2. de elect.* Differt † 4
conſuetudo à præſcriptione, quia ex præſcriptio-
ne acquiritur ius priuato, vel omnibus de clero,
vel aufertur ius quæſitum, alijs certis perſonis,
aut collegio, *c. cum dilectus & ibi Pan. hoc tit. c. cum*
eccleſia

Digitized by Google

eccleſia & ibi Pan. numero 45. de cauſ. poſſeſ. & prop. Pan. in c. fin numero ſecundo hoc tit. Caſ. deciſ. 1. numero tertio & quarto hoc tit. & deciſ. 2. numero quarto de his quæ fiunt à maiori part. capit. ſiue illud ius trahatur ex publico, ſiue ex priuato: conſuetudine vero non acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico, vndecunque cauſetur, etiamſi ex priuato ius trahatur: *l. venditor §. ſi conſtat ff. comm. præd. Pan. in c. fin. numero 20. hoc tit. Ioan. And. in c. non eſt in fine hoc tit. in 6.* item in conſuetudine, cum ſit quædam lex, inſpicitur ſola voluntas, ſiue conſenſus, nec requiritur titulus, aut bona fides: in præſcriptione requiritur titulus, & bona fides: *gl. fin. in c. fin. verſ. ſed quam differentiam hoc tit. quæ ponit alias differentias & Can. late Felin. in c. auditis numero 22. de præſcript. Bald. in l. imperium in 1. repet. ſub numero 13. ff. de iuriſd. omn. iud. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina n.*
5 *124. & ſeqq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Semper † conſuetudo probanda eſt in ſpecie & in caſu, de quo agitur, *Cyn. in l. 2. numero 21. & 22. & ſeqq. C. quæ ſit long. conſuet. Salyi. in l. 1. numero 23. & 24 eod. But. in c. fin numero 67. & 68 hoc tit. ord. conſ. 237. poſt numerum 3.* etiam interpretatiua: *Surd. conſ. 254. numero 26. vbi plures quotas allegat Greg. xv. deciſ. 162.* non inducitur ex vſu difformi, *l. nemo §. temporaria ff. de reg. iur. Bart. in l. 2. numero 27 ff. ſolut. matrim. & ibi DD. affl. ct. deciſ. 280. num. 9. Bald in l. non ſolum in fine ff. de iur. dat. Greg. xv. deciſ. 162. numero 8. & ibi annot.* vel ab actu, qui ex mera facultate procedit: *Pan. in c. quod tranſlationem numero quarto de offic. leg. Pan. in c. abbate numero decimo de verb. ſignif. Greg. xv. deciſ. 162. numero 10. & ibi annot.* Et vnicus actus contrarius probat conſuetudinem non extare, etiamſi mille actus, ad inducendam conſuetudinem eſſent geſti. *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus in fine ff. de reg. iur. & ibi Cagn. numero duodecimo & DD. Greg. xv. deciſ. 162. numero 9. & ibi annot.* Quando fit mentio de antiqua conſuetudine, vel de longæua, vel inueterata, vel his ſimilibus ſemper intelligitur, quod ſit legitime præſcripta per quadraginta annos. *Franc. poſt gl. in c. generali numero 8. de elect. in 6. & ibi Can.* Conſue-
6 tudo † centenaria aut immemorabilis nunquam cẽſetur ſublata etiam per verba vniuerſalia, quacunque conſuetudine non obſtante, niſi exprimatur. *Felin. in rub. de præſcript. numero 18. Prob. ad Monach in c. 1. num. 24. de præſcript. in 6. gloſſ. in auth. vt de cætero commut. rei immot. &c. in verbo præſumptione Gonzal. in reg. Cancell. de menſ. & altern. gl. 33.*

De poſtulatione Prælatorum.

Titulus V.

SVMMARIA.

1 *Poſtulationis definitio.*
2 *Poſtulandi quinam ſint.*
3 *Poſtulatio duplex, ſolemnis, & non ſolemnis.*
4 *Poſtulato per poſtulationem nullum ius acquiritur.*
5 *Poſtulantes quando poſſint à poſtulatione recedere.*
6 *A quo poſtulatio admittatur.*
7 *Poſtulantium indignum pœna.*
8 *Admiſſa poſtulatione per ſuperiorem, poſtulato ius acquiritur.*
9 *Admiſſio poſtulationis habet vim confirmationis.*

MAGISTRATVS iura tuentur, *l. 2. §. poſt originem, ff. de orig. iur. c. vbi periculum §. præterea de elect. in 6.* qui iure canonico aſſumuntur, per poſtulationem, electionem, aut tranſlationem, de quibus ſubijcit: et quia poſtulatio innititur gratiæ, præmittit titulum de poſtulatione prælatorũ,
Poſtulatio † eſt eius, qui eligi non poteſt, in præ- 1
latum à ſuperiore concors capituli facta petitio, *c. 1. §. poſtulationem & §. pen. hoc tit.* ſeruatis formis, *Pan. in d. c. quia propter num. 9. verſ. quæro ſecundo c. ſcriptum c. bonæ el. 2. de elect. c. in cauſ. & ibi Innoc. numero primo, de elect.* cap. quia propter de elect: dico concors, quia facta à minori, quam tertia parte capituli, non ſolet admitti: *c. bonæ memoriæ el. 1. hoc tit.* & ſi concurrit cum electione alterius, non admittitur, niſi numerus poſtulantium ſit duplo maior: *c. ſcriptum eſt de elect. gl. in d. c. bon. mem. el. 1. in verb in tanta.* concurrentibus pluribus poſtulationibus admittitur ea, quæ celebrata eſt à duabus partibus, vrgente neceſſitate; *Pan. in c. auditis numer. 9. de elect. & ibi Anib. ſub numero tertio, verſ. quæro generaliter & Can.* Poſtulandi † ſunt, 2
omnes qui patiuntur defectum diſpenſabilem, ſecus ſi indiſpenſabilem, *c. primo §. penult. hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo perſonam Pan. in c. fin. num. 8. in fin. hoc tit.* aut durum ſit ſuper eo diſpenſari, *c. poſt tranſlationem de renunc. in fin. c. officij de elect.* propter quem non poſſunt exercere officium, ad quod promouentur, vel alias inhabilitantur à iure: *Pan. in c. fin. ſub num. 8. verſ. tertia regula hoc tit. c. quia diligentia & c. quiſquis de elect. c. conuenien-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tibus § pen. & fin. & c. ſeq. 1. queſt. 7. ideo poſtulandus eſt in Epiſcopum, qui trigeſimum annum nondum impleuit, *c. cum in cunctis c. dudum el. 1 c. cum nobis de elect.* conſtitutus in minoribus ordinibus, *d. c. dudũ el. 1. c. multis de æt. & qualit. & ord. præfic. c. cupientes §. denique de elect. in 6.* laicus, *c. Oſius 61. diſt. c. primatus 71. diſt.* epiſcopus, cum pro priæ ſit alligatus eccleſiæ, *c. inter corporalia verſ. ſicut autem de translat. epiſcop. & c. d. c. cupientes §. denique & bonæ memoria el. 2. & c. fin. & ibi gl. 1. hoc tit.* ſecus in abbatibus, & cæteris prælatis, etiam exemptis infra dignitatem epiſcopalem, licet conſentire, vel tranſire non valeant, ſine ſuperioris auctoritate: *c. ſi abbatem de elect. in 6 gloſ. mag. in c. fin. hoc tit. & ibi Pan. ſub n. 8.* vnde verſus. poſtulo Pontifices, non ſacros, atque minores ætate, laicos, male natos, religioſos; & plures alios, qui poſtulari debeant, enumerant Anchar. in c. fin. hoc tit. verſ. quærunt hic communiter, & ibi Ioan.
3 Andr. *numero quarto, & ſeqq. & Can.* Duplex † eſt poſtulatio ſolemnis, & non ſolemnis; Solemnis dicitur, quando poſtulatur ab eo, qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare, quæ eſt ſuperius definita. Non ſolemnis dicitur, quando poſtulatur ab eo, qui non poteſt diſpenſare, ſuper impedimento; requiritur tamen eius conſenſus, in promotione, ratione ſui intereſſe: vt ſi monachus electus, vel poſtulatus ſit in epiſcopum, vel ad prælationem aliquam extra monaſterium, vel eccleſiam ſuam, petenda eſt, & obtinenda licentia ſui ſuperioris; *c. ſi religioſus de elect. in 6.* eaque habita debet peti confirmatio electionis, & approbatio poſtulationis ab eo ad quem alias pertinet idem iudicium eſt in omnibus fere exemplis allegatis ab Anchar. & Ioan. Andr. in d. c. fin. *Pan. in cap. primo num. 34 hoc tit. & ibi Butr. n. 72.*

4 Poſtulato † per poſtulationem nullum ius acquiritur, non poteſt poſtulationi conſentire, nec tenetur exhibere expenſas; ad quas tenentur ipſi poſtulantes concorditer vel diſcorditer: neq; poteſt petere iure actionis confirmationem, ſed implorandum eſt officium, vel potius petenda gratia ſuperioris: *c. cupientes §. denique de elect. in 6. c. bonæ mem. el. 2. & ibi gloſ. in verbo gratia c. poſtulationem & ibi gl. 1. c. 1. §. penult. hoc tit. Pan. in c. fin. n.*
5 *11. hoc tit.* Poſſuntq; † poſtulantes libere à poſtulatione recedere, quia non videntur conſentire, in eum, vti ſponſum, niſi placuerit maioribus; *Anch. in c. 1. num. 12. hoc tit.* etiamſi fuerit publicata: *Boik in d. c. bon. mem. el. 2. Hoſt. in d. c. poſtulationem hoc tit. in princ. idem Ilarius in d. c. bonæ mem. n. 28. & ſeqq. Butr. in d. c. poſtulationem num. 11.* niſi poſtulatio, ſubſcriptionibus poſtulantium roborata, fuerit præſentata ſuperiori approbanda: *d. c. bon. mem. el. 2. verſ. nec obſtabat.* quia quantum ad ſe, poſtulantes illam approbauerunt, per iſtam præſentationem; & ne votum ſuperioris ex eorum videatur dependere arbitrio. *c. inter el. 3. de elect. gl. in d. c. bon. memoriæ el. 2. in verbo illuderent.*
Tota vero † admiſſio ei⁹ innititur gratię ſuperio- 6
ris, *c. literas 63 diſt. & ibi gl. in d. c. poſtulationem* qui non tenetur ei facere gratiam niſi velit; quia non quidquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur: *l. non quidquid ff. de iud. c. conſuluit & ibi gl. in verbo gratiam de offic. deleg.* ideoque nullam iniuriam irrogat, poſtulationem non admittendo, niſi facta fuerit propter vtilitatem, aut neceſſitatem eccleſiæ, & concorditer ſaltem à duabus partibus collegij; quæ non poteſt reijci, ſine iniuria poſtulantium, & eccleſiæ, in qua facta fuit, *d. c. cupientes §. denique & ibi gl. in verbo gratia c. cum monaſterium de elect. Pan. in c. pen. numero ſecundo, hoc tit.* Epiſcopus ſemper à ſummo Pontifice poſtulandus eſt; quia cauſæ epiſcoporum numerantur inter maiores, quæ reſeruantur Papæ: *c. maiores de Baptiſmo c. vt debitus in fine de appell. c. quod translationem de offic. leg. & ibi gl. mag.* ad dignitatem epiſcopatu inferiorem, is, ad quē ſpectat confirmatio, poteſt etiam poſtulationem admittere, ſi ſuper defectu poteſt diſpenſare, & non alias; quia admiſſio poſtulationis habet vim confirmationis. *Pan. in d. c. fin. num. 10. & ibi Ioan. Andr. & Can. communiter.* Differentia eſt inter epiſcopos & inferiores in materia diſpenſandi; quia epiſcopi ſemper diſpenſant, vbicunque in iure permittitur diſpenſatio in genere, licet ſpecifice non permittatur epiſcopis: *c. dilectus & ibi gl. in verbo permiſſa & Innocent. num. 2. et 3. de temp. ordinat. & Pan. in c. at ſi clerici §. de adulterijs numero primo & quarto & ſeq. de iudic.* inferiores epiſcopis non diſpenſant, niſi in caſibus ſpecifice eis permiſſis. *c. cum illorum de ſent. excomm. c. ſecundo de eo qui furt. ord. ſuſc. & ibi Innoc. & Ioan. Andr.* Poſtu-
lantes † indignum indignitate indiſpenſabili, 7
vel non expreſſa in poſtulatione, vt ſi minor, vel illegitimus propter id poſtuletur, qui tamen homicida eſt, vel nullius ſcientiæ, *Ioan. And. in c. 1. nu. 32.*

Digitized by Google

n.32.hoc tit. & ibi Butr.n.67. & ſeqq. vel renouantes poſtulationem caſſatam vitio perſonæ, ſunt ipſo iure priuati poteſtate eligendi, pro prima vice:*c.1. & ibi gloß.pen.hoc tit. & Pan.n.31. Anth.n.11.& Can communiter Pan. in c. gratum numero ſecundo & num. 10. & ſeqq.hoc tit.* ſi maior pars delinquat in poſtulando indignum, electio deuoluitur ad alios, licet numero pauciores:*d.c.gratũ & ibi gl. in verbo pauciores hoc.tit.*etiamſi vnus fuerit:quia ius collegij reſidet, in non delinquentibus,vel non delinquente: & idem eadem ratione obtinet in alijs actibus Capitularibus, *gl. in d. verbo pauciores quam approbat Pan.numero quinto,8. & 9. Anch. in quarto not. & quæſt.* 4. & in vno retinetur ius collegij: *l.ſicut §.fi.ff.quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* ſiquidem omnes deliquerint in cathedralibus, deuoluitur ad Papam, *c.bone mem.el.1.in fine de elect. & ibi gloß. in verbo ad nos c. quia diuerſitatem §. ſic tamen de conceß. præb. c. quanquam hoc tit. in 6.* in inferioribus dignitatibus, ad proximũ ſuperiorem. *cap. cum in cunctis §. fin. de elect. d.c.*
8 *quanquam verſ.fin.& ibi gloß.pen* Admiſſa † poſtulatione per ſuperiorem, poſtulatus conſequitur
9 ius,ac ſi fuiſſet electus, & confirmat⁹, & † nulla alia electione vel confirmatione indiget: & ita ſeruat Curia Romana, vt euitetur circuitus, & diſpendium eccleſiarum. *Pan.in c.1.num.34.Ioan. Andr.n.34.Pan. in c.2.n.13.hoc tit.*

De electione & electi poteſtate.

Titulus VI.

SVMMARIA.

1 *Electionis definitio.*
2 *Electio in quo loco fieri debeat.*
3 *Electionum quatuor forma.*
4 *Electionis per ſcrutinium forma.*
5 *Eligentium ſcienter indignum pœna.*
6 *Electionibus principi, poteſtas, aut laici non poſſunt interuenire.*
7 *Electionis per cõpromiſſum forma & Compromiſſariorum ſcienter eligentium indignum pœna.*
8 *Electionis per inſpirationem forma.*
9 *Electionis per compromiſſum mixtum forma.*
10 *Electionum formæ habent locum in electionibus epiſcoporum, his ſuperiorum, regularium, & principalium Prælatorum, eccleſiarum Collegiatarum.*
11 *Eligendi ius ad quos ſpectet, & quando abſentes ad eam ſunt conuocandi.*
12 *Eligendi in Epiſcopum, vel ad regularem eccleſiam, aut Collegiatam, ætas & qualitates.*
13 *Electio in Cathedrali & regulari eccleſiis vacantib. debet fieri intra tres menſes, in quibuſcunque alijs eccleſiis vel dignitatibus infra ſex menſes.*
14 *Eligentes tenentur in electionibus Cathedralium, regularium & Collegiatarum eccleſiarum eas electo præſentare & petere eius conſenſum.*
15 *Electus conſenſum electioni adhibere debet intra menſem à præſentatione decreti electionis ſibi facta vel à die obtenta licentia à ſuperiore ſuo.*
16 *Electo per electionem ius quæritur.*
17 *Electus ſi conſentire recuſat, aut poſt conſenſum renunciet, aut moriatur, electores habent integrum tempus ad nouam electionem faciendam.*
18 *Electioni ſe opponens, proponendo aliqua contra electionis formam, aut perſonas eligentium vel electi, & appellans, quanam ſeruare teneatur.*
19 *Electus in concordia valde remotus, cuius confirmatio immediate ſpectat ad ſummum Pont. poteſt adminiſtrare, alias adminiſtrare non poteſt.*
20 *Confirmatio electi procedit gradatim.*
21 *Confirmatio qua ſolemnitate fiat.*
22 *Confirmantis indignum pœna.*
23 *Confirmationem petere tenetur electus intra tres menſes poſt præſtitum electioni conſenſum.*
24 *In confirmationibus Cathedralium & regularium eccleſiarum quæ ex immediata ſubiectione vel appellatione, habent peti à Papa eſt ſeruandum* c.cupientes,hoc tit.in 6.
25 *Electionem ex defectu formæ quinam poßint impugnare.*
26 *Contra electi perſonam, quinam poſſunt opponere, ac pœna non probantium obiecta.*
27 *Confirmatio tribuit ius adminiſtrationis temporalium, & eorum quæ ſunt iuriſdictionis & dignitatis epiſcopalis.*
28 *Abbas electus & confirmatus ante benedictionem acquirit nomen Abbatis, & beneficia eius vacant.*
29 *Confirmatus tenetur ad conſecrationem intra tres menſes recipiendam, & quomodo fiat conſecratio.*
30 *Conſecratio tribuit poteſtatem eorum quæ pertinent ad ordinem Epiſcopalem.*

31 Ele-

Digitized by Google

31 Electi in Epiſcopum beneficia vacant per confirmationem adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem.

32 Conſecrationis manus negligentium ſuſciperi pœna.

33 Abbatibus non eſt præfixum certum tempus ad petendam benedictionem.

34 Abbati presbytero impartienda eſt tantum benedictio & requirit manus impoſitionem Epiſcopalem.

35 Epiſcopi & Abbates à ſummo Pontifice confirmati à quo recipiant conſecrationem & benedictionem.

36 Abbatiſſæ ſeu prioriſſæ electio in monaſteriis monialium quando fiat, & quando electa poſſit adminiſtrare.

37 Abbatiſſa intra annum à ſuæ confirmationis tempore computandum, debet benedictionem ſuſcipere.

38 Abbatiſſæ benedictæ poteſtas.

39 Summi Pontificis electio quomodo fiat.

40 Imperatoris electio, confirmatio, & conſecratio, quomodo fiat.

DICTVM eſt de poſtulatione, per quam prouidetur eccleſiæ, per viam gratiæ, nunc ſubijcit de electione, quæ veri innititur, & electi poteſtate, quia electo ius quæritur, & debetur ei confirmatio. *Pan. poſt gloſſ. in c. pen. numero quarto, de poſtul. Præl. & ibi Io. Andr. & Can. gl. in rub. de poſtul. prælat. in 6.* Electio verbale nomen eſt, duplicē habens ſignificationem, actiuam, & paſſiuam, *l. 2. & ibi gl. fin. Bart. & DD. ff. de duobus reis. & c.* & ſub hac rubrica tractatur de his qui poſſunt eligere, de his qui eligi poſſunt, de formis electionis, tempore eligendi.
1 Electio † eſt libera, *c. cum terra hoc tit.* alicuius ad dignitatem canonice facta vocatio: *gl. in rub. de poſtul. præl. in 6. Pan. in rub. de poſtul. præl. & ibi Can.* debet fieri poſt obitū prælati, *c. bonæ memoriæ el. 2. & ibi Ioan. And. n. 17. hoc tit. c. obeuntibus 63. diſt. c. epiſcopo el. 1. in fine 6. quæſt. 1. gl. 1. in c. poſtquam 50. diſt.* & de honeſtate, corpore prædefuncti prælati, tradito ſepulturæ, *c. bonæ mem. el. 2. & ibi gl. in verbo tractatur & Pan. n. 31. c. nullius el. 2. 79. diſt. & ibidem Archid. & Gemin.*
2 in † loco conſueto, in eccleſia *c. quod ſicut in princip. hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 97. p. 1.* in choro, *c. cum nobis olim hoc tit.* vel in capitulo, ſi commode fieri poteſt, alias vbi melius ſe obtulerit facultas: *d. c. cum terra, & ibi gl. in verbo in quo & c. quod ſicut & ibi gl. in verbo conſtitutione hoc tit. c. in nomine Domini 28. diſt.* & vbi eſt diſcordia de loco, ſtandum eſt maiori parti, *Imol. in c. cum nobis ſub numero quarto, & Can. hoc tit.* per aliquem ex infraſcriptis modis † per ſcrutinium per compromiſſum, per 3
inſpirationem, *c. quia propter hoc tit.* item per compromiſſum mixtum: *c. cum expediat hoc tit. in 6.* qui contra præſcriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuantur, non ipſo iure, ſed per ſententiam, *d. c. quia propter in fine princ. c. cumana & ibi gl. fin. hoc tit. c. quanquam hoc tit. in 6.* quæ in cathedrali eccleſia ad ſummum pontificem deuoluitur, in regulari & inferioribus eccleſijs ad proximum ſuperiorem. *d. c. quanquam & ibi gloſſ. in verbo cathedrali quam ibi approbant Franc. in fine nu. primi Gemin. & Anchar. in vlt. not. c. quia propter c. cumana & ibi gl. fin. & Can. hoc tit.* Dicitur † fieri per ſcrutinium, quando voca- 4
tis per vnicam requiſitionem, ſeu monitionem, *Petr. de Ancharano in direct. elect. part. 3. c. xi numero quarto. gl. in c. ſi epiſcopus in verbo præceptione diſt. 18. Pan. in c. cum nobis num. 10. hoc tit. in fin.* & præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commode intereſſe, (nam ſi ad electionē vocati ſint non vocandi, valet electio eis non expectatis; *c. cum inter el. 3. hoc tit.* nec licet alicui de canonicis præſentibus recedere, ſi tunc aliquem canonicum abſentem expectarent aliquot diebus; niſi electio foret ad alium terminum prorogata: *Innoc. in c. conſuluit poſt n. 3. de off. deleg. & ibi Hoſt. n. 5.*) & collegialiter, ſtatuto die, *c. cum in veteri hoc tit.* in vnum congregatis, *c. in geneſi hoc tit. gloſſ. in c. primo in verbo tractatus de reb. eccleſ. alien. in 6.* licet non ſint duæ partes vocandorum, *Pan. in c. in cauſis n. 9. hoc tit. cont. Bart. & legiſtas Pan. in c. cum nobis in 3. not. hoc tit. Innoc. in c. eccleſia 2. hoc tit. d. quod circa & ibi gl. pen. in fine & ibi Can. hoc tit.* quia citati non comparentes in termino præfinito ſi fecerunt alienos ab actu electionis, & nō computantur in numero; *c. cum nobis c. quod ſicut & d. c. eccleſia 20. hoc tit.* per collegium ſcrutatores aſſumuntur, tres de collegio eligentium, fide digni qui vota exquirunt ſecreto, & ſingulariter, *c. quia propter hoc tit. c. ſi quis iuſto §. fin. hoc tit. in 6.* cunctorum etiam ſcrutatorum (ſi vnus ex præſentibus non ſcrutaretur, electio eſſet nulla) votaque exquiſita redigunt, in ſcriptis publicis aut priuatis, eaque in communi ſeu in præſentia capituli

pluſimox publicant: facta publicatione electores variare non poſſunt: *c. publicato hoc tit.* & ſtatim, ſi plures ſint electi, fit collatio numeri, zeli, & meriti, nullo actu extraneo intermixto, *c. cumana hoc tit. c. in geneſi §. 1. hoc tit.* quam ſtatim ſequitur, non obſtante appellatione alicuius, quæ locum non habet publicato ſcrutinio, cum mutare nequeant voluntatem: *gloſ. in c. eccleſia veſtra primo in verb. appellationem hoc tit. & ibi Can.* communis electio, *c. publicato hoc tit.* per eum qui habet primam vocem, vel cui capitulum hoc commiſerit vel per quemlibet ſine mãdato Capituli, quia tacendo videtur habere ratum, *Pan. in d. c. quiapropter num. 11. & Can. ſpec. tit. de elect. §. primo ſub. numero 20.* nomine capituli, & per verba ſingularis numeri, *c. ſicut & ibi gloſ. in verbo per vnum & verb. compromiſſi hoc tit. in 6.* communiter & publice, *d. c. in geneſi* nullo actu extraneo intermedio, *c. cum poſt hoc tit.* de illo in quem maior, & ſanior pars, totius capituli, non comparatione partiũ minorum, *d. c. in gene. ſi c. eccleſia 1. & 2. hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 922. lib. 1.* conſenſit: *c. coram hoc tit.* ſolemniterque publicatur, clero & populo: *c. cum inter 3. hoc tit.* ſuper facta electione fit decretum continens formam, ſeriem & proceſſum electionis, nomina eligentium & electi & ſubſcriptiones eligentium ſingulares, *c. innotuit & ibi poſt gloſ. in ver. decreto Can. hoc tit. c. epiſcopus & ibi gl. fin. 61. diſt.* ſcriptum manu publica vel priuata, *l. ſcripturas C. qui potiores in pign. hab. c. quoniam contra de probat.* ſigillatum ſigillo Capituli vel alio authentico. *c. primo de fid. inſtrum. & ibi poſt gloſ. Can. gl. in d. c. innotuit in verb. decreto.* atque ordo prædictorum omnium ſucceſſiue ſeruandus eſt, prout eſt enumeratus: *Pan. poſt Ioann. And. & gloſ. in verbo ſanior in c. quiapropter, n. 12. & ſeqq. hoc tit. qui ponunt 18. requiſita in ſcrutinio Bald. in l. 1. n. 60. C. qui admitti &c.* & ſi contra factum fuerit, aliquando eſt electio irrita, *c. eccleſia veſtra 1. & ibi gloſ. in verbo proceſſus c. in geneſi hoc tit.* aliquando eſt irritanda. *c. cum poſt petitam c. cumana hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 1338. p. 1. Boer. ad Guid. mend. de non prel. elect. c. 22. de forma ſcrutinij in verbo irrita* Ex prædictis quædam ſunt, quæ præcedunt formam, vt vocatio abſentium, aſſignatio diei ad electionem, exſpectatio abſentium, vel ſuorum procuratorum, & talia omiſſa faciunt electioné irritandam, non irritam. *c. quod ſicut §. ſi autem hoc tit. c. eccleſia el. 2. §. denique ſtatutum hoc tit. Abb. antiq. in d. c. quiapropter col. 6. verſ. & ad hoc ſciendum nota. &c.* quia non ſunt de forma ſubſtantiali, ſed de iuſtitia electionis: contemptus enim aliquorum non inducit nullitatem electionis, ſed retractatur electio, nõ vocatis ante confirmationé, *Anch. in c. continebatur numero quinto, de his quæ fiunt à prel. & ibi Ioan. And. in fine* vel ex aliorum opinione etiam poſt confirmationem, & conſecrationem, *Pan. in c. quod ſicut §. ſuper eo. numero tertio. & 15. hoc tit. vbi latius diſtinguit.* proſequentibus contemptum. *c. quod ſicut hoc tit. in fine princ. & ibi gloſ. in verbo conſentire Pan. in c. bon. memoria el. 2. n. 5. & 6. de poſt. prælat. c. bona mem. 2. & c. eccleſia 2. hoc tit.* Succeſſor in canonicatu non agit de contemptu prædeceſſoris, de quo ſucceſſor in prælatura agit, quia ſuccedit in onere & honore; canonicus vero non habet ſucceſſorem, niſi forſan in præbenda. *gloſ. in d. c. quod ſicut in verbo conſentire in fine Pan. n. 10. & Can.* Quædam ſunt præter formam, ſcilicet, quod ſunt tres, vel plures, aut pauciores ſcrutatores, *c. cum dilecti hoc tit. gl. in d. c. quiapropter in verbo c. ſanior verſ. quia tres tantum Franc. Marc. quæſt. 1199. p. 1.* quod ſint de collegio, vel extra collegium, *c. obeuntibus 63. diſt. c. ne pro defectu in fine hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 1199. cum duabus ſeqq. p. 1. Boer. ad Guid. mandag. de elect. nou. pral. c. 22. de forma ſcrutinij in verbo aliqui & Guid. mandag. in c. ſeq. 23. qualiter ſcrutatores & quales ſint ad faciendum ſcrutinium aſſumendi circa finem & ibi Boer. in verbo factum fuerit & verbo irritari.* quod ab abſente ſuper ſuo impedimento iuramentum ſit præſtandum, *d. c. quiapropter §. illud.* quæ & ſimilia omiſſa, nec nullam nec annullandam faciunt electionem, *Abb. antiq. in d. c. quiapropter col. 6. verſ. item quædam ſunt præter, formam.* De forma ſiue ſubſtantia electionis ſunt, vt ſecreto & ſigillatim inquiſitio fiat, publicatio, in communi collatio, & communis electio, incontinenti nullo actu contrario intermiſſo, vnum poſt aliud faciendo, ſcriptura votorum cuiuslibet, *c. cum poſt petitam c. cumana in fine cap. in geneſi hoc tit. gl. in c. eccleſia veſtra 1. in verbo proceſſus hoc tit. gl. 1. in c. 1. 63. diſt.* vt ſi quiſquam velit mutare, & ſcriptum obuiet: *c. quia propter cap. publicato hoc tit. gloſ. in cap. eccleſia veſtra primo in verbo appellationem hoc tit. c. ſaluberrimum prima quæſt. 7. c. omnes fœminæ 27. quæſt. 1. c. vidua 20. quæſt. 1.* & hæc ſi omiſſa fuerint, faciunt electionem irritam, ipſo iure. *c. cumana c. eccleſia veſtra el. 2. hoc tit.* Quædam ſunt quæ ſubſequuntur

Digitized by Google

quuntur formam, vt publicatio clero & populo facienda, alias electio eſſet clandeſtina, *d. c. quia propter §. fin. Garc. de beneſ. p. 6. c. 4. n. 8. & 7.* decretum ſuper facta electione, *l. cum res C. de probat. Ioan. Andr. in d. c. innotuit num. 22. de elect. glo. fin. in fin. in c. Epiſc. 61. diſt.* item deportatio. *c. eccleſia veſtra 1. circa fin. hoc tit.* & illa ſi omiſſa fuerint, nec nullam, nec annullandam faciunt electionem. *c. vt noſtrum & ibi gl. in verbo occulta vt eccleſiaſt. beneſ. ſine diminut. conf. & Can. c. eccleſia el ſecundo verſ. denique ſtatutum hoc tit. Abb. ant. in d. c. quia propter col. 6. verſ. quædam ſunt quæ ſubſequuntur.* De forma ſcrutinij, capitulum poteſt habere recurſum ad aliam formam, ante publicationem ſcrutinij. *c. cum inter c. publicato hoc tit. Abb. antiq. in d. c. quia propter col. 6. in fin.* Et licet Pan. in d. c. quia propter, ponat & explicet ſubſtantialia ſcrutinij decem & octo, & illis plura addat Zab. ibidem in 45. quæſt. Io. And. num. 28. Anchar. col. 3. verſ. vlterius circa hoc quæritur, Hoſt. ibidem nu. 42. & ſeqq. quatuordecim requiſita, Petrus de Baiſio *in direct. elect. cap. 21. & ſeqq.* ponat decem & octo part. 3. & omnes dicant tutius eſſe omnia obſeruare, & de multis controuerti, an ſint de ſubſtantia electionis, tamen in Germania, antiquitatis tenaciſſima opinio, Abb. antiqui & gloſſæ, longo vſu & inueterata cõſuetudine videtur approbata, ac etiam in Gallia: *Franc. Marc. quæſtion. 1327. p. 1. ponit tria requiſita quæ dicit eſſe de ſpeciali forma, & in fine addit tria alia ex prag. ſanctione idem deciſ. 50 p. 2. numero quarto dicens quod triplex detur electio canonica Guil. mandag. de elect. nou. pral. c. 22. de forma ſcrutinij ponit ſex ſubſtantialia Bald. in d. c. quia propter nume. 29. Butr. num. 35. Innoc. numero 1.*

5 Eligentes † ſcienter indignum ipſo iure priuantur poteſtate eligendi, in electione, quæ prima vice, non ſecunda, aut tertia: occurrit facienda: *c. cum vintonienſis hoc tit. & ibi gl. & Can.* quæ in cathedrali ad Romanum Pontificem, deuoluitur; in regulari ac in alijs inferioribus eccleſijs, ad proximum ſuperiorem: *c. quanquam hoc tit. in 6. gl. fin. in c. cumana hoc tit.* & in electionibus epiſcoporum, & ſuperiorum, per triennium ab eccleſiaſticis beneficijs obtentis, in illa eccleſia, ad quam fuit facta electio, non autem ab officijs ſunt ſuſpenſi: *c. cum in cunctis §. fin. hoc tit. c. ſcriptum eſt in fine & c. congregato & ibi gl. fin. hoc tit.* & interim ad aliquam dignitatem, ſiue beneficium in eadem, ſecus in alia eccleſia, eligi, aut aſſumi non poſſunt: *c. per inquiſitionem hoc tit. & ibi Pan. num. 8.* in inferioribus dignitatibus puniuntur pœna arbitraria, *c. ſi compromiſſarius verſ. huiuſmodi hoc tit. in 6. Pan. in d. c. per inquiſitionem numero 8. c. quanquam & ibi gl. in verbo ſecus hoc tit. in 6.* Si aliqui ſcienter eligunt indignum, poteſtas eligendi recidit ad alios, licet pauciores, qui non deliquerunt: quorum electio de digno eſt confirmanda: *c. congregato hoc tit. c. dudum el 1. hoc tit. & ibi Pan. numero 10. & ſeqq. c. 2. de poſſ. pral.* Si euidenter appareat primo factam electionem eſſe ipſo iure nullam, vt puta de manifeſto ineligibili, *c. venerabilem c. vintonienſis hoc tit.* aut à ſuſpenſis, vel de ſuſpenſo, aut ab excommunicatis, vel de excommunicato celebratam, *c. cum dilectus de conſuetud. c. conſtitutis de Appellat.* quia prima non præſtat impedimentum ſecundæ, *c. non præſtat. de Regu. Iur. in 6.* Si pauciores ipſi poſtea repetito inter eos tractatu & ſcrutinio ſcienter eligunt indignum, fit deuolutio perinde, ac ſi omnes ab initio deliquiſſent, in cathedralibus ad ſummum Pontificem, in inferioribus dignitatibus ad proximum ſuperiorem, quia pauciores repræſentant totum collegium: *c. quanquam hoc tit. in 6. & ibi Can. poſt gl. pen. & fin. vide gl. mag. in c. auditis in verbo irritandam hoc tit. & ibi Pan. numero nono Anchar. ſub numero 3. & Can. qui ibidem docent quanam electio præualeat quando plures electiones concurrunt facta ab eiſdem vel diuerſis in continenti vel ſucceſſiue.* Quod ſi ignoranter eligunt indignum, tunc ad eos redit electio, & à die caſſationis, tempus integrum habent: *c. ſi electio hoc tit. in 6.* Scienter in electionibus, nominantes indignum, propter ſuffragium in ſcrutinio præſtitum, nequaquam eligendi poteſtate priuantur, niſi adeo in eo perſtiterint, quod ex eorum votis, communis electio ſubſequatur. *c. perpetuo hoc tit. in 6.* quod ſi dubitari contingat de effectu & validitate factæ electionis ſecunda ex interuallo facta electio, prima non caſſata non valet, *c. conſiderauimus, c. auditis hoc tit.* cæterum ſi in concurſu & quaſi contextu fiant duæ electiones non habent locum proxime præallegati Decretales ſed fit collatio numeri zeli, & meriti vt illa quæ eis collatis inuenta fuerit à maiori, & ſaniori parte capituli celebrata, alteri præferatur, *c. dudum 1. c. in Geneſi hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 924. numero 12. & 13.* Electionibus, princeps, poteſtas aut laici non poſſunt interuenire, nec eorum, aut Patriarchæ, vel Archiepiſcopi conſenſus, requirendus

rendus

Digitized by Google

rendus eſt, ſuper futura electione certæ perſonæ, reprobat o contrario abuſu; *c. cum terra c. quod ſicut hoc tit. c. quiſquis hoc tit. 63. diſt. in ſumma & c. 1. 2. &*
6 3. Etenim † non poteſt laicus de conſuetudine, etiam maximi temporis, de cuius initio non extat memoria, acquirere ius eligendi, etiam vt coeligat cum canonicis, ſed tantum ex priuilegio, ſeu indulgentia ſedis apoſtolicæ: *c. maſſana hoc tit. Pan. in d. c. quiſquis ſub numero 3.* Electiones huiuſmodi factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis, ſunt ipſo iure nullæ, eligentes ab officijs, & beneficijs, per triennium penitus, per ſententiam ſuſpenduntur, & eligendi tunc ſunt poteſtate priuati: vnde ſi in illo triennio, quo ſunt ſuſpenſi, iterum vacaret, non poſſunt eligere: conſentientes vero electioni de ſe factæ, commodo electionis carent, & ipſo iure ſunt ineligibiles, non ad canonicatus, & inferiora beneficia, vel ad eccleſias curatas, ſed ad aliquam dignitatem, *d. c. quiſquis & ibi gloſſ. & Pan. numero ſecundo & tertio & Can.* niſi per metum conſenſerint, *Bald. in d. c. quiſquis numero 3.* aut cum eis per epiſcopum fuerit diſpenſatum: *gl. in d. c. quiſquis in verbo fiat.* item communione priuantur, & ſi perſtiterint, à miniſterio eccleſiaſtico & ordine deponuntur, *c. præterea de iurepat. c. conſtitutiones 16. quæſt. 7.* denegatur eis vti epiſcopis & prælatis audientia, interdicta eſt eis, ipſo iure, gratia S. Petri, *Felin. in c. veniens numero primo de præſcript.* Et ingreſſus eccleſiæ, quouſque locum reſipiſcendo deſeruerint, tam in ſuperioribus, quam in inferioribus dignitatibus: *c. ſi quis deinceps 16. quæſt. 7.* quæ iura in Germania, per ſpeciale concordatum initum, inter Calixtum Papam ſecundum, & ſedem apoſtolicam, & Henricum quartum imperatorem, & imperium, ſunt recepta anno 1122. vt teſtantur Nauclerus Card. Baronius, qui dicit, vidiſſe originale ſigillatum ſigillo aureo dicti imperatoris, & alij in vita Calixti. Ius canonicum non prohibet, quin Regis, qui pro tempore fuerit, poſt electionem libere factam, requiratur conſenſus, vt in futurum, non poſſit opponere contra electum, maxime ſi dubitet, de proditione patriæ, aut reuelatione ſuorum conſiliorum: *c. cum inter el 2. c. cum terra & ibi Pan. numero ſecundo c. quod ſicut hoc tit. Pan. in c. ſuper his numero 13. & ibi Felin. numero octauo de accuſ. c. cum longe & cc. ſeqq. 63. diſt.*

7 Per † compromiſſum fit, quando vni, *c. ſi compromiſſarius hoc tit. in 6. c. poſt tranſlationem de renunc.* vel pluribus idoneis viris religioſis, etiam alijs, qui non ſunt de capitulo, (ius eligendi in collegiata eccleſia, non cadit in laicum, *c. ſacroſancta c. maſſana hoc tit. c. quod ſicut & ibi gl. in verbo impedire hoc tit.*) de communi totius capituli conſenſu nemine diſcrepante eligendi poteſtas, ſub certa forma, *c. cum in veteri hoc tit. c. ſi compromiſſarius et ibi gl. in verbo tranſtulerunt hoc tit. in 6.* committitur, conſtituendo eos, nudos miniſtros capituli, aut donando eis ius eligendi pro illa vice qui vice omnium eccleſiæ iudicatæ prouideant de paſtore: vnius contradictio, impedit compromiſſum, quia intereſt ſingulorum, ne priuentur ſua voce: Dictique compromiſſarij poſſunt eligere vnum ex ſeipſis, non ſolum, quando eis hoc expreſſe conceditur, *c. cum in iure hoc tit. c. fin. de ſortileg.* ſed etiam quando ſimpliciter data eis fuit poteſtas eligendi, *Pan. d. c. cum in iure numero quarto,* & non tenentur ſeruare aliquam formam in electione, per eos facienda, *d. c. quia propter §. vel ſaltem hoc tit. quæ dictio indicat formam, compromiſſi eſſe ſubſidiariam & ibi gloſſ. Pan. & DD.* niſi quod per vnum pronuntianda eſt communis electio, per verba ſingularis numeri. Si plures ſint compromiſſarij, *c. ſicut & ibi gloſſ. in verbo compromiſſi hoc tit. in 6.* & ſi capitulum, dederit poteſtatem commiſſarijs, intendens eis facere gratiam, non poteſt; etiam re integra reuocare, cum ſit quædam donatio: *l. ſiue C. de donat. l. ſi donationis C. de donat.* ſi ſimpliciter intendebat negotium prouiſionis expedire, re integra, reuocare poteſt, ad inſtar mandati, ſecus ſi res non ſit integra, *c. in cauſis & ibi gloſſ. in verbo cum res non eſſet Ioan. Andr. num. 34. & 38. Pan. numero 11. & 12. hoc tit.* licet in profanis etiam re non integra admittatur, reuocatio mandati, ſoluto intereſſe: *l. ſi pecuniam ff. de cond. cauſ. dat.* quia ſpiritualia non recipiunt verā æſtimationem, *c. coram & ibi gloſſ. in verbo abſque literis de offic. & poteſt deleg.* Compromiſſario etiamſi ſit donatarius, *Franc. poſt Ioan. Andr. in c. ſi compromiſſarius poſt n. 3. verſ. & dicit hic Ioan. And. hoc tit. in 6.* intra tempus à iure ſtatutum, eligere præter mittente, ad ſuperiorem proximum deuoluitur poteſtas prouidendi, ſibique imputent compromittentes: *c. ſi compromiſſarius, in princ. hoc tit. in 6.* ſi eligat indignum, ſiue ſcienter ſiue ignoranter, cum ſuo functus ſit officio, etiamſi ſint plures compromiſſarij, & maior pars

Digitized by Google

ſcienter eligat indignum, licet minor pars eligat
dignum. *Ioan. Andr. in c. ſi compromiſſarius numero
primo hoc tit. in 6. & Gemin. numero quarto, Butr.
numero tertio*, poteſtas eligendi libere reuertitur,
ad compromittentes; niſi ipſi ſcienter electio-
nem talem ratam habuerint: idem obtinet, cum
eligit idoneum, qui renuit conſentire. *d. c. ſi com-
promiſſarius §. 1. hoc tit. in 6.* Compromiſſarius
ſcienter indignum eligens, in electione epiſco-
porum & ſuperiorum ipſorum à beneficijs ec-
cleſiaſticis, quæ in illa obtinet eccleſia, quam ta-
liter eligendo, noſcitur offendiſſe, triennio ſu-
ſpenditur ipſo iure: *c. ſi compromiſſarius hoc tit. in 6.
& Can.* excepto epiſcopo, ſi ad eligendum fuit
compromiſſarius, ſic peccante; cum de iure nul-
lam ſuſpenſionis pænam incurrat, niſi de ipſo ex-
preſſa mentio habeatur: *d. c. ſi compromiſſarius §.
huiuſmodi.* in electione ad regulares, & inferiores
dignitates punitur, pæna arbitraria. *c. quanquam
& ibi gl. pen. & fin. hoc tit. in 6. Can. in d. c. ſi compro-*
8 *miſſarius.* Per † inſpirationem fieri dicitur, quan-
do electores nullo præcedente tractatu, ſine ali-
quo vitio, quaſi diuini ſpiritus impulſu, vnanimi-
ter ſimul omnes (vno enim contradicente, non
valeret iſta electio) in vnum conſentiunt, & no-
minant. *d. c. quia propter in princ. verſ. pen. hoc tit.* Per
9 compromiſſum † mixtum ſiue determinatum
fieri dicitur, quando compromittitur compro-
miſſarijs, vt inquiſitis ſecreto, & ſigillatim om-
nium voluntatibus, illum eligant, in quem ma-
ior & ſanior pars capituli conſenſerit, *c. cum expe-
diat hoc tit. in 6. c. cum dilectus §. verum B. hoc tit.* ſe-
cus ſi diceretur, in quem maior pars numero
conſenſerit. *c. ſi cui hoc tit. in 6. & ibi Archid. Ioan.*
10 *Andr. & Can.* Iſtæ † formæ locum habent in e-
lectionib. epiſcoporum, & his ſuperiorum, & re-
gularium, *c. ne pro defectu hoc tit. c. officij in quo Abbas
paſtor vocatur hoc tit. c. cupientes in princ. hoc tit. in 6.*
etiam priorum, quando prioratus eſt principalis
prælatura, in eccleſia regulari collegiata, *Pan. in
cl. vnic numero 5. de ſuppl. negl. præl. c. 2. §. fin. de ſtatu
monach.* & aliorum principalium prælatorum
eccleſiarum collegiatarum qui habent generalē
iuriſdictionem in collegiatis eccleſijs, *gl. in d. c.
quia propter in verbo eccleſijs iudicatu & ibi Pan. &
Can. Franc. Marc. queſt. 1366. p. 1. Rot. deciſ. 5. & 6.
hoc tit. in nou.* Epiſcopi ſunt proprie ſponſi eccle-
ſiarum, *c. ſicut c. ſcire debes 7 quæſt. 1. Pan. in c. dudum
el. 2. num. 33. de elect. Franc. Marc. deciſ. 1366.* Et præ-
lati regularium, aut collegiatarum eccleſiarum,
quaſi ſponſi appellantur. *c. ſicut in vnaquaque 21.
quæſt. 2. Pan. in d. c. dudum.* Concilium Tridenti-
num in electione ſuperiorum regularium, quo-
rumcunque abbatum temporalium (ſecus ergo
ſi ſint perpetui) & aliorum officialium, ac gene-
ralium, & abbatiſſarum, quo omnia ſine vlla
fraude fiant, præcipit, omnes ſupradictos eligi
debere, per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eli-
gentium nomina nunquam publicentur: nec im-
poſterum liceat, prouinciales, aut abbates, prio-
res, aut alios quoſcunq; titulares ad effectum e-
lectionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuf-
fragia abſentium ſupplere, alias electio irrita eſt;
& is, qui ſe in titularem creari permiſerit, inha-
bilis exiſtit, ad omnia officia obtinenda: et ſi con-
tra prædicta facultates impoſterum concedan-
tur, tanquam ſubreptitiæ habeantur. *c. in electione
ſeſſ. 25. de regul. & monial.* Dictæ formæ non ha-
bent locum in electionibus Canonicorum, & in
alijs dignitatibus ſeu perſonatibus eccleſiarum,
etiam cathedralium. aut in ijs qui præſunt alicui
ordini vt Generali ordinis minorum quia per il-
lorum obitum eccleſiæ non remanent viduatæ,
& non deficit ſuperior, qui poteſt difficultatibus
occurrentibus prouidere: *c. vbi periculum in prin.
hoc tit. in 6. c. licet in fine hoc tit. c. cupientes in princ. &
ibi gloſſ. in verb. regularium Franc. & Can. gloſ. in c. ſi
cui in verb. Concilium & ibi Can. hoc tit. in 6. Franc.
Marc. quæſt. 920. lib. 1.* in quibus ſufficiunt ſingu-
lares conſenſus, illorum de capitulo, præſtiti in
communi id eſt collegialiter, in ipſo capitulo; &
electus à maiori & saniori parte capituli habet
ius. *gl. in d. c. quia propter in verbo eccleſiis viduatis &
ibi Pan. poſt, nu. 7. verſ. circa iſtam partem, & n. 8. &
9. & Can. communiter glo. 1. in c. ſicut hoc tit. in 6. &
ibi Can.* Pertinet † ius eligendi ad capitulum vi- 11
duatæ eccleſiæ, *c. 1. c. cum inter el 3. c. cum cauſam &
c. congregato hoc tit. c. cum olim in fin. de re iud. c. ſciant,
& ibi gl. hoc tit. in 6. c. cum terra §. ſtatuentes hoc tit.*
nempe canonicos, religioſos, conuentuales in
ſacris ordinibus, non quando vacat eccleſia, ſed
tempore electionis facienda, *c. cum inter R. in fine
de elect. c. apoſtolicæ de except. gloſ. in clem. 2. in verb.
conſtitutus de ætat. & qual. & c. Can.* conſtitutos:
Clem. vt ij de æt. & qualit. ius enim dandæ vocis
dependet ab ordine, & beneficio, *late Felin. in c.
apoſtolicæ ſub num. 16. verſ. dum autem dicitur de ex-
cept. & ibi Can.* & non ad priores, & monachos
priora-

prioratuum à maiori monaſterio depẽdentium, niſi talis ſit conſuetudo: c. 1. §. fin. & ibi gl. in verbo dependere, de priuileg. in 6. & Can. clem. 1. §. cæterum verſ. ſane de ſtat. monach. & ibi gl. in verbo conſuetudine, quia deputati ad prioratus, mutant domicilium, c. 3. §. fin. de temp. ordin. & c. in 6. Archid. in c. ſtatutum ſub num. 7. de reſcript. in 6. quando prioratus ad quos miſſi ſunt habent electionem ſui ſuperioris, vel quando ſaltem habent bona diſcreta à bonis maioris monaſterij, Io. Andr. in c. fin. nume. 3. de relig. domib. Zab. in c. fin. verſ. quam ſi quis fecit de relig. dom. & ibi Butr. nu. 4. & Canon. Quod ſi nullus de capitulo ſit in ſacris, & eminet electio Prælati facienda, ſuperior, qui habet vti iure deuoluto, vt pœnæ deuolutionis locus ſit, habebit neceſſe vſque ad terminum iuris capitulum exſpectare, arg. c. commiſſa de elect. in 6. c. ne pro defectu de elect. c. 2. de conceſſ. præb. Zab. in clem. 2. poſt gloſſ. n. 20. & Can. de æt. & qual. Quod ſi aliqui Canonici ſint in ſacris, aut vnus ſolus ſit in ſacris, tunc ipſi ſunt capitulum, canonicum non conſtitutum in ſacris, in proximis temporibus ordinari volentem, quæ tempora incidant intra terminum iuris ad eligendum, etiamſi hoc petat, non tenentur exſpectare, c. 2. primo reſp. ne ſede vacante in 6. Zab. in clem. 2. numero 18. poſt gloſſ. & Can. de æt. & qualit. Sufficit probare eligentes, tempore electionis fuiſſe in quaſi poſſeſſione eligendi, licet non probetur, quod proprietas iuris eligẽdi ad illos pertineret, c. querelam c. in geneſi verſ. nec præmiſſi hoc tit. Innoc. in c. cum veniſſent de reſtit. in integr. Abſentes, qui fuerint in prouincia, ſunt conuocandi, c. coram & ibi gl. c. in geneſi c. cum inter ſecũdo & ibi gloſſ. in verbo remoti hoc tit. quando ſine periculo vocari poſſunt, c. quod ſicut hoc tit. quia in electionibus plus conſueuit contemptus vnius obeſſe, quam multorum contradictio in præſenti: c. bon. mem. el 2. c. quod ſunt & c. venerabilẽ hoc tit. Non poſſunt per litteras aut ſcedulam incluſam aperiendam in ſcrutinio, votum ſuum exprimere, c. ſi quis iuſto §. fin. hoc tit. in 6. & ibi gl. in verbo votum ſuum & Can. coram volente capitulo: Franc. in d. c. ſi quis iuſto §. fin. ſub numero 3. Sed ſi iuſto impedimento detenti, venire non poſſint, ſuper quo, ſi opus fuerit, ſuo iuramento fidem faciant, & ſint abſentes in eo loco, de quo debeant aduocari, c. quia propter §. illud hoc tit. poſſunt nedum vni, ſed etiam pluribus de collegio, non extraneo, capitulo nolente, d. c. ſi quis iuſto §. fin. cum clauſula inſolidum, & non aliter, & poteſtate iurandi in animam ſuam, quod tali impedimento ſint detenti, gl. in d. c. ſi quis iuſto in verbo detentus, vices ſuas cõmittere; & erit pluribus conſtitutis procuratoribus, melior conditio occupantis, in concurſu is præferetur, quem capitulum, vel maior pars elegerit, vel primo loco nominatus in mandato. Qui ſi ſimpliciter fuit conſtitutus & vnum ſuo, & alium Domini ſui nomine, in ſcrutinio duxerit nominandum, nihil agit; quia qua conſcientia tenetur eligere meliorem ſuo nomine, eadem ratione tenetur ad idem, nomine ſui Domini: c. ſicut non ſuo 46. diſt. & ibi gl. c. quod alicui de reg. iur. in 6. poteſt ſubſtituere, & compromittere, d. c. ſi quis iuſto §. porro & ibi gloſ. in verbo decreta Anchar. poſt numer. 6. verſ. quæritur, niſi de certa perſona eligenda, Dominus ſibi dederit mandatum, d. c. ſi quis iuſto §. porro & ibi gloſſ. Mag. in verbo decreta & Can. tunc enim in illam, eius, & aliam ſuo nomine licite poterit conſentire, & compromittere non poterit; quia ſola ſcrutinij forma ſibi videtur demandata, Archid. poſt gl. in d. c. ſi quis iuſto in verbo decreta arg. l. licet §. ſi ſeruus ff. de peculio, Electio non eſt nulla ex eo, quod electoribus admixta fuerit perſona eccleſiaſtica extranea, quin imo ea acquirit ius eligendi: c. cum eccleſia ſutrina de cauſ. poſſeſ. & propriet. aut non conſtituto in ſacro ordine, Zab. in clem. 2. numero 16. de æt. & qualit. In † eligendo in epiſcopum requiruntur in- 12
fraſcriptæ qualitates, tempore electionis faciendæ, c. dudum el 1. & el 2. de elect. gloſſ. in clem. 2. in verb. conſtitutus & ibi Can. de æt. & qualit. anni cõpleti triginta, c. cum in cunctis hoc tit. c. ad cathedralium ſeſſ. 7. & c. 2. ſeſſ. 22. ſacer ordo, c. à multis de æt. & qualit. & ex decreto Concilij Tridentini, debet antea eſſe in ſacro ordine, ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus, d. c. 2. ſeſſ. 22. pura voluntas, c. fin. de poſtul. Prælat. & morum grauitas, d. c. cum in cunctis & d. c. 2. ſeſſ. 22. c. qui Epiſcopus diſt. 23. c. ad cathedralem ſeſſ. 7. ſapientia, c. omnes diſt. 38. c. pen. & fin. de æt. & qualit. & ord. præf. diſt. 39. in ſumma & c. 1. d. c. 2. ſeſſ. 22. §. ſcientia, ſponſa parentis, c. innotuit hoc tit. c. 2. ſeſſ. 22. c. 1. ſeſſ. 24. concurrens fama, c. omnipotens de accuſ. c. laici 33. diſt. decus hoc dant pontificale: in dignitatibus inferioribus determinata eſt ætas vigintiquinque annorum. ſufficitque annum vltimum attigiſſe: c. cum in cunctis §. inferiora hoc tit. c. inferiora ſeſſ. 7. Non profeſſus expreſſe, ad regimen eccleſiæ regularis, eligi non

 poteſt,

poteſt, conſuetudine in contrarium non obſtante; *c. nullius hoc tit. in 6. c. presbyteros 16. quæſt. 1. & ibi gl. Mag. c. in nona 16. quæſt. 7. & ibi gl. fin.* præterquam ad dignitatem epiſcopalem, in regularibus, & ſæcularibus eccleſijs, *d. c. nullius in fine d. 1. hoc tit. in fine & ibi gl. fin.* Religioſus non poteſt eligi in abbatem, alterius religionis, habitus, vel coloris, ſi color eſt de ſubſtantia habitus; ſi ſecus actū fuerit, eo ipſo irritum eſt, & inane: *d. clem. in princ. & ibi gloſ. in verbo religionis & in verbo habitus & Can.* in abbatem alterius monaſterij eiuſdem ordinis, eligi poteſt. *c. nullus religioſus & ibi poſt gl. Can. de elect. in 6.* In abbatiſſa, & præpoſita, requiruntur vt ſit expreſſe profeſſa, non minor quadraginta annis, & quæ octo annis, poſt profeſſionem laudabiliter vixerit: quod ſi his qualitatibus non reperiatur, in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poteſt: ſi hoc etiam incommodum ſuperiori, qui electioni præeſt, videatur, ex ijs, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exuſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem recte vixerint, epiſcopo, vel alio ſuperiore conſentiente, eligatur: *c. abbatiſſa de regul. ſeſſ. 25.* in quo corrigitur c. indemnitatibus in princ. requirens ætatem triginta annorum, de elect. in 6. Qui contra certam & nominatam perſonam, ne ab alijs eligatur, ad ſedem apoſtolicam, antequam fiat electio, appellat, debet per omnia obſeruare formam c. vt circa, hoc tit. in 6. alioquin pœnæ eiuſdem ſubiacet. *c. qui contra hoc tit. in 6.* Non eſt electio facienda de aliena eccleſia, quamdiu reperitur idoneus in eadem, & is qui eſt de gremio eccleſiæ, cuicunque venit præferendus, *c. abbas el. 2. 18. quæſt. 2. c. cum inter el. 3. hoc tit. & ibi gl. mag. in verbo etiam & Can. c. primo & ibi gloſ. in verbo ſingulorum 85. diſt. c. nullius 61. diſt. & ibi gloſſ. in verbo vnitatis Mynſ. obſ. 30. cent. 4.* & inter eos qui ſunt de gremio, maior ordine, *c. metropolitano 63. diſt. & ibi gl. in verbo ex presbyteris c. ſtatuimus 61. diſt. & ibi gl in verbo noui. c. fin. & ibi gloſ. fin. 63. diſt.* de honeſtate non de neceſſitate; quia electio vndecunque facta valet. *d. c. cum inter el. 3. c. coram nobis c. in cauſis c. ne pro defectu & ibi gl. fin. hoc tit.* Electus petens confirmationem probare debet ſe eſſe idoneum, alias non obtinebit *c. cum nobis & ibi Imol. in fine num. 5. hoc tit. c. ſi forte & ibi gloſſ. in verbo ſcientia hoc tit. in 6. & Can. Ioan. And. in c. infamibus de reg. iur. in 6. Felin. in c. dudum de praeſcript. vbi ponit reg. & 4 fall.*

In † cathedrali & regulari eccleſijs vacantibus, electio debet fieri intra tres menſes vtiles, 13
quia non currunt impeditis, *c. ne pro defectu hoc tit. c. bene nouit. & ibi gloſſ. ord. & mag. 61. diſt.* ipſo iure, *Zab. poſt gl. in c. ne pro defectu in 6. quæſt. hoc tit. per verba textus iuſto impedimento ceſſante Anch. in 2. quæſt. Ioan. Andr. n. 8. licet abb. ant. in d. c. ne pro defectu aliter diſtinguat.* niſi poſſint impedimentum reuocare: ideo his, quibus interdicitur, vt abſque ſuperioris licentia eligere non præſumant, tempus ſtatutum currit: ex quo in mora fuerint, licentiam huiuſmodi poſtulandi: *c. fin. & ibi gl. fin. hoc tit.* cathedralis eſt epiſcopalis, regularis, eſt collegiata quæcunque, vbi ſunt clerici, vel conuerſi viuentes ſine proprio, & tanquam collegium: idem trimeſtre ſtatuitur, ſi ad ſuperiorem abbatem vel quemlibet alium ſpectet prouiſio, perpetuæ prælaturæ regularis, cum non occurrat ratio diuerſitatis: *Io. And. in c. ne pro defectu numero 60. & Can. hoc tit.*

In quibuſcunque aliis eccleſijs, vel dignitatibus dantur ſex menſes, *c. 2. de conceſſ. præb. & ibi gl. fin.* non à die vacationis, ſed à die ſcientiæ, *c. licet de ſuppl. neglig. prælat. c. quia diuerſitatem in fine de conceſſ. præb.* intra quos, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate carent ea vice, id eſt prima electione, ſiue in eadem, ſiue in alia vacatione facienda, *Pan. in c. cum vintonien. num. 3. 9. & 11. hoc tit.* ipſo facto, ex iuris diſpoſitione, nec requiritur ſententia: *d. c. ne pro defectu & ibi Pan. num. 3. hoc tit. c. quanquam hoc tit. in 6.* & hi penes quos reſidet poteſtas capitularis, poſſunt priuatis communicare poteſtatem eligendi, quia non prorſus inhabilitantur, ſed ſolum priuantur; quæ priuatio cedit in fauorem non delinquentium, & ab eis poteſt remitti, *Pan. in d. c. cum vintonien. num. 3.* Ex quo infertur, quod ſi maior pars capituli eſt negligens, aut dicit ſe non velle eligere, vel expreſſe renuntiat, aut in collegio maiorum non ſint conſtituti in ſacris, vel in monaſterijs, non ſint profeſſi, aut moniti venire contemnant, vel abſentes ſint in loco, vnde vocari non debent, ſicut quando ſcienter eligūt inhabilem, *Imol. poſt gl. in l. quod circa, num. 13. Vital. nu. 27. & ſeqq. Pan. & Can. hoc tit. Petr. de Baiſio in directorio elect. p. 3. c. 4. num. 2. in fine qui omnes æquiparant dictos caſus.* Electio à minore parte capituli, vel ab vno facta tenet, maxime in fine termini: *Innoc. in c. ne pro defectu ſub num. 2. paulo ante finem,*

Digitized by Google

nem, verſ. & bene dicitur, quia eligere debuerunt & ibi Hoſt. ſub num. 6. per c. congregato hoc tit. Mandag. in direct. elect. c. 16. & ibi Boer. ſub lit. C. Bell. in c. cum nobis num. 8. *Pan. num.* 10. *Io. And. ſub num* 35. *Zab. in* 7. *quaeſt. Boick. num.* 2. *&* 13. *& Can. hoc tit. §. fin. & ibi gl. in verbo communiter de ſuppl. negl. pralat.* quia poteſtas capituli, deuoluitur ad minorem partem, vel vnum, non ſolum propter delictum, *c. gratum de poſtul. pral. c. congregato hoc tit. c. perpetuo hoc tit. in 6.* verum etiam propter negligentiam, voluntatem, & alios caſus ſupra relatos: *c. cum propter & ibi poſt gl. in verbo qui volunt Pan. numer.* 3. 4. *&* 5. *& Can. c. quod ſunt hoc tit. c. cum nobis & ibi Butr. num* 7. *hoc tit. c. ex eo in princ. & §. in eccleſiis hoc tit. in 6. clem. vt ij qui de at. & qualit. & ibi poſt gloſſ. Can. Petr. de Baiſio in direct. elect. p.* 3. *cap.* 4. *numer.* 2. *& c.* 6. *num.* 7. *&* 10. *Franc. Marc. quaeſt.* 1036. *part.* 1. & electio facta à minore parte dicitur concorditer celebrata, per capitulum; quia negligentes, & alii ſupraſcripti non reputantur de capitulo, quoad illum actum, *Pan. in d. c. cum nobis num.* 4. *& in d. clem. quod circa hoc tit. Pan. in c. gratum num.* 5. *de poſtul. pral. gl. pen. in l. quod circa prope fin. verſ. & in his etiam & Can. hoc tit. c. eccleſ. l.* 2. *& ibi gl. in verbo adijcere & Can. eod. tit.* & fictione iuris, in minore parte, vel vno, repræſentatur totum capitulum, *Pan. in d. c. congregato ſub numer.* 3. *&* 4. *Pan. in d. c. gratum numer.* 5. 8. *&* 9. *poſt alios à ſe relatos de poſtul. pralat. Pan. in c.* 1. *num.* 6. *hoc tit.* Omnibus vero negligentibus, deuoluitur ad proximum ſuperiorem etiam in cathedralibus & regularibus eccleſijs, qui cum conſilio ſui capituli, & aliorum, de gremio, vacantis eccleſiæ, vel alterius, ſi dignus in ea non reperitur, viduatæ eccleſiæ prouidere tenetur, *d. c. ne pro defectu gloſſ. in c. bon. mem. el* 2. *in verbo viduata de poſtul. pral. c. quanquam & ibi gl. in verbo cathedrali & Can. hoc tit. in 6.* Habet iſte ſuperior electionem iure deuoluto, & confirmationem iure proprio: vnde poteſt explere vnico actu; nam prouiſio habet vim electionis & confirmationis; vel ſi voluerit, poterit prius iure deuoluto eligere, ſicut tenebantur electores, & poſtea iure proprio confirmare. *Pan. in d. c. ne pro defectu numero quarto c. ſi poſtquam verſ. fin. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in vlt. not. Io. And. & Can. gl.* 1. *in c. vt circa hoc tit. in 6. gl. in c. cum inter el* 3. *in verbo confirmauit hoc tit.*

14 Tenentur † eligentes, in electionibus cathedralium, & regularium eccleſiarum ac principalium dignitatum eccleſiarum Collegiatarum electionem ipſam quam citius commode poterunt electo præſentare & petere ipſius conſenſum ſine pœnæ adiectione, *c. quam ſit hoc tit. in 6. & ibi Ioannes Andreas numero primo, Butr. in princ. & numero quarto, in fine c. conſtitutiel.* 2. *de appell.* & in Cathedralibus & regularibus eccleſijs, quarum confirmationes immediata ſubiectio, vel appellatio deducit ad ſedem apoſtolicam, poſtquam commode poterunt, infra octo dies eas electo præſentare, & ipſius conſenſum petere: quod ſi in eo culpabiles extiterint, electo non ſit præiudicium, *Monach. in c. quam ſit poſt n.* 4. *hoc tit. in 6. c. cupientes §. vel ſi perſonas hoc tit. in 6. c. ſi electio & ibi gloſſ. in verbo aliam recenſet tempora quæ dantur in expeditionibus eccleſiarum vacantium hoc tit. in 6. c. quam ſit & ibi gloſſ. in verbo commode hoc tit. in 6.* verum ipſi, quoad ſe de proſecutione proceſſus electionis totaliter excluduntur; & ab omnibus beneficijs ſuis, quæ in ipſa obtinent, eccleſia, de cuius electione agitur, per triennium continuum, ex tunc inchoandum ſunt ſuſpenſi: ad quæ ſi intra illud tempus, ſe propria authoritate, vel alio quęſito colore ingeſſerint; illis, ipſo iure, perpetuo ſunt priuati: *c. cupientes §. cæterum hoc tit. in 6. c. quam ſit hoc tit. in 6.* in cæteris electionibus diſpoſitio d. §. cæterum ſeruari poteſt, pœna vero eiuſdem §. cæterum reſtringenda videtur, ad cathedrales & regulares eccleſias, *Franc. in d. c. quam ſit ſub numero ſecundo, & ibi Gemin. numero quarto, Anchar. in d. §. cæterum.* Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. & ibi additio numero tertio, tenet. d. c. quam ſit, tantum habere locum in electis ad cathedrales & regulares eccleſias, & dignitates principales eccleſiarum Collegiatarũ *Pan. in d. c. quia propter num.* 2 *in fine & ſub n.* 7. *verſ. circa iſtam & Cuman.* non ad inferiores dignitates; per quorum prælatorum obitum eccleſiæ non cenſentur viduatæ: *gl.* 1. *in c. quia propter hoc tit. & ibi Dd. communiter.* & in earum electionibus proceditur ſine aliqua forma & de iure communi ſolus epiſcopus, poteſt, & debet, deferre annulum, alij inferiores prælati non deberent deferre annulum, niſi hoc haberent ex priuilegio. *Pan. in c. licet numero quinto, de tranſlat. epiſcop. &c.*

Electus † conſenſum electioni adhibere debet, intra menſem à præſentatione decreti electionis ſibi facta; quem ſi præſtare detulerit, ex tunc iu- 15

Digitized by Google

tunc iure ex electione, queſito, eoipſo priuatur. *c.*
quã ſit hoc tit. in 6. Si ea ſit electi conditio, vt ſine
ſuperioris ſui licentia, conſentire non poſſit, &
electio facta ſit concorditer; idẽ electus, ſeu ele-
ctores ipſius, conſentiendi licentiá ab eius ſupe-
riore, cuius imperio ſe ſubiecit, *Gemin. poſt Archid.*
in c. ſi religioſus nu. ſeptimo, hoc tit. in 6. Zab. in cl. fin.
num. 6. hoc tit. cum ea celeritate, quam ſuperioris
ipſius præſentia vel abſentia permiſerit, petere
& obtinere debent: *d. c. quam ſit.* alioquin, ſi lapſo
tempore pro præſentia & abſentia ſuperioris
moderando, huiuſmodi licentiam non obtinue-
rint, electus ipſo iure priuatur, iure ex electione
quæſito: & poſſunt electores ad aliam electioné
libere procedere: *d. c. quam ſit extrauag. religioſus*
hoc tit. inter communes. obtenta licentia à ſuperiore
habet menſem integrum ad deliberandum, an
velit conſentire. *monach. in d. c. quam ſit poſt n.* 8.
Conſenſus non obtenta licentia à religioſo præ-
ſtitus electioni, de ſe factæ, extra ſuum monaſte-
rium, vel ſuam eccleſiam ad prælationem aliquã
non valet, etiamſi poſtea perijt licentiam, & ſu-
perior eam dedit, *Gemin. in d. c. ſi religioſus num.* 8.
& in pænam ipſius, electio eoipſo viribus euacu-
atur. *d. c. ſi religioſus hoc tit. in 6.* Solique ſuperiores,
ſuis irrequiſitis conuentibus, electis conſentien-
di & tranſeundi liberam dant facultatem, *d. c ſi*
religioſus §. fin. & ſi nolint, ſuum monachum con-
cedere, non poſſunt ad id compelli per alium,
quam ſummum pontificem, quia ſolius princi-
pis eſt, priuare aliquem re ſua. *d. c. ſi religioſus in*
verba obtenta & ibi Anchar. numero 5. Pan. in c. admo-
net in fine de renunc. Licentia generalis conceſſa
religioſo à ſuo ſuperiore, vt collationi, vel proui-
ſioni, ſi quam de ipſo contingeret fieri, ſuum
poſſit dare aſſenſum; quia ambitionis vitio, viam
parit, nullius eſt firmitatis: *Clem. fin. hoc tit.* præ-
ſtitutus ex tali licentia conſenſus, non valet, ac
priuatur iure, ſibi ex electione quæſito. *gl. fin. in d.*
Clem. fin. Ex electione, ſeu vocatione, in diſcor-
dia, nulli religioſo mendicantium ordinum, ad
aliquam extra adminiſtrationem ſui ordinis, præ
laturam, de ſe facta, ius acquiritur: religioſis quo-
que alijs, electiones ſeu vocationes à minore par-
te numero, ad prælationes quaslibet, ſiue ſui or-
dinis, vel alterius, ſiue ſecularium eccleſiarum
nullum ius tribuunt:, nec prædictorum aliquis
tali vocationi, quoquo modo valet conſentire,
etiamſi licentia interuenit ſuorum ſuperiorum:
c. quorundam hoc tit. in 6. iſtaque diſcordia & nu-
meri minoritas, intelligi debet de ijs quæ in fa-
cto, & non in fictione, vel iuris effectu conſi-
ſtunt. *Clem. quod circa hoc tit.* Clericus ſecularis li-
bere poteſt conſentire electioni, non tamen
tranſire ad eccleſiam alterius epiſcopatus, ſine
expreſſa licentia proprij epiſcopi: in eodem epiſ-
copatu ſufficit tacita. *c. placuit. primo & ibi gl. 7.*
quæſt. 1. c. admonet & ibi gl. fin. de renuntiat. Zab. in
Clem. fin. numero quinto, hoc tit. Per † electionem 16
ius quæritur electo, etiam ante conſenſum ipſius
electi: *c. quanti 63. diſt. & ibi gl. d. c. quam ſit §. electus*
& ibi Franc. numero primo, c ſi religioſus in fine princ.
hoc tit. in 6. Felin. in c. cum Bartol. num. 2. de re iud.
Rot. deciſ. 6. in princ. hoc tit. in nou. poſt conſenſum
præſtitum, matrimonium inter electum, & ec-
cleſiam, dicitur initiatum, *c. primo, & ibi Pan. n. 39.*
& c. fin. de translat. epiſcop. & c. & ibi gl. in verbo licet
in tantum c. cum inter 3. §. diſcret. v. mandamus hoc
tit. debetur ei confirmatio, ſi nihil eſt, quod ele-
ctum, vel eligentes impediat: *c. poſtquam hoc tit. c.*
dudum el. primo, in fine hoc tit. Ex duabus electioni-
bus, de ſe, in aliqua eccleſia celebratis, non po-
teſt petere confirmationem; etiamſi proteſtetur
in initio, ſe contentum velle eſſe altera, per quam
ſuæ intentionis conſequi poſſit effectum; ſed
oportet alteram eligere; qua electa non datur
regreſſus ad aliam. *c. vt quis duas hoc tit. in 6.* Si † e- 17
lectus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum re-
nuntiat, etiam in manibus non ſui iudicis, *Zab.*
clement. 1. numero 16. de renuntiat. quod facere po-
teſt, ſed eſt tutius, quod talis renunciatio fiat, in
manibus eligentium, *gloſ. in c. cum veniſſent in ver-*
bo renuntiauit. de integr. reſtit. Rot. deciſ. 6. hoc tit. in
nou. numero primo, aut diem claudit extremum,
ſeu electio propter eius occultum vitium irrite-
tur, electores habent à diſſenſu, renuntiatione,
morte, irritatione, tempus integrum ad aliam
electionem faciendam, quia non vna, ſed plures
ſunt vacationes. *c. ſi electio hoc tit. in 6. & ibi poſt gl.*
DD. Quãdo † aliqui electionibus, poſtulationi- 18
bus, vel prouiſionibus dignitatum, perſonatuum,
vel aliorum eccleſiaſticorum beneficiorum, ſe
opponunt, non pro ſuo iure tuendo, ſeu conſer-
uando; ſed ius alterius etiam in genere impugãt,
proponendo, aliqua contra electionis, poſtula-
tionis, ſeu prouiſionis formam, aut perſonas eli-
gentium, vel electi, ſiue illius cui erat prouiſio
facienda, vel facta, & propter hoc contigerit ap-
pellari

Digitized by Google

pellati ad ſummum Pontificem, aut etiam inferiores *gl. in c. vt circa in verbo appellari hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 36. de appell. in nou.* in appellatione, & datione procuratoris, ad appellandum, ſeruari debet cap. 1. c. vt circa, cap. procurator, hoc tit. in 6; ac in iuramento, quod obiecta credit eſſe vera, & ſe poſſe probare, c. is qui contra hoc tit. in 6. *Rot. dec.* 17. *de procur. in nou.* nec non in tertio veniēte ad proſecutionem appellationis inchoatæ, vel admiſſo ad proſecutionem proprij, vel cōmunis intereſſe, renuntiatione per appellantē introductæ appellationi, & proſecutione querelæ; ſeruanda eſt clem. cōſtitutionem, hoc tit. dictiq; canones locū habent, vbi per competitorem, vel oppoſitorem quēlibet appellātem extraiudicialiter, in formam, aut perſonas, defectus, vel crimina opponuntur; ſed non obtinent, quando quæ opponuntur directe, & non ſecundario reſpiciunt ius ipſius eccleſiæ, vel ius opponentis perſonæ: *d. Clem. conſtitutionem in princip. c. conſtitutio hoc tit. in 6.* & hæc appellatio extraiudicialis cauſat deuolutionem, & habet vim citationis: *Franc. in c. primo n. 6. hoc tit. in 6. & Can. per illum textum dicitur infra tit. de appell. appellatio alia eſt extraiudicialis &c.* quando in iudicijs in huiuſmodi negotijs appellari contingit, anteriora iura ſeruari debent: vt ſi in iudicio appelletur ab interlocutoria, exprimatur grauamen; ſi à difinitiua ſufficit dicere appello ab iniqua ſententia. *c. conſtitutio hoc tit. in 6. & ibi poſt gl. in verbo anteriora*
19 *Ioan. And. & Can.* Electus † in concordia, cuius confirmatio immediate ſpectat ad ſummum Pontificem, valde remotus, poteſt adminiſtrare, interdicta alienatione, in temporalibus, & ſpiritualibus: *c. nihil eſt in fine hoc tit. & ibi Pan. num. 9.* alias electus adminiſtrationi ſe immiſcens, ſub quocunque colore, vel nomine, ante confirmationem, ipſo iure eſt priuatus iure, ex electione quæſito; redditurque ineligibilis, & inhabilis, ad conſequendum amplius ex poſt, ius ad idem, vel aliud beneficium; quia electio fuit caſſata, vitio ſuæ perſonæ, *c. ſuper eo hoc tit. Pan. in c. qualiter n. 8. Archid. in c. auaritia & ibidem Can.* Quæ pœna locum habet in quocunque electo, ad cathedralem eccleſiam, & ad aliud, quodcunque beneficium electiuum, *Franc. in d. c. auaritia numero ſecundo, Creſcent. deciſ. 6. n. 11. & 12. de iure pat.* non debet recipi ab eccleſia, & recipientes ſunt priuati ipſo iure, poteſtate eligendi, ea vice, *gloſſ. in c. bona memoriæ mag. hoc tit. in verbo licentiam c. quanto & ibi gl. in verbo ſuſpendimus de translat. epiſcop. &c.* & ſuſpenſi à perceptione ſuorum beneficiorum, donec ſedis apoſtolicæ meruerint gratiā obtinere. *extrauag. prima hoc tit. inter communes.* Dicitur ſe immiſcere, recipiendo tam à clericis, quam à laicis iuramenta, cenſus, aut debita, excommunicando, abſoluendo, *d. c. qualiter & ibi gl. in verbo adminiſtrationi hoc tit. d. c. auaritiæ hoc tit. in 6. Creſcent. deciſ. 6. de iurepat. c. bon. mem. el. primo, in princ. de elect. &c:* non ſufficit probare, quod electus poſſeſſionem acceperit ante confirmationem, vel quod fecerit ſe œconomum, vel procuratorem conſtitui; quia in caſu c. auaritiæ, ex poſſeſſione, vel procuratione, non præſumitur fructuum perceptio, vt quis in pœnam illius incidat; ſed probanda eſt adminiſtratio in temporalibus, & ſpiritualibus, videlicet quod moniales, abbatiſſæ electæ obedientiam præſtiterint, ſiue iuramento, ſiue ſimplici promiſſione; quia conſtitutio pœnalis puniens facientem, non ligat parantem ſe ad faciendum: *gloſſ. in d. cap. auaritiæ in verbo eo ipſo & ibi Franc. numero quinto, & Archid. Pan. in d. c. qualiter in princ. Put. deciſ. 45. lib. 3.* ceſſant dictæ pœnæ, ſi adminiſtrauerit de licentia legitimi ſuperioris, *gl. in d. c. auaritia in verbo procurat. & ibi Archid.* vel electo competierit ex priuilegio, vel conſuetudine adminiſtratio eccleſiæ vacantis. *Ioannes Andreas in d. c. auaritia & ibi Franc. ſub n. 2. circa finem, verſ. in eadem gloſſ. vbi ponit. 6. caſus in quibus electo conceſſa eſt adminiſtratio.* Confirma-
tio † electi gradatim procedit, vt appellatio, *c. dilecti el. 3. de appell. Rot. deciſ. 196. numero ſeptimo, p. 2.* 20
& petenda eſt à proximo ſuperiore. Epiſcopus habet confirmationem ſubiectorum, niſi probent exemptionem, *c. cum monaſterium hoc tit. Innoc. in c. in ſingulis numero tertio, de ſtat. monach. Put. deciſ. 39. de præb.* Archiepiſcopus epiſcoporum, *c. cum dilectus hoc tit c. fin. 64. diſt.* Archiepiſcoporum primas ſiue Patriarcha, *c. mos antiquus 65. diſt.* Patriarcharum Papa, *c. ſcriptum hoc tit.* item Papa Imperatorem confirmat, *c. venerabilem hoc tit.* Regulariter ad eum pertinet confirmatio, & perſonæ examinatio, ad quem pertinet manus impoſitio *d. c. venerabilem §. primo, c. cum nobis olim. §. his agitur & c. qualiter hoc tit.* Hodie cathedrales eccleſiæ ſunt reſeruatæ ſummo Pontifici, & ſedi Apoſtolicæ, per regulas Cancellariæ; & in Allamannia, per concordata Germaniæ, confirmatio

electionum celebratarum in metropolitanis, &
cathedralibus eccleſijs: ſi confirmatio eſt nulla
ex defectu iuris confirmantis, adminiſtrans poſt
confirmationem incidit in pœnam d.c. auaritiæ;
quia decretum iudicis inualidum nunquam ex-
cuſat à delicto. *l.meminerint C. vnde vi Bart.in l.iu-
ſte poßidet quæſt. fin. ff. de acquir. poſſeß. Fel. in c.illud
poſt num.5. ff. de praſcript. Roman. conſ.330. num.22.
Rot. diuerſ. deciſ.11.part.3. libr.3. Rot.deciſ.6.hoc tit.
in nou.*

21 Confirmatio † fit vocatis vocandis, & cum
requirat cauſæ cognitionem, extra diœceſim fieri
non poteſt; *Pan.in c.nouit numer.5. de offic. leg. & ibi
Can.* collectus vel oppoſitor nominatim eſt ci-
tandus, alias ſufficit generalis, & publica, *c.1. &
ibi gl. in verbo publice de poſtul. prælat.* citatio, in Ec-
cleſia, in qua fuit facta electio, cum aſſignatione
peremptorij termini, & adhibita plena cauſæ co-
gnitione, per confirmatorem iuxta bullam Gre-
gorij XIV. datam 1591. Idibus Maij & c. 1. ſeſs.
24. in contradictorio iudicio inter partes, vel ex
mero ſuo officio, *c. cum nobis hoc tit.* etiamſi nihil
electo obijciatur, *c. cum nobis olim c. venerabilem
verſ. eſt enim generaliter hoc tit. c. quid eſt cito 78. diſt.
c. cum ex iniuncto de hæret. gl. in d. c. nihil in verb. exa-
minet.* ſuper proceſſu electionis, in loco, vbi cele-
brata fuit electio: *c. ſcriptum verſ. de ſtudijs hoc tit.*
& qualitatibus perſonæ electæ: *c. nihil hoc tit. c. ſi.
hoc tit. in 6. c. quicunque el 1. ſeß. 22. c. 1. ſeſſ. 24. bulla
Gregorij Papæ XIV. de for. fact. prot. & inquiſ. ex præ-
ſcripto Concilij Trid. Innoc. in c. cum olim nu.1. & 2. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.* in loco vbi nata fuit, & diu-
ties conuerſata: *d.c. ſcriptum & c. per apoſtolica & ibi
Pan. n.2. c.3. hoc tit. l. nemini & ibi Bald. in 3. not. C.
de adu. diuerſ. iudic.* nec non qualitatibus contra-
dicentium, in eadem plebe cui ordinandus eſt:
c. illud 23. diſt. habetque vim definitiuæ ſententiæ,
*gl. in d.c. fin. in verbo inanes & ibi Franc. nu. 7. & An-
char. in 5. quæſt.* quando fit in ordinato iudicio cũ
contradictore, & ab ea appellatur vt à definitiua:
c. conſtitutio hoc tit. in 6. quando fit ex mero offi-
cio, nullo contradictore comparente, habet vim
decreti extraiudicialis, vel interlocutoriæ; *Ioan.
Andr. in c. auaritia in glo. ſuper verbo pœnam verſ. ſol-
uendo vtiliter & ibi Gemin. ſub num.7. verſ. ſecundus
caſus & verſ. ſeq. de elect. in 6. Franc. in c. conſtitutio
el 2. nu. 9. de appell. & ibi Pan. pulchre nu. 14. Franc.
Marc. quæſt. 1182. nu. 18. p. 1. Franc. Marc. quæſt. 392.
nu. 2. p. 1.* poteſtque fieri extra propriam diœce-
ſim, *Franc. in c. fin. nu. 9. hoc tit. in 6. Iaſ. in l. fin. n. 4.
ff. de iuriſd. omn. iud. Gonzal. ſuper reg. de Cancell. de
menſ. & alternat. gloſ. 62. n. 8. Garc. de benef. p. 5. c. 8.
num. 141. & ſeq.* quia tunc eſt voluntariæ iuriſdi-
ctionis: Quod ſi appelletur per electum à dene-
gatione confirmationis, vel caſſatione electio-
nis, ad curiam Romanam; auditor qui pronun-
ciat bene appellatum eſſe, vel reuocat caſſatio-
nem electionis, vel pronunciat electionem ca-
nonicam, poteſt electionem ſeu electum confir-
mare, abſque alia commiſſione: *Rot. deciſ. 2. hoc
tit. in nou. per clement. auditor de reſcript.* confirma-
tiones aliter factas d.c. fin. viribus omnino care-
re, irritasque & inanes decernit; ſalua ergo ma-
net electio, *c. ſi confirmationem hoc tit. in 6.* & de
nouo peti poterit confirmatio, non quidem ab
eo, qui confirmationem inutiliter fecit, aut de-
negauit, qui eam reuocare non poteſt, *gl. in d. c. fi.
in verbo inanes & ibi Can.* ſed ab eius ſuperiore, *cle-
ment. auditor & ibi gloſ. in verbo debitũ de reſcript.
Zab. num. 12. & Can. Bell. deciſ. 620. Creſcent. deciſ.
12. nu. 3. de iurepat.* Confirmatus † neglecta iſta 22
ſolemnitate & adminiſtrans ſiquidem errauerit
in iure, incidit in pœnam d.c. auaritiæ; quia eſt er-
ror, iuris regularis, & notorij; ſi errauerit in fa-
cto, credens citationem & vocationem factam,
excuſatus, quia iſta citatio eſt officium ſuperioris,
& non partis. *gl. in d.c. fin. in verbo inanes & ibi An-
char. quæſt. vlt. Gemin. in gl. ſuper in verbo inanes Rot.
deciſ. 6. nu. 5. hoc tit. in nou.* Confirmatione facta
de indigno, ſiquidem incaute, confirmatus deij-
citur, confirmans ipſo iure eſt priuatus, poteſta-
te confirmandi primum ſucceſſorem, *c. nihil iſt &
ibi gl. in verbo careat c. ne pro defectu c. cum in cunctis
in fine hoc tit.* & à proprij beneficij perceptione à
ſuo ſuperiore, ſine præuia admonitione per ſen-
tentiam ſuſpenditur, *d. c. nihil & ibi gl. in verbo ſu-
ſpendatur & ibi Can.* quouſque eius indulgentiam
valeat promereri: ſi vero per malitiam conuictus
fuerit, in hoc exceſſiſſe, grauiori ſubiacet vltioni
arbitrio ſuperioris, *d. c. nihil c. ſi quis ſine & ibi gl. 1. c.
quicunque 81. diſt.* & imponetur pœna depoſitio-
nis, *c. tantis 81. diſt.* Quinto † electus petere de- 23
bet confirmationem per ſe aut procuratorem
ſuum, *c. cum dilecta de reſcript. c. quam ſit §. fin. hoc
tit. in 6. gloſ. mag. in c. ſi electio in verbo aliam hoc tit.
in 6* intra tres menſes, poſt conſenſum electioni
præſtitum, alias electio eo ipſo viribus euacua-
tur; quæ reuertitur ad eligentes: *c. ſi electio & ibi
Ioan.*

Digitized by Google

Ioan. Monach. hoc tit. in 6. à qua pœna ipſum excuſat, iuſtum impedimentum, etiamſi procuratorem non cõſtituerit, quia ex quo cauſa eſt ardua, non tenetur conſtituere procuratorem; *c. querelam de procur. & ibi gl. in verbo detentus Franc. in d. c. quam ſit §. cæterum nu. 3. hoc tit. in 6. gl. in c. ſi electio in verbo aliam hoc tit. in 6. Mynſ. obſ. 58. cent. 4.* aut ſi electores petant, electo tunc nihil petente, *c. cum inter canonicos c. cum dilectus & c. dudum el 2. hoc tit.* vel amicus eius nomine ſine mandato electo poſtea ratum habente, intra lapſum dictorum trium menſium, *gl. in d. §. cæterum, in verbo electio & ibi Anch. & Franc. poſt nu. 3. & Can.* Si ſuperior renuit electionem confirmare, nulla legitima cauſa in contrarium exiſtente, confirmandus debet recurrere, ad ſuperiorem confirmatoris, vt ipſi præfigat certum terminum ad confirmandum, etſi intra terminum non confirmauerit, poteſtas deuoluitur ad eum, nam ad confirmandum vel inſtituendum non reperitur tempus præfixum à iure, *Pan. in c. 3. n. 8. hoc tit.* In confirmationibus cathedralium, vel regularium eccleſiarum, quæ ex immediata ſubiectione vel appellatione, habent peti à Papa, vel etiam legato à latere, non alijs legatis, niſi id eis à ſede apoſtolica ſpecialiter ſit commiſſum, *c. ſi abbatem §. fin. hoc tit. in 6.* Ser-
24 uanda † eſt decretalis Nicolai quinti *cupientes de elect. in 6.* approbata per concordata Germaniæ; ac in electionibus celebratis in Metropolitanis ac cathedralibus eccleſijs immediate non ſubiectis, & monaſterijs, etiam quæ per priores reguntur abbati non ſubditos, *Ioan. Monach. in d. c. cupientes nu. 16.* pro quibus ad Romanam curiam mittere, ſeu venire conſuetum eſt, licet ſedi apoſtolicæ non ſint immediate ſubiecta: quæ ſtatuit vt electi intra vnum menſem, poſt conſenſum, vel poſt obtentam de ipſorum electione notitiam, ad ſedem ipſam, etiam eum vacat, *Clem. ne Romani §. fin. de elect.* iter arripiant, & ex tunc ſiue intra præſcriptum tempus iter arripuerint, ſiue non, quam cito poterunt commode, cum omnibus actis & munumentis, ſub denegatione dilationis pro illis, alibi quam apud ſedem apoſtolicam exhibendis, *§. inſuper v. electos in d. c. cupientes §. item placet vobis quod in metropolitanis & §. ſeq. in concordatis germaniæ*, coram ſummo Pontifice perſonaliter, aut ſubſiſtente iuſta cauſa impedimenti, per procuratorem ſufficiẽter inſtructum, vel coram legato generali in illa prouincia, *Ioan. Monach. in c. cupientes nu. 17. & ſeq. Anch. ſub num. 1. circa finem verſ. ſed circa hoc dubitetur*, qui appellatione ſedis apoſtolicæ venit, præterquam in materia ſoli Papæ reſeruata, *gl. in c. ſi abbatem in verbo tranſeundi hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 4. Gemin. num. 5. Imol. in clem. quia contingit ſub numer. 9. verſ. iuxta præfata quærit, Zab. in 8. quæſt. de reliq. domib. gl. in c. ſi poſtquam in verbo ad ſedem apoſtolicam hoc tit. in 6. Io. Andr. in c. quod translationem & in c. niſi ſpecialis & ibi Can. de off. legat.* comparere teneantur, alias ſunt priuati omni iure, ex electione quaſito, & pertinet prouiſio ad Papam, *d. §. inſuper & ibi Archid. dicens quod ſic ſeruat curia. ſed gloſ. ibidem in verbo priuatos dicit de iure electionem reuerti ad capitulum & canonicos quando non deliquerunt in perſonã vel formam per c. ſi electio hoc tit. in 6. & ibi Io. Monach.* prout latius in d. c. cupientes, in quo primum tractatur de electis in concordia 2. de electis in diſcordia, 3. de poſtulatis, 4. de recuperandis expenſis: *d. c. cupientes* non habet locum in electionibus ad principales dignitates collegiatarum eccleſiarum, vt inquit gloſ. 1. in d. c. cupientes, quia per concordata Germaniæ §. de cæteris, ſunt reſeruatæ ſedi apoſtolicę, niſi eis à ſummo Pontifice conceſſa ſit electio ex priuilegio, cuius tenor tunc eſt ſeruandus. Ad † excipien- 25
dum de defectu formæ, contra electionem ſoli canonici de eccleſia, vel alij habentes vocem ad talem electionem, vel confirmationem, *Felin. in c. ſuper his num. 14. Innoc. nu. 3. circa finem hoc n. 46. & 48. atteſtans de ſtylo Curiæ de accuſ. c. vt circa & ibi Franc. num. 5. & Can. hoc tit. in 6.* & illi, ex quorum gremio, aſſumendus eſt prælatus, *c. abbate de verb. ſignificat.* & non alij admittuntur; & ante confirmationem nihil debent probare, *c. cum nobis olim c. nihil eſt hoc tit. c. fin. hoc tit. in 6. & Can.* ea ratione, quia negantis factum videlicet electionẽ non canonicam, nulla eſt probatio, ſed electus debet probare electionem canonicam; *6. quæſt. ſi. c. accuſator c. bon. memor. mag. §. porro hoc tit. Pan. in c. 3. nu. 7. de elect.* niſi per confeſſionem aduerſarij, aut alios conſtet de facta electione; quo caſu, aduerſario incumbit onus probandi, eandem non eſſe canonicam; *l. ab ea parte, §. fin. & ibi gl. ſi. & DD. ff. de prob. l. ſi ſcriptum C. de prob. cap. 1. §. adijcientes hoc tit. in 6.* quia de facto conſtat, & hæc eſt negatiua iuris, ſeu formæ, & qualitatis: *c. bon. mem. el 1. & ibi gloſſ. in verbo per rerum naturam & Can. hoc tit. gl. 1. in c. accuſator 6. quæſt. 5. & ibi Gemin.*

Digitized by Google

min. & DD. Si vero poſt confirmationem obijciatur, defectus formæ tunc obijciens probare debet; nemo enim cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, *Hoſt. in c. cum olim de dol. & cont. nu. 7. Boick. in c. innotuit num. 7. de eo qui furt. ordinem ſuſc.*
26 *Archid. in c. presbyter n. 3. 78. diſtinct.* Ad † opponendum, ſeu excipiendum contra perſonam electi, admittuntur illi, quorum intereſt, de quo opponi debet ante litem conteſtatam, *Felin. in c. ſuper his num. 18. verſ. 5. concluſio de accuſ.* puta parochianus, patronus, & ſimiles, & non alij laici; clerici vero indiſtincte admittuntur. *Felin. in c. ſuper his num. 15. Innoc. nu. 7. Socin. nu. 46. & 48. atteſtans de vſu Curiæ de accuſ. c. vt circa & ibi Franc. num. 5. & Can. hoc tit. in 6.* Obiectorum autem defectuum, & criminum ſpecificatio, & examinatio fit iuxta cap. primum, c. vt circa, & c. ſi forte c. is qui contra hoc tit. in 6. & clem. conſtitutionem eod. tit. & ibi not. per gloſſ. & DD; nam pœnas c. 1. §. adijcientes & ſi q. hoc tit. in 6. incurrit, non ſimpliciter appellans, ſed is, qui opponit, & probandi onus aſſumpſit. *gl. in d. § adijcientes. in verbo defecerit primo Franc. numero 6. & Can.* Is qui plene non probauerit, quod in formam opponit, nam ſemiplena probatio hoc caſu non excuſat à calumnia, ad expenſas, quas propter hoc altera pars ſe feciſſe docuerit, cõdemnatur: *d. c. 1. §. adijcientes Franc. numero tertio*, Qui vero in probatione defecerit, ius quod obijcit in perſonam electi, triennio à beneficijs eccleſiaſticis, quæ in illa eccleſia obtinet, de cuius prouiſione, & ordinatione agitur, nouerit ſe ſuſpenſum: *d. c. 1. §. qui vero c. ſi compromiſſarius in fine hoc titul. in 6.* ad quæ ſi intra illud tempus, propria authoritate, ſe ingeſſerit, eis, ipſo iure, perpetuo eſt priuatus; *d. c. 1 §. qui vero & ibi Can.* quod ſi opponens in illa eccleſia, non habet beneficium, tunc punitur pœna extraordinaria: *gloſſ. penult. in d. c. ſi compromiſſarius & ibi Can. communiter*, & ſi opponatur electo defectus ætatis, ſcientiæ, natalium, ipſius defectus oppoſitio, vel qualitas, nequeunt poſtea reuocari, *c. ab eo hoc tit. in 6.* Ad iſtas oppoſitiones requiritur ſpeciale mãdatu *n. c. procurator §. habeatq; & ibi gloſſ. in verbo mandatum hoc tit. in 6. Clem. non poteſt de procur. & vtrobique Can.* imo procurator ad agendum, vel defendendum, iurandumque de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia quæ ſpeciale mandatum exigunt, conſtitutus, ſiue cauſa electi vel beneficiati, pendeat coram metropolitano, ſiue alio ordinario, ſiue in Romana curia per appellationem, ſiue aliter quam per appellationem; poteſt opponere in formam, vel perſonas eligentium, aut prouidentium; ſed non poteſt opponere defectus, & crimina contra electum, vel eligendum, aut beneficiatum: *Clem. non poteſt & ibi gloſ. in verbo in perſonam & verbo elect. de procur. & Can. Lap. alleg. 69.* quæ eſt notabilis limitatio, ad c. qui ad agendum de procurat. in 6. ratio diuerſitatis eſt, quod is, qui non plene probat obiecta in formam, aut perſonas eligentium ſeu prouidentium, condemnatur tantum in expenſas, quæ non eſt pœna reſpectu recipientis, ſed ſoluentis: *c. fin. in fine de reſcript. & ibidem Ioan. And. & Can.* ſed ſtatus obijcientis crimina & defectus, contra electum vel beneficiatum, vt dictum eſt, periclitatur & diminui poteſt, ex eo, quod ſi in probatione defecerit, à beneficijs eccleſiaſticis, quæ in illa eccleſia obtinet, *c. ſi compromiſſarius de elect. in 6.* triennio eſt ſuſpenſus, ad quæ ſi intra illud tempus propria authoritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuo eſt priuatus, abſque vlla ſpe ſeu fiducia miſericordiæ, *c. 1. §. fin. de elect. in 6. & ibid. Can. gloſſ. in d. clem. non poteſt in verbo electi & ibidem Can. Lap. d. alleg. 69.* & clauſula generalis non includit cauſas, expreſſis maiores. *l. obligatione §. de pign. & hypoth. cum alleg. ibidem per gloſſ. c. fides de reſcript. & ibi gloſſ. & Can.* Contra perſonas vero iudicis, teſtium, procuratoris, aduocati, & ſimilium poteſt procurator criminã & defectus excipiendo apponere, ſine mãdato ſpeciali; quia huiuſmodi exceptio ſolum opponitur, vt non præſtetur inde vllum ſuffragium aduerſario; non autem vt in aliquo puniãtur vel grauentur; *Vitall. in d. clem. non poteſt, poſt gloſſ. in verbo in perſonam, n. 28. & Can. c. per inquiſitionem & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* Deficiens in probatione vnius obiectorum in perſonam, excluditur à proſecutione, omnium aliarum exceptionum, *Franc. in c. ſi forte num. 3. poſt Io. And. & alios hoc tit. in 6. d. c. ab eo §. cum enim.* & de alijs obiectis ſuperior inquirit ex officio: *gl. in d. c. ſi forte in verbo initium & ibi Can.* ſi vero ex pluribus obiectis, contra electum, vel beneficiandum probauerit ſolum vnum, quod ad caſſationem electionis, ſeu prouiſionis, ſufficiat, nõ incurrit pœnam ſuſpenſionis impoſitam, per d. c. 1. §. qui vero; quia illa prodita eſt in odium illorum, qui ordinationem eccleſiarum impediunt; ſed is qui vnum probauerit,

Digitized by Google

uerit, non eſt in fraude: *gl. in d. c. 1. §. qui vero in verbo defecerit 2. & Can.* Si obijciat crimen ante confirmationem, non tenetur ſe inſcribere, quia crimen hoc modo probatum, impedit promouendum, non deijcit promotum: *c. ſuper his de accuſ.* Si vero obijciat crimen, poſt confirmationem, & confirmatus nullum aliud ius expectet, non admittitur, in modum exceptionis ad impediendum electionis, & confirmationis effectum: Sed poſtquam ipſius dignitatis pacificam poſſeſſionem fuerit aſſecutus, poteſt accuſari vel denunciari: *c. conſtitutus el 2. in fine de appell.* Si vero aliud ius expecter, admittitur exceptio, ſed ad extraordinariam pœnam, ſecundum arbitrium iudicis diſcreti, citra vinculum inſcriptionis, excipiens eſt aſtringendus, ſi defecerit in probatione, pro eo, quod crimine ſic probato perdit, quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquiſitum, ſed ob hoc prius habita non amittit. *c. ſuper his §. poſt confirmationem de accuſ. &c. d. c. cum in cunctis §. cum vero & ibi gl. in verbo ad quem ſpectat & Can.* Obiectio contra perſonas eligentium proprie dicitur in formam, *Franc. in c. 1. num. 5. hoc tit. in 6.* Vt quia ſunt excommunicati maiori ſententia, vel ab homine ſuſpenſi, *d. c. inter hoc tit. c. cum dilectus de conſuetud.* Vel quia priuati à canone, vt quia ſcienter elegerunt indignum, *d. c. in cunctis hoc tit.* Vel ſunt infames, quibus ſunt actus huiuſmodi legitimi interdicti, & eligere eſt actus legitimus: *c. ſolet de ſent. excomm. in 6. ad fin.* nec obſtat, quod in c. vt circa hoc tit. in 6. ponuntur vt diuerſa, obijcere in formam, & contra ipſos eligentes: quia hoc fit propter ſimilitudinem, quam habent, obiectus contra eligentes, & electos, ſcilicet criminum & defectuum, *Io. And. in d. c vt circa num. 11.* Et quoad modum eos ſpecificandi, non quoad pœnam non probantis. *Franc. in c. 1. hoc tit. in 6. n. 5. & ibi Gemin. ſub nu. 10. in gloſ. ſuper verbo perſona.*

27 Confirmatio † tribuit ius in re, *gloſ. in c. cum veniſſent. in verbo renunciauit, de in integ. reſtit. iuncto c. 2. §. ſicut etiam de translat. epiſcop. &c. & ibi gl. in verbo confirmatus & vtrobique DD. Rot. deciſ. 6. hoc tit. in nou.* quando procedit electio canonica: *c. cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & ibi gloſſ. 1.* administrationem temporalium & eorum, quæ ſunt iuriſdictionis, *c. noſtis c. tranſmiſſum hoc tit. & ibi gl. fin. c. 1. de translat. c. auaritia & ibi gloſ. in verbo confirmetur hoc tit. in 6.* & dignitatis epiſcopalis, vt eſt cognitio cauſarum matrimonialium, conceſſio indulgentiarum, & alia notata in c. accedentibus de exceſſib. præl. *Pan. in c. accedentibus numero quarto de exceſſ. Prelat.* Et iam archiepiſcopo, *gl. pen. mag. in c. 1 de translat. epiſcop. &c. & ibi Pan. numero 9.* (non quæ ſunt ordinis) *gloſ. fin. in d. c. tranſmiſſam.* poſt expeditas litteras apoſtolicas, *extrauag. 1. de elect. inter communes late Garc. de beneſ. p. 5. c. 4. §. 3. nu. 242. & ſeqq.* etiam ante inueſtituram, ſiue inſtallationem ſiue inductionem in poſſeſſionem, *late Pan. in c. tranſmiſſam poſt nu. 3. hoc tit. Felin. in c. ne Dei timorem numero 2. & ſeqq. de Simon. Rot. diuerſ. deciſ. 182. numero 3. 5. & 6. p. 2. Zab. in clement. ſi plures in fine de prab. & ibi Can.* niſi alius ſit in poſſeſſione, quo caſu requiritur vt inducatur in poſſeſſionem, per iudicem, etiamſi aduerſarius iniuſte poſſideat. *Pan. in d. c. tranſmiſſam ſub numero tertio hoc tit. Franc. Marc. quaſt. 49. p 1.* In regno Germaniæ ſummi Pontifices à ſe confirmatis epiſcopis concedunt bullas hortatricas Imperatorum de inueſtitura regalium & feudorum, quæ per ſceptrum recipiunt iuxta concordata inter l. m. Calixtum Papam ſecundum & Henricum quartum Imperatorem inita. *Naucler. generat. 28.* Idem obtinet in Abbatibus & Præpoſitis S. R. Imp. Principibus aut ſtatibus. In Hiſpanijs conſuetudo eſt de obtinenda cedula regis pro capienda poſſeſſione epiſcopatus, *Rot. Farin. deciſ. 343. ſub numero primo, parte ſecunda.* Et in ſignum ſuperioritatis regis manus deoſculantur. *Franc. Marc. deciſ. delph. 454. numero 13. parte 1.* In Francia Epiſcopi poſt conſecrationem *Arnul. Ruzæus de iure reg. priuil. 59. Philip. Prob. de iure reg. quaſt. 2. numero 6. & ſeqq. dicens praſtari ante conſecrationem*, præſtant iuramentum fidelitatis regi præſentialiter. *Arnul. Ruz. de iur. reg. priuil. 43. n. 3. per doctr. Bald. in l. 1. num. 45. de rer. diuiſ.* etiamſi ratione temporalium non ſint vaſalli propter multitudinem populi regi ſubiecti, quem in ſpiritualibus regendum ſuſcipiunt, *Ægid. Magiſter de regal. c. 6. per c. in ſynodo 63. diſt.* Stola ad collum poſita, & manu ad pectus. *Io. Ferald. de iurib & priuil. regni Franciæ priuil. 9. & 10.* In literis confirmationis ſiue etiam prouiſionis cathedralium, & ſuperiorum eccleſiarum, de ſtylo non exprimitur nomen ſancti: *gloſ. in c. quamuis pleniſſima in verbo non extendit de prab. in 6. c. dudum 1. & 2. c. cumana. c. ſacroſancta hoc tit. Gemin. in c. præſentium 2. 3. de teſt. in 6.* Idem obtinet in eccleſia in loco

Digitized by Google

inſigni. & pro matrice habita, etſi vere cathedralis non ſit: c in cauſa carpen. de verb. ſignif. c. cum ideo de reſcript. c. 1. de mut. pet. c. ſicut tuis de ſimon. in cæteris eccleſijs, expreſſio nominis ſancti eſt neceſſaria. d. c. quamuis & ibi gl. in verbo non extendit Io. And. num. 3. Lap. alleg. 16. num. 4. Præterea per confirmationem fœdus matrimonij cum eccleſia fit ratum, c. 2. & c. fin. de translat. epiſcop. &c. vacatio eccleſiæ durat, vſque ad confirmationem: gloſ. in clem. 1. in verbo collato vt lite pendent. &c. Felin. in c. cum Bertol poſt num. 3. de re iud. Rot. deciſ. 6. hoc tit. in nou. poſt confirmationem non poteſt renunciare, niſi in eius manibus, ad quem ſpectat confirmatio: quia ad quem ſpectat inſtitutio, ad eum ſpectat deſtitutio Zab. late in clement. 1. num. 16. de renunc. requiſito conſenſu eligentium: Anch. in clem. prima in 3. not. de renunc. Zab. numero 18. & Can. vel admiſſa reſignatione, per eum, ad quem ſpectat confirmatio, electores, quia noua eſt vocatio, habent tempus integrum ad aliam electionem faciendam. c. ſi electio hoc tit. in 6. & ibi gloß. & DD. Electo moriente in curia ante confirmationem dignitas non cenſetur vacare in curia, ſi poſt confirmationem à qua non fuit appellatum, moriatur in curia, vacat in curia. Zab. in clem. prima, numero 16. vt lit. pend. &c. Rot. deciſ. 6. hoc tit. in nou. numero ſecundo, Item abbatibus tribuit confirmatio adminiſtrationem temporalium, & exercitium iuriſdictionis, c. ſicut tuis & ibi gl. in verbo anathematis de Simon. c. cum in eccleſijs de maior. &
28 obed. & electus † ac confirmatus, etiam ante benedictionem, acquirit nomen abbatis, c. meminimus de accuſ. c. 1. de ſuppl. negl prælat. c. inter monaſterium in fin. de re iud. Felin. in d. c. meminimus num. 2. & beneficia eius vacant, Felin. in c. inter monaſterium, numero primo, & ſecundo, de re iud. Gig. de penſ. quæſt. 56. n. 5. fr. de pauinis de off. & poteſt. ca. ſed vac. prælud. 7. num. 16. quia benedictio abbatis non confert nouum ordinem, licet conferat aliquid plus de nouo: late Franc. aretin. in d. c. meminimus numero ſeptimo, & pluribus ſeqq. Felin. in d. c. inter monaſterium numero ſecundo, idem iuris eſt in electa & confirmata in abbatiſſam, Franc. in d. c. indemnitatibus num. 5. not. & §. verum n. 3. hoc tit. in 6. Priora beneficia electi ad dignitatem epiſcopatu inferiorem in Romana curia confirmati, vacant vbique, poſt pacificam poſſeſſionis apprehenſionem, ſiue per eum ſteterit, quo minus poſſeſſionem adipiſcatur, & non antea, gl. in d. c. clem. 1. in verbo collato & ibi Zab. n. 18. & Can. vt lit. pend. &c. Rot. deciſ. 35. de præb. in antiq. Archid. in c. commiſſa numero primo, & ibi Ioannes Andreas numero primo, de elect. in 6. Electus in epiſcopum, repulſus à confirmatione, vel conſecratione ex primo titulo retinet priora beneficia, c. ſuper his de accuſ. Ioannes And. in c. ſi tibi conceſſo numer. 3. de præb. in 6. quod ſi electus ante confirmationem, aut electus & confirmatus ante conſecrationem, ex ægritudine aut alias fit inhabilis, remouetur, c. primo de æt. & qualit &c. & ab eccleſia vitæ neceſſaria recipit. c. quamuis 7. quæſt prima gloſ. in ſumma 7. quæſt. 1. & ibi Gem. in. in fine & Can. Confirmatus † tenetur 29
ad conſecrationem, intra tres menſes, recipiendã c. primo in fine & ſecundo 25. diſt. c. cum in cunctis, §. cum vero & ibi gl. in verbo tempore hoc tit. c. ſi electio & ibi gl. in verbo alium hoc tit. in 6. per quam matrimonium cum eccleſia conſummatum dicitur: c. 2. & c. fin. & ibi Pan num. 4 & 10 de translat. epiſcop. & c. fit tantum hora tertiarum, c. primo, in princ. 75. diſt. & die dominico, c. quod die & ibi gl. 1. 75. diſt. c. fin. 51. diſt. præmiſſa cauſæ cognitione, c. 1. in princ. 75. diſt. c. qui epiſcopus 23. diſt. quia tempore conſecrationis, poterit contra ipſum excipi de crimine; ſed objiciens, citra vinculum inſcriptionis, ad pœnam extraordinariam, ſecundum arbitrium iudicis, eſt aſtringendus, ſi deficiat in probando, vt dictum eſt ſupra, §. excipiendum. Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis, in metropolitana eccleſia, c. fin. 51. diſt. c. metropolitano 63. diſt. conſecratur; id eſt in conſecratione facienda, omnium ſuffraganeorum requiritur aſſenſus, ſed ad ſubſtantiam eius ſufficiunt tres, c. ſi Archiepiſcopus & c. ſeq. & ibi Pan. de temp. ordin. c. 1. & 2. 66. diſt. Comprouinciales epiſcopi, cæteris conſentientibus, vel eorum maiori numero, ab Archiepiſcopo, cum duobus aut tribus comprouincialibus, vel eo iubente, c. quod ſedem de off. ord. à tribus comprouincialibus epiſcopis, cõſecrantur, c. 1. 2. & 3. 65. diſt. c. 1. & 2. & ſeqq. 64. diſt. c. quod ſedem de offic. ordin. ibi, vbi Archiepiſcopus elegerit; c. fin. 51. diſt. ex decretis Concilij Tridentini, in eccleſia, ad quam promoti fuerunt, ſi extra Romanam curiam fiat conſecratio; aut in prouincia, ſi commode fieri poterit: c. 2. ſeſ. 23. ſi prouinciam primatem habere conſtiterit, non licet metropolitano abſque conſcientia eius, epiſcopum conſecrare, c. epiſcopus in fine & cc. ſeqq. 65. diſt. Conſecratio † tribuit poteſtatem eorum, 30
quæ

quæ pertinet ad ordinem epiſcopalem, *d. c. tranſmiſſam & ibi gl. fin. & Can. c. quamuis 68. diſt.* qualia ſunt, ordinare, chriſma conficere, chriſmare, conſecrare eccleſias, & cætera enumerata, *in c. quamuis 68. diſt. & in c. aqua, de conſec. eccl. vel altar.* imo ante conſecrationem, non poteſt dici epiſcopus, ſed debet appellari electus, quantumcunque etiam ſit confirmatus, vel prouiſus per Papam: *c. tua de his quæ ſunt à præl. & c. c. noſti hoc tit. Pan. in d. c. cum in cunctis §. cum vero ſub numer. 6.* Archiepiſcopus confirmatus & conſecratus, ante acceptum pallium, ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, exercere non poteſt, ſed confirmatus alij epiſcopo, poteſt demandare. *c. quod ſunt §. 1. verſ. præterea & c. ſuffraganeis hoc tit gl. penult. mag. in c. 1. de translat. epiſcop. & c. & ibi Pan. numer. 9. & 10.*

31 Beneficia † electi in epiſcopum vacant per confirmationem, adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationẽ, *c. cum in cunctis §. cum vero hoc tit.* etiamſi conſecratio factum fuerit, ante lapſum trium menſium, *c. ſi quis cum translatus 21. quæſt. 2. c. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1. glo. in d. c. cum in cunctis §. cum vero in verbo ad quem ſpectat.* in partibus, ſiue in loco, in quo ſita ſunt, *Archid. in c. commiſſa nu. 10. de elect. in 6. Ioa. And. num. 1. & Can. gloſſ. in clem. 1. in verb. collato & ibi Can. vt lit. pend. &c.* vel ex aliorum opinione ſuperius relata, vacant vbique, id eſt & in curia, ac etiam in partibus. *Zab. in d. clem. 1. numer. 18. & ſeqq. vt lit. pend. &c. Rot. deciſ. 35. de præb. in antiq.*

32 Negligentes † ſuſcipere munus conſecrationis intra tres menſes iure decretorum eccleſiaſticæ condemnationi ſubiacent, reditus vero integri reſeruantur apud œconomum eiuſdem eccleſiæ; *c. quoniam 75. diſt.* excommunicantur quouſque aut loco cedant, aut conſecrandos ſe offerant, *c. 1. 100. diſt.* item iudicio metropolitani cedunt; *d. c. 1. in fine 100. diſt. cap. 2. §. ſed neque de translat. epiſcop. &c.* ex decretis Concilij Tridentini, tenentur ad fructuum perceptorum reſtitutionem, & ſi intra totidem menſes, poſtea munus conſecrationis ſuſcipere neglexerint, eccleſijs ipſo iure ſunt priuati, *c. 2. ſeſſ. 20.* beneficiaque obtenta vacant, poſt tempus præfixum ad petendam conſecrationem, *d. c. cum in cunctis §. cum vero,* niſi confirmati, ſiue prouiſi, obtinuerint, à ſede apoſtolica diſpenſationem, ſiue prorogationes, vt non teneantur facere ſe conſecrari, intra annum, ſiue motu proprio, ſiue ad eorum inſtantiam; *Pan. in d. §. cum vero numer. 7. & ſeqq. Butr. num. 14. Garc. de benef. p. xj. cap. 6. nu. 14.* ratio eſt, quia beneficia vacant ex conſecratione, aut lapſu temporis, de conſecrandis propter negligentiam; ex quo eſt diſpenſatum nulla concluditur negligentia: iuxta Concil. Tridentinum, prorogationes vltra ſex menſes, conceſſę, nulli ſuffragantur, *c. ad maiores ſeſſ. 7.* Solus Papa poteſt diſpenſare, vt epiſcopus habeat aliam dignitatem, vel beneficium cum epiſcopatu, *Pan. in c. cum noſtris num. 4. & 7. & Can. de conceſſ. præb. Pan. in c. eccleſia noſtra, el. 2. ſub nu. 3. in fine de elect. Garc. de benef. part. xj. c. 6. num. 44. vſque ad finem.*

Abbatibus † nõ eſt præfixum arctum tempus ad petendam benedictionem, ſed debent requirere tertio eum humilitate & deuotione diœceſanum epiſcopum, pro benedictione impartienda; qui ſi recuſet ex certa cauſa, vterque ſuam iuſtitiam proſequatur: ſi vero malitioſe renuit, quod præſumitur, eo quod tertio requiſitus nullam cauſam prætendit, tunc abbates monachos proprios poterunt benedicere. 33

Si † abbas ſit presbyter, *c. cum contingat de at. & qualit.* Et alia quæ ad huiuſmodi officium pertinent exercere, aucto. *c. primi de ſuppl. neglig. prælat. Pan. Butr. & Can. communiter in d. c. 1. de ſuppl. negl. prælat.* Et poſt adeptam poſſeſſionem abbatiæ, vel ſi per eum ſteterit, quo minus adipiſcatur eam, etiamſi non fuerit benedictus, vacant priora eius beneficia. *Hored. de incompat. benef. p. 1. cap. 6. num. 1. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 1. num. 95. Garc. de benef. p. 11. cap. 7. per tot. Felin. in c. meminimus ſub num. 19. de accuſ. & ibi Can.* Benedictio impartienda eſt abbatibus, præmiſſa cauſæ cognitione, *c. meminimus & ibi poſt gl. DD. de accuſat. prepoſ. in c. quoniam numero 2. in fine 69. diſt. & ibid. Archid.* eis ſolummodo diebus, quibus minores ordines conferri poſſunt. *Clem. attendentes & ibi gloſſ. in verbo benedici de ſtat. monach. Hoſt. in c. cum contingat de at. & qualit. n. 9. Pan. in c. cum his in fine de conſ. eccleſ. vel alt.* requirit manus impoſitionem epiſcopalem, confertur tantum presbytero, plus habet de ordinatoria quam de ſimplici non poteſt reiterari, *Vital. in cl. attendentes, §. ſi qui vero num. 16. & ſeq. Imol. nu. 12. & ſeq. & Can. de ſtat. monach. Hoſt. in c. tuam num. 3 & ſeqq. de ætat. qualit. & ord. præb.* nec eſt de ſubſtantia. *Felin. in c. meminimus numer. 20. de accuſat. Zab. in clem. attendentes §. ſtatuimus verſ. ſexto quæro de ſtat. monach.* tribuit poteſtatem ſpiritualem benedicendi monachos, *d. c. 1. & ibi Pan. in 3. not.*

But.

Digitized by Google

But. in 3. not. & Can. communiter de ſuppl. negl. prælat. &c. conferendi ordines minores, pſalmiſtatum, oſtiariatum, lectoratum, non autem exorciſtatum, aut acolytatum, niſi habeat priuilegium: *c. cum contingat de æt. & qualit. 69. diſt. in ſumm. & c. 1. & ibi gl. in verbo lectores & c. 2. Io. And. in c. tuam numero 6. de æt. & qualit. & ord. &c.* Curam monaſterij; ſubrogatur loco confirmationis, ita quod abbas benedictus ſolum, & non confirmatus, poſſit adminiſtrare. *But. in d. c. 1. numero 14. & ibi Pan. & Can. communiter de ſuppl negligpralat.* Hodierno iure, vt dictum eſt, per regulam Cancellariæ ſecundam, omnes eccleſiæ epiſcopales, nec non omnia monaſteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri excedentia, ſunt reſeruata ſedi apoſtolicæ, & per concordata germaniæ, confirmationes electionum in metropolitanis, ac cathedralibus eccleſijs, & in monaſterijs ſedi apoſtolicæ immediate ſubiectis, ſpectant ad ſedem apoſtolicam.

35 Epiſcopi, † quibus eſt facta collatio epiſcopatus, aut quorum electio eſt confirmata per ſedem apoſtolicam, non poſſunt, per inferiorem aliquem conſecrari, & ſimiliter abbates, non poſſunt benedici per alium, quibus eſt facta collatio abbatiæ per ſedem apoſtolicam, *c. ſi eo tempore & ibi gl. fin. hoc tit. in 6. cum in diſtribuendis & ibi gl. de temp. ordin. l. 1. verſ. conſules ff. de offic. Conſ. & ibi Bart. l. 1. C. de ſpont. & ibi Bald. Franc. aretin. in c. meminimus num. 11. & ſeq. de accuſat.* niſi aliud foret cautum, in concordatis germaniæ, quæ habent clauſulam, prouiſo, quod confirmati prædicti, & per nos prouiſi; metropolitanis ſuis, & alijs, præſtent debita iuramenta, & alia, ad quæ de iure tenentur, *c. nihil eſt in fine hoc tit. c. inter nos 63. diſt.* Attamen in Germania & extra Germaniam, conſecratio, & benedictio ſolent authoritate apoſtolica, epiſcopis delegari, per ſpeciale reſcriptum. *c. meminimus de accuſ. Gemin. in c. cum nullus, numero 5. de temp. ord. in 6. Franc. ſub numero 4. & Can. communiter.*

36 In † electionibus, quæ fiunt in monaſterijs monialium, ſiue ad electionem, per formam ſcrutinij, procedatur, & votis in diuerſa diuiſis, electiones per plures, in diſcordia celebrari, contingat, ſiue per formam compromiſſi fuerit proceſſum, multa ſpecialia conſtituta ſunt, in c. indemnitatibus in princ. & §. 1. & 2. hoc tit. in 6. *Franc. in d. c. indemnitatibus §. cæterum numero quarto, enumerat 11. ſpecialia & ibi Can. communiter.* fuſius me explico, quod ſi ad electionem, per ſcrutinium proceſſum fuerit, & votis in diuerſa diuiſis, electionem per plures in diſcordia celebrari contingat, electa in abbatiſſam, à duabus partibus conuentus, etiam per acceſſum, poſt publicatum ſcrutinium, facta numeri ſolum ad numerum collatione, confirmatur & benedicitur, reſeruata contradicentibus denunciandi & accuſandi facultate: ſi electa ſit, à maiori parte monialium. quæ non faciant duas partes capituli, confirmationis, quæ differtur quæſtione pendente, libere in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrat, ſic tamen, quod de rebus monaſterij nihil alienet, nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo: ſi à minori parte conuentus ſit electa, ius aliquod ipſi quomodolibet non quæritur, nec ad eam ab alijs, per conſenſum, acceſſus haberi poteſt, *c. indemnitatibus §. ſane hoc tit. in 6.* Cæterum ſi per formam compromiſſi, fuerit in electione proceſſum, & electæ aliqua pars, ſe opponat, ſi minor, confirmatur electio, & ei benedictio impenditur, denunciandi & accuſandi eam poſtmodum ſibi via minime præcluſa: ſi maior, confirmatio vel infirmatio differtur, ſed interim libere adminiſtrat, niſi pars opponentium extiterit duplo maior, tunc enim non poteſt adminiſtrare, ſed cogitur litis euentum expectare, *c. indemnitatibus §. cæterum hoc tit. in 6.* Concilium Tridentinum ſtatuit, ne is, qui electioni præeſt, epiſcopus, ſiue alius ſuperior, clauſtra monaſterij ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellas, vota ſingularum audiat, vel accipiat: in reliquis ſeruentur ſingulorum ordinum vel monaſteriorum conſtitutiones: *c. abbatiſſa ſeſſ. 25. de regul. &c.* Concordat ſtylus curiæ, iuxta quem electiones monialium in abbatiſſas confirmantur, abſque ſuppletione defectuum vnde cancellari ſolet clauſula ſupplentes, &c. quia in talibus electionibus, non interueniunt ſolemnia. *d. c. indemnitatibus* In † monaſterijs, in quibus ſolitæ ſunt 37
benedici abbatiſſæ, *clem. attendentes §. ſtatuimus & ibi Zab. ver. ſecundo quæro Imol. n. 10. & ſeqq. vital. n. 13. & ſeqq. de ſtat. monach.* prioriſſæ nunquam benedicuntur, *d. c. indemnitatibus §. 1. & ibi gl. in verbo abbatiſſa.* abbatiſſa intra annum à ſuæ confirmationis tempore, computandum, benedictionem ſuſcipere debet, alioquin à iure ſuo ſe nouerit prorſus cecidiſſe: *clem. attendentes §. ſtatuimus de ſtat. monach. d. c. indemnitatibus §. primo & ibi gloſ.*

in ver-

Digitized by Google

in verbo abbatiſſa Franc. Aretin. in d. c. meminimus
numero ſeptimo, quæ impartiri eis poteſt quolibet
die, *d. c. ſtatuimus & ibi gloſſ. in verbo benedici* etiam
antequam habet poſſeſſionem monaſterij *d. c.*
indemnitatibus §. *verum & ibi Franc. in principio.* eſt
ſimplex non requirit manus impoſitionē epiſco-
palem, *Hoſtien. in c. tuam numero 9. de ætat. qual. &*
ord pref. vital. in cle. attendentes §. *ſi qui vero num. 18.*
Imol. numero 12. & Can. de ſtat. monach. & non po-
teſt reiterari: *Pan. in clem. attendentes numero 18. de*
ſtat. monach. Imol. numero 13. & Can. ſed Felin. in c.
meminimus numero 3. de accuſ. tenet quod poßit reite-
rari. benedicta poteſt, in matutinis euangelium
legere, *c. diaconiſſam & ibi gl. 1. & fin. 27. quæſt. 1.*
non poteſt moniales benedicere, confeſſiones
audire, publice prædicare, excommunicare, ab-
ſoluere, interdicere, aut ordines conferre, quia
mulieres non recipiunt characterem, impedien-
te ſexu; *c. noua de pœnit. & remiß. & ibi gloſſ. fin. gl.*
in d. c. diaconiſſam c. ſtatuimus 20. quæſt. 2. c. de mo-
nialibus & ibi gl. fin. de ſent. excomm. Pan. in c. memi-
nimus numero 1 de accuſ. c. mulierem 33. quæſt. 5. Sed
confirmata poteſt monachas & clericos ſuæ iu-
riſdictionis ſuſpendere à beneficio, poteſt con-
ferre eccleſias, beneficia, inſtituere clericos, in
eccleſijs ſui monaſterij. *c. dilecta & ibi gl. 1. de ma-*
ior. & obed. Pan. & Can. communiter c. cum dilecta de
confirm. vtil. vel inutil. & ibi gl. in verbo procuratri-
cem & Can. c. 2. de his quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu
cap. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alternat. gl. 22. nu.
39 *12. & ſeq.* In electione † ſummi Pontificis, quæ-
dam ſpecialiter ſunt conſtituta, vt videre eſt *in c.*
licet hoc tit. & in c. vbi periculum, hoc tit. in 6. & clem.
ne Romani, hoc tit. ac in nouißima conſtitutione Gre-
gorij X *V.* Electus ante intronisationem, obtinet
autoritatem regendi Romanam eccleſiam, & di-
ſponendi omnes facultates eius. *c. in nomine domi-*
ni in 23. diſt. extrauag. vlt. de ſent. excomm. inter com-
40 *munes.* Item † in electione, confirmatione, &
conſecratione Imperatoris ſeruatur *c. venerabi-*
lem, hoc tit. c. ad apoſtolica, de ſent. & re iud. 76. & ibi
gloſ. in verb. illi ſunt, & ibidem gl. fin. dicit princi-
pibus non eſſe ſtatutum certum tempus, i-
deo ſummum pontificem non poſſe eli-
gere, niſi prius illos admo-
neat.

De tranſlatione epiſcopi vel electi.

Titulus VII.

SVMMARIA.

1 *Tranſlationis definitio.*
2 *Papa transfert epiſcopos & exemptos prælatos, in-*
feriorum clericorum tranſlatio fit auctoritate
cuiuslibet proprij Epiſcopi.
3 *Tranſeuntis propria auctoritate de vna eccleſia ad*
aliam pœna.
4 *Tranſlationis effectus.*
5 *Epiſcopus cui data eſt indulgentia tranſeundi de v-*
na eccleſia ad aliam, debet poſtulari, non eligi.
6 *Poſtulatus concorditer in eccleſia vltramontani*
exempta non poteſt adminiſtrare.

ALLIGATI alijs eccleſijs poſtulandi ſunt, *c.*
bon. mem. el. 2. & c. fin. de poſtul. præl. Et oportet
talis transferri ad eccleſias, ad quas poſtulantur,
ideo poſt titulos præcedentes ponit de tranſla-
tione epiſcopi, (epiſcopus proprie dicitur qui eſt
conſecratus) vel electi, quia ante conſecratio-
nem, non appellatur epiſcopus, ſed electus talis
eccleſiæ, *Pan. in c. primo numero quarto, hoc tit. gloß.*
prima in c. primo de relig. domib. vt dictum eſt titu-
lo de electione. Tranſlatio † eſt de vna eccleſia 1
ad aliam regularis mutatio, cum euidenti cauſa
vtilitatis, vel neceſſitatis, *c. mutationes & c. ſuas &*
c. ſicut vir. 7. quæſt prima, epiſcoporum, pertinet ad
ſolum romanum pontificem, *d. c. mutationes Pan.*
in c. primo numero tertio, hoc tit. c. primo & 2. § *ſed*
neque verſ. nec quod hoc tit. c. quod tranſlationem de
off. leg. & ibi gloß. mag. ſiue ſint conſecrati, *c. fin. hoc*
tit. ſiue tantum canonice electi, & confirmati:
c. ſecundo § *primo verſ. vnde cum hoc tit.* ante con-
firmationem, in manibus eligentium, iuri ſuo ce-
dere poſſunt, ſine licentia ſuperioris: *c. cum veniſ-*
ſent & ibi gloß. in verbo renuntiauit de in integ. reſtit.
& ibi Pan. numero 11. Hoſt numero ſeptimo, in fine &
Can. Pan. in c. ſecundo numero 33. hoc tit. item ex-
emptorum prælatorum, *c. cum venerabilis de con-*
ſuetud. cap. fin. de renuntiat. etiam abſentium, &
prior cathedralis eccleſia vacat, poſtquam epiſ-
copis ſe tranſlatum ſciuit, & conſentit; quia licet
poſſit, tamen non ſolet Papa aliquem transferre

contra ſuam voluntatem; *c. archidiaconum 85. diſt. in fine & ibi gl. fin. c. epiſcopus de loco 7. quæſt. 1. & ibi gl. & DD.* Et poſtquam expeditæ ſunt literæ ſuper ſecunda prælatura, & oſtenſæ capitulo: nam ſolùm ſcientia, aut ſola expeditio litterarum non ſufficit, abſque præſentatione in capitulo facta, *Pan. in c. in noſtra num. 11. de reſcript. Felin. in c. 1. nu. 2. verſ. & Soc. reputat Io. And. de præſcript. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat. gl. 15 nu. 49.* quodque translatus ipſe, poſſeſſionem eccleſiæ, ad quam translatus extitit, acquiſiuerit, aut per eum ſteterit, quo minus aſſecutus ſit, *Felin in c. eam ſe nu. 9. verſ. & dicitur translatus de reſcript. Flored. de benef. incomp. p. 1. c. 3. num. 12. Roman. conſ. 345. numero 17. Garc. de benef. p. 11. c. 6. n. 39. & 49. & ſeq.*

2 Inductum ſummi Pontificis, quo translationi annuit, ſtrictè eſt interpretandum, & ſi ad maiorem, priore, dignitatem, tranſitum conceſſit, nõ auxiliatur inigrare cupienti, ad parem dignitatem, *c. fin. hoc tit. & ibi gl. pen. & fin.* Inferiorum clericorum translatio fit, authoritate cuiuslibet proprii epiſcopi. *c. Abbas el 2. 18. quæſt. 2. c. ſi quis & c. ſeq. 71. diſt. c. epiſcopus de loco verſ. fin. 7. q. 1. & ibi gloſſ. fin. c. cum & plantare §. in eccleſiis de priuil.* Tranſiens propria authoritate de vna eccleſia ad aliam, priuatur, & ambita, & habita vt nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis, quos per auaritiam, vel ambitum concupiuit; tam in epiſcopatibus, *c. quanto in fine hoc tit. c. ſi quis epiſcopus & c. ſeq. 7. quæſt. 1. c. 1. de cler. non reſid.* quam in aliis beneficiis, & eccleſiis, *c. cum olim & c. ſeq. de rerum permut. c. non oportet c. eos ſacerdotes 7. q. 1. c. fin. de renunciat. in 6. in fine.* ſiue tranſeat ad maiorem, quo caſu præſumitur ambitio, non leuitas, *c. 1. de cleric. non reſid. gl. in d. c. ſi quis epiſcopus 7 quæſt. 1.* ſiue parem, quia facilius diſpenſatur in maiori, quam in pari, *c. fin. hoc tit.* ſiue etiam ad minorem eccleſiam, in qua difficilius diſpenſatur. *c. 1. hoc tit.* Epiſcopatus ſunt paris dignitatis, licet aliqui habeant minores redditus; *c. legimus 93. diſt. Pan. in c. fin. num. 56. hoc tit.* reſtituitur eccleſiæ, quam deſeruit, ſi eccleſia eum repetit, *c. nõ oportet 7. q. 1.* & cogitur redire: *c. ſi quis vero 7. q. 1.* Eccleſia inuita non cogitur eum recipere: *Archid. in d. c. ſi quis vero arg. c. de benedicto 32. q. 1.* Si alias

3 ei ſubſtitutus fuerit, licet † propria authoritate, tranſiens ad aliam, prioris eccleſiæ epiſcopus, aut rector eſſe non deſierit, ſubſtitutus tamẽ epiſcopatum, aut eccleſiam habebit, *c. paſtoralis in fine & c. ſeq. 7. q. 1.* nam tranſiens ad ſecundum Epiſcopatum, abſque licentia, non eſt ipſo iure priuatus primo; ſed eſt priuandus per ſententiam: *Pan. poſt Io. And. in c. quanto num. 13. & ſeq. hoc tit. Gemin. in ſumma 7. q. 1. in fine prepoſ. num. 2.* in curatis dignitatibus, perſonatibus, officiis, cæteriſque beneficiis perſonalem reſidentiam requirentibus, hodierno iure ſeruari debent, *c. de multa. de præb. extrauag. execrabilis de præb. & c. quicunque ſeſſ. 7.* Legatus à latere patriarcha, archiepiſcopus, vſurpantes ſibi epiſcoporum translationes, ab epiſcoporum conſecratione, & confirmatione ſuſpenduntur per ſententiam, *c. 1. in fine & c. 2. § fin. hoc tit. c. niſi ſpecialis de offic. leg.*

4 Effectus † translationis eſt, quod translatus ex cauſa vtilitatis vel neceſſitatis, ab vna ciuitate, ad aliam, deſinit eſſe Epiſcopus illius ciuitatis, à qua transfertur, & à vinculo prioris Eccleſiæ abſoluitur, *c. 2. in fine hoc tit.* atque ideo qui huic ſuccedit, non viuenti, ſed defuncto quodammodo Epiſcopo, probatur ſubſtitui: *c. in apibus §. translatus c. ſunt alterius §. pen. 7. q. 1. c. ſi quis iam translatus 7. q. 2.* translatus poſt litem conteſtatam, ſuper ſolutione debitorum contractorum, per prædeceſſorum, pro neceſſitatibus Eccleſiæ, tenetur ſe iudicio ſiſtere, & iudicatum ſoluere, quia fructus percepit, & de fructibus ſoluenda ſunt onera; *Put. deciſ. 40. lib. 3. Gemin. conſ. 3.* amittit ius prioris beneficii, & poſſeſſionem ciuilem & naturalem: fructus tamen ſibi debitos ante translationem, & maxime extantes tempore translationis petere poteſt; *c. præſenti & ibi Ioan. And. de offic. ordin. in 6. Io. Monach. in c. 2. de reb. eccleſ. non alien. in 6. Rot. deciſ. 1. hoc tit. in antiq.* ac etiam detentationẽ, niſi probetur, quod translatus per ſe vel per alium retinuerit, incumbendo poſſeſſioni, & fructus percipiendo, & ſpoliatus ea detentatione agit de ſpolio: *Mohed. deciſ. 1. de reſtit. ſpol. Cald. conſ. 5. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Caſſad. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. l. poſſideri §. in amittenda ff. de acquir. poſſeſſ.* Qui vero metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contingit aliquando, ab hoſtibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet, *d. c. in quibus in fine & c. ſeq. 7. q. 1.*

5 Epiſcopus, † cui fuit data indulgentia, transeundi de vna Eccleſia ad aliam, debet poſtulari non eligi, *c. fin. hoc tit.* tum quod poſt indulgentiam iſtam, remanet Epiſcopus, tum quia impedimentum quod ſurgit ex vinculo ſpiritualis matrimonii eſt fauorabile, & indulgentia tendens ad il-

ad il-

Digitized by Google

ad illum tollendum odioſa: ſecus vbi tolleretur impedimentum illegitimitatis, aut alterius irregularitatis, quia diſpenſatio tendens ad tollendum impedimentum odioſum, potentius illud tollit. *d. c. fin. & ibi Io. And. num. 4. Pan. num. 18. & ſeq. Zab. in 1. & 2. quæſt.* & ſic inducit etiam facultatem eligendi, *c. cum Vintonien. de elect.* vel potius inſpicienda ſunt verba indulgentiæ, ac diſpenſationis, & ſecundum illa eſt iudicandum, *c. porro de priuileg. Io. And poſt Hoſt. in d. c. fin. hoc tit. num. 4.*

6 Poſtulatus † concorditer in Eccleſia, vltra montana exempta, non poteſt adminiſtrare, *Pan. in c. quanto num. 10. hoc tit.* quia c. nihil eſt de elect. loquitur de electo, non poſtulato.

De auctoritate & vſu pallij.

Titulus VIII.

SVMMARIA.

1 *Pallij definitio.*
2 *Pallij receptio, quam poteſtatem conferat.*
3 *Pallium conceditur à ſummo Pont. & quatuor patriarchis principalibus.*
4 *Pallium inſtanter peti debet intra tres menſes à die conſecrationis, & pœna negligentium id petere.*
5 *Romanus Pontifex ſemper, & vbique vtitur pallio inter miſſarum ſolemnia.*
6 *Archiepiſcopus tantum vtitur pallio in qualibet eccleſia etiam exempta ſuæ prouinciæ, & extra prouinciam eo vti non poteſt, niſi tribus concurrentibus.*
7 *Pallij vſus ſtrictior eſt quam pontificalium.*
8 *Archiepiſcopus qui renunciauit loco Archiepiſcopali perdit vſum pallij.*
9 *Tranſlatus ad alium Archiepiſcopatum defert ſecum pallium, quo non poteſt vti in ſecunda eccleſia, ſed habebit aliud de nouo.*

POSTVLATO, electo, tranſlato licitum eſt vti pallio, ſi eccleſiæ, ad quam aſſumptus eſt, dignitas pallij debeatur, ideo reſtat videre, de au-
1 ctoritate & vſu illius. Pallium † eſt inſigne Patriarchæ, Primatis, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ornamentum, de B. Petri corpore ſumptum, *c. ſi-*
2 *gnificaſti de elect. in fine c. antiqua de priuileg.* In † quo pontificalis officij plenitudo, cum archiepiſcopalis nominis appellatione confertur, *c. niſi ſpecialis hoc tit.* ante cuius receptionem eccleſia dicitur viduata quoad quædam; puta concilij conuocationem, chriſmatis confectionem, baſilicarum dedicationem, clericorum ordinationem, epiſcoporum conſecrationem &c. *c. quod ſicut §. 1. verſ. præterea de elect. 100. diſt. in ſumma.* Talia enim & ſimilia, quæ ſunt epiſcopalis ordinis, non debet exercere, in ſua prouincia, ſine pallio. *c. quod ſicut §. ſuper eo verſ. præterea de elect. Io. And. in c. ex tuarum numero 6. hoc tit. Decian conſil. 16. lib 3.*

Conceditur † vniuerſaliter à ſummo Pontifice 3
tantum, *d. c. niſi hoc tit. c. ſignificaſti verſ. fin. & ibi Pan. poſt n. 9. de elect.* & à quatuor patriarchis principalibus, poſtquam à Romano Pontifice receperiur pallium, præſtito ſibi iuramento fidelitatis & obedientiæ, *d. c. antiqua c. ſacroſancta & ſeq. 22. diſt.* archiepiſcopis, *c. quoniam 100. diſt.* ac ex priuilegio quibuſdam epiſcopis, Hoſtienſi Babienſi, Bambergenſi Quinqueccleſienſi, *&c. c. cum in iuuentute de præſumpt. c. fin. 10 diſt.* inſtanter petentibus, *c. priſca 10. diſt.* per nuntium adhoc ſpecialiter deputatum, *c. optatum in fine 10. diſt.* intra † 4
tres menſes, à die conſecrationis, præſtito iuramento obedientiæ Romano pontifici; *d. c antiqua c. quoniam in princ. & c. optatum 100. diſt. d. c ſignificaſti.* Alias commiſſa ſibi careant dignitate: eritque metropolitanis alijs licentia, poſt ſecundam & tertiam commonitionem, iudicatis eccleſijs cum conſilio ſummi pontificis, ordinando epiſcopum ſubuenire. *d. c. quoniam 100. diſt.* Patriarchæ principales pro ſe recipiunt profeſſionem canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ, à ſuis ſuffraganeis, quibus pallium largiuntur. *d. c. antiqua.*

Romanus † pontifex ſemper & vbique vti- 5
tur pallio, inter miſſarum ſolemnia, *c. ad honorem hoc tit.* archiepiſcopus † extra ſuā prouinciam vti 6
non poteſt, ſed tantum in qualibet eccleſia, etiam exempta, *clement. 2. de priuil. Pan. in cap. primo numero ſeptimo, hoc tit.* ſuæ prouinciæ inter miſſarum ſolemnia, *c. contra morem 100. diſt. c. cum ſis hoc tit* permiſſis diebus, & in maioribus feſtiuitatibus in conceſſione pallij expreſſis: *c. ex tuarum & c. ſeq. & c. fin. hoc tit.* & ſi contingat cum proceſſionaliter egredi templum, non poteſt vti pallio, etiamſi ſacris ſit indutus veſtibus, *c. primo in fine hoc tit.* aut ſi celebret ſub tentorio, aut in aliqua priuata domo, intra ſuam prouinciam; *Pan in c. cum ſis hoc tit.* quia vocatus eſt in partem ſolicitu-

Digitized by Google

dinis,non inplenitudinem poteſtatis,*d.c.ad honorem.* tum quia pallium datur perſonæ contemplatione loci, & is, cui datur,cum eo ſepelitur,*c. ſecundo hoc tit.* alterique archiepiſcopo commodare non poteſt,*d.c.ſecundo*, eoque non vtitur extra limites ſuæ prouinciæ: *c. cum ſuper c.ex tuarum hoc tit.* niſi tribus concurrentibus , neceſſitate conſecrationis, vel ordinationis cōſenſu diœceſani , non requiſita metropolitani licentia, & priuilegio ſummi Pontificis , *c. ex tuarum & ibi Ioannes Andreas in verb.permittat Pan.numero tertio,*
7 *& DD.hoc tit.* quia † ſtrictior eſt vſus pallij, quam pontificalium; quia ex quo Archiepiſcopus pallium recipit, poteſt ſine ipſo , in alterius epiſcopatu de licentia diœceſani inuitatus ordines celebrare , quia eos confert non tanquam archiepiſcopus ſed tanquam ſimplex epiſcopus.*Hoſtien. in d.c.quod ſicut numero 18. & ibi Ioannes Andreas nu. 59.& Can.de elect.per text.in d.c.quod ſicut §.ſuper eo verſ.praterea in fine* Archiepiſcopus qui renuntia-
8 uit loco † archiepiſcopali, perdit vſū pallij, *c.ad*
9 *ſupplicationem de renuntiat.* translatus † ad aliurn archiepiſcopatum,differt ſecum pallium,non tamen eo vti poteſt,in ſecunda eccleſia,ſed habebit aliud de nouo, *c. bona memoria el.ſecundo in fine de poſt.prælat.*cum vtroque ſepelitur, *Pan.in d.c.bon. mem.el.2 poſt num. 27.Pan. in c.2.numero 7.hoc tit.* ſpeciale eſt in veſtibus ſacerdotalibus & ſpiritualibus,vt clerici in illis ſepeliantur, *gl.fin.in c ſecundo,hoc tit.* laici cum iocalibus ornamentis,annulis non debent ſepeliri. *l.fin.§.fin.ff.de aur. & arg. leg. l.at ſi quis §. fueris cauſa ff. de relig. & ſumpt.fun.*

De Renunciatione.

Titulus IX.

SVMMARIA.

1 *Renunciationis definitio.*
2 *Renunciare beneficio qui non poſſunt.*
3 *Reſignationum alia eſt pura & ſimplex alia conditionalis.*
4 *Reſignationum alia eſt expreſſa , alia tacita.*
5 *Ceſſio,an differat à reſignatione.*
6 *Retroceſſionis definitio.*
7 *Retroceſſio duplex eſt vera & præſumpta.*
8 *Omnia beneficia reſignari poſſunt per quoſuis clericos,aliquibus exceptis.*
9 *Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum reſignationes ac beneficiorum exemptorum , item reſignationes , conditionales fiunt coram ſummo Pontifice.*
10 *Reſignatio in fauorem, an & quando comprehendatur ſub generali diſpoſitione loquente de vacatione ſeu reſignatione.*
11 *Reſignatio beneficiorum inferiorum fieri debet regulariter in manibus Epiſcopi de conſenſu eorum quorum intereſt.*
12 *Ordinarij litteris narrantis partes præſentes & coram ipſo factam reſignationem creditur, non tamen contra apoſtolicos impetrantes.*
13 *Reſignantium in manibus inferiorum ab Epiſcopo pœna.*
14 *per reſignationem an titulus & poſſeſſio amittatur, diſtinguendum eſt inter reſignationem ſimplicem & conditionalem.*
15 *in Reſignationibus an & quando ſit licita pœnitentia.*
16 *Reſignatio eſt publicanda ex conſtitutionibus apoſtolicis.*
17 *Reſignationis pars eſt publicatio.*
18 *Reſignata beneficia & non publica ſunt reſeruata Sedi apoſtolicæ.*

QVÆ poſtulatione, electione, translatione quæruntur , renuntiatione perduntur. *l.ſi quis inconſcribendo C.de pact.gl.in d.c.ſi diligēti in verbo pacto de for. com. l. quæritur §. ſi venditor ff. de edil. edict.* de qua nunc eſt dicendum. Eſt † ſpontanea 1
& libera, *c.ſuper hoc c.in præſentia hoc tit.* beneficij obrepti vel iuris in id vel ad id competentis,*c.fin. in princ. de conceſ. præb. in 6. Rot. deciſ. 14 hoc tit.in antiq.c.fin.de conceſſ.præb. in 6* literis expeditis *c.conſtitutionis 25. quæſt. 2.c. conueniens & ibi gl.in verbo renunciaſſe & c. ſane hoc tit. Boer. deciſ. 24. n. 8. & ſeq. Felin. in c.ad audientiam el.ſecundo numero 10. verſ. nota etiam de reſcript. & ibi Pan.numero tertio,* ac non expeditis habita, & non habita poſſeſſiore,*c.quodam & ibi Gemin. num.8. de præb.in 6.Imol. in clem.1.num. 9. de rerum permut.* dimiſſio, ſeu refutatio,facta cum cauſa coram ſuperiore,*c.admonet c.in præſentia hoc tit. Anch.in c.ad abolendam n.11. de hæret.* qui poteſt inuitum deſtituere , *d.c.admonet gloſ.in el.1. in verbo manibus & Innoc.in c.quod in dubijs in fine hoc tit. Rot. deciſ. 2. de rerum permut.in nou.* Dimiſſio nomen generalius eſt, & fit ſola & nuda voluntate, *c.ſi beneficia & ibi gl. in verbo dimiſſa*

Digitized by Google

dimiſſa & Can.de præb.in 6 extrauag.Ioan.xxii. exe-crabilis §. qui vero deinceps & ibi gl.in verbo dimittere de præb. & non ſolum in expreſſa renuntiatione, requiritur licentia ſuperioris, ſed etiam in tacita, quæ fit per acceptationem ſecundi, *Imol. in c. ex ore numero 20. de ijs quæ fiunt à maiori parte cap.contra gloſ.ibid.Capra concl. 90.numero,45.& ſeq.Boick in d.c.de mulca numero 14.& ſeq. de præb.* fundans ſe in reſignatione, debet probare reſignationem, & quod ſit ſpontanea, *17.quæſt.2. in ſumma & ibi gl. in verbo refutauit.* & admittitur replicatio aduerſarij, quod non ſponte renuntiauit. *c. ſuper hoc tit.*

2 Renunciare † non poſſunt is, cui abſenti collatum fuit beneficium, ante acceptationem illius, quia nondum in eo ius habet, vacat, non eſt liberum, imo affarum, ſi recuſet acceptare vacat vt prius, *Franc. in c. ſi tibi abſenti in 5. not. & ibi Gemin. ſub numero 4. Arch. in 3. not. de præb. in 6.* Prouiſus de beneficio ſub conditione, *l. is qui hæres & ibi Iaſ.poſt Bald.& alios numero quarto Alex. numero quinto, ff.de acquir.hæred.* qui habet ius in beneficio licet reuocabile, in certum euentum poteſt illud reſignare, & reſignatarius capit beneficium irreuocabiliter, *arg.l.1.ff.de commiſ.& l.2.ff. de in dum.addit.* quia poſt collationem eſt ius purum, quæſitum, licet reſoluatur in certum euentum, *Creſcent. deciſ.6 numero ſecundo,& 4.hoc tit. Caſſad.dec.27. ſuper reg. Cancell. Mohed. deciſ.33.de præb.c.pen.& ibi gl fin.de præb.in 6.c.fin.§.præſenti & ibi gl. in verbo diſtinctio de conceſ.præb in 6.* pone exempla in eo cui collata eſt parochialis eccleſia, non promoto, & circa finem anni renunciante, *c.commiſſa de elect. in 6. & ibi Franc.numero ſecundo, & Can. communiter oldrad. conſ. 203.* in reſignatario, non publicante reſignationem intra tempus præfixum, *Creſcent d.deciſ.6 Mohed.deciſ.33. Achil.deciſ.9.numero,quarto,de priuileg.Caſſad.deciſ. 24.numero 5.& ſeq.ſuper reg. Cancell.per c. commiſſa cum ſimilibus de elect. in 6.* quod hodierno iure ex conſtitutione Gregorij xiii. de publicandis, arctat etiã ſecundum & vlteriorem reſignatarium, & alijs ſimilibus. Reſignatarius non debet plene probare de titulo reſignantis, ſed eius reputationem,& pacificam poſſeſſionem, impugnãti titulum reſignantis incumbit probatio: *Hoſt.in c. illud poſt n.7.verſ.à ſimili de præſumpt. & ibi Imol.poſt n.13. Hoſt.in c. innotuit numero ſecundo, de eo qui fur.ord. ſuſcep.numero ſecundo, Caſſad.deciſ.2.numero quarto de cauſ.poſſeſ. & propriet Lap. alleg. 89.poſt.n.8.verſ. venio ad ſecundum* Ad renunciandum beneficio, etiamſi ſit pontificalis dignitas, poteſt conſtitui vnus procurator, vel plures, item clericus vel laicus, etſi plures conſtituantur, non eſt ius an in ſolidum vel coniunctim. *gloſ.in clem. 1. in verbo procuratorem hoc tit. & ibi Can. c.primo, de procur. in 6.*

Reſignatio † alia eſt pura & ſimplex, alia conditionalis, Pura eſt quoties beneficium reſignatur in manibus ſuperioris ſine aliqua pactione, conditione, vel modo. *c. pactiones de pactis & c. ex parte el. primo & ibi gl.in verbo omnino & in verbo dimittere & ibi Pan.numero quarto,de offic.deleg. Dec. numero 11.Butr.num 10. Pan.in c.cum inter R.nu. 13. de elect.c. dilecto & ibi gl. 1. de præb.* Conditionalis eſt, quæ ex voluntate ſummi pontificis, cuiuſque permiſſione recipit aliquam conditionem, pactionem, modum aut ſit in fauorem certæ perſonæ, *c. apoſtolica & ibi gl.1.in fine 8.quæſt.1 ordinationes & ibi gloſ. in verbo pretio prima quæſt prima c.quam pio prima quæſt. ſecunda c.cum pridem de pact. caſſad.deciſ.2.numero tertio, & ſeq. de ſimon.& de.iſ. 4.numero quinto, de locat. Pan. in c. ex parte primo ſub numero 4.de offic.deleg* & non alias, quæ coram ordinario fieri nequit abſque labe ſimoniæ, *c.cum pridem c. fin. de pact. c. ex parte & ibi poſt gloſ. Can.de offic. deleg. c. tua nos de ſimon Caſſad. deciſ.2.de ſimon. late Garc.de beneſ.p.xi. cap.3. §.2.n. 152. & pluribus ſeqq. vbi plures caſus examinat.* quando in eadem ſupplicatione vnus reſignat, & alter ſupplicat; dicitur, reſignatio facta in fauorem certæ perſonæ, *Put.deciſ. 511. per not. à Felin.in c.paſtoralis de reſcript.li. 2.* Beneficia reſignata per procuratorem, ibi vacant vbi facta eſt renunciatio, non vbi facta eſt procuratoris conſtitutio, *Archid.in c.ſecundo ſub numero ſecundo, de præb.in 6.Roman.conſ.342. ſub numero ſecundo*, ideoque reſignata per procuratorem in curia, cenſetur in ea vacare, non in partibus, vbi eſt conſtituens procuratorem, *Zab. in cl. vnica quæſt 18.hoc tit. & ibi Vital.nume. quarto, gloſ. in clem. prima. in verbo collato verſ. non placet. hoc dictum & ibi Can.vt lit pend.&c. Put. deciſ.tertia lib.ſecundo Archid. in c. ſecundo ſub numero primo,ibi apud ſedem Franc. numero ſeptimo, & Can.de præb. in 6.* cenſenturque reſeruata, reſeruatione iuris ſedi Apoſtolicæ ex alioquorum opinione. *Ferret. conſ.93.numero 3. vol.primo, Rom.conſ.342.numero ſecundo, Pariſ. conſ.47.numero 29.& ſeq.vol.quarto, contra quos facit. Put. deciſ.38. libro ſecundo dicens vacare in curia Sarnen.in reg. de erien. quæſt.32. numero*

quinto, Pariſ. de reſig. lib. 9. quæſt. 14. numero 60. Con.
pract. quæſt c. 36. ſub numero quarto; verſ. cæterum ad
4 hanc. Item † alia eſt expreſſa alia eſt tacita, vt tra-
dens litteras ſuas apoſtolicas ſuo ordinario, be-
neficio renuntiare videtur, c. venitns & ibi gloſ. in
verbo commiſiſſe, c. ſane & ibi gloſ. in verbo reddens
plures quotas cumulat hoc tit. c. cum pridem de pact. &
ibi gloſ in verbo reſignauit. & exhibens reuerent ã
aduerſario, quæ debetur prælato, c. ex ore & ibi
gloſ. mag. in verbo renuntiaſſe, plures quotas cumulat.
de his quæ fiunt à maior. part. cap. ſecus ſi ſe ſubmit-
tat gratiæ aduerſarij, c. veniens hoc tit. aut ab obe-
dientia ſubditos abſoluat: c. pen. hoc tit. litigans
ſuper electione, vel præſentatione de ſe facta,
aut habens ius ad rem, ſi recipit aliud benefici-
um, per hoc intelligitur ceſſiſſe liti, ſi illa ſimul
teneri non poſſunt, alias ſecus, late Ioannes Andreas
in c. in noſtra numero tertio, & ſeq. de reſcript. Pan. in
c. fin. numero 6. de Cleric. non reſid. numero 6. & ibi
Can. ac per aſſecutionem beneficij incompatibi-
lis renuntiat gratiæ ad aliud ſimile obtinendum,
Clem gratiæ de reſcript. Garc. de benef. p. 11. cap. 5. num
69. & ſeq. in vtraque requiritur quoad præiudici-
um ordinarij, quod fiat eius auctoritate & appro-
batione; Imol. in c. ex ore numero 20. reprobata ibi gl.
in verbo renuntiaſſe, de his quæ fiunt à mai. part. cap &
ibi Pan. numero 10. & Can. Pan. in c. de multa nu. 15.
de preb. Put. deciſ. 89. numero primo, liber primo pariſ.
de reſign. libro ſeptimo quæſt. ſeptima, atteſtans de com-
muni licet Garc. de benef. p. xi. cap. tertio, §. tertio nu-
mero 278. & ſeqq. aliter deſtinguat. vtraque facta
ſine auctoritate ordinarij tenet in præiudicium
renuntiantis. Imol. in d. c. ex ore ſub numero 20. Rot.
deciſ. 3. de preb. in nou. Zab. in clem. gratia in prima
oppoſ. de reſcript. & ibi Can. dicetur latius inferius.
5 Ceſſio † à reſignatione in iure ſcripto non vide-
tur differre, c. ſuſceptum de reſcript. in 6. de ſtylo re-
ſignatio eſt, quando quis poſſidet beneficium,
ceſſio iuris, quod habet in eodem. gl. ord. in reg.
6 Cancell. 43. Retroceſſio † eſt iuris, ſeu beneficij, ab
aliquo ceſſi vel reſignati, à ceſſionario vel reſig-
natario, in eiuſdem cedentis vel reſignantis fa-
uorem refutatio; plerumque fit literis non expe-
ditis, & non habita poſſeſſione: l. ab emptione ff. de
pact. §. fin. Inſtit. quib. mod tollitur oblig. in huiuſmo-
di reſignationibus ad certum effectum, mens
Papæ eadem eſt, cum mente partium quia papa
adhæret illi voluntati, Rot. diuerſ. deciſ. 677. n. 5. p. 2.
c. relatum c. ſignificatum c. niſi eſſent de preb. c. accedens
de conceſſ. preb. nec alijs, quam nominatis conſue-
uit conferre. Mobed. deciſ. 27. in fine hoc tit. & deciſ.
8. ante n. 1. de iurepat. arg. c. ex parte et ibi not. de cenſ.
Bald. in l quicunque n. 20. C. de ſeru. fugit.

Retroceſſio † duplex eſt, vera, ſupra definita; 7
quam tenetur penſionatius acceptare, ſi penſio-
nem ſoluens, qui ſuccubuit in lite, ſuper benefi-
cio, propter bonum ius alterius, retrocedere ve-
lit; quia penſio nulla fuit, ab initio; Put. deciſ. fin. de
penſ. arg. l. bouem §. aliquando ff. de ædil. edict. l. 2. C.
de reſcind. vendit. altera præſumpta ex triennali
poſſeſſione, ſeu detentatione reſignantis, Creſc.
deciſ. 21. de prob. lapus alleg. 89. num. 16. arg. c. ſedes c.
ex tenore de reſcript. l. in fundo verſ. neque ff. de rei ven-
dic. poſt reſignationem perfectam. Creſcent. deciſ.
7. hoc tit. Pariſ. de reſignat. lib. xj. q. 6. numer. 96. &
ſeq plures cumulans Caputaq. deciſ. 25. & deciſ. ſeq.
p. 1. irreuocabiliter; ne tanto tempore, dicatur ſi-
ne titulo poſſediſſe; ſecus ſi reſignatio erat reuo-
cabilis, vt porrecta fuit ſupplicatio, & conſenſus
fuit præſtitus poſt triennium, quia interim du-
rante triennio poſſedit iure proprio, quod ab eo
per ſolam porrectionem ſupplicationis non fue-
rat abdicatum, Put. deciſ. 105. libr. 3. Pariſ. de reſig.
lib. xj. q. 6. num. 111. verſ. hodie & num. ſeqq. quæ re-
troceſſio præſumitur fauore ſucceſſoris in bene-
ficio, etiamſi ex aduerſo probetur, infectus titu-
lus, & illius vigore capta poſſeſſio, dummodo
non producatur ab eodem, volente titulum iu-
ſtificare; Mobed. deciſ. 15. num. 20. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. Creſcent. d. deciſ. 21. Felin. in c. ſunt. num. 31.
de re iud. Iaſ. in l. 1. ſub numer. 15. verſ. 3. limita C. qui
admitti & c. Crau. conſ. 139. num. 44. Bell. deciſ. 387
Rot. diu. deciſ. 731. numer 10. & facta ſit ex aduerſo
diligentia, de reperienda prouiſione prędeceſſo-
ris, quæ non fuit inuenta; Put. deciſ. 174. numer. 2.
lib. 3. Caſſad. deciſ. 4. nu. 5 de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
& ex not. per Pan. in c. ſollicite nume. 13. de reſtit. ſpo-
liat. quia non tenetur iuſtificare titulum ſui præ-
deceſſoris, qui ſtetit diu in poſſeſſione gratia pu-
blica vtilitatis, alias in infinitum probandus eſſet
titulus: Achil. deciſ. 14. & 19. num. 4. & ſeqq. & de-
ciſ. 2. de probat. Caſſad. deciſ. 23. & 4. de cauſ. poſſeſ-
ſorij & propriet. arg. l. cogi & c. de petit. hered. & not.
per Pan. in c. cum ſuper in fine de cauſ. poſſeſſorij & pro-
priet. ſed non præſumitur in fauorem reſignantis,
ex triennali poſſeſſione, contra reſignatarium;
Sarnen. in reg. de triennali quæſt. 24. quod ad effe-
ctum regulæ de triennali, requiratur titulus prę-
cedens,

Digitized by Google

cedens, & cum eo poſſeſſio triennalis continuata, alias idem triennium induceret duo ſpecialia, productionem tituli, & exceptionem regulæ contra l.1. C.de dot. promiſſ. Sarnen.d.quæſt.24.Man-
8 doſ. in addit. ad d. allig Lapi 89.q.21. Omnia † beneficia reſignari poſſunt per quoſuis clericos ea obtinentes, vel ad ea ius habentes, c. in præſentia c. ex tranſmiſſa hoc tit. præter id ad cuius titulum, clericus ſæcularis eſt promotus, ad ſacros ordines, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, & conſtito ante reſignationis admiſſionem, quod aliunde viuere poſſit; alias reſignatio voluntaria nulla eſt; c.2.ſeſſ.21. notatur in c. epiſcopus & c. tuis de præb. Greg.xv. deciſ. 441. & vbi annot. quia non decet eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem exercere quæſtum, d.c.2.ſeſſ.21. ſed poteſt eo priuari ex diſpoſitione iuris, c. cum qui de præb. in 6. Rot. deciſ. 560. part.2. in collect. per Farin. numer.6. Garc. de beneſ.p.2.cap.5.§.1.num.219.& ſeqq. Beneficium primum dimittendum, iuxta decretum, in collatione alterius ſecundi beneficii appoſitum, dimitti debet libere, & ſine vlla pactione vel conditione; & ideo non ſatisfit decreto, dimittendi beneficium, per reſignationem in fauorem, vel per permutationem; c. ex parte & ibi glo. in verbo omnino & verbo libere de offic.deleg. Rot. deciſ. 8. de rerum permut. in nou. & deciſ. 13. & 14. eod. tit. Gonzal.ſuper reg.Cancell. de menſ.& c.gloſ.15.numer.128. Monachus clauſtro nō poteſt renunciare, etiam medio iuramento, quia profeſſionem ſuam frangit, & propoſitum ſtabilitatis ſuæ euacuat, c. ſicut ex litteris de iureiur. & ibi Pan. notat. & Can. communiter. Beneficium aut membra ſeparata à beneficio, quæ cadant ſub conſuetudine optandi, poſſunt reſignari in fauorem, in manibus ſummi Pontificis, & admiſſa reſignatione ceſſat optio. Pariſ.conſ.10.vol.4. Caputaq. dec. 282.p.2.Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib.2. quæſt.20. Reſignationes factę à clericis, captis & carceratis per clericos, ſiue laicos, obtinentes temporale dominium, donec ſua reſignent beneficia, licet à reſignantium ipſorum prælatis receptæ & ratæ habitæ fuerint, nullius ſunt firmitatis. Clement. 2. de pœn. Franc. Marc. deciſ. 1188. part.1. Minor quatuordecim annorum, maior infante, poteſt beneficio ſuo renunciare coram ſuperiore cauſa cognita, & ſi per procuratorem velit reſignare, debet eadem ſolemnitate, conſtituere procuratorem, ad reſignandum, coram ſuperiore cauſa cognita; c. fin. & ibi Can. de iudic. in 6. Put. deciſ.157 lib.2. Electus ſeu promotus in Epiſcopum, non poteſt reſignare ſimpliciter, & multo minus in fauorem beneficia antea obtenta, quia hæc per aſſecutionem Epiſcopatus & conſecrationem, ipſo iure vacant, c. cum in cunctis §. cum vero & ibi poſt gl. in verbo ad quem Can. de elect. Hored. de benef. incompat. p.1.c.4. num. xj. & ſeq. Garc. de beneſ p. xj. c.6. num.34. & ſeqq. Obtinens dignitatem inferiorem, cui imminet cura animarum, ſi eligatur ad conſimilem, non poteſt reſignare primam, quia ipſo iure, habita confirmatione, & poſſeſſione ſecundæ, vacat. c. dudum el 2. de elect. c. de multa de præb. Hoc idem in pluribus Eccleſijs parochialibus, ac perſonatibus non curatis, ſucceſſiue habitis obtinet, d.c. de multa §. hoc idem & ibi Can. Pan. in c. extirpandæ §. qui vero num.27.30. & 46. de præb. Imo quæcunque prouiſiones & diſpoſitiones de quibuſuis beneficijs, quæ per promouendos, inter illorum vacationis & prouiſionis tempora ſimpliciter vel ex cauſa permutationis reſignari, vel alias dimitti contigerit, ſunt caſſæ & irritæ per regul. Cancell. de benef. vacant. per promotionem, quam fuſe explicat Pariſ. de reſignat. benef. lib.3. quæſt.6. mand. in d.reg. Cancell. de benef. vacant. per promotionem per ſex quęſtiones. Eadem ratione obtinens beneficium perſonalem requirens reſidentiam, ſi tibi prouideatur de ſecundo curato, vel alio ſimplici, perſonalem requirente reſidentiam, non poteſt primo obtentum reſignare, quia hoc vacat ipſo iure, poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi; c. litteras de conceſſ. præb. c. quicunque ſeſſ.7. Pariſ. de reſignat. lib.3. quæſt.1. numer.50. & ſeq. Hored. de benef. incompat. p.1.c.17. & cap.18. præfati omnes poſſunt beneficia prius obtenta dimittere verbaliter, & realiter, Extrauag. Ioā xxii. & ibi gl. in verbo verbaliter & gloſſ. ſeq. & verbo dimittere de præb. ad quod obligantur in foro conſcientiæ, Pariſ. de reſignat. benef. lib.3. quæſt.1. numero 58. Hored. de benef. incompat. cap.4. num.10. & c.13. num.61. Pan. in c. extirpandæ §. quia vero numer. 24. de præb. & ibi Can. Coram † ſummo Pontifice debent fieri re- 9
ſignationes Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum, ipſo petitionem ſcripto dante vt liceat ei reſignare, c. ſicut vir. in fin. verſic. cæterum c. qualiter & c. quamuis ſit triſte 7. quæſt.1. ex iuſtis cauſis, c.1.

& c. ad

Digitized by Google

& c. ad ſupplicationem c. niſi hoc tit. c. inter corporalia de tranſlat. gl. magiſt. in c. quod tranſlationem de off. leg. contentis hoc verſu, debilis, ignarus, male conſcius, irregularis, quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit: *d. c. niſi & ibi Can. hoc tit.* Quę inter ſe differunt; ſi propter crimen, renunciatio fuerit admiſſa, & renuncians cauſa pœnitentiæ ad vitam regularem migrauerit, non poteſt reaſſumi in epiſcopatum, ſecus ſi renunciauit, propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ, & per exercitium lectionis, ſcientiæ, repererit margaritam; ſimoniam, ipſo ignorante, commiſſam, aut alias conſimiles cauſas; *c. poſt tranſlationem hoc tit. & ibi Can.* Item reſignationes beneficiorum exemptorum, *c. fin. hoc tit. c. cum venerabilis de conſuet. c. quod in dubiis & ibi gl. 1. hoc tit.* quia ad quem ſpectat confirmatio, ad eum ſpectat reſignationis admiſſio: *c. Abbas 18. quæſt. 2. gl. in clem. 1. in verbo manibus hoc tit. & ibi Can.* Ac conditionales, ſiue in fauorem, *c. cum pridem de pact. late Boick in c. veniens nu. 7. & 8. de tit. presbyt.* de beneficiis obtentis, vt ſupra dictum eſt. Reſi-
10 gnatio † coram Papa in fauorem ſine conſenſu patroni laici, abſque legitima derogatione iuriſpatronatus, patrono reclamante, intra tempus datum ad præſentandum eſt irrita; quia in hac reſignatione in fauorem non poteſt patronus præſentare, quem vult, *Put. deciſ. 402. in 2. dub. lib. 1. Mohed. deciſ. fin. verſ. & ita alias fuit Æn. tum de renunc. Mohed. deciſ. 8. de iure patron. Garc. de benef. part. xj. cap. 3. num. 16. & seqq.* & ſi reſignans fuerit in dolo, aut culpa, patrono contradicente, non poteſt redire ad beneficium, ſed potius patronus poteſt, ad illud præſentare tanquam vacans, per reſignationem, *Garc. de beneſ. p. xj. cap. 3. num. 55. & ſeqq. ponens quotidiana exempla Sarnenſ. di. infir reſig. q. 17. num. 2. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 5. numer. 17 & 118.* Quo ad beneficium ſimpliciter renunciari poteſt, ſed non in fauorem, ſecundum *Pariſ. de reſignat. lib. 2. q. 23. per totam*, cui repugnare videtur, *cap. ad audientiam, & ibi gloſſ. in verbo renunciantes, de reſcript.* Ratio eſt, quia ius ad rem, non eſt tantæ potentiæ, vt poſſit, in alium transferri. *c. quanto & ibi gl. 1. 63. diſt. & ibi Can. Sarnenſ. in reg. de triennali quæſt. 35. & in reg. de iure quæſito non toll. q. 1. num. 29. verſ. primus igitur.* Reſignatio in fauorem, non comprehenditur ſub diſpoſitione generali loquente de vacatione, *Put. deciſ. 347. lib. 1. & deciſ. 511. lib. 2. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 10. q. 7. num. 14. & ſeq.* aut reſignatione, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alternat. gloſſ. 14. num. 6. & ſeq. Gregor. xv. deciſ. 159. num. 5. & ibi annot.* quando vniones aut alia gratię apoſtolicæ, ſiue gratioſæ conceſſiones factæ ſunt, de beneficiis incertis, ſiue de primo beneficio vacaturo: *Gab. conſ. 199. num. 6. lib. 2. Franc. in c. 1. num. 6. poſt princip. de rer. permut. in 6. & ibi Can.* Sed quando factæ ſunt, de certo beneficio, aut certis beneficiis & ſpecificatis, tunc includunt etiam vacantia per reſignationem in fauorem, ac permutationem; *Franc. in c. 1. num. 4. de rerum permut. & ibi Anch. in 4. not. Anch. in c. exhibita ſub num. 21. verſ. deinde quæro de rerum permut. Gab. conſ. 199. num. 6. lib. 2. Garc. de benef. p. 11. cap. 4 num. 41. & ſeq.* Ratio diuerſitatis eſt quia primo caſu, ius ex gratiis competens non aufertur, ſed differtur: ſecundo vero caſu in totum annihilatur, *Staph. de lit. grat. tit. de variis mod. vacat. §. in hac parte num. 15. & ſeq. & nu. 20. Franc. in c. 1. ſub num. 6. de rerum permut. in 6. Caſſad. deciſ. vnica num. 2. de rerum permut. Rot. deciſ. 3. de rer. permut. in antiq.* Solet tamen ſummus Pontifex, quando præcedunt vniones, aut aliæ gratiæ Apoſtolicæ, ſuper certo, aut certis beneficiis, admittere reſignationem in fauorem, ac gratias pro ea vice ſuſpendere, ſine derogatione regulę de iure quęſito, non tollendo, quia non fit præiudicium conſiderabile gratiis præcedentibus; poteſt enim fieri, quod reſignatatius præmoriatur reſignanti, *Put. deciſ. 347. lib. 1. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 9. num. 8. & ſeq. Gregor. xv. dec. 159. numer. 6. & ibi annot.* nulla vero facta mentione & ſuſpenſione homini, reſignatio in fauorem, ac permutatio ſunt nullæ, ac ſubreptitiæ, & non abdicant ius à reſignante in fauorem, vel permutante, ſed beneficia per eorum obitum vacant, ac tunc vniones, aliæque gratiæ ſortiuntur effectum, *Rot. deciſ. 3. de rerum permut. in antiq. Io. And. in addit. ad ſpecul. titul. de præb. in princip. verſ. proponitur quæſtio facti, Garc. de benef. p. xi. cap. 4. numer. 23 & 41. & ſeqq.*

Reliquorum † beneficiorum reſignationes, quo- 11
ad temporalia, & ſpiritualia, quia iſta ſunt coniuncta, vt vnum ſine altero, dimitti non poſſit, *Innoc. in c. fin. in fine hoc tit. Zab. in clem. vnic. hoc tit. num. 17. & ibi Can.* debent fieri illi, à quo hæc recipiuntur, regulariter in manibus Epiſcopi, *c. admonet c. lecta hoc tit. c. clerici 71. diſt. Pariſ. de reſign. lib. 7. q. 1. vbi ampl. & limit. Garc. de benef. p. xj. cap. 3. §. 3. num. 251. & ſeqq.* & non in manibus Vicarij,

Digitized by Google

tij, niſi ad hoc ſpeciale habeat mandatum, *Staph.*
de lit. grat. tit. de var. mod. vacat § modo pro declara-
tione num. 19. *& ſeqq. Cal. conſ.* 1. *hoc tit.* in quolibet
menſe, *Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter-*
nat. gloſſ. 14. *num.* 31. ab iſtis clericis qui nullo me-
diante ſubſunt Epiſcopo, *c. cum & plantare §. in ec-*
cleſiis de priuileg. glo. in c. epiſcopus de loco 7. *quæſt.* 1. *c.*
admonet ibi ordinationem hoc tit. c. viſis 16. *quæſt.* 2.
de conſenſu eorum, quorum intereſt. *c. adhæc §.*
fin. de offic. Archid. Reſignatio beneficij iurispa-
tronatus, ſine conſenſu patroni, tenet; quia vnuſ-
quiſq; poteſt libere reſignare beneficium, quod
obtinet, ſine differentia, an ſit iuriſpatronatus,
vel non, *d. c. admonet. d. c. quod in dubijs Mohed. dec.* 6.
de iurepat. Calden. conſ. 6. *hoc tit. Garc. de benef. p.* 11.
c. 3. *num.* 12. *& ſeqq. licet aliter ſentiat Pariſ. de reſign.*
benef. lib. 8. *q.* 10. *in princip.* prouiſio vero ſine con-
ſenſu patroni eſt inualida, ſecluſa reſignatione,
c. decreuimus 16. *quæſt. ſeptima Mohed. deciſ.* 16. *Cou.*
pract. quæſt. cap. 36. *num.* 9. *verſ.* 9. In renunciatio-
ne beneficij electiui, requiritur cõſenſus eligen-
tium, alias annullatur, quando agunt de con-
temptu, *clem. vnic. & ibi gl. in verbo manibus hoc tit.*
Anch. in 3. *not. Zab. numer.* 18. *& Can. communiter c.*
cum in eccleſiis de præb. in 6. *arg. c. quod ſicut de elect.*
vel admiſſa reſignatione, per eum, ad quem ſpe-
ctat confirmatio; electores, quia noua eſt vaca-
tio, habent tempus integrum ad aliam electio-
nem faciendam, *c. ſi electio de elect. in* 6. *& ibi gl. &*
DD. Boer. deciſ. 2. *num.* 17. *in terminis reſignationis in*
fauorem. Clerici quoque eccleſiarum, quæ pleno
iure ad inferiores prælatos puta abbates & con-
ſimiles pertinent, illas ſine illorum conſenſu, nõ
debent dimittere. *d. c. cum & plantare §. in eccleſiis,*
& ibi gl. in verbo pleno iure, & Can. & c. quoniam de
12 *priuileg.* Litteris † ordinarij, narrantibus partes
præſentis & reſignationem coram ipſo factam,
creditur ſine tabellione & teſtibus, quia iſta per-
tinent ad officium narrantis; *c. poſt ceſſionem & ibi*
gl. mag. & Can. de prob. c. Cura & ibi gl. 1. *xj. quæſt.* 3.
Achil. deciſ. 9. *de prob. Caputaq. deciſ.* 87. *p.* 3 *Garc. de*
benef. p. 8. *cap.* 4. *num.* 34. *& ſeqq. & num.* 44. *&* 47.
diſtinguit Rot. deciſ. 16. *de probat. in antiq.* non tamen
in præiudicium; impetrantis apoſtolici de ſtylo
Curiæ, propter præſumptam fraudem, ſiue ca-
lumniam, quæ timetur, quia frequenter Epiſco-
porum Cancellarij contra Apoſtolicos impe-
trantes anticipant datas, *Rot. deciſ.* 1. *num.* 2. *& de-*
ciſ. 6. *de prob. in nouis Creſcent. deciſ.* 13. *de prob. Garc.*
Summa in Decretalis,
de benef. part 8. *cap.* 4. *nu.* 43. Ex † quibus conſtat, 13
quod renunciatio Epiſcopi in manibus capituli,
canonici in manibus confratrum, vel ſui præpo-
ſiti, aut in manibus notarij, laici ſiue clerici, non
tenet, quoad eccleſiam & ſuperiorem, quoad ip-
ſum renunciantem tenet, ipſe non poteſt repete-
re Eccleſiam, *c. eos* 7. *quæſt.* 1. *gloſſ. in c. quod in dubijs*
in verbo in manum laicam, hoc tit. & Innoc. ibidem &
Can. quia talis renunciatio, habet in ſe, tacitum
pactum, ne repetat, ſicut inutilis acceptilatio; *l. ſi*
vnus §. pen. ff. de pact. l. ſi acceptilatum ff. de accep. Ec-
cleſia poteſt eum repetere, *c. non oportet* 7. *quæſt.* 1.
gloſſ. fin. in c. admonet hoc tit. & compellitur redire,
per excommunicationem; *c. ſi quis vero & c. ſeq. q.*
1. non amittitur ius in beneficio, imo remanet in eo
intitulatus, donec ſuperioris admiſſio ſubſequa-
tur; 17. *quæſt.* 2. *in ſumma & ibi gl. Innoc. in d. c. quod*
in dubijs, ſub num. 10. *Rot. deciſ.* 8. *& deciſ.* 14. *num.* 3.
hoc tit. in antiq. Garc. de benef. p. xj. cap. 3. *numer.* 219.
& 223. *& ſeqq. & per tot.* & ſi impetret aliud bene-
ficium, ante admiſſionem ſuperioris tenetur de
beneficio taliter à ſe renunciato facere mentio-
nem: *Felin in c. in noſtra in* 3. *coroll. de reſcript. Rot.*
deciſ. 14. *hoc tit. in antiq. & deciſ.* 4. *hoc tit. in anti-*
quior. Poſſeſſionem amittit, quia nihil habet ſpi-
ritualitatis, & vinculi indiſſolubilis; *gloſſ. in c. ſu-*
per hoc in verbo reſignationis verſ. ad hoc Innoc. in d. c.
quod in dubijs ſub num. 1. *Zab. in clem. vnic. hoc tit. in*
9. *quæſt. Garc. de benef. p.* 11. *c.* 3 *§.* 3. *num.* 235. rema-
net in detentatione, & geſta ab eo, etiamſi ſint
ſacramentales abſolutiones, tenent, *Nau. conſ.* 1.
de off. ordin. & ſpoliatus agit remedio recuperan-
dæ, contra quemlibet ſpoliantem, præterquam
contra ordinarium ſuperiorem: *Butr. in d. c. quod*
in dubijs Caſſad. deciſ. 2. *num.* 3 *in fine & num.* 4. *hoc*
tit. Rot. Biſign. deciſ. 3. *&* 4. *hoc tit.* Si ſuperior infra
ſex menſes, à die reſignationis, in manibus non
habentis poteſtatem admittendi, nulliter factæ,
non conferat, vel reſignantem ad beneficium
redire compellat, deuoluitur poteſtas conferen-
di ad ſuperiorem, *Innoc. in d. c. admonet num.* 2. *Caſ-*
ſad. d. deciſ. 2. *num.* 6. *in fine &* 7. *hoc tit. Rot. deciſ* 8.
in ant. hoc tit. Rot. deciſ. 1. *de elect. in antiquior.* Quod
ſi ad alium pertinet electio, vel præſentatio in ec-
cleſia, & ad alium inſtitutio, & confirmatio, ele-
ctor vel præſentator, non debet ſtatim eligere;
ſed requirere debet prælatum, ſi ratam habeat
renunciationem, tunc ſecure eligat, alioquin dif-
ferat, quia elector, & præſentator, nunquam di-

citur eſſe in mora, quamdiu prælatus, ad quem pertinet inſtitutio, vel confirmatio, non habet eccleſiam pro vacante. Innoc. in d. c. admonet nu. 2. Rot. deciſ. 7. num. 5. de præb. in antiquior. Dare licentiam prælato vt dimittat eccleſiam, vel recipere renunciationem beneficij, eſt iuriſdictionis, Oldrad. conſ. 324. num. 5. cap. admonet hoc tit. contentioſæ, vnde extra diœceſim, vel prouinciam, & legationem, per Epiſcopum, vel legatum fieri non poteſt, c. ſi Abbatem & ibi Franc. num. 3. de elect. in 6. poſt gl. in verbo prouincia & Can. Papa conferendo, vel nouam prouiſionem dando reſignatario, cum clauſulis generalibus ſolitis, admittit huiuſmodi reſignationes: l. poſtquam liti C. de pact. & ibidem DD. Put. deciſ. 420. lib. 3. Auditor Rotæ coram quo lis pendet, admittit litis & cauſæ ceſſionem, non iuris renunciationem: Rot. deciſ. 3. in 6. hoc tit. in nou. Caſſad. deciſ. 2. num. 7. de appell. Pan. in c. dudum el 2. num. 17. de elect. Pan. in c. quod in dubijs ſub num. 4. hoc tit. Is qui ius habet conferendi beneficia vacãtia, per obitum, aut reſignationem etiam in curia, non poteſt reſignationem admittere, c. vnic. de cap. monach. in 6. clem. quia regulares de ſuppl. neglig. præl. facit in c. cum in illis de præb. in 6. quod ponit differentiam inter præſentationem collationem inſtitutionem & electionem Rot. deciſ. 6. hoc tit. in nou. neque conferre reſignata in curia in fauorem certæ perſonæ, Put. deciſ. 177. lib. 3. Caſſad. deciſ. 3. hoc tit. c. cum pridem de pact. c. ex parte 1. & ibi
14 Pan. num. 4. & Can. de offic. dileg. Iuri † quærendo poteſt pure, & ſimpliciter renunciari, in manibus inferiorum, etiam notarij laici, abſque alia admiſſione ſuperioris, ſed nullum fit ſuperiori præiudicium: c. ſi electio & ibi gl. in verbo renunciat de elect. in 6. & ibi Can. Creſcent. deciſ. 1. & in c. in præſentia hoc tit. Rot. deciſ. 16. hoc tit. in ant. Garc. de benef. p. xj. cap. 3. §. 3. num. 247. & ſeqq. Sub aliqua conditione vel modo, puta refuſionis expenſarum in manibus ſummi Pont. c. 4. de pact. & ibi gl. in verbo illicita pa ronis, iuri in beneficio quæſito renunciari debet in manibus ordinarij. Innoc. in c. quod in dubijs hoc tit. Rot. deciſ. 14. hoc tit. in antiq. c. ſi. de conceſſ. præb. in 6. in princ. Per reſignationem ſimplicem, ſiue puram, in manibus ordinarij, licet non cõtineatur, in eodem inſtrumento, quod fuerit admiſſa; c. inter cætera & ibi gloſ. 1. in fine & Can. de præb. c. quam periculoſum 7. quæſt. 1. & ibi gl. Rot. in c. terminis deciſ. 4. de renunc. in nou. aut ſummi Pontificis, ſiue eadem expediatur in forma gratioſa, c. quod in dubijs hoc tit. cunct. not. per tit. in cle. fin. num. 10. & xj. de reſcript. ſiue in forma dignum, Pariſ. de reſig. lib. 10. quæſt. 3. num. 67. & ſeqq. Rot. deciſ. 53. de conceſſ. præb. in ant. Garc. de benef. p. 2. c. 1. n. 130. & ſeqq. quia priuatio fit ipſo iure, d. c. quod in dubijs hoc tit. Butr. in c. ſollicite num. 13. de reſtit. ſpoliat. Pariſ. lib. 1. de reſign. benef. p. 5. num. 2. & ſeqq. c. ex tranſmiſſa hoc tit. amittitur titulus, & poſſeſſio ciuilis, & naturalis, c. ex tranſmiſſa c. ſuper hoc. c. in præſentia hoc tit. l. 3. §. in amittenda & l. ſi quis in §. differentia ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Alex. numer. 5. & Dd. communiter Rot. deciſ. 4. in nouis & Butr. in c. veniens num. 26. & 27. hoc tit. Caſſad. deciſ. 4. num 3. & 10 de reſtit. ſpoliat. poſt conſenſum præſtitum à reſignante, Creſcent. deciſ. 6. de iud. c. ſuſceptum §. ſi duo & ibi gl. poſt gl. pen. Can. de reſcript. in 6. ſuper ſupplicatione, Stylo veteri, à ſua ſanctitate ſignata, regiſtrata, Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 6. numer. 84. Rot. diuerſ. deciſ. 791. num. 15. & deciſ. 794. num. 2. p. 1. & relaxata, Gomez. ſuper reg. de iur. quæſit. non toll. q. 20. in fine. & reſignatarij ratificationem ſiue acceptationem: Mohed. deciſ. 2. hoc tit. c. cum inter &c. ſeniorem ibi recepta de elect. Pan. in c. cum pridem de pact. & ibi Can. ſupplicatio regiſtrata continet admiſſionem reſignationis, quam conſenſus reſignantis, Rot. diuerſ. deciſ 446 num. 2. part. 1. & deciſ. 282. ſub nu. 2. p. 2. l. ſi partem §. fin. ff. quemadmod. ſeruitus amitt. l. potior in pignore ff. qui potior in pign. habeatur arg. l. ſi indebitum §. fin. & ibi Bart. poſt gl. & melius Bart. in l. bonorum ſub num. 1. ff. rem ratam haberi. Perficiebat ſtylo veteri præſtitus ſuper ſupplicatione ſignata, Gomeſ. de infirm. reſig. q. 18. per not. per Archid. & Io. And. in proœm. lib. 6. in verbo per apoſtolica ſcripta Rot. deciſ. 84. de reſcript. in antiq. & non conſenſus præſtitus ſuper ſupplicatione datata parua data. Veruntamen tam de iure, quam de ſtylo, conſenſus formalis, de quo loquimur, inſcribi poteſt tergo ſupplicationis originalis, porrigendæ in dataria, vt nunc mandauit ſanctiſſimus Dominus noſter Vrbanus VIII. prout inſcribitur dorſo bullarum apoſtolicarum: quia conſenſus tam rei gerendæ, quam geſtæ adhibetur. gloſſ. in c. edoceri circa finem & ibi Can. de reſcript. Bart. in l. ſi autem plures ff. de acquir. vel amit. hered. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum num. 42. & ſeqq. vbi ponit duas limitationes ff. Cod. tit. c. fin. cuncta gloſſ. in verbo conſenſum 6. q. 1. Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 8. citans deciſiones Rotæ. Detentatio per ſimplicem reſignationem non amittitur, niſi re-

ſignans ſit abſens à loco beneficij; *l. 3. §. in amittenda ff. de aquir. poſſeſſ. & ibi DD. poſt gl. l. peregre §. quibus ff. eod. Mobed. deciſ. 1. hoc tit.* imo reſignans poſt reſignationem detinens, per ſe, vel per alium, vel de facto poſſidens beneficium, ſpoliatus agit ſpolio contra tertium; ac etiam contra ipſum reſignatarium datur reſtitutio, & manutentio, ſi dubitari contingit de validitate reſignationis, antequam fuerit per reſignatarium capta poſſeſſio: *Rot. deciſ. 1. hoc tit. in nou. Rot. Farin. deciſ. 423. num. 2. plures deciſiones referens part. 1.* Si vero reſignatarius reperitur in poſſeſſione, pendente lite ſuper validitate reſignationis, tunc non datur reſignanti manutentio, aut reſtitutio, contra reſignatarium: *Innoc. in c. ſuper hoc, hoc tit. Rot. deciſ. 1. hoc tit. in nou. & ibi addit. Mobed. deciſ. 1. Creſcent. deciſ. 4. in fine Caſſad. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat.* In dubio poſt reſignationem præſumitur vacua poſſeſſio, ciuilis, naturalis, & detentatio, niſi ex aduerſo probetur, quod reſignans incumberet detentioni, *iuribus ſupra allegatis & in terminis Mobed. dec. 20. circa finem de reſtit. ſpoliat.* aut reſignans alieno corpore poſſident, quo caſu poſſeſſio non perditur, etiam in ceſſione libera, *d. l. peregre §. quibus Iaſ. d. §. in amittenda num. 12. Mobed. deciſ. 4. ſub n. 3. verſ. & hoc procedit de except.* Fructus naturales, & induſtriales à ſolo ſeparati, vſque ad diem admiſſæ reſignationis, debentur reſignanti, *gloſſ. in c. ſi propter in verbo primi anni de reſcript. in 6. Franc. in c. præſenti de offic. ordin. in 6. & ibi Can. Corſet. ſing. 49 in verbo clericus Couarr. vari. reſol. lib. 1. cap. 15. n. 12. in fine Ferret. conſ. 206.* etiamſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis nondum veniſſet; quia ſatis eſt quod fructus, quorum cauſa ſolutio eſt facienda tempore prædicto eſſent collecti: *Salic. in l. fructus numer. 3. verſ. & probatur, ratione, cod. de act. & empt. Ferret. conſ. 15. num. 5.* Fructus vero ciuiles, qui proueniunt ex re, non producente naturaliter fructus, *Bart. in l. ex diuerſo. num. 1. ff. de rei vend. l. ſi nauis ff. eod. tit.* quorum dies ſolutionis tempore reſignationis, nondum venit, pertinent ad reſignatarium, prout pertinent fructus naturales & induſtriales, pendentes; *Bart. in l. fin. §. fin ff. de iure fiſci Cal. conſ. 2. de pecul. cleric. Couar. vari. reſol. lib. 1. cap. 10. num. 3. & ſeqq. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſſ. 4. Put. deciſ. 14. lib. 5. Rot. deciſ. 278. part. 2. in collect. per Farin.* quia ante diem nec ceſſit, nec venit, & reſignans actionem orituram, quoad ſe, extinxit, abdicando à ſe, ius, & poſſeſſionem, per reſignationem voluntarie factam; *Gabriel conſ. 192. in princ. libr. 1. & l. diuortio ff. ſolut. matrim. & l. defuncta ff. de vſufruct.* Loquuntur in caſu neceſſario mortis. Per reſignationem conditionalem, reſignans non amittit titulum, aut poſſeſſionem, niſi acquirantur reſignatario perpetuo, & verificatis, ſeu purificatis conditionibus, *Pan. in c. cum pridem numero 11. de pact. poſt gloſ. fin. & ibi Can. Caputaq. deciſ. 215. numero 3. p. 1. Put. deciſ. 242. lib. 2. & deciſ. 58. lib. 3. Pariſ. de reſignat. benefic. libro 1. quæſt. 3. per tot.* quia ius, quod alteri non quæritur, à reſignante non abdicatur. *l. nec vtilem ff. ex quibus cauſ. maiores &c. l. quia abſenti ff de acquir. poſſeſſ.* etiamſi reſignatarius acceperit poſſeſſionem de voluntate reſignantis, cum ſit poſſeſſio ſine titulo, *c. beneficium de reg. iur. in 6. Mobed. deciſ. 36. hoc tit.* Et reſignans remanens in poſſeſſione, ſpoliatus agit remedio recuperandæ, *Achil. deciſ. 10. de reſt. ſpoliat. arg. l. nec vtilem ff. ex quib. cauſ. maior. Innoc. in c. ſuper hoc numero quarto hoc tit.* Etiam contra ipſum reſignatarium: *Pan. in c. cum pridem ſub numero xj. de pact. Innoc. in c. cum olim. de reſtit. ſpoliat. ſub numero 1. & ibi Zab. Put deciſ. 15. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 542. numero quinto p. 2. in recollect. per Farinac.* Imo reſignans poſt traditam reſignatario poſſeſſionem, ac purificatas conditiones, nullitate penſionis reſeruatæ, & per plures annos perceptæ, detecta; agit ſpolio contra reſignatarium; quia reſignatio fuit conditionalis, & mutatio animi non præſumitur: *Put deciſ. 140. lib. 1. Garc. de benef. p. xj. c. 3. numero 41. & ſeqq.* Neque enim intelligitur amiſſum beneficium, quod quæſitum alteri non eſt: & remedium recuperandæ ex officio iudicis, competit contra eum, qui debitum non ſoluit: *Innoc. in c. cum olim numero 1. verſ. item hic Archid. de reſtit. ſpoliat. Rot. diuerſ. deciſ. 558. p 3. lib 3. Put. dec. 15. de reſt. ſpol.* facit fructus ſuos, *l. neceſſario §. quod ſi pendente ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. & ibi gl. in verbo imperfecta & ibi DD. C. eodem.* irreuocabiliter, ſi conditio deficiat: *l. neceſſario §. quod ſi ſub conditione ff. de peric. & commod. rei vend. Rom. ſing. 544.* beneficium vacat per eius obitum, *Rot. diuerſ. deciſ. 419. part. 1. Pariſ. de reſig. quæſt. 3. numero 47. & pluribus ſeqq. lib. xj. §. ex conditionali Inſtit. de verb. oblig. cum vulg.* niſi reſignans in fauorem, ſcienter nulliter renunciauit, aut eius dolo vel culpa penſio ſit nulla, vel conditiones deficiant: *Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 3. numero 71. & 118. Garc. de benef. p. xj. cap. 3. nume. 35.*

 & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. & numero 43. l. in iure ciuili & ibi gl. & DD. ff. de reg. iur. Si conditiones exiſtant, & purificentur, tunc retrahuntur ad tempus præſtiti conſenſus, & admiſſæ reſignationis, & reſignans fructus poſtea perceptos, reſtituit reſignatario. *Gab. conſ. 192. lib. 1. numero 3. & 4. Pariſ. de reſignat. benef. p. 6. per tot. & numero 38* Si quis renunciat duobus beneficium diuerſo tempore, potior eſt, qui primo obtinet à ſuperiore: quia ante admiſſionem reſignationis à ſuperiore, renuncians non amittit ius in beneficio renunciato, *Innoc. in c. quod in dubiis ſub numero 1. hoc tit. dictum eſt ſupra hoc tit.* Et is cui confertur, ius conſequitur ex collatione ſuperioris, & non ex renunciantis ceſſione. *Franc. Marc quæſt. 319. p. 2. c. ſuſceptum de reſcript. in 6. & ibi Can. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 16. num. 40.*

15 In reſignationibus † non eſt licita pœnitentia: *Franc. lat. in c. ſecundo numero 6. hoc tit. in 6. c. quidam hoc tit.* In ijs, quæ fiunt in curia de beneficijs inferioribus, non conſiſtorialibus, *Pariſ. de reſignat. libro tertio, quæſt. 15. numero 67. & ſeq.* licita eſt pœnitentia, etiam poſt adeptam poſſeſſionem, & ſolutam compoſitionem datario, *Rot. diuerſ. deciſ. 458. in princ. & numero 6. part. 3. libro tertio, atteſtans de vſu curiæ Pariſ. de reſignat. lib. primo, quæſt. 12. per tot.* donec conſenſus ſit extenſus in libris cameræ, vel cancellariæ; quæ extenſio tollit pœnitendi facultatē & operatur vt cum eo literæ apoſtolicæ poſſint expediri, *Rot. deciſ. 471. numero XI. p. 1. Put. deciſ. 343. libro primo, Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 7. numero 87. & ſeq.* trahiturque retro ad tempus datæ. *Mohed. deciſ. 15. Caſſad. deciſ. 2. num. 8. & Creſcent. deciſ. ſeptima numero primo, hoc tit. Pariſ. de reſign. libro ſecundo, quæſt. tertia numero 42. & melius lib. 4. quæſt. 8. num. 111. & ſeq. Bald. in el. prima & ibi Taul. de caſtro C. vt lit. pend. &c.* Reuocatio mandati ſi id ſit generale, ad cedendum in manibus ſummi Pontificis, aut eius, qui poſſit recipere in curia, debet intimari in vtroque loco, cameræ & cancellariæ, & non alibi, *Achil. deciſ. 12. de procur. Caſſad. d. deciſ. 2. numero 6. hoc tit. Pariſ. de reſig. lib. 9. quæſt. 26. per tot.* alias conſenſus procuratoris in loco in quo non eſt intimata reuocatio *Clem. 1. de renunc. Caſar. deciſ. ſecunda & latius deciſ. tertia numero primo, & ſeqq. de ſent. excomm.* valet ſi perſona ſit expreſſa in mandato, in cuius fauorem fieri debet ceſſio, ſufficit quod procuratoris reuocatio ipſi intimetur; *gl. in d. Clem. 1. in verbo faciendæ hoc tit. et ibi DD. Put. deciſ. 419. libro primo,* Si quis per iuſtum metum conſtituit procuratorem ad cedendum, poteſt illum etiam ignorantem reuocare, tenebitque reuocatio, licet reuocationis notitia non peruenerit, ante renuntiationem, ad ipſum procuratorem vel ſuperiorem, *Clem. 1. in verbo ſponte & ibi gl. Pan. & Can. hoc tit.* Procurator poteſt conſenſum præſtare, reſignationi beneficij poſt mortem reſignantis, quando fecit, reſignante viuo, aliquem actum, videlicet porrexit ſupplicationem, acceptauit mandatum, alioquin tanquam expiratum re integra ceſſaret; *Inſtit. mand. §. item Caſſad. deciſ. prima numero quarto Achil. deciſ. prima hoc tit. Pariſ. de reſign. lib. 9. quæſt. 24. per tot. vbi ampliat & limitat.* de iure communi etiam poſt quatuor annos, niſi vltra lapſum temporis appareat de mutata voluntate: *l. eum qui ff. de prob. l. ſancimus C. de teſtam Mohed. deciſ. 31. hoc tit. cont. Caſtr. conſ. 12. vol. primo,* de ſtylo curiæ, intra annum, iuxta bullam Alexandri VI. *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. quæſt. 14. n. 39. & ſeq.* De eodem ſtylo curiæ conſenſus Cardinalis, in reſignatione obtentorum beneficiorum, per ſubſcriptionem Cardinalis, ſupplicationi porrectæ non eſt conſiderabilis, ſed poteſt, Cardinalis quandocunque pœnitere, donec præſtiterit conſenſum formaliter per cedulam, coram notario cameræ vel cancellariæ: *Caputaq. deciſ. 217. p. prima Rot. diuerſ. deciſ. 215. numero 14. p. prima l. ſcripturas C. qui potior. in pign. hab. Felin. in c. ſecundo ſub numero 11. in fine & numero 12. de fid. inſtrumen.* quia verbum conſenſus importat conſenſum verum, & expreſſum, *Iaſ plures quotas allegans in el. 2. §. voluntatem numero 6. & ibi DD. ff. ſolut. matrimo.*

In iure † canonico non reperitur ſtatutum, quod 16
reſignatio ſimplicium, aut maiorum beneficiorum ſit publicanda, *c. tibi de reſcript. in 6. in fine Collect. in c. vnico in fine vt eccleſiaſtica beneficia &c.* Innocentius Papa *VIII. conſtit. 23.* Pius V. *conſtit. 182.* & alij ſummi pontifices ſancierunt, reſignationes beneficiorum fore publicandas, nouiſſime Gregorius XIII. *conſtit. ſua 87.* præſcripſit modum & formam publicandi beneficiorum reſignationes, & iurium ceſſiones, quæ eſt in viridi obſeruantia, adeo † vt eius publicatio ſit pars reſigna- 17
tionis, quando agitur ad canonizationem gratiæ reſignationis, *Innoc. in c. ex inſinuatione numero 3. de procur. & ibi Can. Pariſ. de reſignat. lib. XI. quæſt. 14. numero 39. & ſeq. Garc. de benefic. p. II. c. tertio, §. 4. n. 305. & ſeqq.* fundans ſe in reſignatione debet probare

Digitized by Google

probate reſignationem, & publicationem, non ex triennij poſſeſſione, alleg. Lapi 89; præſumptionibus, ſed aliunde & legitime, *Rot. diuerſ. deciſ. 190. p. ſecunda Innoc. in c. ex inſinuatione, ſub num. 3. de procur. Pariſ. de reſig. benef. lib. xi. quæſt. 6. numero 89. & 92. & ſeq. & quæſt. 14. numero 39. & ſeqq.* Habet locum etiam in renuntiatione ex cauſa permutationis, *Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 5. nu. 16. & 25. & ſeqq.* monaſteriorum conſiſtorialium, & electiuorum, *Rot. diuerſ. deciſ. 189. numero ſecundo, p. ſecunda late Pariſ. de reſignat benef. lib. 11. quæſt. 5.* ac aliorum beneficiorum regularium, *Rot. diuerſ. deciſ. 739. numero 4. & 5. & deciſ. 772. numero 9. p. 1. gloſſ. in Clem. 1. in verbo reuocari verſ. & ſcias & ibi Zab. in §. præmiſſa numero quarto, Vita'. numero 9. Imol. 44. poſt med. verſ. redeo ad gloſ. Pan. numero 17. de ſuppl. neglig. prælat. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alternat. gloſſ. 5. §. 6. n. 32. & 33.* ac in reſignationibus beneficiorum de quibus fit collatio in forma, *Rot. diuerſ. deciſ. 286. numero primo. p. ſecunda propter generalitatem & prægnantiam verborum conſtitutionis,* & hoſpitalium. *Gonz. ſuper reg. de menſ & alternat. gloſſ. 5. §. 4. numero 5. 19. & 28.* circa reliqua inſpiciendus eſt tenor, dictæ conſtitutionis, quam fuſe explicat Pariſ. *de reſign. lib. 11. per* 14. quæſtiones & Garc. *de beneſic. p. xi cap. 3. §. 4. de public. reſignat.* Reſtitutio aduerſus lapſum temporis ad publicandum dabatur reſignatario, viuo reſignante, ſoletque ſignatura abſolute retribere, attento quod reſignans viuat, quia reſignante viuo nullum ius erat alicui quæſitum, ex lapſu termini ad publicandum, cum ius remaneat penes reſignantem ex conſtitutione Pij V. de publicandis, ita quod nec ipſi pontifici, neque ordinario ius conferendi competebat: *Rot. diuerſ deciſ. 674. ſub numero quarto, verſ. mouit etiam dominos p. prima, & deciſ. 149. p. ſecunda Caputaq. deciſ. 80. p. tertia.* hodie ex conſtitutione Gregorij XIII. ob non factã à reſignatario publicationem, abdicatur ius à re-
18 ſignante, annullatur reſignatio, beneficium † eſt reſeruatum ſedi Apoſtolicæ; vacat, nunquam ſub clauſulis generalibus, aut vacationem modis conditionalibus comprehenditur; ſed ſpecialiter, & expreſſe ob non ſeruatam dictæ conſtitutionis formam, debet impetrari diſpoſitiue, cum declaratione nominum, & cognominum, reſignantis, & gratiam habentis, *Conſtit. Gregorij XIII. §. quod ſi quidquam & §. illorum vero impetrationes late Flam. Pariſ. de reſignat benef. lib. 11. per tot. & præcipue quæſt. 7. & duodecima Gonz. ſuper reg. de menſ. & alternat. nu. 85. & ibi 86.* & negatiua non facta publicationis incumbit impetranti, *Greg. XV. deciſ. 210. Garc. de benef. p. 11. cap. 3. §. 4. numero 330. & ſeqq Greg. XV. deciſ. 288. & ibi annot.*

De ſupplenda negligentia prælatorum.

Titulus X.

SVMMARIA.

1 *Negligentiæ definitio.*

2 *Negligentia deprehenditur in prælato lapſu temporis, trina monitione, ipſo facto.*

3 *Præbenda, ſeu alia qualibet beneficia, dignitates & perſonatus quæ in numeratis eccleſiis vacare contingit conferri debent intra ſex menſes.*

4 *Dictis ſex menſibus elapſis quomodo fiat deuolutio in Cathedrali eccleſia.*

5 *Regulari eccleſia.*

6 *Collegiata eccleſia.*

7 *In eccleſia & beneficio in quo competit, non collatio, ſed electio, ſeu præſentatio.*

8 *In eccleſiis exempta.*

9 *Papæ, deputato ab eo executori, legato à latere, ac nuncio nullum eſt præfixum tempus ad conferendum.*

10 *Deuolutio tantum habet locum in beneficiis vacantibus de iure & de facto.*

11 *In receptiuis eccleſiis vacatio Canonicatuum non eſt poſſibilis.*

12 *Vacationis ſcientia vel ignorantia in ordinario an ſit præſumenda.*

IN prælaturis ſæpius res negligenter aguntur, *c. ante omnia 40. diſt.* & neglecta ſupplenda ac omiſſa inſtauranda ſunt, ideo ſubnectit, de ſup-
plenda negligentia, &c. quæ † eſt eius, quod fieri 1
potuit & debuit omiſſio: *c. negligere ſecunda quæſt. ſeptima & ibi gloſſ. c. primo, & ſecundo 84. diſt. c. cum ſimus 9. quæſt. 3.* Nota ex hac rubrica, quod Prælati nedum tenentur de dolo, de lata culpa, & leui, ſed etiam negligentia, id eſt culpa leuiſſima, *clem. 1. in fine de vit. & honeſt. cleric. clem. prima, de offic. ordin. c. licet heli in princ. de ſimon. c. irrefragabili de off. ordin. c. ſi quis per capillum §. ſi quis autem 22. quæſt. 1. c. placuit. 11. quæſt. tertia,* quid autem ſit dolus,

culpa

culpa lata, leuis & leuiſſima, tradit Bart. *in repetit. l. quod Nerua ff. depoſ.* & Bened. Capra *concluſ.* 78.
2 Negligentia † deprædenditur in prælato lapſu temporis, *c. licet hoc tit.* trina monitione, *c. prima, hoc tit.* ipſo facto *c. ſecundo, hoc tit.* Præbendæ ſeu
3 alia † quælibet beneficia, etiã dignitates & perſonatus, quæ in eccleſijs numerantur, *c. ex parte de conceſſ. præb. & ibi gl. in verbo diſtincta & Canon.* vacare contingit, conferri debent infra ſex menſes, *c. nulla §. pen. & fin. de conceſſ. præb. c. licet hoc tit. clem. prima hoc tit. c. dilectus de conceſſ. præb. Garc. de benef. p.* 10. *c. ſecundo numero primo, & per tot.* vtiles, *c. quia diuerſitatem verſi. tempus circ. fin. de Conceſſ. præbend.* non à die vacationis, ſed à die ſcientiæ vacationis, *d. c. licet c. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. gl. in c. nulla in verbo intra ſex menſes eod. not. in d. c. de multa de præb. Garc. de benef. p.* 10. *cap. ſecundo numero* 15. & 20. & 27. vel à tempore, quo ſcire potuit ac debuit; *Rot. deciſ.* 7. *de præb. in antiquior. propter verbum negligere poſitum in d. c. licet. & l. fin. in princ. ff. quis ord. in bonor. poſſeſ. ſeruet. Rot. diuerſ. deciſ.* 481. *part.* 1. nec non à die ſcientiæ commiſſi criminis, quod inducit priuationem ipſo iure; *Lap. alleg.* 78. *n.* 12. *ad quartam quæſtionem & ibi ad d. lambert. de iure-pat.* 2 *part. ſecundo lib. quæſt. prima, art.* 20. computandos: qui non currunt ſuſpenſo, aut legitime impedito, *c. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. gloſſ.* 2. *in c. ſecundo, eodem & ibi Can.* ſiue fuerit impedimentum iuris, ſiue facti, *Pan. in d. c. quia diuerſitatem numero tertio, & ibi Innoc. & Can. Garc. de benef. part.* 10. *c. ſecundo numero* 16. & *ſeqq.* vel excommunicato, *Goffr. in ſumm. tit. de præben. ſub numero* 5. excepto, quod abbate, vel priore proprium abbatem non habente, *in caſu Clem.* 1. §. *ſi quis autem de ſtatu monach:* ſuſpenſo à collatione beneficiorũ, eadem deuoluitur ad priorem clauſtralem cum concilio & aſſenſu conuentus, vel maioris partis ipſius: *Clem. prima §. ſi quis autem de ſtat. monach.* & quando ad epiſcopum, & capitulum communiter, pertinet collatio, epiſcopo à collatione ſuſpenſo, capitulum vacantes confert præbendas; idem poteſt epiſcopus, ſi capitulum, ab ipſa collatione, ſuſpendi contingat, vel ſingulariter omnes de capitulo, maioris excommunicationis vinculo innodari, *c. vnico ne ſed vacante in* 6.
4 Dictis † ſex menſibus elapſis in Cathedrali eccleſia ſi epiſcopus, vbi ad eum iure proprio (nam in deuoluris, in capitulum non ſupplet negligentiam epiſcopi ſed immediatus ſuperior, *Innoc. in c. cum in cunctis ſuper verbo per capitulum de elect. Archid. in c. primo ne ſede vacãe. & c. ſuper verbo intromittere in* 6. *Ioan. And. in c. quanquam de elect. in* 6. *Felin. in c. irrefragabili ſub numero* 3. *de offic. ordin. Abb. antiq. in c. ne pro defectu in princ.*) prouiſio ſpectat, conferre diſtulerit, aut contulerit indignis, ſeu inhabilibus & incapacibus, *c. cum in cunctis §. fin. & ibi Can. de elect. c. ſi compromiſſarius eod. tit. in* 6. *Garc. de benef. part.* 10. *cap. tertio numero ſecundo & ſeqq.* ad capitulum illa deuoluitur; quod ſuccedit in poteſtate conferendi epiſcopo priuato, propter negligentiam, *c. quia diuerſitatem & ibi Bue. numero* 8. & 17. *Pan. & Can communiter de conceſſ. præb.* quod ſi ad capitulum pertinuerit, & intra præſcriptum terminum, hoc non fecerit, ad epiſcopum, cum conſilio virorum religioſorum; & ſi omnes neglexerint, ad metropolitanum, abſque illorum contradictione, pro ea vice, ipſo iure poteſtas conferendi deuoluitur. *c. nulla in fine de conceſſ. præb. c. cum in cunctis §. fin. in fine de elect. c. de multa §.* 15. *quoque de præb. c. ſecundo, hoc tit.* Dantur Archiepiſcopo tantum ſex menſes, etiamſi ſit legatus natus. *c. licet hoc tit. Rot. deciſ prima hoc tit. in nou.* Quando ſimul & communiter ad epiſcopum, vt prælatum, & capitulum ſpectat, beneficiorum collatio, & intra tempus præſcriptum circa hoc negligentes extiterint; lapſu temporis, quia deuolutiones fiunt gradatim, & Epiſcopi ac capituli vnus eſt gradus, non tranſibit de vno ad alium, ſed ad proximum ſuperiorem: *c. ſi. hoc tit. c. poſtulaſtis de conceſſ. præbend. c. à collatione de appell. in* 6. *c. cum in eccleſia de præb. in* 6. *c.* 1. *ne ſede vacante &c. in* 6. *glo. mag. in c. irrefragabili in verbo capitulum de offic. ordin.* niſi forte Epiſcopus, non vt prælatus (quod in dubio præſumitur *gl. in c. à collatione, in verbo prælatus de appell. in* 6. *Anchar. in d. c. poſtulaſtis num.* 3. *& ibi Io. And. num.* 2. vel recurrendum eſt ad coniecturas, *Pan. in d. c. poſtulaſtis n.* 8) ſed vt canonicus cum capitulo habeat ius conferendi, & hoc caſu cum doloſe impedierit, dolus Epiſcopo ſuffragari non debet, *d. c. poſtulaſtis in fine d. c. à collatione.* ſed tempus ſex menſium, aut non currit, vel ſi currat, reſtituendum eſt capitulo, quando propter dolum Epiſcopi, non potuerunt eligere: vt quia eos excõmunicauit, ſuſpendit, procurauit ſingulorum abſentiam, *c. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. gl. fin. in d. c. poſtulaſtis.* ſi potuerunt eligere, ſed non elegerunt dolo Epiſcopi, ſemeſtre currit, poteſtas conferendi non reſtitui-

Digitized by Google

reſtituitur capitulo, neque deuoluitur ad epiſcopum, ſed ad ſuperiorem proximum, *c. cum dilectus de his qua vi met. cauſ. &c. Pan. in d. c. poſtulaſtis n. 15. & ibi Anchar. num. 6.* cum fraus & dolus Epiſcopo parrocinari non debeant, *c. ſedes C. ex tenore de reſcript. c. ex litteris de dol. & contum. c. dictum eſt, 30. q. 1.* & in dubio doloſus à beneficio iuris vel hominis, ſemper intelligatur excluſus, *l. 4. §. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. lucius §. lucius titius Damam ff. de leg. 2.* Quod ſi Epiſcopus & capitulum, ius conferendi ſimul ſibi competens, diuiſerint per turnos, & capitulum in ſuo turno non confert infra tempus à iure ſtatutum, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Epiſcopum, quia par eſt collator cum capitulo, ſed ad ſuperiorem; quia iſta diuiſio non mutat ius deuolutionis: *Garc. de benef. p. 10. cap. 3. num. 35.* Idem obtinet, quando canonicus, cui in turno capituli, ex ordine ipſius, prouiſio competit, non prouidet infra tempus, *Garc. de benef. part. 10. cap. 3. num. 36.* Sed ſi iſte canonicus prouideret indigno, prouiſio infra ſemeſtre reuerteretur ad ipſum capitulum, *c. ſi compromiſſarius de elect. in 6.* neque iſto caſu capitulum haberet nouum ſemeſtre, quia committentes, & commiſſarius non debent habere niſi vnum turni terminum, *Garc. de benef. part. 10. c. 3. num. 37. & 39. vbi refert deciſionem rotalem.*

5 Abbatibus † vel prælatis alicuius eccleſiæ regularis negligentibus conferre beneficia, vbi ad eos ſpectat diſpoſitio, & non ſunt de menſa prælatorum, ſed ſpeciales rectores habent conſueuerunt, etiam manuales, *Clem. vnic. §. præmiſſa & ibi gloſſ. in verbo reuocari Zab. numero 4. Vital. nu. 8 hoc tit. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alt. glo. 1. §. 6. numero 55.* non deuoluitur collatio ad côuentum, ſed ad ſuperiorem diœceſanum; qui in non exemptis, ſiue in exemptis immediate ſubiectis, ſecus ſi mediate; *Zab. in clem. 1. num. 6. hoc tit.* auctoritate apoſtolica negligentiam ſupplet eorundem; prioratus, adminiſtrationes, & beneficia huiuſmodi, illa, quæ conſueuerunt, per ſæculares clericos gubernari, clericis ſæcularibus, illa vero, quæ religioſis duntaxat committi ſunt ſolita, vel conferri, religioſis monaſteriorum, quorum prælati negligentes fuerint, conferendo, *Clem. 1. hoc tit. Rot. deciſ. vnic. hoc tit. in antiq. & deciſ. 1. in antiquior. c. cum ſingula §. per hibemus in fine & ibi Can. notant de præb. in 6.* quia deuolutio fit cum onere, & qualitatibus requiſitis in prima prouiſione *Felin. in c. cum acceſſiſſent num. 18. de conſtit. Roch. de iurepat. in verbo honorificum q. 3. Lambert. 3. part. 2. lib. quæſt. 7. Rebuff. in praxi prima part. tit. de deuol. num. 40.* Sed etſi abbas officia clauſtri negligat ordinare, tunc infra ſex menſes, Epiſcopus quoque ordinabit, *cap. 1. 18. q. 2. Abb. antiq. in c. ne pro defectu circa fin. de elect.* Idem † obtinet in prælatis eccleſiarum collegiatarum ſæcularium negligentibus conferre beneficia, quæ 6
non ſunt de menſa, ſpectantia ad eorum diſpoſitionem, vt non fiat deuolutio, ad capitulum ſiue collegium, ſed ad ſuperiorem diœceſanum: *Rot. d. deciſ. vnica & d. deciſ. 1. eod. tit. in antiquior. Zab. in clem. ſi beneficio num. 7. quæſt. 9. de præb.* Sed in iis non habet locum d. Clem. 1. in quantum præiudicat exemptionibus: *gloſſ. 1. in clem. 1. hoc tit. communiter approbata,* Si vero ad collegium vel conuentum ſine prælato ſpectaret collatio, aut diſpoſitio, *c. fin. de regul. in 6.* primo ad prælatum, & demum ad diœceſanum, deuolueretur poteſtas; *gloſſ. in clem. 1. hoc tit. in verbo prælati & ibi Pan. & Imol. Zab. ſub numero 5. verſ. ſecundo quæro Vitalin. num. 8. hoc tit.* quia negligentia inferioris deuoluit ius ad immediatum ſuperiorem, ſed nunquam ad parem vel inferiorem, niſi in caſibus in iure expreſſis. Quod † ſi beneficia non ſpectant 7
ad diſpoſitionem, id eſt collationem, vel prouiſionem, ſed tantum ad præſentationem, vel electionem ipſorum, tunc eis negligentibus ad inſtituentem vel confirmantem deuolueretur poteſtas, ſiue ſit diœceſanus, ſiue alius ſit, *gl. in d. c. 1. in verbo diſpoſitionem & ibi Pan. numero 3. Vital. nu. 24. Zab. in 1. oppoſ. & num. 9. verſ. ſexto quæro Iaſ. in c. cum in cunctis §. fin. ſub numer. 6. verſ quod autem prædixi de elect.* Vltimo negligentibus omnibus, deuoluitur diſpoſitio, in non exemptis, ad ſummum pontificem, *c. litteras de conceſ. præb. c. licet hoc tit. clem. ſi beneficio & ibi gl. fin. de præb. & Can.* in quibus non eſt neceſſaria mentio de iurepatronatus laicorum, & clauſula eis derogatoria ponitur ad cautelam, *Caſſad. deciſ. 3. vt lit. pend. &c. arg. l. teſtamentum C. de teſtam. & ibi gl. fin.* aut expreſſio menſis, iuxta reg. Cancell. *Gonzal. ſuper Cancell. de menſ. & alternat. gloſſ. 32. num. 62.* Beneficia deuoluta cenſentur vacare in partibus, vbi prius vacabant, & in curia, *Rot. deciſ. 32. de conceſ. præb. in antiq.* Si exemptus † immediate Papæ 8
ſubiectus, ſit negligens, in conferendo, non fit deuolutio ad ordinarium, ſed ad Papam, *c. graue & ibi*

& ibi Pan. num. 3. de offic. ordin. Si exemptus habet ſuperiorem citra Papam, de iure communi ſupplicio pertinet ad illum, & ſic fiet deuolutio per gradus ad Papam, *Zab. in clem. 1. num. 6. hoc tit. qui c. litteras, hoc tit. & ibi Pan. num. 3.* Deuolutio ad Papam non probatur, niſi conſtet de lapſu temporis præfixi, gradatim ſuperiori Epiſcopo, Archiepiſcopo, de quo nō poteſt conſtare, niſi probetur eorum ſcientia, & contra impetrantem à Papa per deuolutionem, iuxta Lateranenſis Cōcilij ſtatuta, poteſt Archiepiſcopus allegare ſuam ignorantiam, *Pan. in c. ex parte num. 13. de conceſſ. preb. & ibi Can. late Garc. de beneſ. part. 10. c. 3. n. 10 & ſeqq. vſque ad finem*, attento etiam Stylo datariæ, quæ ſupplicationi apponit clauſulam, & detur deuolutio dispoſitiue, in litteris; *Caputaq. deciſ. 253. p. 1. Creſcent. deciſ. 15. & Caſſad. deciſ. 5. de preb. Garc. de benef. part. 10. cap 3. num. 16. & ſeqq.* nam ſummus Pontifex poteſt conferre deuoluta, duobus modis, vel poſtquam ad eum deuoluta ſunt, omnibus inferioribus in ſtatutis temporibus, ad conferendum, negligentibus iuxta iam dicta, vel alio modo Papa beneficia deuoluta ad inferiores confert, ratione concurſus, ex tunc ſufficit probare negligentiam infeeioris, *Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat. §. 3. proœm. numer. 3 & ſeqq. & §. 4. proœm. numer. 88. Mand. in regul. de annali quæſt. 19. num. 6. & ſeqq. Pan. in c. quia diuerſitatem num. 5. & ibi Can. de conceſſ. preb.* Collatio facta à ſecundo collatore, verbi gratia Archiepiſcopo, ante factam deuolutionem, non valet; cum antea, is non habeat facultatem conferendi, nec reconualeſcit, etiamſi primus non conferat infra tempus dicti concilii lateranenſis, *Felin. in c. cum ex officij nu. 37. de præſcript. Rebuff. in praxi part. 1. tit. de deuolut. num. 432. add. ad deciſ. Rot. 10 de iurepat. in antiq. per vndecim rationes* Collatio de beneficio, poſt lapſum ſex menſium, facta ab inferiore, ad quem ſpectabat, non valet: *d. c. licet & ibi Pan. num. 2. d. c. litteras hoc tit. & c. fin. hoc titul.* quia mora non purgatur, vbi facta eſt executio à iure, *c. licet canon & ibi gl. in verbo priuatus in princ. de elect. in 6.* & per lapſum dici mora impurgabilis, committitur, *l. magnam C. de contrab. & committ. ſtipul.*
9 Nullum † eſt præfixum tempus ad cōferendum ſummo Pontifici beneficia reſeruata, niſi prout eſt in iure expreſſum, *c. ſtatutum & ibi Franc. num. 6. & c. ſi apoſtolica de preb. in 6.* neque etiam executori à Papa deputato, *d. clem. ſi de beneficio & ibi gloſ. in verbo Epiſcopi quæ excipit duos caſus*, aut legato à latere, *Zab. in clem. ſi de beneficio in 5. quæſt. de preb. Put. deciſ. 258. lib. 2. Mohed. deciſ. 3. de off. deleg. Gundiſ. Villad. in tract. de legato q. 9. verſ. ſed illud ſemeſtre Garc. de benef. p. 5. c. 3. numer. 22. & ſeqq.* ſeu nuncio apoſtolico, cui eſt ſpecialiter data facultas conferendi; *Garc. de benef. p. 5. cap. 3. §. 1. in fine.* Legatus de latere concurrit cum ordinario in conferendo beneficia vacantia, & ad eius collationem ſpectantia iure proprio: *c. 1. c. 3. & 4 de offic. leg. in 6.* nuſquam in iure cautum eſt, quod legatus à latere concurrat, vel ſuccedat, in beneficiis ad Epiſcopum ſpectantibus, iure deuoluto; *Rot. deciſ. 1. hoc tit. in nou. ſub numero 1. & in addit. num. 7. & ſeq. Archid. in c. 1. numer. 2. in fine & 1. 3. ne ſed. vacant. in 6. Io. And. in c. quanquam de elect. in 6.* ſed deuolutione facta, ad Papam, legatus concurrit cum Papa, *glo. fin. in c. 1. de off. leg. in 6. & ibi Can. c. pen. de preb. & ibi DD.*

Deuolutio † iuxta concilium lateranenſe locum habet tantum in beneficijs vacantibus de iure & de facto, *Ioannes Andreas in c. cum noſtris. n. 5. & 7. & ibi Hoſt. numero tertio, de conceſſ. preb.* 10
In receptiuis † eccleſijs, ſiue non numeratis, vacatio præbendarum aut canonicatuum poſſibilis non eſt, & ideo in eis non fit deuolutio, *c. ex parte de conceſſ. preb.* ſed immediatus ſuperior, quando ſuppetunt eccleſiæ facultates, non poteſt mandare, ei ad quem pertinet receptio, vt certas perſonas recipiat; quia collatio & receptio debent eſſe libera, *c. relatum c. inter cætera de preb. Lap. alleg. 31. nume. ſecundo*, ſed ſtatuit ei terminum intra quem eccleſiæ prouideat, quo elapſo ipſe prouidebit. *Pan. in d. c. ex parte numero 15. Bell. in c. luminoſo 18. quæſt. 2.* Capitulū nō ſuccedit in poteſtate conferendi quando epiſcopus ea priuatur propter delictum, aut culpam, ſed ſpectat collatio ad Summum Pontificem, *c. quia diuerſitatem §. ſic tamen verſic. non tamen & ibi poſt gloſ. in verbo præter eius Butr. num. 8. Pan. numero quarto, & Cano. de conceſſ. preben. c. primo hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. pen. Franc. numero tertio, & Canon.* 11
In † præſumenda ſcientia, vel ignorantia vacationis beneficij, in ordinario, qui habet conferre, conſideranda ſunt qualitas beneficiorum, diſtantia locorum, fama loci, *Clem. vnic § fin. de conceſſ. preb.* quæ debet eſſe certa; quia vt dictum eſt iura ponderant negligentiam, *Achil. deciſ. vnica hoc tit. c. licet in verbo neglexerunt hoc tit. Garc. de benef. part. 10. c. 2. num. 30.* 12

Digitized by Google

num.30.& ſeqq. lapſus temporis longi à die vacationis beneficij, de iure & de facto, & nemo erat in poſſeſſione illius ſaltem colorate: *c. vnico § porro vt eccleſ. benef. ſine &c. Ioannes Andr. in c. ex parte num.2. de conceß. preb. & ibi Pan. numer.13. & Can. communiter Pan. in c. quia diuerſitatem numer. 7. de conceß. preb. & ibi Can. Roman. conſ. 481. numer. 4.* Ex his Rota decidit, quod patrono laico, non præſentante infra quadrimeſtre, Epiſcopo ſtatim tempus currat, ab vltima die quadrimeſtris, & non à die notitiæ: *Rot. dec.6. de iurepat. in nou. Imol. in clem. vnica num. 23. de ſuppl. neglig. prælat.* & ſi aliquis reſignauerit beneficium in manibus priuati, currat Epiſcopo tẽpus à die huiuſmodi renunciationis, etiam ante eius ratificationem: *Rot. deciſ. 1. de elect. in antiquior. Imol. in d. clem. vnica n. 23.* rationem allegat in d. deciſ.6. de iurepat. in nou. quia quilibet Epiſcopus tenetur ſemel in anno, iure decretalium, *c. regenda c. decreuimus c. epiſcopum & cc. ſeqq. 10. quæſt. 1. c. cum venerabilis c. cum ſecundum de cenſ. c. ſi epiſcopus de offic. ordin. in 6.* Et ex decretis Conc. Trid. *c. patriarchæ & c. quæ alias ſeß. 24. cap. quarto ſeß. 6. c. 8. ſeß. 7. cap. 8. ſeß. xxj.* Per ſe vel alium ſuam diœceſim viſitare, & indagare, quomodo beneficia regantur, an ſint plena & canonice teneantur: Idem dicũt Domini de Rota *d. deciſ. 6.* in archiepiſcopo, qui ſingulis annis iure decretalium debet celebrare, cõcilium prouinciale, cum ſuis ſuffraganeis, & ſtatuere perſonas idoneas ad inueſtigandum ſolicite, quæ ſunt correctione, & reformatione digna, & referenda in proximo concilio: *c. ſopite de cenſ. c. ſicut de accuſ. c. graue de preb. Pan. in c. ex parte athenſis num. 13. de conceß. preb.* quod non puto nunc poſſe obtinere, quia ex decretis Concilij Trid. prouincialia concilia celebrantur quolibet ſaltem triennio, *c. prouincialia ſeß. 24.* & metropolitano non liceat viſitare cathedrales eccleſias, aut diœceſes ſuorum comprouincialium, niſi cauſa cognita & probata in concilio prouinciali. *d. c. patriarchæ ſeß. 24.* Statur autem iuramento epiſcopi dicentis ſe ignoraſſe vacationem beneficij, quod dicitur deuolutum per ſuam negligentiam: *Hoſtien. in c. paſtoralis in fine de except. Rot. deciſ. 10. de prob. in antiq. Pan. in cap. quia diuerſitatem numero ſeptimo & in c. ex parte num. 13. de conceß. preb.*

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Titulus XI.

SVMMARIA.

1 *Ordinis ſacri definitio.*
2 *Ordinum alij ſunt minores, alij maiores.*
3 *Ordini epiſcopali reſeruata enumerantur.*
4 *Sanctorum ordinum functiones à Diaconatu ad Oſtiariatum, nonniſi per conſtitutos in dictis ordinibus, prælati exerceri curent.*
5 *Sacros ordines quinam conferant, & in quo loco.*
6 *Minores ordines quinam conferant.*
7 *Inferioribus prohibetur ordinati à Papa promotio ad ſuperiores ordines ſine eius licentia, & Religioſi contra voluntatem Prælati.*
8 *Ordines quibus diebus ſint conferendi.*
9 *Interſtitia in collatione ordinum quæ ſint ſeruanda.*
10 *Ordinati ad ſacrum ordinem, & conferentis eundem extra ſtatuta tempora pœna.*
11 *Titulus non eſt aßignandus in promotione ad minores, ſed ad maiores ordines, ac pœna ordinati, & ordinantis ſine titulo.*
12 *Ætas requiſita in ſuſceptione ordinum.*
13 *Ordinati ante legitimam ætatem, & ordinantis pœna.*
14 *Crimina quæ repellunt à ſuſceptione ordinum.*
15 *Epiſcopus ſuper omnibus irregularitatibus & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus diſpenſat, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentioſum.*
16 *Clerico, cui aſcenſus ad ſacros ordines à ſuo prælato eſt interdictus, aut ſuſpenſus à ſuis gradibus & dignitatibus nulla ſuffragatur licentia, aut reſtitutio contra prælati voluntatem.*
17 *Ordinum collatio debet eſſe gratuita.*

PRÆLATI conferunt ordines clericis, dictaque ordinatio fieri debet certis temporibus, & cum ſcrutinio, ideo ſubiungitur titulus de temporibus ordinationum, &c. Ordo † eſt Sa 1
cramentum eccleſiæ, cuius character, per manus impoſitionem prælati, ſecundum formam eccleſiæ, cooperante Spiritu ſancto, imprimitur ordinato,

nato, vt in certis officijs valeat adminiſtrare: *c. fin. de ſacram. non reiter. & ibi Pan. num. 2. & 3. c. presbyter & cc. ſeqq. 23. diſt. in quibus traditur forma conſerendi ſingulos ordines maiores & minores gl. 1. in ſumma 32. diſt. & c. ſed nunquid.* Manus impoſitio eſt duplex, conſecratoria, & ordinatoria. *c. quia & ibi gloſſ. 1. 5. quaſt. 6. c. ſubdiaconus & ibi gl. pen. & fin. 23.*
2 *diſt.* Ordinum † alij ſunt minores, pſalmiſtatus, ſiue prima tonſura, *c. cum contingat de æt. qualit. & ord. præf. & ibi Hoſtien. numer. 3. Pan. ſub num. 1. Rot. deciſ. 731. num. 5. p. 1. late Lapus alleg. 138. num. xj. & ſeq. Gabriel conſ. 181. num 3. & ſeqq. vol. 2.* hoſtiariatus, lectoratus, exorciſtatus, acolytatus: maiores ſiue ſacri ſunt, ſubdiaconatus, diaconatus, presbyreratus, & ſecundum canoniſtas epiſcopatus, *c. quoties de purgat. Can. cap. 1. & ibi gl. pen. 32. diſt. quæ plures quos ac allegat late Imol. in clem. in pleriſque num 18 de elect. & ibi Can. Pan. in c. tranſmiſſam numero tertio de elect. dicit epiſcopatum eſſe ordinem Zab. in clem. vt hi qui in 7. quaſt. de ætat. & qualit. præfect. Zab. in clem. in pleriſque quaſt. 11. de elect.* qui habent annexum tacitum votum continentiæ; *gl. in c. cum olim in verbo votum in fine de cleric. coniug. c. aliter diſt. 31. & d. diſt. 32. in ſumma & ibi gl. & c. 1. & ſeqq.* Et officium ad vnumquemque ordinem pertinens, habes *in c. 1. 25. diſt. & per totam.*
3 Infra ſcripta † ſunt ordinis epiſcopalis, quæ de iure communi non debent recipi ab alio, quam ſuo epiſcopo, presbyterorum, Diaconorum, & virginum conſecratio, conſtitutio & conſecratio eccleſiarum & altarium, *c. quamuis 68. diſt.* conſecratio calicis, *Zab. in clem. 2. §. ſtatuimus quæſt. 9. de ſtat. Monach. c. comperimus 14. quaſtion. 6. Franc. in c. Abbates, circa fin. de priuil. in 6. & ibi Can. Syleſtr. in verb. benedictio. num. 3. 4. & ſeqq.* patinæ, *Ioannes Andr. in c. 1. ſub num. 4. de pignor.* corporalium *c. conſulto. de conſecrat. diſt. 1.* chriſmatis confectio, confirmatio baptizati, reconciliatio publici pœnitentis in miſſa, conceſſio formatarum epiſtolarum, *c. quamuis 68. diſt.* confectio olei ſancti, *c. veniens §. chriſma de præſcript.* benedictio ſolemnis plebis, *c. miniſtrare 26. quaſt. 6.* reconciliatio eccleſiarum & aquæ pro eius reconciliatione benedictio: *c. aqua de conſec. eccleſ. vel alt.* conceſſio indulgentiarum eſt mixtæ poteſtatis, & partim accedit ad ordinem epiſcopalem, & partim ad iuriſdictionem. *Io. And. in c accedentibus numero 2. de exceſſ. prælat.* Præcipit Synodus Tridentina
4 Prælatis eccleſiarum, vt † functiones ſanctorum ordinum à diaconatu ad oſtiatiatum, nonniſi per conſtitutos in diebus ordinibus exerceri curent, eaſque aliquamdiu intermiſſas reſtituant, in eccleſijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus ſuæ Diæceſis, & eas exercentibus ſtipendia aſſignent: quod ſi miniſterijs quatuor minorum exercendis, clerici cælibes præſto non fuerint, ſuffici poſſunt, ad ea obeunda, etiam coniugati, dummodo non bigami, qui tonſuram & habitum clericalem in eccleſia geſtent; ne ab hæreticis, tanquam otioſæ traducantur. *c. vt ſanctorum ſeſſ. 23.* Sacros † ordines conferunt epiſco- 5
pi, & ſuperiores, per ſe ipſos, in eccleſia cathedrali, publice, vocatis canonicis: *c. ordinationes ſeſſ. 23. c. ordinationes 2. & ibi gl. fin. & c. fin. 25. diſt.* Si in alio diæceſis loco, præſente clero loci, in digniori eccleſia: *d. c. ordinationes in fin. princ. ſeſſ. 23.*

Minores ordines, vbi, & quando voluerint: 6
c. fin. 69. & c. quando 75. diſt. c. 3. hoc tit. primam tonſuram laico ſubdito, etiam in aliena diœceſi, quia collatio tonſuræ eſt voluntariæ iuriſdictionis: *Albert. in l. emancipati ſub num. 1. ff. de emancip. Barb. in c. nouit de off. leg. Rebuff. in praxi p. 1. titul. de clerit. à quibus & quomodo creentur num. 12.* impediti olim dabant licentiam, *c. 2. & 3. hoc tit. in 6.* hodie, ſubditos ſuos non aliter, quam iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittunt: *c. Epiſcopi & ordinationes verſ. vnuſquiſque ſeſſ. 23. quaſt. 2. in ſumma & c. 1. & ſeqq.* Si ſecus fiat ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus ſuſceptorum ordinum executione, quamdiu, proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus: *d. c. ordinationes 23. ſeſſ. in fine,* Item minores vſque ad lectoratum conferũt abbates, qui ſunt presbyteri, & benedicti, in proprio monaſterio ſolummodo, *c. cum contingat de æt. & qualit. 69. diſt. in ſumma & c. 1. & ibi gloſſ. in verbo lectores,* ſibi regularibus ſubditis; *cap. abbatibus ſeſſ 23. Card. Seraphin. deciſ. 985.* & correcta ſunt iura decretalium, iuxtaque dictos minores ordines, clericis ac laicis non conuerſis, nec conuertendis, in quos eccleſiaſticam, & quaſi epiſcopalem iuriſdictionem habebant, *c. abbates §. nec eis de priuil. in 6. d. c. cum contingat & ibi Io. And. in princ. Innoc. in rub. de cleric. pereg. in fine,* nec non inuitati, etiam alienis monachis, quando monaſterium eorum erat exemptum, *Franc. in c. abbates in fine de priuil. in 6. Gemin. num. 6. & Can.* conferre poterant, *gloſſ. in d. c. quoniam in verbo monaſterio 69. diſt.*

& ibi

Digitized by Google

& *ibi prepoſ. ſub num.* 1. *Franc. Marc. deciſ.* 1080. *n.* 3. *Rot. d. deciſ.* 731. *num.* 4. ac puris laicis: *gloſſ. in d. c. Abbates in verbo quaſi epiſcopalem & ibi DD.* præterquam in monaſterijs & domibus, in quibus abbates, aut alij regularium ſuperiores, iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent; quibus competunt in ſuos ſubditos clericos & laicos, præter ea, quæ ſunt ordinis, omnia ea, quæ poſſunt competere Epiſcopo, in ſuo territorio: *Card. Seraph. dec.* 1386 *c. in monaſterijs ſeſſ.* 20. alienos vero ſubditos, etiam cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi, non poſſunt ordinare, *Card. Seraph. deciſ.* 985. *c. abbatibus ſeſſ.* 23. Guardiani & priores regularium poſſunt conferre primam tonſuram tantum ſuis profeſſis & ſubditis, in quos iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habent, & non alios minores ordines: *Prepoſ. in c. quoniam numer.* 3. 69. *diſt.* Presbyter quoque confert primam tonſuram ſubdito, *Gemin. in c.* 1. *in gl. ſuper verſ. presbyteri hoc tit. in* 6. *Prepoſ. in d. c. quoniam num.* 6. & ei in quem habet iuriſdictionem Epiſcopalem: *c. Pſalmiſta* 23. *diſt. & ibi Prepoſ. & Gemin. gloſ. in cap.* 1. *in verb. Epiſcop. de temp. ordin. in* 6. *Prepoſ. in d. c. quoniam num.* 6. *poſt gl. & ibi Can. Ioan. And. in c. cum contingat num.* 17. *& ſeqq. de æt. & qualit. & ibi Can.* Verum Sot. in 4. diſt. 25. q. 1. art. 1. ad ſecundum argum. dicit primam tonſuram non poſſe conferri à Presbytero vel Guardiano, quia vſus Eccleſiæ reſiſtit. Similiter Cardinales presbyteri, non poſſunt dare primam tonſuram niſi ſubditis, *Ioan. And. in c.* 1. *num.* 13. *&* 14. *de ſupp. neglig. prælat. Prepoſ. in d. c. quoniam ſub num.* 6. *Rot. d. deciſ.* 731. *num.* 10. *& ſeqq. p. prima.*

7 Ordinatus † à Papa, ſine licentia Papæ, ab inferiore ad ſuperiores ordines non promouetur, *c. cum in diſtribuendis hoc tit. & ibi Can.* Religioſi contra prohibitionem prælatorum ſuorum ordinari non debent, quia poteſt eſſe quod eorum prælati aliqua ſua ſecreta commiſſa nouerint, propter quæ, ſalua conſcientia, non poſſint promoueri, *c. ad aures hoc tit. Clem.* 1. §. *ad ampliationem de ſtat. monach. & ibi gl. & Can. c. monachi* 16. *quæſt. prima*, obtenta prælati licentia, nec in minori ætate, nec ſine diligenti epiſcopi examine ordinantur, priuilegijs quibuſcunque excluſis, *c. nullus ſecundo in fine ſeſſ.* 23. penitus. Græcus à Latino, & econtra ordinari non poteſt, quia ritus ſunt diuerſi, & contingeret neceſſario fieri, aut contra ritum ordinati aut contra ritum ordinantis, & vtrumque eſt malum. *c. cum ſecundum c. quod translationem hoc tit.* Nullus debet ordinari, qui illi eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate vel vtilitate aſſumitur, non aſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, *c. cum nullus ſeſſ.* 23. 69. *diſt. in ſumma & c.* 1. *&* 2. *c. minores c. ſubdiaconi ſeſſ.* 23. q. ſi locũ inconſulto epiſcopo deſeruerit, ſacrorum ei executio interdicatur. *c. nullus* 2. *in fine ſeſſ.* 23. Pſal- 8
miſtatus † omnib. diebus conferri põt, quia canones de illo certũ diem nõ exprimunt: *c. conſultationi & ibi Pan. n.* 5. *Hoſt. in fine & Can. cõmuniter hoc tit.* cæteri minores ordines cõferri poſſunt, diebus dominicis, & feſtis, vni, duobus, aut pluribus, dummodo non videatur generalis ordinatio, ſacri ordines conferri debent, in quatuor temporibus, in ſabbatho ante Dominicam de paſſione, vel in ſabbatho ſancto, *c. de eo hoc tit.* Conſuetudo quod extra ſtatuta tempora ordines ſacri conferantur, eſt improbata, vtpote inſtitutioni eccleſiæ inimica, *c. ſecundo hoc tit.* Vno die, poteſt aliquis promoueri ad omnes minores ordines, *d. c. de eo vbi vnum & c. ad minores ordines & ibi gl. dicit. quod ita de facto obtinet c. cum h. de eo qui fuit & c. c.* 1. 2. *reſp. hoc tit. quod indefinite loquitur.* ſed non debet quis eodem die accipere omnes ordines minores cum ordine ſacro ſubdiaconatus, *d. c. cum ſſ. de eo qui fuit ord. ſuſcept.* Ex † decretis 9
concilij Tridentini in collatione minorum ordinum interſtitia ſeruantur arbitrio epiſcopi, vt promouendi eo accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus poſſint edoceri: *c. minores c. vt ſanctorum ſeſſion.* 23. poſt annum eccleſiaſticum, non ſolarem, *Quarant in ſumma Bullarij in verb. ordo & ibi addit. fin.* à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad ſacros ordines promouentur; niſi neceſſitas, aut eccleſiæ vtilitas, iudicio epiſcopi aliud expoſcat: *d. c. minores verſ. fin.* & correcti videntur canones decretorum, q̃ certa in his tempora mandabant obſeruari, *diſt.* 77. *in ſumma & c. primo, & c. ſecundo*, Duo ſacri ordines non poſſunt alicui, etiam regulari, conferri vno die, vel duobus, continuato ieiunio, priuilegijs & indultis, quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcunque. *c. literas & c. dilectus hoc tit. c. ſubdiaconi verſ. fin ſeſſ.* 23. ſtatuit Concilium Trid. quod promoti ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non fuerint verſati, ad vlteriorem gradum, niſi aliud epiſcopo videatur,

Digitized by Google

tur, aſcendere non permittantur; c. ſubdiaconi verſ. promoti ſeſſ. 23. quódque aſſumendi ad ſacrũ presbyteratus ordinem, in diaconatu ad minus annum integrum, niſi, ob eccleſiæ vtilitatem ac neceſſitatem, aliud epiſcopo videretur, miniſtra-
10 uerint. c. qui pie in princ. ſeſſ. 23. Ordinatus † ad ſacrum ordinem, extra ſtatuta tempora, recipit ordinem, & characterem, c. ſane c. conſultationi hoc tit. & vtrobique gloſſ. & Can. quia tempus non eſt de ſubſtantia ordinum, ipſo iure non recipit executionem ordinis, incongruo tempore ſuſcepti, c. litteras in fine c. pen. hoc tit. Anchar. in d. c. cum quidam Pan. in d. c. litteras in vlt. not. & oppoſ. vel ſecundum aliquos eſt ſuſpendendus: c. cum quidam & ibi Innoc. & Ioannes Andreas, in verbo reddere debet hoc tit. cum quo poſt peractam pœnitentiam diſpenſat epiſcopus, vt in ſic ſuſcepto poſſit miniſtrare; non tamen ille qui ordinauit, ſed ſucceſſor, vel Papa, d. c. conſultationi & ibi gloſſ. fin. Pan. in c. cũ quidam numero quinto, hoc tit. Pan. poſt Hoſtien. in d. c. conſultationi numero quarto, & quinto, diſtinguit inter ignoranter recipientem & ſcienter, non metropolitanus, quia in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum nullam habet poteſtatem. c. paſtoralis de offic. ordin. Pan. in d. c. cum quidam numero 5. Conferens extra tempora ordines, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed per ſententiam priuandus poteſtate conferendi ordinem illum, quem illicite contulit. c. ſecundo in fine hoc tit. Pan. in c. litteras 8. not. idem in c. dilectus in vlt. not. hoc tit. & ibidem Butr. & Can. Suſpenſus à collatione certi ordinis, puta diaconatus, minorem recte confert, maiorem conferre non poteſt; quia quamuis non deliquerit in maiori ordine, fecit tamen ſe indignũ delinquendo in minori, Pan. in c. vel non eſt compos ante n. 6. tit. & ibi Ioannes Andreas numero 11. Zab. in 3. quaeſt. cum quo ſolus Papa diſpenſat, gl. fin. in c. dilectus hoc tit. & ibi Can. De ſtylo curiæ ſolet impetrari reſcriptum, extra tempora nuncupatum, in quo datur licentia promoueri ſe faciendi in romana curia, cum clauſulis, quod orator examinetur, & promoueatur per deputatum à vicario vrbis, & dummodo arctatus & ſufficienter beneficiatus exiſtat, extra curiam, cum clauſula, quod promoueatur à ſuo ordinario, vel ab alio de eius licentia, ſimiliter cum dicta clauſula, dummodo arctatus &c. Staphyl. de reſcript. apoſtol. in forma breuis §. datur per breue n. 22. & ſeqq.

In promotione † ad minores ordines clericis ſæcularibus non aſſignatur titulus, quia poſſunt à ſtatu clericali recedere: c. cum ex eo. in fin. princ. de elect. in 6. c. 1. de cleric. coniug. c. non liceat & ibi gl. 1. de præb. prætereà nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum beneficiũ poteſt obtinere; is etiam fori priuilegio non gaudet, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, (nam penſio non ſufficit) Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 5. §. 5. num. 6. Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 10. num. 7. & lib. 2. q. 15. num. 15. aut clericalem habitum aut tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ, ex mandato Epiſcopi inſeruiat; vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi verſetur: c. nullus el 1. ſeſſ. 21. à priuilegio canonis, ſi quis ſuadente, Nau. conſ. 24. de priuileg. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat. gloſſ. 5. §. 5. n. 7. & ſeqq. aut immunitatis à gabellis, c. ex parte de cleric. coniug. & ibi Pan. in 2. not. & Can. Guid. Papa quaeſt. 383. Couarr. pract. quaeſt. cap. 31. ſub numer. 9. aliiſque priuilegiis, quæ multiplicia ſunt, Anchar. in c. vnico in 6. not. de cleric. coniug. in 6. Ioan. And. & Can. ibidem notant communiter, non excluditur, quod enim non mutatur, ſtat incorrectum: l. præcipimus C. de appell. in fin. poteſt Epiſcopus contra eum delinquentem, licet iudicis ſæcularis forum non poſſit declinare, procedere, & punire: arg. c. cum contingat de for. comp. Garc. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16. & ſeqq. orta vero controuerſia, an captus per iudicem ſæcularem, vel apud eum accuſatus, ſit clericus, vel eccleſiaſticæ iuriſdictionis, huius cauſæ cognitio & definitio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, c. ſi iudex laicus de ſent. excom. in 6. late Cou. pract. quaeſt. cap. 33. Nullus clericus ſæcularis, aut regularis in clauſtris degens non profeſſus 6. conſtit. Pij V. publicata 12. Nouemb. 1568. (à qua conſtitutione Gregorius XIII. eximit Ieſuitas) Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2. quaeſt. 6. ſub nu. 19. Garc. de benef. p. 2. cap. 5. num. 13. & ſeqq. quamuis alius ſit idoneus ad ſacros ordines, promoueri poteſt, niſi prius legitime conſtet eum beneficium eccleſiaſticum perpetuum, non manuale aut temporale, Pan. in c. conſtitutus numer. 5. & in c. Michael. in 2. not. de fil. presbyt. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quaeſt. 6. num. 2. niſi is ad quem ſpectat manualium diſpoſitio, ordinandum Epiſcopo repræſentaret, c. poſtulaſti & ibi Hoſt. Pan. de iurepat. c. penult. de Simon. Nau. conſ. 20. hoc tit. quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere, c.

2. in

1. in princ. ſeſſ. 21. Patrimonium vero ſuum, aut alienum, *Ioan. And. in c. ſi pauper num. 2. de preb. in 6. & ibi Can. Garc. de benef. p. 2. c. 5. nu. 77. & ſeqq. & num. 94. & ſeqq. & d. p. 2. cap. 5. §. 1. per totum vbi ponit quatuordecim quaeſtiones*, vel penſionem obtinentes, iuxta Concilium Trid. ordinari non poſſunt, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos, pro neceſſitate vel commoditate eccleſiarum ſuarum, prius perſpecto patrimonium illud, vel penſionem vere ab illis obtineri, & ſufficientia eſſe ad vitam ſuſtentandam; atque illa deinceps ſine licentia epiſcopi alienari aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint: *c. 2. verſ. id vero & verſ. patrimonium ſeſſ. 21. c. ſanctorum diſt. 70.* quæ vtilitas vel commoditas adeſſe præſumitur, *arg. l. nepos procul. in fine ff. de verb. ſignif.* ideo clericis huiuſmodi, ad titulum patrimonij vel penſionis, Epiſcopus dimiſſorias poteſt concedere: *Garc. de benef. part. 2. cap. 5. nu. 75. & ſeqq.* Epiſcopus committens alteri Epiſcopo, ordinationem certarum perſonarum, vel dans licentiam ſubditis, vt poſſint, à quo voluerint, Epiſcopo ad ſacros ordines promoueri, *c. ſi epiſcopus de preb. in 6.* aut ordinans ſcienter aliquem, qui ſit in bona fide, *Nau. conſ. 14. num. 3. & 4. hoc tit. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2. quaeſt. 6. num. 58.* aut etiam, qui prius in ſacro ordine erat conſtitutus, *c. epiſcopus & ibi Dec. in 1. not. & Can. de preb.* ſine titulo; eiuſque ſucceſſor, ac ipſa eccleſia cathedralis, *c. accepimus & ibi Pan. num. 3. & Anch. in 4. not. & Can. de aet. & qualit. & c. c. cum ſecundum & ibi gl. in verbo ſucceſſores & c. epiſcopus de preb. c. tuis de preb. & vtrobiq. gloſſ. & Can.* vel ſecundum alios ipſa menſa epiſcopalis, *Ioan. And. in d. c. cum ſecundum num. 10. in fine & ibi Hoſt. num. 11.* ſublata omni exceptione criminis, niſi poſt ordinationem ſit factus indignus, tenentur ei adminiſtrare neceſſaria; donec in aliqua eccleſia ei conuenientia ſtipendia aſſignet: *c. epiſcopus d. c. cum ſecundum de preb. d. c. accepimus*, ac ordinatus, bona fide, ab Epiſcopo ſciente vel debente ſcire, eum non habere, quo ſe aleret, non eſt ſuſpenſus ab executione ordinum, & celebrando non fit irregularis, ſed vt dictum eſt, epiſcopus tenetur ei neceſſaria ſubminiſtrare: *c. 2. in fine ſeſſ. 21. Pariſ. de reſig. benef. libr. 2. quaeſt. 6. numer. 18.* ſi ignoranter, tenetur archidiaconus, ſiue præſentator, & ſi ille non eſt ſoluendo, tenetur epiſcopus in ſubſidium; *c. adhaec & ibi gloſſ. in verbo examinentur de off. archid. & ibi Pan. ſub numer. 2. Anchar. in c. accepimus & c. quaero poſt DD. de preb.* quia adhuc ſeruatum eſt Epiſcopo ius examinandi illum, *c. quando 24. diſt. c. ſancta 23. diſt.* & ſemel examinatus iterum examinatur, præcipue in quibus vertitur periculum animæ, *c. cauſam de preb. & ibi Can.* Si ſcienter ordinauerit aliquem ad titulum alteri debitum, tunc tenetur ſibi prouidere de alio, *gloſſ. fin. in c. cum ſecundum de preb. cap. 2.* ſi bona fide, non poteſt conueniri ex diſpoſitione dictorum canonum, ſed ex generali obligatione, qua tenetur omnibus indigentibus, *Pan. in d. c. cum ſecundum de preb.* Quod ſi ordinatus per fraudem, ſeu mendacia epiſcopum deceperit, affirmando ſe habere titulum, vel patrimonium aliquod demonſtrando, per quæ ordinator ei probabiliter credere debuit, vt ſi oſtendat titulum patrimonij quæſiti, cum pacto clandeſtino, de reſtituendo illud, poſt ordinationem, tunc ordinatus incurrit ſuſpenſionem, vt nec ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto ordine debeat miniſtrare; *c. neminem, c. ſanctorum 70. diſt. c. per tuas el 3. de Simon. Butr. in c. 2. in fine de preb. & ibi Can.* & ſi in ſuſcepto ordine miniſtrauerit, incurrit irregularitatem à ſolo Papa diſpenſabilem: *d. c. per tuas el 3. & ibi Can. & c. penult. de Simon.* & Epiſcopus ordinans, non tenetur ad alendum ordinatum, *Nau. conſ. 45. hoc tit. Pariſ. de reſignat. benef. libro ſecundo quaeſt. 6. ſub num. 18. Quarant. in ſumma Bullarij in verbo ordo §. ſecunda conſtitutio verſ. tertius caſus Gonzal. vero ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 10. numero 27. & ſeqq. tenet. quod nullam incurrit ſuſpenſionem & Garc. de benef. p. 2. cap. 5. nu. 21. et 28.* ne epiſcopus abſque culpa puniatur. *c. 2. de conſtit. cum concordatis ibi allegatis*, Clerici vero religioſi, ſiue ſæculares more religioſorum in communi, ac clauſtris degentes, & in perpetuum non emittentes profeſſionem, vel infra certum tempus, ſine titulo ordinati, pœnas ſuſpenſionis executionis ordinum incurrunt, ac etiam eos ordinans. *Conſtit. Pij. V. incip. Romanus Pont. in bullario veteri 74. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. q. 6. numero 19.* Prima tonſura non initientur, qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & ſcribere neſciant. *c. prima ſeſſ. 23.* Minores ordines ijs tantum conferri debent, qui ſaltem latinam linguam intelligunt, *c. minores ſeſſ. 23.* & ſic ætas tonſuræ, & minorum ordinum eſt maior infantia, *c. ſuper inordinata & ibi gloſ. in verbo pueri de preb. & ibi ſuſe*

ibi ſuſt Pan. num. 8. & ſeqq. gloſ. fin. in Clem. fin. de ætat. qualit. & ordine præficiend. & ibi Zab. num. 7. & Can. iure decretorum nemo lectoribus connumerabatur, qui minor octodecim annis erat, *c. nemo 78. diſt.* Accipiens primam tonſuram vel alios minores ordines, ante confirmationem, etiam poſt concilium tridentinum non peccat mortaliter, nec incurrit aliquam cenſuram; quia concilium tantum præſcribit epiſcopo, ne quem abſque confirmatione admittat, *Candelab. aur. de confirmat. quæſt. 41.* Si quis infanti, niſi forte intrauerit religionem, per oblationem parentum, *c. addidiſtis & cc. ſeqq. 20. qu. prima c. cum ſimus de regul.* qui tamen præciſe non obligatur, *c. primo & 2. de regular. in 6.* ſeu illiterato, in quo deficit ſpes, quod poſſit addiſcere, primam tonſuram, aut minores ordines contulerit, per vnum annum à collatione tonſuræ, ſiue ordinum, in quibus peccauit, eſt ipſo iure ſuſpenſus: *Arcbid. in c. nullus in verbo illiterato de tempor. ordin. in 6. & ibi Prob. ad monach. num. 24. & ſeqq.* & ſi laici ſubditi voluerint tonſurari, infra annum ſuſpenſionis epiſcopi, non adibunt vicinos epiſcopos, ſed iſte ſuſpenſus poterit dare literas commendatitias ad ipſum ordinem vel tonſuram, ad inſtar confirmati non conſecrati. *c. fin. & ibi gloſſ. pen. & fin. hoc tit. in 6. quam ibi approbat. Gemin. & Can.*

12 Nullus † ſæcularis ſiue regularis, ad ſubdiaconatus ordinem, *Ioannes Andreas in d. c. fin. in fine & ibi Anchar. in fine Franc. & DD.* ante vigeſimum ſecundum, ad diaconatus ante vigeſimum tertium, ad preſbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur: *c. nullus ſeſſ. 23.* ſufficit dictos annos attigiſſe, *gl. in d. clem. fin. in verbo decimo octauo de ætat. & qualit. & ibi Zab. numero octauo,* licet alia ſunt ſtatuta tempora iure veteri. *clem. fin. de ætat. & qualit. & in cap. primo, & ſecundo, 78. diſt.* ſuper defectu ætatis, ad ordines, epiſcopus diſpenſare non poteſt, ſed ſolus Papa, *gloſſ. pen. in d. clem. fin. & ibi Put. in 7. quæſt.*

13 Ordinatus † ad ſacros ordines, ante legitimam ætatem, recipit characterem, executionem ordinis, & non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus ab executione ordinis vſque ad legitimam ætatem: *Pan. in c. vel non eſt compos numero 6. hoc tit. poſt gloſſ. in verbo ætatem & ibi Zabar. in 4. quæſt. gloſſ. pen. in clem. generalem de ætat. & qualit. &c. & ibi Can.* ſed per extrauag. Pij II. eſt ipſo iure & perpetuo ſuſpenſus ab ordinum executione, donec abſolutionis beneficium conſequatur, & ſi in eo præſumpſerit celebrare, efficitur irregularis: *Pius II. conſtit. 6. in bullar. antiq. Rebuff. in praxi p. ſecunda, tit. de cleric. ad ſac. ord. male promot. gloſ. 4. Quarant. in verbo ordo in princ. ſcalens. in Enchrid. de cenſ. tit. de ſuſpenſ. cap. 14. verſ. quod attinet ad pœnam ordinatis &c.* poteſt epiſcopus, cum illo, poſtquam ad legitimam ætatem peruenit, tam ſuper irregularitate, quam ſuper ſuſpenſione diſpenſare: proueniunt enim ex occulto delicto, quia ſe fecit promoueri, non in ætate legitima: *c. liceat ſeſſ. 24. Viuald. in caud. aur. p. ſecunda tit. de ſuſpenſ. in not. 40.* ſi nondum ad ætatẽ legitimam peruenit, petenda eſt diſpenſatio & abſolutio, à ſede Apoſtolica, *Garc. de benef. p. 2. cap. quinto numero 51.* quæ ſola, & non epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper defectu ætatis requiſitæ ad ſacros ordines, *gl. pen. in clem. fin. de ætat. & qualit. Zab. numero xi. & Can.* Ordinans ætate inhabilem ad ſacros ordines, non ipſo iure, ſed per ſententiam ſuſpenditur à collatione omnium ordinum, *d. c. vel non eſt compos & ibi gl. in verbo ſuſpendentes & Pan. in 4. not. Zab. in 2. quæſt. Franc. in c. 1 §. fin. ſub n. 4. circa finem de re iud.*

Circa † ordinationem criminoſorum ſeruandæ ſunt infraſcriptæ regulæ, quarum prima eſt. 14
Omne debitum graue, vt eſt adulterij, homicidij, periurij, falſi teſtimonij, iudiciario ordine, non ſummarie cõprobatum, vel alias notorium, videlicet per ſententiam, confeſſionem in iure factam, rei euidentia, *c. fin. de cohabit. cleric. & mulier, c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* inducit irregularitatem, quæ impedit clericos etiam, poſt peractam pœnitentiam, in ſuſceptis miniſtrare, & prohibet à ſuſcipiendis ordinibus, *c. fin. hoc tit. & ibi Can. c. fin. de furt. & ibi Can.* quia etiam infamia facti repellit à promotione, *d. c. fin. de furt. & ibi gloſſ. in verbo infamia Garc. de benef. part. 7. c. 8. à num. 33. vſque ad fin.* niſi diſpenſetur per epiſcopum, qui in criminibus poteſt, diſpenſare, niſi ſit expreſſe prohibitus, *c. dilectus & ibi gloſſ. in verbo permiſſa gloſſ. in c. ex tenore in verbo citatur in fine hoc tit. c. at ſi clerici §. 1. & ibi gloſſ. in verb. minora de iud.* & diſpenſando remouet infamiam, quæ acceſſorie venit ad delictum, *c. cum te & ibi Pan. num. 14. de re iud. c. preſbyteros in fine princ. 50. diſt.* Altera regula eſt, nullum delictum, quantumque graue, occultum, poſt ſatisfactionem factam leſis, ſi poteſt delinquens ſatisfacere, ac peractam pœnitentiam vel congruam partem pœnitentię, impedit,

Digitized by Google

pedit in ſuſceptis miniſtrare, ac ad maiores ordines aſcendere ſine diſpenſatione & peccato; *c. ex tenore c. fin. & ibi gl. pen. & fin. & vtrobique DD. hoc tit. c. fin. de furt. & ibi gloſſ. fin. & Can.* quia nulla eſt pœna contentioſa, ſed pœnitentialis: *32. q. 5. c. fin. c. erubeſcunt 32. diſt.* delinquens eſt ſuſpenſus, quoad ſe, durante delicto, non quoad alios; *c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. & ibi gloſſ. c. ſacerdotes 1. q. 1. & ibi gloſſ.* & delictum occultum non inducit irregularitatem: *gloſſ. in d. c. erubeſcant d. c. fin. hoc tit. in fine*, habetque ſe ſuperior monendo non repellendo, *d. c. ex tenore d. c. fin. hoc tit.* ac delinquens ſuo relinquitur arbitrio, *c. mulieri de iniuriur. c. conſuluiſti 2. quaeſt. 4. c. ſi omnia 6. quaeſt. 1.* Fallit in occulto homicidio, & occulta ſimonia ſcienter commiſſa, in ordine, vel beneficio: in quibus culpabiles, poſt pœnitentiam, ſine peccato & diſpenſatione nec miniſtrant, nec promouentur; *d. c. fin. hoc tit. & ibi Ioan. And. numer. 8. c. requiſitionis & ibi gl. 1. de accuſ.* ac cæteris criminibus, quæ poſt peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis, *c. reperiuntur & ibi gloſſ. 1. q. 1. Io. And. in c. niſi numer. 23. & 44. de renunciat. & ibi Hoſt. num. 10. dicta crimina enumerant Innoc. in c.*

15 *& tenore de temp. ordinat.* Ex † decretis Concilij Tridentini poſſunt Epiſcopi in diœceſi ſua, per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandū, ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam ſedi apoſtolicę reſeruatis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum diſpenſare: *c. liceat ſeſſ. 24.* idem in hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ, epiſcopis tantum, non eorum Vicarijs eſt permiſ-

16 ſum, *c. liceat epiſcopis ſeſſ. 24.* Verum † clerico, cui aſcenſus ad ſacros ordines, à ſuo prælato, ex quacunque cauſa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à ſuis gradibus, vel dignitatibus eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, ac dignitates, ſiue honores reſtitutio ſuffragatur: *c. 1. ſeſſ. 14.* quia tutius eſt ſubiecto, in inferiori miniſterio, deſeruire, quam cum præpoſitorum ſcandalo, graduum altiorum appetere dignitatē.

17 Non poteſt † aliquid recipi ab epiſcopis, vel alijs ordinum collatoribus, eorumque miniſtris, pro collatione quorumcunque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, vel pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, etiam ſponte oblatum, nec pro ſigillo, aut alia quacunque de cauſa, aut quouis prætextu. Notarij vero, in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere poſſunt, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum, nec Epiſcopo aliquod emolumentum, ex Notarij commodis, prouenire poteſt: tunc enim gratis operam ſuam præſtare omnino tenentur; contrarijs taxis, etiam immemorabilibus, penitus caſſis & interdictis; ſi ſecus fecerint, dans & accipiens ipſo facto incurrit pœnas canonicas, *cap. 1. de Simon. & ibi late Anchar. cap. 1. ſeſſ. 21.*

De ſcrutinio in ordine faciendo.

Titulus XII.

SVMMARIA.

1 *Scrutinium fit de ordinandorum vita, genere, patria, ætate, inſtitutione, loco vbi educati ſunt, moribus, doctrina.*

2 *Ex decretis Concilij Trid. per epiſcopum.*

3 *Ex diſpoſitione iuris Canonici per Archidiaconum.*

4 *Ordinandus in ſcrutinio, tenetur pandere crimina, quæ impediunt ordinis quem ſuſcipit, executionem, notoria, & ea de quibus eſt diffamatus.*

5 *Ordinati abſq; examine, & ordinantis pœna.*

6 *Epiſcopi ordinantis indignum pœna.*

ORDINANDI ante ordinationem, & in ipſa ordinatione ſunt examinandi ideo ſubnectit de Scrutinio. quod † fieri debet de ordinan- 1
dorum vita, genere, patria, ætate, inſtitutione loco vbi educati ſunt, moribus, ſi ſint literati, ſi fidem catholicam firmiter teneant, & ſimplicibus verbis aſſerere queant, *c. quando & c. ſeq. 24. diſt.* quæ examinatio, iure decretalium ad archidiaconum pertinet, *c. adhæc de offic. Archid.* Concilium † Tridentinum ſtatuit, vt ad minores ordi- 2
nes promouendi, bonum à parocho & magiſtro ſcholæ teſtimonium habeant: aſſumendi vero ad maiores ordines, per menſem ante ordinatio-

nem,

Digitized by Google

nem, Epiſcopum adeant, qui parocho, aut alteri committat, vt nominibus ac deſiderio eorum publice in eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam, continentes, ad ipſum Epiſcopum tranſmittat: *c. ad minores ſeſſ.* 23. item ſancit vt quando Epiſcopus ordinationem facere decreuit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando epiſcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur: Epiſcopus autem ſacerdotibus, & alijs prudentibus viris, in eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſti-
3 get, & examinet, *c. ſancta ſeſſ.* 23. Præterea † Ar-
chidiaconi, qui oculi dicuntur epiſcopi, & in omnibus eccleſijs, vbi fieri poterit, debent eſſe Magiſtri in Theologia, ſiue Doctores aut Licentiati in Iure Canonico, *c. cum dignitates & c. Archid. ſeſſ.* 24. eoſdem ordinandos examinare poterunt, iuxta iuris communis diſpoſitionem; *d. c. adhuc,* quia vbi agitur de periculo animæ, examinatio ſæpius reperi poteſt: *c. cauſam de probat. c. ſicut in fine de ſponſal. c. ex litteris de conſang. & affin. c. ſeries de teſtib. DD. in c. accepimus de ætat. qual. & c. DD. in d. c. cum ſecundum de preb.* Tum etiam quia in ipſius ordinis collatione, prior diaconorum, qui Epiſcopo iuxta morem eccleſiæ aſſiſtit, dicit, poſtulas ſancta mater Eccleſia hunc diaconum, vel ſubdiaconum, ad onus presbyteratus, vel diaconatus aſſumi, & epiſcopo interroganti, ſi eum cognouerit eſſe dignum, idem reſpondit, quodquantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcit, & teſtificatur illũ ad huiuſmodi onus officij eſſe dignum, *c. vnico hoc tit.* cum illum, quem indignum non nouit ex præmiſſo examine, dignum debeat reputare: *d. c. 1. hoc tit. c. dudum de præſumpt. l. ſeruos ff. de manum. teſtam.* neque eſt veriſimile Concilium Tridentinum iſta iura tollere voluiſſe, per impoſitionem diligentioris ſcrutinij epiſcopo, *l. præcipimus in fine C. de appell. l. ſancimus C. de teſtam. gloſſ. in d. c. de multa in fine gloſſ. magna de preb. & ibi*
4 *Can.* Tenetur † ordinandus in ſcrutinio, non o-
mnia crimina prodere, ſed ea tantum, quæ impediunt, ordinis quem ſuſcipit, executionem; quæque, ſi non impediunt ordinis executionem, ſunt notoria; vel ordinandus de eis eſt diffamatus, *c. ex pœnitentibus* 50. *diſt. & ibi gloſſ. & Archid. num. 3. Gemin. num. 2. Præpoſ. num. 3.* ratione periculi animarum; *Innoc. in c. inquiſitionis num. 4. de accuſat. Pan. in c. 2. ſub num. 18. & c. & hac dicta & c. de confeſſ.* & quia venit voluntarie, nocet ei confeſſio in hoc ſolo, quod non admittitur ad ordines, & ex ea non poteſt puniri, quia facta eſt in foro, quaſi iudiciali, & ad hoc non fuit actum, *c. hac quippe & ibi gloſſ. in verbo ſuffraganei 3. quæſt. 6. c. 1. de except. & ibi gloſſ. pen. & DD. c. ex pœnitentibus, & ibi gloſſ. in verbo non prodidit in fine 50. diſt. &*
& ibi Gemin. numer. 7. Ordinati abſque exami- 5
natione, etiamſi ſint in omnibus idonei, tam ad maiores, quam minores ordines, & examinati, qui in tempore ordinationis, ſua tacuerunt crimina, impedientia ordinis executionem, poſtea per alios detecta deponuntur, non ab Epiſcopo, qui eos ordinauit, cum & ipſe debeat deponi, ſed ab eius ſuperiore, *c. fin. & ibi gloſſ. 1. & 2. ac marg.*
24 diſt. c. tantis & c. ſi qui ſint 81. diſt. Epiſcopus † 6
ſcienter ordinans indignum, priuandus eſt poteſtate conferendi ordines omnes, vel eum in quo deliquit: ſi ignoranter ordinauerit, non punitur, *c. ex pœnitentibus & ibi Præpoſ. 15. Gemin. 50. diſt. c. qui eccleſiaſticis & ibi gloſſ. 1. 36. diſt. & ibi Gemin. & Præpoſ. duas referunt opiniones ſupraſcript.* teneturque eccleſiæ ad intereſſe ad ſimilitudinem magiſtratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commiſit, *Anchar. in clem. 1. in vlt. notab. de ætat. qualit. & c. Felin. in c. ſi quando num. 7. de reſcript. per l. 1. §. ſi pupilli verſ. vſque adeo ff. de tut. & rat. diſt. 1.*

De ordinatis ab Epiſcopo qui renunciauit epiſcopatui, vel excommunicato.

Titulus XIII.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus qui renunciauit loco tantum, rogatus ab aliquo Epiſcopo minores & maiores ordines confert.*

2 *Epiſcopus qui renunciauit dignitati minores ordines confert, non maiores.*

3 *Epiſcopus ſimpliciter renuncians, præſumitur renunciaſſe loco tantum.*

4 *Ordinatus ad ſacros ordines ab Epiſcopo, qui renuncia-*

Digitized by Google

*nunciauit dignitati, ipſo iure executionem offi-
cij non habet, & quis cum eo diſpenſet.*

5 *Ordinatus ab epiſcopo excommunicato recipit cha-
racterem, ſed non ordinis executionem, & quis
cum eo diſpenſet.*

6 *Excommunicati maiori excommunicatione ſuſ-
cipientis ſacros ordines pœna, & quis cum eo
diſpenſet.*

DICTVM eſt ſuperius titulo de renunciatio-
ne, Epiſcopum ex certis cauſis poſſe renun-
ciare, ideo in tractatu ordinandorum, ponit de
1 ordinatione eius qui renunciauit, † ſiquidem lo-
co tantum, poteſt rogatus ab aliquo Epiſcopo,
2 omnes ordines conferre; ſi † loco & dignitati,
ſiue ordini, poteſt minores ordines conferre,
non maiores: quia huiuſmodi ordines à non E-
piſcopis quandoque conferuntur, *c. 1. hoc tit.* Aut
3 ſimpliciter † renunciauit, & præſumitur renun-
ciaſſe loco tantum, *Pan. in d. c. 1. num. 8. But. num.*
XII. Io. And. num. 3. & Can. ne præſumatur crimi-
noſus, *c. vnico & ibi gloſſ. fin. de ſcrutin. in ord. fac.*
quia qui renunciauit dignitati, præſumitur hoc
4 facere propter crimen, *c. poſt translationem §. fin.
de renunciat.* Per † renunciationem ordinis ſeu
dignitatis, cenſetur renunciatum executioni or-
dinis, *d. c. poſt translationem & ibi gloſſ. in verbo or-
dini*, charactere retento, quia eſt indelebilis: *1. qu.
1. c. quod quidam & c. c. ſi forte militia c. licite 32. q. 7.*
Secundum Canoniſtas Epiſcopatus eſt ordo, &
imprimit characterem. *gloſ. in verbo Epiſcopus in ſa-
lutatione libri 6. & ibi DD. c. cleros 21. diſt.* Secun-
dum Theologos non habet characterem, ſed
annectitur characteri presbyterali, eumque am-
pliat ad reſeruata Epiſcopo, *c. legimus 93. diſt. c.
quanto de conſuet. c. olim 95. diſt.* In epiſcopo duo
iura concurrunt, ius dignitatis epiſcopalis, cohę-
rens perſonæ, quæ habetur per conſecrationem;
& adminiſtrationis ius, cohærens loco; quæ ha-
betur per confirmationem; *c. tranſmiſſam de elect.*
& non ſunt inſeparabiliter connexa, vnde vni
poteſt renunciari, ſine alio, ſi inchoetur à loco,
quo caſu poteſt ea quæ ſunt ordinis, quoad ha-
bitum, non quoad exercitium; quia caret ſubdi-
tis, niſi in illis ſibi integretur, per inuitationem
alterius Epiſcopi, qui habet exercitium, *Pan. in d.
c. 1. num. 1. & 2. & ibi Butr. in princ. hoc tit.* Renun-
cians dignitati epiſcopali non propterea eam,
quoad poteſtatem ordinandi, perdit, quia ordi-
nando characterem imprimit, ſed non tribuit
ſemper exercitium: aut enim à tali aliquis ſuſce-
pit ordines minores, & poteſt in illis deſeruire,
ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ſuſceperit, ac ad ma-
iores ordines promoueri: Sane † ſi quis ab eo- 5
dem ſacros ordines receperit, executionem offi-
cij ipſo iure non habet; quia ſuſpenſus eſt, qui à
ſuſpenſo recepit ordinem, & ſi ab eo ſcienter il-
los receperit diſpenſat ſolus Papa: ſi ignoranter
(niſi ignorantia fuerit craſſa, quæ æquiparatur
ſcientiæ, in his, in quibus agitur de defectu pote-
ſtatis) Epiſcopus ſuper executione diſpenſat, *c. 1.
hoc tit. verſ. ſi enim à tali*, cum fuerit in culpa reci-
piendi ordines ab Epiſcopo non ſuo, *c. Lugdun. 9.
quæſt. 2.* In conferente ordinem conſiderantur
tria, character ordinis, habitus dignitatis epiſco-
palis, & exercitium reſidens in adminiſtratione:
habens hæc tria confert characterem, habitum,
& executionem: qui renunciauit dignitati epi-
ſcopali duo vltima amiſit, & ideo executionem
tribuere non poteſt, ſed neceſſaria eſt diſpenſa-
tio, *Pan. in d. c. 1. num. 3. arg. c. ſtatuimus 1. §. ſicut 1.
quæſt. 1.* Epiſcopus excommunicatus eſt extra ec-
cleſiam, retinet characterem, & illum poteſt cō-
ferre ſeruata forma eccleſiæ, *c. fin. & ibi gloſſ. fin.
hoc tit. c. per illicitam in fine c. ab excommunicato &
c. ſeq. 9. quæſt. 1.* Sed non habet executionem, id-
eoque illam dare non poteſt, ſiue ſcienter ſiue i-
gnoranter ordinatis, *c. qui perfectionem & ibi gloſ.
c. ventum eſt 1. q. 1. quomodo de conſecrat. diſt. 4. cap. 1
& ibi gloſſ. in verbo irritas de ſciſmat. & ord. &c. &
ibi Pan.* Sed opus eſt diſpēſatione: ſiquidem ſcien-
ter quis recepit ordinem ab excommunicato, ſu-
per executione diſpenſat ſolus Papa; ſi ignoran-
ter diſpenſat epiſcopus, *c. fin. hoc tit. c. fin. de ſciſm.
&c. & ibi Pan. & Can.* non tamen delinquens, qui
non poteſt cum ordinato à ſe in excommunica-
tione diſpenſare, etiam poſtquam fuit abſolutus,
& receptus in ſuo ordine, *1. q. 5. c. præſentium &
ibi gloſſ. in verb. fratrum & Can. gloſſ. fin. in c. fin. de
ſciſmat. & ord. &c.* Excommunicato † maiori ex- 6
communicatione ſi conferatur ordo, imprimi-
tur ei character, *c. cum illorum & ibi gl. in verb. ordi-
nibus de ſent. excommunic.* verum taliter excommu-
nicatus, recipiens ordinem, ſi clericus eſt ſæcula-
ris, deponitur ab ordine ſuſcepto, & cum eo ſo-
lus Papa diſpenſat, ſiue excommunicatio erat ta-
lis, quod eius abſolutio reſeruabatur Papæ, ſiue
etiam erat talis, quod ab ea poterat abſoluere

Epiſcopus, *c. 3. & 4. de cleric. excommun. & c. miniſtrant Pan. in c. cum illorum nume. 1. de ſent. excomm. c. 1. & 3. de eo qui furt. ord. ſuſcepit.* & Epiſcopus cum eo non poteſt diſpenſare, etiamſi intraret religionem: *Pan. in c. innotuit ſub numer. 3. de eo qui furt. ord. ſuſcepit.* ſi eſt regularis, ſuſpenſus eſt ab executione ordinis, & diſpenſat cum eo Abbas, quando ignorantia eſt probabilis, *d. c. cum illorum §. fin.*

De ætate, qualitate & ordine præficiendorum.

Titulus XIV.

SVMMARIA.

1 *Ætas vigintiquinque annorum determinata eſt in dignitatibus inferioribus curatis, & parochialibus eccleſijs.*

2 *Ætas viginti duorum annorum in dignitatibus & perſonatibus non curatis.*

3 *Attingentia ætatis quatuordecim annorum ſufficit in beneficijs ſimplicibus, & Canonicatibus Collegiatorum etiam inſignium, & in dimidijs portionibus cathedralium eccleſiarum.*

4 *Ætas viginti duorum annorum in Canonicatibus, & portionibus cathedralium eccleſiarum requiritur.*

5 *Super ætate in dignitatibus quis diſpenſet.*

6 *Ætas requiſita in Prioratibus regularibus, aut 25. aut 20. annorum.*

7 *Doctoratus vel licentiæ gradum quænam beneficia requirant.*

8 *Ordo ſubdiaconatus requiritur in aſſumendo ad parochialem eccleſiam, in cæteris beneficijs ordo ad validitatem prouiſionis non exigitur, ſed ſufficit ætas in beneficio requiſita.*

9 *Clerici compelluntur ad percipiendos ordines à Canonibus.*

10 *Item ab Epiſcopis cum diſtinctione, an obtenta per eos beneficia habeant annexos ſacros ordines vel non.*

11 *Ordinationum recuſationis cauſas canones ponderant, quando beneficia per clericos obtenta non habent ordines annexos.*

12 *Monachi admonitionem Abbatis ad omnes ſacros ordines promouentur.*

13 *Facultates de non promouendo ad annum ſuffragantur.*

DICTO de ordinatis dicendum eſt de præficiendis, de ætate, qualitate, & ordine requiſitis in electis ſiue promotis ad cathedrales, regulares, & collegiatas eccleſias, dictum eſt ſupra titulo de elect. In † dignitatibus inferioribus, curatis, & eccleſijs parochialibus, determinata eſt ætas 25. annorum, in qua ſufficit, quod vltimus annus ſit cæptus, *c. cum in cunctis § inferiora de elect. c. nemo de elect. in 6. c. cum dignitates ſeſſ. 24. gloſſ. fin. in c. indecorum hoc tit. late Pan. in c. præterea numero 85. & ſeq. hoc tit.* & collatio ijs qui non attigerint 25. annum facta, viribus omnino caret, *c. licet. canon de elect. d. c. nemo.* Ad † cæteras dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, viginti duobus annis non minores adſciſcuntur, *d. c. cum dignitates §. ad cæteras ſeſſ. 24. Garc. de benef. part. 7. c. 4. numero 54. & ſeqq.* qui debent eſſe completi: *Garc. de benef. part. 7 cap. 4. n. 67. & ſeqq. referens declarat. interp. Concil. Trid.* iure decretalium requirebatur, ætas 25. annorum. *Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora numero tertio, verſ. ſed quæro quod ſi iſta de elect.* Eodem † iure maior ſeptennio, & minor quatuordecim annis poteſt obtinere ſimplex beneficium, *gloſſ. in c. ſi eo tempore in verbo ætatem & ibi Franc. & Can. de reſcript. in 6. Garc. de benef. part. 7. c. 4. n. 4. & ſeq. c. 51. annum §. ſi vero de iud. in 6.* præbendam cathedralem, *c. cum ex eo & ibi gloſſ. prima & Can. de elect. in 6. Rot. deciſ. 1. hoc tit. in antiq. Pan. in c. 2. num. 10 quinto, de inſtit. vital. in clem. vt ij numero x1. hoc tit.* ac maior quatuordecim annorum, minor vigintiquinque annis, poteſt obtinere officium in cathedrali, quod non vocetur dignitas, ſeu perſonatus; quia in talibus ætas non eſt limitata, & in ea ætate, poteſt regere ſuum patrimonium, *Innoc. in c. præterea hoc tit. n. ſi* habeat annexam adminiſtrationem, quale requirit vigeſimum quintum annum. *Archid. in c. primo hoc tit. in 6.* Ex decretis Concilij Trident. ad beneficia ſimplicia, & canonicatus collegiatarum eccleſiarum, etiam inſignium, *Garc. de benef. p. ſeptima c. 4. num. 36. & 39.* & dimidias portiones in cathedralibus, ſufficit prima tonſura cum attingentia ætatis quatuordecim annorum, *cap. 6. ſeſſ. 23. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat. gloſſ. 5. nu. 90. & plurib. ſeqq.* ac in omnibus eccleſijs cathedralibus omnes canonicatus, & portiones ha-

mes habent annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel ſubdiaconatus: epiſcopus autem cũ conſilio capituli deſignet ac diſtribuat, prout viderit expedire, quibus quiſque ordo ex ſacris annexus impoſterum eſſe debeat, ita tamen, vt dimidia ſaltem pars presbyteri ſint, cæteri vero diaconi, aut ſubdiaconi: ante hanc diſtributionẽ ſacerdotales, diaconales, vel ſubdiaconales dici nequeunt ob requiſitum à canone epiſcopi factum & miniſterium: *l. quæ ſub conditione §. fin. & ibi Bald. poſt num. 4. Salic. numero ſecundo, & DD. ff. de cond. Inſtit. Felin. in c. Rodulphus ſub numero* 38. *verſ. limita quarto de reſcript.* verum, quia concilium ſua auctoritate annectit omnibus ordinem ſacrum in genere, ideo in eccleſia cathedrali, in qua non eſt facta diſtributio ſacrorum ordinum, requiritur, quod prouiſus de canonicatu, aut portione ad minus attingat vigeſimum ſecundũ annum, alias collatio non valet: *Garc. de benef. p. 7. cap. 4. n. 15. &* 28. vbi tamen conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint presbyteri, omnino obſeruetur; *d. c. cum dignitates §. in omnibus*, ratio eſt, nam cum nullus ad ſubdiaconatum ante vigeſimum ſecundum annum promoueri poteſt, *c. nullus impoſterum ſeſſ.* 23. neceſſario

4 ſequitur, quod † in portionibus & canonicatibus huiuſmodi obtinendis, requiratur ætas viginti duorum annorum, aut viginti & vnius, *ſeraph. deciſ.* 500. *& deciſ.* 1138. *per d. c. cum dignitates §. in omnibus ſeſſ.* 25. quia in iſtis requiritur conſilij maturitas, & aſſiduitas obſequij, *c. ſuper inordinata de præb. & ibi Hoſt. Ioan. de lignano & DD.* Epiſcopus

5 diſpenſat † ſuper ætate, in dignitatibus ſine cura, cum illo qui vigeſimum annum peregerit, *c. 1. hoc tit. in 6.* in curatis ſolus Papa, *gloſ. in d. c. primo in verbo non imminet & ibi Anchar. Io. An. numero 2. d. c. licet canon. & ibi Franc. numero quarto, & DD.* qui non cenſetur diſpenſare propter minorem ætatem, in ſupplicatione expreſſam, & ſubſecuturam curati beneficij collationem, niſi expreſſe dicatur, ſuper qua, de vberioris dono gratiæ, tecum diſpenſamus, propter ſtylum curiæ *Cald. conſ. 8. de reſcript.* Eccleſia diſpenſatiue minori conceſſa, per clericos, non per laicos, regi & adminiſtrari debet, *c. 2. hoc tit.* Gemin. *in d. c. primo numero quarto, & quinto; hoc tit. in 6.* & ibidem Archidiacon. affirmant; quod epiſcopus in curatis diſpenſat ſuper ætate, exigente magna neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ, non propter prærogatiuam meritorum perſonæ; ſed curia Romana ſeruat contrariam opinionem, teſtibus Anchar. & Io. And. *in d. c. primo numero ſecundo*; quia eſt abſurdum, quod epiſcopus contra tam ſolemne Concilium debeat diſpenſare. *c. dilectus de temp. ordin. & ibi Pan. ſub num. 6. & Can. gloſſ. in c. cum dilectus in verbo de ætate de elect. & ibi Can. clem. ne Romani de elect. c. eam te hoc tit. late Pan. in c. præterea numero quarto, et ſeqq. hoc. tit.* Prioratus regulares conuentuales

aliciui † religioſo, niſi vigeſimũ quintum annum 6
attigerit, alij curam animarum habentes. in quibus cura ipſa per presbyteros ſæculares habeat exerceri non poſſunt cuiquam religioſo conferri, aut committi, niſi vigeſimum annum peregerit: *clem. 1. §. cæterum prioratus de ſtat. monach.* vbi vero cura debet exerceri per ipſummet religioſum, debet attigiſſe vigeſimum quintum: *gloſſ. in §. cæterum in verbo & ſi & ibi Zab. in 1. quæſt. facit c. nemo de elect. in 6.* in officijs regularibus clauſtralibus, vt eſt eleemoſijnaria ſacriſtia. & alia ſimilia ſeruanda eſt extrauag. Benedicti duodecimi, quæ *benedictina* vocatur. Secundo requiruntur honeſtas morum, & ſcientia, *c. cum in cunctis § inferiora de elect. c. eam te c. fin. & clem. prima hoc tit. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alternat à n. 60. vſq. ad n. 126.* & huius defectus deijcit iam promotũ, *c. fin. hoc tit. c. niſi § pro defectu de renunc.* non tamen abbatem, ſi ſit diſcretus, & peritus in regula per quam officium ſuum eſt limitatum *c. tuam & Pan. in 1. fin. numero quinto, hoc tit. & ibi Zab. in 2. quæſt. Anchar. in fine Io. And. in c fin. n. 4. hoc tit. & ibi Can. c. legi 16. quæſt. 1. & ibi poſt gloß in verbo inſtructio Can* Iure canonico, in nullo beneficio requiritur, aliquis gradus doctoratus, vel licentiæ: ex decretis Concilij Tridentini debet eſſe Doctor vel licentiatus Theologiæ, aut iuris canonici, aſſumendus ad epiſcopatum, *c. 2. ſeſſ. 22.* ſcholaſtriam, *c. 18. §. de cætero ſeſſ. 23.* archidiaconatum, *c. 12. § archidiaconi etiam ſeſſ. 24.* pœnitentiariã eccleſiæ cathedralis, *c. 8. ſeſſ.* 24. ac idem Concilium hortatur, non præcipit, vt in prouincijs. in quibus id commode fieri poteſt; ſaltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus eccleſijs, & collegiatis inſigni-
bus, conferantur † Doctoribus, aut etiam Licen- 7
tiatis in theologia, vel iure canonico, *c. 12. § hortatur ſeſſ. 24.* Prouiſi de beneficijs quibuſcunque curam animarum habentibus, tenentur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius epiſcopi vel eo impedito, corã

Vicario, vel officiali, orthodoxæ ſuæ fidei publi-
cam facere profeſſionem, & iurare ſe in Roma-
næ eccleſiæ obedientia permanſuros. Prouiſi de
canonicatibus & dignitatibus in eccleſijs cha-
thedralibus, non ſolum coram epiſcopo, ſeu eius
officiali, ſed etiam, in capitulo idem facere tenen-
tur, alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra,
fructus non faciunt ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffra-
8 gatur, *d.c. cũ dignitates §. prouiſi*. Tertio † ad regi-
men parochialis eccleſiæ, non debet aliquis ad-
mitti, niſi ſit ſubdiaconus, *c. præterea hoc tit.* excipe
præſentatum à patrono, *c. fin. de inſt. in 6. ſumma
angel in verbo eccleſia n.12.* Ex decretis concilij Tri-
dentini nemo ad dignitatem, canonicatum, aut
portionem, vel beneficium recipitur, *niſi* qui eo
ordine ſacro, aut ſit *initiatus*, quem illa dignitas,
præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt
infra tempus ſtatutum, initiari valeat, *c. cum digni-
tates §. neminem ſeſſ. 24.* & cæteras qualitates inte-
gre habere dignoſcatur, alias irrita eſt prouiſio.
*d.c. cum dignitates § neminem c. quicunque el. 2. §. fin.
ſeſſ. 22.* Super defectu ordinis, archiepiſcopi, *c. à
multis & ibi gloſſ. in verbo metropolitani hoc tit.* & e-
piſcopi diſpenſant, cum illis qui intra breue tem-
pus poſſunt ordinari: *c. præterea hoc tit. & ibi gloſſ.
Zab. in 2. oppoſ. & quæſt. 1. & Can. communiter*, olim
permittebatur archiepiſcopo diſpenſare, cum
ſubdiacono circa epiſcopatum: ſed non cum in-
ferioribus, vnde nec hodie cum inferioribus di-
ſpenſabit, ſed ſolus ſummus pontifex, qui talem
archiepiſcopi licentiam non approbaret, *Zab. in
d.c. à multis in fine Hoſt. numero tertio, & 4. Ioan. And.
numero octauo, & Can. communiter*, Ordo ad vali-
ditatem prouiſionis de beneficio, non exigitur
contemporanee, cum prouiſione, quantumcun-
que illi ſit annexus ordo, ſed ſufficit, quod poſt
prouiſionem ſe faciat promoueri, *c. ſi pro clericis de
præb. in 6. c. quæris §. præterea hoc tit. Garc. de beneſ.
part. 7. cap. 4. n. 44. & ſeqq. Zabar. in c. ſignificatum
in 3. quæſt. de præb. Rot. deciſ. 1. n. 3. hoc tit. in nou.* &
habeat ætatem in beneficio requiſitam: nam
quantumuis paruum & modicum tempus deſit,
puta dies, vel hora; collatio illi facta eſt nulla,
quia in limitatis à iure non licet arbitrari, *Garc. de
beneſ. p. 7. c. 4. n. 82. vſque ad finem clem. generalem
& ibi poſt gloſſ. in verbo in decimo octauo, Can. de ætat.
9 qual. & ord. præfic.* Clerici † compelluntur ad reci-
piendos ordines, & à canonibus, & ab epiſcopis,
qui ad regimen parochialis eccleſiæ aſſumitur, ſi
intra annum, à ſibi commiſſi regiminis tempore,
numerandum, ad ſacerdotium non fuerit pro-
motus; eccleſia ſibi commiſſa, nulla etiam præ-
miſſa monitione, eſt ipſo iure priuatus, & eidem
nullatenus, ea vice, iterato poterit conferri, nec
ipſe moram purgare. *c. licet canon. c. commiſſa de
elect. in 6. & ibi gl. & Can.* Religioſi prioratus con-
uentuales, vel non conuentuales curatos, et-
iamſi cura ipſa per ſeculares presbyteros habeat
exerceri, obtinentes, ſi intra annum, computan-
dum à tempore collationis, ſeu commiſſionis ſi-
bi factæ, de eis, & poſſeſſionis eorum adeptæ; vel
intra vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum, ſi
ante ipſum, non conuentuales prioratus eis cõ-
miſſi fuerint, aut collati ad ſacerdotium, (*clem. 1.
§. cæterum de ſtat. monach.* ceſſante rationabili cau-
ſa) non fuerint promoti, eo ipſo, nulla etiam mo-
nitione præmiſſa, prædictis prioratibus, ſunt pri-
uati; qui ipſis iterum, ea vice, nullatenus confe-
runtur. Obtinentes † dignitates, ſeu beneficia, 10
ſiquidem illis certus ordo eſt annexus, vt abba-
tiæ, præpoſituræ, decanatui, archidiaconatui,
archipresbyteratui, *c. primo hoc tit. c. cum in cunctis
§. inferiora de elect.* & in cathedralibus eccleſijs,
canonicatibus & portionibus vt dictum eſt, *d.c.
cum dignitates §. in omnibus ſeſſ. 24* (qui iure decre-
talium, prout etiam inferiorum eccleſiarum ca-
nonicatus, nullum ſacrum ordinem habent an-
nexum *Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora num. 10.
de elect. Boer. quæſt. 171. in princip.*) & quandoque
perſonatui, officio, vel præbendæ, *d. c. et cui & ibi
poſt gloſ. Franc. n. 6. Ioan. And. n. 6. & Can. communi-
ter de præb. in 6. Rot. Farin. deciſ. 421. p. 1. clem. vt ij
qui & ibi poſt gl. in verbo præbendas Can. hoc tit. Pan.
in c. cum in cunctis §. inferiora num. 10. de elect.* certæ
ſiue incertis præbendis, quæ tamen poſtea cer-
tificatæ ſunt, *gloſ. in clem. vt ij qui in verbo annexi &
Can.* compelluntur ab epiſcopis ſolis, abſque ad-
iunctis de quibus *in cap. 6. ſeſſ. 25. Garc. de beneſ.
part. 3. cap. 4. n. 18. & ſeq* ad illum ordinem ſuſci-
piendum, monitione, *c. nullus & c. innotuit 60.
diſt.* vel ſuſpenſione ab officio, *diſt. 74. in ſumm. &
ibi gloſ. & c. ſi qui & c. placuit.* præmiſſis per priua-
tionem, & amiſſionem dignitatum & beneficio-
rum, *c. 1. hoc tit. c. cum in cunctis §. inferiora de elect.*
coguntque epiſcopi eos, diebus ſtatutis, dictos
ordines per ſe exercere, ac cætera omnia officia;
quæ debent in cultu diuino præſtare, ſub pœnis
etiam grauioribus, eorum arbitrio imponendis,

c. qui-

c.quicunque el. 2.§. ij vero in fine ſeß. 22. ac iuxta diſpoſitionem canonum, intra annum non habent vocem in capitulo, etiam alijs capitularibus concedentibus, niſi ſint ſubdiaconi: *clem. vt ij & ibi gl. in verbo ex tunc. hoc tit. c. quicunque el. 2. ſeß.* 22. poſt annum decurſum, etiamſi ſint ſubdiaconi, abſq; alia monitione, niſi prius, impedimento ceſſante, promoueantur ad ordinem, beneficio pacifice poſſeſſo annexum, in capitulo vocem nullo modo habent, etiam concedente capitulo, & perdunt dimidiam partem diſtributionum; *Clem. vt ij §. illi vero & ibi Pan n.16. hoc tit. d. c. quicunque el. 2.* quæ non accreſcit alijs, ſed datur eccleſiæ, *Archid. in d. clem. vt ij, num.* 10. *& ibidem Zab. in §. illi vero n.* 21. *& ſeqq. Pan. numero* 19. Imo locus eſt d. clem. *vt ij qui*, ſi quis per literas papales ad hoc ſufficienter conſequitur beneficium nō exiſtens in ordine niſi etiam ad non recipiendum ordinem ſufficientem diſpenſationem haberet, *gl. in d. clem. vt ij. qui in verb. annexi.* poſſunt eligi ibi, vel alibi in prælatos, quia non eſt ſuſpenſio, ſed ſubtractio certi iuris particularis, *Imol in d. clem. vt ij n* 13 Si non habent certum ordinem annexum, tunc in collegiatis ſæcularibus, vel regularibus eccleſijs, vocem non habent etiamſi ab alijs ſibi concedatur, qui non eſt ſubdiaconus, *d. clem. vt ij d. c. quicunque el.* 2. ad actum, qui eſt expediendus, vt à priuatis, non à capitulo admittuntur, *gl. in d. clem. vt ij in verbo in capitulo & ibi Anchar. numero tertio, & quinto, Pan. n.* 6. vt puta ad collationem, optionem ve in ſuo turno, perceptionem fructuū *Vitalin. in d. clem. vt ij numero* 16. *&* 17. *Garc. de benef. part.* 3. *c.* 4. *n.* 29. *& ſeqq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloß.* 34. *num.* 128. &c. Inuiti ad ſacros ordines non compelluntur, & compellens punitur, *cap.* 1. *&* 2. 74. *diſt. & ibi gl. mag. in ſumma.*

11 verum † canones attente ponderant cauſas, recuſationis ordinationum. Nam ſi recipit canonicatum, non intendens, ad ſacrum ordinem promoueri, vt fructus ex eo percipiat, per aliquot annos, ipſum poſtea dimiſſurus, tenetur ad reſtitutionem fructuum eorundem, cum eos receperit fraudulenter, ille quoque, qui cum tali ſcienter contulit, ad ſeruandam eccleſiam indemnem obligatur, *Pan. in c. relatum numero* 7. *de cleric. non reſid. c. commiſſa §. cæterum de elect. in* 6. *late Garc. de benef. p.* 3. *c.* 4 *à numero* 33. *vſque ad finem.* Quod ſi præfati ex ſola voluntate renuſit ordinari, propter vtilitatem, vel neceſſitatem eccleſiæ, compelluntur ad ſacros ordines, monitione, aut ſuſpenſione, præmiſſis; ſuſcipere per amiſſionem locorum, & ſubtractionem beneficiorum, omni appellatione poſtpoſita, *c. quæris §. quod ſi pro ſolo hoc tit. cap.* 3. *&* 4. 74. *diſt. c. diſplicet.* 23. *quæſt. quarta.* Aut allegant impedimentum temporale ex delicto ſuo non prouenien s, & excuſantur, ac poſſunt appellare, ſi excuſatio non admittitur. *arg. l.* 1. *§. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit.* Si per culpam ſuam ad talem ſtatum peruenerint, priuantur beneficijs, & non compelluntur ad ordines: *gloſ. fin. in c.* 1. *hoc tit. c. cum in cunctis §. inferiora in fine & ibi gloß. in verbo ſi canones de elect.* Idem obtinet, ſi ante adeptum beneficium, in talem irregularitatem inciderint, qualitercunque, quia id in promotione ſua tacere non debuerant, *c. quando & c. fin.* 24. *diſt. c. expoſuiſti de corp. vit. ord. & c. c. niſi cum pridem §. perſona de renunciat* Si maioribus ordinibus, propter occulta ſua delicta, fatentur ſe indignos, inferiores præferuntur eiſdem, & niſi in alijs eccleſiæ ſeruitijs, valde vtiles fuerint, auferuntur eis beneficia, & alijs conferuntur, *d. c. quæris §. ſtatuentes c. fin.* 74. *diſt. late de his glo. mag. in ſumma* 74. *diſt. & in c. licet canon. in verb. priuatus de elect. in* 6. *& ibidem DD.* Monachi † quilibet ad mo- 12
nitionem abbatis, ad omnes ſacros ordines promouentur excuſatione legitima ceſſante, *Clem. ne in agro §. penult. de ſtat. monach.* quam ſi habet monachus, & non exauditur, ſupplicet, vel appellet ad ſuperiorem abbatis, ad inſtar ſerui ſupplicantis contra dominum, *l.* 1. *C. de precib. Imper. offer. c. de priore de appell. c. nullus de iurepat. Gan. in d. clem. ne in agro §. penult.* facultates † de non pro- 13
mouendo præterquam in caſibus in iure expreſſis, conceſſæ ad annum tantum ſuffragantur. *c. facultates el.* 2. *ſeß.* 7.

De ſacra vnctione.

Titulus XV.

SVMMARIA.

1 *Summi Pontificis caput chriſmate conſecratur.*
2 *Imperatorem examinat, inungit, conſecrat, & coronat Papa.*
3 *Reges quinam inungantur.*
4 *Regis brachium oleo delinitur.*

5 Epiſco-

5 *Epiſcoporum caput & manus chriſmate deliniuntur.*
6 *Sacerdotum manus oleo inunguntur.*
7 *Chriſtiani omnes bis ante baptiſmum vnguntur oleo, & bis poſt baptiſmum chriſmate.*
8 *Eccleſia vtitur vnctione cum conſecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix.*
9 *Romanus Pontifex non vtitur baculo.*

EX electis, ordinandis, & præficiendis, quidam inunguntur, ideo ſubiungit de ſacra vn-
1 ctione. Caput † ſummi Pontificis chriſmate cōſecratur, quia perſonam capitis in pontificali of-
2 ficio repræſentat. Ius † & authoritas examinandi perſonam, à ſeptemuiris principibus Germaniæ electam in regem Romanorum, & promouendam ad imperium, ad ſummum Pontificem ſpectat, qui eum inungit conſecrat, & coronat, *c. venerabilem de elect. Reſtau. Caſtald. de imperat. q. 17. & ſeqq.* plurima ſunt Imperatori reſeruata cumulata per Reſtaurum Caſtaldū in tract. de Imperat. quæſt. 110. Reges dicuntur proprie vngi, improprie vero conſecrari, ſed Epiſcopi di-
3 cuntur proprie conſecrati, & † quatuor reges duntaxat de iure vnguntur, Hieroſolomytarum à Patriarcha, Francorum ab Archiepiſcopo Rhemenſi, Anglorum à Cantuarienſi, & Siculorum ab Archiepiſcopo Barenſi, ſummo Pontifice, vel alio Epiſcopo, aut Cardinale, cui ſummus Pontifex pro tempore committit, vt conſtat ex hiſtorijs regni Neapolitani; alij vero non niſi ex priuilegio eis competat. *Prob. ad monach. in c. 2. n.*
4 *3. & 4. de prebend. in 6.* Brachium † regis oleo delinitur, ſiue humerus vel armus, in quibus principatus proprie deſignatur: *c. 1. §. vnde in veteri hoc*
5 *tit.* Caput † & manus Epiſcoporum chriſmate deliniuntur, per caput mens intelligitur, per
6 manus opera, *d. c. 1. in princ.* Sacerdotum † manus
7 oleo inunguntur. Omnes † Chriſtiani vnguntur bis, ante baptiſmum oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum chriſmate ſancto, primum in vertice, deinde in fronte, *c. 1. §. quia vero,* In confirmatione frons chriſmatur; *d. c. 1. §. penult. c. 1. § fin. de cogn.*
8 *ſpirituali in 6. & ibi gloſſ. in verb. frontis.* Item † eccleſia vtitur vnctione, cum conſecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix, *d. c. 1. §. fin.* Extremam vnctionem infirmo conferre poteſt, Sacerdos ſolus, vel vno præſente clerico, *c. quæſiuit de verb. ſignif. c. viſum & cc. ſeqq. ſeſſ. 14.* damnato ad mortem non confertur, *Gemin. in c. ſuper eo num. 6. de heret. in 6. Franc. Marc. quæſt. 10. nu. 3. part. 2.* Romanus † Pontifex non vtitur baculo 9
paſtorali, tum propter hiſtoriam ſancti Martialis, quem Sanctus Petrus miſit cum ſancto Matthæo, vt dicit gloſ. ſiue cum Beato Materno, qui fuit primus Treuirenſ. Archiepiſc. vt dicunt Hoſtienſ. Zab. & DD. ad Prædicandum in Germaniam, qui cum iret, mortuus eſt, & redijt collega ad Petrum, cui Petrus ait, accipe baculum, & tangens eum dic, vt in nomine Domini ſurgat, & prædicet, & iuit, quadrageſimo die, à mortis tempore, terigit eum, reſurrexit, prædicauit, & ita ſanctus Petrus remouit à ſe baculum, & dedit ſubditis, tum propter myſticam rationem, quia poteſtatem accipit à ſolo Deo. *d. c. 1. §. fin. in fine.*

De ſacramentis non reiterandis.

Titulus XVI.

SVMMARIA.

1 *Baptiſmus, ordo, & confirmatio non reiterantur, ſed caute ſuppletur, quod incaute fuit intermiſſum, cætera poſſunt reiterari.*
2 *Epiſcopi & ſuperiores ieiuni conferunt ſacramenta ordinis & confirmationis ieiunis & confeſſis, reliqua ſacerdotes.*

IN Sacramentis quæ reiterantur, ſi vnctio fit in eis, reiteratur vnctio, alias non reiteratur vnctio, ne iniuria fiat Sacramento prius collato, *c. oſtenditur de conſecrat. diſt. 4. c. Sacramenta 1. quæſt. 1* Sacramenta ſunt ſeptem, his verſibus deſignata,

Abluo, firmo, cibo, piget, vxor ordinat, vngit.
Ordo voluntatis thorus eſt, dant quinque neceſſe.

c. veniens & ibi poſt gloſſ. Pan. num. 1. ante fin. Hoſt. in princ. & Can. de transact. Quæ reiterari poſſunt, & quæ non, ſequens verſus indicat, † *Fons, ordo,* 1
chriſma, c. dictum & c. ſeq. de conſec. diſt. 5. non, cætera ſunt reiteranda; in primis non eſt aliquid reiterandum, ſed caute ſupplendum, quod incaute fuit intermiſſum, *c. 1. & c. fin. & ibi Pan. in fine Butr. numer. 12. eod. & ibi late Boick. per totum,* & quidem

quidem ſtatuto tempore, ad huiuſmodi ordines conferendos, *d. c. fin. hoc tit.* & cum eiſdem ſolennitatibus, *c. 1. de ſac. vnct.* Sacramenta † ordinis, *dictum eſt ſupra de temp. ordin. & qualit. ord. in prin.* & confirmationis, *c. 1. §. per frontis de ſac. vnct. c. de his & c. manus de conſec. diſt. 5.* ieiunis & confeſſis, ieiuni conferunt Epiſcopi & ſuperiores; *c. vt ierum & c. ſeq. de conſec. diſt. 5.* reliqua Sacerdotes, baptiſma quilibet vrgente neceſſitate, *c. ad limina 30 queſt. 1. c. in neceſſitate de conſecr. diſt. 4.* imo etiam abſque neceſſitate, ſed tunc ei pœna venit imponenda, *gloſſ. in d. c. ad limina in verbo cogente.*

2

De filijs presbyterorum ordinandis vel non.

Titulus XVII.

SVMMARIA.

1 *Illegitimi non promouentur ad ordines vel beneficia.*

2 *Legitimi filij clericorum non aſſumuntur ad beneficia quæ patres immediate habuerunt.*

3 *Cum illegitimis diſpenſat ius.*

4 *Summus Pontifex.*

5 *Epiſcopus ad minores ordines & ſimplex beneficium.*

6 *In diſpenſatione quæ fit à Papa vel Epiſcopo exprimenda eſt ſpecies illegitimitatis, & eius qualitas.*

7 *Eſt odioſa & ſtricte intelligenda.*

8 *Legitimi filij inſtitutio in beneficio à patre immediate obtento non valet, & pœna Epiſcopi conferentis eccleſiam paternam filio legitimo.*

9 *Succeſſionis hæreditariæ vitium purgatur diſpenſatione ſolius Papæ.*

10 *Et in titulatione mediæ perſonæ.*

11 *Illegitimi filij clericorum beneficia eccleſiaſtica per eorum patres obtenta nullo modo, nec mediate, nec immediate poſſunt obtinere.*

12 *Legitimus filius clerici poteſt in eccleſia, cui pater præeſt, vel præfuit, beneficium eccleſiaſticum obtinere, ac præeſſe eccleſiæ in qua pater ſine titulo miniſtrauit.*

13 *In eccleſia ſæculari numerata in qua pater inſtitutus eſt vel fuit non poteſt habere idem vel penitus ſimile beneficium, & diſtinguuntur tres caſus.*

14 *In beneficio diſſimili, à paterno, in eadem eccleſia poteſt inſtitui.*

15 *In regularibus eccleſiis ſimul poſſunt eſſe monachi & Canonici.*

16 *Illegitimi filij clericorum in eccleſijs, vbi eorum patres aliquod beneficium habent, vel habuerunt, non poſſunt quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, aut in eis quoquomodo miniſtrare.*

CRIMINA paterna, aut materna, non repellunt ordinandos, & præficiendos, quia nemo alieni criminis ſucceſſor conſtituitur; *l. crimen ff. de pœnis canonizat. in c. crimen 1. queſt. 4. l. ſancimus C. de pœn. c. quæſiuit de his quæ fiunt à maior. part. cap. l. 2. vna fin. verſ. nullam & l. ſpurij ff. de deciſionibus,* attamé ex variis irregularitatibus impediuntur, inter quas eſt, vitium originis ſiue illegitimitas, & ſucceſſio hæreditaria; Duæ in hoc titulo continentur prohibitiones, vna de filijs † illegitimis, non promouendis ad ordines vel beneficia quæcunque, *c. 1. & fin. hoc tit. c. cum in cunctis de elect. c. conſuluit de ſeru. non ordin. 56. diſt. in ſum. & ibi gl. c. 1. & ſeq.* propter dignitatem excellentiæ clericalis, deteſtationem paterni criminis, *c. propoſuiſti & ibi gloſſ. in verbo ſili 82. diſt. c. priuſquam 28. diſt.* & quia filij ſolent eſſe imitatores paterni vitij, *c. litteras & ibi omnes notant c. ad abolendum hoc tit.* Altera eſt, quod † filij legitimi non aſſumantur ad ea beneficia, quæ patres immediate habuerunt, *c. quoniam c. ad extirpandas d. c. ad abolendum hoc tit.* Succeſſio hæreditaria in eccleſia Dei eſt deteſtanda, *c. ex tranſmiſſa c. præſentium hoc tit. c. ad decorem de Inſt. c. apoſtolica 8. queſt. 1. & ibi gloſſ. c. propoſuiſti verſ. quibus vtique 82. diſt.* prætextu parentelæ, *c. ad extirpandas hoc tit.* aut prætextu obligationis, pacti, vel promiſſionis, *c. deteſtanda & ibi poſt gl. fin. Can. c. ne captanda de conceſſ. preb. Ioan. de Anan. in c. accepimus & ibi Can. de pact.* vel quocunque alio quæſito colore, *cap. audiuimus de colluſ. deteg. c. vt paterna §. ad hæc ſeſſ. 25.* Filius etiam legitimus prohibetur intitulari, in eccleſia, in qua pater fuit immediate Vicarius perpetuus, vel Rector, quia ambo dicuntur intitulati, *cap. ad extirpandas & ibi Pan. num. 4. & Can.* Cum † illegitime natis diſpenſat ipſum ius, primo per ſubſequens matrimonium, qui vere legitimi effecti ſunt, *c. tanta & ibi gloſſ. 1. Pan. & Can. qui filij ſint legit. c. 1. eod. tit. & ibi DD. §. fin. Inſt. de nupt. §. qui-* 1 2 3

bus Di-

tit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato deſert. 2. per ingreſſum religionis, vt tamen hi prælationem nullatenus obtineant, *c.* 1. *& c. fin. hoc titul. & ibidem Can.* 56. *diſt. in ſumma & ibi gloſſ. & c.* 1. *& c. naſci.* & illegitima monialis non poteſt creari abbatiſſa abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicæ, *c. indemnitatibus §. ſane & ibi gloſſ. in verb. canonica & Io. And. in lib 6. Gemin. numer.* 3. *de elect. in* 6. *Felin. in c. me-*
4 *minimus num.* 4. *de accuſ.* Summus † Pontifex diſpenſat cum clerico ſæculari ad ſacros ordines, *c.* 1. *hoc tit. in* 6. *& ibi gl. in verb. maioris Archid. & Can.* ad dignitatem, perſonatum, beneficium curatum, *c. fin. & ibi glo. & Can. hoc tit.* ac ad canonicatus in cathedrali eccleſia; *Pan. in d. c. fin. ſub nu.* 2. *qui fuſe diſtinguit,* in diſpenſatione obtenta à ſede apoſtolica, per illegitimum vt poſſit obtinere beneficia, perſonatus, dignitates, cum cura, vel ſine cura, etiamſi ad ea quis per electionem aſſumatur, non venit cathedralis eccleſia, niſi specialiter exprimatur; *c. quamuis* 1. *de preb. in* 6. *& ibi glo. & Can. Rot. decis.* 1. *hoc tit. in antiq. Rot. deciſ.* 2. *hoc tit. in nou.* & multo minus Epiſcopatus, *Archid. in c.* 1. *hoc tit. in* 6. *num.* 5. licet ſe extendat ad beneficia iuriſpatronatus, quia per eam non præiudicatur patronis, ſed inhabilis habilitatur, *Lambert. de iurepat. in xj. art.* 7. *quæſt. princ.* 1 *part.* 2. *libri Achill.*
5 *deciſ.* 2. *de conceſſ. preb.* Item † diſpenſat Epiſcopus, ad minores ordines, & ſimplex beneficium, *c.* 1. *hoc tit. in* 6. *Pan. in c. fin. ſub numer.* 2. *hoc tit. Garc. de benef. part.* 7. *cap.* 2. *numer.* 47. *& ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alternat. gloſſ.* 5. *num.* 98. *& ſeqq.* non tamen acceſſorie curatum, *Butr. in c.* 1. *poſt gloſſ. n.* 8. *hoc tit. in* 6. *late Franc. in c.* 1. *num.* 6. *&* 7. *hoc tit. in* 6. *qui aliter ſenſit.* aut cui annexus eſt ſacer ordo, ex conſuetudine, vel ſtatuto, *Pan. in c. fin. ſub num.* 2. *verſ. quandoq; vult diſpenſare ad beneficium hoc tit. Garc. de benef. p.* 7. *cap.* 2. *in* 66. vnum, non [illegible]a, *Franc. in c. fin. num.* 4. *hoc tit. in* 6. *& ibi Gemin. num.* 8. *& Can. communiter,* in eccleſijs in quibus patres eorum, non ſunt, aut fuerunt inſtituti; *c. ad abolendum & ibi gloſſ. fin. c. cum decorem hoc tit. vt inferius dicetur*, litteriſque Epiſcopi ſuper diſpenſatione huiuſmodi datur plena fides, etiamſi non habeant, aſſeiptum locum, in quo datæ fuerunt concurrentibus adminiculis, *Alexand. in l. de pupillo §. qui nunciat. numer.* 7. *&* 9. *ff. de nou. oper. nunc. Achill. deciſ.* 6. *de prob. Ioan. And. in c. abbate ſa-*
6 *ne num.* 8. *de re iud. in* 6. In † diſpenſatione ſuper illegitimitate exprimenda eſt ſpecies illegitimitatis, & eius qualitas puto quod natus ſit, ex presbytero & ſoluta filia ſpirituali dicti presbyteri ex baptiſmo, ſeu confirmatione, & qualitas quæ inducit, nouum gradum affinitatis; aliæ qualitates delictum aggrauantes, non ſunt exprimendæ, *Hoſt. in c. fin num.* 7. *hoc tit. & ibi Pan. nu.* 3. *& Can. Rot. deciſ.* 2. *&* 4. *hoc tit. in antiq.* Qualitas ſe fuiſſe natum ex ſoluto & ſoluta etiam expreſſa in gratia beneficij, quam quis petit canonizari, probatur per productionem diſpenſationis, in qua, narrando, ſe fuiſſe natum, ex ſoluto & ſoluta, fuerat diſpenſatum, & alleganti contrarium incumbit probatio; tum quia diſpenſationem obtentam impugnat, pro qua præſumitur, *l. ab ea parte ff. de prob. gloſſ. in l.* 1. *in verbo cum ordine in fine C. de fid. Inſtr. & iure fiſci baſt. lib.* 10. *& ibi DD. l. fin. C. de pred. min. Felin. in c. quoniam contra ſub nu.* 37. *verſ. ſeptima concluſio de fid. inſtrum. & ibidem DD. nu.* 42. *Achill. deciſ.* 12. *de prob.* tum quia pro qualitate ſoluti & ſoluta ſtatus naturalis adeſt, *l. in bello §. facta ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. quæcunque in fine ff. de pub. in rem action.* Hæc † diſpenſatio eſt odioſa, 7
quia exorbitat à iure communi, & ſtricte intelligenda, *d. c.* 1. *§. fin. hoc tit. in* 6. *cap. odia de reg. iur. in* 6. Illegitimus diſpenſatus ad beneficium, etiam ſi ei incumbat cura animarum, prætextu huius diſpenſationis, vnum tantum beneficium poterit obtinere, *d. c.* 1. *§. fin. hoc tit. in* 6. quod ſi dimittat, aliud ipſius loco recipere non poteſt, quia adepto primo beneficio, dicta diſpenſatio eſt ſortita ſuum effectum, & receptio ſecundi non valet, *c. non poteſt* 2. *reſp. de preb. in* 6. *& ibi gloſſ. in verbo primis Archid. in d. c.* 1. *in fine hoc tit. in* 6. *Franc. num.* 14. *& Can. Bald. in c. innotuit. num.* 3. *de elect. Rot. deciſ.* 1. *hoc tit. in nou. Creſcent. deciſ.* 1. *de reb. eccleſ. non alien. dicit illud procedere propter ſtylum Curiæ,* imo ſi diſpenſatus ſit ad archidiaconatum, dignitates, & beneficia, ſe inuicem compatientia, vt ea recipere poſſit & obtinere, non poteſt acceptare beneficium, quod vellet retinere, dimittendo primum, *Gemin. in d. c.* 1. *§. fin. ſub num.* 3. *& c. in fine gl. per illam decretalem §. hoc tit. in* 6. *Achill. deciſ.* 4. *de conceſſ. preb.* Diſpenſatus ad minores, ſeu ſacros ordines, non videtur habilitatus ad beneficium, niſi in diſpenſatione ſit expreſſum, *c. fin. hoc tit. & ibi Franc. in* 1. *not. Gemin. nu.* 1. *Garc. de benef. p.* 1. *c.* 6, *n.* 7. *& plurib. ſeqq.*

Inſtitutio † filij legitimi in beneficio, à patre 8
immediate obtento, non valet, *c. præſentium c. con-*

querente

querente c. ad abolendam & c. ad extirpandas hoc titul.
Epiſcopus qui ſcienter ordinat, aut confert filio
ſacerdotis legitimo, paternam eccleſiam, exinde
eum remouere non poteſt; ſi ignoranter, non
poteſt eum remouere, donec in alia eccleſia ſibi
prouiderit, vnde honeſte valeat ſuſtentari; *c. veniens hoc tit.* quia indignum eſt, vt ipſe, poſtquam
in ſacris eſt ordinatus, omnino debeat eccleſiaſtici beneficij prouiſione carere *c. propoſuit hoc tit.*
7. diſt. c. 1. & 2. c. epiſcopus de præb. Idem obtinet in
inſtitutione nepotum, & cuiuslibet eorum, quibus eſt ius ſuccedendi, *gloſſ. 1 in d. c. ad extirpandas*
8. quæſt. 1. c. apoſtolica & ibi gloſſ. quando mortuus
eſt filius, alias non; cum in primo caſu nepos ad
ſucceſſionem veniat, in ſecundo non: *Auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legit. §. ſin autem Inſtit. de hæred.*
qualit. & differ. Innoc. in d. c. ad extirpandas Hoſt. in
c. ex tranſmiſſa numer. 8. hoc tit. quod Ioan. And. controuertit in d. c. ad extirpandas num. 6. & ibi Anchar.
verſ. quærit gloſſ. Zab. in 1. quæſt. Pan nu. 8. nec non
collateralium, ſi iure ſucceſſionis petant; *c. apoſtolica 8. quæſt. 1. c. ad decorem & ibi gloſſ. in verbo hæreditario de Inſt. c. venerabilem §. penult. de elect. Innoc.*
in d. c. ad extirpandas, ac etiam parentum & aſcendentium inſtitutione, in beneficio immediate
obtento à filio; quia habet ius ſuccedendi filio,
licet turbato ordine, *l. nam etſi parentibus C. de inoff. teſtam.* & in beneficialibus generaliter prohibetur ſucceſſio, *d. c. apoſtolica c. præſentium vbi nullatenus patiaris hoc tit. & ita tenet Hoſt. in d. c. ad extirpandas num. 9. licet Pan. in d. c. ex tranſmiſſa num.*
7. contrarium teneat & ibidem Zab. in 2. quæſt. Card.
9 *Seraph. deciſ. 1442. ſub num 10.* Purgatur † vitium
hæreditariæ ſucceſſionis diſpēſatione ſolius ſummi Pontificis; ſuper quo legatus à latere diſpenſare non poteſt, *c. dilectus & ibi gloſ. & DD. hoc tit.*
quia non poteſt diſpenſare contra Concilium,
c. ad extirpandas & c. fin. hoc tit. c. dilecto de præb. &
10 purgatur † intitulatione mediæ perſonæ, inter
patrem defunctum, & filium, *d. c. ex tranſmiſſa*,
etiamſi alter filius, fraterve ſuus diſpenſatiue tamē fuerit media perſona, in beneficio illo, *Boich*
in c. nimis ſub num. 22. hoc tit. poſt Hoſt. à ſe allegatum,
Clemens Papa ſeptimus *d. c. ex tranſmiſſa.* quæ eſt
conſtitutio Alexandri III. & ex communi Doctorum opinione, loquitur in filio legitimo, *Zab.*
in d. c. ex tranſmiſſa in 1. q. Card. Seraph. deciſ. 1442.
num. 7 in fine, extendit ad illegitimos filios clericorum, per conſtitutionem ſuam in Bullario 36.
quæ incipit, *ad canonum conditorem, &c.* ſtatuitque † presbyterorum filios ex fornicatione na- 11
tos, beneficia eccleſiaſtica per eorum patres obtenta, nullo modo, nec mediate, nec immediate
poſſe obtinere, quæ eſt in viridi obſeruātia, *Achil.*
deciſ. 1. hoc tit. Legitimus † filius clerici poteſt in 12
eccleſia, cui pater præeſt, vel præfuit, beneficium
eccleſiaſticum obtinere, *c. ad hæc & ibi DD. c. cum*
decorem hoc tit. Butr. in c. ad abolendam num. 5. & ibi
Ioan. de Anan. num. 1. hoc tit. ac poteſt præeſſe eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit, *c. conſtitutus hoc tit.* In † eccleſia ſæculari numerata, in 13
qua pater inſtitutus eſt, vel fuit, non poteſt habere idem, vel penitus ſimile beneficium; quia
filius legitimus repellitur, non propter aliquam
irregularitatem, ſed † prohibetur ſuccedere in 14
eodem vel ſimili beneficio, cum obtento à patre;
d. c. ad hæc & ibi Hoſtien. in fine Cald. conſ. vnico in fine
hoc tit. quia in eccleſia Dei, non ſolum prohibetur ſucceſſio hæreditaria in beneficijs, ſed etiam
quaſi ſucceſſio: *c. ex tranſmiſſa c. præſentium hoc tit.*
c. ad decorem de Inſt. c. apoſtolica 8. quæſt. 1. & diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus eſt, quando in eccleſia eſt certus numerus canonicorum, & ſunt
diſtinctæ præbendæ, ita vt quilibet canonicus
habeat proprios agros, vineas, prata, redditus ſeparatim aſſignatos pro ſua præbenda, & poteſt
canonici filius legitimus obtinere quemcunque
ex canonicatibus, præterquam canonicatum
obtentum à patre, *Cald. d. conſ. vnic. circa finem hoc*
tit. Hoſt. in d. c. adhuc in fine & ibi Bell. ſub num. 2. Secundus eſt caſus, quando in eccleſia non eſt certus canonicorum numerus, nec ſunt diſtinctæ
præbendæ, qualis eccleſia dicitur receptiua, &
poterit filius canonici recipi in canonicum, *Zab.*
in d. c. adhæc in 1. oppoſ. Bellam. ſub num. 2. Pan. circa
finem Hoſt. num. 3. Pan. in d. c. ad abolendam ſub nu. 1.
quia in ea non datur vacatio aut ſucceſſio; nam
cum recepto in canonicum, naſcitur ius quoddam nouum, quod deſinit, & extinguitur cum
defuncto, *c. dilecto §. præterea licet de præb.* Tertius
caſus eſt, quando in eccleſia eſt certus canonicorum numerus, & non ſunt diſtinctæ præbendæ,
c. fin. §. præterea ibi cum forſan eſſet de conceſſ. præb. in
6. c. ſtatuimus & ibi gloſſ. in verbo potiorem in fine &
DD. de maior. & obed. gloſſ. in c. ex parte in verbo diſtincta de conceſſ. præb. & legitimus filius canonici
non poteſt fieri canonicus in eccleſia, in qua pater eſt, vel fuit canonicus; & qui tales canonicare

Digitized by Google

præſumpſerit, à ſuis beneficijs ſuſpenditur; *c. ad abolendam & ibi poſt gloſ. Pan. & DD. Pan. in d. cap. cum decorem in 2. not. hoc tit.* quia canonicatus obtentus à patre, & canonicatus de quo filio prouidetur, ſunt penitus ſimiles, *c. ad abolendam & ibi Pan. ſub num. 1. circa fin. Hoſt. num. 1. & 2. Ioan. de Anan. num. 1. hoc tit. Pan. in c. ad decorem in 2. not. hoc tit.* Eadem ratione, filius non poteſt habere Vicariam, in eccleſia in qua pater proximò perſonatum habuit, *c. Michael c. ad extirpandas hoc tit.* & quia canon pœnam imponit, ordinario circa factum, cenſetur illi prohibere diſpenſationem, *Pan. in d. c. ad abolendam num. 3.* In beneficio diſſimili, à paterno, in eadem eccleſia poteſt inſtitui, *c. adhæc & ibi Pan. & Can. hoc tit.* ac poteſt illi penſio ſuper beneficio, à patre obtento, & reſignato, reſeruari, *Pariſ. de reſig. lib. 7. quæſt. 2. num. 108. & ſeqq. Gig. de penſ. quæſt. 86. num. 8. Mandag. in tract. de ſignat. gratia titul. diſpenſ. ad beneficia in eccleſia in*
15 *qua pater verſ. quarto.* In † regularibus eccleſijs, pater & filius bene poſſunt ſimul eſſe monachi, aut regulares canonici, *56. diſt. in ſumma & ibi gloſſ. in*
16 *d. c. ad abolendam in verbo in ſecularibus,* Illegitimi † filij clericorum in eccleſia, cui patres præſunt, nò poſſunt eccleſiaſticum beneficium obtinere, *c. cum decorem hoc tit.* cum indecorum ſit, vt in altaris officio, illegitimus filius impudico patri miniſtret, in quo Dei filius æterno patri victimatur. Iure decretalium, diſpenſatiue mortuis parentibus, in eccleſia paterna ſolent ad beneficia promoueri, quia ceſſat ſupraſcripta ratio, *Hoſt. in d. c. ad abolendam ſub num. 2. & ibi Pan. num. 4. Zab. in 2 quæſt. & Can. communiter,* Ex decretis Concilij Tridentini, in eccleſijs, vbi eorum patres, aliquod beneficium habent, vel habuerunt, aut etiam ſolam ſedem in choro, ratione dignitatis, quam in alia eccleſia obtinebant, etiamſi pater actu nunquam ſediſſet in dicta ſede, *Garc. de benef. part. 7. cap. 3. num. 66. & ſeqq.* non poſſunt quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis eccleſijs, tanquam muſici ſimplices canere, aut quoquo modo miniſtrare, canendo verſiculum vel collectam, *Garc. de benef. part. 7. c. 3 num 68. & ſeqq. Nau. conſ. 1. in 17. quæſt. de conſtit.* nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt habere: ſuper iis quæcunque diſpenſatio ſubreptitia cenſetur. Verum pater habens penſionem cum facultate transferendi, ſuper fructibus beneficii quod non obtinet, vel alias obtinuit, poteſt illam transferre in filium illegitimum; *Gig. de penſ. quæſt 86. Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 4. num. 18. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 5. num. 22. & ſeqq. Garc. de benef. part. 7. c. 3. num 32. & ſeqq.* Adhæc reciprocæ reſignationes, quæ à parentibus clericis, in fauorem filiorum fiunt, vt alter alterius beneficium conſequatur; in fraudem canonicarum ſanctionum, factæ omnino cenſentur; nec collationes ſecutæ, aut poſſeſſio triennalis pacifica, ipſis clericorum filiis ſuffragantur, *c. vt paternæ ſeſſ. 25. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. numer. 13. & ſeqq. & numer. 88.* Vnde inferri videtur, quod filius illegitimus clerici, & pater non poſſunt ſimul eſſe monachi, & regulares canonici, in eodem monaſterio ſiue eccleſia; propter generalitatem rationis d. c. vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo ſacratis, quos maxime puritas ſanctitaſque decet, longiſſime remoueatur, *l. fin. ff. de hæred. inſt. l. titia §. idem reſpondi ff. de verb. oblig.* & propter verba in dictis eccleſijs quoquo modo miniſtrare, quæ comprehendunt omnem modum qui excogitari poſſet, *l. in fideicommiſſ. §. nonnunquam & ibi Bald. ff. de vſur. l. quidquid C. arbitriũ tut. l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. & eſt melior textus in l. hiſ ſolu ff. de condict. ind. b.* Nepos legitimus ex filio illegitimo non comprehenditur ſub hoc decreto Concilij Tridentini, *Nau. conſ. 9. & 10 hoc tit. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. numer. 21. & ſeqq.* & cum loquatur de filijs non extenditur ad patres, *late Card. Seraph. deciſ. 1442. vbi explicat cap. 16. ſeſſ. 25. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. num. 28. & ſeqq.*

De ſeruis non ordinandis & eorum manumiſſione.

Titulus XVIII.

SVMMARIA.

1 *Serui quare prohibeantur ordinari.*
2 *Seruus ordinatus, an fiat liber diſtinguendi ſunt plures caſus, an volente & ſciente Domino ſit ordinatus.*
3 *Domino contradicente.*
4 *Domino ignorante.*

5 *Taciti-*

Digitized by Google

5 *Facilitate ſua, an calliditate vel malitioſe.*
6 *Ad ſeruum, ordinatum clericum ſæcularem, repetendum Domino datur annus.*
Triennium, ſi factus fuit monachus.
7 *Dictaq; vendicatio contra eccleſiam & monaſterium eſt proponenda coram iudice eccleſiaſtico.*
8 *Liberti, originarij, Curiales, obligati alicui conditioni, tributo ſeruili, obligati ad ſeruitia perſonalia ordinari prohibentur.*

SECVNDO promouendos repellit conditio perſonæ, *c. 1. & 2. c. conſuluit hoc tit.* ideo ponitur de ſeruis, non ordinandis, &c. Prætermiſſis eis, quæ traduntur in inſtitutionibus imperialibus, *lib. 1. tit. 3. de iure perſonarum, tit. 6. quibus ex cauſis manumitt. non licet, & c. tit. 8. de his qui ſui vel alieni*
1 *iuris ſunt*; Ratio † huius prohibitionis eſt; ſeruilis vilitas, clericalis dignitas, *c. admittuntur c. de ſeruorum in fine c. generalis 54. diſt.* & quia ordinati, ſine manumiſſione, frequentius in ſeruitutem reuocantur; quodque infirmari, vel vituperari poteſt præcaueri debet, *d. c. 1. & 2. c. ex antiq. & c. ſeq.*
2 *54. diſt.* Seruus † volente, *d. c. 1. & 2. c. quicunque 54 diſt.* aut ſciente & non contradicente domino, in clero, ſiue ad minores, ſiue ad maiores ordines ordinatus, aut monachus factus, *c. qui vere 16. q. 1.* ex hoc ipſo liber & ingenuus eſt, *c. ſi ſeruum ſciente 54. diſt.* poteſt dominus in ſeruo, quem manumittit, retinere operas ſpirituales in ipſa ordinatione, non poſtea; quia rei ſacræ non imponitur ſeruitus: & ſi ordinatus eas non præſtiterit, degradatur, Domino redditur, & nullo priuilegio clericali gaudebit vlterius, quoad dominum: *c. nullus hoc tit. & ibi gloſſ. fin. Pan. & DD.* item eccleſia à ſe manumiſſo apponit quædam pacta; *c. eo libentius*
3 *c. de famulis hoc tit. & ibi Pan. & DD.* Domino † contradicente ordinatus, ſeruus remanet, & Domino reſtituitur, quod omnes Doctores fatentur, vbi non eſt Sacerdos; nam in tali caſu Diaconus amittit poteſtatem dandi Vicarium; *c. quis aut leges & ibi gloſſ. fin. 54. diſt.* Quando eſt factus Sacerdos, controuerſia eſt, an Domino ſit reſtituendus. *gloſſ. fin. in c. 2. hoc titul. & ibi DD. Archid. in c. frequens ſub num. 1. Prapoſ. num. 3. 54. diſt. & ibi Gemin. ſub num. 2.* Tutius eſt vt Sacerdos non reſtituatur Domino, propter ordinem Sacerdotij, qui liberat à ſeruili conditione, *c. frequens in fine*
4 *54. diſt.* Ignorante † Domino promotus ad minores ordines, deponitur, & reuocatur in ſeruitutem; *d. c. frequens verſ. Leontium c. ex antiquis verſ. fin. c. de rebus in fine 54. diſt.* Ad maiores ordines promotus, ſiquidem Epiſcopus aut examinator ſciuerint, quod ſit ſeruus, ſtatim fit liber, in officio clericatus permanet, & Epiſcopus, vel præſentator tenentur Domino dare duos ſeruos æque bonos; *c. ſi ſeruus abſente 54. diſt.* Epiſcopo vero & examinatore ignorantibus, Diaconus Vicarium præſtat, quem ſi præſtare non poteſt, deponitur, & redditur Domino, *c. ex antiquis verſ. Diaconus & c. de rebus 54. diſt.* Vt eius conditionis ſit, cuius fuerat ante ordinem ſuſceptum: *c. nulli d. c. frequens verſ. Leontium cap. generalis §. magnis 54. diſt. d. c. ex antiquis ibi eliminati prorſus & exuti religioſo priuilegio*, eodem priuilegio gaudet ſubdiaconus, *c. pen. hoc tit.* Sacerdos ſtatim liber fit, ſeruit Domino in diuinis officijs, mulctatur peculij ſui amiſſione, quoad vſum, *c. ex antiquis verſ. & ideo fratres d. c. frequens verſ. fin. d. c. de rebus gloſſ. fin. in c. 2. hoc tit. & ibi late Pan. & Can.* Præfata procedunt † quando ſua facilitate ſeruus ſe fecit ordinari, ſi vero malitioſe & calliditate corruptis, 5
aut conductis teſtibus, debet Domino reſtitui, etiamſi ad ſacros ordines fuerit promotus, abſq; vlla diſtinctione, *c. de ſeruorum 54. diſt. c. de ſeruorum hoc tit. & ibi Pan.* Datur † Domino, ad repetendum ſeruum ſæcularem clericum ordinatum, 6
annus, qui currit, non à tempore ordinationis, ſed à tempore ſcientiæ, *glo. in c. ſi quis ſciente in verbo vnius 54. diſt.* Si vero factus fuerit monachus, triennium; vlta triennium remanet monachus liber; *d. c. ſi quis ſciente 54. diſt.* ratio diuerſitatis eſt quia clerici ſunt in publico, monachi vero, ſunt in clauſtro. Ac rei vendicatio † contra eccleſiam, 7
ſiue monaſterium, in quo ſeruus eſt ordinatus, proponenda eſt, coram iudice eccleſiaſtico; *d. c. ex antiquis d. c. frequens c. generalis ibi rogaturq; pro ſtatu militantium ſibi conditiones rogari 54. diſt. c. deſignata 50. diſt. & 53. diſt. in ſumma*, qui omnes quæſtiones incidentes, an ſeruus ſit in poſſeſſione libertatis, an non, an ſit fugitiuus, an non, bonæ fidei, vel malæ fidei, examinare & terminare debet, antequam agatur de proprietate ſerui, ratione priuilegij ordinis; quia in ſpiritualibus nec incidenter, nec principaliter, poteſt laicus iudex huiuſmodi cognoſcere; *c. tuam de ord. cog. c. lator. qui filij ſint legit.* cognoſcere vero poteſt ſummarie an ſit clericus, *c. ſi iudex de ſent. excommun. in 6. gl. mag. in d. c. frequens in verbo diluere & ibi Archid. n. 4*

& 5. Præpoſ. in fine & Can. Quiſquis Epiſcopus vel presbyter, & Diaconus, vel eorum, qui monaſterijs præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas, apud ſe tenentes, non reſtituendas Dominis, aut deinceps vel eccleſiæ ſeruituti, vel religionis congregationibus putauerint applicandos, periculum proprij honoris, communionisque ſe non ambi-
8 gant ſubituros, *c. generalis 54. diſt.* Eadem † ratione liberti, *c. pen. verſ. fin. 54. diſt.* originarij, *d. c. frequens in princip.* curiales, *c. legem 51. diſt.* obligati alicui conditioni, tributo ſeruili, patrocinio domus cuiuslibet, *c. ſi quis obligatus 54. diſt.* manumiſſi retento obſequio, vel operis, *c. quicunq; verſ. fin. c. qui ex famulis verſ. fin. c. fin. 54. diſt.* Vaſalli angarij & parangarij obligati ad ſeruitia perſonalia, *Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 3. rubr. 6. num. 11. & ſiq.* homines taliabiles, *Guid. Pap. q. 312. cũ prior. qq. ſiqq. Boer. deciſ. 131. ſub numer. 8. in fin. & num. 9. & ſeqq. Ioan. Faber in §. de teſtib. nu. 2. Inſt. de teſtam.* homines proprij, *Gail. de pignorat. obſer. 8. numer. 3. & de arreſt. Imper. c. 8. num. 82. Zaſ. ſing. reſp. lib. 1. c. 3. & ſing. reſp. c. 7. lib. 2. num. 8. & c. 12. ac conſ. 19. num. 3. & ſeqq. vol. 2.* non poſſunt ordinari; niſi eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi poteſtatis in eos vendicant, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis ſerui, *c. 1. & c. quicunque in fine diſt. 54.* Aſcriptitij poſſeſſionibus, etiam præter voluntatem dominorum, clerici fieri poſſunt, ita tamen, vt clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam adimpleant, *c. ſi ſeruus ſciente verſ. fin. 54. diſt.* In Germania adſcriptitij non promouentur niſi poſtquam prece vel pretio à Dominis libertate donati ſint, *Gail. de arreſt. imper. c. 8. num. 82.*

De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non.

Titulus XVIIII.

S V M M A R I A.

1 *Ad Ratiocinia obligati ex generali adminiſtratione, quare prohibeantur ordinari.*

2 *Ad ratiocinia obligati ex procuratione vnius negotij non prohibentur ordinari.*

3 *Ad ratiocinia obligatus perſeuerans in officio, quando poſſit ordinari.*

4 *Ad Ratiocinia obligatus, poſt depoſitam adminiſtrationem, non poteſt ordinari, ſi publica ſint ratiocinia.*

5 *Si priuata ſint, diſtinguendum eſt an ſibi quaſtio moueatur in ipſa promotione, vel non.*

6 *Ad Ratiocinia obligati & ordinati contra prohibitionem ſui, cuius bona adminiſtrauit, pœna.*

TERTIO Promouendum impedit obligatiò ex generali adminiſtratione, *c. primo hoc tit. vbi procuratores, actores, executores, curatores & ibi Zab. in 3. oppoſ.* ad † ratiocinia, *53. diſt. in ſumma &* 1
c. 1. quæ ſunt redditiones rationum, ad quas aliquis obligatur ex adminiſtratione rei publicæ, *cap. 1. 53. diſt. d. c. 1. hoc tit.* vel priuatæ, *c. magnus 54. diſt. d. c. 1. hoc tit.* quia præſumptio eſt contra eos, quod non tranſeant ad clericatum, voto religionis, ſed vt fugiant ratiocinia dominorum ſuorum, *53. diſt. in ſumma 51. diſt. in ſumma & ibi gloſſ. vnic.* tum etiam quia ſi ante liberationem, ſiue redditam rationem negotiorum, vel officiorum ſuorum, fuerint ordinati, eccleſia infamatur, *c. 1. hoc tit.* ac poteſt epiſcopus eos repellere ex officio, ſicut quemlibet criminoſum, *c. infames 6. quaſt. 1.* ac quilibet poteſt contra eos opponere, ſi fuerint adminiſtratores pupillorum, vel abſentium, ſecus ſi aliorum præſentium. *Anchar. in d. c. 1. in 3. not. hoc tit.* Obligati ex † procuratione vni- 2
us negotij, *Zab. in c. vnico hoc tit. quaſt. 8. in fine & ibi Can.* aut ex cauſa mutui, vel ſimili, non prohibentur ordinari, *Anchar. in cap. 3. in 3. notab. in fine hoc tit. l. reſcripto in princip. verſ. cæterum ff. de mun. & honor.* Obligatus ad † ratiocinia, perſeuerans in 3
officio ſæcularium perſonarum, non miſerabiliũ, non poteſt ordinari, *c. 1. §. conductores c. 2. & c. ſed nec procurationes ne cleric. vel mona. b. 21. quaſt. 3. in ſumma & c. 1. & 2.* ſi vero perſona, cuius adminiſtrationem gerit, ſit eccleſiaſtica, vel ſæcularis & miſerabilis, vt pupillus, vidua, cæcus, tunc poterit ordinari, *c. peruenit 86. diſt. c. iudicatum 89. diſt. c. in noua 16. quaſt. 7.* quia omnes eccleſiaſtici ad tutelam miſerabilium perſonarum tenentur, *d. c. peruenit & ibi gloſſ. pen. c. 1. & c. epiſcopus gubernationem 88. diſt.* Poſt depoſitam † adminiſtrationem, 4
ſi publica ſint ratiocinia, ordinari non poteſt ante redditam rationem, *l. officiales C. de epiſcop. & cleric. l. reſcripto in princ. verſ. debitores ff. de mun. & honor. l. fin. C. de debit. ciuit. lib. 11.* niſi pignora aut fideiuſſores idoneos dederit, *d. l. reſcripto in princ. verſ. debitores l. 1. C. de debit. ciuit. li. 11. & ibi gl. et DD.*

quia

Digitized by Google

quia obligatus reipublicæ ex adminiſtratione
5 repellitur ab honore: ſi vero ſint priuata † ratiocinia, & nulla ſibi moueatur quæſtio, tunc poterit ordinari, *c. primo. hoc tit. c. magnus 53. diſt.* ſi illi mota ſit, aut moueatur quæſtio in ipſa promotione, ſiquidem de dolo, aut perfidia, non debet ordinari ante finem litis, *arg. c. illud 23. diſt. l. reum C. de procur.* & poteſt præfiniri certum tempus, intra quod cauſa decidatur, *l. eitia ff. de accuſ. l. diffamari C de ingen. manum. c. cum inhibitio de cland. deſponſ. c. lator. qui filij ſint legit.* ſi de culpa tantum, poterit ordinari non obſtante reclamatione eius, cuius adminiſtrationem gerit, quia lis ſuo marte decurret, etiam ſub eodem iudice. *l. cum quedam de Iuriſd. omn. Iud. c. propoſuiſti de foro compet. late Pan. in c. numero quarto, et quinto, hoc tit. et ibidem Anib.*
6 Adminiſtrator, contra † prohibitionem eius, cuius bona adminiſtrauit, promotus ad clericatũ, non deponitur, ſed bona ſua cedent ei in ſolutum, quæ ſi non ſufficiant, epiſcopus ei tenetur; quia abſtulit adminiſtratori occaſionem, negociandi, & quærendi de nouo, *c. fornicari 88 diſt. gl. pen. in cap. 1 hoc tit. quam ibi approbat. Butr. num. 14. Pan. n. 7.* item adminiſtrator promotus, ſatisfaciet de bonis, quæ ſibi poſt clericatum obueniũnt, vel ex opere, aut artificio, quod poteſt exercere abſque officij ſui detrimento. *c. clericus 91. diſt. Zab. in c. 1. in 1. quaſt hoc tit.*

De corpore vitiatis ordinandis vel non.

Titulus XX.

SVMMARIA.

1 *Vitium corporis triplex eſt, Debilitatio, mutilatio, deformitas.*
2 *Vitiati ſponte in quocunque membro etiam digito repelluntur à promotione, et deijciuntur iam promoti.*
3 *Vitiati caſu, qui operi licito inſiſtebant, inuiti, vel à medicis, in minimis membris, ſiue occultis ordinantur.*
4 *In magnis & manifeſtis membris indiſtincte non ordinantur, et deijciuntur iam promoti.*
5 *Membrum magnum quod intelligatur.*
6 *Sacerdotis qui ſe præſcidit pœna.*
7 *Cum vitiatis corpore diſpenſat Papa.*
8 *Epilepſia, ſiue morbus caducus, arreptio à demone, & qualibet alia incurſibus vexationis, impediunt promotionem ad ordines, & iam promotum ſuſpendunt.*
9 *Non inhabilitant ad ſimplex beneficium aut Canonicatum in minus inſigni eccleſia.*
10 *Non priuant beneficijs obtentis.*
11 *Lepra deijcit inferiores prælatos, non epiſcopum.*

QVARTO Impedimentum præſtat ordinationi, corporis vitium, quod triplex † eſt, ex 1
debilitatione, mutilatione, deformitate. Debilitatus eſt qui membrum habet, ſed inefficax, vt oculum cæcum, manum aridam; Mutilatus, qui aliquo membro caret, *Franc. in c. fin. numero 2. & 3. de homicid. in 6. Pan. in c. 1. n. 8. & 9. qui clerici vel vouent.* Deformis eſt, qui enorme habet vitium in principalibus membris, vt in oculo, manu &c. pariens ſcandalum, quod multum conſideratur, & relinquitur arbitrio promouentis, *c. 2. & ibi Pan. in 2. not. & c. fin. hoc tit.* ratio prohibitionis eſt, impotentia deſeruiendi in diuinis, & ſcandalum ex deformitate proueniens. *cap. presbyterum de cleric. agrot. vel debilit. c. fin. 55. diſt.* Sponte † vitiati 2
in quocunque membro, etiam digito, qui non eſt membrum, ſed officium membri, *l. non ſunt liberi & ibi gloſſ. & DD. ff. de ſtat. homin. l. item ſi filius ff. de edil. edict.* repelluntur à promotione, & deijciuntur iam promoti; quia ſui ſunt homicidæ, & Dei conditioni inimici, *c. pœnitentes verſ. fin. c. ſi quis c. hi qui c. qui partem in princ. c. ſi quis à medicis 2. reſponſ. c. ſi quis pro ægritudine 2. reſp. 55. diſt.* ſiue indignatione aliqua, ſiue iuſto vel iniuſto timore ſuperati ſe truncauerint. *c. maritum verſ. nec illum 33. diſt.* Caſu vitiati præſertim † dum operi ru- 3
ſtico, aut alteri licito curam impendunt, *c. qui partem ſecundo, reſp. c. præcepta 55. diſt.* vel ab hoſtibus, vel à dominis inuiti, propter ægritudinem à medicis, vel ſe ipſo, eunuchus natus, promouentur, & ſi in clero inuenti ſunt, non abijciuntur, *c. qui partem verſ. fin. c. ſi quis à medicis in princ. & fine c. eunuchus c. ſi quis pro ægritudine C. ſi quis in infirmitate c. lator 55. diſt. c. 3. & 5. hoc tit. Pan. in c. fin. hoc tit. c. 2. de cleric. agrot. vel debilit.* quando ſunt vitiati in minimis membris, ſiue occultis, *c. fin. hoc tit. c. qui partem 2. reſp. c. eunuchus c. præcepta 55. diſt.* vt ſi amiſiſſet digitum, *c. 1. hoc tit.* excuſſus fuiſſet dens, *l. cui dens ff. de edil. edict.* ſi inſiſtebant operi illicito non promouentur, & promoti re-

Digitized by Google

pelluntur, c. 1. de æt. qualit. &c. & ibi gl. fin. Pan. in c. fin hoc tit. vt adulter; cui à marito mulieris, cum qua deprehenſus fuerit, vel à iudice in pœnam virilia fuerunt amputata, Garc. de benef. part. 7. cap. 12. n. 8. & ſeqq. & is, qui cognouit mulierem infectam morbo gallico, ex cuius contagione amiſit membrum genitale. Garc. de benef. p. 7. c. 12. n. 16. & ſeqq. de miſericordia & diſpenſatione in cæteris officijs, excepto eo, ad quod redduntur inhabiles, propter debilitatem, aut deformitatem membri, c. presbyterum & ibi Pan. & Can. de cler. ægrot. & debilit. tollerantur, cap. 1. hoc tit. vitiati
4 in † magnis, aut manifeſtis, indiſtinctè, nullo caſu excepto, c. ſi euangelica verſ. nam illi 55. diſt. c. non confidat 50. diſt. Garc. de benef. part. 7. c. 12. in princ. & n. 22. & 29. & ſeqq. non promouentur, & deijciuntur promoti, d. c. præcepta §. fin. & 55. diſt. c. ſi euangelica eadem, vt ſi caſu oculum amiſerit, aut ab inimicis ſit eructus. d. c. præcepta §. fin. & c. ſeq.
5 55 diſt. Magnum membrum intelligo † in quantitate vt manum, c. expoſuiſti hoc tit. priores digitos manus, propter quorum amiſſionem impediretur ad frangendum eucharistiam, c. presbyterum de cleric. ægrot. vel debilit. l. idem offilius ff. de edil. edict. ac in decore, vt oculum, naſum, c. præcepta §. fin. c. fin. 55. diſt. de benignitate canonica poteſt Epiſcopus cum eis diſpenſare, vt miniſtrent in officio, ac in illis actibus ſuſceptorum antea ordinum, ad quos propter debilitatem, aut mutilationem nō ſunt redditi inhabiles, ac eis præbendas vel aliud beneficium, cui non ſit annexus ordo, ad cuius officium inhabiles ſint, conferre. Pan. in c. fin. Paulo ante finem hoc tit. c. 2. & ibi Pan. & Can. de cler. ægrot. vel debilit. Quod ſi credens ſe obſequium
6 præſtare Deo † Sacerdos fecit, ſine cauſa, ſibi virilia amputari, ſummo iure deponi debet, quod iniuſto errore ſuperatus ſeipſum abſciderit, c. ſi quis abſciderit c. qui partem 55. diſt. c. maritum 34. diſt. cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum, l. liber homo 1. reſp. ff. ad l. aquil. ex diſpenſatione epiſcopi, vel Papæ poterit officium ſuum ſacerdotale abſque altaris miniſterio exercere, & ſic poterit baptizare, in extremis vngere, aquam benedicere, pœnitentiam dare &c. Miſſam dicere non poterit, nec ſecundum Hoſtienſem, tanquā Diaconus, aut ſubdiaconus accedere ad altare, c. ſignificauit & ibi gloſſ. & Hoſt. & Can. Zab. in d. c. ſignificauit. tenet contra Hoſtienſem, quia dictus canon prohibet tantum miniſtrare ſacerdotale officium in altari. Regulariter nulla deformitas impedit promotionem niſi ſit in iure expreſſum, quia edictum de promouendis eſt prohibitorium, c. 1. 49. diſt. Zab. in c. 2. in 7. quæſt. hoc tit. & ibidem in 4. quæſt. & ſeqq. diſcutit ſingula corporis vitia late Bell. in c. Thomas hoc tit. Diſpenſat † cum 7
corpore vitiatis ſummus pontifex, Zab. in c. 1. in 3. not. & in c. ſignificauit in 1. oppoſ. aſſerens ita ſeruare Romanam curiam hoc tit. & Butr. numero octauo. & Ioann. Andr. & Pan. numero ſecundo, c. non confidat. 50. diſt. quando ſupplicans eſt abſens, tunc committitur ordinario, vt diligenter inſpiciat defectum, de quo ſupplicatur: ſi eſt præſens in curia, oſtendit ſe referendario defectum huiuſmodi poſtea relaturo. Staphil. de reſcript. apoſt. in forma breuis §. fin numero 14. c. 2. de verb. ſignif. in 6. & ibi not. per gloſſ. Franc. & Can. Pan. in c. appoſuiſti in fine hoc tit.

Præterea impediunt promotionem ad ordines, & iam promotum ſuſpendunt, faciuntque hominē irregularem † epilepſia, ſiue morbus ca- 8
ducus, arreptio à dæmone, & quælibet elatio incurſibus vexationis, d. c. communiter & ibi gloſſ. mag. & Can. c. clerici & c. vſque adeo 33. diſt. c. cum inter canonicos & ibi Can. de elect. Io. de ſel. in tract. de benef. part. 3. quæſt. 5. col. fin. quia ſi corpore ſauciatum, aut debilem, nequaquam ſacra contingere, lex diuina permiſit, quando magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit, (quod eſt deterius) mente percuſſos, d. c. vſque adeo in fine 33. diſt. irregularitas autem inducit inhabilitatem ad beneficia, c. is cui de ſent. excommun. in 6. Pan. in c. cum in noſtris numero 22. de conceſ. præb. late Rebuff. de pacifica poſſeſ. num. 226. verſ. 24. quando beneficia requirunt aliquem ordinem præter clericatum, laborans morbo caduco, non eſt † ipſo iure inhabilis, & collatio ipſi de huiuſmodi beneficijs fa- 9
cta, non eſt ipſo iure nulla; quia morbus caducus non eſt delictum, Butr. in c. pen. in 3. not. hoc tit. Caputaq. deciſ. 236. part. 2. ab obtento † beneficio nō 10
priuant. Pan. in d. c. cum noſtris ſub num. 22. de conceſ. præb. Pan. in c. ex parte num. 4. de cleric. ægrot. an autem recuperata valetudine poſſint miniſtrare in ſuis ordinibus, vide gloſſ. mag. in ſumma 7. quæſt. 2. & Can. Cæteræ ægritudines non impediunt promotionem ad ordines, gloſſ. in d. c. communiter in caſ. poſit. & ibi Can. 33. diſt. quia non ſunt vitia proprie, gloſſ. in l. 1. in verbo morbi & §. ſit ſciendum l. ob quæ vitia ff. de edil. edict. nec numerantur in ſorte malo-

Digitized by Google

11 malorum, *c. illa in fine 15. quæſt. 1.* excepta † lepra, quæ deijcit inferiores prælatos, non autem epiſcopum, *c. tua de cleric. ægrot. vel debil. & ibi poſt gloſſ. Hoſt. & Can. prepoſ. in ſumma 7. quæſt. 1. n. 3. & 4. & ibi Can.* nec in morbo, qui vſum, miniſteriumq; hominis impediat, in ordine ad quem venit promouendus, aut corporale vitium vſque ad animum perueniat, eumque viriet, *arg. l. 1. §. proinde §. interdum & l. ob. quæ vitia ff. de edil. edict. arg. §. item propter aduerſam Inſtit. de excuſ. tut.* vel dubitetur de conualeſcentia, *Pan. in c. cum inter el. 3. n. 2. de elect. Boick. ibidem num. 3.* Quarto ſed ad beneficia ſimplicia aut canonicatum, & præbendum, in minus inſigni eccleſia, quæ non requirunt ordinem.

De bigamis non ordinandis.

Titulus XXI.

SVMMARIA.

1 *Bigami quare repelluntur ab ordinatione.*
2 *Bigamia triplex eſt, vera.*
3 *Interpretatiua.*
4 *Similitudinaria.*
5 *Bigami vere vel interpretatiue ordinati accipiunt characterem ſed ſunt nudati omni priuilegio clericali.*
6 *Prohibentur deferre habitum & tonſuram clericalem.*
7 *Bigami ſimilitudinarie ſunt priuati executione ordinum, non priuilegio clericali.*
8 *Cum Bigamis vere vel interpretatiue diſpenſat Papa.*
9 *cum Bigamis ſimilitudinarie interdum Papa, interdum epiſcopus.*
10 *Epiſcopi ordinantis ſeruum, obligatum ad ratiocinia, corpore vitiatum, aut bigamum pœna.*
11 *Cum epiſcopo diſpenſat ſolus Papa.*

QVINTO Ordinando obſtat bigamia, *c. 1. hoc tit. 26. diſt. in ſumma & ibi gloſſ.* propter
1 defectum † Sacramenti, *c. debitum hoc tit. c. arctius 26. diſt.* aut effectum intentionis, cum opere ſubſecuto; diuiſit enim carnem ſuam in plures, recedendo ab vnitate, *c. nuper in fine c. à nobis in fine hoc tit. c. diuerſis ibi quaſi diuiſus in duos de cleric. coniug. Anchar. in d. c. vnico ſub num. 5. verſ. quæro hoc tit. in 6.* ac propter prærogatiuam ordinum, *c. vna 26. diſt.* præſumptionem incontinentiæ, *c. propoſuiſti 82. diſt.* tum quia non habent frontem hortandi viduitatem & caſtitatem. *d. c. vna 26. diſt.* Triplex eſt, vera, † Interpretatiua, Similitudinaria. *ſumma* 2
Angel. in verbo bigamia numero ſecundo, & ſeqq. Syl. ueſt. numero tertio, & ſummiſtæ communiter Garc de benef part. 7. cap. 6. Vera contrahitur vno modo, quando quis ſucceſſiue habuit plures legitimas vxores, & omnes cognouit, *c. acutius & c. ſeq. 26. diſt. c. debitum hoc tit. c. maritum 33. diſt.* etiamſi matrimonium nullum dicatur nam ſolum in hoc ponderatur, affectus cum opere ſubſecuto, *Pan. in c. cum in apoſtolica ſub n. 5. in fine de ſponſal. & matr. Archid. in c. cognoſcamus numero primo, 34. diſt. Rot. Farin. deciſ. 519 nu. 5. & ſeqq.* Interpretatiua † duo- 3
bus modis, quando contrahit cum corrupta, & eam cognouit, *c. 1. & c. de bigamis hoc tit. d. c. maritum 2. reſp.* etiãſi virginem habuerit cõcubinam, & eam poſtea ducat in vxorem: *c. ſi quis de laicis c. curandum c. præcipimus 34. diſt. c. qualis 30. quæſt. 5. Ioan. An. in c. tanta nume. tertio, qui filij ſint legit. licet gloſ. in d. c. qualis & gl. fin. in c. 2. de cleric coniug. teneat contrarium ac Pan. in c. ſane el 1. numero quarto, de cleric. coniug. et gloſ. in verbo contraxerunt in c. vnic. de cler. coniug. in 6.* contrahens cum virgine, prius ab alio deſpõſata, non cognita, non eſt bigamus; *c. debitum hoc tit. c. presbyteri & c. fin. 34. diſt.* ſecundo quando reddit debitum coniugi adulteræ, etiamſi ignoret illam adulteram, aut debitum ad præceptum eccleſiæ reddat; *c. ſi cuius & ibi gl. mag. & c. ſeqq. 34. diſt. Pan. in c. ſi vir. ſub numero ſecundo, de adult. Pan. in c. 2. ſub numero ſecundo, hoc tit.* quia non quæritur de vitio ordinandi, quo caſu requireretur ſciẽtia, ſed de defectu ſacramẽti, quẽ ignorans poteſt pati, *Ioan. Andr. in d. c. 2. in gloſ. ſuper verbo ſcienter hoc tit. & ibi Can.* Idem obtinet cum clerico coniugato cum vnica & virgine qui vxorem ſuam quæ adulterata fuit notorie & publice ex poſt facto reconciliat & cum ipſa cohabitat vt prius, quia cenſetur bigamus quo ad legem promotionis, ſed non perdit priuilegium, conceſſum clericis coniugatis per c. vnicum de cleric. coniug. in 6. *Capell. Tholoſ. quæſt. 64. & ibi add. notant. DD. in d. c. vnico de cler. coniug. in 6.* ſimilitudinaria contrahitur † quatuor modis primo, 4
quando quis contrahit cum Deo per votum ſolemne, poſtea contrahit matrimonium de facto, *c. quot-*

c. quotquot 27. quaeſt. 1. ſecundo quando quis diuerſis temporibus, habuit plures vxores, vnam de iure alteram de facto, & eas cognouit, *c. nuper hoc tit. & ibi gl. fin. & Pan. numero quarto, Archid. in c. cognoſcamus numero primo. 34. diſt.* Tertio ſi ſimul habuit duas vxores, vnam de iure, alteram de facto, vel ambas de facto, & ambas cognouit. *d. c. nuper in princ. & verſ. licet & ibi Pan. & Can.* Quarto quando exiſtens in ſacris contraxit matrimonium; *c. 1. & 2. qui clerici vel vouen. & c. iuncto c. erubeſcant & c. placuit 32. diſt. c. decernimus 28. diſt. c. à nobis hoc tit. c. diuerſis ibi quaſi diuiſus in duo de cleric. coniug. c. fin. hoc tit.* Plures concubinas tenens non
5 eſt bigamus; *c. quia circa hoc tit.* Bigami † verè, vel interpretatiuè retinent characterem clericatus, & ordinis ante bigamiam ſuſcepti, *Greg. xv. deciſ. 516. num. 9.* & poſt bigamiam contracta ordinari, accipiunt characterem, *Rot. deciſ. vnic. hoc tit. in nou. num. 6. Greg. 15. deciſ. 516. nu. 9.* ſed ſunt nudati omni priuilegio clericali, perſonæ, rerum, fori; ita vt non poſſint eſſe Vicarij epiſcopi; *Franc. in d. c. vnico in fine hoc tit. in 6.* fori ſæcularis correctioni addicti, contraria conſuetudine non obſtante, & prohibentur, ſub interminatione ana-
6 thematis, † deferre habitum & tonſuram clericalem: *d. c. vnic. & ibi gloſſ. in verbo omni hoc tit.* niſi ſint monachi, aut regulares, quia tunc gaudent priuilegijs vt monachi, non vt clerici, ſed non poſſunt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione Papæ, dictumque *cap. vnicum hoc tit. in 6.* tantum habet locum in ſæcularibus, non regularibus *Franc. in d. c. vnico num. 2. & ibi Gemin. num. 5. Anchar. num. 2. & Can. communiter*, Non debent ordinari vt dictum eſt, verum ordinati etiam in ſacro ordine recipiunt characterem, habitumque ordinis, non executionem, & ſunt ſacro ordine priuandi, *c. ſuper eo hoc tit. & ibi Pan. in not. & Can.*
7 *communiter.* Similitudinariè † bigami non ſunt priuati omni priuilegio clericali, ſed executione ordinum, *Gemin. in c. vnico num. 6. hoc tit. in 6. &*
8 *ibi Franc. num. 5.* Solus † Papa diſpenſat, cum verè & interpretatiuè bigamis ad maiores & minores ordines, ac ſuper executione ordinum, abſque præuia diſpenſatione, ſuſceptorum: cum verè bigamo, ex poteſtate abſoluta ſiue plenaria; cum interpretatiuè bigamo ex poteſtate ordinaria ſiue iuridica; quia bigamiæ eſt coniuncta irregularitas, non de iure naturali, ſed ex iure poſitiuo: *c. quicunque el 2. 50. diſt. late Rot. deciſ. vnic. hoc tit. in nou. qua iudicatur gloſſ. mag. in c. 2. in verbo diſpenſare & ibi DD. hoc tit. Staphyl. de reſcript. apoſtol. in forma breuis §. fin. num. 29.* & ſi quis ter, vel quater contraxit nuptias, non eſt neceſſarium id exprimere in diſpenſatione bigamiæ, *Nau. conſ. 2. hoc tit. Garc. de benef. part. 8. cap. 3. num. 79.* Ac Papa diſpenſat vt cum vidua, quam duxit in vxorem, poſſit retinere penſionem, *Greg. xv. deciſ. 516.* Epiſcopi, & inferiores, cum bigamis non poſſunt diſpenſare, quia conſtitutio c. vnici, hoc tit. in 6. eſt edita in Concilio generali Lugdunenſi; *Franc. in d. c. vnico num. 4. hoc tit. poſt Ioann. And. & Can. Garc. de benef. part. 7. cap. 6. per tot.* tum quia ordinantes bigamum, contra prohibitionem canonum, puniuntur vt inferius dicetur; *Pan. in c. 2. in 5. not. hoc tit. Butr. in 5. not. Hoſt. num. 1.* tum quia obſtat prohibitio Concilij Tridentini: *c. vt ſan-*
ctorum §. fin. 23. ſeſſ. Cum † bigamo ſimilitudina- 9
rio diſpenſat Papa, interdum Epiſcopi, nempe cum eo, qui exiſtens in ſacris, contraxit cum virgine, nec aliam habuit vxorem in habitu laicali, vel in minoribus; quos Epiſcopi, dimiſſa vxore, abſolutione obtenta, & peracta pœnitentia, nedum officio ſuo reſtituere, eiuſque executionem, ex indulgentia, permittere poſſunt; ſed etiam ad altiores ordines promouere, *c. ſane el 2. de cleric. coniug. & ibi gloſſ. & DD. ca. 1. qui clerici vel vouen.*
Epiſcopus † ordinans ſeruum, obligatum ad ra- 10
tiocinia, corpore vitiatum, aut bigamum, ab ea die, quo hoc ei potuerit approbari, anno integro non præſumat miſſam celebrare, quam rem ſi obſeruare noluerit, & miſſas celebrare præſumpſerit, eccleſię communione eſt priuandus; *c. nullus 55. diſt.* vel priuandus eſt poteſtate conferendi ordines, *c. qui eccleſiaſticis 36. diſt. & ibi gloſ. in verb. ordine 1. quaeſt. 1. c. ſi qui epiſcopi & ibi gloſſ.* vt dictum eſt in fine tituli, *de ſeru. non ord. fac.* aut deponitur, *c. 1. in fine 51. diſt. c. fin. 62. diſt. c. tantis 81. diſt. c. 2. ibi ordinandi poteſtate & offic. hoc tit. & ibi Ioan. Andr.*
num. 2. ſecundum circumſtantias delicti: cum † eo 11
diſpenſat ſolus Papa; quia pœna depoſitionis Epiſcopi eſt illi reſeruata, ergo & diſpenſatio, vt non puniatur, & quidem diſpenſat faciliter; *Pan. in c. ſuper eo num. 8. in fine & num. 9. & 10. hoc tit. & ibidem Anchar. numer. 3.* ſed cum bigamo ordinato ad ſacrum ordinem, vt remaneat in ordine, vel vt promoueatur, non diſpenſat, niſi ex iuſtiſſimis cauſis; ratio diuerſitatis eſt, quia in ordinatore fuit culpa tantum, in ordinato eſt culpa & irregulari-

gulari-

Digitized by Google

gularitas, *Anchar. in c. ſuper eo in 3. not. hoc tit. & ibi Butr. num. xj. in fine Pan. num. 8. in fine Zab. in 3. oppoſ. Ioan. And. num. 4. & Can.*

De clericis peregrinis.

Titulus XXII.

SVMMARIA.

1 *Peregrini clerici, quare prohibeantur ordinari.*

2 *Peregrini dicuntur omnes qui non ſunt de Epiſcopatu ſeu diœceſi.*

3 *Peregrini clerici qui cauſa viſitandi ad alienam eccleſiam veniunt, & ſunt noti, ab inferioribus Prælatis in gradu ſuo ſuſcipiuntur.*

4 *Peregrinos clericos in quouis eccleſiaſticorum ordinum conſtitutos Epiſcopus non debet ſuſcipere ſine litteris dimiſſorijs.*

5 *Neque laicos peregrinos admittere ad ſacramenta eccleſiaſtica.*

6 *Peregrinos clericos ignotos inferiores prælati etiam exempti, etiam vigore litterarũ dimiſſorialium, ad celebrandum non poſſunt admittere, aut in eccleſiis ſibi commiſſis, inſtituere, ſine licentia Epiſcopi.*

7 *Peregrini clerici habentes litteras commendatitias Papæ, aut ſui Epiſcopi, quando ſigillum eſt notum, ſunt admittendi.*

8 *Epiſcopi alienos clericos abſque ſuperioris ordinandorum licentia, aut laicum alterius diœceſis in clericum ordinare præſumentis pœna.*

9 *Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum non poteſt ad primã tonſuram ordinare, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium ſtatim re ipſa ipſi conferat.*

10 *Epiſcopi titulares vigore cuiuslibet priuilegij, aut etiam prætextu familiaritatis, continuæ Commenſalitatis, alterius ſubditum ad aliquos ſacros, vel minores ordines, aut primam tonſuram, non poteſt promouere.*

11 *Epiſcopus originis, beneficij eccleſiaſtici, vel domicilij, ordines confert: & litteras dimiſſoriales concedit.*

12 *Inferiores prælati ab Epiſcopis, etiam Abbates quantumuis exempti, collegia vel capitula quæcunque iure prælationis, vel indulti ſpecialis, dimiſſorias non concedunt.*

13 *Epiſcopus ſine ſuis dimiſſorijs promotos, à ſuſceptorum ordinum exercitio ad tempus poteſt ſuſpendere.*

14 *Vltramontanus ordinatus ab epiſcopo Italiæ, remanet ipſo iure ſuſpenſus.*

15 *Capitula Cathedralium eccleſiarum, infra annum à die vacationis eccleſiæ, non concedunt dimiſſorias niſi arctatis.*

SExto Ab ordinibus arcentur peregrini, *9. q.*
2. in ſumma & cap. 1. & ſeqq. Primo † quia non 1
licet Epiſcopo falcem ſuæ iuriſdictionis in meſſem alienam ponere, ordinando vel iudicando ſubditos alienos; *71. diſt. in ſumma & c. 1. & ſeqq. c. ſcriptum 6. quæſt. 3.* Secundo quia peregrini pro magna parte ſolent eſſe criminoſi, excommunicati, vel alias irregulares, & ſæpe mentiuntur habere ordines cum non habeant, & maiores quam habeant; *c. afros & c. ſeq. 98. diſt. c. duæ 19. quæſt. 2. cap. 1. de temp. ordin. in 6.* Tertio quia cum non appareat de licentia epiſcopi, inobedientes præſumuntur, etenim non licet clerico peregrinari, aut ſe abſentare etiam cauſa ſtudij, vel pro negotijs ſuis ſine licentia, *c. non oportet de conſec. diſt. 5. & ibi gloſ. c. relatum & c. ſeq. de cleric. non reſid. & ibi gloſ. & Can. c. præſentium 7. quæſt. 1. & ibi gloſ. in verb. per duorum l. ſi qua per calumniam verſ. fin. & ibi gloſ. fin.*
C. de epiſc. & cleric. Peregrini † dicuntur omnes, 2
qui non ſunt de epiſcopatu, ſiue diœceſi, ſiue ſint clerici, ſiue laici, ſed aliunde veniunt; qui ſi cau-
ſa † viſitandi, ad alienam eccleſiam venerint, & 3
ſint noti, etiam ab inferioribus Prælatis, abſque licentia diœceſani epiſcopi, *Anchar. in c. fin. in 1. not. hoc tit. Pan. ſub num. 2.* in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam oblationem conſecrandam inuitentur, *c. epiſcopi vel presbyteri 7. quæſt. 1. c. quieſcamus 42. diſt. & ibi glo. cap. nullus 3. 9. quæſt. 2. c. 1. & ibi gloſ. in verbo in ſu-*
ſpenſione & c. tua hoc tit. alias epiſcopus † clericos 4
peregrinos, in quouis eccleſiaſticorũ ordinum, in quo ſe dicunt, aut iurant conſtitutos, non debet ſuſcipere, aut ad maiores promouere, vel ad diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittere, ſine commendatijs ſuorum ordinariorũ litteris *c. cũ nullus §. nullus ſeſſ. 23. c. quanta §. deinde ſeſſ. 22.* Niſi de ipſorum ordinatione canonica, per idonea ſibi conſtiterit argumenta, *c. 2. hoc tit. c. 2. & 3. de temp. ordin. in 6. c. 1. c. clericos & c. primatus 71. diſt. c. fraternitati & ibi Pan. de cleric. non reſid.* Neq; eccleſias aut beneficia conferre;

ſ
erre; imo ab inferioribus Prelatis inſtitutos, abſ-
que eius ſcientia, debet remouere, *c. fin. hoc tit.*
quia epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt clericus
alienus recipiatur ad beneficium abſque litteris
dimiſſorijs; *Anchar. in d. c. fin. in 3. not. in fine Zab.*
in c. 1. in 7. quaſt. hoc tit. Præterea caueat epiſco-
pus, ne aliquem presbyterorum ſæcularium, niſi
ipſi noti ſint, & moribus atque doctrina probati,
etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu, in
ſua ciuitate, vel diœceſi prædicare permittat, do-
nec ab ipſo epiſcopo ſuper ea re ſancta ſedes apo-
ſtolica conſulatur, à qua priuilegia huiuſmodi,
niſi tacita veritate, & expreſſo mendacio, ab in-
dignis extorqueri veriſimile non eſt, *c. 2. §. caue-*
5 *ant ſeſſ. 5. c. prædicationis §. nullus ſeſſ. 24.* Inſuper †
laicos non debet admittere ad eccleſiaſtica Sa-
cramenta, *c. placuit & c. ſeq. & c. nullus 3. 9. quæſt. 2*
c. ſicut 7. quæſt. 1. & c. 1. & 2. de paroch. c. non oportet
de conſec. diſt. 5. aut illis conferre clericalem ton-
ſuram, *c. fin. de temp. ord. in 6.* præter ipſorum epi-
ſcopi licentiam, de qua probari debet per litte-
ras, parentes epiſcopi teſtimoniales, ſiue com-
mendaritias, *c. fraternitati de cleric. non reſident. c.*
pen. 71. diſt. c. tua hoc tit. aut dimiſſorias cauſam
rationabilem continentes, quare ipſum nolit aut
nequeat ordinare: *c. 1. & ibi gloſſ. in verbo litteras*
Franc. in 4. not. & Can. Anchar. in c. 2. nu. 1. de temp.
6 *ordin. in 6.* Inferiores † Prælati, etiam exempti,
Butr. in c. fin. num. 12. hoc tit. & ibi Pan. circa finem
nunquid autem Anchar. num. 2. & Can. non poſſunt
clericos peregrinos, ſi ſint ignoti, etiam vigore
litterarum dimiſſorialium, ad celebrandum ad-
mittere, aut in eccleſijs ſibi commiſſis inſtituere,
ſine licentia diœceſani epiſcopi, *c. fin. & ibi Anch.*
in 1. not. Butr. num. 10. & Can. Anchar. in c. cum nul-
lus in princip. de temp. ord. in 6. & ibi Can. communi-
ter, quia cognitio validitatis litterarum dimiſſo-
rialium, eſt reſeruata ſoli epiſcopo, & contraria
conſuetudo eſt improbata, tanquam irrationa-
lis: *d. c. fin. vbi nulla ratione illis licere hoc tit. & ibi*
Pan. num. 4 Butr. num. 7. & ſeq. & ibi Can. Zab. in c.
1. in 1. quæſt. hoc tit. Poteſt Epiſcopus peregrinos
clericos, etiam cum litteris dimiſſorijs ſuorum
epiſcoporum, ab inferioribus inſtitutos, remo-
uere ab eccleſijs, etiamſi diu eas tenuerint; quia
ingreſſus eſt vitioſus, *Zab. in c. 1. hoc tit. in 2. & 7.*
quæſt. Niſi ex diſpenſatione, in ijſdem duxerit ad-
7 mittendos, *d. c. fin.* Clerici † peregrini, habentes
litteras commendatitias, ſiue dimiſſorias Domi-
ni Papæ, vbique, & ab omnibus Epiſcopis ſunt
admittendi, item ſi habeant litteras ſui epiſcopi,
& ſigillum notum ſit, *d. c. fraternitati c. cum nullus*
ſeſſ. 23. in fine. ſi tam clerici, quam ſigillum epiſco-
pi ſint ignoti, non admittuntur publice ad cele-
brandum, niſi habeant ſigilla quinque epiſcopo-
rum, *c. 1. hoc tit.* Verum ſi aliqui eorum ſecreto ex
deuotione velint celebrare, ſunt ſuſtinendi, *c. tuæ*
fraternitatis hoc tit. Epiſcopus † clericos alienos, 8
abſque ſuperioris ordinandorum licentia & te-
ſtimonio ſcienter, vel affectata ignorantia, vel
quocunque alio quæſito figmento, etiam cuiuſ-
uis ſpecialis vel generalis reſcripti, aut priuilegij
prætextu, etiam ſtatutis temporibus, ordinare
præſumens, per annum continuum, à collatione
omnium ordinum eſt ſuſpenſus: *c. 2. de temp. ordin.*
in 6. c. ordinationes §. quod ſi quis ſeſſ. 23. Si laicum
alterius diœceſis ordinet in clericum, per annum
ſuſpenſus eſt, à collatione primæ tonſuræ: *c. fin. de*
temp. ord. in 6. in dubio præſumitur in eo ſcientia,
quia aſtringitur ad notitiam facti alieni, *c. innotuit*
§. habito de elect. Gemin. Franc. & Can. poſt gloſſ. in
verbo ſcienter in d. c. 2. de tempor. ordin in 6. quemli-
bet enim ordinandum ſcrutari tenetur, *c. qui epi-*
ſcopus 23. diſt. dictum eſt in tit. de ſcrut. in ord. fac. ac
ordinatio rata nō habetur, quoad executionem:
9. quæſt. 2. in ſumma & c. 1. & ſeq. 75. diſt. Ipſeque
ordinatus eſt ſuſpenſus, quoad ſe, & ideo cele-
brando non incurrit irregularitatem, & ſuſpen-
dendus, per ſententiam quoad alios, quamdiu
proprio ordinario videbitur, *gloſſ. & Gemin. in d.*
c. 2. ſuper verb. ſtatuunt & ibi Archid. ſuper verb. circa
Ioan. Monach. numer. 9. c. ordinationes in fine ſeſſ. 23.
Caputaq. deciſ. 126. part. 1. Præterea clericis diœ-
ceſis epiſcoporum taliter ſuſpenſorum, poſtquā
eorum ſuſpenſio fuerit manifeſta, per euiden-
tiam facti, *c. fin. de cohabit. cleric. & mulier,* vel iu-
ris notorium, *c. veſtra de cohabit. cleric. & mulier. c.*
cum olim de verb. ſignif. abſque ipſorum etiam li-
centia, interim recipiendi ordines à vicinis epi-
ſcopis, alias tamen canonice, libera conceſſa eſt
facultas: *d. c. 2. §. clericis & ibi gloſ. & DD. de temp.*
ord. in 6. ſecus eſt in laicis, qui non poſſunt reci-
pere primam tonſuram, à vicinis epiſcopis, etiam
ſi eorum epiſcopi, à collatione ordinum ſint ſuſ-
penſi, *Franc. in d. c. 2. in princ. & ibi Io. And. in gloſſ.*
ſuper verb. annum. quia non tanta neceſſitas coge-
re poteſt, laicum clericari, ſicut clericum ad ſupe-
riores ordines promoueri, *arg. c. cum multis §. in-*
feriores

Digitized by Google

ſerioris vbi clericos aut ſubditos de temp. ord. in 6. Ex
9 decretis Concilij Tridentini Epiſcopus † familiarem ſuum, non ſubditum, non poteſt etiam ad primam tonſuram ordinare, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus; & beneficium, quacunque fraude ceſſante, ſtatim reipſa conferat, conſuetudine quacunque etiam immemorabili in contrarium non obſtante, *c. epiſcopus ſeſſ. 23. Rot. deciſ. 731. num. 3. part. 1.* Sed non poteſt cum eo ſuper illegitimitate, aut interſtitijs minorum, aut maiorum ordinum diſpenſare: *Nauar. conſ. 12. & conſ. 13. de temp. ordin. Garc. de benef. p. 2. cap. 5. num. 86.* Quod intelligendum eſt in familiari, non habente in diœceſi antea beneficium, nam ſi haberet beneficium, poteſt epiſcopus eum, tanquam ſubditum, ordinare, & ſecum ſuper præfatis diſpenſare, licet non eſſet familiaris triennalis, *c. cum nullus de temp. ordin. in 6. & ibi Franc. ſub num. 3. & Can. communiter Rebuff. in praxi part. 1. tit. de cleric. & à quibus & quomodo creentur, numer. 24. Pariſ. de reſig. benef. lib. 4. quæſt. 2. numer. 92. & 93. Garc. de*
10 *benef. part. 2. cap. 5. num. 88.* Epiſcopi † Titulares, etiamſi in loco vel monaſterio nullius diœceſis, etiam exempto, reſederint, non poſſunt vigore cuiuslibet priuilegij, ſibi de promouendo quoſcunque conceſſi, aut etiam prætextu familiaritatis continuæ ſuæ commenſalitatis, alterius ſubditum, abſque expreſſo ſui proprij prælati conſenſu, aut litteris dimiſſorijs, ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel primam tonſuram promouere: contra faciens, ab exercitio pontificalium per annum, taliter vero promoti, ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo prælato viſum fuerit, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, *c. 2. ſeſſ. 14.* Dicitur autem de epiſcopatu, ſiue diœceſi epiſcopi, quoad poteſtatem ordinandi, ſiue dandi dimiſſorias, is, qui eſt oriundus in ipſa diœceſi, (origo paterna non attenditur, ſed tantum propria, *Franc. in c. 3. poſt num. 3. de temp. ordin. in 6. poſt Ioan. Andr. & c. Anchar. num. 1.*) ſeu in ea obtinet beneficium eccleſiaſticum, in titulum, ſiue perpetuo, ſiue manuale, vel ad tempus, *Franc. in cap. 3. ſub numer. 3. in gloſſ. in verb. eccleſiaſticum de temp. ordin. & qualit. ordin. & ibi Gemin. numer. 8. & Can. Ioan. And. in fine.* (licet ad titulum beneficij manualis, non profeſſus, non poſſit ordinari, *dictum eſt ſupra de temp. ordin. & qualit. ordin.*) & id ſit ſubiectum alteri epiſcopo, quoad collationem, vel inſtitutionem, *Gemin. in d. cap. 3. ſub nume. 5. in fine de temp. ordin. & qualit. ord. & ibi Franc. ſub n. 3. circa finem. & Can. facit Rom. conſ. 376.* aut certum habeat ordinem annexum: *Gemin. in d. c. cum nullus num. 10. Franc. ſub num. 3. & Can.* ſeu habet, licet alibi natus ſit, in eadem domicilium, *l. cum nullus de temp. ord. in 6.* Vnde ſi in diuerſis diœceſibus habet beneficia, poterit à pluribus epiſcopis, ratione beneficij ordinari, & ordinandus dimitti, præter epiſcopum † originis, aut domicilij, 11
à quo etiam poterit ordinari, etiam ad titulum beneficij exiſtentis, in altera diœceſi, vel ordinandus dimitti, *Innoc. in c. cum iam dudum num. 3. de preb. Innoc. in c. 1. nu. 3. hoc tit. Garc. de benef. part. 2. cap. 4. num. 2.* Idem obtinet in eo, qui plura domicilia habet in diuerſis diœceſibus, *Gemin. in d. c. cum nullus ſub numer. 10. verſ. nec obſtat ſi dicatur poſt gloſſ. in verb. domicilium & ibi Can. communiter,* Religioſi etiam exempti, in prioratibus non exemptis, deputati priores, & eorum ſocij, poſſunt à locorum diœceſanis, quamdiu morantur in ipſis Prioratibus, ordinari, vel de eorum licentia, ab alijs, licet non ſint de eorum diœceſibus oriundi, *d. c. cum nullus §. fin. & ibi gloſſ. in verbo religioſi,* quia religioſi dicuntur ſortiri forum, & domicilium habere, vbi moram trahunt, & dicuntur ciues ciuitatis, vbi eſt monaſterium, *c. ſignificauit & ibi DD. de paroch. & c. poſt gloſſ. c. dilectus filius el 2. & ibi Can. de reſcript. Bart. in l. 1. num. 10. & 14. ff. ad municip. & c. Gemin. in d. c. nullus §. fin. num. 2.* Inferiores † Prælati, etiam Abbates, & Religioſi, ac alij 12
quicunque quantumuis exempti, intra fines alicuius diœceſis conſiſtentes, etiamſi nullius diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, exceptis monaſterijs, in quibus Abbates iuriſdictionem epiſcopalem, & temporalem, in parochos, & parochianos exercent, *c. in monaſterijs ſeſſ. 25. Card. Seraph. deciſ. 1386.* aut collegia, vel capitula quæcunque, etiam cathedralium eccleſiarum, litteras dimiſſorias, iure prælationis, *c. non liceat ſeſſ. 7.* vel indulti ſpecialis, quod ſuos ſubditos, aut clericos poſſint à quo voluerint epiſcopo facere ordinari, *c. cum nullus §. inferiores de temp. ordin. in 6.* aliquibus clericis ſæcularibus, vt ab alijs ordinentur, non concedant: alias ab officio & beneficio per annum ſunt ipſo iure ſuſpenſi; ſed horum omnium ordinatio ad epiſcopos, intra quorum fines exiſtunt, pertinent, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus, *c. abbatibus ſeſſ.*

 23 in

Digitized by Google

23. in princ. & verſ. fin. Card. Seraph. deciſ. 985. Indultum dicti §. inferiores in 1. reſp. c. cum nullus de temp. ordin. in 6. in prælatis non religioſis tollitur, in prælatis religioſis, limitatur ad regula-
13 res ſubditos tantum. Epiſcopus † ſine ſuis dimiſſorijs, quacunque authoritate promotos, quos ad diuina officia celebranda, ſeu eccleſiæ Sacramenta adminiſtranda, minus idoneos repererit, à ſuſceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, poteſt ſuſpendere, *c. epiſcopus ſeſſ. 14. c. eos qui de temp. ord. in 6. & ibi gloſ. in verbo ſta-*
14 *tuunt.* Vltramontanus † ordinatus ab epiſcopo Italiæ, remanet ipſo iure ſuſpenſus, abſque ſpe diſpenſationis obtinendæ à ſede apoſtolica, & celebrans incurrit irregularitatem, *c. 1. de temp. ord. in 6. & ibi gloſ.* Item dimiſſorias non concedunt officiales, aut Vicarij epiſcoporum in ſpiritualibus generales, niſi habeant ſpeciale mandatum; aut epiſcopi in remotis agant: *d. c. inferiores 2. reſp. & §. ſeq. d. c. nullus & ibi gloſſ. in verbo remotis*
15 *& ibi Can.* Capitula † cathedralium eccleſiarum: aut illi ad quos ſede vacante, ſpiritualium adminiſtratio noſcitur pertinere, infra annum, à die vacationis eccleſiæ, niſi arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi; & corrigitur dictum, *cap. cum nullus, §. epiſcopo 2. & 3. reſp. de temp. ordin. in 6.* Si ſecus fiat, capitulum contraueniens, eccleſiaſtico ſubiacet interdicto, & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudent, in maioribus, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri prælati, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, *c. non liceat ſeſſ. 7. iuncto c. abbatibus §. pœnam quoq; ſeſſ. 23.* Ex curſu decem annorum, litteræ dimiſſoriales præſumuntur, *Sarnen in reg. de trien. quæſt. 10. num. 12. Gemin. in c. ſi iudex §. idem eſſe nume. 6. de ſent. excommun. Anchar. conſ.* 117. etiamſi à tertio producatur, clericatus infectus, ſecus ſi producatur ab eo, qui præſumptionem allegat, *Rot. diuerſ. 731. numer. 28. & 29. part. 1. Caſſad. deciſ. fin. de procur. gloſ. in c. peruenit in verbo fatigari paulo ante finem, verſ. & poſt biennium de empt. & vend. c. cura & ibi gloſſ. 2. de iurepat. l. ſi filiusfam. C. de petit. hered.* Facultates de promouendo à quocunque non ſuffragantur, niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à proprijs epiſcopis, ordinari non poſſunt, in litteris exprimendam, & tunc non poſſunt ordinari., niſi ab Epiſcopo, in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo pontificalia exercente, & diligenti præuio examine, *c. facultates 1. ſeſſ. 7.*

De officio Archidiaconi.

Titulus XXIII.

SVMMARIA.

1 *Archidiaconus quis dicatur.*
2 *Archidiacono incumbit cura totius cleri.*
3 *Officij eccleſiaſtici prouidentia & ordinatio.*
4 *Cuſtodia vaſorum & cimiliorum.*
5 *Definitio iurgiorum de humilioribus negotijs.*
6 *Viſitatio diœceſis.*
7 *Inſtitutio corporalis ſuper beneficijs.*
8 *Examinatio clericorum ordinandorum, & eorum repreſentatio epiſcopo.*
9 *Archidiaconus tenetur de dolo, culpa & negligentia.*
10 *Archidiacono prohibentur commiſſio curæ animarum.*
11 *Inſtitutio authorizabilis.*
12 *Iuriſdictio in monaſteria & alia in textu recenſita.*

EXplicitis tractatibus præficiendorum, & ordinandorum, videndum eſt de officijs dignitatum, & primo de officio Archdiaconi, quia maior eſt poſt epiſcopum, *pulchre Fr. Ant. conſ. 23. Greg. XV. deciſ. 411. & ibi late annot.* & dicitur is, qui † in cathedrali eccleſia certam dignitatem 1
curatam, nomine curæ ſumpto large, *Pan. in c. cum ſatis numero ſecundo, hoc tit.* adeptus eſt, cuius ratione debet eſſe diaconus in ordine, *c. primo de ætat. qualit. & ord. præfic.* & poſt epiſcopum in iuriſdictione prior, & eius Vicarius, appellatur oculus epiſcopi, *c. 1. c. 7. ad hæc hoc tit.* Conſtitutiones & conſuetudines per diuerſa loca præualent in officijs, & ideo in officio ſuo faciet, ſecundum quod conſuetudo præſcripta ſuæ eccleſiæ habet; *c. cum olim. de conſuet. c. ad hæc de exceſſib. prælat. c. dudum el. 2. §. tandem de elect. c. fin. hoc tit. Franc. marc. deciſ 1365. part. 1.* vbi autem non eſſent huiuſmodi conſuetudines, & ſtatuta, tunc haberent locum canones huius tituli, iuxta † quos, omnis 2
cura cleri, tam in ciuitate, quam in parochijs habitantis, ſiue ratio reddenda ſit, de eorum conuerſatio-

Digitized by Google

net ſatione, ſiue honore & reſtauratione eccleſiarum, ſiue doctrina eccleſiaſticorum, vel cæterarum rerum ſtudio, *c.1.hoc tit.* ad ipſum pertinet,
3 ac omnis † eccleſiaſtici officij prouidentia, & or-
4 dinatio: *c.2.hoc tit.* cuſtodia † vaſorum, & cimiliorum propriæ eccleſiæ, ac eorum quæ de diuerſis eccleſijs, ſunt collecta, & depoſita ad ſecuriorem cuſtodiam in maiori eccleſia, *c.ea quæ hoc tit.* ijs deperditis præſumitur archidiaconus in negligentia, vel culpa: *Anchar. in d.c.ea quæ in 4.not. & ibi Pan. Butr. & DD.* parochiarum quoque ſollicitudo & earum ordinatio ei incumbit: præte-
5 rea † audire debet, & diffinite, *l. de qua re ff. de iudic. Anchar. in d.c. adhæc numero primo*, iurgia ſingulorum, de humilioribus, & minoribus negotijs: archipresbyteri eius iuriſdictioni ſubiacent, grauiora epiſcopo denunciat: *c. perlectis 25. diſt. §. archidiaconus c. ſi in plebibus 63. diſt. d.c. adhæc hoc ti.* habet coercitionem modicam, ſine qua iuriſdictio nulla eſſet. *c.1. in fine hoc tit. & ibi gloſ. fin. d. c. adhæc. §. ſecundum in fine l. fin. in fine de eo cui*
6 *mand. eſt iuriſdictio.* ſingulis † annis viſitare debet propriam parochiam, niſi talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat ſæpius prædictas eccleſias viſitare, *c. mandamus hoc tit.* totam vero diœceſim viſitat, de tertio in tertium annum, *c.1. & ibi gl. in verbo de tertio hoc tit.* aſſumpto Notario, de conſenſu epiſcopi, per ſe ipſum tantum iuxta decreta Concilij Tridentini: *c. patriarchæ §. archi-*
7 *diaconi ſeſ. 24.* pertinet ad ipſum † inſtitutio corporalis, tam ſuper beneficijs, quam dignitatibus:
8 examinatio † Clericorum, ſi qui fuerint ad ſacros ordines promouendi, aut eccleſiaſticis beneficijs præficiendi & ipſorum repræſentatio epiſcopo, poſt factam examinationem. *d. c. adhæc §. in quadam & c. vt noſtrum hoc tit. Pan. in d.c. adhæc in princ. & Butr. in princ.* In his fundat intentionem ſuam, de iure communi, nec habet aliquid probare, *Pan. in d.c. adhæc numero primo, in fine.* & per exercitium alicuius ex dictis actibus, probat ſe eſſe in poſſeſſione archidiaconatus; *Pan. in d.c. vt noſtrum numero ſecundo*, in alijs oportet, vt probet conſuetudinem, vel ſtatuta, *c. fin. hoc tit. & ibi gl. in verbo pacifica c. dudum el. 2. §. ſed tam de elect. & ibi gloſ.* Si promouetur indignus, tenetur epiſcopus de facto archidiaconi, ſicut exercitor nauis de facto magiſtri. *Pan. in d. c. adhæc poſt n. 2.*
9 *Butr. n. 8. Anchar. in pen. quæſt.* Tenetur † archidiaconus de dolo, culpa lata, leui, leuiſſima, ſiue negligentia, *c. ea quæ & ibi gl. in verbo negligentia hoc tit. & ibi Pan. & Can. c. dictum 81. diſt. & ibi gloſ. 1. c. ſi qui epiſcopi §. ecce cum honoris 1. quæſt. 1. l. ſi quos C. de offic. præf. præt. orient.* habet ordinariam iuriſdictionem, *c. perlectis §. archidiaconus & ibi gloſ. in verbo iurgia 25. diſt. c. adhæc & ibi gloſ. in verbo iurgia & vtrobique Can.* quam perpetua vicaria inducit, *l. 1. C. de offic. eius qui vicem alicuius iud. vel præſ. obtinet.* ab ipſo, eiuſque officiali, appellatur ad epiſcopum. *c. referente & ibi gl. in verbo appellatur & Hoſt. de præb. c. Romana §. 1. de appell. in 6.* Prohibita
ſunt † Archidiacono commiſſio curæ animarum 10
ſiue † inſtitutio authorizabilis, *c. cum ſatis hoc tit.* 11
excommunicatio, *c. archidiaconus hoc tit.* iuriſdi-
ctio † in monaſteria, ac prioratus conuentuales, 12
in alijs prioratibus & capellis monaſteriorum percipit ſua iura, *c. fin. hoc tit. & ibi Pan. in fine* conceſſio dimiſſorialium promouendis ad ordines, *c. ſignificaſti hoc tit.* cuſtodiæ eccleſiarum, *c. cum veniſſent de Inſtit. Pan. in d.c. ad aures de exceſſib. prælat.* commutatio pœnæ ſpiritualis vel corporalis in pecuniariam, *c. licet. de pæn. & ibi gl. pen. & Can.* vnio & diuiſio eccleſiarum. *Innoc. in c. adhæc ſub numero primo, hoc tit.*

De officio archipresbyteri.

Titulus XXIIII.

SVMMARIA.

1 *Archipresbyterorum, alius eſt Ciuitatenſis, ſiue Cathedralis eccleſiæ, alius ruralis.*
2 *Archipresbytero Ciuitatenſi incumbit vt officium dicatur horis Canonicis indeclinabiliter.*
3 *Cunctis ſacerdotibus pœnitentiam iniungit.*
4 *Abſolutio omnium de epiſcopatu in foro pœnitentiæ*
5 *Eſt Vicarius epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus.*
6 *Archipresbytero rurali incumbit cura imperiti vulgi & ſacerdotum qui per minores titulos habitant.*
7 *Non citat clericum ſibi ſubiectum ad reſidentiam.*
8 *Cuncta, præter minora, refert epiſcopo.*
9 *Non cenſetur in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus.*
10 *Archipresbyter vterque habet iuriſdictionem ordinariam.*

POST Archidiaconum gradum facit Archipresbyter, qui archidiacono minor eſt admini-

miniſtratione & iuriſdictione, maior ordine, *c. 1.*
iuncta gl. hoc tit. c. perlectis §. archipresbyter 25. diſt.
habet dignitatem curatam, requirentem reſi-
dentiam, *c. ex parte noſtra de cleric. non reſid. Pan. in*
1 *c. 1. in 2. not. hoc tit.* Archipresbyterorum † duo
ſunt genera, ciuitatenſis ſiue eccleſiæ cathedra-
2 lis, ac ruralis. Miniſterium † archipresbyteri ec-
cleſiæ cathedralis in eo conſtituitur, vt diligenti
cura prouideat miniſterium & vitam ſacerdo-
tum, vt officium dicatur horis canonicis indecli-
nabiliter, id eſt in puncto horæ: *Pan. in c. 2. in 2.*
not. hoc tit. ſi epiſcopus defuerit, fontes benedicit:
pœnitentem ſolemniter & publice, infirmum,
conſulto epiſcopo, reconciliat: *c. 2. §. fin. & ibi gl.*
3 *in verbo conſulto hoc tit.* pœnitentiam † cunctis ſa-
cerdotibus iniungit: (quilibet enim presbyter
diœceſis, eſt ſub cura archipresbyteri, & non po-
teſt alteri confiteri, eo inconſulto, nec ab alio
pœnitentiam recipere, *Pan. in d. c. 2. in 5. not.*) vice
epiſcopi officium inchoat: presbyterales benedi-
ctiones dat: miſſam, quando voluerit, cantat, vel
4 cui de ſacerdotibus iuſſerit: abſoluit omnes † de
epiſcopatu, qui ad eum pro pœnitentia recipien-
da recurrunt: *c. officium hoc tit.* (quilibet enim de
ciuitate, vel diœceſi, poteſt ſacramenta recipere,
in maiori eccleſia, non obſtante, *cap. placuit de pœ-*
nit. diſt. 6. & c. nullus de paroch. gloſſ. in c. officium in
verb. à foris veniunt hoc tit. & ibi Pan. & Can.) eſt
5 Vicarius † Epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus,
in quibus alium Vicarium dare poteſt; quia ſunt
voluntariæ iuriſdictionis: *Pan. in c. 2. in vlt. not &*
in cap. 3. in princ. & ſub numero primo, verſ. quæro in
quo debeat hoc tit. alio nomine appellatur decanus.
6 *c. ad hæc de offic. archidiac.* Archipresbytero † rurali
cura imperiti vulgi, & ſolicitudo aliorum ſacer-
dotum incumbit, qui per minores titulos habi-
tant, qui ab alio non poſſunt recipere pœniten-
tiam, & eccleſiaſtica ſacramenta, illo inconſulto,
7 *Pan. in c. fin. in 3. not. hoc tit.* non poteſt † citare cle-
ricum ſibi ſubiectum ad reſidentiam, & ſi non
venerit eum priuare; quia cum agitur in figura
iudicij ſolus epiſcopus eſt iudex clerici: *c. de perſo-*
na xi. quæſt. 1. Pan. in c. fin. ſub numero primo, verſ.
8 *quæro hoc tit.* cuncta † præter minora, debet re-
9 ferre epiſcopo: *c. fin. hoc tit.* non cenſetur † in ec-
cleſiaſtica dignitate conſtitutus: *Clem. vt ſi princi-*
palis & ibi gloſ. in verbo foraneo de reſcript. vterque
10 habet † ordinariam iuriſdictionem, *gl. in c. fin. in*
verbo referant hoc tit. c. cum ab eccleſiarum de offic. ord.
c. ex litteris de conſang. & affinit. quia eis commiſſa
eſt vniuerſitas cauſarum, rurali vero certi loci &
hominum; *l. prima, §. primo, ff. quis & à quo &c. &*
ibi not.

De officio primicerij.

Titulus XXV.

SVMMARIA.

1 *Primicerius obtinet dignitatem in eccleſia.*

2 *Præeſt in docendo Diaconis, & reliquis gradibus eccleſiaſticis.*

ABSENTE Archipresbytero in choro, &
cantu, primus eſt Primicerius, obtinet † dig- 1
nitatem in eccleſia, *c. cum acceſſiſſent de conſtit.* alias
præcentor ſiue cantor, ſub quo eſt ſuccentor, *c.*
inter dilectos de exceſſit prælat. item magiſter ſcho-
larum vocatur: *c. 2. de calumniat.* præeſt, in † do- 2
cendo diaconis, & reliquis gradibus eccleſia-
ſticis, ac diſciplinæ cuſtodiæque inſiſtit, ſubeſt
Archidiacono. *d. c. vnico hoc tit. c. perlectis §. ad pri-*
micerium 20. diſt.

De officio Sacriſtæ.

Titulus XXVI.

SVMMARIA.

1 *Sacriſta poſt Archidiaconum incumbit cuſtodia ſacrorum vaſorum veſtimentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri.*

2 *Appellatur etiam theſaurarius ſeu ſacrarius.*

VISO de officio primicerij, dicendum eſt de
officio ſacriſtæ, qui etiã ſubiectus eſt archi-
diacono, & ad eius curam pertinet, poſt archi-
diaconum, cuſtodia ſacrorum † vaſorum, veſti- 1
mentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri,
& luminarium, ſiue in oleo, ſiue in cera, conſi-
ſtant; *c. vnico hoc tit.* appellatur etiam † ſa- 2
crarius & theſaurarius. *c. perlectis.*
in fine 25. diſt.

De

Digitized by Google

De officio Cuſtodis.

Titulus XXVII.

SVMMARIA.

1 *Cuſtos ſacriſtæ quaſi miniſter eſt.*
2 *Pulſat in horis canonicis ſigna tintinabulorum.*
3 *Panem & vinum omni tempore præparatum habere debet.*
4 *Eleemoſinas, abſente epiſcopo, inter fratres diuidit.*
5 *Cuſtos minus idoneus ab Archidiacono coercetur.*
6 *Eccleſia conſiſtit in archidiacono, archipresbytero, & Cuſtode.*

1 CVstos ſacriſtæ quaſi † miniſter eſt, & archi-
2 diacono ſubijcitur, pulſat † in horis cano-
nicis ſigna tintinabulorum, pallia vel linteamina
altaris, ſeu cuncta vtenſilia eccleſiæ, indeſinenter
cuſtodit: lampades & lucernas in accendendo, et
3 extinguendo peruigil exiſtit: *c. 1. hoc tit.* panem †
& vinum, omni tempore, præparatum habere
4 debet ad miſſam: omnes † eleemoſinas, oblatio-
nes, ſeu decimas, cum conſenſu archidiaconi, ab
ſente epiſcopo, inter fratres diuidit: *c. 2. hoc tit.*
nam ſi præſens eſt epiſcopus, per ipſummet, res
canonicorum diſpenſari debent, *c. Vulterana & c.*
ſeq. 12. quæſt. 2. c. ſtatuimus & ibi gloſſ. in verbo potio-
rem de maior. & obed. & ibi Can. prout cuiuſque lo-
cum, meritumque cognoſcit, & pro officiorum
ſedulitate, & ipſe debet conſtituere œconomum.
5 *c. cum ſimus 9. quæſt.* 3. Cuſtos minus † idoneus, ab
archidiacono coercetur, vt ſe emendet: & ſi in-
domitus permanſerit, archidiaconus epiſcopo
denunciando prouidet, vt indecente eiecto, ap-
tus eccleſiæ miniſter conſtituatur; *c. 1. §. ſi vero*
hoc tit. quia incorrigibilis abſque accuſatione po-
teſt remoueri, cum notorium ſit eius crimen, *c.*
6 *nec licuit 17. diſt. Butr. in d. c. 1. n. ſeptimo*, In his † trib.
columnis, archidiacono, archipresbytero, & cu-
ſtode conſiſtit eccleſia, *d. c. 2.* In collegiatis eccle-
ſijs ex notoria conſuetudine Germaniæ Præpo-
ſiti ſunt maiores Decanis & in literis apoſtolicis
eis præferuntur, in Francia vero è contra Decani
ſunt maiores Præpoſitis, *Rot. deciſ. 4. n. 1. in fin. de e-*
lect. in nou. faciunt not. per Innoc. in c. de multa n. 6. &
7. de praben. Rot. diuerſ. deciſ. 518. p. 1.

De officio Vicarij.

Titulus XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Vicarium qui poſſint conſtituere.*
2 *Vicariorum quatuor ſunt ſpecies, Quidam ſunt Vicarij auctoritate epiſcopi deputati eccleſiarum parochialium annexarum.*
3 *Quidam ſunt temporales ſeu mercenarij.*
4 *Quidam conſtituuntur ad omnia ſibi incumbentia per totam diœceſim ab epiſcopo vel inferiore prælato.*
5 *Quidam ſunt foranei.*
6 *Vicarius parochialium eccleſiarum per epiſcopum inſtitutus, non poteſt, ſine auctoritate epiſcopi remoueri.*
7 *Debetur ei congrua portio à quacunque perſona eccleſiaſtica quæ eccleſiæ fructus recipit, & quomodo ea & per quem conſtituatur.*
8 *Beneficia ſæcularia curam animarum ex prima ua fundatione; aut aliter quomodocunque retinentia in ſimplex beneficium non conuertuntur, etiam aſſignata congrua.*
9 *In curatis beneficijs annexis perpetuo Cathedralibus, ſeu alijs eccleſijs; aut pijs locis, id eſt eorum menſis quoad ſpiritualia & temporalia ſeruatur c. 7. ſeſſ. 7. in Trident.*
10 *In vnitis quoad temporalia tantum Clem. 1. de in repar.*
11 *In parochialibus vnitis monaſterijs regularium mendicantiũ ſeruatur conſtitutio Pij Quinti 46.*
12 *In Congrua quænam imputentur.*
13 *Curatum an deſinat eſſe beneficium per erectionem Vicariæ perpetuæ.*
14 *Vicarij temporales, in quibus caſibus ab epiſcopo conſtituantur.*
15 *Vicarij generales epiſcopi quinam prohibentur eſſe.*
16 *Vicarius epiſcopi habet officium mere voluntarium.*
17 *Cenſetur conſtitutus in dignitate.*
18 *Ordinariam habet iuriſdictionem præterquam in requirentibus ſpeciale mandatum, in quibus adhibenda eſt diſtinctio.*
19 *Vicarij conſtitutio quomodo probetur.*
20 *In Vicarium quænam transferantur pr commiſſionem officij ſibi generaliter factam.*

21 *Requi-*

21 *Requirentia ſpeciale mandatum.*

22 *Ex Vicarij delicto facto in officio, tenetur epiſcopus, ſed non ex iniuſtitia facta per Vicarium.*

23 *A Vicarij epiſcopi definitiua appellatur ad Archiepiſcopum, à ſententia vero interlocutoria ad ipſum epiſcopum.*

24 *A Vicarij delegato appellatur ad ipſum Vicarium vel epiſcopum.*

25 *Vicarius Vicarium non poteſt ſubſtituere temporalem vel perpetuum, certam cauſam vel Cauſas poteſt delegare.*

26 *Vicario delegatio facta à Papa, eo mortuo non tranſit in ſucceſſorem in Vicariatu.*

27 *Vicarij foranei cenſentur delegati, & ab eis appellatur ad epiſcopum.*

28 *Vicarium officium finitur multis modis.*

29 *Vicarius primus non cenſetur reuocatus ipſo facto per conſtitutionem ſecundi.*

30 *Vicario debetur ſalarium, niſi conſtet de Conuentione, officio iudicis quod petit ab epiſcopo & eius ſucceſſore immediato.*

31 *Quando in eadem Ciuitate vel diœceſi permixti ſunt populi diuerſarum linguarum & rituum poteſt Pontifex loci Catholicum præſulem, ex ſe adiunctis vicinis duobus epiſcopis conſecrandum, illis nationibus conformem, conſtituere ſibi Vicarium in pontificalibus.*

1 EPISCOPVS, Archidiaconus, † Archipreſbyter, Vicarium etiam temporalem, & ad nutum amouibilem, poſſunt conſtituere, *gloſſ. in clem. 2. in verbo per electionem de reſcript. Pan. in c. ſua nobis in fine hoc tit. Pan. in c. poſtulaſti poſt 1. not. de reſcript. Gemin. in c. Romana §. ab archidiaconis num. 2. de appell. in 6.* Nec non quilibet Prælatus ac prælatiſſa, ad quos, plenaria pertinet iuriſdictio, quãtum ad ſpiritualia & temporalia: *gloſſ. in clem. vnica in verbo ad menſam de exceſſib. prælat. Rot. deciſ. 1. de off. ordin. in antiq.* Cæteri beneficiati non poſſunt deſeruire, per Vicarium in beneficio, ſiue ſit parochialis eccleſia, *c. extirpandæ §. qui vero de præb. Anchar. in clem. vnic. hoc tit. ſub num. 3.* ſiue perſonatus, aut dignitas, *c. ex parte veſtra de cleric. non reſid.* ſiue præbenda, *c. penult. de cleric. non reſid.* aut aliud beneficium, *c. conquerente de cleric. non reſid.* niſi certis caſibus, *Hoſt. in d. c. extirpandæ numer. 14. & ſeqq. numerat 12. caſus & ibidem But. num. XI. & Can. communiter Bened. capra concluſ. 92.* ideo ſubiungit de officio Vicarij, qui vices alterius gerit,
ſiue in officio non contentioſo, *c. 1. & 2. hoc tit.* ſi-
ue in contentioſo, *c. ſua nobis hoc tit. c. 2. hoc tit. in 6*
quorum quatuor ſunt ſpecies. Quidam ſunt Vi- 2
carij perpetui, auctoritate epiſcopi deputati, ec-
cleſiarum parochialium annexarum: *c. ad hæc c. fi.*
& ibi gloſſ. in verbo perpetuos Vicarios & clem. vnica
hoc tit. Pan. in c. quoniam num. 1. ne prælat. &c. quia
non ſimpliciter in beneficijs curatis, ſed tantum
in parochialibus, perpetua Vicaria, certis caſibus,
eſt permiſſa, *d. clem. vn. & ibi gl. in verb. parochia-*
lium d. c. extirpandæ §. qui vero & ibi gl. in verb. perpe-
tuum & vtrobique Can. quæ de eccleſijs curam a-
nimatum habentibus, per receptionem aliarum
ſimilium, amittendis; de rectoribus ipſarum ad
ſacerdotium promouendis; deque eorum ætate,
ſtatuta ſunt; in perpetuis parochialium Vicarijs,
& aſſumptis ad eas locum habent, *d. clem. vn. hoc*
tit. Quidam † ſunt temporales, ſeu mercenarij, 3
qui ad tempus aſſumuntur auctoritate epiſcopi,
d. clem. vnic. & ibi gloſſ. in verbo perpetuis c. cum ex eo
de elect. in 6. c. peruenit el 2. de appell. c. pen. de cleric.
non reſid. cap. 1. §. eadem omnino ſeſſ. 23. Pan. in d. c.
quoniam num. 2. & ſeq. ne præl. vel ab ipſo rectore,
pro eius arbitrio, ſine licentia epiſcopi: *c. conſtitu-*
tus de fil. presbyt. ord. & c. Anchar. in d. clem. vnica ſub
num. 3. verſ. ſed hic quæritur Pan. in d. c. extirpandæ §.
qui vero numer. 9. & 12. Lapus alleg. 5. illorum offi-
cium expirat lapſu temporis, *§. præterea Inſt. quib.*
mod. tut. fin. quia iuriſdictionem recipiunt ab e-
piſcopo, horum vero officium expirat per reuo-
cationem ad libitum, *Imol. in d. clem. 1. num. 5. &*
6. ac per mortem rectoris, & ſuſpenduntur ab
exercitio, propter rectoris excommunicationem
c. 1. hoc tit. in 6. Anchar. in d. clem. vnica num. 3. quia
iuriſdictionem ab eo recipiunt. Quidam † con- 4
ſtituuntur ad omnia ſibi incumbentia, per totam
diœceſim ab epiſcopo, *c. 2. & 3. hoc tit. in 6.* vel in-
feriore prælato, *c. Romana de ſent. excommun. in 6.*
eſt differentia inter hos, & officiales, quia officia-
libus ſolum committitur cognitio cauſarum to-
tius diœceſis, non autem inquiſitio, correctio ex-
ceſſuum, amotio à beneficijs, aut exercitium ſpi-
ritualium, *c. licet & ibi gloſſ. 1. & c. fin. & ibi Franc.*
num. 2. Gemin. num. 5. hoc tit. in 6. Vicarij in ſpiri-
tualibus generales, hæc omnia poſſunt, exceptis
datione dimiſſorialium ad ordines, *c. cum nullus §.*
inferiores & §. epiſcopo de temp. ordin. in 6. & bene-
ficiorum collatione: *c. fin. hoc tit. in 6.* iſta tamen
diuerſitas dimittenda eſt cõſuetudinibus regio-
num,

Digitized by Google

num,& non probatur canonibus, qui promiſcue quandoque exprimunt, Vicarium quandoque officialem, *Gemin.in d.c.fin. num.5. & in c.1.nu.10. hoc tit.in 6. Zab.in d. clem. vnica num. 18. Bell. deciſ.*
5 *443.* Quidam ſunt † foranei id eſt deputati ad certum locum diœceſis, quorum poteſtas pender ex eorum commiſſione, *Clem. 2. & ibi gloſ. in verbo foraneo de reſcrip.* Quandoque epiſcopus alium catholicum præſulem ſibi Vicarium conſtituit, in Pontificalibus, in certo loco diœceſis, *c. quoniam de offic. ordin.* de quibus obiter videamus.
6 Vicarius † parochialium eccleſiarum per epiſcopum inſtiturus, non poteſt, ſine anthoritate epiſcopi remoueri, vel portione ſua congrua defraudari: *c. adhac hoc tit. c. auaritiæ & ibi gloſ. fin. & DD.*
7 *c. in lateranenſi & c. extirpandæ de præb.* Congrua † debetur pro alimentis, ſiue commoda ſuſtentatione, epiſcopalium iurium perſolutione, hoſpitalitatis tentione, & aliorum onerum ei incumbentium ſupportatione; *d. c. 1. de præb. in 6. clem. 1. de iurepatron. c. de monachis de præb. c. ſicut de ſuppl. negl. prælat.* in certa re, aut parte poſſeſſionum, vel in certa parte fructuum, ſingulis annis percipienda, *Zab. in d. clem. 1. de iurepat. in 1. & 2. quæſt.* coram diœceſano aſſignanda, *d. clem. 1. de iurepat. & ibi Zab. in 3. not. 8. c. de monachis ibi coram te,* iuxta qualitates loci beneficij, perſonarum, onerum, & aliarum circumſtantiarum, *d. c. extirpanda & ibi gl. in verbo ſufficiens, & Can. Anchar. in d. c. 1. in 5. not. de præb. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 5. numer. 1. & 8. & ſeqq. part. 2.* in quo diœceſani conſcientia oneratur, *clem. 1. §. diæceſanis verſ. percipimus de iurepat. & ibi gloſ.* & ſeruare tenetur conſtitutionem 46. Pij V. in bullario antiquo, à quacunque perſona eccleſiaſtica, regulari, ſæculari, etiam exempta, quę eccleſiæ fructus, prouentus, aut decimas recipit, *c. de monachis d. clem. 1. de iurepat. c. 1. de præb. in 6. c. ſtatuto §. vbi autem de decimis in 6.* Propter neceſſitatem, & onus curæ, quam Vicarius exercet, *d. clem. 1. hoc tit. c. extirpandæ §. qui vero & ibi gloſ. c. expoſuiſti de præb. arg. l. quod in vxorem. C. de negot. geſt. & ibi not. per DD. Rot. diuerſ. deciſ. 56. num. 1. & 2. part. 2.* ſuo nomine, & ordinaria poteſtate, & non ad nutum alterius; *c. G. perpetuus de fid. inſtr. c. ſunt c. percipimus 21. quæſt. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 16. & 17. part. 1.* Ratio præmiſſorum eſt, quia omnis cura beneficij, in quo quis inſtituitur, pertinet ad ipſum inſtitutum, *d. c. extirpandæ in princ. ibi earundem ſeruitijs deputatis & ibidem in §. qui vero ibi habeat Vicarium canonice inſtitutum*, Vicarius non dependet ab eo cuius vices gerit, propter auctoritatem, & approbationem ſuperioris: *c. 1. de cap. monach. in 6. Anchar. in d. c. 1. in 6. not. de præb. in 6.* cura habitu & quoad proprietatem, eſt penes principalem rectorem; quoad exercitium & effectum eſt penes Vicarium, adeo quod Rector principalis non poſſet ibi exercere officium, cuię fori pœnitentialis, *c. ſuper eo, & ibi poſt gloſſ. in verbo annexa Franc poſt num. 2. & ibi Gemin. in gloſ. 2. de præb. in 6. clem. dudum de ſepult. & ibi gloſ. in verbo ſacerdotibus Anchar. in d. c. extirpandæ num. 9. & 10.* Congrua præſumitur ſufficiens ſi fuit ſufficiens prædeceſſoribus, & ſibi imputare debet, ille, qui acceptauit beneficium nimis tenue; ludibrium enim eſſet, ſi quod ſtatutum fuit ab initio, momenro quolibet mutaretur, *l. fin. §. vbi autem C. de bonis quæ liberis l. ſancimus verſ. non enim C. de adminiſt. tut. Greg. xv. deciſ. 429. & ibi annot.* De iure cõmuni Vicarius tenetur omnia onera ſupportare, *d. clem. 1. & ibi Anchar. in 1. not. cap. 1. ibi & alia onera cũ incumbentia de præb. in 6.* Quando religioſi, vel ſæculares perſonæ eccleſiaſticæ, eccleſias ſubiectas habentes, quarum redditus ad eos pertinent, prædicta onera ſupportare conſueuerunt, de conſuetudine, contra iuris communis diſpoſitionem; tunc non coguntur ad congruam portionem ſacerdoti aſſignandam, ſed ad ipſa onera plene ſupportanda, ac ſacerdotem ſeu Vicarium decenter tractandum, nec non ſuſtentationem præſtandam ſufficientem, *d. clem. 1. §. ſane de iurep. & ibi Anchar. num. 10. & ſeq.* Compelluntur autem ad aſſignationẽ dictæ congruæ à diœceſano, ſi Vicaria vacet, per non admiſſionem, præſentati ab eis, niſi intra certum terminum præſentantibus præfigendum, præſentato congruam aſſignauerint; quo lapſo in pœnam negligentium aſſignare, præſentatus admittitur, & ad diœceſanum poteſtas aſſignationis huiuſmodi deuoluitur: *d. c. 1. de præb. in 6. clem 1. de iurepat.* Si Vicaria plena ſit conditione ex canone, *d. c. extirpandæ §. qui vero d. c. in lateranenſi,* Præterea ſi Vicario parochialis eccleſiæ, deputatur Capellanus per viſitatorem, tenetur Rector eidem Salarium ſoluere, & non Vicarius, *c. 4. in princ. ſeſſ. 21. c. beneficia ſeſſ. 7. Cæſar deciſ. 6. de præb.* quia applicatio fructuum intelligitur, deductis expenſis, & oneribus, *c. quoniam & ibi gloſ. 1. & Can. de vit. & honeſt. cleric. clem. 1. de cenſib. l. vnica §. pro ſecundo in fi.*

C.de cad.toll. Ex decretis Concilij Tridentini be-
8 neficia † ſæcularia, quocunque nomine appella-
ta, curam animarum ex primæua fundatione, aut
aliter quomodocunque retinentia, deinceps in
ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario per-
petuo congrua portione, non conuertuntur: in
his vero in quibus contra eorum inſtitutionem,
ſeu fundationem, cura in Vicarium tranſlata eſt,
etiamſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore
reperiantur, ſi congrua portio Vicario, quocun-
que nomine is appelletur, non fuerit aſſignata,
quam primum aſſignanda eſt: quod ſi id com-
mode fieri non poſſit, aut factum non erit, cum
primum per ceſſum, vel deceſſum Vicarij, ſeu
rectoris, aut quomodolibet alterum eorum va-
cauerit, beneficium curam animarum recipit, &
Vicariæ nomen ceſſat, & in antiquum ſtatum re-
9 ſtituitur, *c.ſtatuit el 2. ſeſſ.25.* In † beneficijs eccle-
ſiaſticis curatis vnitis, & annexis perpetuo cathe-
dralibus, collegiatis, ſeu alijs eccleſijs, vel mona-
ſterijs, beneficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis, qui-
buſcunque, id eſt eorum menſis, ſeu quoad tem-
poralia & ſpiritualia, *Garc. de benef part. xj. cap. 2. num. 6. clem. 1. §. quidam etiam & ibi poſt gloſſ. mag. Can. de priuil.* Concilium Tridentin. ſtatuit, vt ea-
dem ab ordinarijs locorum, ſingulis annis viſi-
tentur; qui ſolicite prouidere procurent, vt per
idoneos Vicarios, etiam perpetuos, niſi ipſis or-
dinarijs pro bono eccleſiarum regimine, aliter
videbitur expedire, ab eis cum tertiæ partis fru-
ctuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum
ordinariorum, portione, etiam ſuper re certa aſ-
ſignanda, ibidem deputandos, animarum cura
exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exem-
ptionibus, etiam cum iudicum deputatione, &
illorum inhibitionibus, conſuetudine immemo-
riali, in præmiſſis minime ſuffragantibus, *c.7. ſeſſ. 7. quod explicat Garc. de benef. part. xj. cap. 2. num. 4 & ſeqq. per totum Nauarr. conſ. 9. num. xj. & per tot. de ſtat. monach.* Quoties ergo ordinarius, volue-
rit, iuxta arbitrium ſibi datum à dicto decreto
Concilij Tridentini, temporales Vicarios, in
perpetuos mutare; debet prius erigere benefi-
cium eccleſiaſticum, Vicariam perpetuam nun-
cupatum, in qua Vicarij perpetui intitulentur,
c. adhæc & ibi Pan. num. 3. & Can. & c. fin. hoc tit. c. extirpandæ §. qui vero & ibi poſt gloſſ. in verb. perpetuum Can. de præb. clem. vnica & ibi Zab num. 5. Vital. numer. 34. & Can. communiter hoc tit. c. vnico de cap. monach. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ. 2. numer. 1. de exceſſ. prælat. in nou. Vicaria temporalis non eſt
beneficium, aut titulus beneficialis: *clem. vnic. §. quidam etiam eccleſias de exceſſib. prælat. clem. ne in agro §. adhæc & ibi poſt gloſſ. in verbo ſeruituris Zab. in 3. not. & Can. de ſtat. monach. Rot. deciſ. 2. num. 2. & 3. de exceſſib. prælat. in nou. c. cum ex eo § porro de elect. in 6. Cald. conſ. 9. de reſcript. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 93. & ſeqq.* quod ſi non erigatur Vicaria
perpetua † habet locum doctrina glo. *in verbo de* 10
menſa, in clem. 1. § præmiſſa. de ſuppl. neglig. prælat. c. viſis. 16. quæſt. 2. c. quoniam in fine de priuileg. & gloſ. mag. in c. cum & plantare. §. in eccleſiis, in verbo, pleno iure. & Can. de priuileg. In eccleſijs parochialibus
vnitis, ſiue annexis quoad temporalia, quarum
redditus ad religioſos, aut alios pertinere no-
ſcuntur, Concilium Tridentinum nihil immu-
tauit, ſed ſeruanda eſt diſpoſitio *d. cap. 1. de præb. in 6. clem. 1. de inrepat.* Ex conſtitutione 46. Pij V. de
Vicarijs perpetuis in parochialibus † vnitis mo- 11
naſterijs regularium mendicantium, ad nomina-
tionem ſuperiorum, debet ab epiſcopo vnus de-
putari ex ipſis, præuio examine approbatus, ad
nutum ſuperioris amouibilis: idem obtinet in
regularibus monachis, dummodo cum mona-
cho ſic deputato, ex decreto Gregorij XIII. habi-
tet vnus duntaxat alius monachus, *Garc. de benef. part. xj. cap. 2. num. 13.* In parochialibus quæ non
ſunt vnitæ & annexæ monaſterijs, ſed eorum
membra, aut quoquo modo dependentes, di-
ctum decretum Concilij Tridentini, aut conſti-
tutio Pij V. locum non habent; ſed habet locum
clem. ne in agro. § adhæc. & §. cæterum. de ſtat. monach. & clem 1. de ſuppl. negl. prælat. ac ſimiles. Imputan-
tur † in congrua portione Vicario, omnia certa, 12
quæ iure ſuo ex cauſa rectoriæ ab eccleſia perci-
pit; *c. cum ex eo §. porro ibi de eccleſiarum ipſarum prouentibus de elect. in 6. peruenit el 2. ibi de beneficijs illius aſſignes de appell. l. cum alimenta ibi ex facultatibus defuncti ff. de alim. leg.* non autem incerta, vt anni-
uerſaria, oblationes, diſtributiones quotidianæ,
etiamſi ad certam ſummam, quotannis redigi
poſſint, *c. vnic. de cleric. non reſid. in 6. c. fin. §. in illis vbi diſtributiones ponuntur vt diuerſa ab eo quod capitur ratione præbendæ de conceſſ. præb. in 6. c. fin. de reſcript. in 6. c. licet de præb. Rot. diuerſ. deciſ. 5. part. 2. Rebuff. de congrua num. 83. & 87. Rot. Farinac. deciſ. 420. num. 2. part. 1.* neque alia emolumenta, quæ
extra cauſam Rectoriæ, ſiue Vicariæ, capiuntur,
vt

Digitized by Google

vt nuptialia, baptiſmalia, funeralia, decimæ minutæ, terræ annexæ ſimplicibus beneficijs, in parochiali eccleſia fundatis; quia ſunt redditus caſuales & incerti, & quia dantur ratione cuiuſdam miniſterij perſonalis, *arg. l. ſcimus in pr. verſ. repletionem, C. de inoffic. teſtam. Felin. in c. ad aures n.*
13 *14. de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 5. part. 2.* Per † erectionem Vicariæ perpetuæ beneficium non deſinit eſſe curatum, *c. expoſuiſti & ibi gloſſ. in verbo neceſſitas, de præb. d. c. extirpandæ §. qui vero & ibi Pan. in 1. lect. num. 6. Rot. deciſ. 2. hoc tit. in antiq. Rot. faſt. dub.* 20. & de huiuſmodi cura, facienda eſt mentio in impetratione, & alijs reſcriptis, quando titulus beneficij, vel Prælaturæ, eſt immediatus ad curam: *Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 1. verſ. & hoc videtur certum & in c. in noſtra in 10. coroll. de reſcript.* quando cura competit ratione parochialis annexæ, in quo alius eſt Vicarius perpetuus, curam fori contentioſi habitu & actu habet canonicus, vel is qui obtinet dignitatem, cui parochialis eccleſia eſt annexa; cura vero fori pœnitentialis eſt penes eum habitu tantum, actu ac exercitio, penes Vicarium; ſi vero parochialis non eſt annexa dignitati, aut præbendæ, ſed certa portio fructuũ eiuſdem canonicatui, aut dignitati eſt aſſignata; tunc ſolus Rector eccleſiæ parochialis cenſetur prælatus, & habet curam, & non canonicus, aut obtinens dictam dignitatem: *Franc. in c. ſuper eo numer. 2. de præb. in 6. Pan. in c. extirpanda §. qui vero num. 15. de præb. Zab. in clem. 1. num. 10. & ibi Imol. num. 7. hoc tit.* neutro tamen horum caſuum debet fieri mentio de cura, in impetrationibus dicti canonicatus, aut dignitatis, vel alijs reſcriptis, *Fr. in d. c. ſuper eo poſt num. 3. & ibi Gemin. num. 4. Anch. in 3. not. & Can. communiter.* Temporales, † aſſi-
14 gnata congrua ſuſtentatione, conſtituuntur ab epiſcopis. I. quando ſecundum iura decretalium, cum obtinentibus parochiales eccleſias ſibi ſubiectas, diſpenſant, quod vſque ad ſeptennium litterarum ſtudijs inſiſtentes, promoueri minime teneantur, niſi ad ordinem Subdiaconatus duntaxat; qui interim curam exerceat: *c. cum ex eo de elect. in 6.* quæ facultas diſpenſandi ſublata eſt, per decreta Concilij Trident. quod ſtatuit parochiales conferri per concurſum: *dicitur infra tit. de præb. §. ſexto ob non promotionem,* Secundo quando eccleſia patitur miniſtrorum defectum, propter beneficiatorum abſentiam, *cap. pen. de cleric. non reſid. c. peruenit el 2. de appell.* Tertio quando curato, cauſa cognita, dant diſcedẽdi facultatem ad bimeſtre in ſcriptis, qui interim tenetur relinquere Vicarium ab ipſo ordinario approbãdum, cum debita mercedis aſſignatione, *c. 1. §. eadem omnino ſeſſ. 23.* Quarto, quando canonicus ad reſidentiam monitus, ab epiſcopo, appellat ad ſuperiorem, ſtatuitur ei terminus per epiſcopum, infra quem appellationem proſecuturus, iter ad ſuperiorem arripiat veniendi; & interim per Vicarium honeſtum in eccleſia deſeruit, de prouentibus canonicatus congrue ſuſtentandum: *c. peruenit el 2. & ibi Can. de appell.* quia ad illud, ad quod quis tenetur, pendente cauſa principali, tenetur pendente cauſa appellationis, *l. poſtquam §. imperator ff. vt leg. ſeu fideic. ſeru. nom. cap.* Quinto, epiſcopus beneficio ingreſſi religionem, intra annum probationis, curat deſeruiri, per Vicarium, aſſignata ſibi congrua portione, de ipſius fructibus. *c. beneficium in fine de reg. & tranſ. ad relig.* Interdum aſſumuntur ab ipſo Rectore, ad adminiſtrationem ſacramentorum, & ad eum coadiuuandum, ad libitum ipſius Rectoris, *Zab. in cle. 1. num. 15. & ſeqq. hoc tit. & ibi num. 6.* vt ſupradictum eſt.

Quilibet † poteſt eſſe Vicarius epiſcopi, niſi 15
prohibeatur, prohibetur autem laicus, *c. nullus laicorum c. in nona cum ct. ſeqq. 16. quæſt. 7. prob. ad. monach. in c. 1. num. 21. & ſeqq. hoc tit. in 6.* clericus coniugatus, *Ioan. And. in c. Ioannes num. 2. de cleric. coniug. in 6. Gemin. in c. 1. num. 8. hoc tit. in 6.* bigamus, *Franc. in c. 1. in fine de bigam. in 6.* ac alij recenſiti à Franco, *in cap 1. hoc tit. in 6. ſub num. 6. & ibi Can. Garc. de benef. part. 5. cap. 8. in princip.* Vicarius † generalis epiſcopi, habet officium merè 16
voluntarium, quia nec ipſe neceſſitatur mandatam iuriſdictionem ſuſcipere, neque epiſcopus de neceſſitate tenetur conſtituere Vicarium, & eſt in mera eius voluntate, tribuere facultates, Vicario coarctatas, vel amplas; *§. mandatum non ſuſcipere Inſt. mandati c. Romana de appell. in 6. l. 1. §. qui mandatam & ibi gloſſ. 1. & l. cognitio in fine ff. de eo cui eſt mand. iuriſd. Mohed. deciſ. 4. num. 1. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 222. num. 5. & deciſ. 297. num. 1. part. 2.* ac prohibere ne iudicet expreſſe, *l. iudicium ſoluitur ff. de iud.* vel tacite; nam de cauſa inchoata per epiſcopum, Vicarius non ſe intromittit, quia, quoad illam, videtur reuocatus: *arg. l. ſi quem de procur. in 6. Franc. in d. c. Romana num. 2. de appel. in 6.* cenſetur † conſtitutus in dignitate eccleſia- 17
ſtica,

Digitized by Google

ſtica, *Clem. & ſi principalis de reſcript.* & ibi *Zab. & Can. Staph. de litteris gratiæ tit. de modo & forma impet.* §. *tranſeo nunc numer.* 12. *& ſeqq.* præfertur archidiacono & archipresbytero, *Rot. diuerſ. deciſ.*
18 200.*num.*4.*part.*1. *Pan. conſ.* 12. *vol.* 1. habet † ordinariam iuriſdictionem in his quæ veniunt ſub generali conceſſione, *d. c. Romana & ibi gloſſ. in verbo generaliter c. licet hoc tit. in 6. c. ſua hoc tit. Garc. de beneſ. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 21. *& ſeqq.* In requirentibus ſpeciale mandatum, ſi Vicario fuit ſimul data iuriſdictio generalis, in caſu quo ſpeciale requirebatur mandatum; ordinaria cenſetur in omnibus, vt vniformis ſit intellectus conceſſæ authoritatis: ſi vero ſeparatim, cenſetur delegata, *Franc. in c.* 2. *ſub num.* 4. *verſ. dixit tamen Ioa. And. hoc tit. in* 6. & ibi *Gemin. num.* 9. *Anch. in* 1. *quæſt. & Can. communiter Creſcent. deciſ.* 15. *num. xj. de prob. Rot. deciſ.* 7. *in* 1. *dub. hoc tit. in nou. Garc. de beneſ. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 40. 41. *& ſeqq.* Effectus † ſunt notabiles, primo caſu epiſcopi & officialis, vnum & idem Conſiſtorium cenſetur, & appellandum eſt ad Archiepiſcopum, *c. non putamus de conſuet. in* 6. *d. c. Romana*, non autem ſecundo caſu, & appellatur à Vicario, ad epiſcopum: *c. dilecti el* 3. *de appell. c. & collatione de appell. in* 6. *gloſ. in d. c. non putamus in verb. officiali & Can.* Item primo caſu, Vicarius datus generaliter cum expreſſione alicuius de iſtis, quod requirit ſpeciale mandatum, ſecuta clauſula generali, & omnia alia quæ per nos poſſumus, etiamſi mandatum exigunt ſpeciale; poteſt omnia ſpecialia ſimilia, & minora expreſſis, *gloſſ. fin. in c.* 2. *hoc tit. in* 6. *Hoſt. in c. ſignificaſti in fine & ibi Pan. & alij de offic. Archid. arg. c. qui ad agendum* §. 1. *& ibi gloſſ. & Can. de procur.* Secundo caſu non poterit fieri prorogatio ad ſimilia vel minora; quia iuriſdictio delegata eſt improrogabilis, ordinaria prorogari poteſt, *c. P. & G. de offic. deleg. & ibi gloſſ. fin. & Can. Gemin. in d. c.*
19 2. *num.* 9. *in fine hoc tit. in* 6. Vicarij † & cuiuſcunque iudicis, à ſede Apoſtolica deputati conſtitutio probatur per ſolam ſupplicationem ſignatam: *l. prohibitum C. de iur. fiſci lib.* 10. *Archid. deciſ.* 13. *de prob. ſpecul. de prob.* §. *tertio videndum numer.* 3. regula *de non iudicando &c.* procedit in iudice non nominato à Papa, ſed nominato poſtmodum à parte, in expeditione litterarum; quia delegatio Papæ vel Imperatoris, *l. vnica C. de mand. princip. c. cum in iure poſitus de offic. deleg. & ibi gloſſ. fin. & Can.* Facta ad inſtantiam partium, non poteſt probari, niſi per litteras, facta vero ab inferioribus, probatur per teſtes, & inſtrumenta, *Bald. in d. l. prohibitum num.* 12. *& ſeqq. C. de iur. fiſci lib.* 10. *Salyc. in l. vnica C. de mand. princip. in princip. & ibi DD. Rot. deciſ.* 5. *verſ. de ſecundo dubio hoc tit. in nou.*

Per commiſſionem † officij generaliter ſibi 20
factam, in officialem ſiue Vicarium transfertur cognitio cauſarum ciuilium, *c.* 2. *hoc tit in* 6. etiam ad temporalem iuriſdictionem pertinentium, *d. c. Romana* §. *debet & ibi gl. in verb. temporalem*, poteſtas vniendi, omnis iuriſdictio voluntaria, *Felyn. in c. ex parte ſub numero primo, verſ. non obſtat. quod ea quæ ſunt &c. de conſtit. Mobed. deciſ.* 3. *hoc tit.* quam exercere poteſt, præterquam in caſu *c. ſtatutum de præb. in* 6. extra diœceſim committentis, *Rot. deciſ.* 5. *de offi. Vicarij in antiquiori licet aliter ſentiat Franc. in c. fin. ſub numero tertio*, ſicut poteſt eã exercere epiſcopus, *c. ſtatutum in fine de præb. in* 6. *& ibi gloſſ. pen. & fin. Bald. in l.* 2. *ff. de offic. proconſ.* & contentioſa, *Mobed. deciſ.* 3. *hoc tit. c.* 2. *&* 3. *hoc tit. in* 6. *& vtrobique gl. in* 1. *notab. & Can.* quam epiſcopus & Vicarius extra diœceſim exercere non poſſunt, *c. nouit. & ibi gl. mag. de offic. leg. Franc. Marc. deciſ.* 361. *part.* 2. inter ſubditos inuitos: inter volentes, in aliena diœceſi, poteſt epiſcopus eam exercere, de licentia diœceſanorum obtenta, *Pan. in d. c. P. & G. n.* 15. ſed non Vicarius; quia commiſſio facta ab inferiori à principe, nunquã poteſt exerceri, extra territorium committentis: *Bald. in d. l.* 2 *poſt n* 1. *ff. de offic. proconſ. & leg poſt Bart. in l. cunctos populos C. de ſumm. Trinit.* exceptis epiſcopis expulſis; quibus indulgetur, vt in diœceſi aliena, in qua moram traxerint inter ſubditos ſuos inuitos, per ſe, vel alium, omnimodam iuriſdictionem poſſint exercere, petita diœceſanorũ licentia, *cl.* 1. § *eiſdem etiam de for. compet. & ibi gloſſ.* 1. *& Can.* Præterea ex huiuſmodi commiſſione tranſit in Vicarium, facultas omnia faciendi, quæ facere poteſt epiſcopus, niſi in prohibitis, *c.* 2. *&* 3. *hoc tit. in* 6. *Mobed. d. deciſ.* 3. atque ex opinione Rotæ, inquiſitio, & cognitio de criminibus ſpectantibus ad forum eccleſiaſticum, tam ex ſuo mero, quam implorato officio: & ſi inuenerit talem criminoſum, remittet eum ad epiſcopum puniendum, *Rot. deciſ.* 2. *hoc tit. in nou. Ioan. Monach. in c. licet hoc tit. in* 6. *numero ſecundo, & ibi Gemin. numero quarto*, inſtitutio præſentatorum ad beneficia, *c. ex frequentibus de Inſtit. Rot. d. deciſ.* 5. *num.* 2. *hoc tit.* confirmatio electionum, *gl. in c. fin. in verbo*

non

Digitized by Google

non poſſunt hoc tit. in 6. & ibi Can. quia eſt neceſſariæ, non voluntariæ iuriſdictionis, examen per concurſum ad parochiales vacantes, *Garc de benef. part. 9. c. 2. §. 1. in princ.* ſed ad earum collationem requiritur ſpeciale mandatum, *Garc. de benef. part. 9. c. 2. §. 1. n. 117. & 120.* interpoſitio decreti in alienationibus, rerum minorum, emancipationibus, & expeditio omnium, quæ ad iuriſdictionem pertinent. *l. 2. C. de offic. eius qui vicem alic. iud. obt. c. fin. de iud. in 6.*
21 Requirunt † ſpeciale mandatum. punitio criminum, amotio criminum, amotio à beneficijs, & adminiſtrationibus, *c. 2. hoc tit. in 6. Cald. conſ. 3. de renunc. Staphyl. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. §. modo pro declaratione n. 9. & ſeq.* collatio beneficiorum, *c. fin. hoc tit. in 6. late Franc. Marc. deciſ. 993. part. prima, Garc. de benef. part. 5. c. 8. n. 8. & ſeq. & n. 112. & ſeqq.* ea quæ ſunt meræ gratiæ, *Prob. ad Monach. in c. 1. num. 8. hoc tit. in 6 Monach. in c. ſtatutum num. 9. de præb. in 6. Zab in Clem. 1. n 19 de offic. Vicarij.* diſpenſatio, *Felin. in c. at ſi clerici §. de adulterijs n. 21. de iud. Prob. Monach. in c. 1. ſub n. 8. hoc tit. in 6. Cald. conſ. 9. de off Vicarij.* ac data poteſtas etiam ampliſſima diſpenſandi, nō compræhendit ea, quæ ſpecialiter epiſcopo commiſſa ſunt, *Rot. deciſ. 9. in 2. quæſt. de offic. Vicarij in antiq. Felin. in c. at ſi clerici §. de adulterijs ſub n. 21. de iud. c. liceat ſeſ. 24.* remiſſio denunciationum matrimonialium, *c. 1 ſeſ. 24. de reformat. matrim. ibi niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit Garc. de benef. part. 5. c. 8. n. 50. & ſeqq. & n. 56. & ſeqq.* auctoritas reſeruationis iurispatronatus, *Cald. conſ. 3. hoc tit. Ferret. conſ 327.* aut donationis eiuſdem alteri factæ. *Cald. conſ. 1. hoc tit. Ferret. conſ. 343. num. 9. & 344. numero quarto, Garc. de benef. part. 5. c. 9. n. 75. & ſeqq.* literæ commendatitiæ ad ordines, *c. cum nullus §. 1. & 2. de temp. ord. in 6.* viſitatio, quia delegari non poteſt, niſi in caſu legitimi impedimenti, *c patriarcha ſeſ. 23.* impoſitio, & remiſſio pœnitentiæ, in caſibus epiſcopo reſeruatis: *Archid. in c. 1. in gloſſ. ſuper verbo reſeruamur de pœnit. in 6. Anchar. in d. c. 2. poſt n. 3. hoc tit. in 6.* nec veniunt ſub generali commiſſione officij, ſpecialiter auctoritate apoſtolica epiſcopo demandanda, etiamſi epiſcopus nominatim committat Vicario, ſibi deleganda auctoritate apoſtolica; quia non continentur ſub poteſtate ordinaria epiſcopi, imo committuntur ſibi extrinſecus, & iuriſdictio quæ nondum competit, non poteſt ſubdelegari, *Rot. deciſ. 9. hoc tit. in antiq. Dec. in c. quoniam abbas n. 78. & ſeqq. de officio deleg. Felin. in c. paſtoralis §. quoniam numer. 1. de reſcript.* Quamdiu archiepiſcopus in prouincia ſua vel circa illam extiterit, non poteſt officialis eius, contra ſuffraganeos exercere cenſuras, *c. 1. §. fin. de offic. ord. in 6.* nec contra perſonam, quæ ſit in aliquo gradu dignitatis illuſtris. *Rom. in l. ſi vero §. de viro n. 32 ff. ſolut. matrim.* Ex † delicto Vicarij 22
vel officialis, in officio ſibi commiſſo tenetur epiſcopus, & prælatus, *c. adhuc & ibi gl. in verb. examinentur de off archid. c. 1. & ibi gl. fin. vt lit non conteſt. non proced. l. procuratoris ff. de tributor. §. fin. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. & c. Rot. deciſ. 6. hoc tit. in antiq. & deciſ. 6. hoc tit. in nou.* quia aliquatenus culpæ reus eſt, qui male hominis vtitur opera, *l. ex maleficio §. fin. in fine ff. de act. & oblig.* niſi quam cito ſciuerit, purgauerit eius delictum. *d. c. 1. vt lit. non conteſt. & c.* Ex iniuſtitia facta per Vicarium epiſcopus non tenetur, quia eſt caſus fortuitus, *c. fin. & ibi gl. in verbo iuſtitia mediante vt clerici vel monachi & c.* Appellatur † à Vicario ad archiepiſ- 23
copum, etiam in cauſis ſpectantibus ad iuriſdictionem temporalem, *c. ſolita in fine & ibi gloſſ. in verbo ſuſcipiunt de maior. & obed.* niſi iuriſdictio ſit feudalis, *d. c. Romana §. debet & ibi gl. in verbo iure alio de appell. in 6. & ibi Franc. & Can.* & non ad epiſcopum, quacunque contraria conſuetudine non obſtante, quæ reprobatur; ne ab eodem, ad ſeipſum, interponi appellatio videatur, *c. non putamus de conſuet. in 6. d. c. Romana,* quando appellatio interponitur à ſententia diffinitiua: ab interlocutoria poteſt appellari à Vicario ad epiſcopum, *Put. deciſ. 491 lib. 2. Franc. in c. dilecti 3. n. 51. de appell. Can. poſt gl. in d. c. 2. de conſuet. in 6.* quin imo epiſcopus poteſt reuocare interlocutoriam ſui Vicarij, etiam citra remedium appellationis, ſicut poterat ipſe Vicarius, *gloſſ. in d. c. 2. in verbo officiali verſ. præterea licet de conſuet. in 6. & ibi Franc. ſub numero quarto, & Can. communiter Franc. in c dilecti 3. num. 51. & 52. de appell.* de iure ciuili à Vicarij ſententia definitiua, appellatur ad ſuum ordinarium, *l. à proconſulibus & ibi Bald. not. C. de appell. l. præcipimus §. 1. C. eod.* de nullitate ſententiæ diffinitiuæ Vicarij, vtroque iure coram epiſcopo dici poteſt, *Franc. in c. dilecti 3. n. 50. de appell. poſt Bald. ibid.*
A delegato † ab epiſcopo ad aliquam certam 24
cauſam, appellatur ad ipſum epiſcopum: *gloſ. in d. c. 2. in verbo officiali in princ. & ibi Franc. n. 6. & Can. Rot. deciſ. 7. in 1. dub. hoc tit. in nou.* à delegato officialis, appellatur ad ipſum officialem, vel etiam ad

item ad epiſcopum, omiſſo medio ipſius officialis: idem obtinet, quando appellatur à prælato, ſubdito epiſcopi, *Io. Andr. in d. c. 2. numero ſecundo & ibi Archid. in fine Franc. numero* 8. *Rot. deciſ.* 3. *hoc tit. in nou.*

25 Vicarius † Vicarium non poteſt ſubſtituere, temporalem, vel perpetuum, iuriſdictionem in totum à ſe penitus abdicando; *c. clericos hoc tit. & ibi Pan. numero primo, & Can. l. fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* ideo Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus & temporalibus, non poteſt alteri vices ſuas committere: quia iuriſdictionem habet non iure proprio, ſed alieno beneficio, *l. more maiorum & l. ſeq. §. de iuriſd. omn. Iud. l. ſolet ff. eod.* niſi ex cauſa, quia imminet neceſſaria profectio, & de conſenſu epiſcopi, & tunc iuriſdictionem à ſe non abdicat, ſed retinet: *Hoſt. in c. 1. ſub num. xi. in gloſ. ſuper verb. ab eodem & ibi Franc. numero quarto, Anchar. numero ſecundo, hoc tit. in 6. Zab. in Clem. 1. quaſt. 19. hoc tit. Rot. deciſ. 4. hoc tit in nou. Garz. de beneſ. p. 5. c.* 8 *num.* 148. *& ſeqq.* certam cauſam, vel quaſdam poteſt delegare, *l. ſolet ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi gl.* 1. *d. l.* 1. *§. fin. & ibi gloſſ. in verbo ab eo ff. quis & à quo appell. & vtrobique DD. l. fin. & ibi gl.* 1. *& DD. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* & quoad hoc epiſcopus poteſt ei dare facultatem, *c. is cui & ibi gloſſ. fin. & Can. de offic. & poteſt. deleg. in 6.* ſed non poteſt ei dare facultatem vt alium Vicarium generalem, ſeu locumtenentem, *Put. deciſ.* 163. *lib.* 1. *per c. clericos hoc tit. Rot. deciſ.* 4. *hoc tit. in nou.* poſſet loco ſui deputare, niſi ex cauſa vt dictum eſt, *Gemin. in c.* 1. *num.* 11. *hoc tit. in 6. Rot. d. deciſ.* 4. *hoc tit. prout. ibi add. eam explicat.*

26 Delegatio † facta à Papa Vicario, eo mortuo, non tranſit in ſucceſſorem in Vicariatu; quia dignitas Vicarij, non competit ex iure proprio, ſed ex perſona alterius, *l. quod princ. & ibi Bart. & l. ſi auguſta ff. de leg.* 2 *Bart. in l. more maiorum n.* 19. *ff. de iuriſd. om. Iud. c. quoniam abbas & ibi Dec. n.* 42. *& DD. communiter de off. deleg. poſt gloſſ. mag.* niſi probetur conſuetudo, vel ſtylus, *Achil. deciſ.* 3. *hoc tit. l. de quibus ff. de legib. Garz. de beneſ. part.* 6. *c.* 2. *n.* 28. *vſq. ad n.* 40. *contrarium ſentit.*

27 Officiales † foranei, non ſunt ordinarij, ſed delegati, & ab eis appellatur ad epiſcopum, *Clem.* 2. *& ibi gloſſ. in verbo foraneo de reſcript. & DD. d. c. Romana de off. ord. in 6. & ibi Gemin. numero quarto*, nec cenſentur conſtituti in dignitate eccleſiaſtica, *d. Clem.* 2. *in fine.*

28 Finitur † officium Vicarij, primo, reuocatione ſolius epiſcopi, *Pan. in c. edoceri num.* 10. *de reſcript.* abſque conſenſu capituli, quia ſolus epiſcopus poteſt eum conſtituere: *Ioann. Andr. in c. ſua nobis n.* 6. *& Pan. in c. penult. ſub numero quarto, hoc tit. atteſtans ita ſeruari de conſuet.* requiritur certioratio: ad tollendum errorem publicum, ac geſta interim antequam certioretur, valent: *c. audita de reſtit. ſpoliat. Clem. vnica & ibi gl. in verbo teneant. & Mohed. deciſ.* 29. *de renunc. Garc. de beneſ. part.* 5. *c.* 8. *n.* 174. *& ſeqq.* tenet reuocatio dati ad certum tēpus, etiam medio iuramento de non reuocando, facta ante lapſum præfiniti temporis, *Io. An. in c. ſua nobis n.* 15. *&* 16. *hoc tit. & ibi Pan. et Can.* Secundo, captiuitate epiſcopi, *c. ſi epiſcopus et ibi Franc. n.* 3. *de ſuppl. neglig. prala. in 6.* Tertio, morte epiſcopi, poſtquam innotuit Vicario, *§. item ſi adhuc* 2. *reſp. Inſtit. mand. Mohed. deciſ.* 29. & non requiritur certioratio, *gloſſ. fin in Clem. fin de procur. Felin. in c. ex parte cl.* 3. *ſub n.* 19. *verſ. fallit.* 8. *de reſcript.* Quarto, impeditur per excommunicationem epiſcopi, *d. c. Romana hoc tit. in 6. et ibi Franc. numero tertio, in fine et ibi gl. fin. Gemin. numero quarto*, in his quæ geruntur reſpectu iuriſdictionis ipſius epiſcopi, tam in cœptis, quam in non cœptis, per officialem: *Anchar. in d. c.* 1. *in* 2 *quaſt. et ibidem Hoſt. num.* 8. quia excommunicatus non poteſt iuriſdictionē, quæ penes ſe mortua eſt, exercere per ſe, vel per alium: *c. ad probandum de re iud. c. Romana et ibi Gemin. de ſuppl. neglig. pral. in 6.* ſecus in geſtis, prætextu iuriſdictionis papalis, quia ſolus Papa epiſcopo excommunicato ius reddere poteſt, *d. c. Romana de ſuppl. neglig. pralat. in 6. et ibi Hoſt. numer.* 6. Quinto tranſlatione epiſcopi, *late Franc. Marc. quaſt.* 1098. *part.* 1. & alijs modis quibus finitur mandatum ad lites, cui mandatum iuriſdictionis æquiparatur, *l. et quia ff. de iuriſd. om. iud. et ibi DD. c. relatum et ibi Felin. numero* 4. *et Can. de offic. deleg.*
ſed Vicarius † primus, non cenſetur reuocatus 29
ipſo facto, per dationem ſecundi, quia habet ordinariam iuriſdictionem, *Pan. in c. volentes n.* 3. *per illum text. de offic. leg. et ibi Can.*
Salarium † niſi 30
conſtat de certa conuentione, Vicario debetur officio iudicis, *glo.* 1. *§. in honorarijs ff. de varijs, et extra cog. Bald. in l.* 1. *l. mand.* & petere poteſt ab epiſcopo, cuius fuit Vicarius, eiuſque immediato ſucceſſore, non mediato; quia iſta æquitas ceſſat, quando Vicarius fuit negligens, in recuperando ab immediato, cum ſemper de primo ſucceſſore ſit intelligendum. *Felin. in c. innouamus de treug. et pact. Mo-*

Digitized by Google

31 *pace. Mobed. deciſ. 4. hoc tit.* Quando † in eadem ciuitate, vel diœceſi, permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus, & mores; ſi vrgens neceſſitas poſtulauerit, poteſt pontifex loci, catholicum præſulem, à ſe, adiunctis ſibi duobus vicinis epiſcopis, conſecrandum, nationibus illis conformem, conſtituere ſibi Vicarium in pontificalibus; qui ei per omnia ſit obediens & ſubiectus: ſiquis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum, & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni miniſterio eccleſiaſtico deponendum. *c. quoniam et ibi gl. in verb. Vicarium de off. ord.*

De officio & poteſtate iudicis delegati.

Titulus XXVIIII.

SVMMARIA.

1 *Delegatus quis dicatur.*

2 *Delegare qui poſſint.*

3 *Delegatus quis dari poſſit.*

4 *A ſede apoſtolica vel legato eius delegari debet obtinens dignitatem, vel Canonicatum Cathedralis eccleſiæ aut principalis officialis epiſcopi, vel Capituli ſede vacante.*

5 *Cæterorum delegatus quilibet eſſe poteſt, niſi prohibeatur.*

6 *Delegatus datur abſque aliquo conſenſu partium.*

7 *Delegantur omnia ſecundum canones, etiam ea quæ ſunt meri imperij.*

8 *Iudex delegatus recipit iuriſdictionem poſt literas delegationis præſentatas.*

9 *Delegata poteſtas eſt ſtricti iuris, & delegatus id ſolum poteſt quod ei eſt commiſſum, & eo ordine quo commiſſum reperitur.*

10 *Delegati plures ad vniuerſitatem cauſarum habēt iuriſdictionem inſolidum.*

11 *Delegati plures ad vnam vel aliquas cauſas habent iuriſdictionem ſimul & complexiue.*

12 *Fallit in datis ſub hac forma vt omnes, vel duo aut vnus procedat.*

13 *Fallit ſecundo, quando in reſcripto ſunt clauſula, quod ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo procedant quod ſi ambo, vnus procedat.*

14 *Delegatus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, niſi exceptio propoſita ſugillet delegatum.*

15 *Quando de reuocatione litterarum ambigitur, niſi poſteriores prioribus, vel è conuerſo duxerint deferendum, ſimul vtrique cognoſcunt, & ſi nequiuerint in vnam ſententiam concordare per arbitros communiter electos à partibus concertatio ſopitur.*

16 *Ordinarius quando mandata contraria à diuerſis delegatis recipit, an vtriſque, an neutris, an alteutris obedire debeat.*

17 *Delegantur cauſa à ſede apoſtolica eiuſque legato in ciuitatibus ac locis inſignioribus.*

18 *Si eiuſdem ciuitatis ſeu diœceſis fuerint actor & reus, vel vnus de ciuitate, alter de diœceſi, vel vterque de altera tunc vel in ciuitate vel in diœceſi cauſa committitur, exceptis certis caſibus, & tunc non vltra vnam aut duas dietas.*

19 *Quando vero ciuitatum & diœceſum fuerint diuerſarum, ſi actor in ciuitate vel diœceſi rei iudicem habere recuſat, non in ſua, ſed in alia ciuitate vel diœceſi delegatum poteſt impetrare.*

20 *Delegatus à principe poteſt ſubdelegare.*

21 *Exceptis certis caſibus.*

22 *Delegatus ab inferiore non poteſt ſubdelegare.*

23 *Delegatus à Papa qui vices ſuas alteri in totum commiſit, poteſt commiſſionem re integra reuocare.*

24 *Tertius poteſt comparere coram delegato in cauſa beneficiali ſine noua commiſſione ſuper eodem beneficio.*

25 *Delegata iuriſdictio finitur multis modis.*

26 *Executores omnes tam beneficialium quam aliarum gratiarum ac ſententiarum ſunt delegati.*

27 *Executores deputati in litteris gratiæ ſub clauſula ſonante in monitionem, ſiue in conditionem, poſſunt in vtroque caſu ſine cauſa cognitione de vacante præbenda prouidere, & ſi velint, poſſunt aſſumere partes iudicis.*

28 *Tenentur certis caſibus aſſumere partes iudicis.*

29 *Executorum alij ſunt meri, alij mixti, in meris non habet locum c. ſtatutum de reſcript. in 6. ſed in mixtis locum habet.*

30 *Executorum poteſtas quomodo expiret.*

31 *Conſeruator eſt iudex datus ad tuendum aliquos contra manifeſtas iniurias vel violentias omnes vel certas abſque iudiciali indagine.*

32 *Datur à ſummo Pontifice & ſede apoſtolica.*

33 *Dari poſſunt epiſcopi, his maiores, abbates, dignitates, vel perſonatus in cathedralibus, vel collegiatis eccleſijs obtinentes.*

34 Con-

Digitized by Google

34 *Conſeruatoris poteſtas pendet ex forma reſcripti, & cenſetur delegatus.*

35 *Expirat eius officium morte Papæ quoad non cœpta negotia.*

36 *Ceſſante reſcripto, ex diſpoſitione iuris communis nullam poteſtatem habet, niſi in notorijs & manifeſtis iniurijs, & violentijs contra res, perſonas, priuilegia.*

37 *Conſeruatoriæ ex decretis Concilij Trident. nemini ſuffragantur ad hoc, vt coram ſuo epiſcopo in criminalibus & mixtis cauſis accuſari, conueniri, & contra eum inquiri non poſſit.*

38 *In cauſis ciuilibus quid obtineat.*

39 *Familiaribus non proſunt, præterquam duobus.*

40 *Conſeruatoriæ non durant vltra quinquennium.*

41 *Conſeruatoribus nõ licet habere erectum tribunal.*

42 *Excipit ab his decretis Concil. Tridentin. vniuerſitates generales, regularia loca, hoſpitalia.*

DICTVM eſt de Vicarijs, qui vniuerſaliter, ſiue generaliter, vices alienas gerunt, in diuinis officijs, vel iuriſdictione voluntaria, aut contentioſa, nũc dicendũ eſt de his qui vices alienas gerunt in vna vel certis cauſis, & quia vt plurimũ & principaliter in hoc titulo tractatur de officio delegati à Papa, qui in cauſa ſibi commiſſa maior eſt quocunq; ordinario, *c. ſane 2. hoc tit. c. paſtoralis §. præterea de off. ord.* & legato, *c. ſtudenti de off. leg.* ideo
1 de eo præmittit, vt digniori. Delegatus † eſt, cui cauſa committitur concordanda, *c. 1. & ibi gloſſ. in verbo concordia de mut. petit. c. fin. de tranſact. Gail. obſ. 35. lib. 1.* cognoſcenda, terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræſentans, & in iuriſdictione proprium nihil habens: *c. cum olim. 2. & d. c. ſane 2. hoc tit. l. 1. §. qui mandatum & l. & ſi prætor. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* habet non ſolum exercitium iuriſdictionis, ſed iuriſdictionem, *c. in literis c. ex literis hoc tit. gloſſ. in l. aut prætor. in verbo non habent ff. de re iud. Pan. in d. c. ſane 2. n. 2. & 3. hoc tit.* honorari debet tanquam repræſentans perſonam delegantis. *c. fin. 93. diſt. & ibi gloſſ.*
2 *pen. c. ſi quando hoc tit.* Delegare † poteſt Papa, qui hodie de generali conſuetudine, concedit literas, indiſtincte clerico, agenti contra laicum, ex quacunque cauſa, ex generali ſtylo curiæ, ſiue iudices laici ſint negligentes, ſiue non; ſed laico contra laicum Papa non concedit literas, niſi in certis caſibus notatis in c. licet, & c. ex tenore de foro compet: *Pan. in c. ſi clericus ſub num. 7. & ibi Can. communiter de for. compet.* princeps, *c. ſane el. 1. cap. ſignificaſti hoc tit. l. quidam conſulebant ff. de re iud. l. ſi quando C. de appell.* item ordinarius, *c. 1. de for. comp. & ibi gloſſ. in verbo alios & Can.* etiamſi vt ſuſpectus fuerit recuſatus, *c. ſi quis contra de for. compet.* de conſenſu recuſatoris, *c. cum ſpeciali de appell.* aut ſi hoc actor refugerit, ab eodem eſt deputandus, qui partes ſibi mutuo conſenſu, compellat eligere iudices, quorum ſententiam ipſe ordinarius exequitur. *d. c. ſi quis contra §. 1.* Requiſita † in delegato, compræhenduntur his verſibus, 3

Liber, Mas, gnarus, cui ſit mens integra fama,
Ætas, qui ſubſit, committitur his bene cauſa.

late Capra concluſ. 20. Liber ſeruus non poteſt eſſe iudex *l. pedius §. 1. ff. de arbit.* neque monachus, *gl. in d. l. pedius §. 1. in verbo nullam*, aut excommunicatus, *c. ad probandum de re iud. Mas.* fœminæ remotæ ſunt ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis, *l. 2. ff. de reg. iur. c. 1. §. tria 3. quæſt. 8. gnarus*, vt iura canonum non ignoret. *c. 1. de conſang. & affin. c. ſi pro debilitate c. cum R. hoc tit. Cui ſit Mens.* Furioſus nullum negotium gerere poteſt, *§. furioſus Inſtit. de inutil. ſtipul. integra fama*, infames à legitimis actibus prohibentur, *c. infames 3. quæſt. 7. c. ſuper de elect. & ibi gl. in verbo non vitio perſonæ c. infamibus de reg. iur. in 6. Ætas.* iure canonico debet vigeſimum annum peregiſſe: *c. cum vigeſimum hoc tit.* conſtituto intra eandem ætatem, niſi partes ſcienter conſentirent in eum, qui decimum octauũ annum tranſcendiſſet, facta delegatio ab aliquo, quam à principe, non tenet, *d. c. cum vigeſimum, 2. reſponſ.* iure ciuili maior decem & octo annis, ſed & minor decem & octo, maior quatuordecim annis, de conſenſu partium ſcientium ætatem, poteſt delegari à principe, *l. quidam conſulebant ff. de re iud. Qui ſubſit.* delegatio facta non ſubdito, mero iure tenet; inuitus non cogitur ſubdelegationem ſuſcipere, niſi is, qui ſubeſt iuriſdictioni delegantis, *c. paſtoralis hoc tit. c. paſtoralis de offic. ord. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. vnica C. qui pro ſua iuriſd. & ibi Bart. num. 2.* Præter dictas qualitates, in deputando, etiam ad cognitionem cauſæ temporalis inter laicos motæ, *Ioann. And. in d. c. ſtatutum in verbo canonicis Gemin. ſub num. 3. Franc. n. 12. & Can.* auctoritate litterarum ſedis apoſtolicæ, vel omnium legatorum eius, cum ex legationis vigore committunt, *gloſſ. in c.* requiritur, vt tempore datæ, licet poſtea deſinat eſſe, *Rota deciſ. 112. in antiq. quæ eſt res de reſcript. l. ſi delegatũ ff. de aur. & arg.*

Digitized by Google

arg. leg. ſit dignitate præditus, vel perſonatum obtineat, ſeu eccleſiæ cathedralis ſit canonicus, *d. c. ſtatutum in fine princ. de reſcript. in 6.* Qui ſublato dignitatis vocabulo venit; *Achill. deciſione prima de reſcript. Felin. in c. paſtoralis num. 8. hoc tit. Caputaq. deciſ. 257. part. 1.* niſi forte eccleſia ſit regularis, & religio non ſit expreſſa in commiſſione, *Anchar. in d. c. ſtatutum num. 4. & ibi Ioan. And n. 21* quia *d. c. ſtatutum.* non amouet obſtacula alia, quę canonicos cathedralis eccleſiæ inhabiles reddunt: religione expreſſa, valida eſt commiſſio, facta à ſede apoſtolica monachis cathedralium eccleſiarum; quia reperitur qualitas in monachis, requiſita in clericis: *Pan. in c. olim el 2. numer. 13. de priuil. Pan. in clem. diſpendioſam num. 3. & 4. de iud. c. fin. & ibi gloſſ. 1. 58. diſt. Pan. in c. cauſam quæ. 1. n.*
4 *9. de iud.* aut principalis ſit † officialis epiſcopi, vel capituli ſede vacante, ſeu religioſus conuentualem obtinens prioratum, quamuis ad prioratũ eundem prior non conſueuerit per electionẽ aſſumi: *clem. 2. de reſcript.* alias ipſo iure irrita eſt, & inanis delegatio; *glo. in d. c. ſtatutum in fine princ. in verb. committatur & ibi Franc. numer. 15. & Can.* quia non ſolum inductum eſt in fauorem partium, ſed etiam in fauorem ipſius ſedis Apoſtolicæ, ne vilipendatur in tali miniſtro. Ex decretis Concilij Tridentini in ſingulis Concilijs Prouincialibus, aut diœceſanis, aliquot perſonę, quę dictas qualitates habeant, ſunt deſignandæ; vt habeat quæque diœceſis ſaltem quatuor, aut etiam plures perſonas probatas; alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim epiſcopi, ad Romanum Pontificem tranſmittant delegationes, quæcunque alijs, quam his factæ, cenſentur ſubreptitiæ, *c. 10. ſeſſ. 25.* Excipe cauſam appellationis à ſententia epiſcopi, vel ipſius Vicarij generalis, lata in criminalibus, quæ auctoritate Apoſtolica, committenda eſt in partibus metropolitano, ſeu illius Vicario, aut ſi ille ſuſpectus foret, vel vltra duas legales dietas diſtaret, ſeu ab ipſo metropolitano appellatum fuerit, vni ex vicinioribus epiſcopis, ſeu illorum Vicarijs, non autem inferioribus iudicibus. *c. 2. ſeſſ. 13.* Cæte-
5 rorum † delegatus, quilibet poteſt eſſe, qui non prohibetur; quia habent melius notitiam ſubditorum ſuæ diœceſis, quam Papa totius orbis; vnde etiam ſi ſimplici clerico, aut laico committant, tenet delegatio, *gloſſ. in d. c. ſtatutum in verbo ſedis Apoſtolicæ, cap. 2. & ibi gloſſ. in verbo non præſumant de iud. & ibi Dec. num. 7.* niſi obſtet qualitas cauſarum: cauſæ eccleſiaſticæ & ſpirituales, vt decimarum, iuriſpatronatus, poſſunt committi clericis tantum, *c. decernimus de iud. c. fin. de reb. eccleſ. alien. c. contingit de arbit. c. non placuit, c. laicis 16. quæſt. 7.* & non poſſunt committi laicis, etiamſi ſint clerici coniugati, *c. vnic. de cleric. coniug. in 6. c. Io. de cler. coniug. c. nullus §. in clericus ſeſſ. 23.* & partes conſentiant; *c. diligenti de for. comp.* niſi laico aut laicis aſſocietur vnus clericus. *glo in d. c. contingit, & ibi Can. c. per tuas de arbit. Staphyl. de ſignat. lit. iuſt. §. dicendum eſt modo in princ.* Delegatio non trahitur ad futuras cauſas, quæ nondum fuerant, tempore impetrationis exortæ. *c. fi.*
de reſcript. Papa abſque † aliquo conſenſu par- 6
tium, imo illis inuitis, poteſt dare iudicem: *Anch. in c. 1. in 4. not. de for. compet. & ibi collect. in princ. c. ſuper quæſtionum §. quem vero & §. fin. c. cum R. hoc tit.* Epiſcopus quoque proprius committit cauſam alteri, & non eſt neceſſarius conſenſus partium: *Soc. poſt. Ioan. Andr. in c. 1. ſub numer. 2. verſ. in eadem gloſſ. ibi Romana curia de foro compet. & ibi Pan. ſub num. 4. collect. in princ.* operatur conſenſus accedens, quod non valebit recuſari iudex, niſi ex noua cauſa, *c. 4. in 2. reſp. de foro comp.* Hæc eſt Romanæ Curiæ conſuetudo, quod ſi vtraque pars eſt præſens, & conſentit, ille detur in iudicem, in quem vtraque pars conſenſit: Si vero partes diſſentiant, quilibet dat ſuos confidentes, & Papa eligit tertium ex officio; vel partium conſenſu: altera parte abſente, fit delegatio ad petitionem præſentis, ſaluo iure recuſandi. *gloſſ. fin. in d. c. 1. de foro comp. & ibi Pan. nu. 4. Mar. Soc. ſub n. 2. & Can. communiter de for. compet.*

Secundum † canones omnia delegari poſſunt, 7
etiam ea, quæ ſunt meri imperij: *c. licet de off. Vicarij in 6. c. epiſcopus nec clerici vel monach. in 6. gloſſ. pen. in fine in c. quod ſedem de offic. ordin. & ibi Pan. num. 4. dicit quod nihil habet Archiepiſcopus, quod ſit meri imperij quod non ſit delegabile præter pallium & docet quæ ſint meri & mixti imperij & ſimplicis iuriſdictionis gloſ. fin. in c. in archiepiſcopatu de raptor. & ibi Can. gloſſ. mag. in c. peruenit 95. diſt. Rot. deciſ. 2. de præſcript. in nou.* Epiſcopus ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, non poteſt delegare, niſi epiſcopo, *c. aqua de conſec. eccleſ. vel altar.* & demandatur auctoritas, quam epiſcopus in alienam iuriſdictionem non poteſt exercere, niſi de mandato & voluntate committentis: *c. ſcriptum 6. quæſt. 3. cap.*

Digitized by Google

epiſcopus in diœceſi 7. quæſt. 1. inter ea quæ ſunt iuriſdictionis, quædam non poteſt demandare, niſi illis , quæ adminiculo ordinis ea exercere poſſunt, vt deponere, *Card in clem. 1. §. 1. quæſt. 6. de for. comp.* verberare clericum , *c. vniuerſitatis de ſent. excom. c. illi qui & ibi gloſſ. fin. 5. quæſt. 5.* cætera quæ iuriſdictionis ſunt , poteſt demandare presbytero, ſicut & reconciliare eccleſiam, *c. aurelius c. presbyter 26. quæſt. 6.* & quędam laicis, ſicut eſt iudicare, in cauſa ciuili, vt dictum eſt, ſecundum leges, ea, quæ ſunt meri imperij, non poſſunt delegari, niſi quando delegans non poteſt adeſſe, *l. 1 ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* Iudex
8 delegatus † recipit iuriſdictionem, ſiue exercitium iuriſdictionis poſt literas delegatorias pręſentatas, *c. ſuper eo 2. in fine & ibi gloſ. de appell. gloſ. in clem. 1. in verbo receptis de procurat. Rot. deciſ. 6. n. 2. hoc tit. in nou. Achil. deciſ. 2. num. 2. & 6. hoc tit. Innoc. in c. ex conquiſtione numer. 2. de reſtit. ſpoliat.* & eſt hæc præſentatio de proceſſu ſiue actis. *Specul. de reſcript. præſent. §. 1. num. 5. & ſeqq. c. cum in iure & ibi poſt gloſſ. mag. Can. hoc tit. l. prohibitum C. de iure fiſci lib. 10. l. vnica C. de mand. princip.* Si intra certum terminum lis committitur decidenda, ex tunc terminus incipit currere, cum iudices contigerit litteras recepiſſe, die receptionis non numerata, *d. c. ſuper eo el 2. & ibi gloſſ & Pan.* delegatio ſuperueniens, aut præſentatio ſubſequens, præcedentis delegationis non præſentatæ, non trahitur retro, vt confirmet ſententiam, & proceſſum illius, qui proceſſit vt delegatus ante litterarum præſentationem, *Guid. Papa quæſt. 286. Bart. in l. vnica num. 4. C. qui pro ſua iuriſd poſt gloſſ. ibidem Bart in l. 1. num. 4. C. vbi de crimin. agi*
9 *oport.* Delegata † poteſtas eſt ſtricti iuris, delegatus id ſolum poteſt, quod ei eſt commiſſum, & eo ordine, quo commiſſum reperitur. Quando certa forma data fuit, *c. cum dilecta de reſcript. l. diligenter ff. mand.* ſi contra vel citra formam mandati agit, nihil agit, *c. prudentiam in fine princ. & c. venerabili hoc tit.* Si ſimpliciter commiſſa fuit cognitio ſine aliqua forma expreſſa, tunc non cenſetur commiſſa cauſæ definitio neque executio, *l. vbi circa medium & ibi gloſſ. C. de falſ. Mynſ. obſ. 93. cent. 4.* Sed omnia poteſt, ſine quibus cauſæ cognitio expediri non poteſt; *d. c. prudentiam in fine princ. c ſuſpicionis c. præterea & ibi glo. 2. & DD. Pan. hoc tit.* id vero, propter quod facilius cauſa expediri poſſet, non venit, niſi ei expreſſe committatur: ideo delegatus Papæ non poteſt abſoluere ad cautelam, niſi id ſpecialiter ſibi ſit conceſſum, quamuis ea abſolutione impenſa, magis commode procedi poſſit in cauſa: *c. paſtoralis §. præterea de off ord. in c. ſolet & ibi gloſſ. in verb. per ſuperiorem de ſent. excomm. in 6. & ibi Franc. nu. 4. Gemin. ſub num. 15. in gloſſ. ſuper verb. per ſuperiorem & numer. 16. Anch. in 7. not.* qui enim non poteſt directam abſolutionem impendere, non poteſt, nec illam ad cautelam, ſed ipſe excommunicator, eiuſque ſuperior abſoluunt ad cautelam: inferior ab excommunicatore ad cautelam abſoluere non poteſt: *d. c. paſtoralis §. præterea & Couar. in 1. part. relect. c. alma mater §. 12. num. 7. de ſent. excomm.* De Stylo Curiæ, nullus auditor ſacri palatij poteſt abſoluere ad cautelam, niſi ſibi ſpecialiter commiſſatur, ſecus eſt, ſi aliqua cauſa, ſiue abſolutio committatur extra Curiam Romanam alicui, quod abſoluat aliquem, vel aliquos ſimpliciter; quia tunc talis delegatus poteſt abſoluere ad cautelam, & ita ſeruat Rota, *Rot. deciſ. 3. & 4. de ſent. excomm. in antiq.* licet contraria opinio verior in iure videatur. Delegatus poteſt cognoſcere de eo, quod venit acceſſorie ad cauſam principalem, *c. de prudentia. de donat. inter vir & vxor. & ibi Pan. num. 2. 5. & 8. c. prudentiam §. ſexta hoc tit.* ac etiam quod venit acceſſorie ad ipſum acceſſorium, *c. prudentiam §. fin. & ibi gloſſ. fi. & Pan. in 2. not. hoc tit. & Can. Innoc. in c cum olim 1. num. 2. hoc tit.* delegatus principis, & ſubdelegatus ab eo, *c. ex litteris & ibi gloſſ in verbo ſubdelegatus Pan. & Can. hoc tit. l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. omn. iud.* ac etiam delegatus ab ordinario, habet coercitionem. *Iaſ. in d. l. cui iuriſdictio num. 23. & ibi DD. ff. de iuriſdict. omn. ind.* Plures † delegati 10
ad vniuerſitatem cauſarum, habent iuriſdictionem in ſolidum & æquiparantur ordinarijs , *l. Pomponius alias incipit ſi vni ff. de re iud. & ibi gloſſ. 1. paulo ante finem & ibi Bart. num. 3. Iaſ. num. 6. & 7. d. c. prudentiam & ibi gloſſ. in verbo teneatur c. cum cauſam & ibi gloſſ. in verbo delegatus in fine de appell.* exemplo plurium magiſtrorum, ſeu inſtitorum, tutorum, *l fin. C. de auct. præſt.* curatorum, *l. conſilio §. fin. verſ. quæſitum ff. de curat. furioſ.* fabricenſium, *l. iure prouiſum C. de fabricenſ. lib. xj.* quibus vniuerſitas quædam committitur, qui in dubio dati intelliguntur in ſolidum. *l. 1. §. ſi plures ff. de exerat.* Plures delegati † ad vnam vel aliquas cau- 11
ſas, habent iuriſdictionem ſimul, & complexiue,

c. can-

c.cauſam matrimonij c. vno delegatorum c. cum cauſa
22 *hoc tit.* Excipe primo † quando dati ſunt ſub hac forma, vt omnes, aut duo, vel vnus procedat; quia alternatiua tribuit eis iuriſdictionem inſolidum: *c. cum plures hoc tit. in 6.* vel alia conſimili, vt ſi dicatur, quod quilibet in ſolidum, & per ſe iudicare poſſit: vel quod alter alterum non expectet, aut non requirat. *gloſſ. in d. c. cum plures in verbo conſimili,* Vno eorum negorium inchoante cómiſſum, qualitercunque, etiamſi lis non ſit conteſtata coram eo, *c. gratum c. licet hoc tit. c. quamuis c. ſi à ſubdelegato hoc tit. in 6.* alij nequibunt ſe vlterius intromittere de eodem, niſi infirmitate, vel alia iuſta cauſa contingeret eum impediri, aut ſi nollet, vel malitioſe, in eo procedere recuſaret, *d. c. cum plures §. porrò,* neque ſubdelegatum daret, qui collegæ præfertur, ſi incæpit vti iuriſdictione, & in concurſu; ſecus ſi collega, cui competebat iuriſdictio, propter impedimentum inchoantis, præueniret; quia præuentio inchoantis, non extinxit, ſed ſuſpendit iuriſdictionem collegarum, *Franc. in d. c. cum plures ſub numer. 5. in gloſſ. in verbo recuſaret & ibidem Gemin. Ioan. Andr. in gloſſ. pen. Anchar. in 4. not.* ac iuriſdictione perpetuata per vnum ex delegatis inſolidum, perpetuata intelligitur, quoad omnes, *d. c. cum plures §. fin.* Secundo non competit eis iuriſdictio complexiue, quando † in reſcripto ponuntur clau-
23 ſulæ, quod ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo procedant, *c. prudentiam hoc tit.* quod ſi ambo &c. vnus procedat: *c. cum dilecti de empt. & vendit.* quæ iuriſdictionem tribuunt conditionaliter. Tunc igitur vnus, vel duo, iuriſdictione vti poterunt, & non antea, cum conſtiterit de impedimento collegæ, alias non valet, quod agitur: *c. prudentiam in princ. & §. adijcimus hoc tit. gloſſ. in d. c. cum plures in verb. forma & ibi Can.* Præterquam in beneficialibus, in quibus tenet proceſſus, & ſententia vnius, vel duorum, & veritas præfertur opinioni, *c. veritate comperta 8. diſt.* ſi ex poſt facto probatum fuerit, in veritate impedimétum ſubfuiſſe in tertio, (licet de eo, tunc collegis non cóſtiterit, *Rot. deciſ. 4. de offic. deleg. in nou. Rot. deciſ. 1. de probat. in antiq. Rot. diuerſ. deciſ. 435. part. 1. d. c. veritate c. dilectus in fin. de appell.*) perpetuum, vel temporale ineuitabile: ſecus in impedimento temporali euitabili, in quo neceſſaria eſt proteſtatio, vt recuſationis, incommoditatis, noluntatis: *Gemin. in d. c. cum plures ſub numer. 8. Felin. in c. ſciſcitatus ſub num. 14. verſ. limita 2. de reſcript. Rot. deciſ. 7. hoc tit. in nou.* Ratio diuerſitatis eſt, quia impedimentum perpetuum, & temporale ineuitabile, ſine ope exceptionis, impediunt exercitium iuriſdictionis, & ideo ſufficit exiſtentia, quæ ſtatim verificat clauſulam impotentiæ, dum tamen nec ipſe coniudex, nec aliqua partium de hoc quæſtionem retulerit. *d. c. ſciſcitatus vbi ſi poterit Ioan. Andr. in c. cum qui de reg. iur. in 6. in mercurial.* Dictæque clauſulæ ſi duo, vel tres, quibus litteræ diriguntur, ipſis exequendis ſimul intereſſe nequiuerint, vnus vel duo exequantur; intelliguntur de impotentia, tam de iure, quam de facto, de iure, ſi aliquem illorum ſeruum, vel infamem, aut alio legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit, de facto, ſi conſtiterit eum caſu mortis occumbere, aut euitabili neceſſitatis articulo impediri, quo minus valeat intereſſe: *d. c. ſciſcitatus,* & includunt in ſe voluntatem, quoad conſolidandam iuriſdictionem coniudicum, licet is, qui cum poſſit, abſque graui periculo rei familiaris, noluerit intereſſe, grauiſſime ſit arguendus, pro eo, quod mandatum apoſtolicum exequi ſubterfugiat, aut contemnat, *d. c. prudentiam §. adijcimus & Innoc. num. 8. Felin. Pan. num. 3. & 5. & Can. communiter,* non tamen puniendus, quia non eſt præciſa reſiſtentia mandati apoſtolici, *Pan. in d. §. adijcimus num. 5.* Propterea ex benignitate Papæ, expreſſa ſemper ſolet addi clauſula noluntatis, vltra clauſulam impotentiæ, *Pan. in d. c. ſciſcitatus in fine.* Impedimentum probatur per certum nuncium publicum, canonice ab impedito deſtinatum, etiam ſine litteris, *c. cum parati de appell.* vel per excuſatorem literatorie deſtinatum cóiudicibus, vel alias canonice per teſtes, & alias probationes, *d. c. prudentiam in princ. & ibi gloſſ. & DD. Pan. in d. c. ſciſcitatus nu. 16. & Can.* De noluntate conſtat per trinam requiſitionem, *clem. dudum & ibi gloſſ. in verbo recuſarint de ſepult.* imo per vnicam requiſitionem, in qua non eſt neceſſe exprimi terminum, ſed ipſo iure ſtatim currit; quia vbi quis tenetur intereſſe ad certum actum iudicialem, ſufficit vna requiſitio quando non citatur vt litigator. *clem. 1. §. duro & ibi gloſſ. in verbo requiſierit de haret. & ibi Zab. Felin. in c. ex literis poſt num. 8. verſ. fallit enim, 1. de conſtit.* Impeditus ceſſante impedimento, *c. quoniam abbas & ibi gloſſ. 1. hoc tit. Butr. in 1. not. Felin. in d. c. ſciſcitatus in fine verſ. & nota quod ceſſante &c.* & nolens vbi

Digitized by Google

vbi pœnituerit, admittitur ad cauſæ proſecutionem in ſtatu, in quo eſt, *Ioann. Andr. in d. c. mutare de reg. iur. in 6. in mercurial. Alex. in l. Stichum qui meus erit per illum text. ff. de legat. 1.* Item intelliguntur ſi nequiuerint intereſſe per ſe, vel alium: nam impeditus, aut nolens, vices ſuas coniudici, aut alteri committit, imo duo vel tres poſſunt committere vices ſuas vni, qui fungitur vice duorum, vel trium, & quicquid ille vnus fecit, omnes feciſſe videntur, *Rot. deciſ. 29. de reſcript. in nou. & deciſ. 5. hoc tit. in nou. l. ita autem §. geſſiſſe & ibi gloſ. & DD. ff. de adminiſt. tut. c. poteſt qui & c. qui facit de reg. iur. in 6.* Quia datur eis poteſtas ſubdelegandi à lege *c. quamuis c. paſtoralis 1. reſp. & c. quoniam el 2. hoc tit. l. à iudice C. de iudic.*

14 Delegatus † cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, quia iudicare principaliter eſt onus. *c. ſuper litteris de reſcript. & ibi poſt gloſſ. in verbo facta fuerit Felin. num. 18. qui ampliat & limitat. l. 2. & ibi gloſſ. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit l. praſcriptione C. ſi contra ius vel vtilit. pub. & ibi gloſſ. fin. Bart. in l. quidam conſulebant num. 3. & ſeqq. ff. de re iud. qui late diſtinguit Capra concluſ. 29.* niſi exceptio propoſita ſingulet delegatum, & afficiat eius perſonam, quo caſu ſuperior tantum cognoſcit, *c. quod ſuſpectis 3. quaeſt. 5. & ibi Archid. ſub nu. 1. atteſtans ita ſeruare curiam Pan. in d. c. ſuper litteris poſt num. 10. & ibi Felin. nu. 22. & Can. communiter.* vel ad eum ſpectet commodum pecuniarium. *l. 1. §. dies verſ. in propria ff. quando appelland. ſit. l. de iure & ibi glo. in verb. pro-*

15 *uinciæ ff. ad municip.* Quando vero † de reuocatione litterarum ambigitur, videlicet diuerſæ litteræ ſunt impetratæ, iudices citant partem aduerſam, quæ coram eis exhibet ſecundas litteras, facientes mentionem de primis, vel non facientes mentionem de primis, & primas elidit exceptione, *c. ex tenore & ibi gloſ. 1. in fine de reſcript.* ipſi volunt cognoſcere de reuocatione litterarum: item ſecundi iudices citant partes, & cum exhibentur coram eis primæ litteræ, ipſi volunt cognoſcere, an primæ ſint reuocatæ, & ſecundæ impetratæ, per falſi ſuggeſtionem, vel veri ſuppreſſionem, *c. cæterum de reſcript. c. coram hoc tit. c. inter monaſterium de re iud.* Quia pro eodem negotio partes non ſunt trahendæ, coram diuerſis iudicibus, *d. c. ex tenore & c. fin. de reſcript.* niſi poſteriores prioribus, vel econuerſo duxerint deferendum, ſimul vtrique cognoſcunt: & ſi forte nequiuerint ſimul in vnam ſententiam concordare, quamuis plures ſint ex vna parte, quam ex altera, quia non ſtatur maiori parti, quod æqualem habeant iuriſdictionem, & ſint loco vnius, ſcilicet Papæ delegantis, per arbitros communiter electos à partibus, huiuſmodi concertatio ſopitur. *c. paſtoralis de reſcript. & ibi Pan. ponit 5. caſus num. 5. pro intel-*
lectu d. c. Quod † ſi iudex ordinarius, à diuerſis 16
delegatis apoſtolicis contraria mandata recipiat, ſi de contentione, ſuper iuriſdictione excitata nihil ei innotuerit, cum primum mandatum eum recipere contingit, illud debet exequi, & alijs poſtea contrarium mandantibus, poſtulat copiam vtriuſque reſcripti, & ſi ex tenore eorundem, ſecundæ litteræ expreſſæ reuocent primas, exequitur quod ſecundo loco mandatur: ſi non reuocant, ſecundum mandatum non exequitur: ſi dubitat, ſecundum mandatum non exequitur, donec concertatio ſuper iuriſdictione, iuxta d. c. paſtoralis fuerit ſopita. Idem obſeruat in primo mandato recepto, & nondum executo, ſi illi innotuerit, quod delegati ſuper iuriſdictione demandata inter ſe cœperint diſceptare, *c. cum contingat de reſcript.* qualis ambiguitas & contentio non poteſt cadere inter iudices datos, in cauſa principali, & iudices delegatos in cauſa appellationis, quia iudices appellationis ſemper cognoſcere debent, an legitime ſit appellatum, & non iudices, à quibus fuit appellatum, *c. dilectus filius*
2. de reſcript. Cauſæ † commiſſæ ſemel in Curia 17
Romana ſemper remanent ibidem tractandæ, *Bal. in l. ſi vt proponis numer. 12. C. quom. & quando iudex Rip. in c. cum M. num. 198. de reſcript. Iaſ. in l. filiusfam. §. Diui num. 58. ff. de leg. & plures cumulans Rot. deciſ. 43. de appell. in nou.* & extra Curiam à ſede apoſtolica, eiuſque legatis, delegati & audiri debent in ciuitatibus, vel locis inſignioribus, vbi poſſit commode copia peritorum haberi, tam pro aduocatis, quam aſſeſſoribus, & Conſiliarijs, & alijs quæ emergunt. *c. ſtatutum in fine princ. de reſcript. in 6. & ibi gloſſ. & Can. c. cum ab omni de vit. & honeſt. cleric. c. non licet xj. quaeſt. 3.* Super contentione inter partes, an locus ſit inſignis, iudex delegatus cognoſcet, & pronunciabit: ſuper eadem contentione, inter delegatum & partes eliguntur arbitri, *Franc. poſt gloſſ. in d. c. ſtatutum num. 2. Gemin. num. 14. & 15.* niſi notorium ſit locum eſſe inſignem, quo caſu exceptio reijcitur.

Si eiuſdem † ciuitatis ſeu diœceſis fuerint a- 18

ctor.

Digitized by Google

ctor, & reus, vel vnus de ciuitate, alter de diœceſi vel vterque de altera; ſufficit, quod in altera, vel in ciuitate, vel diœceſi, cauſa committatur; *Anch. in d. c. ſtatutum §. cum autem ſub num. 3. item nota quod dicit in ciuitate, vel diœceſi &c. & Gemin ſub n. xi verſ. ex quo infert quod ſi &c. in d. §. cum vero & ibi Franc. numer. 6.* niſi ab epiſcopo contra aliquem de ſua diœceſi: vel ab aliquo contra eum: vel eius capitulum: ſiue contra vniuerſitatem ciuitatis, caſtri, aut villæ, fuerit actio dirigenda: vel niſi actor eandem ciuitatem, vel diœceſim intrare non audens, etiã ex culpa ſua; vt quia relegatus, *Gemin. in d. c. ſtatutum §. cum vero n. 13.* aut ſui aduerſarij potentiam merito & ex cauſa veriſimili *c. ſtatutum §. cum vero & ibi gloſſ. in verb. merito de reſcript. in 6.* perhorreſcens, cum intra ipſas nequeat conuenire ſecure: in quibus caſibus, extra dictas ciuitatem & diœceſim, cauſa committitur contra prædictos, *d. c. ſtatutum §. cũ vero de reſcript. in 6. & ibi Can.* nullus vero eorum, iure veteri, vltra duas dietas, *c. nonnulli de reſcript.* iure nouo in quacunque actione perſonali, reali, vltra vnam dietam à fine diœceſis ſuæ, ſiue loci domicilij, nõ rei ſitæ, aut originis, contractus, vel delicti computandam, poteſt conueniri. *gloſſ. in d. c. ſtatutum §. cum vero in verbo vnam dietam atteſtans ita ſeruare curiam & ibi Franc. n. 12. Gemin. n. 15. & ſeqq. Imol. in c. dilectus el. 2 de reſcript. n. 12. & ibi Cau. Rot. 34. deciſ. de reſcript. in antiq. Franc. Marc. quæſt. 1056. n. 2. & in fine part. 1.* fit itaque computatio à fine diœceſis, etiam in ea parte, quæ magis diſtaret à ciuitate, vel habitatione conuenti, licet forte à fine habitationis ſuæ, eſſent plures dietæ, *Anch. in d. c. ſtatutũ §. cum aũt n. 3. & ibi Franc. n. 2. & Can. Ioan. Andr. in d. c. nonnulli n. 8.* & in eius mẽſuratione debet conſiderari via communior, vſitatior & frequentior, *Ioan. Andr. in d. c. nonnulli n. 32. & ſeqq. & in c. olim. n. 3. & 4. de except.* quia per totam diœceſim reus non videtur grauari, cum & ibi coram ordinario poſſit trahi: *c. cũ epiſcopus de off. ord. in 6.* Vnde ſi modicum, vltra vnam dietam, remotus eſſet locus ille à fine diœceſis conuenti, puta per vnum milliare, non poterit ibi fieri commiſſio; *l. 3. ff de verb. ſignif.* vel ſi trahatur extra diœceſim & prouinciam, licet minus ſit ſpatium ad quod trahitur, quam vna vel duæ dietæ, *c. neminem & ibi gloſſ. 3. quæſt. 6.* de quo doctores controuertunt & communior videtur opinio, quod quis extra prouinciam trahi poſſit, dummodo non vltra duas, vel vnam dietam, *Anch. in d. §. cum autem in gloſſ. ſuper verbo ciuitate vel diœceſi & ibi Gemin. n. 3. Franc. in princ. Imol. in d. c. nonnulli ſub n. 14. verſ. iuxta præfata quæro Felin. n. 35.* quorum opinionem ſeruat Romana Curia, *gloſſ. in d. c. neminem in fine.* Actor, timorem, propter quem non audeat ingredi ciuitatem, vel diœceſim, ſeu perhorreſcat potentiam aduerſarij, in literis exprimere tenetur, verbis generalibus, *d. §. cum vero & ibi Franc. in 3. not.* & ſignatura reſcribit, præſtito iuramento prædicto, quæ important conditionem & formam; *l. à teſtatore ff. de cond. & demonſt. Feli. in c. iam dilecta verſ. ſecundum ſignum de reſcript.* & niſi de eo, primo iudici fidem faciat, ſaltem per propriũ iuramentum, iudex ipſe nullatenus in cauſa procedit; ſed partes à ſua iuriſdictione dimittens impetrantem in expenſas alteri parti condemnat: quia eo non præſtito ab initio nullam habet iuriſdictionem, *d. § cum vero in fine,* niſi in reſcripto diceretur, prout iurare paratus exiſtit, quia id intelligitur parte petente, *l. vniuerſa C. de precib. imp. off. r. & ibi gloſſ. fin. Achil. deciſ. 2. num. 4 de iureiur.* De ſtylo Curiæ præſtari poteſt in quacũque parte iudicij, & in fine primæ, & ſecundæ ſententiæ refectis expenſis, *Caſſad. deciſ. 1 n. 3. de iureiur.* ac etiam poſt executionem, vſque ad brachium ſæculare, *Achil. deciſ. 4. de iureiur.* ad effectum validandi proceſſum in curia, non autem ad effectum annulandi proceſſum factum in partibus, *Put. deciſ. 34. libro 3.* etiam per iudices reuocatos per ſecundum reſcriptum, *Felin. in c. cæterum n. 10. verſ. valet proceſſus de reſcript.* Alias ſex limitationes, in quibus cauſa committitur extra diœceſim litigantium, ponit Franc. *in d. c. ſtatutum §. cum vero verſ. ſeptimo limita & ſeq.* quem vide. Exceptio, quod non debeat quis trahi vltra vnam dietam, non ſolum poteſt opponi ante & poſt litem conteſtatam, ſed etiam poſt ſententiam, quia, niſi expreſſus partium conſenſus interuenerit, proceſſus eſt nullus propter decretum, *§ fin. d. cap. ſtatutum. Franc. in d. c. ſtatutum §. cum vero n. xi. licet Imol. in c. dilectus el. 2. n. 13. & ibi Fut. de reſcript. aliter ſentiant.* Iure ciuili & decretorum, in impetratione reſcripti, ad extraordinarium iudicium, ſeruatur diſpoſitio, *l. ſi quando, & auth. quod fieri. C. de dilat. c. induciæ. §. ei autem & §. fin. 3. quæſt. 3.* Quando vero actor † & reus ciuitatum, vel dioceſium 19
fuerint diuerſarum, ſi actor in ciuitate vel diœceſi rei iudicem habere recuſat, non in ſua, ſed in

alia ciuitate, vel diœceſi delegatum libere poteſt impetrare, dummodo locus, ad quem reum traxerit, ſicut in alio caſu præmittitur, minime ſit remotus, *d. c. ſtatutum* §. *cum autem.* Abbates aut alij religioſi, quibuslibet adminiſtrationibus præſidentes, pro prioratibus, ſeu alijs locis ſubditis, etiamſi pertineant ad menſas eorundem, reum quomodolibet conuenire non poſſunt, per reſcriptum apoſtolicum, vel legatorum ipſius, niſi vbi, & coram quibus poſſent adminiſtratores dictorum, prioratuum, & locorum, contrafacientes in expenſis & intereſſe condemnatur, & proceſſus habitus ipſo iure eſt irritus: *Clem. 1. de reſcript.* In nullo caſuum prædictorum, delegatus extra ciuitatem vel diœceſim, in quibus deputatus fuerit, citat partes, nec de cauſa cognoſcit, niſi ad id, expreſſus acceſſerit earundem conſenſus; neque alibi, quam intra illas, & perſonis, duntaxat ſuperius deſignatis, committit quomodolibet vices ſuas; *d. c. ſtatutum.* §. *in nullo*, De ſtylo derogatur conſtitutioni Bonifacij octaui *de vna*, & Concilio generali de duabus dictis, cum clauſula, dummodo non trahatur vltra tres &c. *Staph. i. de ſig. lit. iuſt.* §. *quando petitur nu. 4. c. nonnulli in fin. princ. de reſcript. & ibi Fel. nu. 30 enumerat 11. caſus in quibus non habet locum exceptio de vna vel duabus dictis,* In cauſa appellationis, ſi actor & reus ſint eiuſdem diœceſis, locus qui eſt competens in cauſa principali, erit in cauſa appellationis: ſi vero ſint de diuerſis diœceſibus, & appellet actor, erit idem; quia debet reus trahi in cauſa appellationis, ſicut in cauſa principali cum actor ſequatur forum rei, ſed ſi appellet reus, curia dat iudices in eodem loco, ita quod eiuſdem rei originalis habeatur ratio in cauſa appellationis, ſicut in cauſa populi quia non poteſt conqueri actor de loco, quem ſemel elegit, niſi cauſa eſſet beneficialis, vel talis quæ propter appellationem eſſet tractanda in Curia, *Ioan. Andr. in d. c. ſtatutum n. 6. & ſeqq. et ibidem Archid. in* §. *cum autem in final. quæſt. Franc. num. 3. Gemin. ibidem in 1. quæſt. et Can. c. vt litigantes de offic. ord. in 6.* Prædicta ac diſpoſitio *d. c. ſtatutum,* non habent locum in ordinarijs, nam celebrius habet committere, ſedes Apoſtolica, vel eius legatus, quam vnus epiſcopus, qui habens minus territorium, magis ſcire poteſt, quibus committit, *Ioan. Monach. in d. c. ſtatutum num. 4.* Circa munera, expenſas neceſſariæ profectionis delegatorum, quando proficiſcuntur extra domicilium, aſſeſſorem, notarios, horum ſalaria, reſtitutionem munerum receptorum, teſtium euocationem, & expenſas in veniendo, ſtando, & redeundo, ſeruanda eſt diſpoſitio, §. *inſuper et* §§. *ſeqq. d. c. ſtatutum,*

Delegatus à principe † poteſt ſubdelegare, *c.* 20
ſuper quæſtionem c. quamuis c. fin. hoc tit. quando cōmittit delegationis vigore, *gloſſ. in d. c. ſtatutum in verbo legatorum in fine et ibi Can.* totam cauſam, principium, aut finem, conſtitutis in dignitate, perſonatu, aut canonicis cathedralium eccleſiarum, vel alijs perſonis ſupra deſignatis, *d. c. ſtatutum* §. *in nullo in fine c. ſuper quæſtionum* §. *1. hoc tit.* medium & audientiam vnius articuli, etiam ſequentis cauſæ cognitionem, vt audire teſtes, & eorum iuramentum recipere, aut meram executionem, cuilibet ſimplici clerico, *gloſſ. in d. c. ſtatutum in princ. in verbo cauſa & in d.* §. *in nullo in verbo vices ſuas & ibidem Can. Cap. Tholoſ. quæſt.* 12. aut aſſeſſori electo, ſeu deputato: *c. ſuper quæſtionum* §. 1. cogitque ſubdelegatum ſubdelegationem recipere, dummodo delegans malitioſe ſe non exoneret, *c. paſtoralis hoc tit.* Iure ciuili delegatus principis, non poteſt delegare audientiam, aut proceſſum, reſeruata ſibi ſententia, *auth. adhuc verſ. delegatus C. de iud.* Subdelegatio facta, iuxta formam *d. cap. ſuper.* quæſtionum, eſt de ordinatorijs iudicij, quæ obſeruantur coram iudice eccleſiaſtico, etiamſi lis pendeat inter laicos, inter quos ſeruatur ius commune ex ſtatuto, quia id procedit in deciſorijs, *Achil. deciſ. 1. hoc tit. Bald in l. ex ea cauſa poſt n. 2. verſ. vbi epiſcopus ſeruat. ff. de poſtul. Pan. in c. 1. num. 3. de conſtit.* Delegatus cui à principe iniunctum fuit, vt perſonaliter exequatur, poteſt de conſenſu partium ſubdelegare:
præterquam † ſi Papa ex officio, vel ad inſtantiā 21
partium inquiſitionem fieri, aut eccleſijs de prælatis & miniſtris, non expreſſis certis perſonis, *c. is cui hoc tit. in 6.* mandaret prouideri, *c. fin.* §. 1. *& ibi gloſſ. hoc tit.* Is quoque cui non † iuriſdictio- 22
nem ſed nudum miniſterium commiſit, ſalua legatorum Sedis apoſtolicæ auctoritate, alteri vices ſuas cōmittere non poteſt, videlicet prædicare crucem, excommunicare, abſoluere, diſpēſare cū irregularibus, iniungere pœnitentias: *d. c. fi. hoc tit.* neque is cui mandata eſt iuriſdictio, quando per verba reſcripti comprahenditur, quod ſit electa induſtria, & fides perſonæ, *d. c. is cui c. fin.* §. 1. *in fine & ibi Felin. n. 3. & ſeqq. ponit ſigna quædam*

hoc

Digitized by Google

hoc tit. & vtrobique Can. Delegatus ab inferiore non ſubdelegat, niſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, *l. ſolet ff. de iuriſd. om. iud. dudum eſt 5. tit. de offic. Vic.* vel ſibi hoc ſpecialiter concedatur: *gl. fin. in d. c. is cui Zab. in Clem. vnica in 12. quæſt. hoc tit.* ſubdelegatus delegati à principe, vel delegatus ordinarij, ad certam cauſam, non poſſunt committere, receptionem teſtium, vel quemcũque alium actum, cauſæ cognitionem requirentem, ſed bene nudum miniſteriũ, ſeu nudam examinationem teſtium per eos receptorum, *c. ſuper quæſtionum in princ. verſ. nos autem & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. gl. fin. Clem. vnica hoc tit. & ibi Can late add. ad cap. tholos quæſt. 12.*

23 Delegatus † à Papa, qui vices ſuas alteri in totum commiſit, poteſt re integra, antequam ſubdelegatus vſus ſit iuriſdictione, commiſſionem reuocare, non ſolum expreſſe ſed etiam tacite, puta ſi ad partis petitionẽ citet, vel alio modo procedat, cum iuriſdictio, ex quo ipſa vſus non eſt, non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe, *c. quãuis hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. c. licet vndique hoc tit.* re non integra non poteſt reuocare: *c. ſi delegat. hoc ti. in 6. c. venerabili hoc tit. & ibi gloſſ. fin. & Can.* ſi vero commiſit vices ſuas non in totum, tunc etiam re non integra, poteſt reuocare, *l. iud. cum ſoluitur ff. de iud.* Tertius

24 poteſt † comparere coram delegato in cauſa beneficiali, ſine noua commiſſione, ſuper eodem beneficio, non ſolum ad aſſiſtendum, & defendendum litem, ſed etiam ad petendum, ius ſuum canonizari, tam in prima inſtantia, *Felin. in c. P. & G. ſub num. 2. verſ. 2. limita hoc tit. Felin. in c. veniens de ſponſal. & matrim. Rot. de. iſ. 12. in fine de reſcript. in nou. Rot. diuerſ. deciſ. 89. part. 1.* quam in cauſa appellationis, *Felin. in c. cum ſuper num. 11. de ſent. & re iud. & ibi Can. Achil. deciſ. 5. de except.* ratione connexitatis iuris commiſſi ipſi delegato: ſecus ſi cauſa eſſet omnino diuerſa, quia delegata iuriſdictio eſt ſtricti iuris vt dictum eſt, & non poteſt ad alias perſonas prorogari, *d. c. P. & G. de off. deleg.* ſolæ enim perſonæ, quæ in reſcripto continentur, iuriſdictionẽ delegati poſſunt prorogare ad res alias. *gl. fin. & mag. in d. c. P. & G. & ibi Pan. n. 12. verſ. venio ad ſecundam ſpeciem. & c.* & de loco ad locum, *d. c. ſtatutum §. in nullo,* & de tempore ad tempus, *c. de cauſis hoc tit.* & non earum procuratores, *c. cum olim. el. 1. & ibi gl. in verb. cum procurator hoc tit. & Can.*

25 Expirat † iuriſdictio delegata, *late Capra concluſ. 37.* primo morte delegantis re integra, *c. gratum & ibi not. hoc tit. §. item ſi adhuc integra & ibi DD. Inſt. de mand.* ipſo iure, *Franc. poſt gloſſ. in c. ſi à ſubdelegato n. 3. hoc tit. in 6.* item expiratione officij eius, *c. fin. 2. reſp. de offic. leg.* dicitur autem res non integra, quoad perpetuandam iuriſdictionem delegatum, reſpectu delegantis, ſtatim quando citatio emanauit, licet ad citati notitiam non peruenerit: *d. c. gratum & ibi gloſſ. in verbo captum c. relatum & ibi gloſſ. fin. & vtrobique Can. hoc tit. c. fin. & ibi gloſſ. fin. de off. leg. Capu'aq. deciſ. 24. part. 2. c. licet de offic. deleg. Cap. tholos deciſ. 341.* non tamen, quoad partem, vt eam cogat, coram ſe litigare, tanquam præuentam, niſi per executionem citationis, *Rot. deciſ. 9 de dol. & contum. in ant. l. ſi quis poſteà ff. de iudic. l. cum poſtulaſſem ff. de damn. infecto.* Secundo morte delegati, niſi commiſſio facta fuerit ſub nomine dignitatis, *c. quoniam abbas & ibi gloſſ. in verb. ſubſtitutum & Can. hoc tit.* imo morte vnius, expirat poteſtas plurium delegatorum, *c. vno hoc tit. & ibi gloſſ. mag.* ſimpliciter. Tertio morte eius, contra quem fuit de mandata re integra, *c. ſignificauit & ibi gloſſ. fin. & Can. de reſcript.* Quarto per ſententiam, qua delegatus declarat, ſe iuriſdictionem non habere; *c. ſignificantibus & ibi gloſſ. in verbo procedere non debere hoc tit.* fallit, quando ab iſta ſententia fuit appellatum, quo caſu non extinguitur eius iuriſdictio, ſed poteſt cauſa ad eum remitti, *c. dilectus el. 3. de præb. & ibi Pan. & Can.* Quinto ſententiæ definitiuæ, etiam ſi nulla ſit, *l. ſi vt proponis 1. C. quomodo & quando iudex.* probatione, ſi vero valida ſit, expirat reſpectu cognitionis, & ſententia executioni demandata omnino expirat, *c. in literis & ibi gloſſ. 1. & 2. Felin. num. 1. & Can. hoc tit.* Delegatus enim principis vſque ad integrum continuum annum, *Pan. in c. quærenti n. 3. de off. deleg.* iuriſdictionem ſibi commiſſam, ad exequendam ſententiam exercet, *c. quærenti hoc tit.* tam iure canonico, *d. c. quærenti c. ſignificaſti c. literis c. poſtulaſti §. præterea & ibi Felin. & Can. de offic. deleg.* quam iure ciuili, *l. ſi quis miſſus & ibi Bartol. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſ. miſ. eſt l. fin. & ibi Bart. n. 1. C. de iud.* vbi non eſt appellatum: ſi eſt appellatum, etiamſi detulerit appellationi, *c. ad aures & ibi Franc. & Can. de appell.* poſt annum, licet delegato principis exequi ſententiam à ſe latam, ſi appellans non fuerit proſecutus appellationem, *c. perſonas de appell. c. paſtoralis §. præterea hoc tit.* per abſolutoriam vero, ab obſer-

ratione iudicij non expirat, *Innoc. in c. conſuluit n. 1. & 2. hoc tit. Rot. deciſ. 3. de del. & cont. in nou.* delegatus enim aut ordinarius per eiuſmodi ſententiam, non perdit iuriſdictionem, *Innoc. in c. conſuluit num. 2. de offic. deleg. & ibi Can. Mandoſ. de inhibit. quaſt.* 114. delegatus quoque ab ordinario, ſecundum aliquos exequitur ſuam ſententiam, ac ſubdelegatus à delegato principis, *Anchar. in c. ſi quis contra n. 6. & 7. Pan. n. 37. & 38. & Can. de for. compet. Pan. in c. querenti n. 8. de offi. deleg.* ſed verior eſt opinio, quod alius delegatus, quam à principe, vel ſubdelegatus à delegato principis nullo modo poſſunt ſententiam ſuam executioni demandare, nam ſtatim lata ſententia, functi ſunt officio ſuo: *l. ſi vt proponis C. quomodo & quando iudex.* ſi enim perduraret eorum officium in aliquo, poſſent iterum ſententiare, quod eſt falſum, *gloſſ. fin. circa finem. in l. qui reſtituere ff. de rei vind. Bart. in l. à Diuo Pio n. 14. ff. de re iud. & ibi Iaſ. n. 5. & n. 21 & DD. ff. de re iud.* quæ vera ſunt in executione ſententiæ definitiuæ, nam ſententiam ſuam interlocutoriam delegatus ab ordinario, & ſubdelegatus, à delegato principis poſſunt mandare executioni, præcipiendo, excommunicando, multando, *Bart. in d. l. à Diuo Pio in fine princ. & ibi Iaſ. num. 27. & DD. communiter,* quia per ſententiam interlocutoriam, non finitur eius officium. Sexto per delationem appellationis interpoſitæ ad Papam à ſubdelegato, abdicatur tota iuriſdictio, à delegato, *c. cum appellationibus 2. reſp. de appell in 6. Mohed. deciſ. 10. de appell. Rot. deciſ. 8. & 49. de appell. in nou.* Septimo appellatione interpoſita ab vno grauamine ſuſpenditur iuriſdictio delegati, quoad omnia; ſecus in ordinario, *d. c. paſtoralis §. 1. & ibi gloſſ. in verbo ad tempus de appell. Rot. deciſ. 15. de appell. in ant.* Octauo lapſu termini, niſi de conſenſu partium, dies protogetur, *d. c. de cauſis hoc tit.* & alijs modis recenſitis per gloſſ. fin. in d. c. in litteris hoc tit. & ibi Can. & in l. iudicium ſoluitur, & ibi DD. ff. de iud. Omnes executores

26 tam † beneficialium, quorum variæ ſunt formæ, *Franc. in c. ſi ſoli num. 3. de conceſ. præb. & ibi Gemin. num. 3. & 4. Anchar. in vlt. not. in 6.* quam aliarum gratiarum, ac etiam ſententiarum, ſunt delegati, ante præſentationem litterarum, non poſſunt vti facultate ſua, *late Rot. deciſ. 21. de conceſſ. præb. in nou. Rot. diuerſ. deciſ. 69 part. 1. c. cum teneamur de præb. in princ. c. ſuſceptum in princ. & c. duobus §. ſi vero de reſcript. in 6. Garc. de benef. part. 6. cap. 2. nu. 7.* vſque ad *num. 19.* eorumque iuriſdictio pendet à productione reſcripti, *Bald. in l. falſus num. 19. C. de furt. Rot. deciſ. 4. de offic. deleg. in antiq.* delegata iuriſdictione in faciendis proceſſibus vtuntur, *c. pro illorum c. dilectus el 2. de præb. c. propoſuit de conceſ. præb. Rot. deciſ. 6. num. 2. hoc tit. in nou.* Debent prius iuriſdictionem ſuam fundare, neque proferre ſententiam cenſurarum in contradictores, antequam conſtet eos eſſe in culpa, turbando ſuam iuriſdictionem, quam non habent, niſi in rebelles & reſiſtentes indebite, *Franc. in c. 1. in fin. princ. verſ. vltimo quærit de conceſ. præb. in 6. & ibi Io. Monach. num. 8. Ioan. And. num. 4. & Can. Franc. in c. ſolet §. in ſecunda ſub numer. 6. aut ipſa ſententia de ſent. excommun. in 6.* quia in executiuis, non licet executori, in eadem ſententia canonizare, & fulminare, *c. Romana §. caueant & ibi Franc. in 2. not. & Can. de ſent. excomm. in 6. idem in c. is cui §. ſane ſub num. 2. verſ. 3. limita eod. tit. & lib. Achill. deciſ. 4 in fine de ſent. excomm.* Executores † deputati in 27
litteris gratiæ, ſub clauſula ſonante in monitionem, quæ non expreſſa tacite ſubintelligitur, *c. cauſam quæ de elect. & ibi Can.* ſiue in conditionem, ac certam formam, in vtroque caſu, ſine vlla cauſæ cognitione, poſſunt de vacante præbenda prouidere; & ſi velint, non vocatis partibus, aut alijs, quos res tangit, inquiſitionem facere, *c. venerabilem §. obiectioni de elect. clem. 1. & ibi gloſ. in verbo repererint Zab. quaſt. 13. & Can. de off. deleg. c. cum in tua diœceſi de ſponſal. Hoſt. in c. fin. num. 3. Innoc. num. 2. & Can. de præſumpt. Anchar. conſ. 297. efficacibus n. 8. & 9.* ac poſſunt recipere plenarias probationes, quoad ſubſtantiam probationum, & quoad modum procedendi, etiamſi non ſint neceſſariæ, dummodo ſint pertinentes, nempe ſuper vacatione beneficij, clericatu valore expreſſo: *Fel. in c. cauſam quæ num. 6. & ibi Fr. Arretin. ſub num. 29. de teſt. Butr. in c. cum dilectus §. verum ſub num. 3. circa finem verſ. plus dicit Butrig. de ord. cogn. Rot. diuerſ. deciſ. 35. num. 3. & 4. & ſeq. part. 2.* item teſtes, recepti ab executore litterarum apoſtolicarum, qui non recipit, vt iudex, ſed vt ſimplex examinator, *clem. 1. hoc tit.* faciunt fidem coram quocunque iudice, *Bald. in l. fin. num. 6. & ibi Salic. numer. 7. in fine C. de teſt. Rot. d. deciſ. 35. num. 2. part. 2.* Iidem † 28
poſſunt, ſi velint, aſſumere partes iudicis, dummodo ille iuriſdictionem habeat, qui prouiſionem faciendam commiſit, & vocatis partibus, & alijs, quos res tangit, iudicialiter in prouiſione facien-

Digitized by Google

faciẽda procedere: l. 1. ibi minime ipſi cauſa cognitio mandata ſit C. ſi per vim vel alio modo clem. 1. & ibi gloſ. in verbo repererint Zab. queſt. 13. & Can. de off. deleg. Innoc. in c. fin. ſub numer. 2. verſ. item videtur, quod eodem modo & Can. de præſumpt. Rot. deciſ. 55. num. 3. de conceſ. præb. in antiq. Pan. in c. paſtoralis §. quia vero numer. 3. de off. deleg. imo certis caſibus tenentur aſſumere cognitionem iudicialem, ex adiunctis clauſulis, puta vocatis vocandis, c. exhibita de iud. Rot. deciſ. 12. de offic. deleg in nou. & ibi add. num. 2. Felin. in d. c. de cætero n. 10. de re iud. Caputaq. deciſ. 284. numero quarto, part. 2. & alijs enumeratis per Guidonem Papæ quæſt. 70. & Greg. xv. deciſ. 413. & ibi late annot. & quando poſſeſſor eſt amouendus à ſua poſſeſſione, c. licet epiſcopus de præb. in 6. c. conquerente de reſtit. ſpoliat. Differunt proceſſus facti cum iudiciali cauſæ cognitione, ab ijs quæ fiunt cauſa non cognita, quoad præiudicium eorum, quos res tangit, l. pen. & ibi gloſ. fin. ff. qui ſui vel alieni iur. & c. l. 2. C. ſi per vim vel alio modo & c. gloſ. in clem. 1. in verbo repererint circa med. de off. deleg. nam quando proceſſum fuit ſine cauſę cognitione, poſt decem dies, & ſine appellatione, poterit obijci contra huiuſmodi prouiſionem; c. conſtitutus de appellat. c. cum olim de cauſ. poſſeſ. & propriet. ac appellatio, ſi qua ex aduerſo interpoſita fuerit, non ſuſpendit collationẽ, nec poſſeſsionis traditionem: c. conſtitutis 46. & ibi Franc. num. 8. & 9. de appell. & Can. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alternat. glo. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. nu. 25. vſque ad nu. 37. ſi autem proceſſum ſit, cum iudiciali cauſæ cognitione, partibus vocatis, in prouiſione beneficiorum, cauendum eſt quod omnino ſeruetur forma iudiciaria, & niſi illi, quos res tangit, appellent à prouiſione intra decem dies, fit ſibi præiudicium, vt ſuper his de quibus inquiſitum eſt, vlterius audiri non poſſint, c. cum dilecti & ibi not. de elect. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſib. & alternat. gloſ. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. in cauſis benef. à nu. 38. vſque ad num. 47. item quando executores ſuſtinent partes iudicis, nõ poſſunt dare gratiam pro iuſtificata, nec eſt adhibenda fides eorum aſſertioni; quæ ex actis non comprobatur, c. quoniam contra de prob. Creſc. deciſ. 5. numer. 2. de fid. inſtrum.
29 Greg. xv. deciſ. 413. n. 1. Executorum † alij ſunt meri, alij mixti, in executoribus meris gratiarum & ſententiarum non habet locum, d. c. ſtatutum. de reſcript. in 6. nec quoad perſonas, nec quoad loca, Ioan. Monach. in d. c. ſtatutum ſub numer. 2. & ibi Franc. n. 6. Io. And. nu. 10. Rot. deciſ. 29. de reſcript. in nou. quia iudicum cauſarum proprium eſt, citare, & inuitos trahere, c. nonnulli c. dilectus 2. de reſcript. c. olim de except. executorum proprium eſt, inſinuare, inhibere, exequi. c. 1. §. 1. de conceſ. præb. c. ſi capitulo c. ſi ſolic. 1. §. ex parte de conceſ. præb. in 6. c. præſenti de off. leg. in 6. Vnde ſeruari videmus, quod vnus executor datur in curia, & alij duo dantur ſine diſtinctione locorum: Circa perſonas tamen ipſorum, bene ſeruat curia diſpoſitionem d. c. ſtatutum, nam ſecundum Stylum Cancellariæ non dantur executores, in gratijs, & ſententijs, niſi ſint conſtituti in dignitate, qui Stylus non eſt ſeruandus, in ſubdelegatis, ab eis, quibus committitur nudum miniſterium, puta prouiſio & inductio in poſſeſſionem, quæ ſine quacunque cauſæ cognitione fieri poſſunt. Rot. d. deciſ. 29. de reſcript. in nou. clem. iudices & ibi Can. poſt gloſ. notant hoc tit. Rot. deciſ. 55. col. fin. verſ. nec etiam ſeruatur in eis quoad ſubdelegatos de conceſ. præb. in ant. Executores & ſubexecutores excommunicati, aut irregulares, ſi ignorantia procedit ex cauſa probabili, poſſunt conferre, & prouidere, tum ex præfatis, tum quia inſpicitur perſona eius cui fit prouiſio. Felin. in d. c. ad probandum circa princ. de re iud. Franc. in c. piam n. 6. de except. Creſcent. deciſ. vnica de ſent. excomm. Rot. deciſ. 9. eodem in antiq. In executoribus mixtis datis ad certum actum cum iuriſdictione, vt in beneficialibus ſuper gratia pauperum clericorum, contra obligatos ad prouidendum eis in beneficijs, propter ordines illis conceſſos, iuxta formam c. relatum c. cum ſecundum. de præb. locum habet diſpoſitio c. ſtatutum, tam quoad perſonas, quam quoad loca, cum iſtæ litteræ ſint metæ iuſtitiæ; c. ſi pauper & ibi gloſſ. 1. & fin. de præb. in 6. clem. 1. & ibi gloſ. in verb. executorem de conceſ. præb. c. accepimus de ætat. qualit. & c. Rot. deciſ. 17. numer. 2. hoc tit. in nou. ſi tamen de facto Cancellaria deputaret non in dignitate conſtitutum, &c. vel ſimplicem clericum, ſuper gratiæ pauperis purificatione, valet proceſſus, per talem executorem factus, ex quadam æquitate, Rot. deciſ. 55. de conceſ. præb. in antiq. Ioan. Monach. in c. ſtatutum ſub nu. 2. de reſcript. in 6. & latius Guilhelm. de monte Landuno in repet. extrauag. ſedes apoſtolica nu. 5. de off. deleg. In omnibus executoribus, & ſubexecutoribus, ſeu ſubdelegatis ab eis, ſeruandum eſt d. c. ſtatutum, qui ex neceſſitate litterarum,

habent procedere cum cauſæ cognitione, *c. ſi quando c. cum adeo de reſcript. c. exhibita de iud. Creſcent. deciſ. 5. de fide inſt in princ. Rot. deciſ. 1. de off. deleg. in antiq. Rot. deciſ. 30. de reſcript. in nou.* aut dati ſint in forma dignum, vel cum clauſula amoto, *c. propoſuit in fine de conceſ. præb. Pan. in c. de cætero num. 8. & Felin. nu. 9. de re iud. & ibi Can. Felin. in c. fin. num. 17. de præſumpt. Rot. Farin. deciſ. 52. & 159. nu. 3. part. 2. Pan. in c. cum noſtris n. 21. de conceſ. præb.* &c. aut per verba importantia conditionem, videlicet per ablatiuos abſolute poſitos, attenta lite, *l. ab emptione in princ. & ibi Bart. & DD. ff. de pact. l. à teſtatore ff. de cond. & demonſt. Felin. in c. cum dilecta & c. ſecundum ſignum de reſcript.* &c. dummodo non ſit alteri ius quæſitum, *Greg. xv. deciſ. 91. ſub nu. 2. c. præſenti de præb. in 6. c. ſuper eo 1. de teſtib. cum ſimilib.* ſeu alius reperiatur in poſſeſſione, *c. ſi. & ibi Butr. num. 7. Felin. nu. 24. & Can. de præſumpt. Rot. diuerſ. deciſ. 201. part 1. Greg. xv. deciſ 69. n. 4. & ſeqq.* quia licet executor poſſit procedere, ad collationem ſiue prouiſionem, poſſeſſore non vocato, tamen non poteſt poſſeſſorem amouere à poſſeſſione, ſiue colorem poſſidendi habeat, ſiue non, ſine cauſæ cognitione, *c. licet epiſcopus & ibi gloſ. de præb. in 6. Ioan. And. in c. cum noſtris nu. 7. & ſub nu. 16. de conceſ. præb. Butr. in c. conquerente nu. 8. de reſt. ſpoliat.* Idem obtinet in omnibus alijs caſibus, in quibus executores aſſumunt partes iudicis ex neceſſitate, vt quia arctantur ad ſic procedendum, notatis per Innoc. *in d. c. fin.* & ibidem Felin. *nu. 22. & 23 & ſeqq.* & Can. *de præſumpt.* Sed quando ad id non tenentur, ſed voluntarie aſſumunt partes iudicis, quod facere poſſunt ex notatis *in d. c. fin.* per Innoc. & Felin. *num. 17. & 18. de præſumpt.* tunc in illis non habet locum diſpoſitio *d. c. ſtatutum*, quoad perſonas, & quo ad loca, quia non principaliter dati ſunt vt iudices, ſed vt miniſtri, & poſſunt committere extra locum ſibi commiſſum, vt releuent partes ab expenſis, ex quo habuerunt validum principium, *Franc. in d. c. ſtatutum § in nullo poſt n. 6. verſ. & aduerte & ibidem Gemin. ſub nu. 6. poſt verſ. & ideo non requiritur*
30 *&c. & ibidem Can. communiter,* Iuriſdictio † & poteſtas executorum, ſiue deputati ſint à Papa, legato à latere, ſiue ab ordinario, *Anchar. in c. ſi ſuper gratia in fine hoc tit. Lapus alleg. 17.* ſiue ſint meri, & mixti, *Franc. in d. c. ſi ſuper ſub nu. 4. verſ. ſecundo intellige in fine,* & dati cum clauſula, contradictores auctoritate apoſtolica, per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo, *d. c. ſi cui nulla de præb. & ibi not. Ioan. And.* Super gratia iam facta, tribuente ius in beneficio, vel ad illud, etiamſi non ſit acceptata per illum, cui facta eſt, aut ſuper ſententia lata, non expirat morte mandantis, aut iudicis, etiam re integra, nec extinguitur poteſtas eorum, ſi pronuncient, ſe non executores illius gratiæ factæ, quia talis pronunciatio gratiato ius ſuum auferre non poteſt, iam in eſſe deductum; & iuriſdictio illis datur, non principaliter, ſed acceſſorie: *Franc. in d. c. ſi ſuper num. 4. gloſ. fin. circa finem in c. ſi ſoli de conceſ. præb. & ibi Gemin. in §. niſi nos num. 8 & Can.* ſi dati ſint ſuper gratia facienda, de beneficio vacaturo, re integra, *Franc. in c. ſi ſuper nu. 2. hoc tit. in 6. & ibi Can. communiter dictum eſt ſupra tit. de reſcript. §. 2. reſcripta gratiæ.* morte mandantis expirat: definit autem res eſſe integra, ſi ante mortem Papæ executor mihi conſuluit, licet ante executionem Papa moriatur, *d. c. ſi ſuper gratia & ibi Franc. nu. 2. & Anch. in princ. & nu. 1. & Can. communiter hoc tit. d. c. ſi cui nulla & ibi gloſ. fin. & DD. de præb. c. præſenti & gloſ. in verbo finitur verſ. & eſt mirabilis de off. deleg. in 6. l. geſta C. de re iud. Bart. in l. fundi n. 4. ff. de acquir. poſſeſ.* Præterea executorum poteſtas expirat, poſt obtentam pacificam poſſeſſionem beneficij, cum moderamine c. quærenti de off. deleg. nam ſi eſt negotium tale, in quo ferenda eſt ſententia, non durat poteſtas eorum, niſi per annum poſt ſententiam latam: *d. c. quærenti*, ſi vero non fertur ſententia, vt puta mandatur vt prouideat, vel faciat prouideri, tunc durat poteſtas, donec mandatum adimpleuerit: & ſi obtenta poſſeſſione pacifica, prouiſo quæſtio moueatur ſuper titulo, poſſeſſione, aut fructibus beneficij, adhuc durat executorum poteſtas, quia in limine poſſeſſionis contradictor apparet, *arg. l. ſi poſt perfectam C. de ciuit. Vital. in clem. ſi plures numer. 63 de præb.* ſi vero prouiſus aliquamdiu pacifice poſſedit, expirat prorſus, citra annum, poteſtas executorum, quia annus non datur, niſi pro executione facienda, vnde ceſſat, ex quo eſt executio facta, *Pan. in c. pro illorum poſt Ioan. And. num. 9. & 10. de præb. & ibi Can. Staphyl. de lit. grat. tit. de vi & effectu clauſ. §. ſignificatio clauſulæ inducentes, &c.*

Quod ſi poſt annum prouiſo quæſtio moueatur, ſuper titulo, executores nullo modo ſe poſſunt immiſcere, *Vital. in clem. ſi plures nu. 61. & ſeq. de præb. & ibi Anch. nu. 4. Zab. nu. 2. & Can. communiter de præb. Garc. de beneſ. part. 6. cap. 2. §. 1. num. 146.*

vſque

Digitized by Google

vſque ad fin. De quæſtionibus, infra annum motis; quæ titulum beneficij non concernunt, ſed iura beneficij, non poteſt executor ſe intromittere, ſed via ordinaria eſt agendum, quia eſt quæſtio omnino ſeparata ab eo, quod ſibi eſt mandatum. *c. in litteris & ibi Can. de offic. deleg. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. Vitall in d. clem. ſi plures n. 63. & ibidem Can. de preb.* Sententia quoque & proceſſus generalis fulminatus contra quoſcunque rebelles, tantum durat, quantum durat poteſtas executorum fulminantium, etiamſi in litteris apoſtolicis caueretur, quod inducant in poſſeſſionem, & inductum defendant, cum clauſula cōtradictores compeſcat, quoniam huiuſmodi defenſio intelligitur aduerſus contradictionem ſuperuenientem de facto, in tempore vel limine aſſecutionis poſſeſſionis, non poſtea, ne præiudicetur ordinariæ iuriſdictioni, *arg. d. l. ſi poſt perfectam C. de euict. Zab. in clem. 1. pro illorum in 7. quæſt. de preb. & ibi pulchre Pan. nu. 9. & 10. Vital. in d. clem. ſi plures nu. 67. & 68. & ibi Anchar. in fine Zab. n. 3. & Can. communiter.* an credatur executori teſtificanti ſub ſuis litteris ſigillatis ſuo ſigillo, illum ſuper cuius gratia fuit deputatus executor accepiſſe, *vide deciſ. 7. de offic. deleg. in antiq.* Con-
31 ſeruator † eſt iudex datus ad tuendum aliquos contra manifeſtas iniurias, vel violentias omnes, vel certas, abſque iudiciali indagine, *c. 1. & ibi glo. 1. & pen. Franc. nu. 2. & c. fin. in princ. & §. vt autem hoc tit. in 6.* retinet nomen ſi eius poteſtas, per reſcriptum amplietur, *Ioan. And. in d. c. fin. in verbo*
32 *dietam.* Datur † à ſummo Pontifice, & ſede Apoſtolica, *d. c. 1. & ibi gloſſ. 1. & d. c. fin. & cap. 2. hoc tit.*
33 *in 6.* Dari poſſunt conſeruatores † Epiſcopi, his maiores, Abbates, dignitates vel perſonatus in cathedralibus, vel collegiatis eccleſijs obtinentes, nullus deputati ſibi conſeruatoris, conſeruator eſſe poteſt, nec aliquis conſeruatorem habere poteſt eum, qui ſub ipſius iuriſdictione, dominio, vel diſtrictu eccleſiaſtico, vel temporali, cōſiſtit, exceptis regibus & reginis: *d. c. fin. 2. reſp.* Po-
34 teſtas conſeruatoris † pendet ex forma reſcripti, cenſetur delegatus, *gloſ. 1. in d. c. 1. & ibi Ioan. And. Anchar. & Can. hoc tit. in 6. gloſ. pen. in d. c. fin. hoc tit. in 6. & ibi Can.* Extra ciuitatem vel diœceſim, in quibus eſt deputatus, contra quoſcunque procedere, aut aliquos, vltra vnam dietam à fine diœceſis eiuſdem, trahere minime poteſt. *c. fin. §. conſeruatores hoc tit. in 6.* Circa munera, expenſas aſſeſſores, notarios & perſonas teſtimonij cauſa vocandos, obſeruare tenetur diſpoſitionem, *d. c. ſtatutum, §. inſuper. cum §§. ſeqq. de reſcript. in 6.*
Morte † Papæ dantis, eius officium expirat, eo 35
ipſo, quoad non cœpta negotia, *d. c. fin. §. officium & §. circa munera hoc tit. in 6.* Non poteſt ſubdelegare, & vices ſuas alteri committere, niſi ei competat ex beneficio reſcripti, & tunc intra ciuitatem, vel diœceſim in qua deputatus eſt, & perſonis tantum, quæ conſeruatores dari poſſunt, citationibus & denunciationibus ſententiarum duntaxat exceptis, quas per alios poteſt exercere. *d. c.*
fin. §. vices. Ceſſante † reſcripto, ex diſpoſitione 36
iuris canonici, conſeruator nullam poteſtatem habet, niſi in notorijs & manifeſtis iniurijs & violentiis, *Ioan. And. in gloſſ. pen. cap. primi hoc tit. in 6.* commiſſis, vel committendis, *gloſ. pen. in d. c. 1.* contra res, perſonas, priuilegia, *gloſ. 1. in cap. 1. verſ. ſcire debes & ibi Anchar. nume. 4. & Can. hoc tit. in 6.* in quibus, citata parte, habet iudicialem indaginem, quæ fiat ad eius inſtructionem, an iuſte poſſit excommunicare, & fulminare cenſuras, non vt ſuper eis iudicet: *c. ad noſtram el 3. de iureiur. Fr. in c. fin. §. conſeruatores in princ. & Gemin. poſt alios in cap. 1. in fine hoc tit. in 6. & ibi Ioan. And. in fine Anchar. ibidem num. 6. dicens non requiri ordinem iuris ex toto ſed qualem & diſcurrit per ſingulas partes iudicij.* imo ſi in notorijs ſeruaretur proceſſus iudiciarius, partibus non contradicentibus, vitiabitur proceſſus. *Clem. ſæpe §. fin. de verb. ſignif. clem. diſpendioſam & ibi gloſſ. in verbo valeat de iud.* Si iniuriæ, vel violentiæ illatæ rebus, aut perſonis, à conuento negentur, manifeſtæ, vel notoriæ iniuriæ: conſeruator recipiet probationes, an factum ſit notorium & ſic cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, & ſi inueniat notorium, per rei euidentiam, famam, aut alias probationes, *Io. And. poſt Hoſt. in c. 1. num. 4. hoc tit. in 6. c. euidentia & ibi gloſſ. de accuſat. Dec. in c. cum ſpeciali §. porro numer. 6. & ſeqq. de appell.* procedet alias deſiſtet. *gloſſ. 1. mag. in d. c. 1. verſ. ſed quid ſi negetur.* Si reus confitetur delictum, ſed neget notorium eſſe, poterit procedere abſque alia informatione notorij, cum talis confeſſio faciat notorium: *c. noſtra & c. fin. de cohab. cleric. & mulier. Io. And. in c. 1. numer. 3. hoc tit. in 6. & ibi Can. Dec. in d. §. porro numer. 8. & 9.* aut male factum publice à ſe factum, dicit ſe feciſſe iuſte, nullam allegans probabilem rationem: & poterit punire vt notorium; quia male-

ficia omni iure reprobantur. *c. 1. & ibi gloſſ. fin. & Can. de præſumpt.* Si allegat probabilem cauſam, vt puta de mandato iudicis, vel ad ſui defenſionem, tunc conſeruator ſuper hoc recipiet teſtes, & ſi non probat, poterit reum excommunicare. *Ioan. And. in c. 1. in gloſſ. ſuper verbo probabilis & ibi Gemin. num. 6. & ſeqq. Anchar. in 5. quæſt. Franc. num. 4. & 5. hoc tit.* De notoria turbatione priuilegiorum facile non poteſt conſtare, quia priuilegiati ſæpius abutuntur priuilegijs. *c. accedentibus de exceſſ. prælat. & ſubd.* Turbatori priuilegiorum citato per conſeruatorem, ſufficit mittere nuncium, cum ſua epiſtola, continente veram excuſationem; de cuius præſentatione fiat inſtrumentum: in quo dubio conſeruator, non poteſt ſe intromittere, & excommunicatio lata non valeret; *Io. An. in d. c. 1. in gloſſ. ſuper verbo priuilegia & ibidem Gemin. Franc. & Can.* Quia hoc non eſt dubium facti, ſed dubium iuris, ſuper quo non eſt data ei poteſtas, *c. accuſatus §. ſane & ibi gloſſ. in verbo manifeſte de hæret. in 6. prout eam intelligunt Gemin. in c. 1. ſub num. 6. verſ. ſed aduerte & Franc. ſub num. 4. verſ. ſed citatus hoc tit. in 6.* & indago iudicialis illi eſt prohibita, *c. 1. & fin. hoc tit. in 6.* Si ſcienter ad ea, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poteſtatem extenderit, ipſo iure, per annum, ab officio & beneficio eſt ſuſpenſus: pars procurans eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrit, à qua non poteſt abſolui, niſi primo integraliter ſatisfaciat de expenſis parti indebite fatigatæ, & proceſſus eſt ipſo iure nullus. *c. fin. §. vt autem & §. ſeq. hoc tit. in 6. quod habet in fine clauſulam irritantem actorum contra præmiſſa vel eorum aliquod.*

37 Concilium † Tridentinum ſtatuit, vt conſeruatoriæ nemini, cuiuſcunque dignitatis, & conditionis ſit, etiamſi capitulum fuerit, cum quibuſuis clauſulis &c. aut quocunque prætextu, aut colore conceſſæ ſuffragentur, ad hoc, vt coram ſuo epiſcopo, ſiue alio ſuperiore ordinario in criminalibus, & mixtis cauſis, accuſari, conueniri, & contra eum inquiri, & procedi non poſſit: aut quo minus ſuper iuribus, ſi quæ illi ex ceſſione competierint, libere valeat apud eundem ordinarium conueniri.

38 In ciuilibus † cauſis, ſi habens conſeruatorias actor fuerit, non licet ei aliquem apud ſuos conſeruatores, in iudicium trahere; ſi reus fuerit, & conſeruator ab actore ſuſpectus dicatur, aut inter conſeruatorem, & ordinarium, orta fuerit controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper ſuſpicione aut competentiæ iuriſdictionis fuerit
iudicatum. Familiaribus † non proſint, prætet- 39
quam duobus; ſi tamen illi proprijs ipſius ſum-
ptibus vixerint. Conſeruatoriæ † vltra quin- 40
quennium non durant, quo decurſo, finitur officium conſeruatoris, etiam in negotijs cœptis. *Ioan. And. in c. fin. num. 3. in gloſ. ſuper verb. per obitum hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 5. de offic. deleg. in antiq.* Con-
ſeruatoribus † non liceat habere erectum tribu- 41
nal: excipit † ab hoc decreto vniuerſitates gene- 42
rales, ac collegia Doctorum, ac ſcholarium, & regularia loca, nec non hoſpitalia, actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac vniuerſitatum, collegiorum, locorum & hoſpitalium huiuſmodi perſonas. *cap. 5. ſeſſ. 14.*

De officio legati.

Titulus XXX.

SVMMARIA.

1 *Cardinales miſſi ad regendam prouinciam æquiparantur proconſulibus, cæteri legati præſidibus.*

2 *Legati ſunt triplices, Legati de latere, legati miſſi, ſiue nuncij apoſtolici & legati nati.*

3 *Legatus à latere confert beneficia vacantia.*

4 *Excipe cathedrales, regulares, & collegiatas eccleſias.*

5 *Item dignitates Cathedralium, ad quas, ij, qui præficiuntur eiſdem, poſt epiſcopos maiores prælatione exiſtentes, aſſumuntur per viam electionis; &*

6 *Vacantia in Curia, & ſpecialiter aut generaliter reſeruata.*

7 *Beneficiorum reſignationes recipit.*

8 *Non poteſt cõmittere alicui quod recipiat reſignationem beneficij, & illud conferat.*

9 *Concurrit iure decretalium in iuriſdictionalibus cum quolibet ordinario, ſed ex decretis Concil. Trident. epiſcopo requiſito eoque negligente.*

10 *Non concurrit in iuriſdictione Papæ.*

11 *Aut cum delegato ad vnam vel plures cauſas.*

12 *Egreſſus abſoluit excommunicatos propter iniectionem manuum ſacrilegam in clericos.*

13 *Diſpenſat in certis caſibus.*

14 *Vtitur inſignijs apoſtolicis.*

15 *Recipit*

15 *Recipit procurationem extra prouinciam.*
16 *Legati Miſsi facultates.*
17 *Legati Nati facultates.*
18 *Legatorum officium finitur multis modis.*

DICTVM eſt de his, qui iuriſdictionem alte-
rius gerunt, & exercent generaliter, vel in
vna, aut certis cauſis, nunc tradit de eis qui ordi-
nariam habent iuriſdictionem, primo de Legatis
1 propter excellentiam. Cardinales, † qui ex latere
Papæ, & ex conſulibus ſuis, (aſſiſtunt enim ſibi,
in concilijs ſecretis *c. fundamenta §. decet de elect. in
6.*) mittuntur ad regendam prouinciam, æqui-
parantur proconſulibus: *c. ad eminentiam de ſent.
excomm. l. 2. ff. de off. proconſ. c. legatos hoc tit. in 6. &
ibi gloſſ. in verbo proconſulum & Can.* Reliqui qui
ſecretis conſiliis non aſſiſtunt, miſſi ad regendas
prouincias, æquiparantur præſidibus, *d. c. legatos
& ibi gloſ. in verbo proconſulum l. 1. ff. de off. præſ. &
ibi gloſ.* Proconſules & præſides ordinariam ha-
bent iuriſdictionem, *l. 2. l. & ideo cum l. ſeq. ff. de off.
proconſ. l. præſes la 2. l. de omnibus cum duabus ll. ſeqq.
ff. de off. præſid.* ac etiam legati in tota ſua prouincia,
& legatione, in ciuilibus & criminalibus; *Bald. in
c. quod translationem n. 7. hoc tit.* & poſſunt adiri à
ſubditis epiſcoporum, etiam ſuffraganeorum per
viam appellationis, & per viam querelæ, *c. 1. hoc
tit.* in concernentibus iuriſdictionem contentio-
ſam, voluntariam, extra prouinciam exercet pro-
conſul, *l. 1. & ibi gl. pen. & l. 2. ff. de off. proconſ.* præ-
ſes, *d. l. præſes la 2. & ibi gl. 1. mag.* ac etiam legati
extra prouinciam & legationem exiſtentes: *c. no-
uit. & ibi gl. 1. circa finem & Can. hoc tit. gloſ. in c. ſi ab-
batem in verbo in prouincia & ibi Gemin. & Can. de e-
lect. in 6. quæ pulchre diſtinguit* à proconſulibus, &
præſidibus, ac conſequenter à legatis appellatur,
*l. à proconſulibus C. de appell. Prepoſ. in rub. de appell.
n. 38.* ſub communi forma dicendo ſententiam
nullam & iniuſtam. *l. ſi quis prouocatione C. de appel.*
Hic titulus non tractat de Legatis Nunciis, & nõ
iudicibus, qui ſæpe mittuntur à Papa pro amba-
ſciata vel ad aliquod nudum miniſterium: *c. ius
gentium diſt. 1. c. nobiliſsimus 97. diſt. l. fin. ff. de leg.*
Sed de legatis, iudicibus ordinariis, quibus certa
prouincia, ſiue patria gerenda, & adminiſtranda
committitur, *c. 1. c. nouit hoc tit. d. c. legatos hoc tit. in
6.* & vicem mittentis gerunt, *d. c. 1. hoc tit.* De lega-
tione, facienda eſt fides per litteras, *l. vnica C. de
mand. princip. c. ego N. & ibi gloſ. pen. de iureiur.* ſunt
triplices † legati de latere, vt ſunt Cardinales, qui 2
mittuntur de curia Papæ, *c. pen. hoc tit. c. 1. hoc tit.
in 6.* Legati miſſi ſiue Nuncij Apoſtolici, quibus
Papa committit, ratione perſonæ, legationis offi-
cium, in aliqua prouincia ſua, vel aliena, *c. volentes
hoc tit.* & Legati nati, ſic nuncupati, qui ratione ſuæ
dignitate, efficiuntur legati Papæ, prætextu ſua-
rum eccleſiarum, vt Archiepiſcopus, Cantuarien-
ſis, *d. c. 1. hoc tit.* Eboracenſis. *c. 1. de appell.* Rex po-
teſt eſſe legatus ſedis apoſtolicæ, vt fuit S. Ste-
phanus in regno Hungariæ, *Innoc. in c. veniens in
princ. in verbo Regis de præſcript.* de quibus ordine
videamus, nam omnium non eſt eadem poteſtas
& prærogatiua.

Legatus † à latere confert beneficia vacantia, 3
c. 1. c. fin. hoc tit. in 6. Garc. de benef. part. 5. cap. 3. per tot.
etiam ad ſedem apoſtolicam deuoluta, *c. venera-
bilis & Clem. ſi de beneficio & ibi gloſſ. in verbo ſiue ad
nos, in fine de præb. gloſſ. in d. c. 1. in verbo ampliori hoc
tit. in 6. & ibi Gemin. n. 17. & Can.* quia beneficia
deuoluta non ſunt reſeruata, ſed Papa ea confert,
vt ordinarius, illa de plenitudine poteſtatis. *Lapus
alleg. 84. poſt n. 5.* etiamſi extra prouinciam ſuæ le-
gationis exiſtat, *gl. in c. nouit. in fine hoc tit. Archid. in
c. fin. in princ. hoc tit. in 6.* & beneficia ſpectent ad
præſentationem alicuius clerici, eo inconſulto,
c. dilectus hoc tit. ſecus ſi iuſpatronatus pertinet a-
licui iure patrimonij, *gl. in pen. in d. c. dilectus & ibi
Can.* Concurrit cum quolibet ordinario, in ſua
prouincia, & inter eos locus eſt præuentioni in
beneficialibus: *gl. fin. in fine in c. 1. hoc tit. in 6. & ibi
Franc. n. 8. Pan. in c. 1. & 2. hoc tit. Mohed. deciſ. 3. de
offic. deleg. Put. deciſ. 335 lib. 2.* non autem cum dele-
gato, in his quæ ſpecialiter ſunt commiſſa. *gl. in d.
Clem. ſi de beneficio in verbo ſiue ad nos in fine & ibi
Can.* Excipe ab hac regula † cathedrales, regula- 4
res, & collegiatas eccleſias, ſiue actu & habitu,
aut habitu tantum, ſint tales, *Gemin. in d. c. delibe-
ratione §. volentes n. 5. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in fine
princ.* ſiue per viam electionis, ſeu collationis aſ-
ſumatur ibi prælatus, quocunque nomine nun-
cupetur; ac ipſarum cathedralium dignitates, ad
quas, ij, qui præficiuntur ijſdem, in earum capitu-
lis, poſt epiſcopos maiores, prælatione perpetua,
non temporali, aut aduentitia, vel habitu exi-
ſtentes, habent, per viam electionis aſſumi, (ſe-
cus ſi vtrumque, vel alterum deficit) quarum or-
dinationi, collationi, diſpoſitioni, non poteſt le-
gatus ſe aliquatenus intromittere: quicquid con-

ita actum fuerit, eoipſo, irritum eſt & inane, *c. deliberatione iuncta gl. in verbo electionis & ibi Franc. in fine n.3. in gloſſ. in verbo electionis Anch. n.1. Ioan. And. poſt n.1 Gemin. poſt n.4. in prima quæſt & n.6. hoc tit. in 6.* Ex quo infertur, quod legatus non poteſt præfata beneficia vnire, *c. ſi tibi abſenti & ibi gl. in verbo perſonam de præb. in 6. Franc. in d. c. deliberatione n. 2. & ibi Gemin. in §. volentes n.3. Anch. poſt n. 2. verſ. quæro.* commendare, *Archid. in c. nemo deinceps in princ. in verbo parochialem eccleſiam de elect. in 6. Franc. in d.c. deliberatione n 3.* in eorum permutatione auctoritatem interponere, etiamſi interueniret conſenſus collegiorum, vel eorum ad quos pertinet electio, vel collatio, *Franc. in d. c. deliberatione poſt n. 3. & ibidem Gemin. in §. volentes n. 4. Anch. verſ. circa permutationem.* nec conferre deuoluta, ſiue ad inferiores prælatos. aut etiam ad ſedem apoſtolicam, *Gemin. in d.c. deliberatione ſub n. 5 verſ. quæro an iſte textus & ibi Franc. poſt n. 4. verſ. quid autem ſi beneficia.* de quo controuertunt Doctores, *Ioann Andr. in d.c. deliberatione in princ. in verbo pertinuerit & ibi Anch. in 1. not.* Cæteras di-
5 gnitates † in cathedralibus, etiamſi hi qui præficiuntur in eis, ſint maiores poſt epiſcopos, ſi eis prouideatur per aliam viam, quam electionis, vel etiamſi prouideatur per viam electionis, dummodo præficiendi non ſint, maiores poſt epiſcopos, legatus confert vt dictum eſt, *d.c. deliberatione & ibi gloſſ. in verbo electionis & ibi Franc. numer. 4. & Can. communiter.* Secundo excipe à regula, va-
6 cantia † in Curia, *c. licet de præb. in 6.* & ſpecialiter, aut generaliter reſeruata, *Franc. in d.c. 1. n.7. hoc tit. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ 3. hoc tit. in nou.* Item legatus iure decretalium vacatura, ſuæ diſpoſitioni reſeruat *c. præſenti hoc tit. in 6.* in quo non inſiſto, quia Concil. Trid reſeruationes ſuſtulit; *c. decer-
7 nit. ſeſſ. 24.* Reſignationes † beneficiorum recipit,
8 illaque ſic vacantia confert ſed prohibetur, † ne in genere, aut ſpecie, cuicunque ſimul & ſemel concedat, vt ab iis, qui beneficia intra legationem eius habentes, ea in illius manibus voluerint reſignare libere (ſecus ſi ex cauſa permutationis) *Franc. in c. pen. §. fin. in princ. hoc tit. in 6.* ipſorum reſignatione recepta, illa valeat idoneis perſonis, expreſſis, ſiue nõ expreſſis conferre: quia per hoc aperiri poſſet via, ad vacatura beneficia, contra Lateranenſe Concilium, *c. pen. §. fin. hoc tit. & ibi Franc. in princ. Ioan. Andr. & Can. in 6.* Idem iuris eſt, ſi talis conceſſio coniunctim fiat pluribus, aut permixtim ſimul & ſemel, vni, vt reſignationem recipiat, alteri, quod reſignata conferat: qua enim ratione committendo vni aperitur via ad vacatura; eadem ratione committendo hæc pluribus, ſimul coniunctim, vel diuiſim *gloſſ. in d. c. pen. §. fin. in verbo cuicunque & ibi Can.* dictaque conceſſio, & quicquid ex ea, vel ob eam, ſecutum extiterit, nullam obtinet roboris firmitatem: *d. c. pen. §. fin. verſ. nos enim.* renuntians itaque non amittit proprietatem beneficij, *c. Gonſaldus 17. quæſt 2. & ibi gloſſ. 1. & 2. et Can.* ſed poſſeſſionem, *Innoc. in c quod in dubijs ſub n. 1. de renuntiat Archid. in d. c. pen. in verbo firmitatem & ibi Gemin. poſt n.6. in 1. quæſt.* Eadem prohibitio ligat omnes collatores, *c. conſtitutus c. fin. de conceſſ. præb. Gemin. in d. c. pen. §. fin. ſub num. 4. Garc. de benef. part. 10. cap. 1. n. 67. & ſeqq.* excepto epiſcopo, à quo ſimilis conceſſio facta, in genere, Vicario ſuo generali valet, facta in ſpecie, non valet: alteri vero in genere, aut ſpecie, facta, non valet: quamuis à legato, vel epiſcopo, diuerſo tempore in ſpecie vni, & cuicunque facta valeat: nempe primum mandant, vt recipiat reſignationem, talis beneficij, poſtea admiſſa reſignatione iterum mandant, vt beneficium ſic reſignatum conferat, *Franc. in d. c. pen. §. fin. circa finem hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 5. de offic. Vicarij in nou. in 1. dub.* Probatur hæc conceſſio per teſtes, & inſtrumenta, *Rot. d. deciſ. 5. in 2. dubio ſpecul. de probat. §. 3. videndum ſub n. 1.* quia lex vnica C. de mand. Princip. & c. cum in iure de off. & poteſt. deleg. tantum procedunt in legatione & delega-
tione facta à Papa vel imperatore. Concurrit † 9
iure decretalium in iuriſdictionalibus, cum quolibet ordinario, qualiſcunque ſit, & eſt locus præuentioni *Pan in c. 1. n. 2. & ſeqq. hoc tit. Franc. in c. 1. n. 8. in 6. Franc. Marc. quæſt. 341. n. 56. & ſeqq. p. 1.* ſed non aduocat ad ſe cauſam motam, vel mouendam coram iudice inferiore competenti, *Pan. in d. c. 1. numero quarto, & 6. & ibi Can.* aut inhibet, ne ſubditi accedant ad epiſcopum, in his, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis, *c. peruenit 11. quæſt. 1. Franc. in c. 1. in fine hoc tit. in 6.* quando quis multos habet iudices, optio datur actori. *gloſſ. in l. fin. C. vbi in rem actio & in c. dilecti de for. comp. & in c. ſtatutum §. cum vero de reſcript. in 6.* Ex decretis Concilij Trid. Legati de latere, Nuncij, Gubernatores eccleſiaſtici, aut alij, quarumcunque facultatum vigore, non ſolum epiſcopos in cauſis ad forum eccleſiaſticum quomodolibet perti-

Digitized by Google

nentibus, impedire, aut aliquo modo iuriſdictionem eis præripere, aut turbare non poſſunt: ſed nec contra clericos aliaſue perſonas eccleſiaſticas, niſi epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedunt: alias eorum proceſſus, ordinationeſque nullius momenti ſunt; atque ad damni ſatisfactionem partibus illati tenentur. *c. cauſæ*
10 *omnes §. legati quoque ſeſſ. 24.* Non concurrit † in iuriſdictione Papæ, nec iudicat laicos, in caſibus, in quibus Papa iudicat, notatis in c. nouit & ibi gloſſ. 1. de iud. *Franc. in c. 1. in fine hoc tit. in 6.* aut extendit manus ad ea, quæ in ſignum priuilegij ſingularis, ſunt tantum ſummo pontifici reſeruata, enumerata *in c. niſi ſpecialis & c. quod translationem, & ibi gloſſ. 1. mag. hoc tit. & in c. ſicut vnire de exceſſ. prælat. & ibi gl. magiſtralis,* quæ vtrobique ponunt hos verſus, & explicant:

Reſtituit Papa ſolus, deponit & ipſe.
Diuidit atque vnit, eximit, atque probat,
Articulos ſoluit, ſynodumque facit generalem,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo.

Hoſt. in cap. primo. hoc tit. in 6. ponit verſus copioſiores. Item non concurrit in iuriſdictione, cum delega-
11 to ad † vnam, vel plures cauſas, quod mandatum ſpeciale derogat generali; *c. 1. & c. paſtoralis §. 1. de reſcript. Ang. de peruſ. in l. cum prætor. ſub n. 3. ff. de re iud.* cuius proceſſum impedire, eius ſententiam irritare, vel ab eo excommunicatum abſoluere non poteſt; ſed poteſt & debet ſententiam delegati, ad eius petitionem executioni demandare, *c. ſtuduiſti hoc tit. & ibi gloſſ. fin.* ſpecialis enim delegatus, quantum ad cauſam illam, maiorem, generali legato, habet poteſtatem, vel ſaltem ei eſt par; quia vice principis cognouit, *c. innotuit §. quamuis de elect. l. aduerſus rem. iud. l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebell. l. nam. magiſtratus ff. de arbit.* Habet iuriſdictionem in exemptos ſedi apoſtolicæ immediate ſubiectos; *c. 1. 1. reſp. de verb. ſignif. in 6. c. ſi abbatem de elect. in 6. gl. fin in c. 1. & ibi Pan. n. 9. & gl. circa finem in c. quod translationem & ibi Pan. n. 10. hoc tit.* appellatur ad ipſum in ſua prouincia, omiſſo medio, *Pan. in d. c. 1. n. 8. hoc tit. conc. gloſſ. 1. in c. quod translationem verſ. item ad ipſum ſolum hoc tit. Pan. ſequitur Bald. in d. c. quod translationem num. 10.* præſente legato de latere, cæteri legati, executionem officij ſui debent dimittere, *c. volentes hoc tit.* quam, eo recedente, reaſſumunt. *gloſſ. in d. c. volen-*
12 *tes* Egreſſus † vrbem abſoluit excommunicatos, propter iniectionem manuum ſacrilegā in clericos, tam homines ſuæ prouinciæ, quam alterius cuiuſcunque in prouincia, & extra prouinciam, *c. quod translationem in princ. gloſſ. 1. in c. excommunicatis & ibi gloſſ. fin. Franc. Marc. quæſt. 615. par. 2.* ſi Mors, aut membri mutilatio, ſecuta non fuerit, *Franc. Marc. quæſt. 616 part. 2.* quod ſpeciale eſt in violenta manuum iniectione in clericos. In abſolutione à reliquis excommunicationibus adhibenda eſt diſtinctio, an requirat cauſæ cognitionem, & non poſſit extra prouinciam abſoluere, alias poſſit, *c. 2. de conſti. c. nouit. hoc tit. & ibi gloſſ. 1. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Franc. poſt Ioan. Andr. in c. 1. n. 4. hoc tit. in 6.* & eo caſu, quo poteſt abſoluere extra prouinciam, ſi comparet læſus coram legato, & petit ſatisfactionem, tunc debet committere ordinario loci, vt de hoc cognoſcat, & vice ſua abſoluat: vel ſi periculum eſt in mora; abſoluet eum, & mandabit, quod niſi ſatisfaciat, in eandem ſententiam reducatur, *Hoſt. in c. 1. hoc tit. in 6. atteſtans ita ſeruare Curiam Romanā,* Diſpenſat
in certis † caſibus recenſitis per ſpeculat. tit. de 13
diſpenſat. §. 6. conſequenter, *c. dilectus & ibi gloſſ. in verbo non obſtante de fil. presbyt.* ſed non contra concilia generalia, *c. pen. & ibi gloſſ. in verb. non obſtante in fine & c. fin. & Can. vtrobique de fil. presb. c. dilectus de preb.* non poteſt tollere conſtitutiones canonicas in totum, ſed poteſt in prouincia ſibi commiſſa, ſtatuta facere, & canones coadiuuando supplere, addendo ad pœnam antiquam, faciendo ſtatuta præceptoria, prohibitoria, pœnalia, *Pan. in c. vt ſingula n. 2. de off. archipresb.* quæ, finita etiam legatione, ſunt perpetua, *c. fin. 1 reſp. & ibi gloſſ. 1. & Can. hoc tit.* Vtitur † inſignijs apoſtolicis, cruce, 14
chlamide rubea, paraſredo albo, freno deaurato, & ſimilibus etiam in diœceſibus, & præſentia patriarcharum quatuor ſedium principalium, qui vexillum dominicæ crucis, vbi præſens fuerit legatus apoſtolicus, non debent ante ſe facere deferri, aut dictis inſignijs vti, *c. antiqua §. dominica de priuileg. Hoſt. in c. 1. n. 12. hoc tit. in 6.* Recipit † 15
procurationem extra prouinciam, eundo & redeundo, cæteri in prouincia ſibi decreta, *c. ego n. de iureiur. Hoſt. in c. cum inſtantia ſub n. 10. verb. legatorum & in c. procurationes numer. 10. de cenſib.* & in exactione procurationum non tenetur oſtendere originalem poteſtatem, *Hoſtien. in c. procurationes de cenſib. Rota deciſ. 2. de offic. legat. in antiq.* Creditur eius ſimplici verbo ſuper legatione, *97. diſt. c. nobiliſſimus*, niſi velit vti reſeruatis Papæ: *c. niſi*

ſpecialis

Digitized by Google

ſpecialis c. quod tranſlationem hoc tit. Ioan. And. poſt Hoſt. in c. 1. ſub n. 1. in fine col. ratio diuerſitatis eſt, quia raro cardinalis à Papa recedit, ſine legatione, ſed Papa raro concedit ſibi ſpecialia. Legatus
16 miſſus † non confert beneficia iure legationis, *c. 1. hoc tit. in 6.* niſi hoc ſpecialiter ei ſit indultum: *c. literas de ſuppl. neglig. Prælat. c. 1. hoc tit. in 6.* vnde prouiſio Nuncij non eſt bona pro colore in ſpolio, aut pro noua prouiſione expedienda; quia nō habet collationem, iure communi, ſed ſpeciali: quæ non ſuffragatur, antequam probetur: aut ſit miſſus, cum poteſtate legati à latere, *Dec. conſ. 128. licet in caſu Pariſ. conſ. 17. de bono iure vol. 4.* cui in facultatibus conceditur poteſtas conferendi beneficia ſimplicia per obitum vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum computatis diſtributionibus, extra tamen metropolitanas, cathedrales, & collegiatas eccleſias, vt latius perſequitur Garc. de benef. part. 5. cap. 3. §. 1. de facultate nuncij, vbi decidit 19. quæſtiones, Conſtitutus in prouincia ſibi decreta, abſoluit excommunicatos, propter violentam manuum iniectionem in clericos prouinciales exiſtentes in prouincia, & non alios aliunde venientes: *c. excommunicatis hoc tit. & ibi gloſſ. mag. & Can.* tota eius poteſtas pendet ex forma commiſſionis, ſiue reſcripti, *c. dilectus & ibi gloſſ. in verbo non obſtante de fil. presbyt. ord. & c. Bald. in c. quod tranſlationem ſub n. 10. hoc tit.* non cognoſcit de cauſis exemptorum, *c. ſi abbatem de elect. in 6. c. 1. de verb. ſignif. in 6. Pan. in c. 1. n. 9. & in c. quod tranſlationem ſub n. 1. hoc*
17 *tit.* Legati † Nati non conferunt beneficia, *d. c. 1. hoc tit.* non poſſunt ſubditis excommunicatis, propter iniectionem manuum in clericos, quamuis in prouincia ſua exiſtentes, beneficium abſolutionis impartiri, *d. c. excommunicatis 2. reſp.* illorumque poteſtas pendet ex tenore priuilegij conceſſi à ſede Apoſtolica. *d. c. excommunicatis in*
18 *fine*, Finitur officium † legati: Primo, tranſlatione negotij ad Papam, *c. licet hoc tit. c. nomen presbyt. 2. quæſt. 1. l. 1. C. de relat. l. ex illo C. de appell.* Secundo reuocatione legationis, ſecuta notificatione, etiamſi reuocatio, in Conſiſtorio publico, alias geſta valent, *c. audita de reſtit. ſpoliat. Mohed. deciſ. 29. de renuntiat. Coch. deciſ. 2. n. 10. & ſeqq. de præb.* Tertio egreſſu ex prouincia ſibi decreta, animo non redeundi: *c. fin. & ibi gloſſ. pen. c. nouit. & ibi gloſſ. 1. in fine hoc tit. l. 3. ff. de off. præſid.* ſi in pluribus prouincijs iniunctam ſibi legationis ſolicitudinem ſuſcepit, in vna exiſtens, de alia iudicat, etiam quoad iuriſdictionem contentioſam, *Franc. Marc. quæſt. 341. per tot. part. 1. in vtramque partem plures adducit rationes,* & tunc non finitur eius officium, niſi terminos ſuæ legationis, & omnes prouincias egreſſus fuerit: *c. nouit. & ibi gloſſ. 1. mag. hoc tit.* quia in qualibet parte legationis exiſtens iuriſdictionem exequitur; ſicut epiſcopus in qualibet parte diœceſis, *c. cum. epiſcopus de offic. ord. in 6.* Quarto, morte legati, ſi legatio eſt perſonalis, non tamen morte conſtituentis, quia habet ordinariam iuriſdictionem: *c. legatus hoc tit. in 6.* realis competens dignitati, morte legati non extinguitur, *c. 1. hoc tit. c. quoniam abbas de offic. deleg.* legatus abdicando ſe, non amittit imperium, *l. pen. ff. de off. præſid.*

De officio iudicis ordinarij.

Titulus XXXI.

SVMMARIA.

1 *Ordinarij / Prælati* } *appellatione veniunt epiſcopi, his ſuperiores, & inferiores, habentes iuriſdictionem.*

2 *Diœceſani appellatione venit epiſcopus, non inferior.*

3 *Ordinarium qui conſtituant.*

4 *Auditores Rotæ ſunt ordinarij in cognoſcendo.*

5 *Ordinarius quis eſſe poßit.*

6 *Ordinarius cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*

7 *Epiſcopis eccleſiæ ſubſunt lege diœceſana, & lege iuriſdictionis.*

8 *Ad Diœceſanam legem pertinentia enumerantur.*

9 *Ad iuriſdictionis legem pertinentia enumerantur.*

10 *Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana, & ſubſunt legi iuriſdictionis.*

11 *Cauſæ ciuiles ad forum eccleſiaſticum pertinentes, debent cognoſci in prima inſtantia, coram ordinarijs.*

12 *Circa iuriſdictionem inter epiſcopum, & Capitulum Cathedrale, iura canonica totum deferunt priuilegijs, conſuetudinibus præſcriptioni, & indulgentijs,*

13 *Prælatus inferior poteſt acquirere quæ ſunt dignitatis ſeu poteſtatis epiſcopalis tam reſpectu legis*

diœceſanæ

diœceſanæ quam legis iuriſdictionis.

14 *Matrimoniales* } *cauſæ epiſcopi tantum examini*
Criminales } *& iuriſdictioni relinquuntur.*

15 *Carceres an poſſit habere epiſcopus & incarcerare laicos in criminibus eccleſiaſticis, ac eis imponere pœnam pecuniariam.*

16 *Epiſcopus in quolibet loco ipſius diœceſis de Cauſis cognoſcit per ſe vel alium.*

17 *Epiſcopus in aliena diœceſi iuriſdictionem voluntariam exercet inter ſuos ſubditos, ſed non contentioſam, exceptis epiſcopis expulſis à proprijs ſedibus.*

18 *Ac in aliena diœceſi inſignijs, in quibus repreſentatur officium, vti non poteſt, inſignijs ipſius dignitatis vti poteſt.*

19 *Metropolitanus ſiue Archiepiſcopus in quauis eccleſia etiam exempta vtitur pallio & Baldachino, & facit ante ſe deferri crucem.*

20 *Eſt iudex ordinarius & competens epiſcoporum ſuffraganeorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus ſub diſtinctione.*

21 *Contra officiales epiſcoporum ſuffraganeorum ciuilem & criminalem iuriſdictionem non habet, niſi quatenus peccant in officialatu.*

22 *Ea quæ ſtatum prouinciæ contingunt, ad eum pertinent.*

23 *Eorum, qui ſuffraganeis ſubſunt eſt iudex ordinarius, ſed non competens, niſi certis caſibus in iure expreſſis.*

24. *Patriarchæ & primates diuerſorum ſunt nominum, eiuſdem officij, ſunt iudices Archiepiſcoporum.*

25 *Ordinarius non debet habere expenſas, etiam quando proficiſcitur extra domicilium.*

26 *Certi ſunt caſus in quibus epiſcopo debentur ſumptus.*

27 *Ordinario creditur, in ſpectantibus ad eius officium.*

28 *Ordinario quando Papa mandat, vt id faciat, quod alias ex officio facere tenetur, non facit eum delegatum, quando vero mandat id, quod Ordinarius non tenetur facere ſaltem ita præciſe, tunc Ordinarius in eadem Cauſa poteſt exercere duplicem poteſtatem, Videlicet ordinariam & delegatam.*

29 *Prælati inferiores citra epiſcopos non diſpenſant, niſi in caſibus ſibi ſpecifice permiſſis.*

30 *Archiepiſcopus non diſpenſat cum ſubditis ſuffraganeorum ſuorum.*

31 *Epiſcopi nunquam diſpenſant contra iura, quando Canon dat Epiſcopos executores iurium expreſſe, non poſſunt in integrum reſtituere quoad honores, rehabilitare ad ordines, vel beneficia, aut infamiam remittere.*

32 *Epiſcopi ſemper diſpenſant vbicunque permittitur diſpenſatio in genere.*

33 *In adulterio & minoribus delictis diſpenſant, & non in criminibus adulterio maioribus.*

34 *Contra conſtitutionem ſuam.*

35 *Commutant pœnam iuris in pecuniariam.*

36 *Ordinaria iuriſdictio finitur multis modis.*

POST titulum de officio Legati ſubnectit titulum generalem, de officio iudicis ordinarij. Verbo *ordinarij*, † comprehenduntur omnes, etiam inferiores ab epiſcopis, qui habent ordinariam iuriſdictionem: *c. 2. & ibi gloſ. 1. verbo loci ordinario de vſur. in 6. & ibi Gemin. n. 14. gloſ. 1. in c. ordinarij hoc tit. in 6. gloſ. in clem. 1. in verbo diœceſanis de iurepat.* item appellatione prælatorum veniũt non ſolum epiſcopi, & ſuperiores, ſed etiam inferiores habentes iuriſdictionem: *c. vt famæ & ibi Pan. num. 6. de ſent. excomm. c. cum ab eccleſiarum & ibi Pan. in 1. not. & Can. hoc tit.* Quoties canones aut Concilij Trident. decreta aliquid relinquunt explicandum, & exequendum ab ordinario, vel eius arbitrio, omnes, qui habent iuriſdictionem ordinariam, poſſunt exequi huiuſmodi decreta indiſtincte, *gloſ. 1. in d. c. ordinarij & ibi Gemin. n. 5. Auth. in princ.* ac etiam Vicarius Epiſcopi, *c. Romana de appell. in 6. & ibi Gemin. & Can. notant Bart. in l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo.* Idem dicendum, quando Concil. Tridentin. remittit aliquid explicandum prelatis, quia poſteriores canones recipiunt interpretationem paſſiuam, à iure communi: *c. l. 1 §. lex falcidia ff. ad l. falcid. l. ſi ſerui noſtri C. de noxalib.* Appellatione † diœceſani venit epiſcopus, & 2
non inferior, *gloſſ. in d. clem. 1. in verbo diœceſanis de iurepat. & ibi Can. Pan. in c. cum olim num. 1. & 2. de præſcript.* Ordinarium conſtituunt † Princeps, *c.* 3
à iudicibus 2. quæſt. 6. c. omnes baſilicæ 16. quæſt. 7. c. per lectis §. ad epiſcopos in fine & §. ſeq. 25. diſt. l. 1. in pr. verſ. cum vrbem. ff. de off. præf. vrb. l. qui ordinariam C. de off. rect. prouinciæ. vniuerſitas, *gloſſ. 1. in c. cum ab eccleſiarum hoc tit. l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Auth. de defenſ. Ciuit. §. interim illud & §. & iudicare verſ.*

& ſi cadere. conſuetudo, *c. duo & ibi gl. in verbo con-*
ſuetudo hoc tit. l. 1. & l. fin. C. de emancipat. lex, *l. 1. ff.*
de off eius cui mand. eſt iuriſd. l. & quia ff. de iuriſd. om.
iud & ibi gloſ. ma:. *in verb. nec ipſa lex & ibi Bart. n. 9*
& DD. communiter Innoc. in d. c. cum ab eccleſiarum.
non autem priuatorum conſenſus : *l. priuatorum.*
C. de iuriſd. om. iud. ſunt itaque ordinarij, Cardi-
nales in ſuis titulis, in quibus habent iuriſdictio-
nem, quaſi epiſcopalem, & in Capellis titulo ſub-
iectis : *c. his quæ & ibi Pan. in 2. not. de maiorit. &*
obed. Ioan. And. in c. ſua nobis nu. xj. de off. Vic. & in d.
c. his quæ num. 2. 3. & 9. & ſeqq. Pan. in c. dilectus ſub
nu. 11. de Capell. monach. Extra hunc caſum, Domi-
ni Cardinales nullam cauſam audire poſſunt, in
Romana Curia, niſi eis à Domino Papa, ſpeciali-
ter fuerit commiſſa, vel niſi iure proprio ad eos
ſpectet, ratione epiſcopatus, quem obtinent: *Spe-*
cul. de lib. concept. §. 12. iam nunc videndum numer. 7.
Patriarchæ: Primatus: Archiepiſcopi: Epiſcopi:
Abbates: & quilibet Prælatus Collegiatæ Eccle-
ſiæ, *iuribus ſ. alleg. c. quæ in eccleſiarum & ibi Pan. n.*
5. & ſeq. & ibi Can hoc tit. In Curia Romana Vi-
cecancellarius, Camerarius, Marſcalcus, auditor
contradictarum, & auditor Cameræ ſunt ordi-
narij, *gloſ. 1. in clem. auditor de reſcript. & ibi Can.*
Franc. Marc. quæſt. 985. part. 1. vacante ſede apoſto-
lica iuriſdictionem ſuam exercent : *Spec. tit. de off.*
ord. §. 1. n. 2. & 3. clem. ne Romani §. 1. de elect. Audi-
tor Cameræ nullam habet iuriſdictionem in be-
neficialibus, in petitorio vel poſſeſſorio, *Achil. de-*
ciſ. 24. de appell. Greg. xv. deciſ. 118. n 4. & ibi annot.
Gar. de benef. part. 10. c. 3. n. 14. & ſeqq. Pœniten-
tiariorum quoque officium, morte Papæ non ex-
4 pirat. *d. clem. ne Romani §. 1.* Auditores † Rotæ
ſunt ordinarij in procedendo, & cognoſcendo,
& delegati in iudicando, *d. gloſ. 1. in cl. auditor de*
reſcript. & ibi Can. Mohed. deciſ. 7. n. 2. de teſtib. Rot.
deciſ. 61. de appell. in nou. Bart. in l. præcipimus §. 1. C.
de appell. Gemin. in c. nobiliſſimus, num. 1. 97. diſt. Au-
ditor, cui cauſa non eſt diſtributa, non poteſt ali-
quam iuriſdictionem exercere, in cauſa alteri au-
ditori diſtributa, *Mohed. d. deciſ. 7. per l. vbi captum*
& ibi Bart. nu. 3. ff. de iud. Quando aliqua cauſa
commiſſa eſt duobus, ille cognoſcit, cui commiſ-
ſio prius eſt præſentata, *Rot. deciſ. 1. de conſtit. in an-*
tiq. Put. deciſ. 460. lib. 2. alter nullo modo cogno-
ſcit: & tenetur bene, perfecte, & non perfuncto-
rie videre proceſſus cauſarum, & ex eis elicere
dubia, in quibus vult habere conſilia coadito-
rum, *Rot. deciſ. 3. de conſtit. in antiq.* imo omnes au-
ditores vnum faciunt tribunal, & vna eſt omniũ
iuriſdictio, ita vt vnus loco alterius ſurrogatus
dicatur, adeo quod acta facta coràm vno, in cau-
ſa alteri commiſſa, ſolent reputari valida, *Put. d.*
deciſ. 339. lib. 3. & vnus auditor ſubſcribit ſenten-
tiam Auditoris defuncti abſque noua partis Ci-
tatione quia vnus auditor nõ profert ſententiam
niſi de Conſilio aliorũ & in fauorem certæ per-
ſonæ, *Put. deciſ. 338. lib. 1.* & promoto auditore ad
Cardinalatum, remanet iuriſdictio quoad illius
cauſas penes coauditorẽ, *Greg. xv. deciſ. 369. n. 2. &*
3. & ibi annot. & dec. 399. in princ. dicit quod domini
in illo non conueniebant. Put. deciſ. 339. lib. 30. & in
dubio iuriſdictionis ſibi ipſis cauſas remittunt, &
proceſſus per illum cui facta eſt remiſſio poſtquã
acceptauit tenet, *Rota deciſ. 13. de offic. deleg. in nou.*
Item ordinarius eſt, qui præficitur vniuerſitati ab
eo, qui habet adminiſtrationem, cum iuriſdi-
ctione: vt Vicarius deputatus ab epiſcopo, *dictum*
eſt in tit. de off. Vicarij. Quilibet † poteſt eſſe ordi- 5
narius, niſi prohibeatur. Prohibiti continentur
hoc verſu, *Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama.* *late*
Capra conclus. 20. *Conditio*, ſeruus non poteſt eſ-
ſe ordinarius, *l. cum prætor verſ. non autem ff. de re*
iud. l. ſeruitutem ff. de reg. iur. nec monachus, aut
conuerſus. *gl. fin. in d. l. cum prætor.* *Sexus*, nec fœ-
mina, *c. mulierem 33. quæſt. fin.* niſi ſit de magnati-
bus, *c. dilecti de arbitr.* vel habeat adminiſtratio-
nem, *c. dilecta de maior. & obed.* *Ætas*, iure ciuili
maior decem & octo annis, aut etiam minor 18.
annis, dummodo ſit pubes, & ex certa ſcientia
principis detur, poſſunt eſſe ordinarij; *l. quidam*
conſulebant ff. de re iud. niſi detur iuriſdictio cum
adminiſtratione bonorum: *l. ſpurij verſ. minores ff.*
de decurionib. Bart. in l. quidam conſulebant in princ.
ff. de re iud. de ætate requiſita in epiſcopo dictum
eſt, *tit. de elect.* & in cæteris prælatis *tit. de ætat. qua-*
lit. & ord. præfic. *Diſcretio*, pupillus, & furioſus non
poſſunt eſſe ordinarij, quia nullum negotium re-
cte gerunt. *l. cum prætor verſ. non autem ff. de iud.* *Fa-*
ma, nec etiam infamis, *c. infamis 3. quæſt. 7. Bart. in l.*
quidam ff. de re iud. excommunicatus, ſchiſmati-
cus, hæreticus, *c. quod ſedem in fine hoc tit. c. audiui-*
mus 24. quæſt. 1. c. excommunicamus de hæret. tenet
ſententia ab infami lata, quamdiu toleratur ab
Eccleſia, *gloſſ. in ſumma & c. nonne 8. quæſt. 4. c. ve-*
ſtra & ibi gloſſ. & Can. de cohabit. cleric. & mul. Or-
dinarius † cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio: *l. ex qua-* 6

cunque

Digitized by Google

cunque & ibi Iaſ. ſub nu. 1. & nu. 19. & 20. limit. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit Felin. in c. ſuper litteris n. 18. & ſeq. qui ampliat & limitat de reſcript. ſi dubium eſt, an iuriſdictio ſpectet ad eccleſiaſticum, vel ſæcularem iudicem, vterque non cognoſcit, ſed eccleſiaſticus præfertur. *Butr. in c. cæterum de iud.*
7 *n. 9. & ibi Imol. & Can.* Duæ † ſunt leges quibus Eccleſiæ Epiſcopis ſubſunt, lex diœceſana, & lex iuriſdictionis, *c. dilectus & ibi gloſ. fin. c. conquerente §. nos autem hoc tit.* in quibus inuariabilis doctrina dari non poteſt, aliter quam per exempla, *Innoc. in c. 1. n. 1. de ſtat. monach. Anchar. in c. dilectus verſ. 2. quæro hoc tit.* Pan. in d. c. dilectus num. 4. dicit, quod ea, à quibus monaſteria reperiuntur à iure exempta, ſunt ſub lege diœceſana, reliqua vero ſpectant ad legem iuriſdictionis. Ad legem
8 diœceſanam † pertinent conuocatio ad Synodum; *c. fin. 18. diſt. c. ſicut de accuſ. Innoc. in c. graue de præb. num. 1. & 2.* Synodatici ſolutio; *c. conquerente & ibi gloſ. in verbo duos ſolidos hoc tit. & Can.* ſepultura mortuorum; *c. placuit 1. & 2. 16. quæſt. 1. 10 quæſt. 1. in ſumma & ibi gloſſ.* quarta funeralium; *c. decernit ſeſſ. 25.* decimarum; *c. conquente & ibi gloſſ. in verb. decimationem hoc tit. c. de quarta de præſcript. c. cum olim de cenſ. Greg. xv. deciſ. 519. & ibi annot.* Quam exigit ab eccleſijs decimas percipientibus & non à laicis ipſis, *c. conquerente*, & ibi his iurib. in prætactis eccleſijs contentus exiſtens, nō amplius ab eis exigas. *hoc tit. & ibi Abb. antiq. in fin. Pan. ſub nu. 2. verſ. duodecimo* Greg. xv. *deciſ. 519. c. cumque olim de cenſib.* Ac quarta legatorum; *c. requiſiſti de teſta. d. c. conquerente & ibi gloſſ. in verbo mortuariorum Rot. diuerſ. deciſ. 732. num. 4. part. 1.* cathedratici nomine, annui ſolidi duo; *c. quam ſit verſ. fin. 18. quæſt. 2. gloſs. in d. c. conquerente in verbo duos ſolidos c. inter cætera 10. quæſt. 3.* miſſas publicas, præterquam in monaſterijs religioſorum, niſi ab Abbate fuerint rogati, *c. abbas & c. luminoſo 18 quæſt. 2.* vbi voluerint cantare, licet Vital. *in clem. 1. nu. 24. in 9. not.* dicat, quod celebrare in Pontificalibus, ſit de lege iuriſdictionis, per illum text. de pœn. cathedram ponere cauſa prædicandi, vel audiendi S. IESV Chriſti Euangelium; ad quam prædicationem ex decretis Synodi Tridentinæ Epiſcopi, Archiepiſcopi, & omnes eccleſiarum Prælati tenentur, per ſeipſos, ſi legitime impediti non fuerint, ſi vero contigerit legitimo eos detineri impedimento, tenentur viros idoneos aſſumere, ad huiuſmodi prædicationis officium, ſalubriter exequendum; ſi quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubiaceat vltioni: *c. 2. in princ. ſeſſ. 5. c. prædicationis ſeſſ. 24.* Legitimum impedimentum non eſt inſcitia, vel quæcunque ſæcularis potentia, vel titulus: à ſubditis moderatum auxilium, ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate petere, *c. cum apoſtolus §. prohibemus de cenſib. d. c. conquerente in fine Franc. Marc. quæſt. 471. & 1623. part. 1.* & ad præſtandum compellere; *Anch. in c. cum apoſtolus nu. 10. & xj. de cenſib.* pro negotijs eccleſiæ, monachos, *c. adijcimus circa finem 16. quæſt. 1. c. qui vere §. eos in fine 16. quæſt. 1.* etiam inuito abbate, *c. cum paſtoris & ibi gloſſ. pen. 2. quæſt. 7.* & clericos mittere, & eis imperare, *c. de cætero de cleric. non reſid. & ibi gloſſ. 1. c. 2. de maiorit. & obed. c. quia frater 6. quæſt. 1. & ibi gloſ. in verbo obedientiam.* Solemnis, & non in itinere, etiamſi ſit indutus Pontificalibus, *Vitall. in clem. fin. numer. 58. de priuileg. ponderando verba benedicat populo ſed Zab. ibidem num. 9. ponderat verba tranſitum faciens.* benedictio populi, *Clem. fin. de priuil. c. abbates & ibi gloſſ. in verbo ſolemnem de priuileg. in 6.* in locis ſubditis, & exemptis, *Clem. fin. & ibi Vitall. nu. 21. 59. 62. & 66. de priuileg.* tertia aut quarta oblationum, *c. de his & ibi gloſſ. mag. c. antiquos 10. quæſt. 1. c. vobis 12 quæſt. 2.* quia exacta epiſcopi tenentur ad reparationē eccleſiarum, *c. 1. & 2. & c. vnio 10. quæſt. 3.* hoſpitium, *gloſſ. fin. in d. c. dilectus d. c. quam ſit 18. quæſt. 2. c. ſeruitium ibi crebræ receptiones 18. quæſt. 2.* Litaniæ; & aliæ proceſſiones, ſunt de lege diœceſana, ad quas, clerici ſæculares vocati, venire tenentur, *c. quando 38. diſt. c. cum inter de re iud.* Epiſcopus iure decretorum, ex leui cauſa, non poteſt præcipere monachis, vt vadant cum eo proceſſionaliter, ſecus ſi ex graui cauſa fieret proceſſio. *c. nimis el 2. de exceſſ. prælat.* Ex decretis Concilij Tridentini exempti omnes, tam clerici ſæculares, quam regulares, quicunque etiam monachi, ad publicas proceſſiones vocati, accedere compelluntur, iis tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt, *c. controuerſias §. fin. ſeſſ. 25.* Ad legem † iuriſdictionis per- 9
tinent beneficiorum collatio; *c. tranſmiſſam & ibi gloſſ. fin. de elect. & Can. c. omnes baſilicæ 16. quæſt. 7. & ibi gloſſ. alleg. concord. c. nouerunt 16. quæſt. 1. Pan. in c. cum olim poſt. num. 2. verſ. hæc ratio de maior. & obed.* datio curæ animarum; *c. cum ſatis de off. Archid.* ius faciendi concurſum; *c. dilectus & ibi gloſ. in verbo de lege iuriſdictionis & Can. de off. ord. Rot. de-*

*ciſ.*632.*n.* 4. *part.* 2. *in recollectis per Farinat.* canonica manualis obedientia, *c. quanquam* 23. *diſt. c. omnes principes de maiorit. & obed. & ibi gloſſ. pen. c. his quæ de maiorit. & obed. cap. olim in cauſam de reſt. ſpoliat.* non tamen ſcripta, aut iurata, *c.*3. *de maior. & ob. d. Zab. in clem.* 2. *§ denique in* 6. *quæſt. de re iud.* niſi ratione adminiſtrationis conceſſæ, *c. pen. & fin.* 22. *quæſt.* 5. *c. nullus de iureiur. formam iuramenti ponit Pan. in c. eua nos* 1. *n.* 5. *eodem.* vel curæ animarum, *Pan. in d. c.* 3. *in princ. de maior. & obed. poſt gloſ.* 1. *& ibi Anchar. nu.* 3. *& c. ſignificaſti de elect.* vel niſi prius fuiſſent rebelles, *c. tum in eccleſiis de maior. & obed.* aut excommunicati, *c. cum deſideres de ſent. excomm.* aut eſſet conſuetudinis, *c. cum clerici de verb. ſignif.* ſubiectio, *c. grauem de exceſſ. prælat. c. eſto ſubiectus* 95 *diſt.* reuerentia, *c. his quæ de maior. & obed.* Conſtitutio œconomi ſiue ſyndici, in cauſis monaſterij, in caſu negligentiæ abbatis, ſiue conuentus, *c. cum imperatorum de iuram. calum.* cuſtodia eccleſiarum, hoſpitalium, beneficiorum, & capellarum vacantium, *c. cum ad ſedem & ibi Pan. ſub n.* 1. *de reſt. ſpoliat. Pan. in c. bonæ n. xj. &* 12. *vbi pulchre diſtinguit de appell. Pan. in c. cum vos hoc tit. prapoſ. in c. illud* 12. *quæſt.* 2. *& ibi Can.* inſtitutio, *c. cum ex iniuncto in fine de hæret.* Quando collatio ſpectat ad alium, *c.* 1. *de Capell. monach. in* 6. vel præſentatio ad patronum, *c. decernimus c. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. Quando electio pertinet ad collegium, confirmatio pertinet ad epiſcopum; *c.* 1. 15. *quæſt.* 2. *c. nihil de elect.* deſtitutio, etiamſi ad alium, pertineat collatio, *d. c. ex iniuncto in fine & ibi gloſſ. & Can. c. viſis in fine* 16. *quæſt.* 2. *dictum eſt in tit. de renunc.* correctio exceſſuum, *c. irrefragabili c. licet hoc tit.* Reformatio morum, *c. ſicuti de accuſ. d. c. irrefragabili & ibi Pan. in* 2. *not. hoc tit.* Cenſura eccleſiaſtica cum ſolemnitate, *c. debent xj. quæſt.* 3. iuriſdictio cauſarum omnium, ad forum eccleſiaſticum, de iure ſpectantium, *c. cum ab eccleſiarum hoc tit. & ibi Pan. nu.* 9. *c. cauſæ omnes in princ. & fine ſeſſ.* 24. in præſentia, & cum conſenſu, aut conſilio capituli, *late Put. deciſ.* 203. *lib.* 1. *& deciſ.* 92. *lib.* 3. *plures citans c. ſi quid* 88. *diſt. c. ſi quid. & c. ſi autem* 11. *quæſt.* 7. *c. qualiter & quando de accuſ. & c. el* 2. *Bell. in c. irrefragabili n.* 10. *hoc tit.* Pœnitentiæ publicæ, & aliorum maiorum criminum, in caſibus epiſcopo reſeruatis, *c.* 2. *de pœnit. & remiſſ. in* 6. *& ibi gloſſ. in verbo reſeruantur & Can.* ſacrorum & minorum ordinum datio, *c. cum nullus de temp. ord. in* 6. *c. cum ex eo de elect. in* 6. *& ibi Can.* quæ eſt voluntariæ iuriſdictionis, *Gabr. conſ.* 281. *per tot. vol.* 1. *c. epiſcopum* 74. *diſt. c. quando* 75 *diſt.* Sacramentorum omnium, quæ ab epiſcopo ſunt recipienda, collatio, confectio chriſmatis, conſecratio eccleſiarum, altarium, virginum, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, & à proprio epiſcopo, & non alieno ſunt recipienda, *c. nullus* 9. *quæſt.* 2. *& per totum c. veniens §. chriſma de præſcript. c. nullus de paroch.* Quia nullus epiſcopus, alterius parochianum iudicare poteſt, *c. nullus de paroch.* etiamſi priuilegium habuerit alienos ſubditos puniendi, niſi cum interuentu proprij epiſcopi, ſi apud eccleſiam reſederit, aut perſonæ ab ipſo epiſcopo deputandæ: alias proceſſus & inde ſecreta quæcunque viribus omnino carent: *c.* 8. *ſeſſ.* 14. aut in alterius diœceſi pontificalia exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia, quę ex ſola ordinatus atteſtatione probatur, *Put. deciſ.* 349. *num.* 1. *lib.* 1. *& deciſ.* 397. *lib.* 2. *Felin. in c. ſicut poſt nu.* 17. *de re iud. & ibi Can. Zab. in c. alterius de teſt. in* 2. *quæſt. in fine.* & in perſonas eidem ord. ſubiectas tantũ, *c. fin. ſeſſ.* 6. aut in propria diœceſi, clericos, aut laicos alienę diœceſis ordinare, *c. pen. & c. fin. de temp. ord. in* 6. alioquin epiſcopus ab exercitio pontificalium, & ſic ordinati ab executione ordinum ipſo iure ſunt ſuſpenſi. *c. fin. ſeſſ.* 6. *c. placuit* 2. *& c. ſeq.* 7. *quæſt.* 1. *c. ſcriptum eſt* 6. *quæſt.* 3. *& ibi gloſſ.* Ad eandem legem iuriſdictionis pertinent concurſus epiſcopi in ſua diœceſi, cum quolibet presbytero parochiali, in adminiſtratione Sacramentorum, *c. pen. de pœnit. & remiſſ. c.* 2. *& ibi gloſſ.* 1. *eodem in* 6. *c.* 5. *de offi. Archid. Pan. in c. apoſtolicæ n.* 2. *de donat.* ipſi autem abbates, canonici cathedralium, & rectores parochialium eccleſiarum, qui immediate ſubſunt epiſcopo, ad eum debent recurrere, pro confeſſionibus & omnibus Sacramentis, & ab aliis non poſſunt abſolui, cum à iudice non ſuo abſolutio facta non teneat, *c. omnis de pœnit. & remiſſ. c.* 2. *in fine eod. in* 6. inquiſitio tam de clericorum vita, quam de officijs & ſtatu eccleſiarum, *Archid. in c. dilectus verſ. venio ad gloſſ. mag.* controuerſiarum omnium de præcedentia compoſitio, *c. controuerſias ſeſſ.* 25. examen notariorum, eorumque ſuſpenſio perpetua, vel temporalis ab officio, in negotijs & cauſis eccleſiaſticis, ob inidoneitatem, vel delictum in officio, *c. cum notariorum ſeſſ.* 22. Cognitio & executio omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, *c. epiſcopi el.* 2. *ſeſſ.* 22. Statuta

facere

Digitized by Google

facere ſuper iudicijs, vel acceſſorijs eorum, ac etiam, de vita, officijs, & alijs huiuſmodi, *Innoc. in c. 1. num. 3. de ſtatu monach.* viſitatio, *c. 1. §. hanc autem de cenſib. in 6. c. 4. ſeſſ. 6. c. 3. ſeſſ. 24. c. 6. ſeſſ. 25. c. conquerente ibi viſitationem & c. dilectus & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* quæ eſt voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictionis, *Ioann. Franciſc. de paninis de viſitat. part. 1. quæſt. 1. numer.* 8. imo ad vtramque legem pertinere videtur, *Marcan. Sot. de viſitat. lib. 1. circa finem.* Procurationum exactio, quæ debet exigi conſideratis facultatibus eccleſiæ, *c. Sopitæ. c. venerabili de cenſib.* Iuriſdictio temporalis, quam Epiſcopus habet in ſua ciuitate, de neutra lege eſt, quia Epiſcopus illam non habet, de iure communi, ſed ex accidente. *Cald. conſ. fin. hoc tit.*

10 Monaſteria † ſunt exempta à lege diœceſana, fauore religionis, *c. 1. 10. quæſt. 1. c. inter 10. quæſt. 3. c. cum pro vtilitate 16. quæſt. 1.* præterquam ab eulogijs, *c. eleuterius circa finem 18. quæſt.* 2. quarta legatorum, quæ relinquuntur monaſterijs, ſeu capellis, *c. requiſiſti verſ. ſecus de teſtam.* ſynodo ſi ſubſit cauſa rationabilis, *d. c. abbates 18. quæſt. 2. & ibi gl. in verb. vocatione c. fin. ead. quæſt. & cauſ.* aut populum habeant, *c. quod ſuper de maior. & obed. & ibi gloſſ. & Can.* perſonæ tam regulares quam ſæculares, curam populi exercentes, ſubſunt epiſcopo, immediate in ijs, quæ ad dictam curam pertinent, *c. in monaſterijs ſeſſ. 25.* ſeruitio ex prima conſtitutione, ſiue fundatione, *c. eleutherius 18. quæſt. 2.* vel debito per conſuetudinem; *c. ſeruitium 18. quæſt. 2. & ibi gloſſ. mag. c. quæſitum in fine 1. quæſt. 3.* & ſubſunt legi iuriſdictionis, *c. 1. cap. cognouimus c. abbates cum c. ſeq. & fere per totam 18. quæſt. 2. gloſſ. mag. in ſum. 10. quæſt. 1. gloſſ. fin. in d. c. dilectus hoc tit.* niſi ſpeciali priuilegio ab ea ſint exempta, *dicetur infra tit. de priuileg.* capellæ monaſteriorum ſubſunt epiſcopo, quantum ad vtramque legem, *d. c. conquerente hoc tit. c. ſane 16. quæſt. 2. & c. tum & plantare §. in eccleſijs de priuil. gloſſ. pen. & fin. in c. ex ore eod.* niſi pleno iure ſubſint monaſterijs, *c. quoniam per confeſſionem de priuil. c. fin. 16. q. 2. gl. mag. in verb. pleno iure in d. §. in eccleſiis d. c. cum & plantare.* Hinc infertur, quod epiſcopus de iure communi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus habet iuriſdictionem, & correctionem, contra abbates, & regulares, *c. ſi quis abbas & c. ſeq. 18 quæſt. 2. c. de perſona 11. quæſt. 1. c. 1. & ibi gloſſ. fin. 18. quæſt. 2. c. quanto & ibi gloſſ. fin. & DD. communiter hoc tit. Cap. Tholoſ. deciſ. 309. Rot. diuerſ. deciſ. 78. part. 1. quæ reprobat opinionem Pan. in c. ſi quis contra n. 42. & ſeqq. & in c. cum contingat n. 21. & ſeqq. de for. compet. tenentis quod monachi coram abbate ſunt conueniendi ciuiliter & criminaliter,* ſiue agatur ad depoſitionẽ ab ordine, *c. de gradatio de pœn. in 6. c. viſis in fin. 16. q. 2.* ſiue à dignitate abbatiæ, *c. ſi quis abbas & ibi glo. in verb. arceatur 18. q. 2.* in concernentibus regulam, & regularem diſciplinam, quæ alias, extra regulam, non eſſent delicta, abbas ſine conuentu, *c. fin. de regul. & tranſ. ad relig. c. ad noſtram & Hoſt. in c. reprehenſibilis de appell. n. 3. & ibi Franc. n. 12. Ioan. And. n. 7. Archid. in c. nullam 18. quæſt. 2. n. 3.* habet iuriſdictionem priuatiue, quoad epiſcopum, *c. cum in eccleſiis de maior. & obed. c. corripiantur, 24. quæſt. 3. gloſſ. in d. c. de perſona in verb. aut monachum c. cum ad monaſterium §. abbates de ſtat. monach. & t. Put. deciſ. 238. lib. 3. vbi explicat, cap. 3. ſeſſ. 6. Concilij Trid. Pan. in c. cum contingat n. 21. & ſeqq. de foro comp Rot. Farin. deciſ. 17. part. 1.* etiamſi monachus committat delictum extra clauſtrum, vel in alia diœceſi, in qua non eſt ſitum monaſterium: quia monachus, vbicunque ſit, ſemper eſt in iuriſdictione abbatis: *c. ſtatuimus 19. quæſt. 3. c. cum illorum §. ſi vero clauſtralis de ſent. excomm.* & prouidentia epiſcopi diœceſani, eſt adhibenda, ſi diſcretio abbatis ad monachi correctionem non ſufficit, *d. c. illorum §. quid ſit clauſtrales,* aut abbas monitus ab epiſcopo, *Pan. in c. quanto ſub n. 2. verſ. item nota vbi ſi prælati eorum & c. hoc tit.* ſit negligẽs in corrigẽdo, *t. quãto Pan. in c. cum ab eccleſiarum n. 10. & in c. paſtoralis n. 6. hoc tit. & in c. fin. n. 1. de cappell. monach.* lex itaque iuriſdictionis & lex diœceſana ſunt diuerſa, & res iudicata in vna, non obſtat in alia. *c. dilectus filius & ibi gloſſ. fin. in fine & Can.* Cauſæ ciuiles † omnes ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, debent cognoſci in prima inſtantia coram ordinarijs locorum duntaxat, etiamſi cauſæ beneficiales ſint, atque omnino ſaltem infra biennium, à die motæ litis terminari, alioquin poſt id ſpatium, liberum eſt partibus, vel alteri earum, iudices adire ſuperiores, qui eandem in eodem ſtatu aſſumant, transportatis per recurrentem, expenſis ſuis, actis omnibus coram epiſcopo geſtis, *d. c. cauſæ omnes §. præterea ſi quis.* acta diuerſæ cauſæ, & iudicij, non ſunt per eum tranſportanda, etiamſi multum conferrent ad cauſam, de qua agitur. *Greg. xv. deciſ. 55. plures alias deciſiones referens & deciſ. 508. n. 11. dicens Conc. Trid. habere locũ in cauſa eccleſiaſtica nõ prophana & ibi annot.* ne- 11

not. neque antea alijs committi, nec auocari, nec
appellationes, ab eiſdem interpoſitæ per quoſ-
cunque ſuperiores recipi debent, Exceptis ijs,
quæ iuxta canonicas ſanctiones apud ſedem A-
poſtolicam ſunt tractandæ, c. vt dilectus in fine de
appell. c. quod translationem de offic. leg. Gabriel. conſ.
182. vol. 2. vel quas ſummus pontifex per ſpeciale
reſcriptum ſignaturæ ſanctitatis ſuæ; manu pro-
pria ſubſcribendum, iudicauerit committere, aut
auocare; c. cauſæ omnes ſeſſ. 24. in cauſis ad forum
eccleſiaſticum pertinentibus, epiſcopus etiam
eorum, qui ſubſunt prælatis inferioribus ſuæ
diœceſis, eſt competens & ordinarius iudex, &
inter eum & prælatos inferiores ſæculares ha-
bentes ſubditos, Pan. in c. fin. ſub n. 1. de cap. monach.
& ibi Can. eſt locus præuentioni: in concurſu epiſ-
copus præfertur, Pan. in c. paſtoralis n. 6. hoc tit. Io.
Andr. n. 17. & ſeqq. & Anchar. ſub n. 3. in 1. quæſt. Felin.
n. 2 qui limitat. octo modis c. de perſona xi. quæſt. 1. &
ibi late gloſſ. 2. l. fin. & ibi gloſſ. pen. C. de iuriſd. omn.
iud. Capra concl. 33. nam omnes cauſæ clericorum
apud epiſcopum, quaſi maius tribunal, tractari
debent, d. c. paſtoralis & ibi gloſſ. 1. Pan. in c. cum ab
eccleſiarum n. 9. hoc tit. habetque epiſcopus funda-
tam intentionem ſuam, in tota diœceſi, & quali-
bet eius parte, c. cum epiſcopus hoc tit. in 6. c. omnes
baſilicæ 16. quæſt. 7. Pan. in c. cum capella n. 3. de priuileg
contra omnes homines diœceſis, etiam reges &
principes, quando in eius territorio, habent la-
rem principalem, c. omnes & ibi gl. & Pan. c. ſolitæ
& ibi Pan. n. 7. de maior. & obed. c. duo ſunt 96. diſt.
eorumque capellas & Capellanos, c. decretum c.
regendæ & cc. ſeqq. 10 quæſt. 1. in d. c. cum capella Rot.
diuerſ. deciſ. 736. part. 1. ac etiam in cauſa eccleſię,
quæ non eſt propria epiſcopi, c. ſi quis erga & ibi gl.
fin. 2. quæſt 7 c. 1. & ibi gl. in verb. punire de pœn. in 6.
Felin. in c. inſinuante n. 3. verſ cauſa eccleſiæ de offic. de-
leg. & ibi Pan. poſt n. 4 Bald. in l. vnica n. 3. & 4 C. ne
quis in ſua cauſa iudicet &c. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni n.
12 10. & ſeqq. ff de iuriſd. omn. iud. Circa † iuriſdictio-
nem inter epiſcopum & capitulum cathedrale,
iura canonica expreſſe non ſtatuunt, ſed totum
deferunt priuilegijs, conſuetudinibus, præſcrip-
tioni, & indulgentijs, quorum vigore poteſt ca-
pitulum procedere, contra canonicos ſingulares,
c. irrefragabili §. exceſſus hoc tit. ac alios beneficia-
tos, & clericos, capitulo deſeruientes, c. cum con-
tingat de for. compet. c. ſignificauit de appell. & illos in-
carcerare, excommunicare, & alia facere, quæ
ſunt meri imperij, c. dilectus de appell. c. dilecto de ſent.
excom. in 6. dictaque priuilegia, conſuetudines,
præſcriptiones, & indulgentiæ cenſentur licita &
honeſta, & iure communi approbata, Old conſ.
172 & conſ. 244. n. 10. & xi. & conſ. 154. Pan. in d. c.
cum contingat ſub n. xi. circa fin. & n. 12. de foro comp.
& ibi Can. Præterea inferior † prælatus poteſt, 13
conſuetudine, ac priuilegio, acquirere, c. cum con-
tingat & ibi poſt gloſſ. fin late Socin. ſen. à n. 8. & 9. vſq.
ad fin. Pan. n. 5. & 9. & ſeq. de foro compet. c. Romana
§ 1. & ibi gloſſ. in verbo conſuetudine & Can. de appell.
in 6. c. conqueſtus & ibi gl. in verb. conſuetudo & Can.
hoc tit. 9. quæſt. 3. c. irrefragabili de offic. ordin., ac et-
iam præſcribere quæ ſunt dignitatis, ſeu poteſta-
tis epiſcopalis, tam reſpectu legis diœceſanæ,
quam reſpectu iuriſdictionis: c. auditis c. cum olim.
de præſcript. & vtrobique Can. Pan. in d. c. cum contin-
gat. ſub. n 12. & 21. 28. & 29. & latius Ancha. n. 9. &
Can. ſed inferior non habet territorium in diœ-
ceſi, ſed diœceſis eſt territorium epiſcopi in ſpi-
ritualibus: Pan. in c. cum ab eccleſiarum n. 10. in fine
& n. xi. de offic. ordin. Pan. in c. cum contingat n. 29. de
foro compet. Boerius quæ. 227. n. 3. quod non acqui-
rit priuilegio, aut conſuetudine, niſi forſan hoc
modo, quod epiſcopus intelligeretur habere v-
niuerſalem iuriſdictionem, quaſi habitu, & iſte
inferior actu, Socin. ſen. in d. c. cum contingat nu. 9,
& ſub n. 35. verſ. ſed quæro vtrum ille & ibi notat qua-
tuor effectus acquiſitæ iuriſdictionis accumulatiue
Bald. in l. fin. §. vbi autem n. 6. in fine C. de cad. tol.
Dec. in c. cæterum n. 28. & Can. de iud. quia non præ-
ſcribit iuriſdictionem priuatiue contra epiſco-
pum, ſed cumulatiue, quando epiſcopus tacuit,
& nunquam contradixit currente præſcriptio-
ne, Quod ſi epiſcopus ſemel voluiſſet iuriſdictio-
nem exercere, & prohibitus per iſtum inferio-
rem, ſe abſtinuiſſet, tunc non eſſet dubium, quod
eſſet præſcriptum excluſiue, Pan in d. c. paſtoralis n.
7. in fine & ibi Felin. n. 5. vbi limitat duobus modis
Collect. in c. 1. n. 2. de foro compet. Zab. in c. quia con-
tingit §. in quo ſub n. 2. verſ. oppono ad hoc de relig. do-
mib. Anchar. in clem. 1. n. xi. de celeb. miſſ. & ibi Zab. §.
1. n. 1. & non poſſet per epiſcopum præueniri, Io.
Andr. in d. c. paſtoralis ſub n. 17. & Can. & quando i-
ſte inferior in figura iudicij cognoſcit, vbi debeat
locare ſedem ſuam, vide Pan. diſtinguentem in
c. cum contingat, n. 33 de foro compet. Item Inferior
acquirit iuriſdictionem, in quantum eſt ſollici-
tus, & vigil in ea exercenda, eoque negligente
epiſco-

Digitized by Google

epiſcopus reaſſumit iuriſdictionem, Pan. in c. irre-
fragabili n. 1. & 2. hoc tit. & in c. cæterum n. 5. & 6. de
iud. Rot. diuerſ. deciſ. 514. in princ. part. 1. & deciſ. 259.
n. 1. & 2. & ſeqq. part. clem. 1. §. ne igitur de celeb.
miſſar. & ibi Pan. n. 10. & Can. communiter c. quanto
de offic. ordin. & ibi Can. Dec. in c. cæterum n. 16. &
ſeqq. & ibi Can. de iud. Ideo ſi abbas pro certis iuri-
bus epiſcopalibus, in quorum poſſeſſione ſe aſſe-
rit, agat contra epiſcopum turbantem, interdicto
vti poſſideris, & econtra epiſcopus agat contra
abbatem, pro eiſdem iuribus, quibus ſe aſſerit
ſpoliatum interdicto vnde vi, pro eorum reſtitu-
tione; & vterque ſufficienter probet intentio-
nem ſuam, ſolum pro epiſcopo in interdicto vn-
de vi fertur ſententia, & non pro abbate in inter-
dicto, vti poſſideris. Innoc. in c. veniens in princ. in
verb. niſi in aliquo de præſcript. Rot. Biſign. deciſ. 19. de
14 reſtit. ſpoliat. Cauſæ matrimoniales † & crimina-
les non inferiorum iudicio, etiam viſitando, niſi
habeant iuriſdictionem priuatiue ad epiſcopos,
ex priuilegio Apoſtolico, vel immemorabili
conſuetudine, Pan. in c. accedentibus n. 2. & ſeqq. de
exceſſib. prælat. & ibi Can. Anch. in c. cum epiſcopus
verſ. quæro dicitur hoc tit. in 6. & ibi Ioan. Andr. poſt
princ. Butr. n. 4. ſed epiſcopi tantum examini, &
iuriſdictioni relinquuntur, iuxta Concilium
Tridentinum, d. c. cauſæ omnes §. adhæc. qui poteſt
15 habere † carceres, & incarcerare clericos (pro
debito ciuili capi & incarcerari non poſſunt, et-
iamſi ad id ſe obligaſſent, Franc. in d. c. ſi clericos n. 3.
de ſent. excom. in 6.) ac etiam laicos in criminibus
eccleſiaſticis, late Gemin. in d. c. cum epiſcopus n. 59. &
ſeqq. hoc tit. in 6. vbi reſpondit rationibus in contrari-
um adductis Anch. ibidem in fine quæſt. arguit pro v-
traque parte text. in c. contra 26. q. 5. ac etiam impo-
nere pœnam pecuniariam laico, ſibi temporali-
ter non ſubiecto, c. ſtatuimus & ibi gloſſ. in verb. ban-
nu. 16. quæſt. 1. c. quiſquis 17. quæſt. 4. Pan. in c. licet n.
8. de pœn. Franc. in d. c. cum epiſcopus, tenet epiſco-
pum in criminibus eccleſiaſticis, non poſſe lai-
cum incarcerare, præterquam in crimine hære-
ſis. c. vt commiſſi de hæret. in 6. Clem. 1. de hæret. idem
ſentit ibidem Ioan. And. quia textus d. c. cum e-
piſcopus, cum de captione loquitur, reſtringit ſe
ad perſonas eccleſiaſticas, Oldrad. conſ. 86. tum et-
iam quia licet epiſcopus certis caſibus notatis, in
c. cum ſit generale, de foro compet. habeat iuriſdictio-
nem in laicos, non tamen habet territorium, gl. in
c. 1. §. contrahentes in 2. not. de for. comp. in 6. ſed pro-
cedit per cenſuras eccleſiaſticas, c. fin. de for. compet.
in 6. Iul. Clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt. 37. nu. 8.
& implorabit brachium ſæculare: c. 1. hoc tit. late
Franc. Marc. quæſt. 448. part. 1. Felin. in c. cum ſit n.
20. in vtramque partem. de for. compet. præterea
iuxta aliquorum opinionem, epiſcopus non po-
teſt punire laicum, temporaliter ſibi non ſubie-
ctum pœna pecuniaria, pro delicto eccleſiaſtico;
ſed deſtringere debet dominum temporalem ad
illam imponendam: c. 1. & ibi Io. And. poſt numer. 4.
Franc. num. 2. in fine de homicid. in 6. alij contradi-
cunt, iudices eccleſiaſticos ordinarios, & dele-
gatos poſſe imponere pœnas, & mulctas pecu-
niarias, c. 2. de pœn. c. in archiepiſcopatu de raptoribus
&c. c. venerabilibus §. denique de ſent. excommun. in 6.
c. antiquis 12. quæſt. 2. & ibi gloſſ. & Can. & quod e-
piſcopus poſſit laicum incarcerare, in crimine
eccleſiaſtico, eſt textus in c. contra idolorum 26.
quæſt. 5. & ibi gloſſ. & Can. Felin. in c. cum ſit generale
num. 2. de for. comp. c. attendendum 17. quæſt. 4. & ibi
gloſſ. fin. & Can. Ego in hoc conflictu Doctorum
ſtandum puto conſuetudini interpretatiuæ, &
hactenus obſeruatæ in qualibet diœceſi, l. ſi de in-
terpretationibus cum l. ſeq. ff. de leg. Vel priorem o-
pinionem eſſe de iure veriorem, nam territorium
Epiſcopi eſt tota diœceſis cum ciuitate, Pan. in c.
cum contingat num. 29. de foro comp. c. ſi quiſquam §.
1. ac quæſt. 1. Ac epiſcopus habet fiſcum, gloſſ. in c.
quia in verbo præter de conceſſ. præb. & ibi Pan. ſub nu.
14. Butr. in fine Ioan. de Anan. in fine & Can. commu-
niter c. excommunicamus 1. §. 1. de hæret. & ibi DD.
Felin. in c. irrefragabili ſub num. 5. verſ. 1. concluſio &
num. 8. & num. 11. de offic. ordin. Felin. in c. poſtulaſti
num. 3. de Iudæis &c. clem. volentes de hæret. Rot. deciſ.
7. de teſtam. in antiq. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 9.
num. 11. Dictique carceres publici ſignificant me-
rum & mixtum imperium, ſicut erectio furca-
rum, c. quamuis de pœn. in 6. c. pen. de apoſtat. Franc.
in d. c. cum Epiſcopus num. 3. hoc tit. Iure decretalium
non ſolum Epiſcopus, ſed quilibet, qui iuriſdi-
ctioni præerat, & delicta punire poterat, clericos
incarcerabat, c. quamuis & ibi gloſſ. in verbo tibi de
pœn. in 6. & clericos capi & incarcerari faciebat,
licet nondum apparebant incorrigibiles, etiam
per laicos, abſque metu incurſus excommunica-
tionis: c. ſi clericos & ibi gloſſ. 1. de ſent. excomm. in 6.
qui canones per Concilium Tridentinum ſubla-
ti videntur, quod loquitur taxatiue, & tollit li-
tem pendentem ſuper iſtarum cauſarum cogni-
tione,

Digitized by Google

tione, inter Epiſcopum & Decanum, ſeu archidiaconum, aut alios inferiores, in quacunque inſtantia, *d. c. cauſa omnes §. ad hæc.* Ita quod expreſſe conſtet de mente Concilij Tridentini corrigere volentis dicta iura vetera, *c. 1. cum ibi not. de conſtit. in 6. c. contra hæreticos & ibi gloſſ. fin. de hæret. in 6. & Can.* Detentus in carcere debet ſeipſum alere, & ſoluere expenſas carceris, & ſi non habet vnde ſe alat, & ſoluat, tunc creditor, vel alius, ſiue denuncians, ſiue fiſcus, qui facit ipſum detineri, alias iudex faciet eum relaxari, *l. fin. & ibi gloſſ. in verbo agnoſcere C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Bart. in l. ſanctum ff. de rerum diuiſ. Aretin. in §. fin. in fine Inſtit. de act. Franc. Marc. quæſt. 199. part. 2. Boer. qu. 303. num. 2.*

16 Epiſcopus † in quolibet loco ipſius diœceſis *d. c. cum epiſcopus hoc tit. in 6. Nauar. conſ. 2. de off. ord. Caputaq. deciſ. 306.* legatus in qualibet parte legationis, *c. nouit. de offic. legat.* ac ordinarij omnes habentes territorium, ſiue diſtrictum limitatum, poſſunt de cauſis cognoſcere, per ſe, vel alium, in qualibet parte ipſius diſtrictus: *l. pen. verſ. fin. ff. de iuſt. & iur. l. ſi locus ff. de iud. gloſſ. in c. præſenti in verb. finitur poſt princ. de off. leg. in 6. Anchar. in d. c. cum epiſcopus in 2. not. & ibi Can. communiter poſt gloſſ. 1.* poteſt itaque epiſcopus iuriſdictionem exercere, in eccleſia, palatio, camera ſua, non camera regis, *c. qua fronte de appell.* nec eſt neceſſe quod pronunciet, illum locum pro iuridico, cũ ſufficiat quod illum eligat: *Pan. in d. c. cum epiſcopus poſt num. 13. in gloſſ. ſuper verb. libere.* tamen citatus, debet fieri certus de loco, in citatione, alias in dubio cenſetur quis citatus, & tenetur comparere in loco, vbi ſolitum eſt iudicari, & ſententia in alio loco lata eſt ipſo iure nulla. *c. fin. & ibi gloſſ. in verbo indeterminate & ibi Pan & Can. de reſcript. l ſi vt proponis 2. & ibi Bart. C. quom. & quand. Iudex ſuſe Bald. in l. vt perfectius n. 6. & ſeqq. C. de ann. except. c. cum parati de appell.* Quando locus eſt remotus valde, & cauſa modica, debet epiſcopus, vel ipſe accedere ad locum, in quo litigium vertitur, vel delegare, *Felin. in c. nonnullis in princ. & n. 1. & ibi Can. de reſcript. per l. cum poſt C. de appell. approbatus à Rota diuerſ. deciſ. 297. n. 7 & 8. part. 2.* Eadem regula militat in archiepiſcopo, circa propriam ſuam diœceſim ſed non quoad prouinciam, *c. 1. hoc tit. in 6. c. nullus primas 9. quæſt. 2.* vt inferius dicetur.

17 In aliena † diœceſi Epiſcopus iuriſdictionem voluntariam poteſt exercere, inter ſuos ſubditos, *l. ſi conſul ff. de adopt. l. 21. ff. de off. proconſ. c. nouit de offic. leg & ibi not. clem. 1. & ibi Zab. in 1. oppoſit. de foro compet.* Sed non contentioſam; *d. clem. 1. in princ. & ibi gloſſ. 1. allegat. concord. & Can. l. 1. ff. de off. proconſ. l. 3. ff. de off. præſid.* Quia iuriſdictio cohæret loco ſeu territorio: *d. l. 3. & ibi gloſ. 1. ff. de off. præſid. l. fin. & ibi Bart. C. vbi & apud quos etc.* Exceptis epiſcopis expulſis à proprijs ſedibus, qui poſſunt in loco inſigni, alienæ diœceſis, viciniori ſuis ſedibus, procedere contra ſuos expulſores, conſiliarios, & fautores citatos, & inter ſuos ſubditos omnimodam ſuam iuriſdictionem exercere, petita à diœceſanis locorum, ante omnia, licentia, quamuis non obtenta, *clem. 1. de foro compet.* Præ-
terea epiſcopus in aliena diœceſi † inſignijs, in 18
quibus repræſentatur officium, vti non poteſt; vt Archiepiſcopus pallio, epiſcopus baculo: *c. ex tuarum de auct. & vſu pallij.* inſignijs ipſius dignitatis, vti poteſt; vt annulo, mitra &c. *l. 1. ff de offic. proconſ. & leg. Anchar. in d. clem. 1. nu. 3. de foro comp. & ibi Zab. num. xj & Can. Pan. in cap. 1. num. 3. & 9. vt lit. pend. &c. Franc. Marc. quæſt. 1078. num. 8. & 9. part. 1. Zab. in clem. fin. §. 1. nu. 6. & ſeq. de priuil. & ibi Can.* in locis exemptis ſuæ diœceſis, vtitur omnibus Pontificalibus, ac etiam baldachino, quia epiſcopus in tota diœceſi eis vti poteſt, & locus exemptus eſt in diœceſi, licet non de diœceſi, tum quia non ſunt de falce iudicij, aut poteſtatis, ſed de falce ſalutari deuotionali, quæ magis exercetur, ratione honoris, quam officij *clem. fin. §. ſimili modo & ibi Vital. nu. 27. & 31. de priuil. Bald.
in l. 1. ff. de off. proconſ. & leg.* Metropolitanus † ſiue 19
Archiepiſcopus, *Vital. in clem. fin. n. 32. & ſeqq. de priuileg.* in quauis eccleſia ſuæ prouinciæ, *c. cum ſis de auct. & vſu pallij.* etiam exempta vtitur pallio, *clem. fin. ibi poſt gloſ. in verb. pontificalibus de priuileg. Can. Pan. in c. 1. nu. 7. de auct. & vſu pallij.* ac baldachino, & facit ante ſe deferre crucem, *Pan. in c. 1. nu. 2. & ſeqq. vt lit. pend. & ibi Can.* Quia Archiepiſcopus, in tota ſua prouincia, eis vti poteſt, & locus exemptus eſt in prouincia, *clem. fin. in princ. & ibi Vital. nu. 27. & 31. de priuileg.* & multo magis inſignijs, voluntariæ iuriſdictionis, & honoris, abſque mixtura iuriſdictionis, ſiue officij. *Pan. in c. 1. num. 7. vt lit. pend. & ibi Can.* Solemniter, & non in itinere, per vias publicas, etiamſi indutus ſit Pontificalibus, *Vital. in clem. fin. num. 58. & ibi gloſſ. in verb. benedicat. de priuil. ponderando verba benedicat populo ſed Zab. ibidem num. 9. ponderat verba*

tranſi-

tranſitum facienti, populo benedicit, eiuſque benedictio, quoad infuſionem gratiæ, prodeſt ſubditis & exemptis, *Vital. in clem. fin. nu. 59. & 66. de priuileg.* Audit diuina, & ea celebrat in pontificalibus, & facit celebrari ſine pontificalibus in ſua præſentia: *clem. fin. de priuil. et ibi Zab. in not. et Anch. et Can. Pan. in c. 1. nu. 7. vt lit. pendente*, Extra ſuam diœceſin propriam niſi per diœceſanum Epiſcopum cui hoc competit ſuo iure, *Zab. in cl. fin. in 5. not. & 3. oppoſ. de priuil. poſt gl. in verbo ſine pontificalibus, & ibi Can.* In ſubditos ſuffraganeorum exercet iuriſdictionem voluntariam, *c. paſtoralis et ibi Zab. in 5. not. hoc tit. Butr. num. 2. & Can.* In
20 his quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, eſt † Iudex ordinarius & competens epiſcoporum, ſuffraganeorum, *d. c. quia cognouimus* 10. *quaeſt. 3. Pan. in c. poſtulaſti n. xj. de clericis excomm. etc. miniſt. Anchar. in cl. fin. nu. 5. de priuil.* qui tenentur ei iurare fidelitatem & obedientiam, *c. dilecti de maior. & obed. c. antiqua de priuil. & ibi poſt gloſ. Can.* & eorum officialium principalium, in quantum officium gerunt; *c. paſtoralis in princ. hoc tit. c. 1. de offic. ordin. in 6. et ibi gl. in verbo rationabili cauſa & Can. Anch. in clem. fin. n. 5. & ibidem Zab. in §. ſimili nu. 2. de priuil. etc.* contra quos poteſt adiri per ſimplicem querelam, *c. venerabilibus in princ. verſ. ſed ſi excommunicatus de ſent. excom. in 6. & ibi gl. & DD.* De cauſis ciuilibus contra epiſcopos motis, indifferenter cognoſcit, *Pan. in d. c. paſtoralis num. 2.* In cauſis criminalibus adhibenda eſt diſtinctio, Grauiores, quæ depoſitione, aut priuatione, dignæ ſunt, ab ipſo ſummo pontifice cognoſcuntur, & terminantur, *c. 2. de translat. epiſcop. c. cauſæ criminales in princ. ſeſſ. 24. c. cauſæ epiſcoporum ſeſſ. 13.* & epiſcopi, niſi ob cauſam ex qua deponendi ſeu priuandi veniunt, etiamſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel accuſationem, ſiue alio quouis modo procedatur, vt perſonaliter compareant Romæ, nequaquam citantur vel monentur, *c. quoniam et cc. ſeqq. ſeſſ 13.* Quod ſi cauſa huiuſmodi, neceſſario extra Romanam Curiam ſit committenda, debet iſta commiſſio eſſe ſpecialis, manu Papæ ſignata, fierique debet metropolitanis & epiſcopis à Papa eligendis; nec vnquam plus his tribuat, quam vt ſolam facti inſtructionem ſumant, reſeruata ſummo Pontifici definitiua: *c. cauſæ criminales §. quod ſi cauſa huiuſmodi ſeſſ 24. & correcta ſunt tradita per Zab. in c. graue in 7. quaeſt. & tribus ſeqq. de præb.* Minores cauſæ criminales epiſcoporum, in Concilio tantum prouinciali cognoſcuntur, & terminantur, vel à deputandis per Concilium prouinciale, *d. c. cauſæ criminales §. minores c. ſaluo & ibi gl. fin. 9. q. 3.* Paruæ à metropolitano, *c. ſacro verſ. cum aduerſus de ſent. excom. Io. And. in c. vt litigantes poſt princ. verſ. huic autem quæſtioni hoc tit. in 6.* Teſtes vero in cauſa criminali ad informationem, vel indicia, ſeu alias in cauſa principali contra epiſcopum, niſi conteſtes bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ fuerint, non recipiuntur. *c. teſtes ſeſſ. 13.*

Contra † officiales epiſcoporum ſuffraganeorum, ciuilem, aut criminalem iuriſdictionem nõ habet, niſi quatenus peccant in officialatu; *c. Romana §. nec etiam & ibi glo. 1. & §. fin. & ibi gloſ. fin. & Can. de foro compet.* non tamen excluſiue, quoad ſuffraganeos, *glo. in c. 1. in verbo rationabili cauſa de off. Vicarij.* Quia epiſcopus cognoſcit & punit familiarem delinquentem in officio ſibi commiſſo, *l. 2. C. de ſport. Anch. in c. 1. in fine de pœn. in 6.* ac etiam cognoſcit & punit iniuriam familiari ſuo illatam, quæ concernit executionem officij ſibi commiſſi, *Anch. in d. c. 1. de pœn. in 6. circa finem & ibi Gemin. n. 8. Franc. nu. 3.* Dicuntur autem peccare in officialatu, ſiue in his, quæ ſunt iuriſdictionis, quando non conſeruant priuilegia ſedis apoſtolicæ, *c. quanto de priuileg.* Quando peccant contra cap. 1. de re iud. in 6. & c. Romana §. pen. & fin. de ſent. excomm. in 6. impediunt cauſam delatam ad Archiepiſcopum per appellationem; vel ſunt criminoſi; aut incidunt in c. Romana de pœn. in 6. *Gemin. in c. 1. poſt num. 6. verſ. in fine gl. de offic. Vicarij in 6.* 21

Ea quæ ſtatum † prouinciæ contingunt, ad metropolitanum pertinent, *9. quaeſt. 3. in ſumma & ibi gloſſ. 1. & 2. & c. 1. & 2. & ſeqq.* congregat concilium prouinciale, & ſtatuta in eo exequitur, *c. ſicut de accuſ. c. graue de præb. c. quoniam 19. diſt.* in eo concedit priuilegia ſubditis ſuffraganeorum ſuorum de conſenſu omnium epiſcoporum, *c. placuit & ibi gloſſ. in verbo retulerit & Can 16. quaeſt. 6. Felin. in c. paſtoralis ſub n. 7. in fine verſ. limita de offic. ord. vbi ponit regulam quod archiepiſcopus non poteſt dare priuilegia ſubditis ſuffraganeorum ſuorum eamque limitat.* compellit totius ſuæ prouinciæ pontifices, vel ſacerdotes vt vnum eundemque in pſallendo teneant modum, quem à metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, quando diſcrepant in diuinis officijs, à conſuetudine Metropo- 22

tropolitanæ eccleſiæ, c. pen. & fin. 12. diſt. interpo-
nit aſſenſum; ſiue auctoritatem, ſi inter ſuffraga-
neum epiſcopum & Capitulum ſuum, ſit permu-
tatio, ſuper immobilibus, aut cum parochianis
compoſitio, ſuper decimis epiſcopalibus, c. ſtatui-
mus de tranſact. iudicat de communi viuo pro-
uinciæ, c. ad extirpandas de fil. presbyt. & ibi Ioan. An.
n. 2 c. ex frequentibus de inſtit. notorijs criminibus;
c. 1. §. notoria de cenſ. in 6. notoria iniuſtitia ſenten-
tiæ per epiſcopum latæ, c. ſollicitudinem §. ſi vero
notorium de appell. & ibi gloſſ. & DD. concedit in-
dulgentias in tota prouincia, c. noſtro de pœnit. &
remiſſ. non tamē in loco exempto, cum ſint iuriſ-
dictionis, & conceſſæ in loco exempto proſunt
ſubditis, non exemptis; Vital. in d. clem. fin. n 58. &
66. & Can. quando viſitat prouinciam ex cauſa
cognita & probata, in concilio prouinciali, c. pa-
triarchæ §. à metropolitanis ſeſſ. 24. audit confeſſio-
nes, impendit abſolutiones, pœnitentias iniun-
git ſubditis ſuffraganeorū, c. ſi. de cenſ. in 6. & cum
eis diſpenſat in foro pœnitentiali, non conten-
tioſo, Ioan. Andr. in c. ad extirpandas n. 3. de fil. presbyt.
Quando in prouincia iuriſdictionem ſuam exe-
quitur, punit notorios & manifeſtos iniuriantes
ſibi, nuncijs, & familiæ ſuæ, ſiue per iniuriam,
eius iuriſdictio impediatur, ſiue non; c. 1. de pœn.
in 6. ſi iniuria infertur non perſonæ, ſed dignitati,
de ea cognoſcit & punit iniuriantem, ſiue noto-
ria ſit, ſiue occulta; c. ſi quis erga & ibi gloſſ. fin. 2.
quæſt. 7. cognoſcit de iuribus ad Prælaturam per-
tinentibus, de iure communi; vt eſt procuratio;
& denegantes punit, c. venerabilis de cenſib. c. cum ex
23 officij de præſcript. Eorum vero, qui † ſuffraganeis
ſubſunt, eſt iudex ordinarius, ſed non compe-
tens c. cum venerabilibus de ſent. excom. in 6 & ibi gl.
& Can. c. 1. hoc tit. in 6. ideo ſi epiſcopus litigat
ciuiliter, contra ſubditum clericum, eliguntur
arbitri, c. ſi clericus §. 1. XI. quæſt. 1. vel impetratur
delegatus à ſe de Apoſtolica; c. ſtatutum §. cum ve-
ro de reſcript. in 6. ſi vero criminaliter agit contra
clericum, tunc cauſa deducitur ad ſynodum; c 1.
6. quæſt. 2. & ibi gloſſ. fin. quia metropolitanus in
diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum propria au-
ctoritate eccleſiam, parochiam, vel aliquem de
eius diœceſi non iudicat, licet in ipſum ijdem
clerici de facto conſentiant, abſque diœceſano-
rum ſuorum voluntate; c. 1. in princ. de for. compet.
in 6. aut diſponit, aliquid ue aliud agit, ſi aliquid
tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacet, & quod
egerit irritum eſt & vacuum, c. nullus c. conqueſtus
9. quæſt. 3. Pan. in d. c pastoralis n. XI. in fine hoc tit. c.
ſicut vnire de exceſſ. prælat. in fine c. 1. hoc tit. in 6. niſi
in certis articulis in iure expreſſis; c. duo c. paſtoralis
hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo exceptis Zab. in 4. quæſt.
Anch. n. 5. Butr. n. 18. Pan. n. XI. Hoſt. in c. Romana n.
10. et ſeqq. de ſuppl. negl. præl. in 6. gloſſ. ord. 1. & 2. in
ſumm. 9. quæſt. 3. vtputa, quando conſtat de ſuffra-
ganeorum voluntate, poteſt archiepiſcopus per
ſubditos ſuffraganeorum adiri, in prima inſtantia
ſuper cauſa principali; ac omiſſo appellationis
articulo, vel per viam querelæ, requiritur autem
voluntas ſuffraganeorum, nec ſufficeret officia-
lium ipſorum conſenſus, cum eorum officium
adhoc ſe non extendat; c. 1. & ibi Franc. in vlt. not.
& Can. communiter de foro compet. in 6. c. fin. 9. quæſt.
3. c. ſignificaſti & ibi Can. de foro compet. item quan-
do cauſa ad illum defertur, per appellationem,
d. c. dico d. c. paſtoralis, nedum in ciuilibus, ſed et-
iam criminalibus, ſiue procedatur per accuſatio-
nem, ſiue per viam inquiſitionis: Pan. in c. licet n. 5.
in fine hoc tit. nec non per nullitatem principaliter
intentatam; Pan. in c. in literis de offic. deleg. in fine
contra quem aliter ſentit Felin. ibidem in fin. pulchre
Ferret. conſ. 44. relationem, c. licet & ibi Pan. n. 3. de
offic. legat. vel conſultationem epiſcopi; c. multis §.
ſi vero 17. diſt. c. intimaſti de appell. per epiſcopi recu-
ſationem, quando ad metropolitanum cauſam
remittit, vt in ea ipſe procedat, c. cum ſpeciali de app.
quia ipſe recuſatus, prout expedire videbitur, dat
delegatum, c. ſi quis contra clericum §. 1. & 2. de for.
compet. aut eligit arbitros, qui de cauſa cognoſ-
cant, per negligentiam epiſcopi, ex communi
DD. opinione; c. fin. 9. quæſt. 3. & ibi gloſſ. in verbo
negligentes c. paſtoralis & ibi gloſſ. in verbo exceptis
quibuſdam articulis in fine de offic. ord. & vtrobique
Canſtate Quarant. in ſumma bullarij in verbo archie-
piſcopus verſ. 19. auctoritas. verum Pan. tenet, quod
Archiepiſcopus, data qualibet negligentia epiſ-
copi quia poteſt epiſcopum compellere, ad ſuum
officium, debite exercendum, Pan. (contra Hoſt. in
c. 1. num. 4. de ſuppl. neglig. præl & gloſſ. ibi. in verb.
culpis, & Felin. in c. paſtoralis n. 6. hoc tit.) in c. ſi quis
cont. clericum n. 40. & 41. de for. compet. & in c. nullus
numero tertio, de increpat. & in c. paſtoralis n. 18. hoc
tit. Archid. in c. Romana in verb. culpis de ſuppl. neglig.
præl. in 6. non ſuccedat in exercitio; niſi in caſibus
in iure expreſſis, ſcilicet in conſtitutione œco-
nomi, c. cum ſimus 9. quæſt. 3. & ex aliquorum opi-
nione

Digitized by Google

nione Vicatij; aut Officialis; lapſo termino per
archiepiſcopum epiſcopo ad eorum conſtitutio-
nem præfigendo; *Felin. in c. paſtoralis n. 8. hoc tit. poſt Pan. in c. quoniam hoc tit. num. 3.* Nau. conſ. 2. *hoc tit.* abſolutione ab excommunicatione, *c. ad reprimendam hoc tit.* punitione notoriorum criminum, *ca. 1. §. notoria de cenſ. in 6.* executione vltimæ voluntatis, *§. ſi quis autem auth. de eccle. tit.* collatione beneficiorum, *c. 2. de conceſſ. preb. c. fin. de ſuppl. negl. prælat.* ſuppletione negligentiæ capituli, circa electionem prælati, *c. ne pro defectu de elect. c. quanquam eod. in 6.* nuſquam enim in iure cautum repetitur, quod ſuppleat negligentias epiſcoporum in cognoſcendo, ſed recurrendum eſt ad ſummum pontificem: *Pan. in iuribus ſupra allegatis Archid. in c. Romana de for. compet. Innoc. in c. quia diuerſitatem in verb. ad illum de cõceſſ. preb.* Certi iuris eſt, quod propter culpas ſuffraganei, non valentis exercere iuriſdictionem, quia forſan eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus propter delictum ſuum; archiepiſcopus non ſuccedat in iuriſdictione, ſed recurritur ad ſummum pontificem: *c. Romana de ſuppl. neglig. prel. in 6. Pan. in c. veniens num. 10. de præſcript.* Item defertur iuriſdictio per cathedralis eccleſiæ vacationem, ad archiepiſcopum, ſi idoneos clericos non habeat, *c. non liceat 3. 12. quæſt. 2.* aut capitulum in temporalibus, aut ſpiritualibus negligenter aut perperam adminiſtret, quo caſu archiepiſcopus, capitulo vocato, & præmiſſa cauſæ cognitione, poteſt viſitatorem deputare, qui legitimam temporalium & ſpiritualium adminiſtrationem habeat, excepta beneficiorum collatione, ad epiſcopum pertinente; *c. fin. §. 1. & §. fin. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* nec non per duorum contentioſam electionem, *c. fin. 63. diſt. 9. quæſt. 3. in ſum. & ibi gloſſ. fin.* aut vigore priuilegij, *c. dico hoc tit.* vel antiquæ conſuetudinis, &c. *c. Romana §. 1. & 2. de for. comp. in 6. c. Romana §. 1. in fine de appell. in 6.* Dictaſque cauſas in propria ſua ciuitate, vel diœceſi, aut in eis, in quibus appellatum extitit, & cauſæ ipſæ exiſtunt, & non alibi audit, & audiendas committit, *c. vt litigantes hoc tit. in 6.* etiam ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, quos non poteſt compellere ad delegationem ſuam ſuſcipiendam, quia deuoluitur iuriſdictio quoad partes, non quoad alios ſubditos, *d. c. paſtoralis hoc tit.* ſed mandare poteſt epiſcopo vt ſubditum compellat delegationem ſuſcipere. *d. c. paſtoralis & ibi gl. in verb. nullam Pan. num. 12. & Can. communiter.* Patriarchæ † vel pri- 24
mates, diuerſorum ſunt nominum eiuſdem officij, *99. diſt. in ſumma §. primates & c. 1. 2. & ſeqq. Vital. in clem. fin. n. 35. & ſeqq. de priuil. c. periculoſo §. fin. & ibi gloſſ. in verb. patriarchis & Can. de ſtat. reg. in 6.* ſunt iudices archiepiſcoporum, *c. ſi quis aduerſus 11. quæſt. 1.* qui debent primatibus obedientiam in omnibus, quæ ſibi fuerint ab eis iuſte imperata, *99. diſt. in ſumma §. fin.* & ad eos epiſcopi à ſententijs archiepiſcoporum appellant; *99. diſt. c. 1. §. ipſis quoque c. antiqua §. in omnibus de priuileg.* non habent iuriſdictionem in ſubditos archiepiſcoporum, vel epiſcoporum niſi per appellationem, vel ex priuilegio. *c. duo hoc tit. & ibi Can. notant. c. conqueſtus & ibi gl. 2. 9. quæſt. 3.* Quatuor patriarchæ principales Cõſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hyeroſolymitanus, dominicæ crucis vexillum ante ſe faciunt vbique deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſummus pontifex præſens extiterit, aut eius legatus, vtcns inſignijs apoſtolicæ dignitatis, & ad eos appellatur, omiſſis medijs, ab his, qui eorum iuriſdictioni ſubſunt, *d. c. antiqua de priuil.*

Ordinarius † non debet habere expenſas, et- 25
iam quando proficiſcitur extra domicilium, ſed expendit, quæ domi expenſurus erat, cum certa ſint illi conſtituta ſalaria: *Auth. de mand. princip. §. illud tamen auth. iuſiurandum quod præſt. ab ijs &c. circa med. c. militare in fine 23. quæſt. 1. c. cum ab omni de vit. & honeſt. cleric. Franc. in c. ſtatutum §. inſuper num. 20. de reſcript. in 6.* ſi delegatum dederit, tenetur ei facere expenſas, ſi datus ſit ad vniuerſitatem cauſarum: *c. inter cætera de offic. ordin. c. ſtatutum §. inſuper & ibi gloſſ. in verbo moderatas de reſcript. in 6. d. c. cum ab omni & ibi gloſſ. in verbo præter expenſas in fine.* idem iuris eſt, ſi malitioſe delegatum dederit, ad vnam cauſam, ſed ſi delegat ſine malitia, delegatus ad vnam cauſam, poterit petere expenſas, quando proficiſcitur extra domicilium, pro vtilitate, aut neceſſitate cauſæ, ad inſtar delegati apoſtolici: *Pan. in d. c. cum ab omni numer. 13. & ibid. Can.* Certi ſunt † caſus in iure 26
canonico, in quibus epiſcopo debentur ſumptus, vt in conſecrationibus eccleſiarum, altarium, *c. cum ſit Romana de ſimon. & ibi gl. & Can.* & viſitatione, *c. ſopitæ c. cum nuper de cenſib.* de quibus opportunis titulis dicetur. Decimam, aut aliã nquotam litis, ordinarij non poſſunt exigere, non obſtante, quod in fraudem à quibuſdam propo-

Digitized by Google

nitur, quod exigatur nomine aſſeſſorum. *d. c. cum*
27 *ab omni*. Ordinario † creditur in ſpectantibus ad
eius officium, quando omnia enunciata, eodem
tempore, & contextu, potuerunt interuenire;
Felin. in c. poſt ceſſionem poſt num. 3. vbi ampliat & limitat de prob. gloſſ. in l. 1. & ibi Bart. num. 2. C. de fid. inſtrum. lib. 10. Iaſ. poſt alios in l. ſciendum num. 15. ff. de verb. oblig. Felin. poſt alios in c. ſicut num. 27. de re iud. Et in ſibi commiſſis per Concilium Tridentinum, *Caſ. deciſ. 3. num. 18. & ſeqq. de reb. eccleſ. non alien. Felin. in c. poſt ceſſionem num. 10. de probat.* etiam quando procedit viſitando: vt atteſtanti de maximo numero animarum, & neceſſitate coadiutoris, in parochiali eccleſia: *Caſar. deciſ. vnica de paroch. & alien. paroch. Grammat. conſ. 24. in ciuilibus num. 8. Innoc. in c. 1. de fid. inſtr.* immo vicario creditur in literis dimiſſorijs, patienti defectum natalium datis, dicenti poſtquam hodie tecum auctoritate ordinaria ad primam tonſuram, & quatuor minores, non obſtante natalium defectu, diſpenſauimus, vt clericali charactere extra diœceſim inſigniri valeas, licentiam impartimur. *late Creſcent. deciſ. 15. de prob. per not. per Pan. & DD. in c. poſt ceſſionem de prob. & ibi Bald.*
28 *& Felin.* Quando † Papa mandat ordinario, vt id faciat, quod alias ex officio facere tenetur, non facit eum delegatum, ſed remanet ordinarius, & iure ordinariæ poteſtatis vti cenſetur. *c. licet & c. graue hoc tit. late Franc. Marc. quaeſt. 73. lib. 1.* Quando mandat id, quod ordinarius non tenetur facere, ſaltem ita præciſe, tunc ordinarius habet in eadem cauſa, & poteſt exercere duplicem poteſtatem, videlicet ordinariam, & delegatam, *Pan. in c. licet ſub num. 3. hoc tit. c. cum ex officij & ibi Felin. num. 19. & ſeqq. de praeſcript. & Can* ac poteſt in vna parte proceſſus vti vna poteſtate, & in alia parte, poteſt vti alia poteſtate: *Pan. in d. c. cum ex officij num. 18. Imol. num. xj. Zab. in fine & Can. communiter.* ſi proceſſerit ex vtraque poteſtate, regulabitur ipſa ſententia & proceſſus ex auctoritate delegata; vnde appellabitur ad Papam, *Felin. in d. c. cum ex officij n. 24. & Can. communiter*, Quod ſi aliquid addat, vel detrahat ordinariæ poteſtati, *c. cum aliquibus de reſcript. in 6. Pan. in d. c. licet n. 3. & ibi Felin. & Can. Achil. deciſ. 2. de reſcript.* tunc non procedit ex ordinaria, quæ quoad iſtam cauſam eſt ſuſpenſa, & ſi ex ea procederet, proceſſus eſſet nullus, *Felin. in d. c. cum ex officij n. 20.* eo magis ſi princeps cauſam ad ſe aduocauit, & ordinario commiſit, *Pan. in d. c. cum ex officij n. 22. & ſeqq.* vel dicat auctoritate noſtra, *Pan. in d. c. licet numer. 3.* Eadem ratione ſententia lata per ordinarium, qui per errorem iudicat, vt delegatus, eſt nulla. *c. cum ſuper abbatia de off. deleg. c. ex parte Aſtenſis de conceſſ. præb. Felin. in d. c. cum ex officij n. 25. plures cumulans.* Hinc infertur non poſſe epiſcopum, prætextu, quod ſit apoſtolicæ ſedis delegatus, declinare iuriſdictionem metropolitani, in caſibus illis, in quibus ante Concil. Trid. tanquam ordinarius poterat vti eadem poteſtate; quando vero ex concilio procedit vti ſedis apoſtolicæ delegatus, in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione ordinaria non comprehenduntur, non poteſt ab eo niſi ad ſedem apoſtolicam prouocari, *Garc. de benef. part. 4. cap. 5. n. 11 & 12.* Inferiores prælati
citra † epiſcopos non diſpenſant, niſi in caſibus 29
ſibi ſpecifice permiſſis: *Pan. in c. fin. ſub numer. 10. de poſtul. præl. Innoc. in c. 2. de eo qui furt. ord. ſuſcepit Felin. in c. at ſi clerici §. de adulterijs n. 21. vbi ampliat & limitat. de iud.* In quibus diſpenſare poſſint archiepiſcopi, & epiſcopi, variæ ſunt DD. opiniones, *gloſſ. in c. at ſi clerici §. fin. in verb. diſpenſare de iud. & ibi Can. Butr. in c. dilectus num. 9. de temp. ord. & ibi Pan. n. 6. & Can. communiter ſpeculat. tit. de diſpenſ. §. 9. nunc de epiſcoporum nu. 24. Ioan. Rand. in §. fi. enumerat caſus epiſcopis ſpecial. permiſſos & prohibitos c. miror & ibi gloſſ. mag. 50. diſt. Franc. Marc. quaeſt. 1123. part. prima*, nos breues trademus regulas.
Archiepiſcopus † non diſpenſat cum ſubditis 30
ſuffraganeorum ſuorum, quia non poteſt diſpenſatio in non ſubiectum exerceri; *Butr. in c. ad extirpandas n. 5. de fil. presbyt. Butr. in c. quia circa ſub num. 8. de bigam. non ord. Felin. in c. paſtoralis ſub num. 7. verſ. archiepiſcopus hoc tit.* niſi eſſet caſus, in quo poſſet cognoſcere, quia ibi etiam poſſet diſpenſare, *Felin. in d. c. at ſi clerici §. de adulter. num. 19. de iud.* quia archiepiſcopus habet archiepiſcopalem iuriſdictionem in tota prouincia, ſed non epiſcopalem quam habet in ſua diœceſi, *Ioan. Andr. in c. paſtoralis num. 20. hoc tit. c. 1. §. ordo 21. diſt.* archiepiſcopus præſidi, epiſcopus defenſori ciuitatis comparatur. *c. 1. & ibi gloſſ. in verbo canonica hoc tit.*
in 6. Quando † Canon dat epiſcopos executores 31
iurium expreſſe; non poſſunt contra dicta iura diſpenſare, *Gemin. in c. decet §. ordinarij in 6. de immunit. eccleſ. in 6. & ibi Anch. in 8. not. & Can.* Non poſſunt in integrum reſtituere, quoad honores & ſimilia, rehabilitare ad ordines & beneficia, nec in-

neċinſamiam remittere, quando ſuper infamia
volunt diſpenſare, aut ad ordines & beneficia re-
habilitare principaliter, *§. cum autem & ibi gloſſ. in*
verbo principis & DD. Inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt
& c. l. 1. §. de qua & §. ſeq. ff. de poſtul. Garc. de benef.
part. 8. cap. 1. n. 74. ſecus ſi veniat acceſſorie ad ca-
ſum ſibi permiſſum, *c. bi qui & ibi gloſſ. in verbo po-*
teſtate in fine 15. quæſt. 8. c. euphemium §. hinc colligitur
& ibi gloſſ. in verbo infamiam 2. quæſt. 3. c. Domino
ſancto & ibi gloſſ. in verb. atq; ignominiã 50. diſt. Pan.
in c. cum te n. 14. & ſeqq. de reiud. idem in d. §. de adul-
terÿs n. 15. & ibi Felin. n. 12. imo inferior abſoluit ab
infamia, quando veniebat acceſſorie ad ſenten-
tiam, contra quam, ex cauſa, reſtitutionem in in-
tegrum conceſſit, *l. 1. §. an autem & prætor ff. de po-*
ſtul. Pan. in d. c. cum te n. 14. & ſeqq. quibus caſibus
per diſpenſationem factam per epiſcopum intel-
ligitur diſpenſatum. in acquiſitis, & acquirendis
ordinibus & beneficijs, *Pan. in c. at ſi clerici §. de a-*
32 *dult. num. 21. de iud. & Can.* Semper † diſpenſant,
vbicunque à iure permittitur diſpenſatio in ge-
nere, licet ſpecifice non permittatur epiſcopis.
Pan in c fin. ſub num. 10. in fine de poſtul prælat. & in
c. at ſi clerici §. de adult. ſub n. 5. verſ. ſi vero expreſſe non
indulget. & c. de iud. Prob. ad monach. in c. 1. n. 14. de
ætat. qualit. & ord. præfic. & c. in 6. c. in quibuſdam &
ibi gloſſ fin. Pan. numero quinto, et Can. hoc tit. c. 1. &
ibi gloſſ. pænult. de homicid. in 6. Felin. in c. nuper nu. 3.
& plurib. ſeqq. de ſent excom. In irregularibus & ſuſ-
penſionibus omnibus, ex delicto occulto, prouè-
nientibus, etiam in caſibus poſt concilium Tri-
dentinum ex noua lege, ſeu conſtitutione, ſum-
mo pontifici, aut Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, *late*
in vtramq; partem Garc. de benef. part. 11. cap. 10. §. 1.
n. 121. & 125. excepta ea quæ oritur ex homicidio
voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum
contentioſum poſſunt diſpenſare ex decretis
Concilij Tridentini. *c. liceat ſeſſ. 24. quod fuſe ex-*
plicat Garc. de benef. part. 7. cap. xi. à num. 12. & per
33 *totum*. In † adulterio, ſacrilegio, *c. ſi qui presbyter*
50. diſt. niſi ſit enorme, *c. de Viro 12. quæſt. 2.* & mi-
noribus delictis ad forum contentioſum dedu-
ctis, poſt peractam pœnitentiam, inuito accuſa-
tore, quando non tangitur eius intereſſe priua-
tum, diſpenſant, niſi ſpecialiter prohibeantur. *d.*
§. de adult. & ibi Felin. poſt gloſſ. in verbo minora num.
4. vbi limitat quinque modis Pan. ſub num. 4. 5. & 18.
In criminibus adulterio maioribus non diſpen-
ſant, niſi ſibi alias à iure permiſſum reperiatur.
gloſſ. in d. §. de adulteriis in verbo minora & ibi Felin.
num. 1. ponens tres fallentias Anchar. ibidem n. xj. Quę
procedunt, quando poſt pœnam, ab homine vel
iure inflictam, ſuper iſta pœna petitur diſpenſa-
tio: quando vero à iure imponitur pœna mini-
ſterio hominis, iudex poteſt illam mitigare, vel
exaſperare adhibita cauſæ cognitione, *l. quid ergo*
§. pœna grauior ff. de his quæ not. infam. & ibi gloſſ. &
DD. Innoc. in c. 1. de conſtit. Pan. in c. licet numer. 6. de
pœnis. Diſpenſant † contra conſtitutionem ſuam, 34
Felin. in d. §. de adulteriis num. 6. ponens duas fallen-
tias. ſed non contra ſtatutum eccleſiæ, in quo agi-
tur de intereſſe canonicorum, *Innoc. in c fin. de cle-*
ric. non reſid. Rom. ſing. 491. & ibi addit. neque con-
tra conſtitutionem concilij generalis, *Archid. in c.*
licet canon de elect. in 6. Rom. ſing. 492. vbi ipſe & add.
ponunt plures limitat. c. ex parte de Capell. Monach. &
ibi DD. Rot. diuerſ. deciſ. 222. & deciſ. 223. part. 1 Fe-
lin. in c. nonnulli num. 2. & 3. de reſcript. Iaſ. in l. fin. n.
4. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. plures cumulans Rot deciſ.
1. de ſurrepat. in nouis. niſi forſan neceſſitas aut vti-
litas eccleſiæ diſpenſationem inducant, præmiſ-
ſa deſuper per epiſcopum cauſæ cognitione, *Ar-*
chid. in c. licet canon in gloſſ. ſuper verb. carcere de elect.
in 6. per cap. tali & cap. ſeq. 1. quæſt. 1. qui refert alios
contrarium tenentes, Staphyl. de integrat. tit. de qualit.
& ſtatu benef. §. 1. quod ſit legitimus nume. 6. aſſerens
quod hæc opinio procedit de iure ſed curiam Romanam
tenere contrarium. Solus epiſcopus non inferior
diſpenſat ſuper pœnis, & commutat † pœnam 35
iuris in pœnam pecuniariam, quando ſuper cri-
mine poteſt diſpenſare, *gloſſ. 2. in c. licet de pœn. Fe-*
lin. in c. irrefragabili num. 7. de off. ordin. Vicarius e-
piſcopi ex generali mandato nunquam diſpen-
ſat. *c. pen. & fin. de off. Vicarÿ in 6. Cald. conſ. 3. de off.*
Vicarÿ Rot. deciſ. 9. eodem in antiq. Ordinaria † iu- 36
riſdictio, finitur morte, depoſitione, translatio-
ne, renunciatione, de quibus opportunis titulis
dictum eſt, & inferius dicetur.

De officio iudicis.

Titulus XXXII.

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis eſt duplex, nobile & mercena-*
rium.

Digitized by Google

Officium iudicis nobile eſt duplex, quoddam tendit in commune coadiuuandum.

3 *Quoddam tendit ad impugnandum ius commune.*

4 *Iudex ſupplet ad priuatam vtilitatem in iure, non in his quæ ſunt facti.*

POST titulos, de officijs ſingularum dignitatum, & iudicum, ſubiungit titulum generalem de officio iudicis, dignitatibus & iudicibus delegatis & ordinarijs, communi, ſimilem titulum habemus in Inſtit. Imper. lib. 4. Duplex eſt
1 officium † iudicis, nobile ſiue merum, & mercenarium. Nobile eſt quod per ſe ſubſiſtit, nulli actioni, vel exceptioni deſeruiens: Mercenarium eſt quod adhæret actioni, ſiue exceptioni, impotens ſtare per ſemetipſum, *Pan. in c. 2. nu. 5. hoc tit. Inſt. in l. nec quicquam §. vbi decretum n. 73. poſt Bart. ff. de off. procons. & ibi DD.* de quo tractat titulus
2 Inſtit. Imper. lib. 4. Nobile † duplex eſt, quoddam tendit ad ius commune coadiuuandum, vt in dando aduocatum, non habenti, etiam domeſticum iudicis, *c. 1. hoc tit. l. 1. §. ait prætor ff. de poſt. Mynſ. obſ. 32. cent. 4.* in dando pupillo tutorem, litigantibus iudicem, *l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* quod-
3 dam tendit ad † impugnandum ius commune, vt quando petitur reſtitutio in integrum, per quam reſcindatur & reſcindi poſtulatur contractus, ſententia, præſcriptio, aditio hæreditatis, alias communi iure valida, *Tit. ff. de reſtit. in integr. & tit. ſeqq. tit. C. de reſt. in integr. minor & titulis ſeqq.* in quo requiritur litis conteſtatio, vbicunque pro actione proponitur, *c. 2. hoc tit. Panor. in c. cum ex litteris num. 15. & 16. de in integ. reſt. poſt gl.* & plena probatio *c. 1. in verbo manifeſte apparet de in integ. reſt. c. ex litteris eodẽ tit. Panor. in d. c. cum ex litteris num. 16. Mynſ. obſ. 49. in fin. cent. 1.* nemini datur, niſi tunc demum, cum alia actio non ſupereſt; nam ſi communi quis eſt munitus auxilio, non debet ei tribui extraordinarium; *l. in cauſa ff. de minor. 25. ann. etc. l. cum ſine beneficio ff. de Carb. edict.* Iudex † ſupplet ad priuatam vtilitatem in
4 iure, non in his quæ ſunt facti, niſi ſint ei nota vt iudici, *l. vnica C. vt quæ deſunt aduoc. part. etc. & ibi gloſſ. pen. & DD. c. bon. mem. el. 1. & ibi gloſſ. in verbo curauimus allegari de poſtul. prælat. & ibi Pan. num. 9 & Can.* præterquam in caſibus, in quibus poteſt deueniri ad ſentẽtiam definitiuam lite non conteſtata, *c. vnico in verbo diligenter examinato & ibi Franc. poſt. num. 3. verſ. vltimo nota de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. &c. in 6. c. cum nobis olim & ibi gloſ. in verbo ex officio de elect. d. c. bona mem. el. 1. & ibi gloſ. in verb. curauimus allegare de poſtul. prælat. & vtrobique Can.*

De maioritate & obedientia.

Titulus XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Maioritas inter ſacerdotes conſideratur ex quinque prærogatiuis.*

2 *Obedientia conſiſtit in tribus, reuerentia exhibenda, iudicio ſubeundo, præcepto ſuſcipiendo.*

3 *Inferior ſuperiorem ſoluere nequit vel ligare.*

4 *In Præcedentiæ materia, membra non ſeparantur à capite.*

DIGNITATVM & iudicum gradus ſunt diuerſi, & ordines diſtincti, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, concors ex diuerſitate fieret contextio, *c. ad hoc 89. diſt.*
Maioritas † conſideratur ex ſacerdotio, quod 1
præeſt imperio, & imperium ſubeſt ſacerdotio, *c. ſolitæ hoc tit. c. non poteſt ſeſſ. 23.* Inter ſacerdotes maioritas conſideratur ex quinque prærogatiuis, *Pan. in c. ſtatuimus in 2. not. hoc tit. & ibi Anchar. in 3. not.* loco ſeſſionis, *c. quam periculoſum 7. quæſt. 1. & ibi gloſ. in verb. primatus Felin. in rubr. huius titul. ſub num. 8. Tiraq. de iure primogen. in præfat. n. 13. & ſeq.* poteſtate ſiue iuriſdictione, *d. c. 1. de off. Archid. c. paſtoralis de off. ord.* ordine, *& ſtatuimus hoc tit. c. à ſubdiacono 93. diſt.* conſecratione, *c. eſto ſubiectus 95. diſt. c. cum inferiorem hoc tit.* antiquitate, *c. 1. & ibi gloſ. pen. hoc tit. Caputaq. elect. 357. part. 2. vbi limitat duobus modis, c. Epiſcoporum 74. diſt. c. fin. in fin. 75. diſt.* prærogatiua ordinantis, *c. per tuas hoc tit.* Gemin. in c. 1. de offic. legati in 6. numer. 9. & ibi Ioan. And. ſub num. 1. poſt Hoſtien. ponunt vndecim prærogatiuas honoris, gloſſ. in c. lex 2. diſt. in verbo maiores natu, ponit quatuor. Obedien-
tia † conſiſtit in tribus, reuerentia exhibenda, iu- 2
dicio ſubeundo, præcepta ſuſcipiendo: 93. *diſt. in ſumma & ibi gloſſ.* reuerentia, vt minor aſſurgat maiori, nec ſedeat ſtante maiore, *c. non oportet 1. &*

c. diaconus

c.diaconus 93. diſt. c. non oportet 95. diſt. & minor
honeſta & conſueta ſeruitia maiori faciat, *c. ſta-*
tuimus in fine hoc tit. maior ordine, licet poſterius
receptus, præfertur in loco, & portione, *d. c. ſta-*
tuimus in princ. & ibi gloſ. pen. c. fin. §. præſenti de con-
ceſſ. preb. in 6. in eccleſijs vbi non ſunt diſtinctæ
præbendæ: *Pan. in d. c. ſtatuimus num. 1.* obedien-
tia iudicij, vel præcepti debetur eis, qui præſunt
ratione adminiſtrationis, vel iuriſdictionis, aut
conſecrationis, *c. quia frater 7. queſt. 1. c. 2. c. quod*
ſuper his cum c. ſeq. & c. dilecta hoc tit. niſi ab eo ab-
ſoluatur per appellationem, recuſationem, vt
ſuis locis dicetur, vel ſi à prælato moueatur con-
trouerſia clerico, *c. de perſona xi. quæſt. 1. c. ſi quis*
contra de foro compet. gloſ. in ſumma 93. diſt. Infra-
3 ſcriptæ regulæ perpetuæ ſunt: Inferior † ſuperio-
rem ſoluere nequit, vel ligare, ſed ſuperior infe-
riorem ligat & abſoluit: *c. cum inferior & ibi gloſſ.*
1. hoc tit. c. inferior ſedes 21. diſt. Contra obedien-
tiam non currit præſcriptio, quia ſemper eſt in
mala fide, *c. cum non liceat & ibi gloſſ. 1. de præſcript. c.*
fin. de regul. l. 1. C. de ſeru. fugit. in obedientia poſſi-
bilitas ſemper ſubauditur, *c. 1. & ibi gloſ. fin. de vo-*
to c. querelam c. breuis de iureiur. obedientia etiam
iuramento firmata, non extendit ſe ad ea, quæ de
iure præſtanda non ſunt, *c. dilecti hoc tit. & ibi glo.*
4 *pen. & fin. & Can.* In materia † præcedentiæ mem-
bra non ſeparantur à capite, *c. 1. 12. diſt. Fel. in c. pa-*
ſtoralis ſub n. 10. de off. deleg. & in c. cum non liceat ſub
n. 2. verſ. guſta bene de præſcript. & in rub. de maior. &
obed. Greg. xv. deciſ. 284 & ibi annot. Cum de ho-
norificentia agitur grauis cauſa tractari dicitur vt
fuſius probat Freccia *de ſub feudis lib. 1. §.* fuit du-
bitatum in parlamento *ſub nu. 41. verſ. iſta ſunt no-*
tanda.

De Treuga & pace.

Titulus XXXIV.

SVMMARIA.

1. *Treugæ definitio.*
2. *Pacis definitio.*
3. *Treugæ ſunt ſpecies duæ Conuentionalis, & cano-nica.*
4. *Pax ſi fuerit fracta, pertinet talis cognitio ad iudi-cem eccleſiaſticum.*

EPISCOPI, obtinentes dignitates, & ordina-
rij debent diſcordantes ad concordiam re-
uocare, & ſibi inuicem præſtare auxilium ad pa-
cem ſeruandam: *c. v. §. & quoniam hoc tit. c. diſſiden-*
tes c. præcipimus & c. fin. 90. diſt. Iudex ex officio ſuo
prouidet, vt vna pars cedat liti ſuper ſpirituali-
bus, & pro bono pacis recipiat expenſas, quas
fuerat ab alia parte, vel vt alia pars det ſibi annua-
tim penſionem; *c. niſi de præb. Pan. in c. pridem n. 8.*
de pact. quod obtinet etiam in criminalibus, *c. niſi*
de præb. Pan. in c. pridem n. 8. de pact. Treuga † eſt, 1
ſecuritas in perſonis & rebus, ad tempus conceſ-
ſa, diſcordia nondum finita. Pax † eſt finis diſ- 2
cordiæ, quæ debet haberi in voluntate, & bellum
in neceſſitate, *c. fin. de tranſact.* Si aliquis treugam
ſiue inducias ex parte ſua violauerit, alter nihilo-
minus eas obſeruare debet, ſed frangenti pacem
fides frangatur eidem, *Ioan. And. in c. peruenit el. 2.*
ſub num. 5. & ibi Butr. & Can. de iureiur. Mynſ. obſ. 8.
cent. 4. Treugæ † ſunt ſpecies duæ, alia conuen- 3
tionalis, quæ etiam infidelibus eſt ſeruanda, *c. 1.*
& ibi gloſſ. 1. hoc tit. c. niſi bella & c. noli æſtimare 23.
quæſt. 1. Alia eſt canonica, quam à quarta feria
poſt occaſum ſolis, vſque ad ſecundam feriam,
in ortu ſolis, ab aduentu Domini, vſque ad octa-
uam Epiphaniæ, & à ſeptuageſima, vſque ad o-
ctauam paſchæ canones inter Chriſtianos inuio-
labiliter, ab omnibus obſeruari præcipiunt: ſi
quis eam frangere † præſumpſerit, poſt tertiam 4
monitionem, ſi non ſatisfecerit, ſuus epiſcopus
ſententiam excommunicationis dictat in eum,
& ſcriptum vicinis epiſcopis annunciat, vt nullus
excommunicato communicet, ſi quis hoc viola-
re præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubiaceat,
c. 1. hoc tit. quia excommunicatus in vno loco eſt
excommunicatus per totum orbem: *c. cura ſit xi.*
quæſt. 3. præterea tempore belli congrua ſecurita-
te lætantur, presbyteri, monachi, conuerſi, pere-
grini, mercatores, ruſtici euntes, vel redeuntes,
vel in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus
arant & ſemina portant ad agrum, *c. 2. hoc tit.* Quæ
omnia hodie non tenent, & epiſcopi, qui non
ſeruant has conſtitutiones, non dicuntur tranſ-
greſſores, quia hæ treugæ non fuerunt moribus
vtentium approbatæ, *gloſſ. in c. 1. in verbo frangere*
in fine hoc tit. & ibi Pan. n. 4. & Can. Pax ſi fuerit
fracta, pertinet talis cognitio ad iudicē eccle-
ſiaſticum, *c. nouit. de iud. Pan. in c. cum*
ſit generale n. 28. de foro
compet.

De pa-

Digitized by Google

De pactis.

Titulus XXXV.

SVMMARIA.

1 *Pacti definitio.*
2 *Pactum aliud eſt Veſtitum.*
3 *Aliud nudum.*
4 *Pactorum quædam ſunt in rem, quædam in perſonam.*
5 *Pactum factum cum vna perſona non extenditur ad aliam.*
6 *Pactio omnis & conuentio illicita eſt iure Canonico pro ſpiritualibus obtinendis.*

POST titulos de poteſtate & officio iudicum, competens erat vt de iudicijs videretur; ſed quia vocati ad iudicia, paciſci vel tranſigere conſueuerunt, de his præmittit, & primo de pactis, quia honorabilius eſt gratis facere, quam pretio
1 recepto. Pactum eſt † duorum vel plurium in idem placitum conſenſus, *l.1.in princip.ff.de pact. Inſtit.de oblig.in princ.& ibi DD.Mynſ.obſ.97.cent.2.*
2 Pactum † aliud eſt veſtitum aliud nudum. Veſtitur pactum re, *Tit.Inſtit.quib.mod.re cont.oblig.* verbis; *tit.Inſtit.de verb.oblig.& tit.ſeqq.* literis; *tit.Inſtit. de lit.oblig.* conſenſu; *tit.Inſtit.de oblig.ex conſ.& tit. ſeqq.* iuramento; *l.vt. iuſiurandi ff. de oper.lib.* interuentu rei in contractibus innominatis, in quibus naſcitur actio implenti, ex pacto demum re tradita, *l.1.§ item emptio 2.reſp. ff de iur.permut.l ex placito C.eod.Bald in l.petens n.24.C.de pact.* non alteri qui non impleuit contra implentem, *gloſſ.1.in d. l. ex placito in fine Bart. in l.ſi certis annis C. hoc tit.* cohærentia contractus, *l. iurigentium §. quin imo & l.petens C. hoc tit.* cohærentia voluntariæ traditionis, *l.in traditionibus ff.& l legem C.hoc tit.* quando pactum reſpicit fauorem eius, pro quo initur contractus, cuius cohærentia pactum veſtitur, aut fauorem tradentis, ſecus ſi apponitur in fauorem alterius, quia impoſſibile eſt actionem deſcendentem ex contractu informari ad eius fauorem; cui non competebat actio, *Anch. in d.§. quin imo ſub num.10.ſequitur, in gloſſ.& nu.21. Iaſ.in d l. ſi certis annis num.1.* auctoritate legis, *l.legitima ff. hoc tit. l.ſi quis argentum C. de donat.§.alia autem donationes Inſtit. de donat.* rei principio vt in pollicitatione facta reipublicæ. *l.1.ff. de pollicit.* Nudum
3 eſt, quod † non eſt veſtitum aliquo præfatorum modorum, ſed hæret in meris & puris finibus conuentionis, paritque exceptionem, non actionem iure ciuili; *l. iurigentium §. ſi cum nulla ff.hoc tit. Pan. c.1.num. 4.verſ.ſi enim pactum hoc tit.* iure canonico & in conſcientia obligat ſub pœna mortalis peccati, *c 1.hoc tit.c.iuramenta 22.queſt 5.* daturque ex eo actio, ſiue condictio ex canone. *c.qualiter & ibi Pan. hoc tit. Hoſt. in d. c. 1. eod. & ibi Pan.num.3. & 5.* Stipulatio pœnalis nunquam iuſtit pactum nudum, *Angel. in d. §. quin imo nu. 11. Bald. in l.petens nu. 43. l.ſi pacto quo pœnam C. hoc tit. l.nuda C.de contr.ſtipul.* Quinam paciſci poſſint, & ſuper quibus rebus, traditur in Inſtit, imperial. tit.de oblig. & tit.de inutil. ſtipul. Procurator vel aduocatus de quota litis paciſci nō poteſt, *l quiſquis §.præterea nullum & l. qui C.de poſtul. l.ſi contra C.mand.l. litem C. de Procurat.l.ſumptus ff.de pact.l. nec quicquam §. circa aduocatos ff. de off. proconſ. l.ſi remunerandi §.fin.cum l.ſeq ff.mand.* Sed ratione Palmarij id eſt victoriæ pactum valet: *l.1. §. litis ff. de var. & extraord. cognit. d.l quiſquis §. præterea Gail.obſ.44. lib.1.* Pactorum quædam † in rem 4
ſunt, quædam in perſonam, *l. iuriſgentium §. pactorum ff. hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo perſonale,* in dubio præſumuntur realia, quia pacto perſona inſeritur, non vt pactum faciat perſonale, ſed vt demonſtretur cum quo factum ſit; *d. §. pactorum l. ſi ſic ſtipulatus 2. & ibi Bart. num. 2. ff. de verb.oblig.* & poteſt ex vna parte eſſe in perſonam, ex altera in rem, & ex ea parte qua pactum eſt in perſonam non tranſit in hæredem, ſed ex alia parte, qua eſt in rem, bene tranſit in hæredem, *l. qui in futurum §.ſi ex altera ff. hoc tit.* Pactum factum † cum vna 5
perſona non extenditur ad alias, *l. ſi vnus §. ante omnia l.ſi ſibi §.ſi pactus, & Iaſ.in l. iurigentium §. prætor ait num.7.& ſeq.ff.hoc tit.l.1. C. de tranſact. l. imperatores in princ. & §.fin: ff eod.* niſi in caſibus in quibus ſententia, inter alios lata, inter alios tenet, *l. ſæpe ff. de re iud.* alteri per alterum actio acquiritur, *§.ei vero Inſt. de inutil. ſtipul. & ibi glo.mag. & DD.* ſi principaliter interſit paciſcentis, *l. fideiuſſoris §. cum alio conuentio ff.hoc tit. §. ſed ſi quis Inſtit. de inutil. ſtipul.* aut vna perſona reputentur, *l. ſi cum emptore ff. hoc tit.* vel pactum ſit celebratum cum principe, ciuitate, ſiue alio habente poteſtatem condendæ legis, *l. pen. & ibi DD. C. de donat. inter*

Digitized by Google

inter Vir. & vxor. Bart. in l. Caſar. num. 3. ff. de publ. & vectigal. Bart. in l. ciuitas n. 3. & 6. ff. ſi cert. pet. Item pactum factum in vna re, non extenditur ad aliam, *d. §. ante omnia l. 3. C. de tranſact.* fallit quando alia eſt acceſſoria illius, in qua pactum fit. *d. l. ſi vnus §. ſed ſi ſtipulatus verſ. fin. ff. hoc tit. l. 1. in princ. ff.*
6 *ſi quis cautionibus &c.* nullius eſt † momenti omnis pactio & conuentio, pro ſpiritualibus obtinendis, *c. fin. 1. reſp. & ibi gl. 1. allegat concordantes textus hoc tit.* de ſoluēdo collatori maiores ſolito penſiones, ex ipſis eccleſijs, *c. cum clerici hoc tit.* de futura ſucceſſione in beneficijs; *c. accepimus hoc tit.* eligenda ſepultura eſt, & electa non immutanda cum clericis ſæcularibus, vel regularibus, *c. 1. de ſepult. in 6. clem. cupientes §. fin. de pœn.* ſolutione decimarum alteri eccleſiæ vel pio loco, in præiudicium parochialium eccleſiarum, *c. plerique hoc tit.* redemptione eccleſiæ alienatæ, *c. quarelam de ſimon.* item remiſſio iuris ſpiritualis, renunciatio beneficij, ceſſio litis ſuper beneficio; pro aliquo temporali, etiamſi illud recipiat nomine expenſarum, quando renuncians habet ius in beneficio, vel de eo dubitabatur, quia videtur renunciare iuri ſpirituali pro temporali, & nomen expenſarum poſſet fingi in fraudem, *c. cum pridem hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo illicitæ pactionis & ibi Pan. num. 9. & Can.* tum quod iuri ſpirituali debet quis libere renunciare, *c. ex parte & ibi not. de off. deleg.* tum etiam quia pro iure quærendo in ſpiritualibus, non eſt licitum dare pecuniam, etiam ad redimendam vexationem; ſecus pro iure quæſito conſeruando, vnde qui certus eſt ſe habere bonum ius in beneficio, non peccat, ſi dat pecuniam ei, qui mouit iniuſte litem, vt deſiſtat ab illa vexatione; *Pan. in c. audiuimus ſub num. 1. verſ. aduerte & in c. matham numero quarto, & fuſius in c. dilectus filius el. 1. n. 3. & 4. de ſimon. Collect. in c. foras n. 23. de verb. ſignif. Sarn. in reg. de annali quaſt. 2. nu. 7.* pactum quoque rei turpis, aut impoſſibilis de iure, aut de facto, nullam obligationem inducit. *c. fin. in fine & ibi gloſſ. pen. hoc tit. §. quod turpi Inſtit. de inutil. ſtipul.*

De tranſactionibus. Titulus XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Tranſactionis definitio.*
2 *Tranſactio fit per pactum, aut Aquilianam ſtipulationem.*
3 *Tranſigere qui poſſint.*
4 *Tranſigere licet ſuper delictis publicis capitalibus imponentibus pœnam ſanguinis, puta mortis, aut mutilationis membri.*
5 *Excipe ab hac regula adulterium verum.*
6 *Tranſigere non licet in alijs criminibus publicis, quæ pœnam ſanguinis non irrogant.*
7 *Excipe crimen falſi.*
8 *Excipe crimen fractæ pacis.*
9 *Tranſigere, an ſit licitum in priuatis delictis.*
10 *Tranſigere aut paciſci non licet iure canonico de aliquo delicto.*
11 *Tranſactio eſt licita ſuper lite & controuerſia ciuili.*
12 *Niſi prohibeatur ſpecialiter, vt in caſibus enumeratis in textu.*
13 *Tranſactionis effectus.*
14 *Tranſactionem Vitiant error, calumnia ex parte actoris, falſitas inſtrumentorum & teſtium.*

DICTVM eſt de pactis quæ fiunt gratuito ſuper re certa, nunc ſubdit de tranſactionibus quæ non gratuito fiunt, ſuper re dubia; Eſt enim † tranſactio de re dubia, & lite incerta præ- 1
ſente vel futura, *l. eleganter § ſi poſt ff. de cond. indeb.* de iure aut de facto, *l. 2. C. hoc tit. & ibi Iaſ. num. 2.* non gratuita pactio, ſed aliquo data, retento, remiſſo, vel promiſſo, *l. 1. ff. hoc tit. & ibi Iaſ. nu. 5. l. de fidei commiſſo l. ſi ſuper & l. tranſactio C. eod. & ibi Iaſ. num. 1. l. lucius §. fin. ff. ad Trebel. Gail. obſ. 71. lib. 2.* ſiue totum detur pro toto, ſiue totum pro parte, vel plus detur quam petatur, aut nihil detur, ſed aliquo præſtetur, *l. lucius §. fin. ff. ad Trebel. Bald. in l. fin. num. 6. C. de execut. rei iud. Iaſ. in d. l. tranſactio nullo num. 1. C. hoc tit.* fit per pactum † aut aquilia- 2
nam ſtipulationem. *l. 2. l. aquiliana cum l. ſeq. & l. pacto ff. hoc tit.*

Tranſigere † poſſunt Dominus rerum ſiue a- 3
ctionum, tutor, curator cum decreto quando res immobilis vel mobilis pretioſa occaſione tranſactionis alienatur, & ſine decreto, quando eandem retinent; *l. non ſolum & ibi gl. pen. C. de præd. minor.* Procurator habens ſpeciale mandatum, aut liberam adminiſtrationē bonorum, vel cauſæ, vel datus ſit in rem ſuam, *c. qui ad agendum §. fi. hoc tit. in 6. & ibi glo. fin & Can. l. procuratore in rem l. procurator cui generaliter libera ff. de procur. l. iuſiurandum l. 2. §. fin. & l. ſeq. ff. de iureiur.* Prælatus cum conſenſu capituli & auctoritate ſuperioris,

 quando

Digitized by Google

quando res immobilis vel mobilis pretioſa per tranſactionem alienatur, ſed ſi eam retineat aliquo dato vel facto penes eccleſiam, tunc poteſt tranſigere ſine alterius conſilio, vel conſenſu, *l. nulli & ibi gloſ. & Bart. & DD. ff. hoc tit. Pan. in c. contingit n. 3. eodem.* ac ſine regio aſſenſu, *Afflict. deciſ. 232. ſub num. 8. Greg. xv. deciſ. 354. n. 14.* Valet quoque tranſactio Prælati ſine ſuperioris auctoritate, in qua agitur de recuperando iure deperdito, quod competit Eccleſiæ de iure communi, *c. 1. de pact. in 6. Felin. in c. veniens ſub nu. 5. de præſcript.* adminiſtrator ciuitatis, *l. præſes C. hoc tit. & gloſ. fin. ibidem.* vaſallus de feudo, *c. ſi vaſallus feudum §. ſi vaſallus de beneficio ſi de feud. cont ſit int. dom. & agn. vaſall. c. vnico de controu. inter vaſall. & alium de beneficio,*
4 Super delictis † publicis capitalibus imponentibus pœnam ſanguinis puta mortis, aut mutilationis membri, *l. imperium & ibi gloſſ. 2. ff. de iuriſd. om. iud.* non ictus fuſtium, quia non eſt capitalis, *l. capitalium ff. de pœn.* licitum eſt tranſigere & paciſci, *l. tranſigere C. hoc tit.* poſt inſcriptionem factam, ac datum fideiuſſorem, de perſequenda accuſatione, *Bald. in d. l. tranſigere ſub num. 4. verſ. iſta ſolutio videtur falſa,* quia licitum vnicuique ſanguinem ſuum quocunq; modo redimere, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſc. etc.* tam accuſato, quam accuſatori, quia ſi ipſe accuſator non probaret, punietur eadem pœna, qua reus accuſatus, *l. fin. C. de accuſ.* Dictaque tranſactio operatur Primo, reſpectu accuſatoris & accuſati, quantum ad impediendum ne iudex ex officio ſuo, aut illi tranſigentes, vel extraneus ſuper eodem proceſſu procedant, & definiat: ac reſpectu veteris proceſſus, & illius inſtantiæ præiudicat omnibus: *Bart. in l. tranſigere n. 7. & 8. & in l. ſi maritus §. ſi negauerint nu. 2. & 3. ff. ad l. Iul. de adult.* ſicque accuſatus euadit pœnam, quæ imponeretur ſi accuſator probaret delictum, accuſator euadit pœnam capitalem, in quã incideret, ſi in calumnia reperiretur; incidit tamen in Turpillianum, quia deſtitit, *l. ab accuſatione ff. ad SC. Turpill.* cuius pœna eſt pecuniaria *l. præuaricationis in fine ff. de præuar.* & infamia, *l. qui deſtitit. ff. ad SC. Turpill. l. qui accuſare ff. de accuſ.* Secundo operatur reſpectu accuſatoris, quia quamuis alius de eodem crimine, eundem de nouo accuſare, & nouum proceſſum facere poſſit, *l. qui cœtu §. fin. ff. ad legem Iul. de vi publ.* & iudex de nouo inquirere, *c. 1. & 2. de Colluſ. deteg.* ipſe tamen accuſator, qui tranſegit non poteſt poſt tranſactionem amplius accuſare, *d. l. ſi maritus §. ſi negauerint & ibi Bart. n. 4. l. qui deſtitit. ff. ad SC. Turpill.* Tertio operatur reſpectu accuſati, cui non imponitur pœna, quæ alias imponitur corrumpenti accuſatorem, *l. Imperatores ff. de iure fiſci.* nec habetur pro confeſſo prout alias haberetur; *l. fin. ff. de procur. Bart. in d. §. ſi negauerint n. 2 Iaſ. in d. l. tranſigere n. 3.* & generaliter leges, quæ puniunt tranſigentem, non habent locum, neq; leges quæ diſponunt de alijs effectibus tranſactionis; quia permiſſa eſt tranſactio, ſed d. lex, tranſigere, non dat robur tranſactioni, alias ſequeretur quod tranſactio eſſet totaliter extinctiua pœnæ delicti, & tolleret accuſationem competentem vnicuique de populo, *l. diuus & ibi gl. ff. ad Syllan. Bald. in d. l. tranſigere n. 4. in fine.* Excipitur ab † hac regula adulterium verum, in quo non eſt licita tranſactio, vel pactio fauore caſtitatis, & matrimonij, quia non ſolum delinquens puniendus eſt, ſed accuſator diſſimulans interpretatur committere lenocinium, vnde pactum in ſe habet admixtum delictum: *l. auxilium §. fin. ff. de minor. l. de crimine C. de adult.* Super adulterio præſumpto licita eſt tranſactio, *Iaſ. in d. l. tranſigere n. 5.* quod præſumitur, quando præmiſſa trina proteſtatione, reperitur aliquis alloqui mulierem, *auth. ſi quis ei C. de adult.* In † alijs criminibus publicis, 6
quæ ſanguinis pœnam non irrogant, non licet tranſigere, quando committuntur faciendo, ſecus ſi delinquatur omittendo; *l. 2. ff. ad SC. Syll. Bald. in d. l. tranſigere num. 28. & ibidem Iaſ. num. 7.* ne delicta remaneant impunita; *d. l. tranſigere,* tranſactio non valet, *l. iurigentium §. ſi paciſcar ff. de pact.* ex parte rei, quia in cauſis fiſcalibus aduerſarium corrumpens data pecunia, habetur pro confeſſo, & conuicto; *l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci.* ipſo facto eſt infamis, *l. athletas §. fin. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infamia l. ſi tutor C. de interd. matrim. &c.* & ad aliam pœnam iudex, ex eodem proceſſu, poteſt condemnare reum, *l. 2. C. de abolit. Bart. in d. l. tranſigere ſub num. 7. & Iaſ. num. 20. dans tres cautelas per quas reus tranſigens cum accuſatore non intelligitur ſibi præiudicare Bald. num. 34.* cui temporis præſcriptio non patrocinatur: *l. 1. §. fin. in fine ff. de iure fiſci,* aut ex parte actoris, quia extra ordinem punitur, *l. ſi quis repetere §. 1. ff. ad Turpill.* & amplius non audietur, non quod eum impediat tranſactio, ſed eum impedit deſiſtentia, & infamia, quæ ſequitur ex deſiſtentia, *l. qui accuſare ff. de accuſ.*

Note: the 5 in the right margin stands beside the line "ab † hac regula adulterium verum".

Digitized by Google

accuſ. l. qui deſiſtit ff. ad Turpill. Bart. in d. l. transfigere
num. 19. C. hoc tit. Cæteriſque non præiudicat,
non vi pactionis, quia non extenditur ad alias
perſonas, l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. l. impera-
tores in princ. & §. fin. ff. hoc tit. non vi præuentio-
nis, quia non dicetur præueniſſe, qui deſtitit, d §.
7 ſi negauerint, Excipe ab hac † regula crimen falſi,
in quo licita eſt tranſactio, quia poſt probatio-
nem, ei, qui falſum commiſit, imminet ſuppli-
cium capitale, ſi id exigat magnitudo commiſſi,
l. vbi falſi C. ad leg. Corn. de falſ. tum quia licet ho-
norem & ſtatum redimere, cum crimen falſi ſit
maxime opprobrioſum, & accuſatione introdu-
cta, ac pendente, tollit priuilegia perſonæ, l. ſi quis
decurio C. ad l. Corn. de falſ. ac priuilegia cauſæ, l. 1.
8 C. ad leg. Corn. de falſ. Excipe 2. quia † tranſactio
ſuper crimine fractæ pacis valet, licet ſit publi-
cum inter partes ſaluo tamen Iure Fiſci, Mynſ. obſ.
79. cent. 2. & obſ. 62. cent. 5. Paciſci licet accuſato
in his criminibus publicis, quę non irrogant pœ-
nam ſanguinis, quantum ad euitandam infa-
miam, quia reus paciſcens non habetur pro con-
feſſo, l. furti §. pactus ve ff. de his qui not. infam. Sed
non quantum ad impediendum proceſſum, quia
nullo modo licet deſiſtere: d. l. 2. C. de abolit. l. pri-
uatis l. ſi quis repetere §. 1. ff. ad Turpill. Intelligitur
autem tranſigere data pecunia, paciſci gratis, d. l.
furti §. pactus ve glo. in d. l. transfigere in verbo prohibi-
9 tum in fine. In priuatis criminibus, † ſiquidem
mota ſint criminaliter, non licet tranſigere, ne-
que paciſci l. iuris gentium §. ſi paciſcar ff. de pact. l. li-
citatio §. quod illicite ff. de publican. &c. ad impe-
diendum proceſſum, etiam quo minus iudex in-
quirat, quia tunc pœna venit applicanda fiſco,
Bart. in d. l. transfigere nu. 16. & 17. in fine & rationi-
bus ſupra allegatis, ante accuſationem poteſt quis
paciſci, ad impediendum ſe, non alium; Bart. in d.
l. transfigere n. 28. & ſeqq. Si vero ciuiliter agatur
poteſt tranſigi & paciſci, l. poſt deciſionem l. inter-
dum §. qui tutelam ff. de furt. l. ſi pro fure ff. de condict.
furt. l. ſi tibi §. quædam ff. de pact. Præterquam in a-
ctionibus furti, vi bonorum raptorum, iniuria-
rum, & de dolo, in quibus paciſci licet, tranſige-
re non licet, quia reus tranſigens habetur pro
confeſſo, & ipſo facto infamatur, §. ex quibuſdam
Inſtit. de pœn. tem. litig. & ibi gl. & DD. licet quan-
tum ad impediendum proceſſum & inſtantiam,
pactum & tranſactio valeant, l. 1. l. furti §. pactus de
his qui not. infam. Bart. in l. transfigere n. 16. hoc tit. &
ibi DD. Præfata † diſtinctio non procedit de iure 10
canonico, quia nunquam pro aliquo delicto im-
ponitur pœna ſanguinis, & omne crimen quaſi
publicum cenſetur, vnde non licet per pactum,
ſiue tranſactionem ab accuſatione recedere, c. 1.
& ibi gl. pen. de coll. deteg. & ibi Pan. n. 8. c. ſi quem §.
præuaricator & ibi gloſ. in verbo in omnibus 2. quæſt. 3.
Zab. in c. final. in 8. quæſt. hoc tit. niſi in crimine
falſi, Faber in d. l. transfigere in fine, aut quando po-
teſt tradi curiæ ſæculari, Pan. in c. 1. n. 8. de coll. de-
teg. vel venit imponenda pœna perpetuæ detru-
ſionis, quæ æquiparatur morti, Zab. in c fin. in 8.
quæſt. in fine de tranſact. Pan. in d. c. 1. ſub nu. 8. de coll.
deteg. aut iudex ſuper crimine diſpenſaret, aucto-
ritatem præſtando volentibus inter ſe gratiam
facere, c. fin. hoc tit. & ibi Zab. in 4. quæſt. c. ſi pri-
mates & ibi gloſſ. in verbo pacificare 5. quæſt. 2. & ibi
Archid. num. 1. l. furti §. qui iuſſit. ff de his qui not. in-
fam. Archid. in c. ſtudendum 90. diſt.

Super lite † & controuerſia ciuili licita eſt 11
tranſactio, c. 1. c. fin. hoc tit. l. cauſas C. eod. etiam fa-
moſa, §. ex quibuſdam Inſt. de pœna temere litig. l. in
actionibus ff. de ijs qui not. infam. ac criminali ciuili-
ter intentata, l. non diſtinguemus §. Iulianus & ibi gl.
in verbo famoſo delicto ff. de arbit. Bart. & DD. in l.
quid ergo §. cum autem verſ. ex compromiſſo ff. de his
qui not. infam. Pan. in c. veniens in 2. not. & in c. quinta
vallis in 1. not. de iureiur. quia agitur de ſolo præiu-
dicio partium, Pan. in c. literas num. 7. de præſumpt.
Bart. in d l. non diſtinguemus §. Iulianus ff. de arbit. &
DD. & ſuper ſeruili & aſcriptitia conditione, l fin.
C. hoc tit. Pan. in c. præterea il. 2. num. 4. hoc tit. &
cauſa conuerſionis & monachationis, gloſſ fin. in
d. l. fin. C. hoc tit. interueniente decreto epiſcopi,
Bald. in d. l. fin. poſt. gloſſ. & DD. niſi ſpecialiter pro-
hibeatur. prohibetur † autem ſuper ſententia, l. ſi 12
cauſa C. hoc tit. Mynſ. obſ. 47. & ſeq. cent. 4. niſi ap-
pellatio interceſſerit, aut appellari poſſit, l. & poſt
rem. ff. hoc tit. l. eleganter §. ſi quis poſt ff. de cond. indeb.
vel ſi ignoretur iudicatum, aut ignorari poſſit, an
iudicatum ſit; l. & poſt rem ff. hoc tit. controuerſijs,
quæ ex teſtamento proficiſcuntur, niſi inſpectis
& cognitis verbis teſtamenti, l. de his controuerſijs
ff. hoc tit. qualecunque ſit illud teſtamentum, ſiue
nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis; Cæſar. deciſ. 1 & 2.
hoc tit. qui explicat l. de his ff. de tranſact. ſed tranſa-
ctio ſuper exiſtentia teſtamenti ſuſtinetur ex fa-
ma, & vociferatione exiſtentiæ teſtamenti; l. 2. C.
de tranſact. l. 1. ff. eod. Greg. xv. deciſ. 149. futuris ali-

Digitized by Google

mentis,ſecus de præteritis,*l. de alim. C. hoc tit.* quæ
teſtamento, codicillis, aut mortis cauſa donata,
vel ab eo cui mortis cauſa donata, vel ſi implen-
dæ conditionis gratia, relicta ſint,abſque præto-
ris auctoritate; de alimentis, quæ non mortis
cauſa donata ſunt, licet ſine prætore auctore
tranſigere,*l. cum hi ff. hoc tit.* matrimonio, quando
per tranſactionem aliquid fit, contra vinculum
matrimoniale, ſecus ſi tranſactio fieret pro ma-
trimonio, vt quando partes contendentes de
matrimonio, per tranſactionem inducuntur ad
contrahendum de nouo, ſi nullum ſubſit impe-
dimendum, vel tale quod dependet ab earum
voluntate;*c. fin. & ibi Pan. n. 8. hoc tit.* ſuper futuris
decimis cum laico, vt omnino in perpetuum re-
mittantur, vel minus ſoluat, niſi auctoritate Pa-
pæ, qui ſolus poteſt eximere laicum à ſolutione
decimarum, *c. à nobis de decimis* ſuper perceptis &
ſubtractis decimis libere tranſigi poteſt; item ec-
cleſiæ liberius inter ſe poſſunt de decimis tranſi-
gere, *Pan. in c. ſtatuimus num. 7. hoc tit. & ibi Anch in
fine & Can. Capr. conſ. 100.* re ſacra, vel ſpiritua-
li, aut beneficio litigoſis, *c. ſuper eo hoc tit. c. fin. de rei
permut.* iure præſentandi, *c. præterea 1. hoc tit.* ſpiri-
tuali ſubiectione, *c. præterea 2. hoc tit.* etiam cum
iuramenti interpoſitione. *c. conſtitutus hoc tit.* Quę
procedunt primo, quando temporale pro ſpiri-
tuali datur; ſed valet tranſactio, ſi ſpirituale pro
ſpirituali datur auctoritate archiepiſcopi, non e-
ius Vicarij vel officialis, *Innoc. in c. 2. in fine hoc tit.
cap. Tholoſ. quæſt. 98.* in ipſo actu tranſactionis, &
non ex poſt facto, interpoſita, *Collect. in c. veniens
nu. 3. hoc tit. Capell. Tholoſ. quæſt. 98.* Quando epi-
ſcopus cum eccleſia ſibi ſubdita: vel epiſcopi,
quando eccleſiæ ſibi ſubditæ, vel etiam inferio-
ris prælati, quando eccleſiæ pleno iure ſibi ſub-
iectæ tranſigunt ſuper decimis, aut alio iure ſpiri-
tuali, *gloſſ. in d. c. ſuper eo in verb. ſuper re ſacra d. c.
ſtatuimus & ibi Pan. num. 2. 3. 4. & 5. & in c. præterea
el. 2. num. 2. hoc tit.* Limita 2. quando eccleſia, vel
alia res ſacra deducitur in iudicium tanquam
proprietas, *gloſſ. 1. in d. c. ſuper eo circa finem Pan. in
d. c. ſtatuimus num. 8.* Limita 3. in amicabili com-
poſitione nullo dato, vel retento, etiam abſque
ſuperioris auctoritate, *d. c. ſuper eo in fine in verbo
inter ſe & ibi Pan. nu. 2. & 3.* niſi per compoſitio-
nem alter dimittat beneficium à ſe poſſeſſum,
nam non poteſt poſſeſſor quoquo modo benefi-
cium dimittere, ſine ſuperioris auctoritate, *c. ad-
monet c. quod in dubijs de renunc. Pan. in c. cum pridem
de pact. num. 3.* Tranſactio inita poſt citationem
emanatam ad inſtantiam actoris pendente ter-
mino ad comparandum circumducit ipſam ci-
tationem vt reus amplius comparere non tenea-
tur, *Alex. in l. 2. in fin. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.
Mynſ. obſ. 47. in princ. cent. 4.* & tollit † inſtru- 13
menta, & omnia iura, quæ partibus vel ex tem-
poris præſcriptione, ſeu aliter opem de lege, aut
quocunque priuilegio ferre poterant, & ſola pa-
ctorum habitorum pagina validum perpetuum-
que robur obtinet, *c. 1. hoc tit. Mohed. deciſ. 3. de
tranſact. Iaſ. & DD. in l. fratres C. de tranſact.* & ex
ea nudo pacto inita, iure canonico datur actio,
c. 1. & c. qualiter de pact. iure ciuili etiamſi facta ſit
apud acta, in præſentia iudicis, reo datur exce-
ptio, actori non datur actio, quia actori ſupereſt
vetus actio, ad quam poteſt redire, ſi fides tranſ-
actionis non ſeruetur, *l. ſiue apud acta C. hoc tit.* niſi
ſubdita illuxerit Aquiliana ſtipulatio, quæ om-
nem actum ipſo iure perimit, *l. actione l. vt reſpon-
ſum l. vbi pactum C. hoc tit. l. Aquiliana ff. eod.* Secun-
do non minor eſt auctoritas tranſactionis quam
rei iudicatæ, *l. non minorem C. hoc tit.* Tertio non
reſcinditur prætextu inſtrumenti poſtea reperti,
l. ſub prætextu C. hoc tit. aut prætextu læſionis, vl-
tra dimidium iuſti precij, *Bald. in l. 2. C. de reſcind.
vend. num. 7. & 8. & ibi DD. Iaſ. in l. ſi quis eum ali-
ter numer. 13. ff. de verb. oblig. & ibi DD. Afflict. deciſ.
220. numer. 2. Gail. obſ. 70. lib. 2. Mynſing. obſer. 33.
cent. 1.* Quarto impedit litis ingreſsū ſiue litis co-
teſtationem, *l. fratris C. hoc tit.* Quinto in ea non
habet locum pœnitentia, *l. quamuis C. hoc tit.* ab
ea receditur mutuo conſenſu reſtituta pecunia
accepta, & cauſa ex integro agitur, *l. ſi diuerſa
C. de tranſact. Greg. xv. deciſ. 354. & ibi annot. am-
pliat. 3. & limitat. 6. modo.* Sexto ſi fundus dimit-
titur ex cauſa tranſactionis, non debetur euictio,
ſecus ſi datur, *l. ſi pro fundo C. hoc tit.* Septimo fa-
cta ſuper re ſpirituali, auctoritate ſuperioris ligat
eccleſiam, & ſucceſſorem, alias ligat tantum ip-
ſum tranſigentem, *c. de cætero c. veniens hoc tit. Greg.
xv. deciſ. 152.* Octauo concordia quæ innititur
priuilegijs, vel præſcriptione, non dicitur con-
tra ius, ac ſacros canones, ac iurata & confirmata
à ſede apoſtolica eſt omnino ſeruanda, *Seraph. de-
ciſ. 460. & deciſ. 475. per c. irrefragabili § 1. de offic.
ord.* nec indiget verificatione, *c. pen. de confirm. v-
tilit. Seraph. deciſ. 709. nu. 2.* Vitiant † tranſactio- 14

nem

nem error etiam in parte, quia remouet conſenſum: *Angel. in l. qui Romæ §. duo fratres in 1. quæſt. nu. 8. ff. de verb. obligat. & ibidem Alex. numer. 54. Cæſar. deciſ. 1. hoc tit.* calumnia ſiue dolus, ex parte actoris; *gloſſ. in l. 1. in verbo qui tranſigit ff. hoc tit. Iaſ. in l. 2. ſub nume. 2. C. eod. c. ſuper eo. & ibi gloſſ. in verbo dato eod. & Can.* ex parte vero rei, non vitiat ipſo iure, ſed in effectu, & reſcinditur per actionem de dolo; *Iaſ. in l. ſub prætextu num. 8. C. hoc tit. Zab. in d. c. ſuper eo. in 3. quæſt.* falſitas inſtrumentorum, & teſtium productorum, quatenus eorum prætextu facta reperitur, niſi ſuper falſo fuerit tranſactum, *l. ſi ex falſis C. hoc tit. & ibi Bart. nu. 5. & 8.*

De poſtulando.

Titulus XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Poſtulare quid ſit.*

2 *Poſtulare quilibet poteſt.*

3 *Poſtulare prohibitorum tres ſunt ordines, quidam in totum poſtulare prohibentur.*

4 *Quibuſdam pro alijs ne poſtulent prohibetur.*

5 *Quibuſdam non in totum denegatur poſtulandi facultas, ſed ne pro omnibus poſtulent.*

6 *Sacerdotibus indifferenter prohibetur poſtulatio.*

7 *Diaconi, ſubdiaconi, etiam ſine titulo promoti, & clerici in minoribus ordinibus conſtituti ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram iudice ſæculari aduocati in ſæcularibus negotiis fieri prohibentur.*

8 *Secus in cauſis eccleſiaſticis.*

9 *Clerici contra eccleſiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocati pœna.*

10 *Clerici omnes indiſtincte in foro eccleſiaſtico Aduocati & procuratores eſſe poſſunt.*

11 *Monachi & Canonici regulares non poſſunt eſſe aduocati.*

IN pactione, tranſactione, tractatu & diſcuſſione litium, vocati ad iudicia ſolent ſibi quærere & adhibere aduocatos, ideo compilator ante tractatum de iudicijs præmittit de poſtulando.

1 Poſtulare † eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui, apud eum, qui iuriſdictioni præeſt proponere, vel alterius deſiderio contradicere. *l. 1. §. poſtulare ff. hoc tit. Gail. obſ. 43. lib. 1.* Quilibet † poſtulare poteſt, niſi prohibeatur tam ingenuus, quam libertus, *l. 2. C. hoc tit.* literatus, & illiteratus, dummodo habeant experientiam cauſarum ex conſuetudine, *l. pen. C. de iud. l. 1. §. poſtulare & ibi gloſſ. in verbo exponere ff. hoc tit.* verum illiteratus inter aduocatos non numeratur. *l. nemini §. iubemus §. nec de cætero C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraord. cognit.* 2

Prohibitorum † tres ſunt ordines, *c. infames §. nam vt præmiſimus 3. quæſt. 7. l. 1. ff. hoc tit.* quidam in totum poſtulare prohibentur, vt minor annis decem & ſeptem, qui eos non in totum compleuit: *§. fin. in fine Inſt. quibus ex cauſ. manumittere non licet l. 1. §. initium autem ff. hoc tit.* ſurdus qui omnino non audit; quia decretum prætoris exaudire non poteſt; *d. l. 1. §. propter caſum c. infames §. nam vt præmiſimus 3. quæſt. 7.* quibus iudex, quia pro ſe prohibentur poſtulare, aduocatum dat cum ſalario clientuli, & datus cogitur patrocinium ſuſcipere, niſi iuſtam excuſationem habeat, *d. l. 1. §. ait prætor. & ibi gloſſ. in verbo non habebunt & DD. l. prouidendum C. hoc tit.* In ſecundo ordine ponuntur ij, qui pro alijs ne † poſtulent, prohibentur, vt mulieres, ne contra pudicitiam ſexui congruentem virilibus officijs fungantur: *d. l. 1. §. ſecundo loco l. alienum C. de procurat.* cæcus vtriſque luminibus orbatus; quia inſignia magiſtratus videre & reuereri non poteſt; *d. l. 1. §. caſum,* & perſonæ turpitudine notabiles, vt muliebria paſſus, de capitali crimine damnatus, calumniæ cauſæ iudicio publico damnatus, qui operas ſuas, vt cum beſtijs pugnaret, locauit, ſiue depugnauit, ſiue non: ſed eſt æquiſſimum ſi tutelam vel curam huiuſmodi perſonæ adminiſtrent, poſtulare eis pro his, quorum curam gerunt, concedi. *d. l. 1. §. remouet autem & §§. ſeqq. d. c. infames §. alij prohibentur l. fœminis ff. de procurat.* Tertius ordo eſt eorum, quibus non in totum † denegatur poſtulandi facultas, ſed ne pro omnibus poſtulent, quaſi minus deliquerint, quam hi, qui ſuperioribus capitibus notantur; vt qui lege, *l. improbum C. de his qui not. infam. l. eadem §. 1. ad l. Iul. repet.* plebiſcito, *l. plebiſcito ff. de offic. præſid. l. ſolet in fine ff. de offic. procon. & leg.* ſenatuſconſulto, *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi priuat. L. 1. §. 1. A. ad Leg. Iul. de ambitu,* ac etiam principum placito, *l. fin. C. hoc tit. l. iubemus §. petitiones C. de aduoc. diuerſ. iud. l. ſi quis maior C. de tranſact.* poſtulare prohibentur, edictone prætoris, *l. pen. l. quos prohibet & ibi gloſſ.* 3 4 5

Digitized by Google

ibi gloſſ. 1.2. ff. hoc tit. aut iudicis decreto, *l.1.§.pro-
uidendum C.hoc tit. l.puto §.1. l. ex ea ff.eod.* cum di-
ſtinctione, quod ſi afficiat perſonam, porrigit ef-
fectum ſuum vbicunque locorum; ſi non afficiat,
quia fertur ex cauſa, quæ non irrogat infamiam,
porrigit effectum ad villas, & caſtra territorij il-
lius, ſed non extra territorium iudicis, *d.l.ex ea &
ibi Bald.num.1.& 2.& DD.communiter*, etiamſi lex,
aliaue conſtitutio generaliter & indefinite lo-
quantur, & in illis non inueniantur aliquæ per-
ſonæ exceptæ, *l.1.§. ait prætor. qui lege & ibi gloſſ.in
verb.ait prætor. verſ. ſed quomodo ff.hoc tit.* & omnes
qui edicto prætoris vt infames notantur, non ta-
men ſumma infamia, *l.2.§. ignominiæ verſ.ait præ-
tor. cum l.ſeq. l.furti §.fin. cum l.ſeq.ff. de his qui not.
infam.* Qui omnes pro ſe, & certis perſonis po-
ſtulant, videlicet pro parente, patrono, patrona-
ue; liberis parentibuſue patroni, patronæque, li-
ber s ſuis, fratre, ſorore, vxore, certis perſonis af-
finitate præſenti, non quæ quondam fuit con-
iunctis; ac ijs quorum tutelam & curam gerunt;
& generaliter quando non ſponte, ſed neceſſario
officio funguntur: pro alijs autem non poſtulant:
qui aduerſus ea feciſſe monſtretur, pro alijs in-
terdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtima-
tione iudicis extra ordinem pœna pecuniaria
mulctatur. *l.1.§. qui aduerſus & §. vt in initio, & §.
ait prætor. & ibi gloſſ. in verbo lege & §§. ſeqq. & l.cui
eorum cum ll.ſeqq. ff. hoc tit. & ibi gloſſ. & DD. d.c.in-
fames §.alij enim omnes & §§.ſeqq.* Sacerdotibus in-
differenter † prohibetur poſtulatio, præterquam
7 in quatuor caſibus: *c.cum ſacerdotis & ibi Pan. poſt
Ioan. And. & alios hoc tit. contra Hoſtien.* clerici in
ſubdiaconatu & diaconatu, etiamſi ſint ſine titu-
lo promoti; in minoribus quoque ordinibus
conſtituti ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtentantur,
coram ſæculari iudice aduocati in ſæcularibus
negotijs fieri prohibentur; niſi propriam cau-
ſam, aut eccleſiæ fuerint proſecuti, vel ſi neceſſi-
tas immineat pro perſonis coniunctis, aut miſe-
rabilibus, quæ proprias cauſas adminiſtrare non
poſſunt, *c.1. c.fin hoc tit. & vtrobique gloſſ. & DD.*
8 in cauſis eccleſiaſticis † coram iudice ſæculari
aduocati officio fungi poſſunt. *Pan.in c.1.num.3.
& 4.hoc tit.per text.d.cap.1.ſumpto argumento à con-
trario ſenſu.* Dicitur negocium eccleſiaſticum, aut
ratione perſonæ, vt quia perſona eccleſiaſtica, ſe-
quendo forum rei, litigat coram ſæculari; *c.expe-
rientia cum cc.ſeqq.11.quæſt.1.* vel ratione delicti, vt
quia pro ſacrilegio, eccleſia vult conuenire lai-
cum, coram iudice ſæculari, *c.cum ſit generale de fo-
ro compet.* vel ratione rei de qua agitur, vt quia res
eſt eccleſiæ, *c.ſi clericus de foro compet. Pan. in d.c.1.n.
3.hoc tit.* alias quod ſi conſtituti in minoribus or-
dinibus, non habent huiuſmodi ſtipendia, co-
ram ſæculari iudice poſtulare poſſunt in cauſa
ciuili, *gloſſ.in ſumma & c.vnico 15. quæſt. 2.in fin.* &
licite exigunt ſalariũ, *c.non ſane 14. q.5. l.1.ff. de var.
& extra ord. cognit.* lite ſeu cauſa finita, *l. Archia-
tri C. de prof. & med. lib.10. late Sal.in l.1. nu.7. C.de
ſuffrag. Mynſ.obſ.7.& 8.cent.3.* ſed non in criminali
vbi de ſanguinis pœna agitur, *c.ſententiam ne cleri-
cus vel monachus c.his à quibus 13. quæſt. fin.* licet qui-
dam contendant, eos pro accuſato poſſe poſtula-
re ſed non pro accuſatore, ſed tutius eſt abſti-
nere, *c. aliquanto & ibi gloſſ. in verbo ad ſacerdotium
51.diſt. Ioan. Andr. num.xi. Pan.num.5. Anchar.in c.1.
nu. 7. hoc tit.* Clericus † qui contra eccleſiam à 9
qua beneficium obtinet, pro extraneis aduoca-
tus, aut procurator eſſe præſumit, tanquam in-
gratus poteſt huiuſmodi beneficio ſpoliari. *c.fin.
§.fin.& ibi gl.fin. hoc tit. & Can. c.ſi Imperator & ibi
gloſſ. in verbo beneficia & Archid.ſub n.2. et 3. & Can.
96.diſt.* In foro † eccleſiaſtico omnes clerici indi- 10
ſtincte poſſunt poſtulare, *Pan.in c.1.n.3.hoc tit.per
illum textum c.deniq. 14.quæſt.5.& ibi gloſſ.fin.gloſ.in
ſum.15.quæſt.2.* Monachi † & canonici regulares 11
non poſſunt poſtulare, niſi cum vtilitas monaſte-
rij expoſcit, & de mandato ſuperioris, *d.c.ex parte
hoc tit. & ibi gloſſ.in verbo imperante*, tam in foro ec-
cleſiaſtico quam ſæculari. *Pan.in d.c.ex parte n.2.*

De Procuratoribus.

Titulus XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Procurator eſt qui aliena negocia mandato Do-
mini gratuito adminiſtrat.*
2 *Procuratorem quilibet conſtituit.*
3 *Prælatus.*
4 *Clericus ſæculares ratione ſuæ præbendæ.*
5 *Sacerdos cui eccleſia eſt collata, commiſſa, com-
mendata.*
6 *Monachus cui commiſſa eſt adminiſtratio obedien-
tia*

7 *Mona-*

7 *Monachus in omnibus caſibus in quibus per ſe poteſt eſſe in iudicio.*
8 *Procurator quilibet poteſt conſtitui.*
9 *Religioſus prohibetur eſſe procurator.*
10 *Fœmina.*
11 *Coniuncta perſona in cauſa prophana admittitur, ſed non in cauſa beneficiali.*
12 *Minor viginti quinque annis in iudicialibus.*
13 *Procurator interuenire poteſt in cauſis pecuniarijs*
14 *In Cauſa criminali eſt diſtinguendum.*
15 *Mandatum procuratoris quomodo probetur.*
16 *Mandatum quando præſumatur.*
17 *Procurator recipit poteſtatem ſeu exercitium tempore præſentationis & receptionis mandati.*
18 *Conſors pro conſorte admittitur in cauſis prophanis & beneficialibus.*
19 *Procurator & nuncius quomodo differant.*
20 *Procuratores plures ſimul & ſimpliciter deputati ad idem, complexiue dati intelliguntur, & vnus ſine altero non debet admitti, ſiue ſint conſtituti ad negocia, ſiue ab actore ad iudicia.*
21 *Fallit dicta regula tribus modis.*
22 *Procuratoribus pluribus datis inſolidum, melior eſt conditio illius, qui per litis conteſtationem primitus negocium occupauit.*
23 *Reus non poteſt conſtituere plures procuratores ſimpliciter, aut inſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis.*
24 *Procurator ad futuras controuerſias poteſt conſtitui ſimpliciter datus non videtur datus ad futuras lites.*
25 *Geſtorum à procuratore præſumitur ignorantia.*
26 *Aduocatus vel procurator patrocinando actori ſuper re, in qua ius habet, an illud perdat.*
27 *Procurator ad negotia re integra à Domino poteſt reuocari.*
28 *Procurator ad iudicia poteſt per Dominum libere reuocari ante litem conteſtatam.*
29 *Procurator ad iudicia poſt litem conteſtatam inuitus non poteſt reuocari.*
30 *Procurator, poſtquam ſemel acceptauit mandatum, non poteſt pœnitere.*
31 *Procurator ad iudicia non poteſt ſubſtituere niſi poſt litem conteſtatam.*
32 *Procurator ad negocia datus poteſt libere quandocunque alium ſubſtituere.*
33 *Procurator datus ab homine cum poteſtate ſubſtituendi, non poteſt reuocare à ſe ſubſtitutum, poſt ſuſceptum mandatum.*
34 *Fallit dicta regula quinque Caſibus.*
35 *Procurator habens mandatum à lege, puta ſi datus fuit in rem ſuam, vel fuiſſet litem conteſtatus, poteſt ſubſtitutum à ſe reuocare poſt ſuſceptum mandatum re integra.*
36 *Mandatum finitur multis modis, datum à rectore eccleſiæ ſeu beneficij pro eccleſia ſiu beneficio eius morte naturali & ciuili, datum vero pro perſona ſua re integra, morte rectoris finitur.*
37 *Mutatione conditionis perſonæ procuratoris in deterius.*
38 *Reuocatione.*
39 *Secundum mandatum ſiue ſecunda procuratio ad idem tacite reuocat primam.*
40 *Spontanea comparitione Domini.*

PACTIONE & tranſactione deſperatis ſolent actor & reus quærere procuratores, ad cauſas ſuas agendas & defendendas, de quibus nunc eſt dicendum, ſimilem titulum habemus in Inſtit. Imper. libr. 4. de his per quos agere poſſumus. Procurator eſt † qui aliena negotia mãdato Domini gratuito adminiſtrat, *l. 1. ff. hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo aliena l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* Quilibet † conſtituit procuratorem, niſi prohibeatur, 2
1
quia hoc edictum eſt prohibitorium, *l. mutus in pr. ff. hoc tit. & ibi gloſ. in verb. hoc edictum,* Prælatus in bonis † communibus quoad rem & quoad ad- 3
miniſtrationem, vel etiam quoad adminiſtrationem tantum, licet quoad rem diuiſis conſtituit procuratorem, & ante litem conteſtatam, *c. cum cauſam de iuram. calum. & ibi Innoc. Franc. in c. 1. § licet ſub num. 2. hoc tit. in 6. Alex. in l. neque tutores ſub num. 6. C. de procur. & ibi DD.* quia in his Prælatus ſolus habet legitimam adminiſtrationem generalem, ſed non liberam, *c. ſi. 5. quæſt. 3. & ibi Prapoſ. num. 7. & ſeqq. Archid. numer. 11. & ſeq. Gemin. num. 6. & 7.* ac agit & conuenitur ſine conſenſu ſine capitulo & conuentu, *c. edoceri & ibi cont. gloſſ. Innoc. nu. 4. Pan. nu. 6. Felin. nu. 2. & 6. & Can. de reſcript. 5. quæſt. 3. c. fin. & ibi gloſſ. pen. Lapus alleg. 48. licet materia Rot. deciſ. 3. de confeſſ. in nou. Capell. Tholoſ. quæſt. 29.* cuius conſenſus requiritur, quando Prælatus conſtituit Procuratorem, generalem & perpetuum, qui omnia negotia gerat, tam in iudicio quam extra, *Pan. in d. c. edoceri num. 9. & ibi Zab. in 5. quæſt. verſ. ſed Innoc.* ac in arduis & tangentibus ſtatum eccleſiæ, vt eius libertatem, ſubiectionem, bonorum alienationem,

honores,

honores, limites eccleſiæ, c. 1. hoc tit. c. cauſam quæ de iud. Felin. in d.c. edoceri, in 1. declaratione Rot. d. deciſ. 3. num. 4. Zab. in d.c. edoceri quæſt. 10. verſ. ſecundo caſu Lapus alleg. 48. num. 8. niſi ardua deducerentur per viam poſſeſſorij, quia cauſa de ſola poſſeſſione dicitur parua, licet agatur de magna re, Dec. in c. cauſam quæ num xi. & ſeqq. de iud. Rot. deciſ. 1. de offic. Archid. in antiq. Achill. deciſ. 8. hoc tit. Si lis oriatur inter Prælatum & Collegium, ſuperior, aut iudex etiam delegatus, vel ſubdelegatus, c. fin. de iud. in 6. Gem. in in c. fin. 5. quæſt. 3. in gloſſ. ſed nunquid ſi canonici, dabit Collegio curatorem ad litem, quando nomine eccleſiæ agitur, ſicuti cum pupillus agit contra tutorem, c. fin. 5. quæſt. 3. gloſſ. 1. in d.c. edoceri in fine de reſcript. c. ſignificauit & ibi gloſſ. in verb. conſtituebat actorem de appell. licet Pan. ibi n. 8 gloſſ. reprobet & male, quia quando agitur nomine eccleſiæ, capitulum ſiue conuentus non habet in bonis communibus legitimam adminiſtrationem, ex ſupra allegatis. & eccleſia eſt loco filij, Prælatus loco patris, c. fin. 68. diſt. & ibi glo. in verb. illos. ſecus ſi ageretur nomine proprio, vt cum vna pars canonicorum petit electum ſuum confirmari, alia contrarium petente, quia quælibet pars, quæ pro ſuo intereſſe contendit, agere poteſt, ſine auctoritate ſuperioris, c. eccleſia c. cum olim de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Innoc. in d.c. edoceri num. 3. Quando bona Prælati & Conuentus ſiue capituli ſunt omnino diuiſa, in fundatione de cõſenſu patroni, arg. c. dilectus de conſuet. c. quanto de cenſib. vel poſt conſecrationem auctoritate epiſcopi, c. quoniam de vit. & honeſt. cleric cap. 2. de releg. dom. c. ſicut de exceſſib. prælat. vel ex conſuetudine contra diſpoſitionem iuris communis, Pan. in d.c. edoceri in vlt. not. aut ex ſtatuto abbatis & conuentus cauſa vitandi ſcandali, Pan. in d.c. edoceri num. 3. in fine, tunc Prælatus non agit pro rebus conuentus, neque conſtituit procuratorem, ſed conuentus ſeu Capitulum poterit in rebus ſuis agere, & conſtituere Procuratorem ſine Prælato, d.c. edoceri in fine & ibi Zab. in 5. quæſt. contra quemcunque ac etiam Prælatum ſine curatore: quia habet legitimam adminiſtrationem, Zab. in d.c. edoceri in 7. quæſt. & ibi Pan. num. 13. Ioan. And. numer. 15. l. 1. §. quibus ff. quod cuius vniu. nom. c. cum eccleſia c. cum olim de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. cum veniſſet ibi ad petitionem eboracen. capituli de inſtit. præterquam in arduis, ex ſupradictis, niſi hæc deducerentur per viam poſſeſſorij, Dec. in d.c. cauſam quæ numer. 21. & ſeqq. Achill. d. deciſ. 8. in fine, quia regulariter vbicunque quis poteſt agere & defendere, poteſt etiam Procuratorem conſtituere tam ante litem conteſtatam, quam poſtea, l. 1. & ibi gl. in verb. vel nolunt quæ ponit fall. & Bart. ff. de procur. glo. in clem. religioſus in verbo conſtituere hoc tit. c. ex parte de reſtit. ſpoliat. Pan. in c. cum I. & A. numer. 24. & ſeq. de ſent. & re iud. Si aliqua ſint communia, aliqua diuiſa, quando ex toto diuiſa eſt adminiſtratio, etiamſi aliquæ res, vna, vel plures ſint communes, tunc in talibus communibus cenſentur tanquam ſocij, & vnus ſine alio non diſponit: arg. l. per fundum ff. de ſeru. ruſt. præd. c. in re communi de reg. iur. in 6. quod ſi adminiſtratio eſt pro parte diuiſa, pro parte communis, tunc ſuper communibus agit & conſtituit Procuratorem, ſolus Prælatus, arg. §. nihil autem Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. cum ibi not. Zab. in d.c. edoceri in 10. quæſt. Imol. num. 6. & 7. & Can. communiter, Dicuntur bona diuiſa, quoad rem, ſed non quoad adminiſtrationem, quando certa bona ſunt deputata pro menſa abbatis, & certa pro menſa Conuentus, ſed abbas adminiſtrat, ac ſi bona ex toto eſſent communia: c. poſſeſſiones de rebus eccleſ. alien. & c. Dicuntur vero omnino diſcreta, quando Conuentus per ſe, vel alium perpetuum vel temporalem miniſtrum adminiſtrat, bona ſibi deputata, & idem facit abbas de ſuis, Zab. in d.c. edoceri in 8. quæſt. per illum text. in fine, Nomine Prælati cenſentur, Epiſcopus, abbas, Decanus cathedralis eccleſiæ, c. edoceri de reſcript. c. cum ab eccleſiarum de off. ord. Bald. in l. 1. num. 8. C. de ſeru. reip. manum Fel. in c. ex parte el 3. ſub 1. verſ. ſubdit etiam quod iſte textus de reſcript. Put. deciſ. 209. lib. 3. Prior alicuius monaſterij, quilibet inferior Prælatus, cui principaliter competit adminiſtratio collegiatæ eccleſiæ, c. cum non ignores de præb. Pan. in d. c. edoceri ſub num. 3. verſ. ad octauam & vlt. quæſt. & ibi Imol. ſub num. 10. verſ. extra gloſſ. Præ-
terea procuratorem † conſtituunt clericus ſæcu- 4
laris ratione ſuæ præbendæ, Innoc. in d.c. edoceri in fine & ibi Ioan. Andr. numer. 16. Zab. in 4. quæſt. Caputaq. deciſ. 91. part. 1. quando agit contra canonicum, vel Capitulum, ſed ſi ageret contra extraneum, requireretur conſenſus Capituli cuius intereſt, quod non diminuatur præbenda, & ita ſeruat Curia: c. cum veniſſent & ibi Pan. ſub num. 8. in verb. vel ad petitionem de inſtit. collect. in d.c. edoceri
num. 6. Sacerdos † cui eccleſia eſt collata, com- 5
miſſa, commendata, data in adminiſtrationem,

vel

Digitized by Google

vel gubernium: *c. l. perpetuum de fid. Inſtr. c. quere-*
6 *lam de elect. c. presbyter 32. diſt.* monachus † cui cō-
miſſa eſt adminiſtratio alicuius obedientiæ; *c. cum*
deputati de iud. Ioan. And. in d. c. edoceri num. 3. 4. & 5.
Zab. in 1. & 2. quaſt. Secus ſi monacho commiſſa
ſit adminiſtratio alicuius villæ, vel poſſeſſionum,
Innoc. in d. c. edoceri n. 7. & ibi Ioan. And. n. 15. Zab. in
3. quaſt. de quo nūc fruſtra diſputatur, quia Con-
cilium Tridentinum prohibuit ſuperioribus, ne
deinceps bona ſtabilia alicui Regulari conce-
dant, etiam ad vſumfructum, vel vſum, admini-
ſtrationem, aut Commendam, *c. nemini §. nec de-*
inceps ſeſſ. 25. de regul. monial. De Stylo Curiæ Re-
gularis habēs adminiſtrationem ſeu beneficium
infra clauſtrum, non poteſt agere, aut reſcriptum
impetrare ſine Prælato ſuo, etiamſi bona habeat
diſtincta, licet contra eum Curia decernat re-
ſcriptum; *Collect. in d. c. edoceri ſub num. 3.* quia ex
quo eſt infra clauſtrum, ſupponit Stylus Curiæ,
quod nunquam debet exire ſine Prælati licentia,
c. ſicut ex literis & ibi Pan. numer. 3. in fine de iuretur.
7 Item † monachus in omnibus caſibus, in quibus
per ſe, perſonaliter poteſt eſſe in iudicio, poteſt
conſtituere Procuratorem, *gloſſ. in clem. religioſus*
in verbo conſtituere quæ caſus aliquot enumerat de pro-
curat. & ibi Pan. n. 7. & Can. Fel. in c. cum dilecta nu.
15. & ſeqq. de reſcript. Maior 14. & minor 25. annis
in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus, ac de-
pendentibus ab ijſdem, per ſe, vel procuratorem,
ad agendum & defendendum admittitur, *c. ſi an-*
num de iud. in 6. Creſcent. deciſ. 11. n. 4. de re iud. in cæ-
teris cauſis ciuiliter, vel criminaliter Conuentus
non habet legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio, *l. clarum C. de auth. præſt. Mynſ. obſ. 35. cent. 2.*
ſed curator ad litem ei dandus eſt, qui ipſius no-
mine iudicium exerceat, *l. 1. § fin. & ibi gl. fin. ff. de*
minor l. acta § fin. ff. de re ind. Gail. obſer. 108. libr. 2.
Mynſ. obſ. 87. cent. 1. & obſ. 31. cent. 2. Minor intra
14. annum exiſtens in beneficialibus cauſis et-
iamſi habeat tutorem per iudicem ſecularem ſi-
bi datum, agit & defendit per Procuratorem, vel
Curatorem, conſtitutum autem iudicis ordina-
narij eccleſiaſtici ac etiam delegati ad eas dati; in
eiſdem quoque patris in cuius poteſtate eſt cleri-
cus nequaquam requiri debet conſenſus, *d. c. ſi*
annum §. ſi vero & §. fin. c. iud. in 6. & ibi Franc. &
8 *Can. communiter.* Quilibet † poteſt conſtitui Pro-
curator, etiam filiusfamilias ſine conſenſu patris,
c. qui generaliter §. fin. hoc tit. in 6. laicus in cauſis
ſpiritualibus, *c. 1. hoc tit. in 6.* Prohibentur autem
infames ſecundum canones: *c. 1. & ibi gloſſ. in ver-*
bo nec procurator & c. 2. 3. quaſt. 7. Religioſus † ſine 9
ſuperioris ſui licentia, niſi pro ſuo in eadem lite
conſorte: *cl. religioſus hoc tit.* Abbates poſſunt eſſe
Procuratores alterius, quam ſuæ eccleſiæ, in ne-
gotio eccleſiaſtico, quia regulariter prohibitià
poſtulando vel procurando intelliguntur pro-
hibiti, quando generaliter ſe exercent, tamen ſi
vna cauſa vellent exercere procuratorem, non
intelliguntur prohibiti: *c. conſtitutis 23. & ibi per il-*
lum text. pauper num. 2. de appell. Innoc. in c. ſacerdo-
tibus & in c. ſed nec cler. vel monach. fœminæ, l. alie-
num C. hoc tit. niſi † pro filijs aut parentibus, quos 10
morbus, aut ætas impedit, nec quemquam, qui
agat, habeant, *l. fœminis & ibi gl. ff. hoc tit.* In cauſis
prophanis coniuncta † perſona admittitur pro 11
coniuncta ſine mandato præterquam in caſibus
requirentibus ſpeciale mandatum, *l. exigen. l. &*
ibi Iaſ. numer. 3. ponit regulam cum 2. ampliat & 17.
fall. & DD. communiter C. hoc tit. Rot. dec. 34. hoc tit.
in antiq. præſtita cautione de rato, *l. 3. § 1 ff. iud.*
ſolu. Bart. in l. 1. num. 5. C hoc tit. Specul. tit. de coniun-
cta perſona n. 1. Sed non conſtituit procuratorem,
niſi poſt litem conteſtatam, *Rot. dec. 34. hoc tit. in*
antiq. Dec. in c. intelleximus num. 61. & 65. de Iud. Fe-
lin. in cap. cum I. & A. rub. num. 8. verſic. declara du-
pliciter de re iud. & Can. Ad defendendum reum
quælibet extraneus admittitur cum ſatiſdatione
de iudico ſoluendo, *d. l. exigendi C. h. tit. l. ſeruum,*
quoque in fin. & ibi gl. in verbo datur. & DD. ff. hoc tit.
Specul. in tit. de defenſor. In cauſa beneficiali in qua
ſufficit generale mandatum, *Rot. cleric. 34. hoc tit.*
in nou. Felin. in c. coram nu. 6. de offic. & poteſtate de-
legat. Coniuncta perſona non admittitur ſine
mandato ad agendum, etiam cum cautione de
rato, quia ſpiritualia æſtimationem non recipiūt,
Rot. deciſ. 6. hoc tit. in nou. Bell. deciſ. 681. c. quam pio
1. quaſt. 2. ob eandem rationem non admittitur
cum cautione de iudicato ſoluendo, ad defen-
dendum, *Addic. 2. ad deciſ. 6. hoc tit. in nou. quia ita*
declarat Rota deciſ. 34. hoc tit. in antiq. Zab. in clem.
1. in 6. q. hoc titul. dicens non poſſe agere nec defendere,
maior decem & ſeptem annis ad negotia, maior
25. annis ad iudicia poteſt deputari procurator;
c. qui generaliter § fin hoc tit. in 6. proceſſus cum
minore † viginti quinque annis, habitus eſt to- 12
taliter nullus; *Rot deciſ. 37. hoc tit. in antiq. l. 1. C. qui*
legit. perſ. ſtandi in iud. habeat, Iaſ. in l. exigendi 17.

& ſeq. hoc tit. & ibid. num. 11. ponit vnam fall. Put. deciſ. 23. lib. 2. quia minor tam in ciuilibus, quam in criminalibus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſine auctoritate tutoris vel curatoris, *l. clarum C. de auth. præſt. Rol. conſ. 51. n. 34. & ſeqq. vol. 1. Proſper. Farin. theor. & pract. crimin. part. 3. quæſt. 81. latiſſime,* aut procuratoris legitime ordinati, *Hipp. de marſ. in l. de minore num. 34. ff. de quæſt. per l. cum & minores & ibi Bald. in 3. not. C. ſi aduerſus rem iud.* in his quæ fiunt ad ordinem iudicij: ſed in criminalibus, in iis quæ pertinent ad inquiſitionem veritatis, valet factum minoris ſine tutore, curatore, & procuratore, & ideo quādo reus minor torquetur, non requiritur auctoritas tutoris vel procuratoris, *Hipp. de marſ. in l. de minore num. 33. ff. de quæſt. pulchre Bart. in l. 2. §. quod obſeruari num. 8. & ſeq. & nu. 13. & 14. C. de iureiur. propter calum. dando & ibi DD. Pan. in c. ex parte n. 9.*
13 *de confeſſ. & ibi Can.* Procurator † interuenire poteſt, in cauſis pecuniarijs, *l. fin. C. hoc tit.* etiam famoſis, tam in 1. inſtantia, quam in cauſa appellationis; *l. 2. c. nihil arbitramur & ibi gloſſ. 1. & DD. C. hoc tit. l. 1. §. plano ſi pecuniaria ff. an per alium cauſæ appell.* in cauſa populari reus ad defendendum procuratorem dare poteſt, is autem, qui eam mouet, procuratorem dare non poteſt; *l. qui populari ff. de popul. act.* niſi priuato damno afficiatur, *l. licet l. mutus in fin. princ. l. non cogendum §. qui ita*
14 *ff. hoc tit.* In † cauſa criminali, in qua imponitur pœna maior relegatione, ex parte actoris, vel rei procurator conſtitui non poteſt, *c. in criminalibus 5. quæſt. 3. c. veniens de accuſ. l. accuſatore & ibi gl. 1. §. fin. ff. de pub. iud.* niſi accuſatus detineatur in carcere, *Rot. deciſ. 15. de procurat. in nou. l. ſeruum in prin. ff. de procurat.* vel ad allegandum cauſas rationabiles abſentiæ: *c. expoſuit de dilect. d. c. veniens d. l. accuſatore §. fin. Rot. deciſ. 24. hoc tit. in nou.* ſi pœna relegationis, aut minor imponenda eſt, tunc admittitur procurator; quia pœna relegationis, & alia minor infligi poteſt abſenti accuſato: *d. l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* quod ſi agitur de crimine ciuiliter, *§. liberum Inſt. de leg. aquilia,* tunc poteſt interuenire procurator, puta de adulterio ad ſeparationem thori, *c. tua & ibi Hoſt. nu. 7. tradit pulchram diſtinctionem c. in noſtra §. reſp. hoc tit.* aut vt accuſatus priuetur certa re, vel beneficio: *Rot. deciſ. 35. hoc tit. in nou. c. ſuper his c. veniens c. inquiſitionis de accuſ.* Ideo impetratio certo modo, dicitur accuſatio ciuilis, quia principaliter mouetur vt accuſatus priuetur eo, & accuſatori conferatur beneficium, *c. per tuas 1. de Simon. in fine,* licet ſe teneatur inſcribere in forma iuris, *c. ſuper his verſ. ſed cum opponitur de accuſ. Rot. dec. 138. part. 2. Creſcent. deciſ. 2. de Simon.* Idem iuris eſt, ſi de crimine agatur per modum exceptionis, *d. c. ſuper his in fine.* quia nunquam accuſatio criminalis cenſetur, quando per eam non agitur ad pœnam naturalem, vel depoſitionem, *Pan. in d. c. ſuper his num. 4. c. per tuas el. 1. de Simon. & vtrobique Can.*

Probatur † mandatum legitimis modis, per 15
inſtrumentum publicum, per teſtes, *late Bart. in l. 1. C. hoc tit. numero quarto, & 11. et ſeqq. & ibi DD. Mynſ. obſ. 99. cent. 4.* per literas miſſiuas; etiam ad fauorem conſtituentis, *l. 1. in princ. l. ſi procuratorem ff. hoc tit. clem. 1. Achil. deciſ. 17. eodem Caput aq. deciſ. 185. part. 2.* De ſtylo, Rota non conſignat regiſtrum, parte opponente procuratori, dato quod oſtendat literas principales; parte non opponente, conſignat cum cautione de rato, *Ceſar deciſ. 1. hoc tit.* Notarij, commiſſione in actis præſentata, relaxant aſſertis procuratoribus egregijs perſonis, citationes primas, cum cautione de rato, ſub pœna ducentorum; *Veſt. in praxi lib. 4. c. 2. num. 4. & ſeqq.* & reus citatus tenetur comparere, quia firmatum eſt iudicium, *Felin. in c. nonnulli §. ſunt & alij nu. 13. de reſcript. Achil. deciſ. 27. de appell.* inducitur litis pendentia facta ratificatione, per principalem, *l. licet verum ff. de iud. Bell. deciſ. 582. & 583. Felin. in d. §. ſunt & alij ſub num. 13. verſ. limitabant l. Iulianus ff qui ſatiſd. cog Gabriel. de iudic. concl. 3. n. 16. & ſeqq. Gregor. xv. deciſ. 576. num. 13. & ibi annot.* ante principalis ratificationem, reus citatus, commiſſione impetrata per aſſertum procuratorem vti non poteſt, proceſſuſque factus in præiudicium nominati in commiſſione non tenet; *Mohed. deciſ. 4. de reſcript. Cancell. de attent. c. 4. nu. 56. & 62. vbi ampliat & limitat.* de ſtylo, reo opponente, non decernuntur procuratori aſſerto compulſoriales generales. *Creſcent. deciſ. 10. hoc*
tit. Præſumitur † quoque mandatum ex pluribus 16
coniecturis, *l. 3. §. fin. ff. rem ratam haberi & ibi DD. gloſſ. fin. in l. licet. C. de procurat. Mynſ. obſ. 80. cent. 5.* & obſeruantia ſubſecuta, *c. peruenit & ibi poſt gloſſ. Imol. num. 12. & 13. de empt. & vend. Caſ. deciſ. 2. de reb. eccleſ. alien. &c. Caſſad. deciſ. 3. Caſ. deciſ. 3. hoc tit. l. fin. ff. quod cum eo qui in alien. poteſt.* vt ſi ambo ſocij eandem ſtationem tenent, & modo vnus modo alter contrahat, vnus videtur ab altero tacitum ha-

tum ha-

Digitized by Google

tum habere mandatum, & ex contractu vnius alter obligatur inſolidum, *Bald. in rub. C. de inſtit. & exerc. act. n. 25. & ſeqq. Bald. in l. cum te in fine C. ſi cert. pet. ſurd. deciſ. 213. Greg. xv. deciſ. 303.* enunciatione in inſtrumento antiquo, ſiue ſit iudiciale, *Caputaq. deciſ. 194. part. 2. Felin. poſt Pan. in c. ſicut n. 27. de re iud.* ſiue extraiudiciale, cum tempore triginta, vel quadraginta annorum, concurrente ſcientia vel patientia, illorum, de quorum præiudicio agitur, vel aliquo actu adminiculatiuo; quia ſolum inſtrumentum enuncians de per ſe, non poteſt operari, hanc præſumptionem, *Caſſad. deciſ. 3. Achil. deciſ. 3. de fid. Inſtrument. late Gabriel de procurat. concluſ. 1.* ſcientia domini, quando procurator excedit fines mandati; *gloſſ. pen. in c. cum olim. el. 1. de offic. deleg. & ibi Felin. num. 7. Gemin. in c. qui ad agendum n. 5. & 6. hoc tit. in 6.* ſcientia & taciturnitate Domini, qui videt cauſam ſuam agi, per falſum procuratorem, & non contradicit, *Innoc. in c. ex parte Decani num. 2. de reſcript. per illum text. & ibi Can. Bald. in l. ſi tutor n. 2. C. in quibus cauſis in integ. reſtitutio non eſt neceſſaria Greg. xv. deciſ. 44.* etiamſi oppoſitum fuerit neminem ex aduerſo audiri niſi docto de legitimo mandato, quia tollitur per ſubſequentes compariſiones, in quibus talis proteſtatio repetita non fuit quia in iudicialibus requiritur poteſtatio in quolibet actu: *Alex. in l. non ſolum §. morte ſub n. 12 & ibi DD. ff. de nou. oper. nunc. Mobed. deciſ. 2. de iud. Greg. xv. deciſ. 44. num. 7.* mandato ſuper lite proſequenda ſuperueniente, confirmantur prius geſta, *l. Iulianus & ibi Iaſ. num. 3. per illum text ff. qui ſatiſdare cog. &c.* nam geſta per non habentem mandatum poſſunt per Dominum ratificari ante ſententiam, etiam quando exigitur ſpeciale mandatum, *l. quod ſi de ſpeciali ff. de minor. Felin. in c. nonnulli §. ſunt & alij num. 47. de reſcript. ſurd. deciſ. 159. n. 15. & 16. & deciſ. 131. numer. 11. Greg. xv. deciſ. 295. num. 4. & ibi annot.* poſtquam eſt concluſum in cauſa vel poſt ſententiam latam, dominus proceſſum nullum in præiudicium ſui ratificari poteſt, non tamen in præiudicium partis, *Bald. in l tutor ſub num. 2. C in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. Rot. deciſ. 1. & deciſ. 10. hoc tit. in antiq. Gail. obſ. 47. lib. 1. Mynſ. obſ. 44. cent. 1.* impenſa quoque inducit præſumptionem mandati, *Bart. in l. cum ſeruus num. 4. ff. de verb. oblig. Greg. xv. deciſ. 324. num. 2. Caſſad. deciſ. 3. nu. 4. de procurat. Rot. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & proprie in antiq.*

Procurator † recipit poteſtatem ſiue exercitium tẽpore præſentationis & receptionis mandatum; *clem. 1. & ibi gloſſ. in verbo receptis hoc tit. & Can. Franc. in c. is qui nu. 2. & ibi Gemin. n. 6. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 7. hoc tit. in nou.* mandato recepto in iudicio non exhibito valet proceſſus & ſententia, *Gemin. poſt ſpecul. in d. c. is qui ſub n. 6. Dec. in c. quoniam contra n. 227. & ſeqq. vbi limitat duobus modis de probat.* quia iudicium non eſt nullum ipſo iure, ſed parte opponente, & exceptio defectus mandati ſemper poteſt opponi, *l. licet C. hoc tit. & ibi Bart. numero quarto, & ſeq dicit exceptionem procuratoriam eſſe quadruplicem & DD. c. in noſtra eodem,* pari ratione mandatum, ſemper produci poteſt, etiam poſt tres ſententias conformes, & in earum executione, *Achil. deciſ. 6. de procurat Creſcent. deciſ. 1. num. 3. de re iud. Rot. diuerſ. deciſ. 599. n. 1. & deciſ. 688. nu. 2. part. 1. Iaſ. in l. licet n. 8. hoc tit.* etiam in cauſis cenſurarum & communicationis ad validandum proceſſum. *Rot. deciſ. 19. hoc tit. in antiq. Iaſ. in l licet ſub n. 8. hoc tit.* Quæ procedunt quando procurator nullum produxit mandatum, & erat in rerum natura ſufficiens mandatum, licet non productum: ſecus eſt, quando procurator produxit inſufficiens mandatum, licet aliud ſufficiens haberet, quod produxit poſt ſententiam; quia attendi debet forma cõparendi, *Iaſ. in l. exigendi ſub nu. 9. verſ. 6. fallit. C. hoc tit: Mobed. deciſ. 5. & 7. Achil. deciſ. 7. hoc tit.* aut pars oppoſuit de defectu mandati, contra procuratorem; quo caſu ſententia lata contra proteſtationem partis eſt ipſo iure nulla, etiam in procuratore minoris, quamuis vere ille eſſet procurator, *Rot. diuerſ. deciſ. 105. num. 2. part. 1. Iaſ. in l. non dominus ſub nu. 1. hoc tit. Greg. xv. deciſ. 330. & ibi annot.* niſi per actus iudiciales, & inter vallo factos receſſum fuerit à dicta proteſtatione, quia proteſtatio in omnibus actibus iudicialibus repeti debet, *Alex. in l. non ſolum §. morte ſub num. 1. de nou. oper. nunc caronizatus à Rota Mobed. deciſ. 2. de iud. Put. deciſ. 213. lib. 2. Card. ſeraph. deciſ. 933.* aut pars aduerſa, non producto aliter mandato, citauiſſet procuratorem, *Rot. d. deciſ. 599. n. 2. & d. deciſ. 688. n. 3 part. 1. Dec. in c. ſollicitudinem n. 21. & 22. de appell. Natt. conſ. 162. nu. 7. Greg. xv. deciſ. 280. n. 6. & ibi annot.* Conſors † admittitur pro conſorte ſine mandato data cautione de rato aut de iudicatum ſoluendo in cauſis prophanis *l. 2. C. de conſort. eiuſd. litis,* ac etiam in beneficialibus, *c. cum in de conſtit. & ibi gloſſ.*

Digitized by Google

1. Pav. n. 9. Felin. n. 8. niſi conſors procuratorem habeat in actis, Creſc. deciſ. 7. n. 3. hoc tit. per l. cum prætor. ff. de iudic. & ibi Ang. n. 4. Caſtr. n. 6. & DD. Iaſ. in l. exigendi ſub n. 9. verſ. tertio limita DD. C. hoc tit. Greg. XV. deciſ. 531. in princ. & deciſ. 248. numer. 1.

19 Differunt † nuncius & procurator; Nuncius eſt velut pica, & organum domini, in cuius perſonam debet concipere verba contractus, & domino quæri dicitur, per ſemetipſum, non per alium, l. qui autem §. fin. & l. ſeq. ff. conſt. pecun. l. 1. §. fin. ff. de contr. ab. empt. l. 1. §. 1. & ibi gloſſ. in verb. ſed verius ff. hoc tit. quod ſi nuncius in ſua perſona concipiat verba valet contractus, vt ſibi quæratur, ſed domino tenetur actione mandati; quia minus fecit, quam eſt mandatum, nuncio actio mandati contraria denegatur; l. poteſt l. ſi quis pro eo ff. mand. geſtum à nuncio non poteſt haberi ratum à domino, Bart. in l. multum intereſt n. 4. C. ſi quis alteri vel ſibi &c. Procurator verba contractus debet concipere in ſua perſona, ſibi quærit obligationem, quam domino cedere tenetur, l. cum per eos C. ſi quis alteri vel ſibi l. cum qui §. Iulianus quoque lib. XI. ſcribit. in fine ff. de Conſtit. pe. un. l. poſſeſſio quoque §. fin. ff. de acq. poſſeſſ. & ibi gloſſ. fin. poſſeſſio vero & dominium per procuratorem acquiritur Domino ignoranti; d. l. poſſeſſio quoque §. fin. quod ſi in perſona domini concipiat verba, non valet ſibi, quia non vult, nec domino, quia non poteſt, l. multum intereſt & ibi gloſſ. pen. C. ſi quis alteri vel ſibi &c. & DD. quare in quæſtione dominij potior habetur ille, cui poſſeſſio à domino tradita fuit: poſſeſſio enim eſt facti, quæritur ſine obligatione, transferturque ex contractu inutili; obligatio iuris eſt, & ex legitimo tantum contractu naſcitur. gl. fin. in d. l. multum intereſt & ibi Bald. n. 31. & ſeqq. Ex ſupradictis conſtat, ſi inſtrumentum procurationis dicit, conſtituit procuratorem, factorem, & nuncium ſpecialem, quod non poteſt eſſe nuncius & procurator ſimul, ſed debeat eligere, & ſic erit procurator, vel nuncius, prout ſibi placebit. Bart. in l. ſi Titio nu. 4. ff. de vſufruct. leg. idem in d. l. multum intereſt n. 2. & ibi Bald. n. 17. & ſeqq.

20 Plures procuratores † ſimul & ſimpliciter deputati ad idem, complexiue dati intelliguntur, & vnus ſine altero non debet admitti, ſiue ſint conſtituti ad negotia, etiam ſpiritualia, c. ſi quis iuſto in princ. & ibi gloſſ. in verb. admitti de elect. in 6. l. pluribus & ibi gloſſ. Bart. & DD ff. hoc tit. ſiue ab actore, ad iudicia in cauſis profanis, c. ſi duo hoc tit. in 6. &
ibi Anch. poſt num. 1. Fallit † quando natura cauſæ 21
exigit, quod per vnum agatur; l. quod ſi nolit §. ſi plures hæredes ff. de adul. edict. nam plures hæredes emptoris concordare debent, in agendo, vel redhibitoria, vel quanto minoris, & vnum dare procuratorem, ne venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, alij in partem pretij condemnatur, quanto minoris ſit homo: aut etiam natura cauſæ exigat, vt per plures agatur, vt in diuerſorijs iudicijs, plures vnum procuratorem dare non poſſunt, l. licet §. ſi plures ff. hoc tit. Secundo fallit in cauſis electionum, poſtulationum, prouiſionum, & aliorum ſpiritualium negotiorum, in quibus ex pluribus ſimul, non in ſolidum deputatis, iudex idoneiorem eligit verbo, c. ſi duo §. fin. hoc tit. in 6. aut facto, vtputa per proceſſum cum vno, Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. Franc. in d. c. ſi duo §. fin. num. 2. qui ſolummodo proſequatur, habeatque, quicquid cum illo ſic electo, factum extiterit, plenam roboris firmitatem, nec alius admittatur, niſi is, qui occupauit, non vult aut non poteſt proſequi negocium, & non dedit ſubſtitutum, d. c. ſi duo §. fin. & ibi gl. fin. Tertio, fallit quando quis plures procuratores conſtituit & vtrumque eorum licet non dicatur in ſolidum. Bald. in l. ſi ita num. 3. ff. de Inuiſ. rupt. irr. fac. teſt. Angel. Inſt. de ijs per quos ag. poſſ. nu. 6. Mynſ.
obſ. 47. cent. 1. Si ſint plures † procuratores dati in 22
ſolidum, tunc melior erit conditio illius, qui per litis conteſtationem primitus negocium occupauit, & alter ſe intromittere nequibit vlterius. l. pluribus ff. hoc tit. niſi dictum ſit, quod non fieret melior conditio occupantis, tunc enim, ſi eum, qui occupauit, infirmari, mori, aut alias impediri contingat, aut ſi proſequi fore nolit, dummodo alium non ſubſtituerit, poterit alter ſuſcipere & perficere negotium, ab alio inchoatum, d. c. ſi duo §. ſecus. & is, qui primitus occupauit, ipſum reaſſumere, poſtea impedimento ceſſante nequibit, niſi forſan contingeret eum impediri, quia ſubſtitutum dare non poteſt, cum non fuerit litem conteſtatus, d. c. ſi duo §. cæterum & ibi gloſſ. fin. &
Can. Reus non † poteſt conſtituere plures pro- 23
curatores ſimpliciter, aut in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, Bart. in l. iam tamen in 2. not. in cauſis profanis, ſed iudex eum cogit, actore deſiderante, vnum conſtituere defenſorem, quando vna actione conuenitur, ſecus ſi pluribus actionibus, l. omnium ff. hoc tit. alias

commu-

Digitized by Google

committitur ſtipulatio ob rem non defenſam;
nam licet actio poſſit diuidi ex parte actoris, cui
eiuſque hæredibus non imponitur neceſſitas, vt
ſimul aut per vnum litigent, ſed ſi ſimul agunt,
tunc coguntur agere vna actione, iudicis officio;
l. huiuſmodi §. fin. ff. de leg. 1. tamen ex parte rei,
eiuſque hæredum, defenſio non poteſt diuidi in
plures perſonas; ne ſciſſa incommodo aliquo af-
ficiat actorem: *c. mandato & ibi gloſſ. in verbo procu-
ratio hoc tit. l. non tamen ff. eod. l. 1. §. fin. cum ll. ſeqq. ff.
de exercit. l. iam tamen §. ſi tamen plures ff. Iudicat. ſol.
Anch. in d. c. ſi duo poſt n. 1.* Ideo plures hæredes de-
functi, cum quo cæptum eſt iudicium, coguntur
dare vnum defenſorem; *l. ſi familia ff. famil. erciſc. d.
§. ſi tamen plures l. licet §. ſi plures in fine ff. hoc tit.* ſi
non fuit cæptum cum defuncto iudicium, tunc,
cum per legem duodecim tabellarum actio diui-
datur inter hæredes, inter plures hæredes poterit
iudicium diuidi. *l. ſi quis cum procuratorio nomine in
fine princ. & ibi gloſſ. ff. hoc tit. Bart. in d. § ſi tamen*
24 *plures nu. 3.* Procurator ad † futuras controuerſias
poteſt conſtitui. *c. non iniuſte §. 1. hoc tit. & ibi Can.
notant.* ſimpliciter datus, non videtur datus ad fu-
turas lites, non connexas, aut dependentes: *Bart.
poſt gloſſ. in l. damni § ſi is qui vi: in aedes n. 2. ff. de da-
mno infect. per l. qui habet §. fin. cum l. ſeq. in fine ff. de
tutel.* generaliter conſtitutus ad negocia poteſt a-
gere & experiri in iudicio, exceptis his caſibus
quibus ſpeciale exigunt mandatum: *c. qui genera-
liter hoc tit. in 6.* in cauſis beneficialibus non eſt
neceſſarium ſpeciale mandatum, *Rot. d. 27. hoc tit.
in nou. arg. not. per Ioan. Andr. in c. qui ad agendum hoc
tit. in 6.* in cauſa ſpirituali ſpeciale requiritur
mandatum: *Rot. deciſ. 35. hoc tit. in antiq. atteſtans de
ſtylo Rotæ.* conſtitutio procuratoris in ſpeciali
cauſa contra Titium, & in omnibus alijs litibus
& cauſis, intelligitur contra Titium. *Bart. in l. quod
dicitur in princ. ff. de tutel.* 107. *deciſ. lib. 1. Greg.* XV.
25 *deciſ. 584. & ibi annot.* Geſtorum † à procuratore
præſumitur ignorantia, *l. ſi res obligata in princ. &
ibi gloſſ. in verbo neſciat ff. de leg. 1. & ibi DD.* etiamſi
procurator habeat ſpeciale mandatum, *Ripa in l.
quod te n. 60. ff. ſi cert. pet.* & in hoc attendendæ po-
tius ſunt circumſtantiæ facti, *Rom. conſ. 481. n. 1. &*
26 *2.* Aduocatus † vel procurator ſcienter patroci-
nando actori ſuper re, in qua ius habet, illud per-
dit, ſecus ſi ignoranter; *c. ex literis & ibi gloſſ. 1. de
tranſact. l. fin. & ibi gloſſ. 1 ff. de inoff. teſtam.* quæ di-
ſtinctio non procedit, in procuratore rei; quia
reus abſoluitur ex non iure actoris, *l. inter ff. de rei
vend. §. retinendæ in fine Inſt. de interd.* ſi procurator
rei non ſtetit in metis finibus defenſionis, ſed in-
ſtitit, dicendo, quod reo ius competat, & petijt
pro eo pronunciari, tunc eadem in eo eſt ratio,
cum procuratore actoris, *Pan. in d. c. ex literis nu. 4.
& ibi Can.* item non procedit quando actus pa-
trocinij, non eſt contrarius iuri, quod procurator
habet in re, vt ſi vigore mandati reſignet benefi-
cium, ad quod habet regreſſum per ceſſum vel
deceſſum, *Achil. deciſ. 2. hoc tit. c. ex literis de tranſact.
l. fin. C. ne vxor pro marito.* Procurator ad † nego- 27
tia, re integra, à Domino poteſt reuocari, *§. rectè
quoque Inſt. de mand.* quicquid autem agit, ante
certificationem reuocationis, etiam in fauorem
domini tenet, ita quod aduerſarius non poteſt al-
legare iſtam reuocationem, in præiudiciũ reuo-
cantis. *c. ex parte el. 3. & ibi Pan. n. 7. de reſcript.* Inſti-
tor niſi Dominus mercis publice conſcribat, ne
quis cum eo contrahat, nõ habetur pro reuocato,
l. ſed et ſi pupillus §. primo. ff. de inſtitor. idem obtinet
in procuratore generaliter dato, *l. 1. ff. quod iuſſu in
princ. Innoc. in c. ex parte el. 3. ſub n. 3. de reſcript. & ibi
Fel. nu. 7. & ſeqq.* Reuocatio dati ſpecialiter ad
contrahendum cum certa perſona, debet vtriq;
intimari. *d. l. 1. § ſed ego quæro ff. quod iuſſu l. ſi Fideiuſ-
ſor §. 1. ff. mand.* ſi non deſtinabatur ad certam
perſonam, tunc ſatis eſt procuratorem fuiſſe cer-
tificatum, vnde agat contrahens contra illum, *l. ſi
procuratori falſo ff. de cond. cauſ. dat. l. ſi procurator ff.
de cond. indeb.* Limita in ſoluente procuratori
reuocato, qui liberatur, niſi reuocatio ſit publice
nota. *l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet.* Procurator
ad † iudicia, poteſt per Dominum libere, & ſine 28
cauſæ cognitione, reuocari ante litem conteſta-
tam, *l. ante litem ff. hoc tit. c. quamuis hoc tit. in 6.* nec
ferendus eſt procurator, qui ſibi aſſerit procura-
tionem, nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, quod ope-
ram ſuam ingerit inuito; & hactenus audiendus
eſt, ſi dicat ſe procuratione carere velle, ſed ita, ſi
id illæſa exiſtimatione ſua fiat, *l. quæ omnia §. 1. ff.
hoc tit.* aut in rem ſuam ſe procuratorem datum;
item ſi retentione aliqua vti velit, niſi Dominus
ei ſoluere paratus ſit, *d. l. quæ omnia § fin. cum l. ſeq.*
vel ſi dominus velit quædam transferre, quædã
relinquere, iuſte procurator hanc inconſtantiam
recuſat. *l. in cauſæ cognitione ff. hoc tit. Can. in d. c.
quamuis.* Poſt litem conteſtatam † Dominus no- 29
lentem procuratorem reuocare non poteſt. *l. pro-*

cu-atoribus l. nulla C. *hoc tit. l. ab executore* §. *fin. ff. de appell. l. ſi procurator agit* §. 1. *ff. de dol. mal. & met. except. Mynſing. obſ.* 44. *cent.* 5. niſi eum cum domino inimicum fieri, vel ſuſpectum, aut aduerſario affinitate coniungi, vel eiuſdem hæredem fieri, ſeu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel ægritudine, aut vinculis detineri contingat, ſeu alia rationabilis cauſa ſubſit: *d. c. quamuis* 2. *reſp. l. poſt litem cum ll. ſeqq. ff. hoc tit.* debet Dominus ipſe & nō alius, ne detur materia malignandi & protelandi iudicium. *Pan. in c. mandato nu.* 8. *hoc tit.* reuocationem mandati intimare, non ſolum procuratori, ſed etiam aduerſario, vel iudici: alias tenet iudicium cum procuratore reuocato agitatum, quoad præiudicium, non quoad commodum reuocantis, ſiue procurator reuocetur ante, ſiue poſt litis conteſtationem. *c. mandato & ibi gloſſ. in verb. à domino reuocato & ibi Pan. n.* 5. *&* 7. *& Can. hoc tit. c. ex parte Decani de reſcript. & ibi Fel. nu.* 24. *& Can. l. ſi procuratorem in fine & ibi gloſſ. fin. ff. hoc tit. Mynſ. obſ.* 44. *cent.* 5. Syndicum conſtitutum per Prælatum & conuentum, ſolus Prælatus reuocat, quando ad ipſum ſolum ſpectat exercitium actionum, alias non. *Bart. in l. actor num.* 9. *ff. rem ratam haberi Pan. in c. vnico n.* 6. *de ſyndico.*

30 Procurator vero † poſtquam ſemel acceptauit mandatum, non poteſt pœnitere, §. *mandatum Inſt. mandat.* Sed volens ſe exonerare à mandato ſuo, ob iuſtam cauſam, citationem à iudice, ad videndum ſe exonerari, petere debet, ſimplex enim renunciatio extraiudicialis, vel iudicialis oretenus, vel in ſcriptis facta, non ſufficit, tam ante, quam poſt litis conteſtationem, ac citatione reproducta, præuia ſummaria cognitione, exonerationem obtinere, *clem.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. cogi de procur. Bart. in l. filiusfamilias* §. *fin. ff. de procur. Bald. in l. ante litem in princ. ff. de proc. Gail. obſ.* 46. *libr.* 1.

31 Procurator † ad iudicia non poteſt ſubſtituere, *l. quod quis C. hoc tit. c.* 1. §. *licet hoc tit. in* 6. niſi poſt litem ab eo conteſtatam, *d. c.* 1. §. *licet l. neque in fine l. nulla C. hoc tit.* imo procurator ſubſtitutus, qui litem conteſtatus eſt, poteſt ſubſtituere, *Put. deciſ.* 215. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 5. *&* 8. *hoc tit. in nou. & deciſ.* 28. *eodem in antiq. auth. qui ſemel ibi vſque ad finem litis C. quomodo Iudex. Mynſing. obſ.* 43. *cent.* 1. in prima inſtantia, non autem in ſecunda inſtantia, aut cauſa appellationis; quia eſt Dominus inſtantiæ, & ſecundum canones eſt Dominus litis, *l. nulla & ibi gl.* 1. *C. hoc tit. d. c.* 1. §. *licet & ibi gl. in verb. litis & Can. Achill. deciſ.* 13. *hoc tit.* & appellatio eſt de appendicibus primæ inſtantiæ, non eius proſecutio, *c. non iniuſte in fine hoc tit. l. iniuſtus & ibi gloſſ. in verb. extendere & Iaſ. num.* 3. *C. eod. l. Dominus litis & ibi Bald. C. de appell. Achill. deciſ.* 4. *de appell.* Ratio eſt, quia in conteſtatione litis quaſi contrahitur: *l. licet* §. *ſed & ſi filius ff. de pecul.* imo procurator ſubſtitutus, qui in negotio executionis, fecit talia, quæ ſapiunt litis conteſtationem, poteſt ſubſtituere, nam licet in exequutiuis non detur inſtantia, datur tamen lis, *Put. deciſ.* 215. *lib.* 2. *c.* 1. §. 1. *hoc tit. in* 6. *& ibi gloſſ. in verb. litis & Can.* Fallit principalis regula, quando eſt quæſtio ſuper ipſo mandato, *Bald. in l. quod quiſquis in* 4. *quæſt. C. hoc tit.* Aut ſuper re principali, & in rem ſuam eſt datus, *d.* §. *licet*, ſiue ex parte actoris, *l. ſi quis in rem ſuam ff. hoc tit. l. illam ſubtilem C. de donat.* ſiue ex parte rei, *l. plautius & ibi gloſſ. in verb. niſi aut in rem ſuam ff. hoc tit.* vel à Domino ſubſtituendi alium, etiam certa non expreſſa perſona, ſibi fuerit poteſtas conceſſa; *d.* §. *licet l. item eorum* §. *ſi decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & c.* tunc enim videtur ſubſtitutus ab ipſo Domino, *pulchre Franc. in d.* §. *licet ſub n.* 6. *verſ. ſuper quo aduerte primo & verſ. ſeqq.* In conſtituto inhabili procuratore, cum poteſtate ſubſtituendi, diſtinguendæ ſunt ſpecies inhabilitatis, aut eſt ipſo iure inhabilis, & non poteſt alium ſubſtituere, nec ſuo iure, nec ratione mandati, ad ſubſtituendum, *Mynſing. obſeru.* 32. *cent.* 2. interdum eſt inhabilis ope exceptionis, & poteſt ſubſtituere; aut eſt inhabilis, propter defectum auctoritatis, tūc illa auctoritas requiritur in ſubſtituendo, quæ requiritur in acceptando, *gloſſ. in clem. religioſus in verbo commiſſum hoc ti. & ibi Anch. n.* 2. *& Can. Bald. in l. quod quis n.* 6. *C. eod. in* 5. *quæſt.*

Procurator † ad negotia datus, poteſt libere quādocunque alium ſubſtituere, *c.* 1. §. *fin. hoc tit. in* 6. 32 *l. ſi procuratorem* §. 1. *ff. mand. Fel. in c fin. num.* 7. *vbi limitat de off. deleg.* Si habet generale mandatum, *l.* 1. §. *magiſtrum ff. de exercit. l. quicunque in fine ff. de inſtitor. l. ſi procuratorem* §. 1. *ff. mand.* ſiue etiam ſpeciale mandatum cum certa & limitata perſona; *l. ſi ego ff. quod vi aut clam c. is cui* 1. *reſp. de off. & poteſt. iud. deleg. in* 6. Si vero mandatum ſpeciale non habet certam formam, tunc non poteſt alterum ſubſtituere, quia tunc cenſetur electa induſtria perſonæ, *l. pen.* § *acceſſio & ibi Bart. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. d. c. is cui* 2. *reſp. Bald. in l. quod quis*

num. cr.

Digitized by Google

num. 4. *C. hoc tit.* Ratio diuerſitatis eſt, quia negotium ſumit originem in perſona procuratoris, & per eum tranſit ad dominum: *l. quacunque gerimus ff. de act. & oblig.* iudicium vero ſumit originem in perſona domini, & deinde diſgreditur in procuratorem, *l. ſi procurator meus l. qui proprio ff. hoc tit.* Et nota quod ſi ſubſtituens plura habeat mandata, & in ſubſtitutione ſe non reſtrinxit ad vnum inualidum ex ſuis mandatis, valent geſta à ſe ſubſtituti, quamuis is ea geſſerit, & ſe reſtrinxerit ad dictum mandatum inualidum, *Caſ. deciſ. 2. hoc tit. per l. maritus C. de procurat. l. quaſitum §. fi. ff. de fund. inſtr.*

33 Procurator † datus ab homine, cum poteſtate ſubſtituendi, non poteſt reuocare à ſe ſubſtitutum poſt ſuſceptum mandatum, etiamſi eo vſus non ſit, *c. is qui hoc tit in 6.* Fallit

34 primo † quando ei à Domino data fuit poteſtas reuocandi, *c. is qui §. niſi,* Secundo quando Procurator ſubſtitutus, non acceptauit, *clem. 1. & ibi gloſſ. in verb. receptis hoc tit. d. c. is qui & ibi gl. in verb. ſuſceptum Franc. n. 2. & Can.* Tertio quando ſubſtitutio non valuiſſet, vel ſubſtitutus ſit inhabilis, *Bald. in l. quod quiſquis n. 7. in fine C. hoc tit.* Quarto quando ſubſtituit cum elauſula, donec duxerit reuocandum, & ſubſtitutus aliquem actum iudicialem non fecit, poterit eum ſubſtituens tacite & expreſſe reuocare, ex quo non commiſit vices ſuas in totum, *Rot. deciſ. 30. hoc tit. in nou. Franc. in d. c. is qui ſub n. 5. verſ. quarto limita,* Quinto in procuratore generali, qui ſubſtitutum à ſe ad vnam cauſam, poteſt reuocare, quia ſubſtituendo non deſinit eſſe procurator, *arg. l. ſi hominem ff. mand. Bald. in d. l. quod quis n. 7. Anchar. in d. c. is qui nu. 3. Franc. ibidem ſub n. 5. verſ. quinto limita vbi ponit duas alias limitationes.*

35 Procurator † mandatum habens à lege, puta ſi datus fuit in rem ſuam, vel fuiſſet litem conteſtatus, poteſt ſubſtitutum à ſe reuocare poſt ſuſceptum mandatum re integra, *glo. in d. c. is qui in verbo aliud & ibi Franc. num. 4. & Can.* Ratio diuerſitatis eſt, quia procurator datus ab homine, quando ſubſtitutus acceptauit mandadatum, functus eſt officio ſuo, & ideo reuocare non poteſt, quæ ratio ceſſat in habente manda-

36 tum à lege, qui ſuo iure ſubſtituit. Finitur † mandatum datum à rectore eccleſię, vel beneficij, pro eccleſia ſeu beneficio, *c. 1 fin. hoc tit.* eius morte naturali, ac ciuili, puta renunciatione depoſitione, translatione, *Rot. deciſ. 28. hoc tit. in nou. Zab. in clem. fi. n. 13. hoc tit.* etiam quoad negotia incæpta, & cauſas, in quibus lis fuit conteſtata *d. clem. fin.* Quod ſi Procurator poſt mortem rectoris aut beneficiati vlterius proceſſerit in cauſa ad nonnullos actus, poteſt ſucceſſor, quia ſuccedit in lite cauſa & inſtantia, *Anchar. in c. 2 num. 2. per illum tex. de ſeq. poſſ. & fruct. & Pan. in c. quia V. numer xj. verſ tertius caſus de iud. Innoc. in c gratum de off. deleg.* omnia acta per illum procuratorem grata & rata habere, *Pan. in d. clem. fin. num. 7. de procur. Rota deciſ. 29. de procur. in nou.* datum vero pro perſona ſua re integra, morte rectoris finitur, re non integra non finitur, *l. ſi defunctus ff. hoc tit. §. item ſi. d. huc Inſt. de mand. l. mandatum C. mand. Iaſ. in l. eius qui in prouincia §. placebat vbi ampliat & limitat ff ſi cert. pet.* Definit autem res eſſe integra per litis conteſtationem, *ex ſupradictis Gregor. xv. deciſ. 548 num. 5. & ibi annot.* & per ſatiſdationem iudicio ſiſti, quæ habet vim litis conteſtationis, *l. ſi defunctus ff. hoc tit.* & impedit reuocationem tacitam, quæ fit per mortem, non expreſſam, *Bart. in l ſi poſt acceptum num. 1. ff. iud. ſolui. Caputaq. deciſ. 188. & 189. part. 2. Myſ. obſ 84. cent. 2.* Secundo mutatione † conditionis perſonæ procuratoris in 37 deterius, vt quia efficitur bannitus, prodigus, *l. cum quis & ibi Bart. l. ſi cum Cornelius ff. de ſolut. l. rogaſti §. ſi fugitiuus & ibi Iaſ. ampliat & limitat. ff. ſi cert. pet.* Tertio deſtructo eo, cuius cauſa fuit mādatum, *c. ſi pauper de prab. in 6. & ibi gloſſ. in verb. ceſſet.* Quarto † reuocatione & aliis modis tradi- 38 tis *in inſtitut. Imperial. tit. de mand.* Quinto ſecundum mandatum † ſiue ſecunda procuratio ad 39 idem tacite reuocat primam, etiamſi nullam faciat mentionem de prima, quando vtrumque eſt ſpeciale, vel vtrumque eſt generale, & diuerſis temporibus plures conſtituuntur, ſiue ad extraiudicialia, ſiue etiam iudicialia tam ante litem cōteſtatam, etiamſi ſecundus procurator non acceptet mandatum, *Bald. in d. §. Iulianus num. 5. & Ang. circa princ. & DD.* aut conſtitutio ſecundi ſit nulla *Put. deciſ. 259. lib. 2.* niſi exprimat, quod vult durare priorem, *d. c. non iniuſte & ibi gl. in verb. procuratio But. n. 17.* quam poſt litis conteſtationem: nam licet poſt eam expreſſā reuocatio fieri non poteſt, ſine cauſæ cognitione, *c. non iniuſte §. qui licet & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. c. ſi quem §. ſecus & ibi Franc. nu. 2. eodem in 6. l. ſi quis cum procuratorio §. Iulianus & ibi gloſſ. ff. hoc tit.* tamen ſecus eſt, in tacita reuocatione, in qua non cadit conſideratio cum cauſa, vel ſine cauſa, & in eo plus operatur

tacita

Digitized by Google

tacita reuocatio quam expreſſa, *Caſſad. deciſ. 2. n. 2 3. & 4. de appell. Greg. xv. deciſ. 548. n. 3. & ſeq. & ibi annot. Rot. deciſ. 20. de procur. in nou.* Quando vnus Procurator eſt conſtitutus ad vnum actum, & alius ſecundus ad alium actum, neuter eſt primus ſed vterque eſt ſolus, *arg. l. qui generaliter in fine ff. qui potior. in pign. hab. Bald. in d. §. Iulianus in princ.* aut quando primus eſt ſpecialis, ſecundus generalis, *c. generi de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 18. & clarius deciſ. 22. hoc tit. in nou.* Idem iuris eſt, quando eidem perſonæ, ad idem, diuerſis temporibus diuerſa dantur mandata, quia vti debet ſecundo inſtrumento, non primo, *l. qui mutuam §. non ideo ff. mand. gloſſ. 1. in d. §. Iulianus & ibi Bald. in fine*, niſi per mandatum primum procurator eſſet effectus Dominus litis, aut ſecundum contineret idem quod primum, & tenderet ad augmentum, *arg. l. qui bis idem ff. de verb. oblig. Angel. in d. §. Iulianus ſub n. 1. & ibi Alberic. Achill. deciſ. 14. hoc tit.* Sex-
40 to ſpontanea † comparatione Domini, non vt aſſiſtat procuratori, *c. quamuis in fine hoc tit. in 6.* ſed vt cauſam tractet (niſi, quod non animo reuocandi compareat, ex aliquibus appareat coniecturis, vt quia ex neceſſitate comparet, aut fuerit de eo proteſtatus) *c. ſi quem §. 1. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 22. & 31. hoc tit. in antiq.* ſiue compareat Dominus, ante litem conteſtatam, ſiue etiam poſt litem conteſtatam, & tunc ſubſit iuſta cauſa, aut neceſſaria reuocationis, *clem. procuratoribus & ibi Bald. C. hoc tit.* aut aduerſarius vel procurator non contradicant: *d. c. ſi quem & ibi gloſ. in verb. ſiue poſt & ibi Franc. num. 3. in § ſecus.*

De Syndico.

Titulus XXXVIIII.

SVMMARIA.

1 *Syndicus ad quas cauſas, & quomodo conſtituatur.*

2 *Syndicatus inſtrumento quando eſt appoſitum ſigillum vniuerſitatis, præſumitur factum de conſenſu vniuerſitatis.*

3 *Syndicus cum defendit, non cauet de iudicando ſoluendo, ſed de iudicio ſiſti.*

4 *Iurat de Calumnia in animam propriam.*

5 *Syndicus ex eiſdem cauſis mutatur ex quibus procurator.*

6 *Syndici officium eſt publicum.*

7 *Syndici duo, pluresue intelliguntur dati inſolidum, & poſſunt expedire omnia quæ requirunt ſpeciale mandatum, quando ſunt conſtituti ab aduunantia generali Vniuerſitatis, Ciuitatis Caſtri, Villæ, ſecus eſt in ſyndicis conſtitutis à Capitulo vel collegio.*

PROCVRATOR gerit negocia domini, vt
dictum eſt; ſyndicus † conſtituitur ad cau- 1
ſam vel cauſas vniuerſitatis, agendam vel defendendas præſentes vel futuras, *c. vnico hoc tit. & ibi gloſſ. in verbo generaliter.* etiam criminales, *Bald. de pac. Conſt. in Verbo damna n. 1. l. tam Collatores C. de re melio. lib. 1. Mynſ. obſ. 76. & 78. & ſeqq. cent. 4.* ab Vniuerſitate, vel Collegio, vel Corpore, *l. 1. §. 1. & l. item eorum §. ſi decuriones & §. ſeq. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. c. imperatorum de iuram. Cal. gloſſ. mag. in c. vnico in verbo generaliter & ibi Can. hoc tit.* collegialiter congregato, in loco publico & ſolito, *l. 2. C. de decurion. lib. 10. Mynſ. obſ. 76. cent. 1.* in quo duæ partes reſidentium, & votantium adſint; abſentes non votantur, niſi in caſibus in iure expreſſis, *c. 2. & ibi gloſſ. in verbo ipſorum de teſtibus in 6. Pan. in c. cum omnes ſub n. 7. verſ. venio ad 3. de conſtit.* & ideo nec ipſi, *c. cum inter 2. de elect. & ibi Can.* nec carentes voce, *c. ex eo in princ. & §. in eccleſiis de elect. in 6.* computantur in numero duarum partium; & maior pars conſentit in ſyndicum, ſiue congregentur omnes de collegio, ſiue duæ partes, ſiue plures, *l. nulli & ibi gloſſ. fin. & Bart. num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Fel. in c. cum omnes ſub n. 33. verſ. extra gloſſ. de conſtit. Pan. n. xi. & Can. Caputaq. deciſ. 190. part. 2.* cum decreto ſuperioris, quando iura communiter pertinent ad ſuperiorem, & vniuerſitatem, *Bart. in l. actor nu. 8. ff. rem ratam haberi, Pan. in c. vnico num. 5. hoc tit.* alias decretum ſuperioris, etiamſi præſens fuerit, non eſt neceſſarium. *l. 1. §. ſolent ff quand. appell. ſit & intra quæ tempora.*
Quando † inſtrumento ſyndicatus 2
eſt appenſum ſigillum Vniuerſitatis, præſumitur factum de conſenſu vniuerſitatis, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, *c. 3. loco de prob.* Debet ei conſtitui ſalarium, *c. vnico hoc tit.* quia nemo cogitur ſuis impendijs militare, Specialia quædam ſunt conſtituta in ſyndico; cum
defendit, non † cauet de iudicato ſoluendo, ſed 3
de iudicio

Digitized by Google

de iudicio ſiſti; quia vicem vniuerſitatis ſuſtinet ad inſtar tutorum: *l. ſancimus §. defenſionem C. de admin. tut.* ſicut nec verus dominus illam præſtat: *§.*
4 *ſed hodie Inſt. de ſatiſd.* iurat † de calumnia in animam propriam, *c. in pertractandis c. imperatorum de iur. cal. l. 2. §. fin. autem C. eod.* in reliquo partibus
5 procuratoris fungitur, & † ex eiſdem cauſis mutari poteſt, ex quibus procurator. *Litem eorum §. fin ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* quia de neceſſitate
6 eſt hoc officium, & † publicum vtilitate & auctoritate; *c. quia de procurat. c. vnico hoc tit. & vtrobique Can. Paul. de Caſtro in l. iuſiurandum & ad pecunias §. defenſor n. 3. ff. de iureiur.* officium procuratoris eſt voluntarium, nemo enim cogitur conſtituere procuratorem, *c. querelam de procurat.* nec etiam procuratoris officium ſuſcipere. *Liuinus C.*
7 *de procur. l. filius familias §. inuitus ff. eod.* Duo † pluresue ſyndici intelliguntur, dati in ſolidum, *Prob. ad monach. in c. ſi duo n. 15. de procur. in 6.* & poſſunt expedire illa omnia quæ requirunt ſpeciale mandatum, nec eſt neceſſe quod apponatur clauſula cum libera adminiſtratione, quando ſunt conſtituti, non à regentibus, prioribus, aut antianis, ſed ab adunantia generali, vel concilio ciuitatis, vniuerſitatis, caſtri, vel villæ: *Paul. de Caſtro in l. iuſiurandum & ad pecunias §. defenſor ff. de iureiur. Bald. in l. illud §. ſi talis nu. 5. ff. de minor. Franc. Marc. quaeſt. 701. part. 2. qui excipit tres caſus Iaſ. in l. praeſenti n. 78. & ſeqq. vbi limitat. 3. mod. C. de tranſact. Calcan. conſ. 76. n. 18. & ſeqq.* ſyndici vero conſtituti à capitulo, vel collegio non faciente vniuerſitatem ciuitatis, caſtri, villæ, puta ſcholarium, cerdonum &c. non habent liberam adminiſtrationem, niſi illis expreſſe concedatur, quia eorum officium eſt voluntarium, *Paul. de Caſtro in d. §. defenſor Bald. in d. §. ſi talis Bald. in l. vnica num. 3. C. etiam per procur. cauſ. reſt. in integ. agi poſ.* ſiue ſint de corpore collegij, ſiue non ſint. *Cyn. in l. 1. C. & per procur. cauſ. in integr. reſtit. agi poſ. n. 4.*

De ijs quæ vi metuſque cauſa fiunt.

Titulus XXXX.

SVMMARIA.

1 *Vis eſt neceſſitas contraria Voluntati quæ repelli non poteſt.*

Summa in Decretales.

2 *Vis duplex eſt, præciſa ſiue abſoluta &*
3 *Cauſatiua ſiue conditionalis de qua tractat titulus.*
4 *Metus eſt mentis trepidatio cauſa inſtantis vel futuri maioris periculi.*
5 *Nihil intereſt in ſe quis Veritus ſit, an in liberis ſuis.*
6 *Vi præciſa geſta ipſo iure non tenent, nullumque producunt iuris effectum.*
7 *Vi compulſiua & metu geſta ſummo iure tenent.*
8 *Fallit in actibus in quibus requiritur voluntas, non ſolum ſimplex, ſed ita qualificata vt ſit libera.*
9 *Metu baptizato imprimitur character, & cogitur viuere vt baptizatus.*
10 *De metu proteſtari conſultum eſt, ſed non neceſſarium.*
11 *Metum paſſo datur actio quod metus cauſa perſonalis in rem ſcripta.*
12 *Arbitraria.*
13 *Intra annum vtilem in quadruplum.*
14 *Poſt annum datur in ſimplum cauſa cognita.*
15 *Item metum paſſo datur exceptio.*
16 *Si Dominus erat, rei vendicatio.*
17 *Metus cauſa actio tollitur, ſublata proxima cauſa metus.*
18 *Spontanea ſolutione.*
19 *Rei interitu & alijs modis.*

VIſo de pactis, tranſactionibus & mandatis procuratorum, quæ ſponte fiunt, nunc ſubijcit de ijs, quæ vi metuſque cauſa fiunt. Vis † eſt 1
neceſſitas contraria, impoſita voluntati, quæ repelli non poſſit. *c. ſacris hoc tit. l. 1. & 2. ff. quod met. cauſ.* Ea duplex eſt præciſa † ſiue abſoluta, vt ſi per 2
coactionem quis aſtringitur ad actum, quo caſu in agente nulla eſt voluntas, magiſque pati, quam agere videtur, *c. de iudæis 45. diſt. & ibi gloſſ. c. presbyteros 50. diſt. § qui autem fugientes c. conſtat. 1. quaeſt. 1. l. 1. §. 1. ff. de auct. tut.* alia eſt † cauſatiua ſiue 3
conditionalis, vt quando metu mortis, vel corporis cruciatu, quis compellitur ad actum, quo caſu dicitur, facere, quia hic reperitur voluntas, cum potius eligat facere, quam mori, *d. c. ſacris in 2. reſp. l. ſi mulier §. ſi metu ff. hoc tit. c. merito 15. quaeſt. 1.* De hac vi compulſiua loquitur hic titulus, *l. continet ff. hoc tit.* & quandoque de inquietatiua, *l. metum 3. §. idem ait ff hoc tit.* intulit iure licito, & iure honoris, quem ſuſtinet, *d. l. continet §. 1. ff. hoc tit.* neque etiam de expulſiua, ablatiua, turbatiua,

4 l.1.& ibi gloſ. fin.ff.hoc tit. Metus eſt † illicitus ti-
mor ab aliquo, l.metum 3.ff.hoc tit. ſiue eſt mentis
trepidatio, cauſa inſtantis, vel futuri maioris pe-
riculi l.1.verſ.metus ff. hoc tit. Oportet metum eſſe
præſentem pro futuro periculo, non ſuſpicio-
nem inferendi eius, d. l. metum 3. aut iactationes,
ſiue conteſtationes, l.metum C.hoc tit. & probabi-
lem atrocitate facti, qui cadat in conſtantem vi-
rum; d.l.metum C.hoc tit.c.cum dilectus hoc tit. l. me-
tum la.2.cum duabus ll.ſeqq.ff.eod. vt mortis, vincu-
lorum, l.nec timorem § proinde ff.hoc tit. interuer-
ſionis inſtrumentorum ſtatus, l.iſti verſ.ſi is acciperat
ff. hoc tit. l.ſi donationis & ibi gloſ. fin. C. eod. ſtupri,
d.l.iſti §.quod ſi dederit. carceris, l.qui in carcerem ff.
hoc tit.& ibi poſt gloſ.Bart. cruciatus corporis, l in-
terpoſitas C.de tranſact.l.metus autem cauſa ff.ex quib.
cauſ.maior.&c. verberum, l.continet § 1 in fine ff.hoc
tit.in fin: grauis damni omnium rerum, vel maio-
ris partis, c.abbas hoc tit. Mynſ.obſ. 27. cent 3. ac ex-
communicationis iniuſte infligendæ ab homine
c.ſacro circa med. de ſent.excomm. Boick. in d. c. cum
dilectus n.1. & ſeqq. & ibi Pan. n.6. Ideo qui metu
amiſſionis patrimonij, ſ[illegible] beneficio renunciat,
poteſt illud repetere actione quod metus cauſa,
ſine noua collatione, & abſque priuatione fa-
cienda de illo, cui interea fuit collatum, Pan.in d.
5 c.abbas numero ſecundo, & nihil intereſt in † ſe quis
veritus ſit, an in liberis ſuis, cum pro affectu, ma-
gis in liberis parentes terreantur. d.l.iſti verſ.fin.§.
ſed veteres verſ. quis enim patiatur Inſt. de noxal.act.
Item iuſtum metum inducunt rogamina tyran-
ni, preces epiſcopi, vel alterius prælati potentis,
qui ſolet ſæuire in clericos, ſuis votis non ob-
temperantes. gloſ.in l.1. in verb.quemadmodum ff.
quod iuſſu l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio
non detur Pan. in c. abbas. num. 4. & in d.c.cum dile-
ctus nu. 7. & 8.hoc tit. Si quis meticuloſus rem vl-
lam fruſtra metuerit forſan timorem infamiæ, a-
licuius vexationis, l.nec timorem ff.hoc tit. amiſſio-
nis ſolius dignitatis ſenatoriæ, d.l.ad inuidiam C.
hoc tit. per hanc actionem non reſtituitur. Idem
obtinet ſi metu, ne ad ciuilia munera vocaretur,
l.cum et la.2.C.hoc tit.& ibi gloſ. fin. aut accuſatio-
nis inſtitutæ, vel futuræ, l. accuſationis C.hoc tit.
ſiue ne vinctus iret ad iudicem, compulſus res
ſuas vendidit, vel metu alicuius verecundiæ mo-
dicæ, cauerit vltra quantitatem debitæ pecuniæ,
aut quod aduerſario non debebat, delegante eo
per vim, apparitore præſidis interueniente, ſiue
notione iudicis coactus dedit: ſed reſtituuntur
officio iudicis, vel actione in factum, ad ſim-
plum tantum, l fin.§.1. & ibi gloſ.in verbo potens &
§.2.& §. fin. ff.hoc tit gloſ.in l interpoſitas & ibi Bart.
& DD.C.de tranſact. Pan.poſt gloſ.in d.c.cum dilectus
n.9. vel per conſtitutionem principum, l.pen.&
fin. C. hoc tit. l.illicitas ff. de offic.præſid. vel per re-
ſponſa & interpretationem prudentum l. medicus
de var.& extraord. cognit.pulchre Bart. poſt gloſ. in l.
interpoſitas, n.5. & 6. C.de tranſact.gloſ. in l. nec ti-
morem, in verbo reſtitui ff.hoc tit.gloſſ.in l.ſi per impreſ-
ſionem, in verb.reddatur C. hoc tit.gl.in c. cum dilectus
in verb.metum mortis.hoc tit.

Geſta in † præciſa, ipſo iure non tenent, nul- 6
lumque producunt iuris effectum, ob defectum
voluntatis. c.ſacris hoc tit.c. non eſt & ibi gloſſ.c.illud
in fine 15. quæſt. 1. Vnde vi abſoluta ordinato, non
imprimitur character, ſicut nec in hoc caſu con-
fertur baptiſmus; c.maiores §.fin. de baptiſm. Vi
compulſiua † & metu geſta, ſummo iure tenent, 7
quia in eis deprehenditur voluntas, quamuis
coacta, l.ſi mulier §.ſi metu el 2.ff. hoc tit. c.merito 15.
quæſt.1. ſed per iudicem irritantur; d.§.ſi metu el 2.
c. 2.& ibi gloſſ. in verb.coactus & Pan.num.7.hoc tit.
Aditio hæreditatis facta metu obligat hæredita-
ti, ſed adiens per prætorem reſtituendus eſt, vt ab-
ſtinendi ei poteſtas tribuatur, l. ſi mulier §.pen. ff.
hoc tit. Repudiatio hæreditatis coacta tenet, ſed
duplici via prætor repudianti ſuccurrit, aut vtiles
actiones quaſi hæredi dando, aut actionem quod
metus cauſa præſtando, d.l.ſi mulier §.fin.ac etiam
iuramentum metu præſtitum, etiamſi fuerit me-
tus, qui debuiſſet cadere in conſtantem virum, vt
ſupradictum eſt, c.ſi vero de iuriur. gloſſ. fin. in c.ad
audientiam & Pan.in d.c.cum dilectus num.15.hoc tit.
Sed non extenditur ad ea, ſuper quibus non fuit
præſtitum, ideo qui beneficio ſuo metu iurauit
renunciare, & renunciauit, poteſt illud repetere,
c.ad audientiam hoc tit. imo & excommunicatio
metu lata tenet, gloſſ. in c. vnico in verbo vacuamus
hoc tit.in 6. Fallit † in actibus in quibus requiritur 8
voluntas, non ſolum ſimplex, ſed ita qualificata,
vt ſit libera & ſpontanea, qui ſi fiant per volunta-
tem coactam, nihil valent, c.ad aures hoc tit. gl.in c.
notificaſti in verb.licentiam 33. quæſt. 5. Pan. in c. cum
olim el.2.n 14. de priuileg. Vnde matrimonium co-
actum metu, eſt ipſo iure nullum, c.ſignificauit de
eo qui duxit in matrim. quam poll. &c. gloſſ. pen. in c.
veniens el 2.& c.conſultationem de ſponſal. Pan.poſt gl.
in c.ab-

Digitized by Google

in c. abbas n. 8. hoc tit. late Gail. obſ. 98. lib. 2. Couarr.
in epit. lib. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 5. Greg. xv. *de-*
ciſ. 326. & 374. licet id contrahens ſua culpa in-
ciderit in metum: *d. c. veniens el 2. de ſponſal. & ibi*
poſt gloſſ. fin. Can. Similiter electio, *c. vbi periculum*
§. cæterum de elect. in 6. quando compelluntur eli-
gere certum, quod eſt cõtra ſubſtantiam electio-
nis, *d. §. cæterum,* ſecus ſi compelluntur eligere v-
num, de certo genere perſonarum, quia non ex
toto adimitur libertas eligendi: *c. abbate de verb. ſi-*
gnif. conſuetudo non poteſt tollere libertatem e-
ligendi, *c. cum terra de elect.* ſed poteſt reſtringere:
c. cum dilectus de conſuetud. Ioan. Andr. in d. c. cum ter-
ra Pan. in c. licet de vot. dotis conſtitutio: *l. ſi mulier*
§. ſi dos ff. hoc tit. votum expreſſum, *c. 1. hoc tit. c. licet*
de voto c. integritas 32. quæſt. 1. ac tacitum: *Rot. diuerſ.*
deciſ. 560. n. 6. & ſeq. part. 1. vbi late in vtramque par-
tem diſputat. in ingreſſu religionis, metu aut vi fa-
cto, ſeruandus eſt Canon quicunque ſeſſ. 25. de
regul. & monial. abſolutio ab excommunicatio-
ne, ſuſpenſione, & reuocatio interdicti: *c. vnico hoc*
tit. in 6. Teſtamentum in quo teſtes fuerunt de-
tenti inuiti: *l. qui teſtamento §. fin. in fine ff. de teſtam.*
confeſſio, promiſſio, & iuramentum metu præ-
ſtitum, ſuper rebus eccleſiæ, *c. 1. 15. quæſt. 6. c. per-*
uenit de iureiur. item auctoritas tutoris, *l. 1. §. fin. de*
auct. tut. ac iuriſdictio metu extorta, *l. 2. §. 1. reſp. ff.*
de iud. renunciatio beneficii facta ad emptionem
ſiue detentionem poteſtatis ſæcularis, licet à re-
ſignãtis ipſius prælato recepta & rata habita fue-
rit: *clem. 2. §. ſane & ibi gloſſ. in verbo nullius omnino*
de pœn. Pan. in c. ad aures nu. 2. hoc tit. ab iniuſte de-
tento promiſſio facta, in carcere detrudenti, vel
eius participi: *l. qui in carcerem ff. hoc tit. & ibi Bart.*
poſt gloſſ. ordinatus per metum in ſubdiaconum
recipit characterem, ſed non cogitur continere,
pulchre Caſ. deciſ. 1. & 2. hoc tit. qui late in vtramque
partem d. quæſtionem diſputat. de Stylo Cancella-
riæ, taliter promotus denunciatur, ad ſeruandam
continentiam non teneri, & matrimonium con-
9 trahere libere & licite poſſe, baptizato † metu im-
primitur character & cogitur viuere vt baptiza-
tus, *c. de iudæis 45. diſt.* quia obligatio profitendi fi-
dem catholicam eſt eſſentialiter & naturaliter
annexa characteri baptiſmatis, obligatio vero
continendi ſubdiaconatui, ex ſtatuto eccleſiæ &
tacito voto: *Caſ. d. deciſ. 2. n. 26. qui late in vtramque*
10 *partem hanc quæſtionem diſputat.* Conſultum † eſt
proteſtari de metu, quia proteſtatio tollit actum
contrarium ſubſequentem, & poteſt fieri parte
ignorante, *Felin. in c. cum M. nu. 29. verſ. fallit quin-*
to de conſtit. Pan. in c. tua nos n. 9. de ſponſ. durat du-
rante cauſa, ſemperque repetita cenſetur: *Felin. in*
d. c. cum M. ſub num. 7. verſ. 2. limita de conſtit. Achill.
deciſ. 11. de pœn. debet concipi reſpectu futuri tem-
poris, vt ſi contingat me in futurum promittere,
non intendo me obligare, *Bald. in l. pacta nouiſſi-*
ma ſub n. 7. verſ. in hac quæſt. C. de pact. & ibidem Iaſ.
ſub nu. 12. verſ. limita concluſionem, Anch. in c. tua nos
ſub n. 8. verſ. quod intelligo ſecundum Hoſt. de ſponſal.
Bart. in l. non ſolum §. morte nu. 15. & 16. ff. de nou. o-
per. nunciat. verum huiuſmodi proteſtatio non eſt
neceſſaria, *Pan. in c. 1. n. 6. hoc tit.* Metum † paſſo 11
eiuſque ſucceſſoribus, quoniam & rei perſecu-
tionem habet, *l. ſi cum §. poſt annum verſ. fin. l. quod*
diximus §. 1. in fine ff. hoc tit. ſiue perfecta ſit ſiue
imperfecta res ſit, *l. metum 3. §. ſed quod prætor ait in*
fine ff. hoc tit. datur actio, quod metus cauſa per-
ſonalis, in rem ſcripta, aduerſus eum qui vim ad-
miſit, etiamſi res ad alium peruenit, *d. l. ſi cum §.*
pædius, & omnes habentes commodum ex metu,
d. l. metum 3 §. fin. & l. illud d. l. ſi cum §. aliquando
& §. ſeq. ff. hoc tit. & quatenus commodum ad
eos peruenit, *l. ſi quis alius ff. hoc tit.* quamuis vim
aut metum non intulerint, *d. l. metum 3. §. fin. & d.*
l. illud ff. hoc tit. ſed alius metum fecit, nam in alte-
rius præmium verti, alienum metum non opor-
tet, *d. §. pædius d. §. aliquando l. non intereſt C. hoc tit.*
Si plures metum adhibuerint, quilibet tenetur in
ſolidum, quia hæc actio eſt ex delicto, ſed vnius
ſolutio liberat omnes, quia ab initio eſt perſecu-
toria rei, non pœnalis, *l. ſi cum §. fin. & ll. ſeqq. ff.*
hoc tit. in qua eſt exprimendum cui metus ſit illa-
tus, ſed non eſt exprimendum, quis metum fe-
cerit, *d. l. ſi cum §. in hac actione l. ſed & ex dolo §. fin.*
& ibi gloſſ. pen. ff. de dolo, arbitraria † *d. l. ſi cum §.* 12
hac autem §. præterea Inſt. de action. in qua reſtitutio
facienda eſt in integrum, officio iudicis, vt ſi res
per vim tradita eſt, retradatur, & de dolo repro-
mittatur, ne forte deterior res ſit facta, ſi accepti-
latione liberatio interuenit, reſtituenda eſt in
priſtinum ſtatum obligatio, ſi per vim ſtipulanti
promiſerim, ſtipulatio accepta facienda erit; ſed
& ſi vſusfructus vel ſeruitutes amiſſæ ſint, reſti-
tuendæ erunt, *d. l. metum §. item Iulianus & §. ex*
hoc. ſi metu coactus nudo pacto ab emptione &
venditione diſceſſerim, competit hæc actio vt ſe
reponat in priſtinam obligationem, *l. ſi mulier §. ſi*

metu ff. hoc tit. ant coactus hæreditatem repudiauerim; d. l. ſi mulier §. fin. cum partu ancillarum, fœtu pecorum, fructibus, omni cauſa, & omnibus acceſſionibus perceptis, & quæ à petitore percipi potuiſſent, l. ſed & partus l. ſi cum §. labeo
13 ait ff. hoc tit. Pan. in c. abbas nu. 3. hoc tit. intra † annum vtilẽ in quadruplum, in quo ineſt ſimplum, d. l. ſi cum § ſed etſi, Quadruplatur id in quo quis damnum patitur, d. l. ſi cum §. pen. & omne id, quodcunque reſtitui oportuit, ſi non reſtituat intra quadrimeſtre tempus, quod datur iudicatis, d. l. ſi cum §. 1. & §. hac autem actio eſt & §. quatenus & ibi Bart. n. 5. ſiue condemnatio ad factum, d. l. ſi cum §. ſed etſi quis, ſiue ad ſpeciem, ſiue ad quantitatem facta fuerit, l. ſi is fideicommiſſi ff. de vſur. gloſſ. in verb. ſtatutum in l. fin. C. de execut. rei iud. & ibi DD. l. 3. C. de vſur. rei iud. & ibi DD. Bart. in d. §. quatenus n. 5. contra gloſſ. ibidem, per vnam ſententiam, videlicet, condemno te. ad rem reſtituendam, & ſi rem non reſtituas, ex nunc condemno in quadruplum: l. conductores C. locat. l. non abs re C. vnde vi, vel per duas ſententias, in quarum prima condemnet ad rem reſtituendam, in altera re non reſtituta intra tempus datum iudicatis condemnet in quadruplum, gloſſ. in verbo datam d. §. hac autem actio d. l. ſi cum ff. hoc tit. & ibi DD. Prima eſt definitiua, quia debet ante eam libellus offerri, lis conteſtari & ſeruari ordo iudiciarius: ſecunda eſt executio primæ, in qua non requiritur libellus, hoc enim venit arbitrio iudicis, quod habet ſuper hac actione, d. l. ſi cum §. in hac actione verſ. fin. & pro illa habet nouam dilationem, quæ datur iudicatis, Bart. in d. §. quatenus n. 6. ac ab ea poteſt appellari, quia à pronunciatione de exequendo appellatur, l. ab executore ff. de appell. & ibi gl. 1. l. ab executione & ibi gloſſ. 1. C. quor. appell. non recip. tum quia potuit eſſe, quod prima fuit iuſta, & non ſecunda, d. l. ſi cum §. quatenus verſ. quod ſi homo, & huiuſmodi appellatione pendente, reſtituendo rem, non poteſt euitare pœnam, niſi intra tempus quod datur iudicatis, Bart. in d. §. hac autem actio in fine,
14 Poſt annum † datur in ſimplum, non ſemper, ſed cauſa cognita, ſi alia actio non ſit, vt ſi per metum facta iniuria, anno vtili exoleuerit, poſt annum hæc actio datur: l. ſi per vim C. hoc tit. verſ. poſt annum vero, alia autẽ actio eſſe ſic poteſt, ſi is cui vis admiſſa eſt, deceſſerit, hæres eius poſt annum habet petitionem hæreditatis, quoniam pro poſſeſſore, qui vim intulit, poſſidet, propter quod hæredi non erit hæc actio, d. l. ſi cum §. poſt annum hoc tit. Datur in hæredem, & cæteros, in id, quod ad eos peruenit, licet enim pœna ad hæredem non tranſit, attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæredis non debet pertinere, l. quod diximus §. fin. ff. hoc tit. ſufficitque ſemel ad proximum hæredem perueniſſe, & ſi, conſumpto eo, deceſſerit aduerſus hæredem hæredis omnimodo competit hæc actio, quia ſemel perpetua eſſe cœpit: l. videamus l. quod autem l. quantum ff. hoc tit. Ex decreto diui Marci, creditor rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam, non ab ipſo ſibi ſponte datam, ſine vllo iudice temere poſſidens, aut accipiens, vel ius in eam rem, ſibi dicens, ius crediti amittit, non ipſo iure ſed per ſententiam, l. extat ff. hoc tit. fallit vt per glo. ibi in verb. ſine vllo, Secundo competit † metum 15
paſſo exceptio, in qua non eſt exprimendum quis metum fecerit, aut cui metus factus fuerit, ſed ſufficit docere, quod omnino metus cauſa factũ eſt, in hac re, à quocunque, l. apud celſum §. fin. ff. de dol. mal. & met. except. l. ſed & ex dolo §. fin. & ibi gl. pen. ff. de dolo, Tertio ſi † Dominus erat, datur ei 16
vtilis vendicatio, quia res in bonis eius eſt, qui vim paſſus eſt, l. ſi vi vel metu C. hoc tit. l. ſi mulier §. fin. ff. eod. ſed etſi in quadruplum quis egerit, finitur in rem actio, & econtra ſola electione, quia in pœnali quod metus cauſa continetur rei perſecutio, d. l. ſi mulier §. fin. d. l. metum § licet & ibi glo. in verbo finiri & DD. Metus ſemel illatus ſemper durare præſumitur, quando cauſa, ex qua metus inferebatur, ſubſiſtit, Bart. in l. 2. num. 6. & 7. C. de his quæ vi metuſq; cauſa P. & ibi Bald. n. 10. & ſeqq. & DD. c. cum locum de ſponſ. Dec. l. in omnibus cauſis 1. n. 14. ff. de reg. iur. Greg. xv. deciſ. 392. per totam, quodcunque interuallum intercedat, Fr. Aret. in l. interpoſitas nu. 4. C. de tranſact. Dec. d. l. in omnibus cauſis ſub n. 14. quicunque actus fiat, præ ſe ferens liberam voluntatem, & iucundum animum, Abb. antiq. in c. ſuper hoc in verbo non vi nec metu & ibi Can. de reaam. late Greg. xv. d. deciſ. 392. num. 3. & per totam & ibi auctor. attamen excluduntur hæ actiones ſublata proxima † cauſa metus & violentiæ, 17
c. cum locum de ſponſal. c. recedens de procurat. ſpontanea ſolutione, l. cum te la 1. & l. ſi per vim in princ. C. hoc tit. niſi † iurauerit ſoluere, quia videtur magis ſoluere cauſa euitandi periurii, quam animo 18
approbandi contractum, nam quandocunque ſubeſt aliqua coniectura, quod metum paſſus, faciendo

Digitized by Google

ciendo poſtea actum ſpontaneum, cum non faciat animo approbandi contractum, ſed propter aliam cauſam tunc non reſultat approbatio: *l. 2. & ibi Bart. num. 8. & 10. & ibi DD. & l. ſi per vim & ibi Bart. n. 2. C. hoc tit. Pan. in d. c. ad audientiam n. 3. hoc tit. & ibi Can.* Ratificatione profeſſionis metu factæ: *c. 1. in fine hoc tit. c. ſignificatum c. cum verum de regul. &c.* metu iuſte illato; *l ſi mulier ff. hoc tit.*
19 *Pan. in c. 2. n. 7. eodem.* rei interitu † ſi res ipſa metu extorta, apud bonę fidei emptorem, ſine dolo malo eius pereat, *l. ſi ipſa res ff. hoc tit. d. l. ſi cum §. aliquando*, ſi in pecuniam, aliamve rem conuerſa ſit, nihil vltra quærendum eſt, quis exitus ſit, ſed omnino locuples videtur, licet poſtea deperdat, *d. l ſi ipſa res*, periculum vero interitus rei pertinet ad eum, qui metum intulit, etiamſi ſine dolo malo & culpa eius perierit, & re perempta durat arbitrium iudicis, niſi eodem modo erat peritura penes actorem, aut pereat poſt ſecundam ſententiam intra tempus iudicati, *l. 1. & ibi Bart. poſt gloſſ. C. hoc tit. d. l. ſi cum §. quatenus & ibi Bartol. & DD.* non propter dilationem legalem, quia hæc excuſat ab vſuris, non ab interitu rei, tum quia præceſſit mora, quæ per ſententiam, non eſt purgata, ſed aggrauata, ſed ſpeciale eſt, quod re perempta, intra tempus, quod datur iudicatis poſt ſecundam ſententiam, metum inferens non teneatur de interitu propter pœnam tripli: *d. §. quatenus verſ. quod ſi homo & ibi gloſſ. in verb. quia tripli & DD. communiter*, fuga ſerui, ſi bonæ fidei poſſeſſor cauerit reſtituturum, ſi in eius poteſtatem deuenerit, *d. l. ſi cum §. aliquando*, ab eo vero, qui metum intulit, pro eo qui in fuga eſſe dicitur, cautio extorquenda eſt, quatenus & perſequatur, & omni meliori modo reſtituat, ſi inuenerit, alias æſtimationem, *d. l. ſi cum §. quatenus verſ. quod ſi homo*, exceptione retentionis, propter precium, licet ſecus in vi expulſiua, *l. ſi vi vel metu C. hoc tit & ibi Bart. poſt glo. & Bald.* quia pro vi compulſiua nullum competit poſſeſſorium, ſed vtilis vendicatio, aut perſonalis actio: exceptione tua non intereſt, quia hæc actio damnum exigit, *l. ſed & partus §. fin. ff. hoc tit.* præſcriptione longi temporis per bonæ fidei emptorem, non per metum inferentem, propter eius malam fidem, nam actio quod metus cauſa, eſt perſonalis in rem ſcripta, excedit ſuos terminos, & exceditur à non terminis ſuis: *gl. in l. ſi vi vel metu C. hoc tit. in verbo monitus & ibi Bart. nu. 10.* vſucapione triennij, quoad fructus perceptos ante triennium, nam ſicut, ſi non eſſet Dominus, eos præſcriberet triennio, cum ſit bonæ fidei poſſeſſor, eodem modo in hac actione præſcribit fructus triennio, *l. ſequitur §. fructus & ibi gl. ff. de vſucap. Bart. in d. l. ſi vi vel metu n. 22. & ibi Bald.* & per hæredem, bonæ fidei poſſeſſorem, poſſunt vſucapi titulo pro hærede, *Caſtren. in d. §. fructus.*

De in integrum reſtitutione.

Titulus XXXXI.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutionis in integrum deſcriptio.*
Eſt beneficium mixtum.
2 *Reſtitutionis in integrum cognitio agitanda eſt apud iudices ordinarios adminiſtrationem habentes.*
3 *Aduerſus ſententiam definitiuam delegati à principe ſolus princeps reſtituit.*
4 *Reſtitutionem petens, cogitur adire iudicem illius, in cuius præiudicium reſtitutionem petit.*
5 *Minori viginti quinque annis datur reſtitutio toto tempore minoris ætatis, & poſtea intra quadriennium continuum.*
6 *Quid iuris ſit, ſi beneficio principis ætatis veniam fuerit conſecutus.*
7 *Minori aduerſus geſta poſt completum vigeſimum quintum annum non datur reſtitutio regulariter.*
8 *Niſi fecerit quadam ex neceſſaria ſequela actus geſti in minore ætate.*
9 *Minor reſtitutionem petens, duo debet probare, minorem ætatem & læſionem.*
10 *Fallit duobus caſibus.*
11 *Eccleſiæ datur reſtitutio, & vtitur iure minoris, facti maioris.*
12 *Reipublicæ, Ciuitati, Caſtro, villæ datur reſtitutio.*
13 *Maior reſtituitur, dummodo iuſta cauſa probetur.*
14 *Reſtitutio datur minori, & ijs qui iure communi reſtituuntur in omni geſto.*
15 *Aduerſus contractum.*
16 *In beneficialibus ſtante læſione.*
17 *In iudicijs.*

Digitized by Google

18 *Aduerſus aditionem hereditatis.*

19 *In lucro omiſſo.*

20 *Aduerſus ſententiam interlocutoriam & definitiuam.*

21 *Contra res bis iudicatas.*

22 *Contra tres conformes.*

23 *Reſtitutio datur minoribus, & heredibus, cæteriſq; ſucceſſorib*[illegible]*ſalibus minorum.*

24 *Reſtitutio datur contra illum, cum quo geſtum eſt, eiuſque heredem, in ſubſidium contra tertium.*

25 *Reſtitutio non tribuitur ei, qui mero iure munitus eſt.*

26 *Quæ regula limitatur duobus modis.*

27 *Reſtitutio ex quocunque capite petatur, datur quadriennium continuum ad interponen. conteſtationem, litemq́; finiendam.*

28 *Ex quadriennio ſubducitur omne legitimum impedimentum.*

29 *Currit quadriennium à die læſionis, & pro varietate ſubiecti varie currit.*

30 *Dilatio probatoria quæ inter metas reſtitutionis, valet arctari, actori & reo tribuitur, quodſi inter eas anguſtari nequeat, actori denegatur, reo ex iuſta cauſa conceditur.*

31 *Reſtitutio minori cōceſſa nō prodeſt eius fideiuſſori.*

32 *Minori reſtitutio in integrum quibus caſibus denegatur, & plures enumerantur.*

33 *Minori an detur reſtitutio in integrum aduerſus vſucapionem, vel præſcriptionem.*

34 *Inductam ex vltimis voluntatibus, & conuentionalem.*

35 *Statutariam.*

36 *Præſcriptionem triginta vel quadraginta annorum.*

37 *Reſtitutionis effectus varius eſt ſecundum ſubiectam materiam.*

38 *Reſtitutionem petens debet ſoluere expenſas.*

39 *Reſtitutio poſtulata impedit executionem ſententiæ.*

40 *Fallit quando ex pluribus coniecturis in petente reſtitutionem arguitur excogitata malitia.*

41 *De Stylo Curiæ reſtitutio non retardat executionem primo loco petitam.*

42 *Conceſſa prout de iure retardat donec cognoſcatur an ſit danda reſtitutio.*

43 *Reſtitutio ſemel conceſſa iterum conceditur.*

44 *Reſtitutio ſemel denegata non conceditur maiori, neque etiam eccleſiæ vel minori, præterquam ad appellationem omiſſam à ſententia denegationis, vel etiam ad totam cauſam propter probationes de nouo repertas.*

DICTVM eſt de reſtitutione, quæ datur ratione metus, nunc ſubnectit titulum generalem de in integrum reſtitutione, per quam ſubuenitur Eccleſiis & minoribus iure communi, maioribus ex iuſta cauſa, §. *ſi quis agens verſ. huic enim Inſtit. de act.* § *extraneus Inſt. de heredum qualit. & differ. & vtrobiq́; DD.* Eſt autem † iuris reintegratio, qua iudex plurifariam hominibus, vel lapſis vel circumſcriptis ſubuenit, ſiue metu, ſiue calliditate aduerſarij, ſiue ætate, ſiue abſentia inciderunt in captionem, ſiue per ſtatus mutationem, aut iuſtum errorem, *l. 1. & 2. ff. de reſt. in integr.* vt quilibet ius ſuum habeat ſaluum, tam is qui reſtituitur, quam alius, contra quem poſtulatur, *l. vnica C. de reput. quæ fiunt in iud. in integ. reſtit. l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. &c.* nullaque actio vel cautio datur, ſed totum pendet ex cognitione prætoris, *d. l. quod ſi minor §. fin. c. fin. de offic. iud.* debet peti per ſe vel procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *l. illud §. fin. & l. ſeq. ff. de minor. &c. late Couar. variar. reſol. libr. 1. cap. 6. per totum. Mynſ. obſ. 26. cent. 2.* Eſt beneficium nec perſonale nec reale ſed mixtū, *Mynſ. obſ. 18. cent. 4.* 1

Cognitio reſtitutionis in † integrum agitanda 2 eſt apud iudices ordinarios adminiſtrationem habentes, vt epiſcopos &c. delegatos ab eis, ſiue ad vniuerſitatem cauſarum, quia reſtitutio in integrum competit iure magiſtratus, *l. 1. in princip. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* ſiue hoc ipſis delegatis ſpecialiter demandatum fuerit, ſiue in commiſſo eis negotio contingat incidere huiuſmodi quæſtionem. Ordinarij vero, qui adminiſtrationem non habent, ſed tantummodo facultatem iudicandi, vt capitaneus appellationum in alma vrbe, delegati ab eis, ac arbitri de cauſa reſtitutionis non poſſunt cognoſcere, niſi coram eis mota fuerit incidenter, *c. pen. & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. l. fin. C. vbi & apud quem cognit. reſtit. in integr. agit. ſit.* Minor magiſtratus contra ſententiam maioris non reſtituit, *l. minor 2. ff. de minor. &c.* Succeſſor in magiſtratu, contra ſententiam ſui prædeceſſoris reſtituit, quia contra ſententiam à ſe latam reſtituit, *l. in cauſæ cognitione la. 2. §. fin. cum duabus ll. ſeqq. ff. de minor.* & ſucceſſor pari, imo eadem poteſtate fungitur, *c. innotuit §. quamuis de elect.* Nullus reſtituit, aduerſus † ſententiam definitiuam delegati à principe, niſi ſolus princeps, 3

l. ad-

Digitized by Google

l.aduerſus C. ſi aduerſ. rem iud. ne quidem legatus
de latere, niſi habeat ſpeciale mandatum; *c.ſtuduiſti de off. leg. c.paſtoralis §. quia vero de offic. deleg.* aduerſus ſuam interlocutoriam ipſemet delegatus
principis poteſt reſtituere, *l fin. C. vbi & apud quem cog. reſtit in integr. & ibi Bart. & DD. in d.l.aduerſus.*
4 Regulariter petens † reſtitutionem, cogitur adire iudicem illius, in cuius præiudicium reſtitutionem petit; *l.2.C.vbi & apud quem cognit.reſtit.in integr.&c. & ibi Bart. & DD.* ſpeciale eſt in eccleſia & perſonis eccleſiaſticis, quod poſſint etiam
in bonis patrimonialibus petere reſtitutionem
in integrum, coram iudice eccleſiaſtico, aduerſus
contractum cum quocunque etiam laico initum, & præſcriptionem inductam ex ſtatuto ſeu
conſuetudine laicorum. *c.pen.de reb.eccleſ.alien.vel non. Pan.in c.1.n.18.& in c.conſtitutus in 1.not.hoc tit. Couar.var.reſol.lib.1.cap.4.nu.2.& ſeqq.* Datur re-
5 ſtitutio † minori vigintiquinque annis toto
tempore minoris ætatis, quod ſpectatur à momento in momentum, & læſio contingat vltimo
momento vigeſimi quinti anni, ſi natus ſit biſexto, ſiue priore ſiue poſteriore die, duo dies computantur pro vno, *l.3.§.minore ff. de minor.& c.* momento completo olim habebat vtilem annum,
hodie quadriennium continuum, quod incipit
currere ex quo vigeſimi ſexti anni dies illuxerit,
6 *l.fin C.de temp.in integr.reſtit.* & ſi forte † beneficio
principis ætatis veniam fuerit conſecutus, quæ
perraro indulgetur, *l.denique ff. hoc tit.l.2. C. de his qui veniam ætat. impetran.* non à data reſcripti, ſed
ex eo die, quo huiuſmodi indulgentia in iudicio
competenti fuerit intimata, eique adminiſtratio
propriæ rei permiſſa, ita tamen vt nunquam minoribus vigintiquinque annis conſtitutis de ijs,
quæ ante impetratam veniam ætatis geſſerunt,
auxilium reſtitutionis in integrum denegetur,
l.ea quæ C.de temp.in integr.reſtit.& ibi Bald. Aduer-
7 ſus geſta † poſt completum trigeſimum quintum annum, aut poſtquam adminiſtratio ipſi fuit
decreta, etiamſi lædatur, non habet reſtitutionem in integrum, *l.1.verſ.apparet ff. de minor. & c.l. 1.C.de his qui ven.ætat. impet.* aut ſi maior factus approbauerit, tacite vel expreſſe quod minor geſſerat; *l.1.& 2.C.ſi ma.fact. rat.hab.* niſi calliditate aduerſarij, negocium ſit protractum, vt maiore eo
facto perficeretur, aut maior factus fuerit quæ-
8 dam executiue & ex neceſſaria † conſequentia,
ſeu ſequela actus geſti in minore ætate, videlicet
minor ſe immiſcuit hæreditati paternæ maiorq;
factus exegit aliquid à debitoribus paternis, minor vendidit, maior factus tradidit, quibus caſibus ſi deſiderat, in integrum eſt reſtituendus inſpecto initio, *l.denique §.ſi quis cum minore ff. de minor. 25. annis & ibi Bart. poſt gloſ.* quod ſi actus à
maiore geſtus non veniat executiue aut non habeat neceſſariã conſequentiam ad actus factos,
in minori ætate, ceſſat reſtitutio. Vnde minor
contra quem, poſtquam maior eſt factus,
concluſum fuit in cauſa, & lata fuit ſententia petens reſtitutionem aduerſus ipſam ſententiam, non auditur, quando omnia acta iudicialia in minore ætate ſunt perfecte & ſolemniter
facta, nam licet ſententiam ferri habeat neceſſariam conſequentiam, ad litem motam, *l.de qua re ff.de iud.* tamen tali modo ferri, non habet neceſſariam conſequentiam ad initium litis motę; vnde ex ſolo actu ſententiæ fuit deceptus, & non ex
conſequentia primi actus, nam iudicia requirunt
tractum temporis, & non poſſunt retrotrahi ad
momentum temporis; ſecus ſi peteret reſtitutionem aduerſus ſententiam, tanquam male latam,
ex defectu libelli, vel ex defectu probationis,
quam omiſerat, in minori ætate; quo caſu ſententia habet neceſſariam conſequentiam ad illum actum, quia iudex ſic facere debuiſſet, *Bart. in d. §.ſi quis cum minore & ibidem Bald & DD. communiter.* Ex † quibus conſtat, quod minor reſtitu- 9
tionem petens, duo debet probare, primo, quod
eſſet prior tempore contractus, vel ſententiæ latæ; ſecundo quod læſus ſit, *l.verum §.ſecundum l. ait prætor §.non ſolum ff. de minor. l. ſi minorem & ibi gloſ.fin. iuncta l.minoribus C.de in integr.reſtit.minor. c.conſtitutus hoc tit. l. nam.poſtea §. ſi minor ff.de iureiur. Mynſ.obſ.16.cent. 4.* vel lucrum capiendum
dolo aduerſarij vel ſua facilitate neglexerit, *d.l. ait prætor §.fin.& l.ſeq. Pan. in d.c.conſtitutus num.5.* aut litibus & ſumptibus ſe implicuerit, *l.minoribus la.1.l. quod ſi minor §.1. l. non omnia ff. de minor. & c.*
Fallit in † mutuo, in quo deceptus præſumitur, 10
niſi probetur locupletior, in odium fœneratorum, *l.1.& 2. C.ſi aduerſus cred.* Fallit ſecundo, in
minore petente reſtitutionem in integrum contra appellationem à ſe omiſſam qui non tenetur
aliud probare quam quod ſit minor, ſatis enim
læſus cenſetur qui non prouocauerit, *Mynſ.obſ. 17.cent. 4.* Datur quoque reſtitutio eccleſiæ, quæ
vtitur † iure minoris facti maioris, intra qua- 11
drien-

driennium continuum à tempore læſionis, *clem.* 1. *& ibi gloſſ in verbo iure minoris hoc tit. c. 1. eodem in* 6. vel à tempore emanatæ confeſſionis iudicialis, ſi aduerſus confeſſionem petatur reſtitutio
12 computandum, *c. 2. hoc tit. in 6.* ac † etiam reipublicæ, *l. rempublicam C. de iure reipub. lib.* XI. *l. reſpublica C. quib. ex cauſ. maior.* ciuitati, caſtro, villæ, *l. ſi hæres iuſſus* §. *vicis & ibi Iaſ. nu. 2. 3. & ſeqq. & DD. ff. de legat. 1. Gail. obſ. 62. lib.* 2. quamuis loco priuatorum ſunt, *l. eum qui in fine ff. de verb. ſignif.* item
13 maiori, dummodo † iuſta cauſa reſtitutionis probetur, *l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior &c. Pan. in c. ex literis nu. 5. & 7. hoc tit.* etiam in cauſa fauorabili, ac matrimoniali, *c. ex literis hoc tit. l. 2. C. ex quib. cauſ. maior. &c.* §. *ſi quis agens. Inſt. de action.* Negligentia procuratoris in non appellando, non præbet iuſtam cauſam reſtitutionis, cum imputandum ſit principali, qui debuit diligentiorem procuratorem eligere, *Bald. in auth. ſed hodie num. 3. C. de appell. qui diſtinguit an procurator ſit ſoluendo vel non Pan. in c. cum veniſſent n. 17. & 20. de reſt. in integ. late Afflict. deciſ. 344. & ibi Vrſil. limitat tribus modis Quint. mandoſ. in foro commiſſ. 32. reſtit. ad proſecut. app. in verbo cauſam appellationis verſ. contrarium dicens ſemper dari reſtitut. in matrimonial & cauſ. benefic. quia in iſtis non cadit æſtimatio.* Danda reſtitutio
14 eſt † minori, & ijs, qui iure communi reſtituuntur in omni geſto, *l. 1. verſ. prætor edicit & l. ait prætor in princ. ff. de minor. Bart. in l. fin. ſub n. 5. verſ. aduerte C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* (ſi nihil cum minore geſtum eſt, licet læſus ſit, non eſt locus reſtitutioni) *l. verum* §. *ſciendum ff. de minor. &c. l. non videtur & ibi gloſſ. 1. C. de in integ. reſtit. minor. &c. Bart. in l. xv. cum filius familias* §. *in hac ſtipulatione n. 2. ff. de verb. oblig. Cæſar. deciſ. 1. n. 5. & 6.*
15 *hoc tit.* ſiue contractum † ſit, ſiue quid aliud contigerit, ſed etſi ei pecunia à debitore paterno, vel proprio ſoluta ſit, & hanc perdidit, aut fideiuſſorio nomine ſe aut rem ſuam obligauit. vel ſe maiorem affirmauerit, *tot. tit. C. ſi minor ſe maiorem dix. Mynſ. obſ. 20. cent. 4.* Pinguius eſt priuilegium eccleſiæ, in reſtitutione aduerſus contractum, quam minoris, quia ſi minor iurauit non contrauenire, non reſtituitur, *auth. ſacramenta puberum C ſi aduerſ. vend.* ſi autem Prælatus iurat non contrauenire in contractu damnoſo eccleſiæ, ſic iurando deierauit, & eccleſia eodem petente, vel alio reſtituitur, *c. quod quis 35. q. 9. c. ſi quis de reb. eccleſ. non alien. c. ficut. c. intellecto de iureiur. c. cũ veniſſent de Inſtit.*

In beneficialibus † minori non 16
datur reſtitutio, ſi res non ſit integra, quia beneficium ſit collatum alteri, ſi ipſe agat de lucro, *c. ex parte de reſt. ſpoliat. & ibi Pan. nu. 14. & 15. Put. deciſ. 5. de reſtit. in integr. Put. deciſ. 9. lib. 3. Garc. de benef. part. XI. cap. 3 §. 1. n. 60. & 61.* ſtante læſione, re integra, *Put. deciſ. 3. de reſt. in integr. Pan. in d. c. ex parte n. 14. & ſeqq. de reſtit. ſpoliat.* & re non integra, minori datur reſtitutio ad beneficium reſignatum, etiam alteri collatum, ſi ex hoc lædatur, abſque noua collatione: *gloſſ. in d. l. ait prætor in verb. quid aliud Pan. in d. c. ex parte n. 14. poſt gloſſ. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 427. lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 6. per tot.* non tamen aduerſus omiſſam publicationem reſignationis beneficij: quia non facta publicatione, ex actu reſignationis, nihil illi fuit acquiſitum, *Put. deciſ. 443 lib. 1. Achil. deciſ. 10. hoc tit. l. ait prætor, & ibi gl. in verb. quid aliud ff. de minor Pan. in c. ex parte n. 14. de reſtit. ſpoliat.* Sed & † in 17
iudicijs minori ſubuenitur, ſi dum agit, ſiue dum conuenitur, captus ſit, *d. l. ait prætor in princ. &* §. *non ſolum*, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio iudicio manutentionis, *gl. in l. vnica C. ſi de mom. poſſeſ. & ibi Bald. n. 9. & DD. Cæſar. deciſ. 2. hoc tit.* ac recuperandæ ſiue in ſpolio, *Ioan. Andr. in c. 1. n. 2. hoc tit. in 6. & ibi Anchar. n. 4. Gemin. n. 6. Franc. n. 4. prope finem*, & quando ex aliquibus ſignis, *Ripa in c. ſæpe de reſt. ſpoliat n. 2. enumerat.* 12. poſſet videri, quod per poſſeſſionem inferretur enormiſſimum damnum: *Achill. deciſ. 5. hoc tit. Ripa in c. quod ſæpe ſub nu. 3. de reſtit. ſpoliat. Curt. in c. admonendi n. 203. ff. de iureiur.* maiori vero in poſſeſſorio non datur reſtitutio. *Cæſar. deciſ. 16. n. 14. de prob. Put. deciſ. 34. & ſeq. lib. 1. gloſſ. in l. vnica in verb. reformationem, C. ſi de mom. poſſeſ. & ibidem DD. Franc. in c. 1. n. 4. de in integr. reſtit. in 6.* niſi ob inſtrumentum de nouo repertum. *Cæſar. deciſ. 2. n. 3. hoc tit. per l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior.* Minor reſtituitur, ſi quaſi contumax condemnatus ſit, *l. minor 1. ff. de minor 25. annis.* aduerſus negligentiam procuratoris, *c. 2. hoc tit.* ac poſt publicatas atteſtationes, docto ſummarie, quod habet nouas probationes, aduerſus neceſſariam probationem omiſſam, & ſuper articulis antiquis prius probatis, licet minus ſufficienter, *l. minor vigintiquinque 2. ff. de minor. & ibi DD.* Eodem iure vtitur eccleſia, *c. coram hoc tit.* nedum contra priuatum, ſed etiam contra aliam eccleſiam, *c. auditis hoc tit. & ibi Pan. n. 16. poſt Inno. & Can. Achil. deciſ. 9. hoc tit.* Sed etſi † hæredita- 18

tem

Digitized by Google

tem minor adit, minus lucroſam, ſuccurritur ei,
vt ſe poſſit abſtinere; idem eſt, in qualibet alia
ſucceſſione, plane qui poſt aditam hæreditatem
reſtituitur, debet præſtare, ſi quid ex hæreditate
in rem eius peruenit, nec perijt per imbecillitatem
ætatis, *d. l. ait prætor §. ſed etſi hæreditatem & §.
ſeq. ff. hoc tit. §. extraneis Inſt. de hæred. qual. & diffe-*
19 *rent.* Nec non † in lucro omiſſo, ſi in optionis le-
gato deceptus ſit, dum eligit deteriorē; vel duas
res alternatiue promiſerit, & pretioſiorem dede-
rit, ſi res eius venierit, & exiſtat, qui plus liceatur:
d. l. ait prætor §. fin. & l. ſeq. ff. de minorib. c. conſtitu-
20 *tum hoc tit.* Item reſtituitur minor † aduerſus ſen-
tentiam interlocutoriam ac definitiuam præſidis
Præfecto Prætorio Imperatoris & Pontificis pre-
miſſa cognitione læſionis interdum plena inter-
dum ſummaria, *l. cum & minores l. fin. ſi aduerſus*
21 *rem iud. Mynſ. glo. 21. cent. 4.* contra res bis † iudi-
catas in conſiſtorio principis, ac ſententiam ſum-
mi Pontificis, *c. tum ex litteris hoc tit.* Sufficitque
qualiſcunque iniuſtitia etiam non notoria, ad re-
tractandam ſententiam etiam quæ tranſiuit in
iudicatum in ſupremis tribunalibus; *c. inter de re
iud. l. plane verſ. ſed benignius ff. de petit. hæred. Guid.
Papa deciſ. 368. Caſ. deciſ. 10. nu. 12. de ſent. & re iud.
Rot. diuerſ. deciſ. 351. num. 5. part. 1. Card. Seraph. 251.
Greg. xv. deciſ. 459. & ibi annot.* item quando con-
ſtat de bono iure ex nouiter deductis, *Caputaq.
deciſ. 94. part. 3. c. cum olim de ſent. & re iud.* In dan-
22 da minori reſtitutione aduerſus tres † confor-
mes, Rota varie proceſſit, & alias ſecuta fuit opi-
nionem Bald. & Alex. negatiuam, ne tres ſenten-
tiæ magno diſpendio obtentæ ſint ludibrio, ali-
quando ſecuta eſt opinionem Salyc. affirmati-
uam, quando vel ex nouis vel antiquis probatio-
nibus aliquid apparet, quod excludit præſum-
ptionem calumniæ, *Caſſad. deciſ. 1. & Cæſar. deciſ. 1.
hoc tit. Con. pract. quæſt. lib. 1. cap. 25. num. 7. Mynſ. ſing.
obſ. 84. cent. 3.* Sed quando agitur de reuocandis
ſententiis rotalibus executioni demandatis, &
per plures annos obſeruatis, requiritur probatio
notoriæ iniuſtitiæ, quæ nullo velamine offuſcari
& nulla excuſatione celari poſſit, *Fel. in c. inter cæ-
teras ſub n. 4. verſ. ſexta declaratio & nu. 5. & ſeqq. de
re iud. Dec. in c. quoniam contra n. 151. & ſeqq. de prob.*
23 *Greg. xv. deciſ. 501. n. 1.* Non ſolum † autem mino-
ribus, verum hæredibus, & cæteris ſucceſſoribus
vniuerſalibus minorum datur in integrum reſti-
tutio, etiamſi ſint ipſi maiores, *l. non ſolum ff. de in*

*integr. reſtit. l. minor autem §. fin. cum l. ſeq. ff. de mi-
nor. & c. Mynſ. obſ. 19. cent. 4.* Ac patri, qui occupat
peculium profectitium iure patriæ poteſtatis, *l.
denique §. Pomponius ff. de minor.* Semper fit reſti-
tutio contra † illum cum quo geſtum, contra- 24
ctumve eſt, eiuſque hæredem, in ſubſidium con-
tra tertium, apud quem res peruenit, ſi ſciuit rem
iſtam geſtam eſſe cum minore, vel cognitione
prætoria, vel reſciſſa alienatione, dato in rem iu-
dicio, ſi ignorauit, & prior emptor non eſt ſol-
uendo, æquius eſt minori ſuccurri, etiam aduer-
ſus ignorantem, quamuis bona fide emptor eſt,
ſed vbi reſtitutio datur, poſterior emptor reuerti
ad auctorem ſuum poterit; per plures quoque
perſonas ſi emptio ambulauerit, idem iuris eſt, *l.
in cauſa cognitione la 1. §. fin. cum 2. ll. ſeqq. ff. de minor.*
ijs citatis & cauſa cognita, *d. l. in cauſa la 1. §. cauſa
l. 3. ff. de in integr. reſtit. l. etiamſi §. fin. ff. de minor.*
Si nulla alia actio ſupereſt, nam ſi mero † iure quis 25
munitus ſit, non debet ei tribui hoc extraordina-
rium auxilium, *l. in cauſa la 2. in princ. & §. 1. ff. de
minor.* Fallit † in conditione indebiti, vel ſine cau- 26
ſa, quæ reſtitutionem non impediunt, *d. l. in cauſa
la 2 §. 1. ſecundum vnam lecturam*, Item cumulatio
nullitatis & reſtitutionis in integrum, *cap. conſti-
tutum hoc tit. Mynſ. obſ. 25. cent. 2.* Ac rei vindicatio-
nis & reſtitutionis in integrum permittitur, *Mynſ.
obſ. 25. cent 2. Guido Papa q. 143.* Fallit & in actione
de dolo, quæ non competit ei cui datur reſtitutio
in integrum, *Bart. in l. 1. §. idem Pomponius refert ff.
de dolo*, Quod ſi minor omiſſo auxilio ordinario,
quod paratum habet contra curatores, & admi-
niſtratores ſuos idoneos conſtitutos, petat reſti-
tutionem in integrum, contra poſſeſſorem re-
rum ſuarum alienatarum, tenetur ei præſtare o-
mnes expenſas vtiles & neceſſarias, quas bona fi-
de emptor feciſſe approbauerit, *l. intra vtile §. fi. ff.
de minor. & c.* Datur quadriennium † continuum 27
ad interponendam conteſtationem litemque fi-
niendam, ex quocunque capite reſtitutio poſtu-
letur: (licet Bart. *in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimplici-
ter num. 12.* diſtinguat, an reſtitutio petatur aduer-
ſus contractum, vel aduerſus læſionem ex maio-
ri tempore quadriennio contingentem, an vero
aduerſus læſionem minoris temporis, & hoc ca-
ſu dicat reſtitutionem petendam, intra tantum
tempus, quantum eſt illud, in quo fuit læſus) de
quo minor ætas, iuſta abſentia, & omne impedi-
mentum legitimū excipitur etiam ex iuſto metu,

vel alias ex culpa, vel facto iudicis, vel aduerſarij forſan appellantis ab aliqua interlocutoria, vel alias proueniens; *l. fin. C. de temp. in integ. reſtit. & c. Clem. 1. & ibi gloſſ. in verbo finiri hoc tit. l. intra vtile ff. de minor. & c. Caſſad. deciſ. 2. hoc tit. Mynſ. obſ. 51. cent. 1. dicens ſupraſcript. dogma in Camera Imp. non ſeruari*, & tempus inſtantiæ cauſæ nullitatis, licet in ea ſuccubuerit, qui inſtat pro reſtitutione, *arg. l. contra maioris C. de inoff. teſtam. & ibi gloſſ. fin. & DD. Achill. deciſ. 1. hoc tit.* vt euitentur circuitus, & ne peratur reſtitutio aduerſus reſtitutionem. Ideo iudex, antequam declaret inſtantiam, & cauſam

28 reſtitutionis in integrum ex lapſu † quadriennii, peremptam; debet præmittere cognitionem quia ſubductio impedimentorum requirit inquiſitionem facti, *l. 1. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. l. 3. §. ſi ad diem ff. de re milit. faciunt not. per Bald. in l. eos 1. nu. 7. C. de appell. Franc. in c. ex ratione num. 101 de appell.* Sententia, poſt quadriennium elapſum, lata pro actore eſt ipſo iure nulla, *d. l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. & ibi Bald. n. 3 & DD. gloſſ. in Clem. 1. in verb. finiri & ibi DD. hoc tit. arg. clem. ſunt appellationem & clem. ſi appellatione de appell.* Quadrien-

29 nium autem incipit currere † à die læſionis, vt dictum eſt, *Clem. 1. hoc tit.* & pro varietate ſubiecti, varie currit: minori currit à principio vigeſimi ſexti anni ætatis ſuæ, vt dictum eſt: maiori lapſo tempore abſentiæ currit, poſt reuerſionẽ & poſtquam compoſuit ſarcinulas: *l. ab hoſtibus §. fin. & ibi gl. mag. & DD. ff. ex quib. cauſ. maior.* Si eccleſia non probauit, in peremptorio, currit à fine termini, & non à die ſententiæ; quia finito termino peremptorij completa fuit læſio: *c. 2. & 3. gloſſ. in clem. 1. in verbo à tempore hoc tit.* Ad petendam reſtitutionem ad appellandum, currit à lapſu decem dierum: aduerſus ſententiam à die ſententiæ: aduerſus lapſum fatalium, vbi fatalia ſunt lapſa, aduerſus contractum à die contractus: *c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Ioan. And. ſub n. 4. & Franc. ſub n. 2. in 3. not.* Aduerſus confeſſionem ab ipſius confeſſionis tempore: *c. 2. hoc tit. in 6.* Poſt quadriennium lapſum non datur reſtitutio maiori etiam ex noua cauſa, *Achill. deciſ. 8. hoc tit. atteſtans ita ſeruari in Rota vt ſit aliquis litium finis*, neque etiam eccleſiæ vel minori, *c. 1. reſp. hoc tit. in 6. & ibi glo. in verbo admittenda*, niſi præuaricationis aut fraudis manifeſtæ probetur commentum, aut alia rationabilis cauſa ſubſit, *d. c. 1. §. niſi hoc tit. in 6.* quibus caſibus minor & eccleſia reſtituuntur poſt quadriennium, *Franc. in d. 1. num. 3. l. meminerint. verſ. ſin autem C. vnde vi & ibi gloſſ. fin. & DD.* non beneficiatus, *Card. in clem. 1. in 6. quaſt. hoc tit. Put. 59. & deciſ. 60. lib. 1. & deciſ. 279. n. 5. lib. 3.* etiamſi conſtaret de bono iure beneficiati, *Put. deciſ. 370. lib. 2. per cap. 1. in fine hoc tit. in 6.* Dilatio † proba- 30
toria, quæ intra metas reſtitutionis valet arctari, actori & reo tribuitur, quod ſi intra eas anguſtari nequeat, quippe ſi in confinio quadriennii petatur, & eius terminos prorogabit, denegatur actori, propter eius negligentiam; in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora, ſuperſtite quadriennio, poſſet includi: reo ex iuſta cauſa conceditur, etiamſi ſeſe vltra quadriennij definitionem proferat; quia nequaquam ſteterat in eius poteſtate, quando litigio pulſaretur, *l. petenda C. de temp. in integ. reſtit.* Etenim poteſt iudex, ex cauſa, tempus fatale reſtitutionis in integrum, & appellationis, propter neceſſariam dilationem prorogare; quod perempta inſtantia, pereat tam inſtantia quam cauſa, licet non poſſit de iure ciuili, tempus inſtantiæ cauſæ principalis prorogare; *l. properandum per totum & §. fin. C. de iud.* Quia in prima inſtantia cauſæ principalis, perempta inſtantia, remanet ſalua cauſa, vt poſſit eam de nouo inchoare, *Bart. in d. l. petenda n. 3.* Dilatione à reo impetrata actor in requirendis probationibus vti minime prohibetur, *d. l. petenda.* Quod ſi nulla actoris negligentia redargui poſſit, qui dedit libellum circa principium quadriennij, & diu per reum fuit diſputatum ſuper libello, & legitimatione perſonæ, ſeu conſtituti procuratoris, quod modicum ex quadriennio ſupereſt ad probationes faciendas, actori dabitur dilatio, quæ quadriennij dimenſionem excedat, quia cum ceſſat ratio negligentiæ, ceſſat lex, *Bart. in d. l. petenda num. 3.* Si pronunciatum fuerit libellum fuiſſe aptum ſeu mandatum ſufficiens; ſecus ſi pronunciatum fuerit, ſuper ineptitudine libelli, *l. accuſaturus ff. de adult. l. quod ſi nolit §. ſi mancipium ff. de ædil. edict. l. ſi pater C. ne de ſtat. def. Bald. in auth. ei qui appellat nu. 2. C. de temp. appell.* aut mandatum non ſufficere, *c. Nicolao de appell. l. ſi procuratorem §. ſi tutores ff. mand. l. 2. §. ſi mater ff. ad SC. Tertull. & c. Bald. in d. auth. ei qui appellat. ſub n. 2. verſ. quaro ſi appellans miſit & c.* Reſti- 31
tutio † minori conceſſa, non prodeſt eius fideiuſſori, niſi minor dolo aduerſarij fuerit circumſcriptus, *l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. min.* & data minori fide-

Digitized by Google

fideiuſſori aut mandatori non liberat reum principalem: *l. minor ſe in id ff. de minor. &c.* conceſſa filiofamilias minori non prodeſt eius patri, proinde ſi iuſſu patris obligatus ſit, pater poterit in ſolidum conueniri, filius autem auxilium reſtitutionis impetrare debebit, ſi ipſe conueniatur, ſi ſine iuſſu patris contraxit, & captus eſt, ſiquidem pater de peculio conueniatur, filius non eſt reſtituendus, ſi filius conueniatur, poterit reſtitui ſiue principaliter ſiue fideiuſſorio nomine ſit obligatus, nam licet interſit filij, peculium habere, magis tamen intereſt patris, qui poteſt ad libitum peculium reuocare, quam filij, *l. denique §. ſed vtrũ ff. de minor. &c. & ibi gloſſ. & DD.* filiafamilias in dote capta, dum conſentit patri, non ſtatim dotem ſtipulanti quam dedit, vel adhibenti aliquẽ, qui dotem ſtipularetur, reſtituenda eſt, quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt, *d. l. de-*
32 *nique §. ergo etiam*, Minori † non datur reſtitutio propter minimam rem, vel ſummam, ſi maiori rei, vel ſummæ præiudicetur: *l. ſuo ff. de reſtit. in integr.* Quando mandato maioris res eius adminiſtrauit, cum eo modo potius maiori conſuleretur, cuius damno res ſit ceſſura: *l. cum mandato ff. de minor.* Quando damnum prouenit ab euentu, *l. verum §. ſciendum ff. de minor.* in rebus fortuitis caſibus ſubiectis, niſi aut ſordes æuo euidens gratia tutorum ſiue curatorum doceatur: *l. celſi ſine in princ. verſ & diſtricte ff. de minor. &c.* Aduerſus contractũ iuratum etiamſi non fuerit certioratus, DD. *in auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. Can. in c. cum contingat de iureiur. Gail. obſ. 41. li. 2.* Sed arguere poterit contractum huiuſmodi nullitatis ob defectum ſolemnitatum: *c. cum dilecta §. fin. de reſcript. c. venerabili de offic. de leg. l. cum ſi §. ſi prætor ff. de tranſact. Gail. obſ. 65 lib. 2.* Aut dolum verum, *l. ſi ex cauſ. § nunc videndum ff. de minor. &c.* vel præſumptum in futurum; *l. auxilium 3. reſp. ff. de minor.* Secus in dolo præſumpto in præteritum vt non præſumatur: *l. vbi ff. de edendo Bart. in d. l. auxilium nu. 1. & 2. & ibi DD.* omiſſas obiectiones contra teſtes: *Bald. in d. l. auxilium ante num. 1. ff. de min.* Aut omiſſa interrogatoria: *Clem. non poteſt & ibi gloſſ. in verbo grauiora de procur. Cap. Tholoſ. quæſt. 53.* omiſſas exceptiones declinatorias iudicij: *Innoc. in c. coram in verbo interlocuti hoc titu. Archid. in c. religioſum in gloſſ. fin. 87. diſt.* Vt teſtes pro aduerſario examinati contrarium deponant, *Cæſar. deciſ. 1. nu. 9. & ſeqq. hoc tit. per infra allegan-da.* Quia ſtatur primo dicto: *c. cum in tua & ibi Pan. ſub num. 9. verſ. aut ex interuallo Felin. nu. 4. verſ. ſecunda concluſio de teſtib. Rot. deciſ. 19. de teſtib. nou.* Quando obligatio habet originem contra maiorem, & cum minore nihil eſt geſtum: *l. Æmilius ff. de minor. &c. l. apud Iulianum ff. ex quib. cauſ. 17. poſſeſſ. eatur. l. eum filiumfamilias §. in Sac. & ibi gloſ. in verbo ſteiſſe & Bart. nu. 2. & 3. ff de verb. oblig.* In executionibus ſiue proſecutionibus pœnarum contra alios: *l. auxilium ff. de minor. &c.* in delictis dolo, ſecus ſi culpa, à ſe commiſſis, quando eſt doli capax, *§. pen. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. &c. l. 1. C. ſi aduerſus delictum l. ſi quis te reum & ibi poſt gl. DD. C. ad leg. Corn. de Sicar.* niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnã iudicem perduxerit: *d. l. auxilium §. in delictũ l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minor.* Aut ſi eum ex damno dato confiteri poſſit, ne dupli teneatur, maluit negare in hoc ſolũ reſtituatur vt pro confeſſo habeatur, & ſi potuit pro furto damnum decidere, magis quam actionem dupli vel quadrupli pati, ei ſubueniatur, vt habeatur pro tranſacto: *d. l. ſi ex cauſa §. ſed ſi*, Denique non fit ætatis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit, *l. auxilium in fine ff. de minor. &c. & ibi poſt glo. fin. DD. facit c. bon. memor. el. 2. circa finem principij de elect. cap. quia fruſtra de elect.*

In danda vel deneganda reſtitutione † aduerſus vſucapionem, & præſcriptiones ſeruandæ 33
ſunt infraſcriptæ regulæ. Quædã currunt contra minorem, ſine ope reſtitutionis vt 60. dierum, in quibus iure mariti, ſine calumnia, vxorem adulterij poteſt accuſare: anni in actione iniuriarum: *l. auxilium in princip. ff. de minor. &c.* quinquennij, quod obijcitur minori ad tuendum ſtatum defuncti: *l. ſi mater tua C. ne de ſtat. defunct. &c. l. non eſſe ff. eodem.* non numeratæ dotis. *Auth. ſi minor & ibi gl. mag. in verbo hæredi maiori in fine C. de temp. in integr. reſtit.* Quædam ipſo iure vereri & nouo non currunt minori, vt quinquennij ad proponendam querelam inofficioſi teſtamenti: *l. 2. C. in quibus cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſaria.* legitimi temporis ad petendam reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti, cui minor ſucceſſit: *l. interdum ff. de minor. &c* quinquennij vel longi temporis, ad inducendam confirmationem alienationis titulo oneroſo vel lucratiuo immobilium minoris ſine decreto iudicis; quod minori

Digitized by Google

etiam hæredi maioris non currit, niſi poſt completum vigeſimum quintum annum, *l. fin. C. ſi maior factus alien. fac. ſine decreto rat. hab. & ibi gloſſ. fin. & DD.* Quædam vero per iura vetera currebant contra minores; per in integrum autem reſtitutionem, eis ſubueniebant, quæ hodie, ſiue breuis, ſiue longi temporis, ſi incipiunt contra minores, minoribus ipſo iure non currunt: melius enim eſt intacta eorum iura ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere: *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* ideo exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi, per minores toto tempore ætatis, & poſt vſque ad biennium. Cum enim incipiat currere poſt vigeſimumquintum annum completum, læſio non pertinet ad ætatis beneficium ſiue quadriennium, quod datur poſt perfectam ætatem, *l. doli mali §. diuerſum el. 2. ff. de nouat.* tempora quoque quæ dantur ad petendam bonorũ poſſeſſionem hodie ipſo iure non currunt minoribus. *Bart. in l. fin. C. in quib cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. n. 12.* Fallit hæc regula in præſcriptionibus ſiue dilationibus, quæ currunt minori ſed reſtituitur vt in tempore inſtantiæ, *l. properandum §. fin. C. de iud. Pan. in c. fin. n. 3. hoc tit.* appellationis interponendæ, *l. 1. C. ſi ſæpius in integr. reſt. poſt.* & proſequendæ, *l. fin. C. ſi aduerſus rem iud. & ibi gloſſ. fin. & Bart.* in omnibus dilationibus datis à iudice, *l. & ſi ſine §. pen. & fin. ff. de minor. &c.* in tempore conficiendi inuentarij, *§. pupillus auth. de hered. & falcid.* Fallit ſecundo vbi olim dabatur reſtitutio non ſimpliciter, ſeu cum quodam ordine in defectum tutoris, curatoris, procuratoris, quæ etiam hodie currunt ipſo iure, *Bald. in d. l. fin. poſt n. 4. C. in quib. cauſ. in integr. &c. l. intra vtile §. vendentibus & l. cum mandato §. fin. autem ff. de minor.* Si vero incipiat contra maiores, currunt minoribus, & ſi complentur contra illos reſtituuntur; *gloſſ. in l. vnica C. ſi aduerſ. vſucapionẽ l. ſi fundum ff. de fund. dat.* tum quia in præſcriptionibus ſpectamus initium. *l. iuſto §. & ſi poſſeſſionis ff. de vſucap.* tum quia per eas à minoribus aufertur dominum; ipſi enim videntur alienare, & transferre in eum cum quo geſtum contractumue fuit, *l. alienationis ff. de verb. ſignif.* aut contra minores inducitur obligatio, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, quando biennium completur in perſona minoris, *l. ſi intra C. de non numer. pecun. & ibi gloſſ.* & probato curſu præſcriptionis præſumitur læſus, *Bart. in d. l. fin. n. 8. in fine & n. 9. C. in quib. cauſ. in integr. &c. licet Bald. ibidem n. 7. aliter ſentiat quem vide,* Idem obtinet in præſcriptione inducta † ex vltimis volun- 34
tatibus, *Bart. in l. fin. n. 13. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* & conuentionali, vt ſi cum minore aliquid geratur, ex quo læditur, quia ipſe interpellatur, competit ſibi reſtitutio, *l. cum filius §. in hac & ibi Bart. & DD. de verb. oblig.* ſi cum minore nihil geritur, quia defunctus dedit creditori poteſtatem vendendi, poſt annum, & ipſe vendidit ex poteſtate habita à defuncto abſque aliquo facto vel geſto cum minore, ceſſat reſtitutio, *l. æmilius ff. de minor &c. l. 2. C. ſi aduerſ. vendit. pign. & ibi gloſſ. & DD. Bart. & Bald. in d. l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſaria.* ex edicto de minoribus; ſed peti poterit ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur poſita, *in l. 1. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maiores,* &c. allegando ſe ignoraſſe pactum factum, cum defuncto, *gloſſ. in l. cum filius §. in hac ff. de verb. oblig. Dyn. in c. ſi quis in ius de reg. iur. in 6. Bart. in l. æmilius n. 5. ff. de minor 25. annis.* Præſcriptio ſtatutaria ſiue conſuetudinaria, quæ aufert minoribus, quod ſibi iam quæſitum eſt, ipſo iure non currit minoribus, quia † ſtatuta recipiunt 35
interpretationem reſtrictiuam, ne quis indebite damnum patiatur, *l. 2. C. de noxal. l. Cæſar. ff. de publie l. adigere §. quamuis de iurepat.* quæ vero excludit à lucro captando, videlicet vt liceat proximiori rem venditam extraneo intra certum tempus recuperare, oblato pretio currit, contra minores, ſed contra eam datur reſtitutio; quia ſtatuta non recipiunt interpretationem reſtrictiuam vt quis lucretur. *c. conſtitutus hoc tit. & ibi Pan. n. 5. & 6. & Can. Bart. in l. fin. n. 14. & ſeqq. C. in quib cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. l. ait prætor. §. fin. & l. ſeq. ff. de minor &c.* Præſcriptiones † lon- 36
giſſimi temporis triginta aut quadraginta annorum, in ſuo ſtatu remanent, & currunt contra minorem, excepta pupillari ætate, in qua interim dormiunt: *l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. annorum gl. fin. in d. l. fin. C. de temp. in integ. reſtit.* ſi maior eſt pupillo, & præſcriptio triginta annorum cæpit contra eum, & finitur cum eo, tunc currit ſine ſpe reſtitutionis; quia excedit ætatem viginti quinque annorum, & quadriennium quod datur ad petendam reſtitutionem; ſi vero cæpit cum maiore, vel cum minore, & finitur cum minore, tunc currit, licet detur reſtitutio. *d. l. ſicut Bart. in d. l. fin. n. 11. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr.*

Digitized by Google

37 *integr. non eſt neceſ.* Effectus reſtitutionis † in integrum varius eſt ſecundum ſubiectam materiam, in reſtitutione aduerſus ſententiam, perinde eſt ac ſi ſententia lata non eſſet: aduerſus omiſſam appellationem, ſalua manet ſententia, ſed tenetur reſtitutus appellare intra decem dies; non enim per reſtitutionem datur plus temporis, quam id in quo læſus fuit, *l. interdum §. plane ff. de minor. Clem. 1. hoc tit.* & proſequi appellationem intra terminum iuris, & dicitur prima appellatio: *l. 1. & ibi gloſſ. fin. C. ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtul. Ioan. Andr. in c. fin. in 7. quæſt. hoc tit. & ibi Pan. ſub nu. 5. verſ. quando reſtituitur ad appellandum &c.* aduerſus lapſum fatalium reſtitutus tenetur prorogare fatalia, vel iuxta ſtylum Rotæ ſufficit diligens inſtantia, petendo præfigi terminum, & procedi iuxta formam commiſſionis, quia de ſtylo Rota non ſolet præfigere terminum, ne videatur reſtituere, ſed prius cognoſcit de bono iure, & poſtea non alias pronunciando ſuper reſtitutione, vel non reſtitutione, ſi præcedens ſententia eſt iuſta, eam exequitur, ſin minus eam reuocat, *Cæſar deciſ. 3. ſub num. 5. verſ. dubium & nu. 12.*
38 *& ſeqq. hoc tit. Cæſar. deciſ. 4. de appell.* Semper † autem expenſæ ſolui debent ab eo qui petit reſtitutionem, etiam ab eccleſia, & collegio petente ſe reſtitui in integrum aduerſus aliam eccleſiam. *Achil. deciſ. 14. de re iud. auth. qui rem & ibi Dec. &*
39 *DD. de ſacroſ. eccleſ.* Reſtitutio † poſtulata impedit executionem ſententiæ latæ, *l. vnica C. in integr. reſtit. poſt. ne quid nou. fiat & ibi gloſſ. fin. Caſſad. deciſ. 13. de reſcript.* quia effectus eius ſuſpenditur per reſtitutionem in integrum, ac procedi debet, ac ſi omnia eſſent integra, *l. vnica C. in integr. reſtit. poſt. ne quid nou. fiat c. ſuſcitata & ibi gloſſ. in verbo penſata & Can. de reſtit. in integr. Rot. diuerſ. deciſ. 350. num. 1.*
40 *part. 1.* Fallit † quando ex pluribus præſumptionibus in petente reſtitutionem, arguitur excogitata malitia, tunc enim fit executio ſententiæ, cautione idonea recepta, quod ſi petens reſtitutionem in cauſa ipſa præualuerit, vniuerſa quæ medio tempore occaſione ſententiæ ipſius, is pro quo lata fuit, perceperit, ipſi reſtituet: *c. ſuſcitata & ibi gloſſ. fin. & Can. Mynſ. obſ. 48. cent. 1.* de ſtylo
41 reſtitutio † non retardat executionē, primo loco petitam; ſecus ſi cauſa reſtitutionis fuerit commiſſa ante petitam executionem, *Paul. de Caſtro in auth. quæ ſupplicatio ſub numero tertio, & &c. vel dic melius aut incipit ab executione C. de precib. Imper. offer. Rip. in l. 4. §. condemnatum nu. 30. ff. de re iud. Cæſar. deciſ. 1. n. 14. hoc tit. & deciſ. 4. n. 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* quia tunc debet procedi, ac ſi omnia eſſent integra, *d. l. vnica C. in integr. reſt. poſt ne quid nou. fi:* & poſſeſſor poterit petere & obtinere manutentionem, *Cæſar. deciſ. 4. n. 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet. toto tit. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid*
nou. fiat. Reſtitutio conceſſa † prout de iure re- 42
tardat executionem donec cognoſcatur, an ſit danda reſtitutio, *l. 4. §. condemnatum & ibi Bart. n. 3. in fin. ff. de re iud. Rot. deciſ. 5. de appell. in nou. in 1. dub. Put. deciſ. 446. lib. 2.* etiamſi requirat altiorem indaginem, *l. 4. §. condemnatum & ibi Iaſ. n. 26. atteſtans de communi & DD. ff. de re iud.* ſed ſi ſit præfixus terminus per commiſſionem, & non ſit dictum de cauſa reſtitutionis, fit executio: *Put. d. deciſ. 446. in ſecundo dubio lib. 2.* licet rei iudicatæ, quando de ea clare conſtat, non præiudicat commiſſio cauſæ in Rota cum clauſula prout de iure. *l. fin. C. quæ ſent. reſc. non poſſ. c. exhibita de arbit. l. cauſas vel lites & ibi late Iaſ. n. 6. & ſeqq. C. de tranſact.*
Greg. XV. deciſ. 492. nu. 4. Reſtitutio † ſemel con- 43
ceſſa iterum conceditur, vt minor hæreditatem adiuit, probata læſione reſtituitur, vt ipſam repudier: iterum aliqua pecunia hæreditaria apparet nunc, quæ præcedenti tempore latebat, & ſic probatur læſus, quia repudiauerit, iterum reſtituetur vt adire poſſit. *l. & ſi ſine §. reſtitutus & ibi*
gloſſ. ff. de min. Semel † denegata ſiue contra con- 44
tractum, ſiue contra ſententiam, *Io. Andr. in c. fin. in 3. quæſt. n. 16. hoc tit.* ac etiam in beneficialibus, *Put. deciſ. 279. ſub n. 2. verſ. tamen ex alia ratione &c. & num. ſeqq. lib. 3 per l. 1. & 2. C. ſi ſæpius in integ. reſtit. poſtul.* non conceditur maiori, *Achil. deciſ. 8. hoc tit. per l. 1. & 2. C. ſi ſæp. in integ. reſtit. poſtul.* quia de iure maiores non reſtituuntur, niſi ex gratia: neque etiam minori, vel eccleſiæ, præterquam ad appellationem omiſſam à ſententia denegationis: quæ tunc impetrari & concedi debet, non à iudice ad quem debuerat appellari, ſed à iudice à quo, vel ab illo iudice, qui poteſt reſtituere contra ſententiam, *Ioan. Andr. in d. c. fin. in 6. quæſt. n. 19.* vel etiam ad totam cauſam, propter probationes, ſiue defenſiones de nouo repertas, vel eas, quæ extabant non exhibitas, *l. 1. 2. & 3. C. ſi ſæp. in integ. reſtit. poſtul. c. fin. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. & Can. gloſſ. in d. §. reſtitutus & ibi DD.* tam ſuper ætate, quam læſione, & alia quacunque probatione: *Salic. in l. fin. C. ſi ſæp. in integr. reſtit. &c. Pan. in d. c. fin. num. 4. & ibi*

Ioan. Andr. in 8. quaeſt. n. 21. Achil. deciſ. 7. hoc tit. Put. deciſ. 278. in princ. lib. 3. Myſ. obſ. 52. cent. 1.

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

Titulus XXXXII.

SVMMARIA.

1 *Alienatione à reo iudicij mutandi cauſa facta, reſtitutio in integrum edicto perpetuo permittitur, per actionẽ in factum in qua tria requiruntur.*
2 *Vt fiat dolo malo.*
3 *Cauſa mutandi futurum iudicium.*
4 *Quod actus interſit.*
5 *Intereſſe autem conſideratur ratione loci.*
6 *Perſonæ.*
7 *Priuilegij cauſæ.*
8 *Impenſarum & incommoditatum actoris.*
9 *Obligationis & actionis extinctæ per alienationem ipſo iure exceptione vel praeſcriptione.*
10 *Actio hæc in factum datur ei in cuius fraudem alienatio eſt facta, eiuſque hæredibus.*
11 *Contra eum qui alienauit, in hæredem vero eius, aut poſt annum vtilem non datur.*
12 *Reo competit exceptio excuſsionis.*
13 *Is quoq; in quem alienatio eſt facta, Conueniri poteſt rei vendicatione, per quem non tollitur actio in factum.*
14 *Alienatione ab actore cauſa iudicij mutandi facta in potentiorem, is in quem huiuſmodi alienatio ſeu ceſſio facta eſt repellitur exceptione, & ipſe alienans aut cedens agere compellitur.*
15 *Tenetur actione in factum.*
16 *Interdum & ipſi alienanti, & ei in quem facta eſt alienatio interdicitur actio.*
17 *Potentior autem intelligitur ratione diuitiarum opum, nobilitatis, & alienans non punitur iactura cauſæ.*
18 *Alienatio rei vel ceſsio actionis nondum in iudicio deductæ, quæ fit potentiori ratione dignitatis, officij, vel iuriſdictionis mediocris, non tenet, & alienans ac cedens afficitur iactura cauſæ.*
19 *Patrocinium potentioris ratione officij mediocris aduocans ſine aliqua alienatione ſiue actor ſit ſiue reus afficitur iactura cauſæ.*
20 *Alienatio ſiue ceſsio facta per impreſsionem potentiori ratione officij ſaltem mediocris non tenet, res redditur, & pecunia numerata retinetur.*

PER reſtitutionem in integrum iure communi ſuccurritur etiam ei, in cuius damnum alienatur † cauſa mutandi iudicij, res, de qua time- 1
tur litigium, daturque ei ex hoc edicto prohibitorio actio in factũ pro mobili & immobili *Bart. in l. item ſi res num. 1. ff. hoc tit.* contra alienantem; contra emptorem vero cui res eſt tradita, rei vendicatio; & quem voluerit, poterit conuenire. *l. vnica C. hoc tit. l. ex hoc §. ait prætor ff. hoc tit. Anch. in c. 1. num. 4. hoc tit.* Vt actio in factum competat tria requiruntur. Primo quod alienatio † 2
fiat dolo malo; *l. 1. l. non ſolum §. 1. in fine l. quia pertinet & l. item ſi res §. 10. ff. hoc tit. c. 1. hoc tit. & ibi gl. pen. & Can.* alienatio intelligitur etiam rei alienæ venditio: ſed hæredis inſtitutio, legatum, *l. ex hoc edicto §. 1. ff. hoc tit.* aut cauſa neceſſitatis, alienatio non pariunt hanc actionem; vt ſi ſoluat ſuo creditori, aut redhibeat, *d. l. ex hoc edicto §. 1. in fine & l. quia redhibitio & l. ſeq. ff. hoc tit.* vel propter ætatem, valetudinem, neceſſarias occupationes, litem in alium transferat; *l. non ſolum §. 1 ff. hoc tit.* neque etiam donatio aut omiſſio poſſeſſionis ab eo, qui mauult re carere, quam ſæpius ſuper ea litigare. *l. item ſi res §. 1. ff. hoc tit. l. non alienat. ff. de regul. iur.* Secundo quod fiat cauſa † mutandi fu- 3
turum iudicium, *d. l. item ſi res §. 1. d. l. ex hoc edicto §. 1. in princ.* non eius, quod iam ſit; nam̃ tunc habet locum titulus de litigioſis, qui rei litigioſæ alienationem annullat ſub certa pœna: *l. fin. C. de litig.* ſed etſi iudicium iam ſit cæptum, nec res eſt effecta litigioſa, habet locum actio ex hoc edicto, *gloſſ. in d. l. ex hoc edicto §. 1. in verb. quod iam & ibi DD.* ſiue dominium in alium fuerit trãſlatum, ſiue poſſeſſio, aut vſucapiendi conditio, ſiue ſeries contractus in ſe de ſui natura contineat translationem dominij vel poſſeſſionis, etiamſi effectus ex alio impedimento ſubſecutus non fuerit: *d. l. non ſolum & ibi Bart.* & pertinet etiam ad iura prædiorum, vt ſi rem alienaueris tuam, ex qua alteri ſeruitutem realem debes, ſeruitutem perſonalem, ſuperficiem, ac emphyteuſim. Sufficit eum † in cuius fraudem fit alienatio, ius in re 4
habere, ſiue velit agere rei vendicatione ſiue hypothecaria, ſiue perſonali in rem ſcripta. *d. l. non ſolum & ibi gloſſ. in verb. non tenebitur & ibi Bart. in §. 1. in verb. ad iura l. fin. C. de reb. alien. vel non.* Tertio quod

Digitized by Google

quod intereſt eius, qui vult agere hac actione: proinde ceſſat hæc actio, ſi res non pertinuit ad petitorem, aut ſi is, qui alienatus eſt, ſine culpa deceſſit, niſi ſi quid actoris prætetea intetfuerit ratione queſtus & acceſſionum, *d.l.non ſolum §. fin.*aut ſi quis alienauerit, deinde receperit, *d.l.ex hoc edicto §.1.verſ.ſi quis*, ſiue paratus fuerit ſuſcipere iudicium, ac ſi poſſideret, data cautione de reſtitutione rei ſub certa magna pœna, *l.3.§.fin.ff. hoc tit. gloſſ. mag. in cap. 1. in verbo commutationem fecerint hoc t.& ibi Pan. & Can.* licet regulariter in prætorijs ſtipulationibus quis non cogatur pœnam inſerere, *l.fin ff.de prætor.ſtipul. l.2.ff.qui ſatiſd.*
5 *cog.* Intereſſe † conſideratur ratione loci, vt quia alienatio facta fuit in hominem alterius prouin-
6 ciæ. Perſonæ, quia † facta in potentiorem, aut alium qui diuexaturus ſit aduerſarium, vel clericum, aut eccleſiam, *l.ſi quis ita la 2.§. ea lege & ibi gloſſ.in verb.intereſt ff. de verb. oblig. Pan.in c.2.nu.10. hoc tit.poſt gloſſ.Bald.in l.1.ff.eodem*, aut minorem propter beneficium reſtitutionis in integrum:
7 Priuilegij † cauſa, vtputa hominem quem petere intendebam, manumiſerit, quia prætores fauent
8 libertatibus: Impenſarum † & incommoditatum actoris, quas habet & patitur alio aduerſario ſubſtituto: verbi gratia, ſi locum in quo opus feceris, cuius nomine interdicto quod vi aut clã, vel actione aquæ pluuiæ arcendæ mihi tenebaris, alienaris, ſi tecum agerem tuis expenſis, id opus tollere deberes, nunc alius, cum quo mihi incipit actio eſſe, qui non fecit, ſed à te factum poſſidet, hactenus iſtis actionibus tenetur, vt patia-
9 tur id opus tolli, meis impenſis. Obligationis † & actionis extinctæ per alienationem ipſo iure, videlicet ſi nouum opus tibi nunciauerim, tuque eum locum alienaueris, & emptor opus fecerit; neque tecum ex noui operis nunciatione agere poſſum, quia nihil feceris noui; neque cum eo cui alienaris, quia ei nunciatum non fuit, *l.1.in fine cum trib.ll.ſeqq.ff hoc tit.* Vel exceptione propter alienationem, vt ego habebam contra te Publicianam, pro quadam re, quam poſſidebas abſq; titulo, tu eam vendidiſti cuidam, & tradidiſti; contra quem, quia habet titulum & poſſeſſionem, ego non poſſum obtinere; quando enim eadem res à diuerſis non dominis emitur, melior eſt conditio poſſidentis, quam petentis, *l.ſiue autem §.ſi duobus ff. de public. in rem act.* ſimile eſt ſi tenebatis petitione hæreditatis, quia poſſidebas pro hærede, vel pro poſſeſſore rem, quam alteri vendidiſti, & tradidiſti; nam per iſtam alienationem, abſtuliſti actori petitionem hæreditatis: *Bart. in l.3.§.opus quoque ff. hoc tit.* Aut etiam præſcriptione actio ſit ſublata, vt ſi in iudicio rem exhibet vſucaptam, *d.l.ex hoc edicto in princ.l.Iulianus §.ſi quis rem ff. ad exhib.* vel præſcriptam, quo caſu conſequitur actor etiam æſtimationem rei, *l.item res ff.hoc tit.& ibi gloſſ.1.& DD.* etiamſi ille ſingularis ſucceſſor vſucepit rem propter negligentiam meam in non agendo; quia tu teneris mihi ratione tui delicti, & negligentia mea non facit ceſſare delictum. *Pan.in c.1.n.4.hoc tit. Bart. in d.l. item ſi reſpoſt nu.2.& ibi Bald.n.3.* In ſumma tantum hac actione officio iudicis actor conſequitur, quantum eius interſit alium aduerſarium non habuiſſe, habendaque eſt ratio intereſſe extrinſeci cuiuſcunque damni. *gloſſ. 1. in fine & ibi gloſſ.fin.& Bart.n.1.& 2.ad l.3.§.ex quibus ff hoc tit. Pan. in d.c.1.n.4.*

Datur ei, in † cuius fraudem facta eſt alienatio eiuſque hæredibus, quia non pœnalis, ſed rei perſecutionem continet: *d.l.non ſolum §.fin.in fine.* Directa contra eum qui alienauit ſuo nomine vtilis in eum, qui alieno nomine alienauit, vt tutor, curator: *l.nam etſi verſ.ſi tutor ff. hoc tit.* in hæ- 10
redem vel ſimilem, † aut poſt annum vtilem, non 11
datur; quia datur ex delicto: *d.l. non ſolum §.fin.in fine cum tribus ll.ſeqq.* Sed & alienator priſtina actione tenetur, quia dolus eius repræſentat eum poſſeſſorem, *l. qui petitorio ff. de rei vend. Pan.in d.c. 1.num.5. hoc tit.* Competit † reo exceptio excuſ- 12
ſionis, etenim non poteſt conueniri, niſi diſcuſſo poſſeſſore, *d.l.3.§.ex quibus ff.hoc tit.* niſi intereſſe actoris foret euidens diſcuſſione non facta. vtputa reo eſt vſucapta ab emptore, vel poſſeſſor non repetitur, aut eſt in partibus valde remotis *gl.in l. 1.in verb. quanti noſtra interſit & ibi Bart. poſt num. 2.ff. hoc tit.* Is in † quem alienatio facta eſt cauſa 13
mutandi futuri iudicij, conueniri poteſt rei vindicatione, quantumcunque ſit bonæ fidei, *l.vnica C.hoc tit.* Etiam per reſcriptum impetratum contra alienantem, ſi fuerit in fraude, & non alias; *d. c.1.hoc tit. & ibi Pan. numer.2.& 3.* Per quam non tollitur actio in factum, quia competunt ad diuerſa: rei vendicatio reſpectu rei conſequendæ contra poſſeſſorem, actio in factum contra alienantem propter damnum extrinſecum, *Pan.in d. c.1. ſub num.4. verſ. & ſuper hoc inſertur d.l.vnica C. hoc tit.*

Digitized by Google

14 *hoc tit.* Quæ omnia procedunt † in reo alienante cauſa mutandi futuri iudicij, actor in quem huiuſmodi alienatio aut ceſſio facta eſt, ſiue titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, exceptione repellitur; & ipſe alienans ſiue cedens agere compellitur, *l. cum miles ff. hoc tit. c. 2. & ibi Can. Pan. in d. c. 1. ſub nu. 6. hoc tit.* Alteri cedere non poteſt, nec procuratorem conſtituere; *Bart. in d. l. cum miles ante num. 2.*

15 Secundo tenetur † actione in factum ad intereſſe, *d. l. non ſolum §. 3. & ibi gloſſ. in verb. in eos gloſſ. fin. in fine in l. fin. ff. hoc tit. & ibi Bart. in fine l. communis ſeruus 1. §. fin. ff. comm. diuid. Pan in d. c. 1. numer. 6.*

16 Tertio, interdum † & ipſi alienanti, ac ei, in quem facta eſt alienatio interdicitur actio, vt ſi quis iudicij communi diuidundo euitandi cauſa, rem alienauerit, vt potentior emptor per licitationem eam vilius accipiat, & per hoc ipſe iterum recipiat; in pœnam ipſi negatur, ne poſſit communi diuidundo agere, pro præſtationibus, aut ipſa re, quam forte recuperauit: is etiam qui emit, repellitur exceptione, ſi experiri velit, *l. fin. ff. hoc tit.* Idem obtinet in omnibus actionibus, quæ competunt poſſeſſoribus, vt ſi facta eſt alienatio cauſa mutandi iudicium in confeſſoria, ſicq; in poſſeſſione, ille cui facta eſt alienatio, hoc caſu agere non poterit, *Bart. in d. l. fin. circa finem,* licet poſſet alias agere, *l. etſi forte §. ſciendum ff. ſi ſeruit. vend. l. vtiſ frui in fine princ. ff. eod.*

17 Potentior † intelligendus eſt, non ratione dignitatis, vel adminiſtrationis, ſed ratione diuitiarum, opum, nobilitatis, quo caſu licet non valeat ceſſio, non tamen punitur cedens iactura cauſæ, *c. 2. hoc tit. & ibi gloſſ. pen. Abb. Pan. num. 4 & Abb. antiq. & Can. communiter.*

18 Quando † rei vel actionis nondum in iudicio deductæ, alienatio vel ceſſio fit potentiori ratione dignitatis, adminiſtrationis, officij, vel iuriſdictionis, non cuiuslibet, ſed mediocris, *l. pen. in pr. C. de iis quæ vi metuſq; cauſa fiunt Bald. in l. 2. nu. 2. C. ne liceat potent.* aut meri & mixti imperij, *l. pen. & fin. C. quod met. cauſ. Pan. in d. c. 2. n. 9. hoc tit.* quod habet de iure, & de facto in temporalibus ſiue ſpiritualibus, *Pan. in c. 2. num. 2. hoc tit. per Hoſt. & Specul. ab eo allegatos Anch. n. 4. & Can.* non tenet ceſſio vel alienatio ipſo iure, vel per ſententiam; *Sal. in l. 2. n. 2. C. ne liceat potentioribus,* ac alienans & cedens afficitur iactura cauſæ, *l. 2. & ibi Bart. C. ne liceat. potent. c. 2. hoc tit. & ibi Anchar. n. 3. & Can.* per ſententiam; quia in dubio omnes pœnæ infliguntur per ſententiam: *Bald. in l. 1. C. ne liceat potent. nu. 2.* daturque ei contra quem facta eſt ceſſio, actio, item exceptio, quæ poteſt opponi declinatorie, peremptorie, ac etiam poſt ſententiam, quia non contradicit ſententiæ, *Salyc. in d. l. 2. C. ne lice. potent. ſub n. 2. & Bald. n. 3.* Is quoque ſiue ſit actor ſiue ſit reus; *Bart. in d. l. 1. n. 5.* qui ſine
aliqua † alienatione, ſiue ceſſione, *Bald. in l. 2. in* 19
princ. C. ne liceat potent. patrocinium potentioris ratione officij, non cuiuslibet, nam decuriones poſſunt eſſe aduocati, & impendere ſuum patrocinium, *l. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* Sed vt dictum eſt mediocris, ita quod poſſit minacem fauorem oſtendere vel inferre, *gloſſ. in l. 1. in verbo potentiorum C. ne liceat potent. & ibi DD.* quandocunque aduocat: vt ſi actor iret ad priores & obtineret, quod ipſi intercederent pro eo apud Capitaneum, vel poteſtatem, *l. 1. C. ne liceat potent. &c. & ibi Bart. Caſtr. Bart. in d. l. cum miles n. 1. But. in d. c. 2. n. 16. Anch. n. 3. & Can.* Afficitur iactura cauſæ per ſententiam ex edicto ſeu titulo C. ne liceat potent. *gloſſ. in d. l. 1. in verbo afficerentur & ibi DD. Bart. in l. cum miles ſub n. 1 ff. hoc tit. Anch. in c. 2. n. 3. hoc tit.* & patrocinium præſtans venit puniendus arbitrio rectoris prouinciæ, *d. l. 1. C. ne liceat potent.*
Quando vero † per impreſſionem, alienatio vel 20
ceſſio fit potentiori, ratione officij ſaltem mediocris, ſub ipſius potentioris vel coniugis ſuæ, aut amicorum ſuppoſitorum nominibus, non tenet alienatio, vel ceſſio, res redditur, & pecunia numerata retinetur, *l. pen. & fin. C. de iis quæ vi metuſque cauſ. &c.*

De Arbitris.

Titulus XXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur.*

2 *Arbitramentum redigitur ad inſtar contractuum.*

3 *Si compromiſſum ſit in arbitrum & arbitratorem ex clauſulis & ſignis præſumitur arbiter vel arbitrator.*

4 *Arbitrium duplex eſt neceſſarium quod fit à coactis à lege vel canone in caſibus in iure expreßis.*

5 *Vel ſtatuto.*

6 *Voluntarium eſt quod factum fuit ſponte.*

7 Arbi-

7 Arbiter quilibet eſſe poteſt qui non prohibetur à iure.
Prohibentur minor viginti quinque annis.
8 Mulier.
9 Iudex ordinarius.
10 Laicus ſuper rebus ſpiritualibus.
11 Compromitti poteſt de qualibet re niſi prohibeatur, & ibidem enumerantur cauſæ ſuper quibus non poteſt compromitti.
12 Compromittere poſſunt omnes niſi prohibeantur.
13 Arbiter vnus eligatur, aut tres vel diſpari numero ſunt aſſumendi.
14 Compromiſſo facto in tres aut plures in dubio præſumitur actum, vt omnes ſimul iudicent.
15 Iure Canonico ſi ex tribus arbitris vnus nolit malitioſe, examinando, vel definiendo negotio intereſſe, duo procedunt.
16 Compromiſſum in duos, vt ipſi, ſi diſſentirent, tertium aſſumant, an valeat.
17 Compromiſſo facto in plures cum clauſulis vos, aut alter veſtrum, quemlibet eorum, aut ſimilibus, tunc valet ſententia vnius.
18 Compromiſſum conſtituitur partibus ad inuicem ſtipulantibus quod parebunt arbitri ſententiæ ſine pœna.
19 Vel Compromittentibus nudo pacto appoſita pœna.
20 Arbitri poteſtas dependet ex Compromiſſo, nec aliud ei licebit, quam quod ibi, vt efficere poſſit, cautum eſt.
21 Inter Compromittentes, acta reſpicientia cauſam eiuſque deciſionem geſta coram arbitro, probant in iudicio ordinario.
22 Confeſſiones coram arbitris factæ probant vt iudiciales.
23 Circa atteſtationes teſtium, obſeruanda ſunt pacta compromiſſi, ſi nihil conuentum eſt in huiuſmodi caſibus, tunc eſt ſeruanda l. fin. C. de teſtib. c. præſentata eod. tit.
24 Acta vero ordinatoria iudicij coram arbitro non faciunt fidem coram iudice.
25 Limita in effectibus iam conſummatis.
26 2. limita quando vtraque pars conſentit quod acta valeant & ſunt introducta fauore partium.
27 Arbiter ſententiam dicere debet, per quam à tota lite diſceditur, iuſſu adeſſe litigatoribus in loco de quo actum eſt.
28 Coram & præſentibus litigatoribus.
29 Ex Arbitri per ſtipulationem aſſumpti ſententia Summa in Decretales. non oritur actio vel exceptio rei iudicatæ, ſed ei paretur metu pœna, aut metu præſtationis intereſſe.
30 Idem iuris eſt ſi datum ſit pignus arbitro.
31 Ac quando aſſumptus fuit nudo pacto cum pœna.
32 Ex ſententia arbitri nudo pacto ſine pœna aſſumpti, poſtea homologata, oritur actio & exceptio rei iudicatæ.
33 Arbitramentum curſu decem dierum non homologatur, expreſſe confirmatum habet vim tranſactionis.
34 Compromiſſum finitur ſententia prolatione, & alijs modis.
35 Appellatur à ſententia Arbitrorum iuris.
ab Arbitris electis ex neceſſitate ſtatuti, an appelletur.
36 Ab Arbitri compromiſſarij ſententia non appellatur, ſed ſi dolo verſatus ſit arbiter, aut enormiſſime alteram partem læſit, petitur reductio ad arbitrium boni viri intra decendium.
37 Arbitri ſententia nulla dici poteſt.
38 Arbitratoris ſententia reducitur ad arbitrium boni viri coram iudice cauſa principalis intra triginta annos.
39 Et contra eam intentari poteſt remedium l. 2. C. de reſc. ind. vend.

POST præparatoria iudiciorum præmittit de
Arbitris, ante titulum de Iudicijs, quia per ar-
bitria & compromiſſa, rigoroſi litium & iudicio-
rum anfractus euitantur, *l. 1. ff. hoc tit. c. 2. in princ.*
eod. in 6. l. congruentius C. de pat. poe. Alex. in l. qui ſe
patris nu. 22. verſ. attamen puto & num. ſeqq. C. vnde
liberi facit c. corde de appell. in 6. Arbiter eſt, qui eli-
gitur à partibus, vt iudex, *l. 1. ff. hoc tit.* arbitrator
vt aliquid æſtimet, vel quid ſibi videatur de ali-
qua re, dicat, ſine ordine iudiciario, *§. pretium Inſt.*
de empt. l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. Compro-
miſſum ſiue arbitrium † ad ſimilitudinem iudi- 1
ciorum redigitur, & intelligitur de arbitrio boni
viri, ſecuato iuris ordine in principio ſcilicet, ci-
tatione, libelli oblatione, litis conteſtatione, &c.
medio, nempe dandis dilationibus probatorijs,
productione teſtium, &c. ac fine, ferenda ſenten-
tia pro tribunali, *c. ſi de meis §. recepiſſe & ibi Bart. n.*
1. ff. hoc tit. l. rem non nouam §. cum igitur C. de iud. l.
pen. C. hoc tit. & ibi gl. in verb. licet, & verb. conuenerint
& DD. licet in multis à iudicio differat, *gloſſ. fin. in*
c. cum dilectus gloſſ. in l. 1. ff. hoc tit. Bald. in l. 1. num. 8.
& ſeq.

Digitized by Google

2 *& ſeq. C. eod.* Arbitramentum redigitur † ad inſtar contractuum, & in eo non requiritur aliqua figura iudicij, *Innoc. in c. quintauallis n.3. & 4. de iureiur. & ibi But. n.14. & Can. Bald. in l.1. ante num. 10. C hoc tit. Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum n.7.*
3 *& ſeq. ff. pro ſocio*, Si compromiſſum † fuerit tanquam in arbitrum & arbitratorem, ex clauſulis & ſignis præſumitur arbiter: videlicet, ſi eſt data facultas decidendi, de iure tantum, *But. in d. c. quintauallis nu. 17. Roman in rub. de arbit. nume 48.* Appoſita eſt pœna compromiſſo, aut aſſumatur ſuper lite, *Imol. in d. c. quintauallis n.13. l.3. §.1. ff. hoc tit.* vel iuriſperiti electi ſint: *Caſar deciſ. x1. nu.1. & ſeqq. de prob. Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſoc. Rom. in rub. de arbit. n.49. Fel. in c. præſentata de teſtib. Gail. obſ. 150. num.5. & ſeqq. & per tot. lib.1.* Si aſſumatur in contractu intelligitur arbitrator: *l. ſi. C. de contrah. empt. l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſoc. Imol. in d. c. quintauallis n 13. & ibi Can.* & exactis & modo procedendi intelligitur vtrum fecerit, vt arbiter, an vt arbitrator: *gl.1. in fine l.1. ff. de iud. & ibi DD.* Quod ſi expreſſe elegit ſuper tota cauſa, vel ſimpliciter viam arbitratoris, non poteſt redire ad viam arbitri, vel è contra, *Imol. in d. c. quintauallis n.15.* quia per electionem vnius contrarij alteri videtur renunciare, *l. quamuis la 2. C. de vſur. & ibi gl. fin. in fine l.1. C. de furt. Bart. in d. §. arbitrorum n.13. Fel. in c. cum ex officij n.23. de præſcript.* non eligendo præſumitur, procedere ex vtraque auctoritate; *Pan. in d. c. quintauallis n.42. per textum in c. niſi eſſent de preb. l. ſi miles ff. de milit. teſtam. Fel. in c. cum ex officij n.21. in fine verſ. ex iſta concluſione & num. ſeqq. de præſcript.* per obſeruationem ordinis iuris in aliquibus actibus, non videtur in alijs arctari ad obſeruandum; quia actus iudiciarij ſunt ſeparati: *Clem. ſæpe & ibi gloſſ. in verb. partibus verſ. ſed pone quod de verb. ſignif. But. in d. c. quintauallis nu. 14. in fine verſ. ſed Hoſtienſis dicit Roman. in rub. ff. hoc tit. n.5. in fine,* & propter modicam læſionem, poterit peti reductio, quia ex qualitate facti præſumitur hoc feciſſe vt arbitrator, *d. c. niſi eſſent Bald. in l. ſeruum plurium §. fin. n.2. ff. de leg.1. Fel. in d. c. cum ex officij n.32. atteſtatur poſt Ang. hanc ſententiam obſeruari in practica.*

4 Arbitrium duplex † eſt, Neceſſarium, quod fit à coactis à canone, vel lege in caſibus à iure expreſſis; quorum primus eſt, quando iudex delegatus allegatur ſuſpectus: *c. ſuſpicionis de offic. deleg. c. cum ſpeciali de appell. c. legitima eod. in 6.* niſi duo aut plures dati ſint cum clauſula, quod ſi omnes &c. & vnus allegetur ſuſpectus, coniudex cognoſcit de cauſa ſuſpicionis oppoſita contra coniudicem; quia virtute dict. clauſulæ ad eum ſpectat cauſæ cognitio. *c. ſi contra & ibi gloſſ. de off. deleg. in 6. Archid. in c. quod ſuſpecti in fine n.1.3. quæſt.5.* Secundus quando eſt quæſtio de reuocatione reſcriptorum, *c. paſtoralis de reſcript.* Tertius quando epiſcopus habet cauſam contra clericum, ſibi ſubditum, *c. ſi clericus §.1. x1. quæſt.1.* Quartus quando contentio eſt inter litigantes, & iudicem ſuper hoc, an locus ſit inſignis. *gloſſ. in c. ſtatutum in verbo copia de reſcript. in 6.* Quintus quando conſeruator ab actore ſuſpectus dicitur; aut inter conſeruatorem & ordinarium controuerſiæ ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit: *c. inſuper §. quod ſi in his cauſis ſeſ.14.* vel quod cauſę debent compromitti inter agnatos vel proximiores, cautum eſt à ſtatuto: & † vbi viget huiuſmodi 5
ſtatutum, totus eſt compromittendum, quouſq; ſequatur laudum. *Bald. in l. fideicommiſſa §. ſi quis decem ff. de leg.3. Fel. in c. innouamus ſub n.3. verſ.5. fallit de treuga & pace Iaſ. in l per ſalutem n.4. ff. de iureiur. Bald in l inuitus n.8. C de procur.* Coguntur aduocati arbitrium neceſſarium ſuſcipere, in eodem duntaxat loco, vbi aduocationis exercent officium. *l. ſancimus C. de adu. diuerſ. iudic.* Aliud eſt voluntarium, quod † factum fuit ſponte: & in 6
dubio præſumitur voluntarium; niſi ex compromiſſo, vel ex actis conſtet, quod emanauerit electio arbitrorum ex præcepto iudicis, vel neceſſitate ſtatuti: *Fel. in c. duobus ſub n.12. ante finem verſ. quæ omnia limita de ſentent. & re iud. Rip. in c. cum in n.181. de Conſtit. Caſar. deciſ. x1. n.12. & ſeqq. de prob.* nemo autem cogitur arbitrium voluntarium ſuſcipere. *l.3. §.1. ff. de arbit. gloſſ. fin. in d. l. ſancimus gloſſ. in d. c. paſtoralis in verbo remittentem in fine,*
Quilibet † poteſt eſſe arbiter, qui non prohibetur à iure; Prohibentur autem minor viginti annis; *l. cum lege ff. hoc tit.* maior 20. annis, ſi minor 25. annis ſit, reſtituitur, ſi temere auditorium recepit: *d. l. cũ lege §.1. mulier; l. fin. C. hoc tit.* niſi † ordinariam habeat iuriſdictionem, in quam, vt in laicos, ſuper rebus temporalibus Eccleſiæ valide cõpromittitur, *c. dilecti hoc tit.* põt eſſe arbitratrix *d. c. quinta vallis Pan. in d. c. dilecti in 3. not.* Iudex ordinarius non poteſt † compellere partes, vt in ſe compromittant, nec poteſt recipere arbitrium eius cauſæ, in qua eſt iudex, *l. ſed etſi in ſeruum §. ſi quis iu-* 7 8 9

Digitized by Google

quis iudex & ibi gloſſ. & DD. ff. hoc tit. c. infames §. ſi
quis vero & ibi gloſſ. & Can. 3. quaeſt. 7. quia Ordina-
rius cogit arbitrum ſententiam dicere, eamque
exequitur, *l. 3. ff. hoc tit.* arbitramentum & ami-
cabilem compoſitionem poteſt recipere. *c. cum*
tempore & ibi Pan. tres recenſet opiniones c. ex parte
hoc tit. c. cauſam de elect. Io. de Imola in l. 1. §. poteſt au-
tem n. 25. ff. de nou. oper. nunciat. non ſubditi, vel lai-
10 ci in † epiſcopum vt arbitrum vel extraordina-
rium iudicem conſentire poſſunt: & ſemel tan-
tum poterunt ab eius ſententia appellare in du-
bio praeſumuntur in eum vt iudicem conſenſiſſe,
vt ſententia valeat & actionem pariat: *l. ſi qui ex*
conſenſu l. epiſcopale & ibi gloſſ. 1. & auth. ſi quis liti-
gantium C. de epiſcop. aud. à caeteris ordinarijs, qui
legitimam poteſtatem habentes, eliguntur ab
eis ad arbitrandum, qui non ſunt ſuae iuriſdictio-
ni ſuppoſiti, etiamſi vt arbitrari ſedeant, & non vt
ordinarij: priuilegio tamen ordinariae dignitatis,
grauatus aliquis, appellare valebit: *c. à iudicibus §.*
fin. 2. quaeſt. 6. delegatus arbiter verus effici poteſt;
c. cum olim. hoc tit. & partes compromittentes ſim-
pliciter in eum, non renunciant, *Pan. in c. literas*
n. x1. de praeſumpt. Clem. quamdiu de appell. auth. ſi ta-
men. C. de temp. & repar. appell. c. ſignificantibus de off.
& poteſt iud. deleg. reſcripto: imo ex vtraque aucto-
ritate intelligitur procedere & pro parte poteſt
valere ſententia ex vna auctoritate, & pro alia
parte ſeu capitulo valere ex altera auctoritate,
l. niſi eſſent de praeb. Bald. in c. inter plures nu. x1. de lege
corradi in vſib. feud. laicus ſuper rebus ſpiritualibus
in arbitrium aſſumi non poteſt, *c. contingit hoc tit.*
niſi laico auctoritate ſuperioris adiungitur cle-
ricus, *gloſſ. in d. c. contingit & ibi Can. c. per tuas hoc*
11 *tit.* De qualibet re † poteſt compromitti niſi pro-
hibeatur. In cauſa populari, liberali ſiue de in-
genuitate, ſiue libertinitate quaeſtio ſit, etiamſi ex
fideicommiſſi cauſa libertas deberi dicatur, ma-
trimonio carnali (ſuper matrimonio ſpirituali
poteſt compromitti,) *c. ex parte hoc tit. c. cum inter*
canonicos de elect. filiatione, monachatione, con-
uerſione, aſcriptitia conditione, *l. non diſtinguemus*
§. 1. verſ. de liberali cauſa & ibi gloſſ. in verb. idem di-
cendum ff. hoc tit. c. pen. in fine de reſt. ſpoliat. & ibi Can.
cauſa criminali criminaliter intentata, aut ſi poe-
na pecuniaria veniat applicanda fiſco: ſecus ſi in-
tentetur ciuiliter, aut pecuniaria poena applice-
tur parti: delicto famoſo, publico vel priuato cri-
minaliter moto; ſecus ſi ciuiliter; cauſis meri &
mixti imperij, ſtatus arbiter aſſumi non poteſt, &
de facto aſſumptus non cogitur dicere ſenten-
tiam: *d. l. non diſtinguemus §. 1. verſ. de liberali cauſa*
& ibi gloſſ. in verbo famoſo delicto & Bart. n. 1. & DD.
neque etiam in cauſa reſtitutionis in integrum;
niſi incidenter coram arbitro petatur; *c. pen. §. de-*
legati de reſt. in integ. priuilegijs aut indultis liber-
tatis, ſiue exemptionis, ſine licentia Romani Pō-
tificis. *c. cum tempore hoc tit.* Omnes etiam † poſ- 12
ſunt compromittere, qui non prohibentur. Non
poſſunt compromiſſum facere mulier, alieno
nomine, propter interceſſionem, *d. l. non diſtin-*
guemus in princ. verſ. ſi mulier. clericus ſine licentia
dioeceſani, per quod eccleſia obligetur; quia ex
hoc poſſet deueniri ad alienationem: *c. peruenit*
hoc tit. & ibi Zab. in fine & Can. in rebus proprijs
poteſt compromittere in laicum, praeter conſen-
ſum epiſcopi: *Pan. in c. ſi diligenti n. 16. de for. comp.*
vaſallus de feudo ſine licentia domini in arbitros
aut arbitratores: *c. imperialem de prohib. feud. alien.*
per Freder. Zabar. in c. cum tempore in fine hoc tit. Cla-
rus in §. feudum quaeſt. 39. pupillus ſine tutoris au-
ctoritate, praeterquam ſi fideiuſſorem dederit, à
quo poena peti poteſt. *l. ſi pupillus ff. hoc tit.* Arbiter
vnus † eligatur, aut tres, vel diſpari numero ſunt 13
aſſumendi, vt aut omnium ſequantur ſenten-
tiam, vel duorum, aut maioris partis; quod ſi in
duos ſit compromiſſum, res fere ſine exitu futu-
ra eſt, propter naturalem hominum ad diſſen-
tiendum facilitatem: *c. 1. & l. item ſi vnus §. fin. ff.*
hoc tit. in dubio † ſi in compromiſſo facto in plu- 14
res, non eſt expreſſum, quomodo debeant iudi-
care; praeſumitur actum, vt omnes ſimul iudicent
d. l. non diſtinguemus §. cum in plures in fine & ibi gloſſ.
in verb. dicant & DD. ſtaturque ſententiae maioris
partis, datae omnibus praeſentibus; *l. ſi in tres l. ſecu-*
ti & ibi gloſſ. in verb. omnes l. item ſi vnus §. item ſi plu-
res ff. hoc tit. cap. 1. eod. in 6. c. prudentiam & ibi gloſſ.
in verb. teneatur & Can. de offic. deleg. ſi omnes diſ-
cordant in ſumma, tenet ſententia de ſumma
minori: *c. 1. §. licet hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. fin. & Can.*
ſententia, vno abſente, lata non tenet, quia potuit
praeſentia eius, trahere eos in aliam ſententiam,
niſi in compromiſſo dictum ſit, vt duo ſine tertio
procedant. *d. l. ſi in tres & ibi gloſſ. fin. d. l. ſicuti cap. 1.*
& ibi gloſſ. fin. hoc tit. Iure canonico † ſi ex tribus 15
arbitris ſimpliciter aſſumptis, eorum aliquis ab a-
lijs legitime requiſitus ad examinandum, vel de-
finiendum vna cum eis negocium, ſuper quo in

ipſos extitit compromiſſum, non curauerit conuenire: ſiquidem detinetur legitimo impedimento, de quo reſcribere debet collegis; duo, eo abſente, non poſſunt procedere, ſtaturque diſpoſitioni iuris ciuilis, ſi tale impedimentum non ſubeſt, duo præſentes, malitioſa ſiue voluntaria eius abſentia non obſtante, negocium examinate & libere definire poſſunt: quia ipſius abſentia, diuinâ repleta præſentiâ, eum reputare facit pro præſente; ſicut poſſunt eo præſente & non volente cum eis in vnam ſententiam concordare, *d.c.2. hoc tit. in 6. & ibi gloſ. & DD.* licet ſecus ſit in tribus iudicibus ſimpliciter delegatis; *d.c.2. verſ. fin. & ibi gloſſ. hoc tit. in 6.* quia maiori maturitate dantur. Ex duobus arbitris, ſi vnus malitioſe ſe abſentet, alter non poteſt procedere, ratio diuerſitatis eſt, quia duo ex tribus ſunt maior pars. *gl. in d.c.2. in verb. pro præſente & ibi Can.* tamen vſitatum eſt etiam in duos compromitti, & debet prætor
16 cogere arbitros, ſi non conſentiant † tertiam perſonam certam eligere, cuius auctoritati pareatur; *d.l. item ſi vnus §. fin. in fine.* cogiturque hæc tertia arbitrium recipere & iudicare, *d.l. item ſi vnus §. fin. & ibi gloſſ. fin. in fine per l. ſancimus la.* 1. *C. de aduoc. diuerſ. iud. & ibidem Bart.* nec poterit ab eius ſententia appellari, *Ioan. de Imola in c. quintauallis n. 46. de iureiur.* Nõ valet compromiſſum, in duos, vt ipſi, ſi diſſentirent, tertium aſſumant; nam & in aſſumendo poſſunt diſſentire, *d.l. item ſi vnus §. ſi in duos c. innotuit hoc tit.* ſi ita fit, vt tertius, ab eis aſſumatur ſempronius, valet compromiſſum, quoniam in aſſumendo diſſentire non poſſunt. *d.§. ſi in duos in fine.* Quandoque fit compromiſſum in plures, vt omnes ſint concordes, & tunc non ſufficit vera aut ficta præſentia, ſed requiritur omnium concordia, nec ſtatur ſententiæ maioris partis: *gloſ. in c. 2. in verb. præſente in fine hoc tit. in 6. & ibi Franc. poſt n. 4. & Can.* Aliquando
17 fit in plures cum † clauſulis, *vos & alter veſtrum,* quemlibet eorum, quemlibet in ſolidum, & valet ſententia vnius, neque eſt neceſſaria aliorum requiſitio. *l. non diſtinguemus §. cum in plures ff. hoc tit. Franc. in c. 2. n. 4. eod in 6. c. cum plures & ibi gl. 1. & 2. de offic. deleg. in 6.* Nonnunquam fit cum clauſula quod ſi omnes &c. & ſeruanda eſt diſpoſitio. *c. prudentiam, de off. deleg.* Sæpius etiam fit in vnum, aut plures, vt ipſi per ſe cauſam definiant, vel per alios quos ipſi elegerint, *c. cum à nobis hoc tit.*

18 Compromiſſum † ſiue arbitrium conſtituitur, partibus ad inuicem ſtipulantibus; ſecus ſi alter pœnam promiſerit, alter non, *l. litigatores verſ. item Iulianus ff. hoc tit.* quod parebunt arbitri ſententiæ, ſiue pœna certæ, aut incertæ ſummæ, vt puta quanti res erit, compromiſſa ſit, *l. non autem intereſt ff. hoc tit.* ſiue non: quia vltimo caſu contrauenient tenetur ad intereſſe: *l. ex compromiſſo & ibi gloſſ. fin. l. diem proferre §. fin. ff. hoc tit. c. per tuas hoc tit.* & cogit prætor ſententiam dicere eum, qui arbitrium pœna compromiſſa receperit, *l. 3. §. 1 & ſeqq. ff. hoc tit.* aut ſi compromiſſum eſt ſtipulatione vallatum abſque adiectione pœnæ, *d. l. diem proferre § fin. & ibi Bart. in l. cum antea n. 3. & 4. C. hoc tit.* omnes leges loquentes de pœna adijcienda in compromiſſo, intelliguntur, quando promiſſum eſt parere arbitrio, nudo pacto; quãdo ſtipulatio interuenit non eſt neceſſaria pœna, *Bart. in d. l. diem §. fin.* Interdum recte † nudo pa- 19
cto fit compromiſſum, vt puta ſi ambo debitores fuerint, & pacti ſunt, ne petat quod ſibi debetur, qui ſententiæ arbitri non paruerit. *d. l. litigatores verſ. interdum,* Qualem autem ſententiam dicat arbiter ad prætorem non pertinet. *l. qualem ff. hoc tit.* Arbitri † poteſtas dependet ex compromiſſo, 20
d. l. non diſtinguemus §. ex officio & §§. ſeqq. vel aliud ei licebit, quam, quod ibi vt efficere poſſit, cautum eſt, nec quodlibet ſtatuere poterit, nec in qua re libet, niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt, *c. peruenit hoc tit.* ac circa ea ſine quibus commode explicari non poteſt; vt fructus, expenſas, *gloſſ. in d. l non diſtinguemus §. de officio in verb. cautum eſt,* diem ſolutionis, *l. quid tamen §. 1 ff. hoc tit.* nam pars ſententiæ eſt quemadmodum ſatis ei, qui obtinuit, detur, quibuſque fideiuſſoribus, idque delegari non poteſt, niſi ad hoc compromiſſum ſit, vt arbiter ſtatueret, cuius arbitratu ſatiſdaretur: *d. l. non diſtinguemus §. fin. verſ. non autem finiri,* ac circa vacuæ poſſeſſionis traditionem: *d. l. non diſtinguemus §. fin. verſ. arbitri* nec non circa dubium ſuper qualitate rerum expreſſarum in compromiſſo, de qua re poteſt arbiter cognoſcere, & pronunciare an veniant in compromiſſo. *Pan. in c. cum dilectus nu. 10. hoc tit.* Hinc infertur coram arbitro non poſſe fieri reconuentionem, *c. cum dilectus hoc tit.* ac non poſſe arbitrum diem compromiſſi proferre, *l. arbiter ex compromiſſo ff. hoc tit.* ſed neceſſarium eſt adijci, de die compromiſſi proferenda, eoque adiecto, diem profert, vel præſens, vel per nuncium,

Digitized by Google

cium, vel per epiſtolam, *l. diem ff. hoc tit.* non tamen inuitis duobus litigatoribus, nam pœna committi non poteſt cum ſint in pari culpa litigatores, *d. l. non diſtinguemus §. fin. & l. ſeq. & ibi gl.* aut etiam altero contradicente, ſed committitur pœna contra eum, qui non conſenſit in prorogationem. *d. l. non diſtinguemus §. dies*, Item arbiter non poteſt vetare, ne pœna ex compromiſſo petatur, quia non de pœna compromiſſum eſt, *l. quid tamen §. fin. ff. hoc tit.* aut iubere alium ſibi coniungi, cum id in compromiſſo non ſit. *l. non diſtinguemus §. fin. verſ. item ſi iubeat.* Alia varia pacta, quæ fiunt in compromiſſis ex hoc tit. ff. & Cod. cognoſcuntur. cæterum arbitro iubenti extra compromiſſum impune non paretur. *d. l. non*
21 *diſtinguemus §. fin. in fine.* Acta quæ † reſpiciunt cauſam, eiuſque deciſionem, & factum, geſta coram arbitro, inter ipſos compromittentes pro-
22 bant in iudicio ordinario: confeſſiones † coram arbitris factę probant, vti iudiciales: ſiue facta ſit homologatio ſententiæ arbitri, ſiue non: *l. pen. in fine C. hoc tit. Imol. in c. præſentata n. 9. & ibi Felin. n. xi. de teſtib. Caſar. deciſ. xi. n. 19. de probat.* ſed tales confeſſiones non infamant, *l. quid ergo §. cum autem verſ. ex compromiſſo ff. de his qui not. infam.* Circa
23 atteſtationes † teſtium obſeruanda ſunt pacta compromiſſi: ſi nihil conuentum eſt in huiuſmodi caſibus, & teſtes omnes ſuperſunt, ei, contra quem producuntur, datur optio, vel vt recipiat depoſitiones eorum, vel reſpuat & conſentiat, vt iterum examinentur. *l. fin. C. de teſtib. c. præſentata eodem & ibi Can. & Fel. n.* 10. De ſtylo Curiæ facerent fidem impetrata commiſſione, quod coram arbitro fuerint examinati, cum interrogatorijs partis aduerſæ, *Caſar. deciſ. xi. n. 18. de prob.* ſi ab hac luce omnes ſubtracti ſint, neceſſitas ei imponitur, fide ſcripturæ approbata, in qua depoſitiones eorum referuntur, eas quaſi factas coram iudice accipere: rebus permixtis in ſuperſtitum teſtimonijs eadem ſeruatur electio litigatori, aduerſus quem producuntur: mortuorum autem depoſitiones non poteſt reſpuere, ſaluo iure opponendi contra dicta & perſonas: nam poſt mortem poſſunt obijci teſtibus crimina, non ad effectum punitionis, ſed ad fidem rei teſtificatæ. *d. l. fin. C. de teſtib. & ibi DD. d. c. præſentata & ibi Can.* Acta
24 ordinatoria † iudicij coram arbitro non faciunt fidem coram iudice, vt ſuper ipſis poſſet fundari ſententia, ſed pereunt ex mutatione tribunalis. *d. c. præſentata & ibi Fel. n. 7. Pan. n. 9.* Limita † in ef-
25 fectibus iam conſummatis, à citatione contra aduerſarium executa, litis conteſtatione &c. puta interruptione præſcriptionis, perpetuatione actionis. *l. pen. circa finem C. hoc tit. & ibi DD.* Secundo limita † quando vtraque pars conſentit 26
quod acta valeant coram iudice, & ſunt introducta fauore partium, *Pan. in d. c. præſentata nu. 9.* nam conſenſus nihil operatur in actibus ſubſtantialibus non dependentibus ab earum poteſtate: *gloſſ. 1. in c. de cauſis de off. deleg. gl. fin. in c. 1. de lib. oblat.* vt libelli oblatio, litis conteſtatio, & quod ſententia feratur in ſcriptis, &c. quæ ſunt coram iudice reiteranda. *Imol. in d. c. præſentata n. 5.*

Sententiam † arbiter dicere debet per quam 27
à tota lite diſceditur, & finis controuerſiæ imponitur, *l. dicere cum l. ſeq. ff. hoc tit.* iuſſis adeſſe litigatoribus per nuncium ſiue epiſtolam, *l. ſed & interpellatur §. 1. ff. hoc tit.* in loco, de quo actum eſt, cum compromitteretur, vel ſi non appareat de quo loco actum ſit, in loco vbi factum eſt compromiſſum, vel in continentibus ædificijs, ad quæ vterque compromittentium facile & cum honeſtate venire poſſet; nam ſi alter non venerit, qui ſine ſua turpitudine eo venire poſſit, & is venerit qui inhoneſte venerat, non committitur pœna; quaſi non præbita opera: *l. ſi cum dies §. ſi arbiter ff. hoc tit.* & coram præſentibus † litigatoribus, alias 28
non valebit: in pœnam is, qui defuit committit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur; *l. diem proferre §. ſi quis litigatorum. & ibi gloſſ. in verb. committit & verb. quo minus ff. hoc tit.* niſi in compromiſſo hoc ſpecialiter expreſſum ſit, vt vel vno, vel vtroque abſente ſententia promatur; quo caſu contumax, in non veniendo, non impedit ſententiam, & ideo non incidit in pœnam, eo ipſo quod contumax eſt in non veniendo; ſed incideret, ſi ſententiæ non pareret, *d. l. diem §. ſi quis litigatorum & ibi Bart.* quare ſi iubeat iudicem adiri, ad alium arbitrum iri, vel vt arbitrio mæuij fundus tradatur, aut ſatiſdatio detur impune ei non paretur, ne propagentur, differantur, aut in alios interdum agentium inimicos arbitria transferantur. *l. non diſtinguemus §. fin. in princ. l. in compromiſſis ff. hoc tit.*

Ex ſententia arbitri † per ſtipulationem aſſum- 29
pti, non oritur actio vel exceptio rei iudicatæ, ſed ei paretur metu pœnæ, ſi certa pœna ſit promiſſa; aut metu præſtationis intereſſe, ſi promiſ-

Digitized by Google

ſu n ſit ſententiæ ſtari, *l. ex compromiſſo & ibi glo. &*
30 *DD. §. fin. & l. ſeq. ff. hoc tit.* Idem † iuris eſt, ſi da-
t im ſit pignus arbitro, vt aut ipſe teneat; quo caſu
eſt pignus naturali obligationi accedens, qua te-
netur pars ipſi arbitro, ad ſeruandam ſententiam;
arg. l. per retentionem C. de vſur. aut vt ipſe det par-
ti, & tunc eſt depoſitum certa lege datum, datur-
què ei, cui dandum eſt, actio præſcriptis verbis:
*l. ſi rem §. fin. ff. de praſcript. verb. gloſſ. in l. cum antea
in verbo nomine C. hoc tit. & ibi Bart. n.* 4. Ratio præ-
dictorum eſt, qui prouiſio hominis facit ceſſare
prouiſionem legalem, *Bald. in l. cum antea ſub n.* 2.
& ibi Bart. ſub n. 2. hoc tit. Eadem ratione, quando
31 aſſumptus † fuit nudo pacto cum pœna, ex eius
ſententia non oritur actio; *l. 1. C. hoc tit.* niſi eſſet
dictum rato manente pacto: tunc enim pœna
commiſſa, & etiam ſoluta, remanet pactum ſim-
pliciter; ideo nouo iure ex ſentẽtia orietur actio:
Bart. in l. cum antea n. 2. & 3. C. hoc tit. Quando duo
ſunt compromiſſa vnum cum pœna, alterum ſi-
ne pœna attento compromiſſo ſine pœna locum
32 habet l. cum antea C. hoc tit. Ex † ſententia arbi-
tri nudo pacto, & ſine pœna aſſumpti, homolo-
gata poſtea tacite vel expreſſe oritur actio & ex-
ceptio rei iudicatę, *l. cum antea C. hoc tit. & ibi Bart.
in fine & Bald. n.* 2. parte vero reclamante, ſenten-
tia non habet effectum, niſi cum ſacramenti reli-
gione arbiter fuerit electus: *d. l. cum antea §. altera,*
quo caſu non naſcitur actio vel exceptio obſtan-
te auth. decernimus C. hoc tit. quæ reprobat iu-
ramentum in compromiſſo, ſed iurans cogitur
per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruantiam
iuramenti; *c. fin. de for. compet. in 6. Bald. in d. Auth.
decernimus n. 3. Pan. in c. per tuas num. 8. hoc tit. latius
33 diſtinguit.* Arbitramentum † curſu decem dierum
non homologatur; expreſſe confirmatum per
partes parit exceptionem quaſi tranſactionis vel
34 pacti, *Innoc. in d. c. quintaualliu ſub n.* 6. Finitur † cõ-
promiſſum ſententiæ prolatione, cum de omni-
bus de quibus compromiſſum fuerit arbiter pro-
nunciauit; ſi de quibuſdam tantum ſententiam
dixerit, de alijs nondum, non deſinit eſſe arbiter,
& in prima controuerſia, poteſt mutare ſenten-
tiam, de qua iam dixerat. In dubio, quando plu-
res inferuntur quęſtiones, hoc eſt vna ab vna par-
te, alia ab altera, videtur hoc actum, vt debeant
ſimul pronunciari ſuper omnibus, propter natu-
ram conuentionis & reconuentionis; & non ſer-
uata forma compromiſſi non videtur data ſen-
tentia: niſi in compromiſſo dictum ſit, quod poſ-
ſit iudicare ſemel, & pluries, & quoties ſibi pla-
cuerit; hoc eſt in vno capitulo, ſemel & in alio
poſtea; nam ſuper vna re non poſſunt ferri plures
ſententię vel arbitria: quando autem plures quę-
ſtiones, nihil ſibi communes, inferuntur, ab vna
parte, ad aliam; tunc actum videtur, vt poſſit pro-
nunciari ſeparatim, niſi expreſſe in contrarium ſit
actum, *l. dicere in princip. & l. quid tamen & ibi poſt
gloſſ. Bart. ff. hoc tit.* Sententiam de omnibus, de
quibus compromiſſum eſt, dictam arbiter corri-
gere, aut mutare non poteſt; *l. dicere in fine & l.
quia arbiter ff. hoc tit. & ibi gloſſ.* niſi compromiſſo
cautum ſit, quod poſſit iudicare ſemel, & pluries,
& ipſum iudicatum corrigere, ac mutare, *Bart. in
l. quid tamen n. 2.* Secundo lapſu termini compræ-
henſi compromiſſo re infecta, *l. ſi cum dies ff. hoc
tit.* Tertio ſi vnus ex litigatoribus bonis cedat,
l. item ſi vnus ff. hoc tit. Quarto ſemel commiſſa
pœna, *l. ſi duo §. fin. ff. hoc tit.* Quinto ſi ambo liti-
gatores ad iudicium, vel ad alium arbitrum ie-
rint, quia hanc fecerunt ei iniuriam, vt ſperne-
rent eum: *l. ſed etſi in ſeruum in fine & duabus ll. ſeqq.
ff. hoc tit.* aut vnus ſolus iudicem adiuit, & litem
fuit conteſtatus; quo caſu pœna cõtra eum com-
mittitur, propter contemptum, lite apud iudicem
ſuo ordine peragenda, *l. ſi quis rem ff. hoc tit. & ibi
gloſ. fin.* Sexto morte vnius arbitrorum etiamſi
in plures ſit compromiſſum, *d. l. item ſi vnus §. item
ſi plures.* Septimo morte vnius compromitten-
tium: compromiſſum enim in compromittentis
hæredes non extenditur, niſi ſit dictum, quod
tranſeat ad hæredes vtriuſque compromittentis;
ſi de vnius hæredibus tantum ſit expreſſum, ex-
pirat compromiſſum, morte cuiuſuis ex litigato-
ribus, *l. diem §. 1. & l. ſed & interpellatur §. fin. ff. hoc
tit. c. fin. & ibi gloſ. eod. tit.* quia non debet claudi-
care, *gl. mag. in d. l. ſed & interpellatur §. fin.* Appel-
latur † à ſententia arbitrorum iuris, ſiue neceſſa- 35
riorum ad ſummum Pontificem: *c. ab arbit. de off.
de leg. in 6. & ibi gloſſ. fin. l. cum ſpecialis C. de iud. &
ibi Bart. num.* 2. ab arbitris qui eliguntur ex neceſ-
ſitate ſtatuti inter attinentes, ſi neceſſitat ſtatu-
tum ad compromittendum ſub pœna, non po-
teſt appellari; ſi vero ſtatutum neceſſitat ad com-
promittendum, & diſponat quod ex ſententia
ferenda oriatur actio poterit appellari: *Imol. in d.
c. cum dilectus nu. 17. hoc tit. Myn ſ. obſ. 68. cent. 4. §.
porro ſecundo caſu.* à ſententia † arbitri compromiſ- 36
ſarij non

ſarij non poteſt appellari: *l.1.C. hoc tit.c. à iudicibus 2. quaſt.6. Mynſ. obſ. 68. cent.4.* ſed ei parere debemus, ſiue æqua ſiue iniqua ſit, & ſibi imputet quod compromiſit; *l.ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio d.l. diem §. ſtari.* niſi dolo verſatus ſit arbiter, aut grauiſſime alteram partium læſerit: quibus caſibus licet retractare de ſententia arbitri officio iudicis, coram iudice cauſa principalis, *l.2. C. vbi & apud quem in integ. reſt. pet. Gail. obſer.149. lib.1.* per reductionem ad arbitrium boni viri intra decendium: *Pan.in c. quintauallis num.16. de iureiur. per l pen. §. ſin autem C. de recep. arbitr. l. non diſtinguemus §. cum quidam ff. de arbitr. Gail. obſ.150. in princ. lib.1.* quæ eſt ſpecies appellationis, eique ſimilis; *d.l. non diſtinguemus §.cum quidam Imol.in d. c.quintauallis nu.43. & 47. de iureiur. & ibi Pan. nu. 28.c.à iudicibus & ibi gloſſ. in fine 2. quaſt. 6. c. non ſine hoc tit.* dictiſque caſibus nulla cautela impediri poteſt, ac ne iuramento quidem in compromiſſo præſtito ſe non contrauenturos, etiamſi grauiſſimum damnum ſibi importaret: *Bald. in d. l. cum antea nu.3. & ſeqq.* & à iudice recurſus ſiue reductionis licita eſt appellatio, *Mynſ. obſ. 68. in princ. cent. 4. contra Bartol in l.1. ff. de leg. 2. in fin.*

37 nulla † dici poteſt ſi arbiter expreſſe ſententiam dixerit, contra ſacras leges aut conſtitutiones, *l.ſi expreſſum ff. de appell.* aut non ſit ſolemniter lata, *l. prolatam C. de ſent. &c. gloſſ. in l. diem §. ſtari in verbo ſiue iniqua hoc tit. & ibi DD.* Præterea ſtipulatio, cum aduerſus ſententiam quid ſit, ita demum committitur cum effectu, ſi ſine dolo ſtipulantis factum eſt, ne quis doli ſui præmium ferat; ſi quis compromittérium omnino in hac lite dolo verſatus eſt, ſiquidem compromiſſo adijciatur, ſi quid dolo, in ea re, factum ſit, tantam pecuniam dari, ex ſtipulatu conueniri, qui dolo fecit, poteſt; quod ſi huiuſmodi clauſula in compromiſſo adſcripta non eſt, tunc de dolo actio vel exceptio locum habebit, *l. ita demum ff. hoc tit.* Sententia

38 arbitratoris † reducitur ad arbitrium boni viri, coram iudice cauſæ principalis, quia actor ſequitur forum rei, *Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum nu. 22. circa finem Albric. nu. 6. ff. de arbitr. Afflict. deciſ. 132. Gail. obſ. 150. n. 2. & ſeqq. lib. 1.* intra triginta annos, *Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum n.22. circa finem Alberic. numer. 6. ff. de arbitr. Afflict. deciſ.132. Gail. obſ.150. num. 2. & ſeqq. lib.1.* in contractibus ſtricti iuris per officium iudicis, *l. ſi libertus la 2. ff. de oper. libert.* in contractibus bonæ fidei actione ex eo contractu: *l. ſi ſocietatem la 1. & l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio*, fallit quando in contractu bonæ fidei, ex parte eius qui vult petere reduci ad arbitrium boni viri, nulla oritur actio; vt in contractu dotis, fuit compromiſſum in aliquem vt ſtatueret dotem mulieri; qui inique mulierem grauauit, cui nulla datur actio de repetẽdo conſtante matrimonio; ideoque recurritur ad officium iudicis: *Bart. in d. §. arbitrorum num. 17.* quæ mulier, ſi à viro conueniretur vigore illius arbitramenti, poſſet excipere de eius iniquitate; quilibet autem, qui habet exceptionem etiamſi non conueniatur, poteſt coram iudice ipſius rei, licet non ſit iudex actoris, officium iudicis implorare, ne ab aduerſario inquietetur: *l. 3. C. qui bon. ced. poſſ. l. ſi contendat & ibi gloſſ. ff. de fideiuſſor.* quia vbi exceptio examinatur principaliter, debet examinari coram illo iudice, coram quo deberet examinari, ſi actore agente exceptio ſecundum naturam exceptionis deduceretur, *l. cum ij §. tranſactiones ff. de tranſact. l. ſin. C. de vſur. pupill. Bart. in d. §. arbitrorum n.19. & 20. Rot. deciſ.236. n.2. & ſeqq. part.1. diuerſ.* ratio diuerſitatis quare non reducitur laudum arbitri, ſed arbitratoris, eſt, quia ille qui compromiſit in arbitrum, videtur velle, quod inſtar iudicis procedat, *l.1. ff. hoc tit* & contemnit iudicem quam habebat; ideoque ad ipſum reuerti non poteſt; quæ ratio ceſſat, quando compromittitur in arbitratorem. *Imol. in d. c. quintauallis n. 49.* Compromittens quoque ſi læſus ſit vltra dimidium iuſti pretij poteſt † intentare remedium, *l.2. C. de reſcind. vend.* etiamſi laudum ſiue arbitramentum emologaſſet ſiue approbaſſet. *Bart. in d. l. 2. n. 8. C. de reſcind. vend. & ibi DD. Iaſon. in l. ſi quis cum aliter ſub n. 15. poſt Bart. ff. de verb. obl. Bar. in l. ſocietatem §. arbitrorum nu. 25. ff. pro ſocio Mynſ. obſ. 33. cent. 1.* 39

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs.

Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei, qui redditur in inuitum.*

2 *Reus quis ſit, Actor quis ſit.*

3 *Reorum alius eſt neceſſarius, alius voluntarius.*

4 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe admittitur in ſtatu & terminis in quibus reperitur.*

5 *Tertius ſi lite pendente inter duos comparet ſub prætextu melioris iuris, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſed ſi probat, tollit intentionem actoris.*

6 *Admiſſus ad cauſam cum clauſula,* Conſtito de intereſſe, *non facit aliquam litem non docto de intereſſe.*

7 *Iudiciorum aliud eſt ſæculare ſiue prophanum, aliud eſt eccleſiaſticum.*

Beneficialis cenſetur cauſa quæ ſuper titulo beneficij, iure monachatus, aut iure Conuerſi ad religionem commiſſa eſt.

8 *Iudiciorum aliud eſt ordinarium, aliud extraordinarium.*

extra ordinarium dicitur, aut quia datur in ſubſidium deficientibus alijs, aut quando Iudex ſimpliciter & de plano procedit, & ſummarium appellatur.

9 *Agere inuitus nemo compellitur.*

10 *Iudicium nullum redditur, Primo, ex incompetentia iudicis.*

Laicus coram iudice eccleſiaſtico non poteſt conueniri niſi certis Caſibus hic enumeratis.

11 *Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet in Ciuilibus, quæ regula fallit, quinq; caſibus.*

12 *Clericus de omni crimine coram Iudice eccleſiaſtico debet conueniri, nec valet contraria conſuetudo.*

13 *Secundo, redditur nullum iudicium ex perſona actoris.*

14 *Tertio, ex perſona rei.*

15 *Quarto, ex perſona vtriuſque actoris & rei.*

16 *Quinto ratione rei quæ non poteſt tractari ſub tali iudice.*

17 *Sexto ratione peruerſi ordinis iudiciorum.*

18 *Septimo ratione ineptitudinis libelli.*

19 *Octauo ex defectu citationis.*

20 *Citatio multiplex eſt.*

Generalis quæ fit ad totam cauſam.

21 *Realis quæ decernitur à iudicibus ordinariis, non autem delegatis à principe, & non poteſt fieri extra territorium citantis.*

22 *Verbalis quæ decernitur à quolibet iudice ordinario, delegato, arbitro, non autem ab arbitratore, & an poſſit fieri extra territorium citantis, controuertitur.*

23 *Per edictum, id eſt affixa Scedula in foribus Palatij vel Eccleſiæ, quæ poteſt fieri à delegatis principis, ordinarijs omnibus etiam minoribus, non tamen alijs delegatis, pedaneis iudicibus, aut arbitris.*

24 *Peremptoria quam mittit quilibet iudex.*

25 *Ad comparendum perſonaliter coram ſe, quam Papa indiſtincte decernit in omnibus cauſis, ordinarij regulariter in iudicialibus non poſſunt aliquem citare ad comparendum perſonaliter, neque etiam delegati à Papa abſque ſpeciali commiſſione.*

26 *Citatio ſub pœna vt Compareat certa die.*

27 *In executiuis quorum fundamentum eſt confeſſio debiti non fit citatio ad comparendum, ſed fertur præceptum de ſoluendo.*

28 *In ſummarijs iudicijs in quibus decernitur monitorium ſine clauſula, & comminatæ ſunt cenſuræ, ex nunc prout ex tunc, contra taliter monitum proceditur ſeruatis quatuor terminis & poſtea fertur declaratoria.*

29 Citatio

Digitized by Google

29 *Citatio illegitima quæ ad citati notitiam peruenit, perinde arctat citatum, ac legitima citatio.*

30 *Iudicium nono redditur nullum ex neglectu ſubſtantialium & ſolemnitatum iudiciorum quæ remiſſiue iudicantur.*

31 *Nullitates ex defectu mandati, iuriſdictionis, citationis, & notoria iniuſtitia tantum attenduntur in Romana Curia.*

32 *Inſtantia cauſæ criminalis non tranſit ad hæredem accuſati.*
Inſtantia cauſæ appellationis non tranſit præciſe niſi fiſci, vel alterius interſit.

33 *Ex maleficijs priuatis pœnales actiones, earumue inſtantia in hæredem rei non competunt, ſed hæredibus actorum competunt.*

34 *Inſtantia Ciuilis iudicij tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem rei Conuenti, ac in ſucceſſores vniuerſales ipſius petitoris ſiue actoris.*

35 *Ac in ſucceſſorem ſingularem, ad quem tranſit res vel actio ex neceſſitate.*

36 *Inſtantia appellationis in cauſa ciuili tranſit in hæredem etiam re perempta.*

37 *Inſtantia in cauſa beneficiali inchoata cum defuncto ſuper iuribus dignitatis vel adminiſtrationis tranſit in ſucceſſorem in dignitate & beneficio ex parte actoris, ac etiam ex parte rei*

38 *Inſtantia inchoata cum defuncto non tranſit in fiſcum ſuccedentem in bonis defuncti.*

39 *Inſtantia iure ciuili in criminalibus non vltra biennij, in ciuilibus non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam niſi citeriore tempore tollatur protrahitur, à qua regula excipiuntur certæ Cauſæ.*

40 *Per peremptionem inſtantiæ, non perimuntur acta Cauſæ tendentia ad Veritatis indagationem, Verum perimuntur acta ordinatoria iudicij quoad effectum de futuro, vt per ea non poßit ferri ſententia.*

41 *Iure Canonico inſtantia durat triginta annis.*

42 *Cautiones de ſtando iuri & de iudicato ſoluendo durant poſt primam inſtantiam, à qua appellatum extitit, etiam in alijs inſtantijs.*

EXPLICATIS officijs, & poteſtate iudicum, ac præparatorijs iudiciorum, videndum eſt de iudicijs, & eorum ordine, Iudicium 1 eſt actus, legitimus † trium perſonarum iudicis, actoris, & rei, *c. foras §. in omni de verb. ſignif. Iaſ. in l. poſtquam liti n. 10. C. de pact. cap. 4. quæſt. 4.* qui redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichum ff. de verb. oblig.* ſi factum negetur, inducendi ſunt teſtes, inſtrumenta, confeſſiones, præſumptiones, & argumenta, *d. §. in omni & ibi gloſ. in verb. tres teſtes.* cauſa eſt materia & origo negocij nedum diſcuſſionis examine patefacta, quæ dum proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur, iudicium, dum finitur, iuſtitia. *c. foras §. cauſa de verb. ſignif.* Locus iudicij & itinera intermedia debent eſſe tuta, & ſecura domino, & eius procuratori; *c. auidens el. 2. vt lit. non conteſt. & c. & ibi Felin. poſt num. 3. verſ. 1. concluſio & n. ſeqq. Clement. paſtoralis §. notorium & ibi gl. in verb. notoria & Can. de re iud. Rip. in tract. de peſte tit. de priuil. iud. cauſ. peſt. in princ.* Inter litigantes non aliter lis expediri poteſt, quam ſi alter actor, alter reus ſit, *l. inter litigantes ff. hoc tit.* reus eſt † qui poſſidet aut Corporaliter detinet, 2 *d. l. inter litigantes l. 2. C. de prob. §. retinēdæ verſ. commodum Inſt. de interd. Dec. in c. ex literis numero 4. de prob. Ripa in c. ſæpe n. 2. de reſtit. ſpoliat.* etiamſi petat confirmationem ſuæ poſſeſſionis, *l. 1. in princip. & ibi gl. in verbo fiat ff. de Carbon. Bald. in l. poſt ſententiam n. 8. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. Butr. in c. in præſentia n. 20. & 21. de prob. Rot. diuerſ. deciſ. 236. & deciſ. ſeq. part. 1.* actor eſt qui contra reum agit, & libellum offert, *l. poſſeſſiones l. actor. C. de prob. l. 2. ff. eodem,* item actor eſt, qui ad litem prouocat, reus qui prouocatus agit, *l. liberis §. ſi quis ex ſeruitute ff. de lib cauſ. l. in tribus ff. de iud. Bald. in l. non cogendum §. ſi procurator n. 2. ff. de procur. Roman. conſ. 217.* etiamſi reus imploret officium iudicis, & petat ſuper ſua exceptione pronunciari, & actori ſilentium imponi, *Butr. in c. cum inter n. 21. de except. l. ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect. Rot. diuerſ. d. deciſ. 236 num. 2. part. 1. Pan. pulchre in c. ſi quis antea nu. 2. & ſeqq. de for. compet.* ideo libellans vigore legis diffamari *C. de ingen. & manum*, non cenſetur actor, vt voluit Afflict. *deciſ. 269.* ſed reus, *Vrſil. ad d. deciſ. Afflict. 268. addit. ad Lap. alleg. 54. in verbo ſuper moleſtia*, quia iſta facit ad effectum defenſionis In quo non ſufficit vnica citatio quia agitur de priuationis Iuris ſui vt quis excludatur ab agendo vel accuſando, ſed ſecundaria opus è citatione vt citato non comparente per Iudicem perpetuum ſilentium imponatur, diffamatuſque vt reus ab obſeruatione Iudicij impoſterum penitus abſoluatur, *Bald. in l. diffamari n. 8. & ibi DD. C. de Ingen. & manumiſſ. Mynſ. obſ. 86. cent. 3.* Semper ad effectum, vt videatur cui magis ſit fauendum,

Digitized by Google

iuxta l.fauorabiliores ff.de reg.iur. debet inſpici, quis
originarie ſit actor, & quis reus, & modus proce-
dendi, Put. deciſ. 336. lib. 1. l.in tribus ff.de iud. & ibi
DD. non accidentia iudicij, quæ faciunt quod in
vno articulo vnus, & alter teneatur probare, &
ex particulari reſpectu poteſt dici actor vel reus,
Dec. ind. l.fauorabiliores ſub n. 2. l.in exceptionibus &
ll.ſeqq. ff.de prob. Bald. in d. l.non cogendum §.ſi procu-
3 ratori ff.de procurat. Reorum alius † eſt neceſſarius
contra quem expreſſe dirigitur actio, vel qui ſpe-
cialiter vocatur ad iudicium: alius voluntarius,
qui ſpecialiter non vocatur, & poteſt non com-
parere, ſed petitio dirigitur ad iudicem: neceſſa-
rio non obſtat excommunicatio, ſeruitus, cri-
men; voluntario obſtant, c.dilecti & ibi gloſſ. 1. Fel.
in c.cum inter n.xi de except. Archid. in c.pia in verb. a-
gentes & ibidem Can. eod. in 6 Bart. in l.ſi fideiuſſor la.
2. §.ſi neceſſaria ff. qui ſatiſd. cog. &c. idem in l.cum
mulier la. 1. ff. de ſolut. matrim. ratio eſt, quia gene-
raliter vocatus firmat perſonam ſuam in iudicio
ex ſe, ſicut actor: perſona ſpecialiter vocata fir-
matur, & efficitur habilis reus, & contradictor
per citationem, quamprimum per ſe, vel alium
comparet, in iudicio, Bart. in d.l.cum mulier la. 1. n.
5. in fine Fel. in d. c. cum inter ſub n. xi. His adde,
quod clericus, qui vendidit laico rem ſoli, ab
emptore denunciatus, quia eſt merus, & neceſ-
ſarius emptoris defenſor, forum emptoris ſequi
tenetur, nempe iudicis ſæcularis, nec poteſt alle-
gare priuilegium ſui iudicis, l.venditor ff.hoc tit. &
ibi DD. gloſſ. fin. in l.1. C.vbi in rem actio. Tertius ve-
4 niens † ad cauſam, pro ſuo intereſſe, etiam per
viam appellationis, & nullitatis, Rot. Farin. deciſ.
98. n.5 & 6. part. 1. admittitur in ſtatu & terminis,
in quibus reperitur, Afflict. deciſ. 235. Bald. in auth.
nunc ſi hæres C. de litig. Gail. obſ. 64. cum 3. obſeru.
ſeqq. lib. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 13. & cap. 14. cum
duabus ſeqq. Mohed. deciſ. 5. de iud. Put. deciſ. 71. lib. 3.
& quoties venit ad defendendum alterum ex
colligitantibus, non poteſt venire niſi in ſtatu &
terminis, c.fin. vt lit. pend. in 6. Couar. pract. cap 13. in
princ. Ludouic. dec. peruſ. 26. n.25. & per totam Greg.
xv. deciſ. 259. & ibi late annot. facit ſuas, omnes
probationes iam factas, & acta facta, quæ ipſum
iuuant, afficiunt, ac eidem nocent, perinde ac ſi
eſſent contra illum nominatim facta, Innoc. in c.
cum ſuper n.6. Butr. n 8 Fel n.13. verſ ad quæſtiones &
n.15. & ſeqq. Pan. & Can. de re iud. Greg. xv. deciſ. 259.
& ibi annot. n.6. limitat 2. mod. Rot. Farin. deciſ. 98. n.
5. & ſeqq. part. 1. ſed poteſt ex perſona ſua, petere
reſtitutionem in integrum, Afflict. deciſ. 15. quod
ſi † pendente lite inter duos, comparet tertius 5
ſub prætextu melioris iuris, non ſuſpendit iuriſ-
dictionem iudicis, ſed ſi probat, tollit intentio-
nem actoris, quia talis actio non eſt præiudicia-
lis quoad proceſſum, ſed quoad intentionem, &
habet vim peremptoriæ exceptionis, Couar. pract.
quæſt. cap. 14. n. 4. pulchre Rot. diuerſ. deciſ. 275. nu.3.
vbi limitat vno modo part. 2. facit etiam omnia acta
& probationes ſuas: Greg. xv. deciſ. 303. n.2. & ſeqq.
per not à Couar. pract. cap. 13. in princ. ſed hic tertius,
qui venit ex iure independente à iure colligitan-
tium, poteſt, ſi vult, principaliter deducere ius ſu-
um, expreſſe committendo cauſam de nouo, tan-
quam in prima; quo caſu non facit actu priora
ſua, quæ illum non afficiunt nec pro neq; contra
Admiſſus † ad cauſam cum clauſula conſtito de 6
intereſſe, non facit aliquam litem non docto de
intereſſe. Creſcent. deciſ. 3. de reſcript. Caputaq. dec.
228. part. 2. per l. à teſtatore ff. de cond. & demon. c.ex
parte el. 1. de reſcrip. Fel. in c.ſi conſtiteris num.5. de ac-
cuſ. & ibi Can. Iudiciorum aliud eſt † ſæculare, a- 7
liud prophanum, aliud eccleſiaſticum, c.1. diſt. 3.
c.decernimus & c. at ſi clerici hoc tit. in rota cauſæ o-
mnes reputantur profanæ, etiam quæ ſunt ſpiri-
tuales, & illæ ſunt ſolæ beneficiales, quæ ſuper ti-
tulo beneficij, aut iure monachatus, Pan. in Clem.
diſpendioſam n.3. in fine & 4. Zab. n.13 hoc tit. aut ſta-
tu conuerſi ad religionem, Zab. in d. Clem. diſpen-
dioſam n.14. commiſſæ ſunt, Caputaq. deciſ. 99.
part. 1. Pan. in Clem. diſpendioſam n.3. in fine & ſeqq.
hoc tit. & ibi DD. Pan. in Clem. vnica poſt gl. in verbo
beneficiali de cauſ. poſſeſſ. & propr. & ibi Can. aliud
criminale, d.c. at ſi clerici c.cum non ab homine hoc tit.
aliud ciuile, c.cæterum c.quia hoc tit. aliud ſpiritua-
le, c.exhibita hoc tit. aliud temporale, c.venerabilis
hoc tit. aliud † ordinarium, c.dilecti c.examinata hoc 8
tit. gloſſ. mag. in ſumma xi. quæſt. 1. aliud extra ordi-
narium, c.nouit hoc tit. c. quoniam contra falſam de
probat. Extraordinarium dicitur, aut quia datur
in ſubſidium deficientibus alijs, vt querela inoſ-
ficioſi teſtamenti, §.iam autem Inſtit. de inoff. teſtam.
actio de dolo, l.& eleganter ff. de dolo, aut quando
iudex non in figura iudicij, ſed ſimpliciter & de
plano procedit, & ſummarium appellatur, vt in
cauſis electionum, poſtulationum, prouiſionum,
decimarum, ſiue agatur contra perſonas, quæ ad
earum præſtationem tenentur, Clem. diſpendioſam
hoc tit.

hoc tit. ſiue agatur inter perſonas eccleſiaſticas, ſuper iure percipiendi decimas. de iure vel de conſuetudine debitas; Clem diſpendioſam & ibi gl. in verbo decimis & Zab. quæſt. 14. hoc tit. Rot. deciſ. 14. hoc tit. in nou. ſecus ſi agatur inter laicos etiam de decimis eccleſiaſticis, Rot. deciſ. 14 in fine hoc tit. in nou. matrimonij, vſurarum, & eas quoquo modo tangentibus; Clem. diſpendioſam hoc tit. Clem. ſæpe de verb ſignif. in rub. & vlg. ff. de var. & extraord. cogn. ſi autem in hiſce caſibus ſolemnis ordo iudiciarius in toto vel parte, non contradicentibus partibus, obſeruetur, non erit propter hoc irritus aut irritandus, quia ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus perfecti. d. clem. ſæpe §. fin. & ibi gloß. &
9 Can. Inuitus † nemo compellitur agere, niſi in ſeptemdecim caſibus enumeratis per gl. addit. in cap. 1. §. ſolet in verbo æſtimamus, de reſtit. ſpoliat. in 6. gloſſ. in l. vnica C. vt nemo inuitus &c. & vtrobique DD. Mynſ. obſ. 78. cent. 3 Nullum red-
10 ditur † iudicium primo ex incompetentia iudicis. Laicus coram iudice eccleſiaſtico non poteſt conueniri, c. ſi clericus laicum & ibi Bellam in 3. not. qui excipit 16. caſus & Can. communiter idem in c. ſane in 7. quæſt. in fine de foro compet. quod vſq; adeo verum eſt, vt licet alteruter litigantium, etiam ſi ſit vidua, ab apoſtolica ſede literas ad eccleſiaſticum iudicem impetrauerit, irritæ ſint & inanes; c. licet c. ex tenore de foro compet. niſi eccleſiaſticus iudex præter iuriſdictionem habeat etiam ius dominij, vel alterius conditionis in perſonis laicorũ, l. 2. ibi in cauſis ciuilib. & c. aduerſus dominos aditum intercludimus & vocem negamus C. in quib. cauſ. col. cenſ. dom. accuſ. poß. lib. 11. cum ſimilib. nec non in defectum iuſtitiæ ſæcularis, ſi iudex laicus eſt negligens, aut malitioſe differat, d. c. licet in fine princ. d. c. ex tenore in fine c. tranſmiſſa de for. compet. c. adminiſtratores 23. quæſt. 5. Gail. obſ. 28. lib. 1. Mynſ. obſ. 24. cent. 2. & obſ. 57. & ſeq. cent. 3. vbi tradit quomodo probetur & obſ. 56. & 82. cent. 5. vel conſuetudo loci eccleſiaſticum iudicem compellandum ſuadeat, c. ſi clericus in fine & c. licet de for. compet. c. 2. & ibi gl. mag. in verb. de iure de except. in 6. vel iuxta priuilegium à Carolo magno per imperium conceſſum, alter litigantium in initio litis, ſiue decurſis temporum periculis, etiam alio refragante, ad iudicium epiſcoporum recurrat, c. quicunque cum duobus & ſeqq. 11. quæſt. 1. c. nouit, §. nec ſic de iud. & ibi Innoc. n. 6. dicit. id priuilegium non eſſe reuocatum & Zab. in gloß. ſed cum hac Felin. ſub nu. 8. & Can. contra gloß. ibi & in d. c. quicunque & ſeq. Naucl. generat. 28. fol. 51. in 2. col. in actione reali, & perſonali, Bellam. in d. c. ſi clericus numero quarto, Anchar. in c. ex tranſmiſſa n. 4. de for. compet. atteſtantes de generali conſuetudine franciæ. aut vidua, vel alia miſerabilis perſona ſpoliata poſſeſſione, etiam rei feudalis per laicum, coram iudice eccleſiaſtico agat remedio recuperandæ, c. ex parte de foro compet. vel cauſa ſit pietatis, c. 1. & ibi Pan. n. 5. & 9. & Can. de empt. & vendit. aut alias huiuſmodi quæ ad forum eccleſiaſticum pertineat, vt matrimonij, c. cauſam matrimonij de offic. deleg. c. ex literis de conſang. & affin. vſurarum, c. quoniam de vſur. periurij, c. fin. de for. compet. iuriſpatronatus, c. quanto hoc tit. Anchar. in c. cum ſit n. 9. vbi plures cauſas ponit. de foro compet. immunitatis eccleſiaſticæ, c. non minus c. aduerſus de immunit. eccleſ. violatæ libertatis eccleſiæ, eiuſque perſonarum aduerſus canonicas & imperiales ſanctiones, auth. caſſa de ſacroſ. eccleſ. c. nouerit. c. grauem de ſent. excommun. c. quoniam de immunit. eccleſ. in 6. quia hoc non eſt contra legem agere, ſed legi facere ſubſidium, c. 2. de priuil. & neceßib. priuilegiat. laici corporalem iniuriam clerico inferentes, c. peruenit el. 2. de teſte cog. & raptores rerum eccleſiarum, & inuaſores immobilium, aut iurium eccleſiæ in vtroque foro à rectoribus eccleſiarum poſſunt conueniri, d. c. cum ſit. de foro compet. & ibi gloſſ. fin. l. ſi quis in hoc genus & l. placet C. de epiſcop. & Cleric. c. ſecundo de priuileg. & exceßib. priuileg. contra peccatorem quemlibet etiam laicũ iudex eccleſiaſticus procedit per viam denunciationis euangelicæ, ſeu iudicialis, vt pœniteat & ſatisfaciat c. nouit hoc tit. gl. 1. in c. 1. 6. quæſt. 2. & ibi Can. Fel. in c. cum ſit n. 16. de foro compet.

Clericus coram † ſuo epiſcopo conueniri de- 11
bet in ciuilibus, c. 1. c. 2. c. ſi diligenti §. fin. c. ſignificaſti de foro compet. c. 2. & c. clerici hoc tit. Gail. obſ. 37. lib. 1. vbi ponit 9. limit. late Mynſ. obſ. 67. cent. 2. Fallit primo in cauſa feudi, in qua ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, Franc. Aret. in c. cæterum n. 23. & 24. hoc tit. Mynſing. obſ. 22. cent. 1. verſ. ſic etiam iudex laicus Gail. obſ. 37. lib. 1. n. 3. conuenitur coram domino feudi, vel paribus Curiæ, c. cæterum hoc tit. c. verum & ex tranſmiſſa de for. compet. Bald. in c. 1. n. 4. de controu. feud. apud pares terminos. Secundo in cauſa reali profana, quando laicus res ſuas proprias affirmat, inter clericum & laicum, quæ tractari debet, coram iudice laico, ſub quo res ſita

eſt: *l. fin. C. vbi in rem actio Hoſt. in ſumma §. quib. ex cauſ. poſt num. 5. de for. compet. l. qui aliena §. fin. ibi ſententia prædio datur ff. de negot. geſt. Mynſing. obſ. 22. cent. 1. obſ. 95. cent. 4. in emphyteuſi eccleſiaſtica obſ. 93. cent. 5. Gail. obſ. 37. nu. 4. lib. 1. Boer. deciſ. 69. num. 22.* Sed hæc fallentia reprobatur per Marian. Socin. *in c. ſi autem n. 10. hoc tit. per cap. fin. hoc tit. & collect. in c. qualiter n. 1. de iud. Bald. in auth. clericus quoque ſub nu. 2 in fine. de epiſcop. audient.* dicentes ita ſeruare Curiam, quod etſi clericus conueniatur rei vendicatione de re mere ſæculari, debeat coram perſona eccleſiaſtica conueniri, & prænarrata opinio in Camera Imperiali recepta fuit, quod prætetrito turbulento ſeculo laici prorſus non curarent, imo venderent eccleſiaſticam iuriſdictionem, *Mynſ. obſ. 93 in fine cent. 5.* Tertio in poſſeſſorio vel quaſi retinendæ, vel recuperandæ, etiam in cauſis ſpiritualibus decimarum, *Clem. diſpendioſam de iud. c. litteras de iuram. cal. & ibi gl. mag. Couar. pract. quæſt. cap. 35. n. 5. Gail. obſ. 38. lib. 1.* Iuriſpatronatus, &c. *c. quanto hoc tit* quando clericus in poſſeſſorio ratione decimarum &c. laicum ſoluere detrectantem, conuenire vult, debet iudicium coram iudice laico inchoare: excepta cauſa beneficiali, *c. litteras & ibi Pan. ſub n. 7. Butr. nu. 14. & Can. de iuram. calumn.* niſi in Francia ex priuilegio, *Guid. Papa deciſ. 1. & deciſ. 85.* etiam inter duos clericos litigantes; & matrimoniali, quæ ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, non ſolum cum tractatur de ſubſtantia vinculi, ſed etiam cum agitur poſſeſſorio, *c. ex conqueſtione & ibi Pan. in 2. not de reſt. ſpoliat. Put. deciſ. 351. & deciſ. 355. lib. 1.* quia poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, cum tantum de facto quæratur, an poſſideat vel detineat, turbauerit, vel deiecerit: *c. fin. hoc tit. c. petimus xi. q. 1. Franc. in c. 1. §. fin. n. 3. de reſt. ſpol. in 6. Guid. deciſ. 1. Gail. obſ. 37. nu. 5. & obſ. 38. lib. 1. Cou. pract. quæſt. c. 35.* & ſi in poſſeſſorio obtinuerit, non tenetur coram eodem iudice ſuper proprietate reſpondere, qui eſt alterius fori; *c. fin. hoc tit.* quæſtio vero poſſeſſoria matrimonialis aut beneficialis habet annexam cauſam proprietatis, ita quod cenſenda ſit ſpiritualis; *Pan. in c. litteras nu. 7. & 8. de iuram. cal. clem. vnica de cauſ. poſſeſ. & propriet. clem. vnica de ſeq. poſſeſ. & fruct. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. n. 49. 50. & pluribus ſeqq.* niſi & in his contra laicum diſputetur de mero facto, nec veniat diſcutiendum aliquid iuris: *Pan. in d. c. litteras ſub nu. 8. verſ. mere temporalis & Garc. de benef. part. 1. cap. 2. n. 59. Menoch. in 15. remed. recuper. nu. 223. & ſeqq. & nu. 234.* de poſſeſſorio adipiſcendæ iudex ſæcularis non cognoſcit in ſpiritualibus, quia actor in eo ſine titulo canonico non poteſt obtinere, & plus habet ſpiritualitatis quam temporalitatis: *c. beneficium de reg. iur. in 6. & ibi Can. Guid. deciſ. 1. n. 3. Pan. in c. duas in fine de ſponſal. duorum & ibi Can. Put. deciſ. 351. lib. 1. Menoch. in 15. remed. recuper. n. 233. Couarr. pract. quæſt. cap. 35. verſ. 1. concluſio,* laicus vero clericum in poſſeſſorio cuiuſcunque rei coram iudice eccleſiaſtico conuenire debet, *Gail. obſ. 38. n. 5. cap 2. & c. altrici hoc tit. Couarr. pract. quæſt. cap. 35. in fine numer. 1. verſ primum.* Quarto in cauſa reconuentionis coram iudice laico in cauſa ciuili, *c. cuius in agendo 3. quæſt. 7. gloſſ. in ſumma xi. quæſt. 1. late Fel. in c. at ſi clerici n. 8. & ſeqq. hoc tit.* Quinto quando clericus ratione officij alieno nomine conuenitur, tanquam tutor, curator, vel procurator alicuius laici, quo caſu ſortitur forum coram iudice ſæculari, quia attenditur perſona eorum, quorum nomine conuenitur, *Soc. in d. rub. de for. compet. nu. 1. & nu. 15. & in c. 1. nu. 52. & ſeqq. eod. tit. Gail. obſeru. 37. ſub n. 7. verſ. ſexto fallit lib. 1. Ripa in c. 2. nu. 23. de iud.* Clericus de † omni crimine coram iudice 12 eccleſiaſtico debet conueniri, nec valet contraria conſuetudo, *d. c. clerici hoc titul. late Clar. libr. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt. 36.* niſi fuerit depoſitus & poſt depoſitionem incorrigibilis remanſerit, & fuerit excommunicatus, anathematizatus, & deinde ob contemptum degradatus, ac Curiæ ſæculari traditus, *d. c. at ſi clerici §. fin. & ibi gloſſ. fin. c. cum non ab homine hoc tit. gloſſ. fin. in c. nec licuit 17 diſt. Clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt. 36. n. 32. 33. & ſeqq.* Iudex laicus non poteſt habere iuriſdictionem vllam in eccleſiaſticos, *c. ſæculares de for. compet. in 6. cap. 2. de foro compet.* etiam de conſenſu epiſcopi, *c. decernimus hoc tit.* nec pro defectu iuſtitiæ eccleſiaſticæ, *c. qualiter in fine hoc tit.* neq; contra depræhenſos in crimine, *c. cum non ab homine hoc tit.* Quod ſi aliquam vſurpauerit, eſt excommunicandus, *d. c. 2. de for. compet.* exceptis certis caſibus, in quibus iudices laici coercent clericos etiam non depoſitos notatos *per gloſ. in c. principes 23. quæſt. 5. & in caſu c. fin. 1. quæſt. 7.* & per Couarr. *pract. quæſt. cap. 35. nu. 3. & ſeq.* Iudex qui epiſcopum duci ad tribunal ſuum, vel exhiberi imperauerit, poſt cinguli priuationem, viginti libras auri eccleſiæ illi, cuius eſt epiſcopus, perſoluit, *Auth.*

Digitized by Google

uit; *Auth. nullus epiſcopus C. de epiſcop. & cleric.* Confeſſio quoque clerici de crimine facta coram iudice laico non valet, *d. c. at ſi clerici in princ.* imo epiſcopus de negocijs eccleſiaſticis iudicio laicorum non poteſt diſponere: *d. c. decernimus & ibi* DD. an Papa tollere poſſit priuilegium clericorum quoad forum vide *Fel in c. 2. num. 3. & ſeqq. de*
13 *maiorit. & obed. & ibi DD.* Secundo † redditur nullum ex perſona actoris excommunicatus in iudicio agere non poteſt, conueniri poteſt, & poteſt per ſe vel per alium reſpondere, *c. intelleximus hoc tit. & ibi gloſſ. c. cum inter & ibi gloſſ. 1. de except.* filiusfamilias abſque conſenſu patris regulariter agere non poteſt, *l. ſi longius § ſi filiusfamilias ff. hoc tit.* ſeruus agere non poteſt, *l. non idcirco §. fin. ff. hoc tit.* Si paterfamilias mortuus eſſet, relicto vno filio, & vxore pregnante, filius à debitoribus non dimidiam, ſed quartam partem crediti recte petit, quia incertum eſt, an tres naſcerentur, *l. ſed etſi*
14 *reſtituatur §. fin. ff. hoc tit.* Tertio † ex perſona rei conuenti, ſummi enim magiſtratus, quo, in administratione erunt, anno, neque agere neque conueniri poſſunt, nec in eorum quidem cauſis, quorum ſunt tutores aut curatores, *l. 2. ff. de in ius*
15 *voc. l. pars ff. hoc tit.* Quarto ex perſona † vtriuſq; nempe actoris & rei, vt ſi ſeruus domino noxiam commiſerit, actio nulla naſcitur; *§. ſi ſeruus Inſtit. de noxal. action.* Si ſtipuleris ab eo, qui iuri tuo ſubiectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur, nulla oritur obligatio ciuilis vel actio: *§. item inutilis eſt Inſtit. de inutil. ſtipul. l. lis nulla l. ſi à me fuerit ff hoc tit.* in certis caſibus aduerſus dominos conſiſtere ſeruis permiſſum eſt, quæ ad ſtatum ſerui pertinent, vel ad vtilitatem publicam, vt arctioris annonæ, cenſus, falſæ monetæ, *l. vix certis ff. hoc tit.* Quinto ratio-
16 ne rei † quæ non poteſt tractari ſub tali iudice; vt ſolus Papa cognoſcit de dubijs priuilegiorum, & diſpenſationum ſedis apoſtolicæ, & non inferior *c. cum veniſſent hoc tit. Monach. in c. ordinarij nu. 7. de off. ord. in 6. & ibi Prob.* in Curia Romana non tractantur cauſæ mediocres, ſed delegantur in prouincia; *l. poſt ſententiam l. in eſſe. e. du C. de appel.*
17 *l. ſi quis ſeparatim §. 1 ff. de appell.* Sexto † ratione peruerſi ordinis, vt quãdo iudex ſuper exceptionibus præiudicialibus & negotio principali pariter cognoſcit, & procedit; *c. exhibita hoc tit.* aut alias non ſeruat ordinem iudiciarium, qui etiam in cauſis fiſcalibus eſt ſeruandus, cum diſtinctione, an debitum ſit liquidum, vel illiquidum, *Bart.* *in l. hi qui & ibi DD. C. de conuent. fiſc. deb. lib. 10. late Franc. Marc. quæſt. 200. part. 2.* Septimo † ratione 18
ineptitudinis libelli, quando actio & intentio ſunt ineptæ, vel ſola intentio, ita quod ex narratione non poſſit compræhendi cauſa apta, *c. examinata hoc tit.* etiamſi libello ſit appoſita clauſula, peto mihi de prędictis iuſtitiam fieri, *Pan. in c. cum dilectus nu. 52. in fine de ord. cog.* & reus abſoluitur ab inſtantia iudicij, ita tamen quod ſi congruentem & aptam intentare voluerit actor actionem, reſpondere ei reus teneatur, *d. c. examinata in fine l. Bebius ff. de pact. dot.* Sententia vero contra reum lata eſt ipſo iure nulla, *Inſt. de oblig. in princ. & ibi gl. in verb. ſecundum & DD.* & de huiuſmodi ineptitudine poteſt ſemper opponi, etiam poſt ſententiam; *c. cum dilecti & ibi Pan. nu. 3. & DD. de empt. & vend.* quod ſi actio, ſiue petitio, & cauſa in ea deducta ſint inepta; intentio vero ſit apta, & altera cauſa in ea contenta ex proſecutis probata fuerit, poteſt iudex ferre ſententiam etiam iuxta non petita per actorem, dummodo ex proſecutis ea res petita debeatur; tam in ſummarijs quam plenarijs iudicijs, *Pan. in d. c. examinata numer. 19. & 20. Caputaq. deciſ. 126. part. 3.* Octauo ex defectu † ci- 19
tationis, *§. fin. Inſt. de pœn. tem. litig. & ibi Onot. tradit effectus citationis.* ea multiplex eſt † generalis, 20
realis, per capturam, verbalis per ipſummet iudicem, nuncium, epiſtolam, citatio per edictum, citatio peremptoria, item citatio ad cõparendum perſonaliter, citatio ſub pœna. Generalis fit † ad 21
totam cauſam, vt ad omnes & ſingulos actus eiuſdem cauſæ, vſq; ad definitiuam incluſiue, cum comminatione, quod aduerſus citatum contumacia non obſtante, procedetur ad cognitionẽ & pronunciationem; *l. qui crimen ibi vt veniat ad cauſam peragendam C. qui accuſ. non poſſ. Innoc. in c. conſuluit ſub num. 4. de off. deleg. Angel. de Peruſ. in l. qui ante. Cal. nu. 3. & ſeqq. & ibi DD. ff. de verb. oblig.* & ita obſeruat Stylus Rotæ Romanæ & Cameræ Imperialis, *Rot. deciſ. 14. de dol. & contum. in nou. Mynſing. obſ. 33. cent. 4.* & talis citatio generalis arctat citatum ad duo, ſcilicet comparendum in termino, & ad comparendum ad cauſam; vnde licet actor & reus in primo termino non compareant, tamen ſi deinde actor in alio termino veniat, & reus non veniat procedetur ad petitionem actoris in contumaciam per contradictas, ſiue ad proclamata, fitque deinde vlterior proceſſus vſque ad definitiuam, *Rot. deciſ. 21. de appell.*

Digitized by Google

in nou. Myn∫ing.ob∫.33.cent.4.& ob∫.86.cent.5. In-
cluſiue ſine alia Citatione quando generalis ci-
tatio facta fuit in perſonam ipſius rei, Si vero ge-
neralis illa Citatio facta eſſet per edictum tunc
nō ſolet pronunciari definitiue niſi præmiſſa ſpe-
ciali Citatione ad ſententiam, *Mynſ.obſ.71.cent.3.
Pan.in c.fin.num.11.de dilatio. & ibi Can.Idem Mynſ.
obſ.33.cent.4.* & ideo in Rota aut Camera Impe-
riali non recipitur mandatum procuratorium ni-
ſi ad totam cauſam, *Mynſ.obſ.46.cent.1. & obſ.84.*
21 *cent.5.* Realis † decernitur à iudicibus ordinarijs,
*Auth.de exhib.et introd.reis §.ſi vero & ibi glo.in verb.
omnimodo l.conſentaneum & ibi poſt glo.in verb.ad co-
gendum eum & Bart.n.13.C.quomodo & quando Iud.
&c.auth. & qui iurat C.de bon.auct.iud.poßid. & ibi
glo.2.* niſi prohibeantur ratione perſonæ, mulie-
ris, *l.1. & auth.ibi poſita C.de off.diuerſ.iud.* aut loci,
vt ſi eſt in domo ſua: *l.plerique ff.de in ius voc.l.nemo
de domo ff.de reg.iur. Mynſ.obſ.69.cent.4.* non poſ-
ſunt cogi in ciuilibus à parte ad citandum aliquē
realiter, niſi prius reus conſtituatur in contuma-
cia ſolemniter: *d.l.conſentaneum & ibi Bart.in pr.&
n.13.poſt gl.& ibi DD.* delegati à Papa vel impera-
tore non poſſunt citare realiter per capturam, ſi-
ue ante ſiue poſt litem conteſtatam, *Bald.in d.l.
conſentaneum n.15. Bart.in l.2.nu.1.ff.de iuriſd.omn.
iud. & ibi DD.* non poteſt fieri extra territorium
citantis, quia ſumeret initium in loco non per-
miſſo, *l.præſenti C.de his qui ad eccleſia conf.l.quis ſit
fugitiuus §.item alius ſcribit ff.de adil.edict.* In crimi-
nalibus ſcribitur iudici, ſub quo criminoſus de-
git, vt ipſum capiat, & remittat ad locum delicti,
qui tenetur capere & remittere, ſi delictum eſt
atrox: *§.ſi quis comprahenſorum Auth.vt multi iudi-
cum &c.dicetur infra tit.de pœn.* in ciuilibus nun-
quam fit remiſſio, ſcilicet quod debitor capiatur,
& remittatur ad locum contractus, *Fel.in c.fin.n.
22.ponens regul.& fall.de foro compet.* verum poteſt
bene fieri remiſſio verbo hoc modo, quod ſena-
tor vrbis requirat poteſtatem florentiæ, quod
mandet Alexandro vt compareat Romæ, coram
ipſo vbi habet litem, *c.Romana §.contrahentes & ibi
Monach.n.6.in fine Franc.num.7.de foro compet.in 6.
Bald.in l.extra ſub nu.13.ff.de iuriſd.omn.iud.* qualis
requiſitio appellatur iuris ſubſidium, & vulgari-
22 ter rogamus. Verbalis † citatio decernitur à quo-
libet iudice ordinario, & delegato, *d.l.conſenta-
neum & ibi Bart.n.9.* ac etiam arbitro, *c.1.ſed & in-
terpellatur §.1.ff.de arbitr.* quæ an poſſit fieri extra
territorium citantis à Doctoribus controuerti-
tur, *late Franc.Marc.quaſt.401.part.1.Ang.de Peruſ.
in l.fin.n.6.Iaſ.nu.24.ff.de iuriſd.omn.iud.Fel.in c.
licet in princ.hoc tit.ponens regul.& fallent.Gail.obſ.
56.libr.1.* communior opinio eſt, quod à iudice
domicilij contra ſubditum, vbicunque exiſten-
tem, fieri poteſt, quia ſemper eſt ſubditus, *l.omnes
qui §.executoribus &c.verum ſi appariter & ibi Bald.
ſub n.2.verſ.quomodo ergo reſpondetur C.de epiſcop.&
cleric.l.2.C.de off.præf.vrb.Zab.in clem.paſtoralis §.
vt illud in 3 quaſt.ante finem num.6.verſ.circa hoc ta-
men quoad iudicem domicilij &c.per text.d.clemen.de
ſent.& re iud.Fel.in c.fin.ſub n.24.verſ.& ſuas quod
Dinus Marianus de foro compet.& ibi Zab.verſ.quæro
generaliter Butr.n.16.& ſeqq.pulchre Franc.in c.1.§.
contrahentes n.6.Gemin.ſub n.14.de foro compet.in 6
& Can.* etiam quoad afficiendam perſonam, &
faciendum proceſſum in perſona, videlicet cita-
tum bannire, excommunicare, perſonaliter con-
demnare: *d.clem.paſtoralis §.denique & iuribus in
proxima littera allegatis Pan.in c.fin.n.41.& ſeqq.de
foro compet.* Iudex delicti, vel contractus, vel ra-
tione rei, non citat extra territorium, niſi quoad
afficiendum bona, quæ ſunt in territorio, non vt
inuitum trahat, aut non comparentem banniat,
excommunicet: *c.1.§.contrahentes de foro compet.in
6.Bald.in d.l.omnes qui §.verum ſi apparitor nu.1.&
ſeqq.Innoc.in c.fin.ſub nu.1.& ibi Zab.verſ.quæro ge-
neraliter in ſolutione quaſt.de for.compet.Rot.deciſ.15.
hoc tit.in nou* vt Vicarius vrbis poteſt mittere nun-
cium ſuum Florentiam ad citandum reum, qui
ibi ſui copiam facit, & Romæ ſortitur forum ra-
tione contractus initi, vel deſtinatæ ſolutionis,
non quoad effectum excommunicādi, vel com-
pellendi perſonam ad comparendum, quia inui-
tus trahi non poteſt; ſed quoad effectum conſti-
tuendi reum in contumacia, ſi citatus eius aucto-
ritate cōparere contemnat, quantum ad facien-
dam miſſionem ex primo decreto in bonis, quæ
ſub iuriſdictione citantis habet, vel ſi malitioſe
ſeipſum occultet, ne citatio ad eum perueniat,
decernendam miſſionem faciendam in bono-
rum poſſeſſionem, quæ in alia etiam diœceſi ob-
tinere noſcitur, ſed tunc loci diœceſanus ad de-
nunciationem ipſius faciet huiuſmodi miſſionē,
*d.§.contrahentes & ibi gl.& DD.d.l.omnes qui, §.ve-
rum ſi apparitor l.quod promulgatis C.de off.præf.vrb.
late Zab.in clem.2.verſ.illud num.6.de ſent.& re iud.*
quia decretum citationis, quod reſidet in iudice,
fit, &

Digitized by Google

fit, & finis compatitionis confertur, in loco per-
miſſo: actus vero citationis eſt nudum miniſte-
rium, & non eſt iuriſdictionis, l. fin. ff. hoc tit. Anch.
in c. fin n. 6. de for. comp. Bald. in d. §. ſi apparitor ſub
nu. 2. Ioann. Monach. in c. 1. §. contrahentes n. 8. de foro
comp. in 6. & ibi Prob. n. 14. & 15. & Can. Fra. Marc.
quæſt. 179. n. 3. 6. & ſeqq. part. 2. Bald. in l. extra n. 13.
& 14. ff. de iuriſd. omn. iud. Arbitrator non citat
partes, ſed debet pars adire iudicē, & petat quod
mandetur aduerſario, vt compareat coram arbi-
tratore, Bald. in l. 1. n. 10. C. de arbitr. quia cognitio
etiam extraiudicialis ſine partium præſentia ha-
beri non poteſt, l. fin. C. ſi per vim vel alio modo &c.
23 Creſcent. deciſ. 2. de arbit. Per edictum † (id eſt af-
fixa cedula in foribus palatij vel eccleſiæ) citare
poſſunt, in caſu neceſſitatis, quando alio modo
quis non poteſt citari, c. cauſam quæ de dol. & cont. l.
dies §. prætor ait ff. de damno infect. Gail. obſ. 57. dele-
gatus principis, Auth. qui ſemel C. quomod. & quan-
do iud. &c. c. cum olim circa finem & ibi gloſſ. in verb.
in hibernia de dol & contum. ordinarij omnes, etiā
minores, prout cōſules mercatorum, non tamen
alij delegati, & pedanei iudices, aut arbiter, quia
edictum eſt ſimile banno, l. ſancimus & ibi glo. fin.
& Bald. n. 7. Iaſ. in fine C. hoc tit. Franc. in c. 1. n. 1. eod.
in 6. Bald. in d. l. 2. n. 3. & 4. C. quomodo & quando iu-
dex &c. niſi delegatus habeat hoc in mandatis,
Bald. in d. l. 2. num. 3. C. quomodo & quando iud. &c.
hinc de Stylo ſubdelegati ab Auditoribus Rotæ
iudices compulſoriæ & remiſſoriæ partes citare
poſſunt etiam per edictum, Rot. deciſ. 1. de fid. Inſtr.
24 in nou. Peremptoriam † citationem mittere po-
teſt quilibet iudex, c. cum Bertholdus in princ. de re
iud. c. ex litteris de off. deleg. l. ſancimus C. hoc tit. gloſ.
in c. de illicita in verb peremptorio 24. quæſt. 3. & ibi
Can. dicitur peremptoria, l. in peremptorio ff. hoc tit.
quia is qui citat, comminatur, etiam abſente di-
uerſa parte, cogniturum ſe & pronunciaturum:
neceſſaria eſt in quatuor caſibus, Rom. in l. ſi finita
25 §. Iulianus n. 14. ff. ſi certi pet. Ad † comparendum
perſonaliter coram ſe, ſolus Papa citare poteſt in-
diſtincte in omnibus cauſis, c. cum dilecti de dol. &
contum. c. fin. de maiorit. & obed. Ordinarij regula-
riter in iudicialibus non poſſunt aliquem citare,
ad comparendum perſonaliter, niſi ex iuſta cau-
ſa prout inferius dicetur, l. fin. C. de procur. & ibi
DD. Sed & extra iudicium, ex cauſa, cogunt ſub-
ditos coram ſe ſpecialiter venire, ſi egent eorum
conſilio vel perſonali auxilio: Ioan. And. in c. 1. poſt
num. 3. verſ. in gloſſ. à contrario & c. hoc tit. in 6. dele-
gati à Papa poſſunt indiſtincte aliquem citare ad
comparendum perſonaliter, quando haberent
in ſpeciali commiſſione, Staphyl. de ſig. lit. Inſt. §.
citatio perſonalis, alias regulariter non poſſunt, niſi
cauſa fuerit criminalis, vel niſi pro veritate di-
cenda in reſpondendo poſitionibus, vel articulis,
vel pro iuramento calumniæ faciendo, vel alia
ſubſiſteret iuris neceſſitas: c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Fr.
num. 2. & Can. communiter, mulieres honeſtæ non
poſſunt trahi inuitæ in iudicio, vt perſonaliter cō-
pareant, c. mulieres hoc tit. in 6. Reus aſtrictus ex
ſpeciali commiſſione ſupremi Principis ad in-
ſtantiam actoris impetrata in cauſa ciuili compa-
rere perſonaliter non aliter tenetur, niſi actor et-
iam perſonaliter compareat & non per procura-
torem ex æquitate edicti, Quod quiſq. iuris, &c.
c. cum omnes de conſtit. Mynſ. obſ. 4. cent. 3. Citatus † 26
ſub pœna vt compareat certa die, ſi non compa-
ruit, præſumitur contumax, ſed ilico non poteſt
iudex, eo non comparente, declarare illum con-
tumacem, & pœna contumaciæ afficere, abſque
alia citatione, ſed citari debet ad videndum de-
clarari ſe incidiſſe in pœnas, ob non factam pari-
tionem; non tamen requiritur nouus proceſſus,
Bart. in l. vnica nu. 13. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. &
ibi DD. quia ille ſe poteſt defendendo allegare
cauſam probabilem, quare comparere non po-
tuerit: Pan. in clem. præſenti n. 9. de cenſ. per c. certum
11. quæſt. 3. Gail. obſ. 13. & ſeq. & obſ. 15. lib. 1. per c. ve-
niens §. fin. ibi citationem & purgationem de accuſ. Iaſ.
in l. ad diem n. 3. ff. de verb. oblig. etenim præceptum
iudicis ſub pœna non continet condemnatio-
nem, ſi præcepto non pareatur, ſed comminatio-
nem condemnationis gloſ. in c. vnico in verb. ſub a-
nathemate de ſagitt. & Can. d. c. veniens §. fin. Prædi-
cta procedunt in iudiciis ordinariis, & extraor-
dinariis: in † executiuis, quorum fundamentum 27
eſt confeſſio debita, ſiue contineat certam quan-
titatem, ſiue promiſſum ſit intereſſe, vel aliquid
incertum quia in iudicio executionis declarabi-
tur, Barth. in l. 1. n. 17. ff. de leg. 1. & ibi DD. Mynſing.
obſ. 6. cent. 2. non fit citatio ad comparendum,
quia nullæ ſunt partes iudicis in confitentem, l.
proinde §. notandum & ibi gl. & DD. cum l. ſeq. ff. ad l.
aquil. l. 1. Iulianus ff. de confeſſ (de Stylo Curiæ con-
tra præſentes citatio neceſſaria eſt, Anton. Maſſ. ad
for. oblig. Cameral. tit. aliqua de proceſſu nu. 2. 3. & 4.
ſed fertur præceptum de ſoluēdo infra legitima
tempo-

tempora, *l. ſi debitori ff. hoc tit. l. certum §. fin. & ibi poſt gloſſ. Bart. & DD. de confeſſ. Franc. Marc. deciſ. 371 & ſeq part. 1. Pan. in c. querenti n. 5. de off. deleg.* quod non habet vim definitiuæ, aut interlocutoriæ, ſed eſt alia ſpecies definitionis cauſarum; *late Fel. in rub. de ſent. & re iud. n. 5. & ſeq.* ſi quis confitetur debitum & negat perſonam eſſe legitimam, cui ſolutio facienda eſt, quia dicit, quod eſt minor, & non habet curatorem, & iudex ferat præceptum de ſoluendo, diſcuſſa cauſa, vel non diſcuſſa cauſa, tenet præceptum, ſed ab eo poterit appellari etiam de iure ciuili; *l. ait prætor §. permittitur & ibi*
28 *Bald. in 2. not. ff. de minor.* In † cauſis ſummarijs in quibus decernitur monitorium ſine clauſula ſi quis &c. vt contra intruſum in beneficio quod vacauit in curia &c. in quo ſunt comminatæ cenſuræ, ex nunc prout ex tunc, & ſic ſunt ſententiæ excommunicationis latæ, & non ferendæ, proceditur contra taliter monitum, ſeruatis quatuor terminis, & poſtea fertur declaratoria. *Achil. deciſ. 5. de ſent. excomm. atteſtans de vſu Curiæ* In curia vero ſemper fiunt monitoria ſub pœna excommunicationis ferendæ, & ideo tunc neceſſarium eſt præmittere citationem aduerſarij ad videndum ſe excommunicari, quia non paruit monitorio, *Achil. dec. 6. de ſent. excomm. atteſtans de vſu Curiæ* quod ſi actor in executiuis cæpit agere iudiciario ordine per viam monitorij contra reum, & hic citatus, eiuſue procurator comparuerit cum ſolita proteſtatione nihil fieri, niſi ipſo citato, aut aliter conſtet de conſenſu actoris & rei in ordinarium proceſſum, non poteſt actor conuolare ad viam executiuam; ſecus quando reus citatus fuit contumax, aut non fuit actum ordinarie de conſenſu vtriuſque, *Clem. ſæpe, §. fin. & ibi gloſſ. in verbo partibus de verb. ſignif. auth. qui ſimel quom. & quand. iud. & c. Caſar. deciſ. 2. n. 2. & ſeq. de ſent. excom. Bart. in l. vbi captum poſt n. 3. ff. hoc tit. l. proinde la. 2. §. fin. & ibi gloſſ. fin. in fine ff. ad l. aquil. Gram. conſ. tituli 95. n. 28.* Caſus in quib. Citatio non eſt neceſſaria enumerat Mynſ. *obſ. 91. cẽt. 2.* Citatio quæ non tenet, quoad partẽ, & quoad iudicẽ, vt quia facta die feriata in honorẽ Dei, non perpetuat iuriſdictionem. *Bald. in l. ſi Pater tuus n. 2. C. ne de ſtat.*
29 *def.* Citatio illegitima † in qua erratũ ſit, in modo citandi, ſeu forma, à iure traditis, q̃ ad notitiã citandi peruenit, perinde arctat citatũ ac legitima citatio. *Clem. cauſã §. fin. de elect. Alex. in l. de pupillo §. meminiſſe ſub n. 5. de non. oper. nunc. Gail. obſ. 58. lib. 1. Rom. conſ. 410. n. 2. & ibi add. Fel. in c. gratũ n. 4. verſ. 2. nota de off. deleg. Caſ. deciſ. 15. n. 5. de teſt. Mynſ. obſ. 18. cent. 2.* ſiue ipſe ſiue procurator generalis, longe antea conſtitutus, cõparuerit: *Achil. deciſ. 16. de dol. & cont. Mynſ. obſ. 90. cent. 3.* etiamſi excipiat de illegitima executione citationis, *Mynſ. obſ. 54. cent. 4. l. 1. in princ. & ibi gloſſ. ff. de ferijs, Fel. in c. illud n. 8. de præſcript.* Collegiũ & vniuerſitas citãda eſt collegialiter, & capitulariter. *gl. in c. ſi capitulo in verb. factũ de cõceſſ. preb. in 6. & ibi Can. Greg. xv. deciſ. 584. n. 2. & ibi late annot.* Nono propter † nullitates inſur- 30
gentes ex neglectu ſubſtantialium, & ſolemnitatum iudiciorũ, *gl. mag. in ſumma 2. q. 1. l. prolatã & ibi gl. & DD. C. de ſent. & interlocut. & c.* iure communi in cauſis prophanis ſeruatur tela & ordo, qui habetur, *in l. prolatam. iuncta gl. & ibi Bart. & DD. communiter C. de ſent. & interloc. omn. iud. gloſſ. mag. in ſum. 2. queſt. 1.* ponens quæ ſint de ſubſtantia, & quæ non ſint. In cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, aut ſuper dignitatibus, ſeu quibuſuis eccleſiaſticis beneficijs, ac ſuper decimis, matrimonijs, vel vſuris, vel eas quoquo modo tangentibus ſeruatur ordo datus per Clem. diſpendioſam de iud. & Clem. ſæpe de verb. ſignif. In cauſis quæ committuntur ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſeruatur ordo expreſſus, *in extr. auag. ad reprimendum quom. in cauſ. læſ. maieſt proced. & in d. Clem. ſæpe de verb. ſignif. ac per Rot. dec. 2. de reſcript. in nou.* & ibi pulchra additio, quæ declarat, qui termini ſint ſubſtantiales, & qui non ſint ſubſtantiales, iuxta ſtylum Rotæ, concordant *Bellam. deciſ. 27. Caſſad. deciſ. 8 n. 6. de reſcript. Caputaq. deciſ. 260. part. 2.* Variæ aliæ ſunt commiſſionum, & delegationum formæ, quæ diligenter ſunt attentendæ, & ſeruandæ iuxta notata *in c. cum dilecta. de reſcript. l. diligenter ff. mand.* vt fuſius ſub ſuis titulis dicetur. In camera Spirenſi, nullitas proceſſus non attenditur, ſi de meritis cauſæ conſtet. *Mynſ. obſ. 93. cent. 5. vbi limitat 3. modis Gail. obſ. 42. lib. 1. Mynſ. obſ. 27. cent. 1.* In Romana Curia † attenduntur tan- 31
tum nullitates ex defectu, mandati, iuriſdictionis, citationis, *l. properandum §. & ſi quidem C. hoc tit. & ibi Iaſ. n. 6. Alex. in l. finita §. Iulianus n. 24. ff. de damno infect. ſtaphyl. de ſignat. lit. iuſt. §. poſtremo el. 1. Clem. 1. & ibi gl. fin. & Can. de ſeq. poſſeſ. & fruct. Mandoſ. in comm. 19. nullitatũ in gl. in verbo nullitatũ & nullitatum*, præterea attenditur notoria iniuſtitia, quando ſententia non iuſtificatur ex actis, quia

quia non eſt probata intentio actoris, quæ idem operatur quod nullitas, *c.inter cæteras & ibi Fel.n. 10.& 11.de re iud.l.ſi pars. & ibi Angel.n.1.in fine ff.de inoff.teſtam.Rot diuerſ.deciſ.361.n. 46.& deciſ.666. n.3.part.1.* ſed non eſt proprie nullitas, *Afflict.deciſ. 28.n.8.l.palam §.quæ in adulterio verſ.ego puto ff.de rit.nupt.l.preſent & ibi Alex.n.2. & 3.ff.de re iud.Rot. Farin.deciſ.178.part.2.* & nunquam tranſit in iudicatum, etiam quod in commiſſione adſit clauſula, appellatione remota, *Caſ.deciſ.2 n.6.& ſeq.de ſolut.l. 4. §.condemnatū & ibi Bart.ff.de re iud.* qui appellantur defectus inſanabiles. Inſuper ſummus Pontifex non ſupplet defectum inhabilitatis perſonæ, aut alium defectum naturalem, *Pan. in c.1.n 5.de tranſact. Alex.in l.quidam conſulebant n. 12.ff de re iud. Rom.ſing.424.an verba reſcripti & ibi add.plures cumulat.* omiſſio termini ſubſtantialis, *Bell. deciſ.340.* ac reliquæ nullitates proceſſus, ante latam ſententiam ſanantur in beneficialibus, abſque refectione expenſarum, non in prophanis, niſi allegetur paupertas, *Staphyl.de ſign.lu.iuſt. §.poſtremo quoad & c.Mynſ.obſ.62.cent.4.* Innocentiana ſanat terminos nulliter & male tentos in Rota, quando à die commiſſionis tot dies audientiæ effluxerunt, quot requiruntur proceſſuum ſeruatione. ſed non ſuffragatur, quando termini nullo modo fuerunt ſeruati, *Greg.xv.deciſ. 156.in princ. & deciſ.280.n.7. Caputaq.deciſ.292.& 3.ſeqq.part.3.* debet autem iudex ex officio prouidere, vt debitæ ſolemnitates in iudicijs obſeruentur, *c.cauſam el.1.hoc tit.*

32 Inſtantia † cauſæ criminalis non tranſit ad hæredem accuſati, quia crimina morte extinguuntur, *l. in S. C. tum §.ſi propter ff. ad Turpil.l. crimen & ibi gl.ponit.fall. ff. de pœn.l.defuncto ff.de pub. iud. Gail.obſer.20. ponens fal. de pac.public.lib.1.Mynſ.obſ.98.cent.1.* inſtantia cauſæ appellationis non tranſit præciſe, niſi fiſci vel alterius interſit data etiam de parte bonorum ſententia, aduerſus quam non aliter is qui emolumentum ſucceſſionis habet, poteſt obtinere, quam ſi in reddendis cauſis appellationis iniquitatem ſententiæ detexerit, *l.vnica ff.ſi pend appell. mors interuen.l.3. & 4.C.ſi reus vel accuſ.mort.fuer.l. ex iudiciorum ff.de accuſ. & ibi not.fall. Salic. in l.qui de crimine n.5.6. & 7.C.de accuſ.* accuſatore mortuo aboletur nomen rei eo poſtulante, ita vt liceat alij ex integro repetere, intra triginta dies, *l.libellorum §.fin.ff. de accuſ.l.diui fratres ff.de accuſ.l. aut priuatim ff. ad Turpil.*

33 ex maleficijs priuatis † pœnales actiones earumue inſtantia in hæredem rei non competunt, ſed hæredibus actorū competunt excepta actione iniuriarum, & ſi qua alia ſimilis inueniatur, *§.non autem in princ.Inſtit. de perp. & temp. act.* Dictæ autem pœnales actiones ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ earumque inſtantia & hæredibus dantur & contra hæredes tranſeunt. *d.§. non autem l.ex iudiciorum verſ.fin ff. de accuſ.*

Inſtantia † ciuilis iudicij per monitorium ſiue citationem coram ſuo iudice, quem declinare non poteſt, inchoata, *§.fin.Inſt.de pœn. tamen litig. l. vbi captum ff. hoc tit.& ibi Bart n.3. & DD. Auth. nunc ſi hæres C.de litig.& ibi Bald.num.3* vel lite conteſtata tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem rei conuenti, *l.ſi cum hominem ff.de fideiuſ.& ibi Alex.& Bart.c.quia G.hoc tit.& ibi poſt gl.fin. Felin. Pan.poſt n.xj.& Can.l.ſi conſtante §. fin & ibi Bart. ff.ſolut.matrim. Bald. in l.1.C.ſi pend. appell.mors interu. in fine vbi explicat qui ſunt vniuerſales hæredes.* & domicilia alibi trans mare habeat, *l.ſi ij qui Romæ ff. hoc tit.* & in clericum hæredem laici, *c.propoſuiſti de for.compet.Felin.in d.c.quia 3 n. 3.& ibi Pan.Gail obſ.37.n.8.& ſeqq.lib.1.contrarium tenet Mynſ.obſ.45.cent.3.* ac mortuo filiofamilias, in quem actio ex contractu vel delicto competebat, in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem eius verſum eſt, *l.item ex contractibus ff.de iud.* pluresque rei conuenti hæredem vnum coguntur conſtituere defenſorem, ne defenſio per plures perſonas ſciſſa incommodo aliquo afficiat actorem, *l.iam tamen §.ſi tamen plures ff. iud.ſolut.l. licet §.ſi plures in fine ff. de procur. l ſi familia ff.famil. erciſcund.vt dictum eſt in tit.de procur.* Item † tranſit 35

in ſucceſſores vniuerſalis petitoris, quæ ſuper actione inchoata inter ipſos, ſicut & ipſa actio diuiditur: *l.ſi petitor ff.hoc tit.l cum à matre & ibi gloſſ. fin. in fine C. de rei vend. l. pacto ſucceſſorum C. de perſ.* ideo hæredibus actoris, non imponitur neceſſitas, vt per vnum litigent, ſicut nec vt litigent, *l. iam tamen §.ſi tamen in fine ff. iud.ſol.* nec vnus hæredum totam actionem in iudicium inuito cohærede perducere poteſt *l.ſi petitor in fine ff.hoc tit.* niſi lis ſit ſuper indiuiduo. *l. via itineris cum ibi not. ff. de ſeruit.* Cœpta contra defunctum tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem: cœpta cum hærede non tranſit ad eum. *l.1.§.1.& l.cum hæreditas ff.ad Trebell. Bart. in d.l.ſi cum hominem nu.3.l.lucius etiam §.pen.ff.ad Trebell.* Ad ſucceſſorem ſingularem ad quem tranſit res vel actio, ex neceſſitate

tranſit inſtantia, ſuper re vel actione, l. in iudicio la 2. ff. famil. erciſc. Mohed. deciſ. 1. de iud. alias non tranſit, l. ſi pignori ff. famil. erciſc. Bart. in d. l. ſi cum hominem num. 5. & 6. ff. de fideiuſſ. Anchar in c. ſi duo num. 5. de procur. in 6. Rot. deciſ. 1. de teſtam. in antiq. cedi tamen poteſt inſtantia ei, ad quem res vel actio tranſit, non ex neceſſitate ſed ex voluntate, l. in cauſa §. ſi ex parte ff. de procur. niſi impediat vitium litigioſi, de quo loquitur titulus ff. & C. de li-
36 tig. Inſtantia † appellationis in cauſa ciuili tranſit in hæredem, l. 1. C. ſi pend. appell. mors interuen. etiam re perempta. l. quamuis C. ſi pend. appell. mors interu. gloſſ. in l. vnica ff. eod. in verb. in reddendis. In cauſa beneficiali inſtantia inchoata cum defuncto ſuper viribus dignitatis, & adminiſtrationis, tranſit ex parte actoris in ſucceſſorem in dignitate & beneficio, Innoc. in c. ſignificauit de reſcript. Pan. pulchre in c. quia V. de iud. num. xj. verſ. tertius caſus & ibi Can. Rot. deciſ. 29. alias 377. verſ. diſtinguebatur de procur. in nou. Anchar. in c. 1. num. 2. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. quia ſuccedit in onere & honore, c. quoniam abbas de off. deleg. c. ſi de quorundam de ſolut. etiamſi proprium nomen defuncti prælati ſeu beneficiati in libello fuerit expreſſum, Innoc. in c. gratum de off. deleg. Rot. deciſ. 39. in fine de procur. in nou. ac etiam ex parte rei, c. dilecti de for. compet. Pan. in d. c. quia V. ſub num. xj. de iud. Secus
37 ſi † inſtantia eſſet inchoata cum defuncto non ratione dignitatis, vel adminiſtrationis, ſed pro iure ſuo, quo caſu non tranſit in ſucceſſorem, & habet locum c. 2. vt lit. pend. in 6. & clem. fin. eod. tit. Pan. in d. c. quia V. ſub num. xj.

38 Inſtantia † inchoata cum defuncto non tranſit in fiſcum ſuccedentem in bonis defuncti, quia fiſcus habet ſeparatos iudices, l. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matrim. & ibi Bart. & DD. Pan. in d. c. quia V. ſub num. xj. tum quia fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis per annihilationem perſonæ, in qua fundatum eſt iudicium, per mortem, aut deportationem, l. 1. ff. de interd. deport. &c. vnde perſona
39 annihilata expirat inſtantia. Inſtantia † iure ciuili in criminalibus non vltra biennij, l. fin. C. vt int. cert. temp. crimin. quæſt. term. in ciuilibus non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam, niſi citiori tempore tollatur, protrahitur. Et currit Clerico litiganti in foro ſeculari, Pan. in c. eccleſia S. Mariæ ſub numer. 24. de conſtit. & Can. Capyc. dec. 66. num. 3. plures citans. nam forum ſortiri, & ſtatutis ac legibus ſubijci, iudicatur à pari. c. quæ contra, & ibi gl. in verbo aut peregrini 8. diſt. c. illud & ibi gl. mag. in verbo contrario modo 12. diſt. l. 1. in primo ff. de vſur. l. ſi fundum ff. de euict. Butr. in c. quod Clericis ſub num. 1. verſic. 2. habetur, de foro compet. & Can. exceptis cauſis, quæ ad ius fiſcale pertinent, vel quæ ad publicas reſpiciunt functiones, l. properandum & ibi gl. in verbo triennij C. hoc tit. Late Mynſ. obſ. 44. cum quinque ſeq. cent. 3. nec pacto protogari poteſt ſed abbreuiari. gl. in d. l. properandum in verb. triennij & ibi Iaſ. num. 19. & 21. l. 2. & ibi gl. in verb. inhibita & l. ſi iudex in fine ff. hoc tit. Gail. obſ. 141. ſub num. 1. & 5. lib. 1. Mynſ. obſ. 47. & 48. cent. 3. In cauſis in quibus lis non conteſtatur, non habet locum d. lex properandum. Bart. in l. litibus nu. 6. & 7. C. de agricul. & cenſ. lib. xj. Per peremptio-
nem † inſtantiæ, non perimuntur acta cauſæ ten- 40
dentia ad veritatis indagationem, vt ſunt atteſtationes teſtium, confeſſiones partium; Bart. pulchre in l. cum lite num. 5. & 6. ff. iud. ſol. & ibi DD. Pan. in c. cauſam el 1. num. 8. de teſtib. & ibi Can. Put. deciſ. 291. lib. 2. Verum perimuntur acta ordinatoria litis, ſiue iudicij, quoad effectus de futuro, vt per ea, & ſuper eis non poſſit ferri ſententia definitiua in alia inſtantia inter eaſdem perſonas ex eadem cauſa, & ſi lata fuerit, eſt ipſo iure nulla, quia lata ſine actis, l. 2. & ibi Bart. ff. iud. ſol. Iaſ. in d. l. properandum n. 26. vbi limitat quinque modis, non quoad effectus iam perfectos, & conſummatos de præterito ante peremptionem inſtantię, vt per litis conteſtationem quis efficitur malę fidei poſſeſſor, l. nemo C. de acquir. poſſeſſ. l. cæterum ff. de rei vend. perpetuatur actio, l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. res efficitur litigioſa, Auth. litigioſa C. de litig. & ſic de cæteris, quales durant in alia inſtantia noua, cœptæ ex eadem cauſa, inter eaſdem perſonas: quia hi effectus magis reſpiciunt cauſam, quam inſtantiam: Bart. in l. 2. num. 3. & 4. ff. iud. ſolui idem in l. 2. n. 12. C. de edend. & ibi DD. Pan. in c. cauſam el. 1. nu. 9. de teſtib. Secus quando quis renunciauit inſtantiæ, quia tunc etiam hi effectus actorum perfecti pereunt, quia videtur diffidere de iure ſuo, Pan. in d. c. cauſam el. 1. poſt n. 9. Fel. in c. ſignificauerunt n. 5. circa finem de teſtib. præfata procedunt in cauſa ciuili, ſecus in criminali in quae lapſo biennio non auditur vlterius accuſator volens reiterare ſuam accuſationem etſi afferat ſoluere expenſas, l. abolitionem & ibi Bald. C. de adult. Alex. in d. l. properandum §. fin. n. 3. & ibi DD. Mynſ.
obſ. 50. cent. 3. Iure † canonico inſtantia non expi- 41

rat trien-

Digitized by Google

rat triennio, *gloſſ. 1. in c. fin. de dol. & contum. & ibi Can. c. venerabilis c. ſignificauerunt hoc tit. c. cum olim 2. & ibi Pan. in not. 3. de priuileg. Iaſ. in l. properandum n. 27. C. de iudic.* imo durat 30. annis. *Achill. deciſ. 7. nu. 3. & deciſ. 10. in fine vt lit. pend. &c. c. pen. hoc tit.* Camera quoque Imperialis diſpoſitioni *d. l. properandum*, non inſiſtit, *Mynſ. obſ. 51. cent. 1. in fine. &*
42 *obſ. 48. cent. 2.* Cautiones † de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quę peti debent ante litem conteſtatam, poſtea autem peti non poſſunt, *l. vnica in princ. in fine C. de ſatiſd. & ibi Bart. n. 5. Iaſ. in l. Iulianus n. 1. ff. qui ſatiſdare cog. &c.* Præſtitæ in prima inſtantia durant poſt primam ſentẽtiam, ſiue abſolutoriam, ſiue condemnatoriam, à qua appellatum extitit, etiam in alijs inſtantijs, niſi in ipſa cautione proprium nomen iudicis fuerit expreſſum, *Paul. de Caſtro in l. cum apud Sempronium ff. iud. ſolui atteſtans ibi Rotam iudicauiſſe contra Bart. & alios ibidem tenentes eam mutatione inſtantiæ extingui Caſ. deciſ. 1. numer. 7.* & fit executio contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo abſq; nouo proceſſũ, *gl. in l. fin. C. de vſur. rei iud. Mynſ. obſ. 96. cent. 4.* Fallit quando cauſa in prima inſtantia fuit cõmiſſa appellatione remota, & data fuit ſententia abſolutoria reo, quia caſſata fuit obligatio fideiuſſoris, eique fuit acquiſita exceptio rei iudicatę, *l. fin. & ibi Bart. ff. de pact.* & admiſſio appellationis ex gratia poſtea ſubſecuta, non poteſt facere reincidere fideiuſſorem in obligationẽ, ſine ſuo conſenſu, *l. item quæritur §. qui impleto ff. locati & ibi Bart. & DD. Cæſar deciſ. 2. numer. 4. & ſeqq. de locat. & cond.*

De foro competenti.

Titulus II.

SVMMARIA.

1 *Citatus, ex aliena iuriſdictione, ad iudicem, tenetur venire, & ante reliquas exceptiones omnes de incompetentia fori obijcere.*
2 *Actor ſequi debet forum rei, qui ſi pluribus locis ſortiatur forum, ſpectabit ad actorem electio.*
3 *Fallit in diffamata ciuiliter vel criminaliter.*
4 *Secundo fallit in ſcholare Conuento.*
5 *Recurſus in cauſis eccleſiaſticis ad iudices laicos eſt probibitus & recurrentium pœna.*
6 *Reus ſortitur forum multis modis & pro ratione domicilij.*
Domicilium duplex eſt, naturale.
7 *Accidentale.*
8 *Laicus pluribus locis poteſt habere domicilium.*
9 *Clericus ſecularis habens beneficium requirens reſidentiam ſortitur ibi domicilium.*
10 *Prælati regulares ſortiuntur domicilium loci prælaturæ ſuæ.*
11 *Monachus ſortitur domicilium in loco ſui monaſterij.*
12 *Domicilij forus concurrit cum quolibet foro.*
13 *Reus ſecundo ſortitur forum ratione rei immobilis.*
14 *Quando agitur de titulo beneficiati, aut de iuribus eccleſiæ, actor excluſa optione cogitur agere coram epiſcopo in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium.*
15 *Quoties notorie conſtat de dominio vero & pleno eccleſiæ in rebus prophanis immobilibus in iudicium deductis, adiri poteſt à laico contra laicum, iudex eccleſiaſticus.*
16 *Reus ſortitur forum tertio ratione contractus in loco contractus, necnon in loco deſtinatæ ſolutionis.*
17 *Heres ex contractu defuncti conuentus ſequitur forum defuncti, nec poteſt proprium priuilegium allegare, niſi ſit clauſum in corpore iuris.*
18 *In alijs competit heredi exceptio vt ibi conueniatur, vbi eſt maior pars hereditatis, vel in loco domicilij heredis.*
19 *Is qui pro herede vel poſſeſſore bona hereditaria poſſidet, vbi conueniatur.*
20 *Reus ſortitur forum quarto ratione delicti in loco delicti, ac in loco in quo accuſatio fuit inchoata.*
21 *In loco vbi plurimum conuerſatur.*
22 *Ac etiam in loco domicilij.*
23 *Mandatario in delictis non datur dilatio ad conſulendum mandantem.*
Fallit in mandatario conuento de delicto commiſſo cauſa & occaſione contractus.
24 *Exempti quantumcunque gaudeant exemptione, nec non priuilegiati, vt nonniſi ſub vno certo iudice de ſe conquerentibus reſpondere teneantur, ſi contractus ſic initus, maleficium ſit factum, in loco non exempto; & res non exempta de qua agitur, rite poſſunt ratione contractus delicti, rei coram lo-*

Digitized by Google

ram locorum ordinarijs, ſi ibi reperiantur, conueniri.

25 *Ex decretis Concilij Trid. in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, clerici ſæculares, aut regulares extra monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem à ſede apoſtolica in partibus deputatum habeant, in alijs vero, ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs tanquam in hoc ab ipſa ſede delegati conueniri, & ad debitum ſoluendum compelli poſſunt.*

26 *Reus ſortitur ſorum quinto ratione ſubmiſſionis, ac ratione renunciationis priuilegij fori.*

27 *Reus ſortitur ſorum ſexto ratione communis patriæ, Romæ, id eſt, vbicunque eſt Papa, quilibet poteſt conueniri, ſi ibidem reperiatur, tam laicus in cauſis ſpiritualibus, quam clericus.*

28 *Idem dicendum in Imperatore vt vbicunque ſit, dummodo locus ſit ſibi ſubiectus, cenſeatur Roma.*

29 *Limita, quia ſi ex iuſta & neceſſaria aut probabili cauſa venit Romam, competit ei perſonale ius reuocandi domum, data nuda cautione pænali iudicio ſiſti coram ſuo ordinario.*

30 *Iſta exceptio reuocandi domum debet proponi ante litem conteſtatam.*

31 *Ius reuocandi domum non competit quando quis Romæ contraxit, vel deliquit, exceptis legatis qui licet Romæ contraxerunt, dummodo ante legationem, non compelluntur ſe Romæ defendere.*

32 *Ii quibus competit ius reuocandi domum, poſſunt Romæ reconueniri.*

33 *Legati à cæteris differunt, quia hi in eo ſolo priuilegio reuocandi domum vtuntur, quod in ciuitate ſua vel certe intra prouinciam ſuam contraxerint, Legati vero in omnibus, dummodo non contraxerint tempore legationis.*

34 *Ceſſat ius reuocandi domum in cauſis celeritatem deſiderantibus.*

35 *Viduarum cauſæ non ſpectant ad iudicem eccleſiaſticum, ſed ad iudicem ſæcularem.*

36 *Clericus & laicus debitores debent conueniri coram epiſcopo quando obligatio eſt indiuidua.*

37 *Obligationes quænam ſint diuiduæ vel indiuiduæ fuſe explicatur.*

38 *Clericus & laicus ſi ſimul delinquunt, ad quem pertinet cognitio & punitio.*

39 *Laici, eum qui iuriſdictioni ſæculari vel eccleſiaſticæ præeſſe dignoſcitur ſuum poſſunt iudicem conſtituere, exceptis feudalibus & ſpiritualibus cauſis.*

40 *Clerici, in iudicem non ſuum, niſi forte ſit perſona eccleſiaſtica, & epiſcopi voluntas accedat, conſentire non poſſunt.*

41 *Laicum non poſſunt ſibi conſtituere iudicem ex prorogata iuriſdictione, in his quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed poſſunt prorogare iuriſdictionem eius voluntariam.*

42 *Epiſcopus cauſam ciuilem clericorum poteſt laico delegare.*

43 *Iudices debent habere notarium publicum aut duos idoneos viros qui acta iudicij excipiant.*

44 *Acta omnia intelliguntur eſſe publica, eo ipſo quod ſunt facta præſente iudice & tabellione.*

PRÆMITTIT ante omnes alios actus iudiciorum de foro competenti, quia ex aliena iu-
riſdictione ad iudicem † vocatus tenetur venire, 1
l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit &c. l. ſi quis ex aliena ff de iud. gloſſ. mag. in c. ſi epiſcopus 3. quæſt. 2. in verb. conuocari & ibi Can. & in initio litis non modo ante litis conteſtationem, ſed ante reliquas exceptiones omnes de incompetentia fori obijcere, *l. fin. C. de except. & ibi DD. gloſſ. in c. exceptionem in verb. in dilatorijs eod. c. cum inter monaſterium & Bart. in l. quidam conſulebant de re iud. gloſſ fin. in c. exceptionem de probat.* alioquin videtur in iudicem cõſenſiſſe, *l. ſed et ſi ſuſcepit ff. de iud.* niſi euidens ſit citationem non tenere vt in caſibus cumulatis *per glo. in c. ſi epiſcopus in verb. conuocari 3. quæſt. 2. Zab. in clem. 2. in 3. quæſt. vt lit. pend. &c.* dicentes tutius eſſe, quod vadat allegaturus ſuum priuilegium, vel appellaturus, ſi eum grauauerit, ſiue ſe pronunciet eſſe incompetentem, quia nulla ſperatur alia definitiua, *c. ſignificantibus de offic. deleg. & ibi Can.* ſiue competentem, licet hoc caſu ſit mere interlocutoria, *Franc. in c. cum ceſſante n. 28. de appel. gl. fin. in fine in auth. habita C. ne filius pro patre Bald. conſ. 44. n. 6. vol. 3. Gail. obſ. 130. n. 9. lib. 1.* & eſt appellandum in ſcriptis, & inſerendæ cauſæ grauaminum nominatim, *Bald. d. conſ. 44. nu. 6. vol. 3. Mynſ. obſ. 35. cent. 3.* non videtur in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus actionis apud eundem iudicem deſiderat, *l. non videtur ff. de iud.* Forus eſt exercendarum litium locus, *c. forus de verb. ſignif. l. pen. verſic. fin. ff. de iuſt. & iur.* forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiuſcunque Epiſcopi, vel iudicis, & ita tota diœceſis cenſetur de

foro

foro epiſcopi, c. 2. §. ſtatuto de Conſtit. in 6. c. cum e-
piſcopus de off. ord. in 6. l. pupillus §. territorium ff. de
verb. ſignif. c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. extra quod
impune epiſcopo non paretur. d. c. 2. §. ſtatuto l fin.
ff. de iuriſd. om. iud. Quilibet conueniri debet co-
ram ſuo iudice, clericus coram ſuo epiſcopo, c. 1.
hoc tit. c. ſyluester xj. quæſt. 1. laicus coram ſuo ma-
giſtratu ſæculari, c. ex parte de alien. iud. mut. cauſ.
fact. c. experientiæ & c. ſeq. xj. quæſt. 1. gl. mag. probans
vtrumque dictum xj. quæſt. 7. in ſumma & ibi Can.
Butr. ponen. vtramque regul. cum limit. in c. ſignifica-
ſti num. 18. hoc tit. & ibi Can. latius dictum eſt ſu-
2 pra tit. de iud. Actor debet ſequi † forum rei in
cauſa ciuili, c. ſi clericus c. cum ſit generale hoc tit. l. iu-
ris ordinem C. de iuriſd. omn. iud. l. fin. C. vbi in rem
actio &c. etiamſi vt fideiuſſor conueniatur Bald. in
l. cum Archimedoram. C. vt in poſſ. leg. &c. Mynſ. obſ. 5.
cent. 2. & criminali, l. in criminali C. de iuriſd. omn.
iud. qui ſi in pluribus locis ſortiatur forum, ſpe-
ctabit ad actorem electio fori, in quo eum con-
ueniat: l. fin. C. de iuriſd. omn. iud l. fin. C. de præſcript.
long. temp. l. 2. §. 1. verſ. omnes autem ff. de iud. gloſſ. fin.
in fine in l. fin. C. vbi in rem actio &c. & ibi Bald. nu. 5.
& locus erit præuentioni. l. incol. 1. & 2. ff. ad mu-
nicip. Fel. in c. cum M. num. 15. de Conſtit. l. qui poſtea
3 ff. de iud. Fallit in † diffamato ciuiliter vel crimi-
naliter, qui diffamatorem (qui in cauſa principa-
li partes actoris inuitus ſuſtinere cogitur) coram
iudice ſuo, nempe diffamati, conuenire poteſt,
& cauſam traductionis & diffamationis ſub pœ-
na impoſitionis perpetui ſilentij deducere. l. Ti-
tia & ibi Bart. num. 1. 2. & 8. ff. de accuſ. l. ſi ea C. de ijs
qui accuſ. non poſſ. l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign. Fa-
ber in §. retinendæ num. 35. Inſtit. de interd. DD. in l.
diffamari C. de ingen. & manumiſſ. Gail. obſ. 9. &
4 2. ſeqq. lib. 1. Secundo fallit † in ſcholare conuen-
to, cui datur electio fori, an velit coram epiſcopo
vel rectore conueniri. auth. habita C. ne filius pro
patre. Is qui cauſam ſuam criminalem vel ciui-
lem ſine cæleſti oraculo, in vetito vocauit exami-
ne, ſiue per modum ordinarij libelli, ſiue per mo-
dum executionis, lite conteſtata, actor propoſiti
negotij actione mulctatur, reus pro condemna-
to habetur, non ipſo iure, ſed per ſententiam. l. in
criminali C. de iuriſd. om. iud. & ibi gloſſ. in verb. ha-
beatur in fine & ibidem Bald. c. inolita & ibi gloſſ. 1.
cum. c. ſeq. xj. quæſt. 1. c. ſi diligenti hoc tit. & ibi gloſſ.
5 Recurſus † in cauſis eccleſiaſticis ad iudices lai-
cos eſt prohibitus, c. qualiter & quando ibi poſt gl.
fin. DD. de iud. recurrens ſingularis perſona eſt i-
pſo iure excommunicatus: c. nouerit c. grauem de
ſent. excom. in bulla Cœnæ Domini §. 16. capitula ve-
ro & conuentus ipſo facto ſuſpenſionis & inter-
dicti ſententiam incurrunt, Martinus Papa V. in
conſt. ſua edita Cal. Februarij Pontif. anno xj. & com-
mittunt ſacrilegium, Caietanus in ſumma in verb.
excommunicatio cap. 30. & ſeqq. cauſam ipſam &
omne ius quomolibet competens eo ipſo per-
dunt penitus & amittunt: l. in criminali C. de iuriſd.
omn. iud. &c. Martinus V. in Conſt. ſua edita Cal. Fe-
bruarij Pontif. anno xj. ac beneficiatus qui contra
prælatum ſuum in foro ſæculari de rebus ſpiri-
tualibus deponit quæſtionem, ab eccleſia per
ſententiam perpetuo eſt abſcindendus: c. grauem
de exceſſ. prælat. antiquiſſima conſuetudo nonnul-
larum prouinciarum de qua teſtantur Couarr.
pract. quæſt. c. 35. n. 3. Nauarr. in manuali c. 27. n. 70.
Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. n. 356. & ſeq. Petr.
de Auendano in tract. de exequ. mand. regum, lib. 1. cap.
primo, numer. 32. Eſt improbata ſacriſque cano-
nibus inimica, quia clericos iuriſdictioni laico-
rum ſupponit, d. c. qualiter & quando & ibi Abb. n. 7
de iud. Marian Socin in c. ſi quis clericus nu. 24. & in
c. ſane nu. 10. de foro compet. Rot. deciſ. 10. de conſuet.
in antiq. c. ſacerdotibus xi. quæſt. 1. & laici ſunt infe-
riores iudicibus eccleſiaſticis, c. denique 96. diſt.
Clem. Romani de iureiur. c. ſolitæ de maiorit. & obed.
dixi ſupra tit. de iud. §. nullum redditur in fine. Dici-
tur autem recurſus fieri, quando obtinentur in-
hibitiones & mandata, aut præcepta contra præ-
latos, & iudices eccleſiaſticos; quæ præſumuntur
emanata ad inſtantiam recurrentis, Bart. in d. l. de
pupillo §. ſi quis ipſi prætori ff de nou. oper. nunciat. quã-
do non conſtat niſi de intereſſe illius tantum; ſed
ſi plures habent intereſſe, tunc præſumptio eſt
æquiuoca, & contra vnum non poteſt deueniri
ad relaxationem cenſurarum; Greg. xv. deciſ. 96.
Rot. Farin. deciſ. 195. num. 5. part. 2. l. duo ſunt titij ff.
de teſtam. tut. Iaſ. in l. quoties in ſtipulationibus ff. de
verb. oblig. & non dicitur recurſus, quando inuo-
catur iudicum laicorum nudum auxilium ad de-
fendendam propriam poſſeſſionem, qua quis de
facto ſpoliatur, & quam quis propria etiam au-
ctoritate defendere poteſt, Pariſ. conſ. vlt. vol. 4.
Achil. deciſ. 36. de appell. Certi ſunt caſus in quibus
laici iuriſdictionem habent intra eccleſiam, no-
tati per glo. in c. principes 23. quæſt. 5. & ibi Can.
Franc. Marc. quæſt. 1087. nu. 2. p. 1. Ad effectum

conſeruationis priuilegiotum, non eſt licitum
recurrere ad iudices laicos, ſed debet priuilegiatus recurrere ad conſeruatores, & ad iudices eccleſiaſticos vſque ad Papam, *c. nullus de iurepat. c. qualiter & quando de iud. & ibi Bell. verſ. 1. quaritur Put n. 2. Imol. n. 3. Io. de Auend. n. 1. in fine Alex. conſ. 8. ſub num. 9. verſ. quinimo vol. 1.*

6 Reus ſortitur † forum multis modis enumeratis per Bellam, *in c. ſane 7. quaſt. hoc tit.* 1. ratione domicilij, quod eſt duplex; Naturale ſiue originis propriæ in qua ſpectatur dies puerperij non conceptionis, *l. eius 1. ff. ad municip.* vel paternæ *l. filios l. origine C. de municip. & orig. lib* 10. Nam filius familias ciuitatem ex qua pater naturalem originem ducit non domicilium ſequitur, *l. aſſumptu §. filius ff ad municip.* facit ciuem, datur ſine habitatione, *l. ciues C. de incol. &c. lib.* 10. *l. 1. & l. incola. la. 1. ff. ad municip.* eſt immutabile, niſi locus ſubijciatur aratro, *c. poſtulaſti & ibi Fel. n. 2. hoc tit. Gail. obſ. 36. lib. 2. n. 5. aſſumptiu ff. ad municip.* perditur per deſertionem, & habitationem extra prouinciam, ſi non participat de muneribus & honoribus, *l. prouinciales ff. de verb. ſignif. l. in adoptione & ibi gloß. in verb. non mutatur C. de adopt. Bald. in auth. ſed omnino poſt n. 35. & 36. C. ne vxor pro marito Caſar. deciſ. 15. de probat. que eſt Rota diuerſ. deciſ. 327. part. 1.* per matrimonium carnale, quia vxor ſequitur forum viri, *l. cum quedam puella ff. de iuriſd. omn. iud. l. exigere ff. de iud. l. fin. verſ. item reſcripſerunt 2 ff. ad municip.* non per diſponſationem, *l. ea que ff. ad municip.* neque per matrimonium ſpirituale quia factus eſt canonicus ſæcularis, *c. poſtulaſti hoc tit. & ibi Felin. ſub n. 2.* aut regularis, vel monachus, *c. cum nullus §. fin. & ibi gl fin. de temp. ord. & qualit. &c. in 6. Felin. in c. dilectus el. 2. poſt n. 8. de reſcript.* Accidenta-
7 le † quod conſtituitur non nuda conteſtatione, ſed re & facto, id eſt animo perpetuo habitandi & habitatione, *l. domicilium l. fin. verſ. item reſcripſerunt 4. ff. ad municip. &c. Felin. in d. c. dilectus. el. 2. n. x. & ſeqq. Gail. obſ. 35. n. 3. & 7. lib. 2. Greg. xv. deciſ. 279. n. 11. & ſeqq. & ibi annot.* ſine aliqua inſpectione temporis, *l. eius §. celſus ff. ad municip. l. pupillus §. incola. ff. de verb. ſignif. Pan. in c. fin. n. 8. de parochijs &c. Rot. diuerſ. deciſ. 105. 150. part. 2.* eſt mutabile, *l. incola. 2. l. domicilium l. nihil. ff. ad municip. Gail. obſ. 35. & 36. n. 4. lib. 2.* ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur domicilium non facit, *l. libertus §. 1. verſ. ſola ratio & §. fin. verſ. ſola domus ff. ad municip.* prout neq; poſſeſſio ſola maioris partis bonorum in loco, *l. ciues & ibi gloſ. pen. C. de incol. lib. 10 Hoſt. in c. dilectus el. 2. n. 6. & ibi Butr. n. 15. de reſcript. l. 2. C. vbi ſenat. vel. Clar. &c. Greg. xv. deciſ. 279. n. 5. & 6.* dominus quoque loci, aut vicarius in temporalibus perpetuus, non eſt loci ipſius ciuis, *Butr. in c. ex parte n. 4. de Cleric. agrot. vel debil. Grammat. deciſ. 103. n. 111. Greg. xv. deciſ. 279. n. 8. & ſeqq.* in ſcholaribus requiritur decurſus decem annorum, quia veniunt cauſa ſtudendi & non conſtituendi domicilium, *l. 2. C. de incol. lib.* 10. & de alibi geſtis, in loco ſtudij non poſſunt conueniri, *Pan. in c. quod clericus n. 4. & 5.*
hoc tit. laicus pluribus † in locis poteſt habere 8
domicilium, ſi vtrobique ita ſe inſtruxerit, vt non ideo minus apud alteros ſe collocaſſe videatur, *l. Labeo & l. ſeqq. §. fin. verſic. Iuriſprudentibus ff. ad municip.* ac poteſt quis eſſe ſine domicilio, vt ſi eo relicto iter faciat, quærens quo ſe conferat, *l. eius qui 2. §. Celſus. ff. ad municip.* Clericus ſæcularis
habens beneficium † requirens reſidentiam, 9
ſortitur ibi domicilium, ſecus ſi non requirat reſidentiam, *c. dilectus filius el. 2. & ibi gloſ. in verbo domicilium de reſcript. & ibi late Felin. n. 1. & ſeqq. Felin. in c. poſtulaſti ſub n. 1. hoc tit.* ſi plura habeat beneficia requirentia reſidentiam, dicitur habere plura domicilia, ſi omnibus æqualiter deſeruiat, ſecus ſi altero deſeruiat per vicarium, *c. primatus 71. diſt. & ibi gl. fin. c. quoniam & ibi gl. 1. 21. quaſt. 2. gloß. 1. in*
c. quia in tantum de prob. Prælati † regulares ſor- 10
tiuntur domicilium loci prælaturæ ſuæ & extra monaſterium non poſſunt dici habere domicilium: cum ex vi profeſſionis teneantur ad ſtabilitatem, *Innoc. in c. vxore in gloß. ſuper verb. exempta verſ. item in caſibus & ibi Ioan. Andr. verſ. item ratio-*
ne poſſeßionis de priuileg. Monachus † ſortitur do- 11
micilium in loco ſui monaſterij, quod durat donec in eo perſeuerat, & finitur per translationem in aliud monaſterium. *c. cum nullus §. fin. de temp. ord. in 6. Pan. in c. fin. ſub n. 2. hoc tit.* Forus domicilij
ordinarius † eſt concurrens cum quolibet foro, 12
l. heres abſens §. fin. ff. de iud. c. dilecti & Fel. in c. fin. n. 23. hoc tit. facit aliquem ſubditum, *Clem. 1. & ibi gloſſ. in verbo ſubditos hoc tit. Gail. obſer. 15. de pignorat. n. 2. & ſeq. & n. 7.*

Secundo † ratione immobilis rei, nam pro 13
fundo qui eſt in ciuitate Vltraiectina, datur optio actori, an velit conuenire forenſem actione reali, vel mixta, aut ſcripta in rem, non mere perſonali, in loco rei ſitæ, *gloß. in l. forma in verb. leuari ff. de cenſib.*

Digitized by Google

de cenſib. & ibi Bart.c.ſane & ibi gl.fin.c.ſi clericus hoc tit. Pan. in c. fin. ſub n.43. hoc tit. vel in loco domicilij ipſius forenſis, *c.dilecti & ibi poſt gl. Pan.n.*10. *Pan.in c.ſane nu.* 4. *hoc tit. & ibi Can.gl.fin.in l.fin.C. vbi in rem actio & ibi DD.* in actione reali pro remobili non ſortitur quis forum ratione rei *gl.in l. fin.C.vbi in rem actio &c. Franc. Marc.quæſt.*1087.*n.* 3.*part.*1.niſi ſit permanſura in loco, *Pan.in c.fin.ſub n.*43. *hoc tit.* Quando agitur de † beneficio puta
14 de titulo † beneficiati; an ſit intruſus, vel non, vel diſputatur de iuribus ipſius eccleſiæ, actor excluſa optione compellitur agere coram epiſcopo, in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium, *Felin.in c.dilectus filius el.*2.*n.*9. & 10. *de reſcript.gl.*1.*in c.quia in tantum verſ. & coram vno epiſcopo conuenietur tantum de his quæ ad vnam pertinent eccleſiam de preb.* ratio diuerſitatis eſt, quia vbi agitur actione reali de rebus prophanis, quod reus magis conueniatur in loco rei, quam in loco domicilij, concernit ſolum commoditatem, & intereſſe partium, in cauſa beneficiali agitur de concernentibus officium ipſius epiſcopi, cuius intereſt ſcire de canonica inſtitutione clericorum in ſubiectis ſibi eccleſijs, *c.ordinarij de offic.ord.in 6.*& ad eundem cura de doribus eccleſiarum conſeruandis ſpectat.
15 *c.1.& ibi not.de relig.domib.* Præterea † quando notorie conſtat de dominio vero & pleno eccleſiæ in rebus prophanis immobilibus in iudicium deductis, adiri poteſt etiam à laico contra laicum iudex eccleſiaſticus qualicunque agatur actione reali, vel etiam actione perſonali ex re ſeu pro re, quia res huiuſmodi immobiles eodem gaudent fori priuilegio, quo ipſæ perſonæ eccleſiaſticæ; item quando conſtat res immobiles eſſe ipſius clerici, qui poteſt laicum ſuper eiſdem rebus coram iudice eccleſiaſtico conuenire, *c.ſi clericus & ibi Marian. Socin. n.*15.*aſſerit dari huiuſmodi priuilegium de foro compet. Pan.ſub n.*12.*verſ.*3 *membro principali Butr. n.*2. *& ſub n.*9.*verſ.ſed ceſſantibus his qualitatibus, Innoc. Collect. Ioan.de Auend.n.*2.*Io. de Imol.n.*2 *contra Hoſt.& Ioan.And. aliter ſentientes Ludou. Bolog. ad conſ.Ioan. de Auend* 8 *n.*7.*in fine & num.*8. ſed ſi laicus res ſuas proprias aſſeuerat, debet ad laicum iudicem trahi. *d. c.ſi clericus,* Tertio
16 ſortitur † forum ratione contractus, in loco contractus, *l.hæres abſens ff.de iud.c.fin.hoc tit.c.*1.*§.contrahentes hoc tit.in 6. Bald. in l.ſi poſt perfectam n.*3.*C. de euict.* quo nomine venit omnis obligatio, *l.omnem ff.de iud.*ac quaſi contractus, *d.l.hæres abſens §.*1. *& ſeqq.* etiamſi initus fuerit per procuratorem ſeu inſtitorem, *l.hæres abſens §.apud.Labeon ff. de iud. Boer. dec.* 114. niſi eum quaſi viatore contraxerit. *l.hæres abſens §.proinde verſ.nam vbi ſit venit ff.de iud.c.*1.*§. nec etiam & ibi gl.in verb.reſpondere & Can.de for.compet. in 6.Pan. in c. licet n.*33.*vbi ponit, tres limitationes de for.compet. & Can.* nec non in loco deſtinatæ ſolutionis, *l.contraxiſſe ff.de act.& oblig. d.leg.hæres abſens. §.fin. Felin.in c.fin.ſub n.*17. *&* 19.*hoc tit.*etiamſi ſit ſenator, *l.interdum §.fin.ff. de iud.* ſi ibidem reperiatur; nam inuitus coram iudice loci contractus trahi non debet, licet ſi citatus eius auctoritate comparere contemnat, decernere poſſit contra ipſum miſſionem in bonorum poſſeſſionem, ex primo decreto, vt dictum eſt titulo de iudicijs, *c.*1.*§.contrahentes hoc tit in 6.* imo ſi Romæ contrahatur & ſolutio alibi deſtinetur, nō dicitur Romæ eſſe contractum, quoad effectum, vt ibi reus à creditore poſſit conueniri, vel econtra reus ibi poſſit ſoluere inuito ſtipulatori, niſi ei ſoluatur omnis vtilitas, quæ ratione loci verſaretur, *l.qui Romæ in princ.& ibi Alex.nu.*3. *Angel. Peruſ.n.* 2. *& DD.per illum text.ff.de verb. obl. Iaſ.in l. alio loco n.* 5. *ff. de eo quod certo loco &c. & ibi DD.l.is qui certo loco ff. eod.* Fallit, in dote quæ reperitur in loco domicilij mariti, *l.exigere ff.de iudic.* vel in loco domicilij, quod tempore contractus habuit, licet hoc poſtea transtulerit. *l.iuris ordinem ff. de iuriſd. omn. iud.* Hæres conuentus † ex 17
contractu defuncti ſequitur forum defuncti, nec poteſt proprium priuilegium allegare, niſi ſit clauſum in Corpore iuris, *d.l.hæres abſens & ibi gl. in verb.excuſatur.* ideo ſi clericus ſuccedat laico, mutat iudicem, quia poteſt declinare iudicem laicum, ſed non mutat locum, quia poteſt conueniri coram epiſcopo loci, non obſtante quocunque priuilegio exceptionis; *Alberi. in d. l. hæres abſens.* in alijs competit † exceptio hæredi, vt ibi 18
conueniatur, vbi eſt maior pars hæreditatis, *l.ſi fideicommiſſum in princ.ff. de iud.* vel in loco domicilij hæredis, *l.ſi fideicommiſſum §.pen.* quæ ceſſat quando conſtat de voluntate teſtatoris expreſſa, *d. l. ſi fidei commiſſum in princ.* vel præſumpta ex qualitate rei relictæ, vel perſonæ eius cui relinquitur, quod voluerit fideicommiſſum præſtari vbi petitur, *l.ſed etſi ſuſcepit §.*1.*ff. de iud.*vel hæres ipſe ſoluere incæpit, *d.l.ſi fideicommiſſum §.fin.cum l. ſeq.* iſtaue exceptione prætermiſſa alias exceptiones oppoſuit, *l.ſed etſi ſuſcepit & ibi Bart. ff.de iud.*

aut res

Digitized by Google

aut res eo loco ſita ſit, vbi fideicommiſſum petitur, vel petatur de fideicommiſſo ſatiſdatio, *d.l.*
19 *ſed etſi ſuſcepi:* §. *fin.* Is qui pro † hærede, aut poſſeſſore bona hæreditaria poſſidet, petitione hæreditatis, vel ex edicto d. Adriani conueniri poteſt, vbi hæreditas eſt ſita, & ſi bona hæreditaria in diuerſis locis ſint ſita, in quolibet loco poteſt conueniri, licet actio ſit vniuerſalis, *l. regulariter cum ll. ſeqq. ff. de petit. hæred. Bald. in l. vnica num. 2. C. vbi de hæred. agatur.* ac etiam in loco domicilij, *d.l. 1. C. vbi de hæred. agatur,* quia petitio hæreditatis eſt actio mixta, & quantum ad forum, ſequitur naturam actionum perſonalium, & realium; *l. ſi fideicommiſſum* § *fin. ff. de iud. l. hæred. C. de petit. hæred. l. vnica & ibi gloſſ. fin.* Si plures ſint poſſeſſores, omnes ad eundem iudicem, vbi maior pars hæreditatis eſt ſita, & forus eſt principalior, ſunt mittendi, *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur. Bald. in l. 2. num. 54. C. de edict. d. Ad. toll. glo. pen. in l. 3. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. prom. l. quaro ff. de ſolut. l. 3. ff. de bon. aut iud. poſſ.* niſi inter eos ſit clericus, *Soc. ſen. in c. ſane in nona declaratione hoc titul. Mand. in term. de inhibit. quæſt. 69. n. 3. & ſeqq.* quia obligatio rem reſtitui eſt diuidua, vt inferius dicetur, & quilibet tenetur ad reſtitutionem pro parte ſua,
20 quam poſſidet. Quarto ratione † delicti, ſiue ciuiliter conueniatur, ſiue criminaliter accuſetur, *Auth. qua in prouincia & ibi gl. in verbo deliquit, C. vbi de crimine agi &c.* in loco delicti, *l. ſi cui crimen* §. *idem Imperator ff. de accuſ. & inſcript. c. cum contingat c. poſtulaſti c. fin. hoc tit. c. 1. de raptor. l. fin. ff. de accuſ.* quod etiam in militibus obſeruatur, *l. fin. ff. de accuſ. & ibi gl. fin.* ac in loco, in quo accuſatio fuit inchoata coram iudice habente cognitionem cauſarum criminalium, licet incompetente, nam merum Imperium prorogari poteſt, non per errorem, ſed ſcienter, *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. om. iud.* quando proceditur per viam accuſationis; ſecus ſi per viam inquiſitionis, *Bald. in d.l. nu. 3. & 10. C. vbi de crimine &c. Clar. lib. 5. pract. crimin.* §. *fi. quæſt. 42. Couarr. pract. quæſt. cap. xi. ſub n. 10. verſ. ea vero lex plures citans,* quia in ea non ſunt partes, quæ poſſint prorogare, & iudex non poteſt pro-
21 rogare iuriſdictionem in ſeipſum: in loco, † vbi quis plurimum conuerſatur, *l. 1. C. vbi de crimine &c. c. fin. & ibi gl. 1. Pan. hoc tit. l. eius qui la 2. in pr. ff. ad municip. l. 2. in fine C. vbi Senat. vel Clariſſ.* omni ceſſante priuilegio in corpore iuris non incluſo, *Authen. qua in prouincia C. vbi de crimine &c. & ibi*
Bart. gl. 1. in d. c. fin. ac etiam † in loco domicilij 22
d. l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, quando crimen eſt graue, remittitur puniendus ad iudicem, vbi deliquit eo poſtulante, *d.l. 1. C. vbi de crimine agi oport.* Mandatario in delictis † non datur dilatio, 23
ad conſulendum mandantem, quia mandatum continet formam delicti, *Auth. vt nulli iudicum* §. *ſi quis comprehenſorum Pan. poſt gl. in d. c. fin. nu. 6. & ſeqq. hoc tit. Barto. & Bald. in d.l. 1. C. vbi de crimine,* Fallit in mandatario conuento de delicto commiſſo cauſa & occaſione contractus, cui danda eſt dilatio ad denunciandum domino, non vt ex hoc liberetur Conuentus, *l. non ideo minus C. de accuſ. Bald. in d. authentica qua in prouincia n. 11. l. cum fundum ver. quæſitum ff. de vi & vi armat.* ſed vt à domino poſſit inſtrui de ſuis defenſionibus, *glo. in d. auth. qua in prouincia in verb. eo autem abſente in ſecunda caſus poſitione & ibi Bart. n. 4. arg. c. conſtitutis de procurator.* ſiquidem mandatum fuit expreſſum, & ſpeciale, quia Dominus locauit fundum cum talibus finibus, qui compra hendebant aliena. Procurator criminaliter conuentus & condemnatus non poteſt ſatisfacere de bonis domini, quia illicitum mandatum ſuſcepit, *l. cum fundum* §. *quæſitum ff. de vi & vi armat.* §. *illud Inſtit. de mand.* & ſoluendo Dominum non liberat, *l. ſi quis id quod in fine cum l. ſeq. ff. de iuriſd. omn. iud. l. item mala* §. *ſi plures ff. ad l. Aquiliam gl. in c. 2. in verb. coactus & ibi Can. de his quæ vi metuue cauſa fiunt.* Ciuiliter vero conuentus ad intereſſe & condemnatus, poteſt ſatisfacere de bonis Domini, & in illis poterit fieri executio procuratore hoc volente, *l. ſi procuratorem* §. *ſi ignorantes ff. mand. d. auth. qua in prouincia & ibi Bart. n. 10.* quia hoc caſu vtiliter gerit negotium abſentis Domini, & ſolutio procuratoris liberat Dominum, *l. 1. 2. reſp. C. de condit. furt. Inſt. quib. mod. tollitur oblig. in princip.* Si vero datum fuit mandatum generale, ex delicto procuratoris, nullo modo in Dominum poteſt fieri executio, quia in generali mandato non venit delictum, *l. ſi procurator ff. de cond. indeb. l. 3.* §. *ſi procurator ff. quod quiſque iuris &c. & ibi gl. in verb. me ſolum,* Ratione contractus delicti, & rei, exempti † quantacunque gaudent libertate, ſiue 24
perſonali, ſiue reali, nec non priuilegiati, vt nonniſi ſub vno certo iudice de ſe conquerentibus reſpondere teneantur, ſi cõtractus ſit initus, maleficium factum in loco non exempto, res litigioſa non exempta, de quibus contra illos agitur, rite,

Digitized by Google

rite poſſunt, coram locorum ordinarijs ſi ibidem reperiantur, conueniri, & illi quoad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem exercere, *c.1. de priuileg. in 6. Rot. deciſ. 702. part. 1. diuerſ.* quia ratione contractus, delicti, vel rei, etiam penitus extraneus efficitur de iuriſdictione iudicis illius loci, licet non efficiatur illius ſubditus, vt dictum eſt, *Clem. 1. & ibi gloſſ. in verb. ſubditos hoc tit. & ibi Can. Fel. in c. ſi. n. 23. de foro compet. & ibi Can.* nec tamen inutilis eſt, imo in multis prodeſt exemptio, ſiue priuilegiũ. Primo quia corã ordinarijs non poſſunt conueniri, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum, contractus initus, aut res litigioſa. Secundo quia vbi domicilium habẽt, ſi alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, non poſſunt aliquatenus conueniri, *d. c. 1. §. nunquam ergo de priuileg. in 6.* Tertio quia prætextu domiciliorum, locorum diœceſani non habent aliquam poteſtatem in delictis remittendi illos, vel ratione contractus, aut rei ſitæ ipſis iniungendi, *iuxta cap. 1. §. contrahentes. hoc tit. in 6.* vt in loco contractus, aut rei ſitæ compareant, & reſpondeant, ſed eſt recurrendum ad ſummum Pontificem, *d. c. 1. §. nunquam ergo innouatum per Concil. Trid. c. 14. ſeß. 7. in princ. Franc. in d. c. 1. nu. 2. & 3. & ibi Anch. & Can. communiter.* Quarto ſi exemptus delinquat in perſonam non exemptam, vt quia abbas exemptus negligens eſt, in regimine membrorum non exemptorum, aut illis iniuriatur, ordinarius non poteſt eum punire, *c. ex ore & ibi Io. And. n. 7. de priuileg. & Can.*

25 Ex decretis † Concilij Trid. in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, clerici ſæculares aut regulares extra monaſterium degentes quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem à ſede apoſtolica deputatum in partibus habeant, in alijs vero ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniri, & ad ſoluendum debitum compelli poſſunt, *c. 14. verſ. addendo inſuper ſeß. 7. c. 5. in fine ſeß. 14.* priuilegijs, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduerſus præmiſſa, non valituris. Quinto ratione ſubmiſ-

26 ſionis, quãdo † maior, vel æqualis ſe ſubiicit iuriſdictioni alterius, poteſt ei & aduerſus eum ius dici, *l. eſt receptum ff. de iuriſd. omn. iud.* Ac ratione renunciationis priuilegij fore, *l. penult. C. de pact. Mynſ. obſ. 88. cent. 1.*

27 Sexto ratione cõis † patriæ, Romæ, ideſt vbicunq; eſt Papa, *Bald. in l. 2. §. leg. n. 1. ff. de iud. Pan. in c. fin. n. 45. hoc tit.* quilibet poteſt conueniri, ſi ibidem reperiatur, tam laicus, *l. roma ff. ad municip. & ibi gloſſ. & Butr.* in cauſis ſpiritualibus, *Pan. in d. c. fin. n. 45. hoc tit.* quam clericus, *c. fin. hoc tit.* quia ſedes apoſtolica omnium eccleſiarum eſt Mater, & magiſtra, & Papa eſt ordinarius & totus mundus eſt ſibi territorium quoad cauſas ſpirituales, *c. cuncta & c. per principalem 9. quæſt. 3. c. quis dubitet duo ſunt 96. diſt.* idem dicendum † in imperatore, 28 vt vbicunque ſit, dummodo locus ſit ſibi ſubiectus, cenſeatur Roma, vt poſſit quilibet coram eo conueniri, quia habet poteſtatem ſuper toto mundo, *c. duo 96. diſt. l. bene à Zenone C. de quad. præſcript. Pan. in c. fin. ſub n. 45. hoc tit. Bald. in l. 2. §. legatus ff. de iud.* nec competit vlli exceptio declinatoria fori; ſed † ſi ex iuſta & neceſſaria, aut probabili 29 cauſa venit Romam competit ne à ſuſcepto officio auocetur, ſiue perſonali ſiue reali actione conueniatur, *l. non alias §. fin. l. ſed etſi reſtituatur §. ex quibus ff. de iud.* perſonale, *d. l. ſed etſi reſtituatur in fine princ.* ius reuocandi domum, ſecus ſi venerit ex cauſa voluntaria, *d. c. fin. hoc tit. l. 2. §. legatis ff. de iud. c. expoſuit & ibi gl. in verb. vtilitate de dilat. c. 1. & ibi gl. in verb. venerit 5. quæſt. 2.* data nuda cautione pœnali iudicio ſiſti coram iudice ſuo ordinario, *d. l. 2. §. fin. verſ. ſed etſi dubitetur ff. de iud. & ibi DD. Pan. in d. c. fin. n. 49. hoc tit.* imo ſi poſt citationem ad cauſam executam reus pro publica vtilitate vocetur Romam, ſiue locum iudicij, circumducitur peremptorium, & habebit nouas inducias, *c. fin. de dilat.* & ius reuocandi domum, ſiue in curia romana, ſiue in alio quolibet loco reperiatur, tam in cauſa principali, *Felin. in c. fin. ſub n. 25. verſ. addit Maria. hoc tit. d. c. fin. de dilat.* quam in cauſa appellationis in loco vbi prouocationes exercentur, *Fel. in d. c. fin ſub n. 25. verſ. conſidera duo hoc tit.* ac debet iſta exceptio reuocandi domum proponi ante † litem conteſtatam, quia eſt dila- 30 toria, *c. fin. ibi quam ſi tunc allegaſſet hoc tit. & ibi Fel. ſub n. 22. verſ. competit vbi ponit regul. & fallent. & Can.* vt ſi Legatus venit Romam, *d. §. legatus l. non alias §. fin. l. de eo cum duabus ll. ſeqq. ff. de iud.* Epiſcopus euocatus fuerit pro eccleſiæ Romanæ ſubſidio, *d. c. expoſuit d. l. non alias.* vel acceſſerit pro negocijs eccleſiæ ſuæ vel ciuitatis; *Auth de ſanct. epiſc. §. ſi quis Epiſcopus verſ. ſi vero epiſcopi,* clericus miſſus fuerit procurator ab epiſcopo, *d. auth. de ſanct. epiſcop. §. ſi quis epiſcopus verſ. reuerendiſſimi,* ſiue quis

Digitized by Google

vocatus fuerit cauſa teſtimonij dicendi, iudican-
di, vel aliam publicam vtilitatem, aut acceſſerit
cauſa appellationis proſequendę, tutelæ redden-
dæ, *d. §. legatis gl. fin. in c. fin. hoc tit. & ibi Can.* ſiue
quis venerit Romam vt filios ſuos videat in
ſcholis, cauſaue peregrinationis, deuotionis,
d. §. legatis & ibi gl. in verb. ob aliam & DD. niſi Ro-
31 mæ † contraxerit vel deliquerit, *l. non alias in prin.*
ff. de iud. Exceptis Legatis, qui licet Romæ con-
traxerint, dummodo ante Legationem, nõ com-
pelluntur ſe Romæ defendere, etiamſi in lega-
tione conſtituerint, quod ante legationem de-
bucrent, *l. ſi quis in legatione ff. de iud. & ibi gloſ.*
quamdiu ibi cauſa legationis morantur: *d. §. lega-*
tis verſ. omnes, de contractibus vero tempore le-
gationis celebratis, & delictis commiſſis, ſiue i-
pſi admiſerint, ſiue ſerui eorum, coguntur Ro-
mæ iudicium pati, *d. l. non alias §. legati l. ſi legatio-*
ni ff. de iudic. aliter poteſtas dabitur legatis ſub
hac ſpecie, res alienas domum transferendi: ſed
ſi legationis tempore adierunt Romæ hęredita-
tem, non competit in eos actio, licet, niſi ſatiſde-
tur ei in fideiuſſoribus, creditores & legatarij
mittantur in poſſeſſionem rerum hæreditaria-
rum, *l. de eo cum l. ſeq. ff. de iud.* aut ſi reſtituatur eis
hæreditas ex Trebelliano, ſiue ſponte, ſiue coa-
ctus hæres eam adierit, *l. ſed etſi ff. de iud.* contra ſi
legatus tempore legationis adierit, & reſtituerit,
datur in fideicommiſſarium actio, *d. l. ſed etſi*,
32 Præterea † ij quibus datur vis reuocandi do-
mum, coguntur Romæ ſe defendere, quando ibi
aliquem in iudicio pulſauerint aduerſus omnes,
Pan in d. c. fin. n. 48. in fine, vel potius aduerſus illos
tantum, contra quos agunt, quia reconueniri
poſſunt, niſi ſuam iniuriam, aut furtum dam-
numue proſequantur, quod nunc paſſi ſunt, *l. qui*
non cogitur d. l. 2. §. ſed etſi agant & ibi gl. ſ. in verbo
33 *compelluntur ff. de iud.* Differunt † tamen Legati à
cæteris, quia hi in eo ſolo priuilegio reuocandi
domum vtuntur, quod in ciuitate ſua vel certe
intra prouinciã ſuam contraxerint, legati vero in
omnibus dummodo non contraxerint tempore
legationis. *d. §. legatis verſ. fin. & ibi gl. in verb. ſi extra*
gl. 2. in d. l. non alias Pan. in c. fin. ſub n. 46. hoc tit.
Innoc. poſt n. 4. Is qui acceſſit Romam cauſa pe-
tendi reſtitutionem in integrum, non gaudet
priuilegio reuocandi domum, quia continet pe-
titionem veniæ proprij erroris, & alium impug-
nat voluntarie; *Pan. in d. c. fin. n. 48. & ibi Ioan. And.*
& Can. Ceſſat † hoc priuilegium in cauſis cele- 34
ritatem deſiderantibus, vt in electionibus præ-
latorum, *d. l. ſed etſi § ex quibus §. ædium Innoc. in d. c.*
fin. n. 4. & ibi Pan. in fine hoc tit. ſi dies actionis exi-
tura erit cauſa cognita aduerſus eos prætor iudi-
cium dat, vt lis conteſtetur, & ita in prouinciam
transferatur, *d. l. ſed etſi reſtituatur § pen. ff. de iud.*
quando finito officio Romæ ſubſiſtunt volunta-
rie, *l. 2. §. legatis verſ. omnes ff. de iud.* Porro legitime
citatus ad cauſam coram competente iudice ad
petitionem aduerſarij, ſi poſtmodum alterius iu-
riſdictionis eſſe cæperit, primum iudicium cap-
tum declinare non poteſt, *l. cum quadam ff. de iu-*
riſd. om. iud. & ibi gl. fin. in verb. quod generaliter l. ſi
quis poſtea & l. vbi ff. de iud. c. propoſuiſti hoc tit. quia
per ſolam citationem inducitur præuentio, &
perpetuatur iuriſdictio, *c. capitulum S. Crucis & ibi*
gloſſ. in verbo prius de reſcript. c. vt debitus & ibi gloſ.
mag. in verb. aſſignata de appell. & ibi Can. gl. in d. l. vbi
Captum & ibi DD. Viduarũ cauſæ † non ſpectant 35
ad iudicium eccleſiaſticum, ſed ad iudicium ſæ-
culare, *c. regum 23. quæſt. 5. l. vnica C. quando Impe-*
rator inter pupill. & vid. & c. ex tenore & ibi gl. in verb.
in iuſtitia hoc tit. & ibi Can. ſunt ſub protectione
eccleſiæ, *c. ſi quis de potentibus 24. quæſt. 3. c. ex parte*
3. hoc tit. gl. in d. c. ex tenore in verbo in iuſtitia hoc tit.
& ibi Can. 87. diſt. in ſumma & c. 1. & ſeqq. inuitæ
ad curiam ſupremi principis trahi non poſſunt
per l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & c. quod ſi
non allegauerint hanc declinatoriam, nec inſte-
terint pro remiſſione cauſæ, ſententiæ. & acta te-
nent. *Afflict. ſuper Conſt. regni rub. 37. n. 28. Greg. xv.*
deciſ. 43. num. 3. familia epiſcoporum gaudet
priuilegio fori, ſecus in familia aliorum clerico-
rum, *cap fin. de offic. archid. & ibi Can. Pan. in cap. 2.*
numer. 6. hoc tit. Seruitores perpetui eccleſiæ, gau-
dent priuilegio fori, non temporales, aut merce-
de conducti. *c. Eccleſiarum ſeruos 12 quæſt. 2. & ibi gl.*
plures textus allegat c. iudicatum & ibi gloſſ. 1. 89. diſt.
& Can. l. 2. §. verum etiam & §. fin. C. de epiſcop. &
cleric. c. non minus in fine princ. de immunit. eccleſ. c. fin.
de ſepult. in 6. Felin. in d. c. 2. hoc tit. & ibidem Can. c. 3.
xj. quæſt. 1. & ibi gl. & Archid.

36 Clericus & laicus debitores † debent conue-
niri coram epiſcopo ratione clerici, quando ob-
ligatio eſt indiuidua, quia magis dignus trahit ad
ſe minus dignum, *l. præcipimus & ibi Bald. n. 4. C. de*
appell. & Salic. c. quod in dubijs de conſec. eccleſ. vel al-
tar. Socin. in c. 1. n. 15. declarat. hoc tit. plures quoq;

rei qui

Digitized by Google

rei qui diuerſos Iudices immediatos habent propter eandem indiuiſibilem cauſam coram ipſorum omnium mediato ſuperiore conueniuntur, *l.nulli C.de iudic. l.1. & 2.ff. de quib.reb.ad eund.iud. eat. Mynſ.obſer.4. cent.1.* ſecus ſi cauſa eſt diuidua, *l.ſi communem fundum & ibi Caſtr. & DD.ff. quemadmod.ſeruit.amitt. Staphyl. de ſignat liter. iuſt. §. dicendum eſt modo nu.1. & ſeqq. Mand. de inhibit.quaſt.*
37 *69.per totum Matheſ.ſing.143.* Obligationes † iudicantur diuiduæ & indiuiduæ ſecundum naturam rerum in obligatione deductarũ, *l. 4. §. Cato l. 2. §. 1. & l. ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb. oblig. l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commod.l. græce §. illud ff. de fideiuſſor.* ſtipulationes ſeruitutum indiuiduæ ſunt, *d.l.ſtipulationes non diuiduntur l.ſi ſub vna §.fin. & l.pluribus §. etſi placeat.ff.de verb. oblig.l.pro parte ff. de ſeruitut.* vſus enim earum indiuiſus eſt, *l.via ff. de ſeru. l.2.§.1.ff de verb.obl.* inter omnes ſeruitutes, nedum reales, ſed etiam perſonales ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua, *gloſſ in d.l.ſtipulationes non diuiduntur in verb ſeruitutum & ibi Iaſ. n.7. & 8. & DD.communiter l. vſus pars.ff.de vſu & habit.* Obligationes factorum affirmatiuæ, indiuiduæ ſunt; *d.l.ſtipulationes non diuiduntur gl.in d.l.4.§.Cato in verb.diuiſionem.* vt foſſam fodi, inſulam ædificari, quia factum pro parte impletum non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quãtam afferret totum reſpectu totius, *l.in executione verſ.ſecunda ff. de verbo oblig.* tum quia ex ſui conſummatione formam recipiunt, *l. ſi is qui quadraginta §.quadam ff.ad l falcid. l.cum filiamanum in fine C. de his quibus vt indignis &c.* in quibus poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, quæ eſt diuidua obligatione & ſolutione, *d.l.ſtipulationes non diuiduntur verſ.celſus autem d.l.4.§.fin.ff.de verbo oblig.* Obligationes facti negatiui, vel habentes virtutem negatiuam, vt amplius non peti, vel rem ratam haberi, quæ habet virtutem negatiuam, ne contraueniatur, & ne per me factum improbetur, ſunt diuiduæ, *d.§.Cato*, quia in facto negatiuo proprie non cadit ſolutio, vt locum non poſſit habere inconueniens, quod in diuerſis rebus partes ſoluerentur ex obligatione ad vnam eandemque rem, *d.l.in executione §.pro parte ff. de verbor.oblig.* Pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus, contra quod cautum fuerit, fecerit, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, ab omnibus hæredibus committitur, quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur, ſed non poteſt agi ad pœnam contra vnum, niſi pro hæreditaris portione, quia pœna quæ conſiſtit in quantitate, diuidua eſt, *d. §. cato & ibi Iaſ.n.4.& DD. communiter.* at ſi de eo cautum eſt, quod diuiſionem recipit, is hæres, qui aduerſus ea fecerit, pro portione ſua ſolum pœnam committit: quia in his, quæ diuidua ſunt, ex perſona hæredum mutatur conditio obligationis. In hac ſtipulatione Titium, hæredemque eius ratum habiturum, ex pluribus hæredibus ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum, & ſolus aget, à quo fuerit petitum, quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt. *d. §. cato in fine gloſſ. in l. legatarius ff.de leg.1.l.2.§. ex his ff. de verb.oblig.l.2.§.incertum ff.de pret. ſtipul.* Obligatio rem tradi, indiuidua eſt omni reſpectu tam obligatione, quam ſolutione, *d.l ſtipulationes non diuiduntur in verb.fundum tradi.* nam ſi diceremus diuiduam, re pro parte tradita, cõſequeretur tradens liberationem pro illa parte, & pro parte non tradita poſſet liberari ſoluendo intereſſe, ad quod poſt moram tenetur, quod eſt inconueniens, quia creditori non poteſt ſatisfieri in diuerſis rebus pro obligatione vnius & eiuſdem rei, vt dictum eſt. *d.l. in executione §.pro parte.* Obligatio rem dari, ſiue ſpecies ſit in obligatione, ſiue certa quantitas eſt diuidua obligatione & ſolutione, *l ſi ſtipulatus la 1. §.1. ff.de ſolut.* ſecus ſi genus ſit in obligatione, aut alternatiua ſit obligatio, decem aut Stichum dari; *d.l ſi ſtipulatus 1. §. 1.d.l.in executione §. pro parte.* in quibus obligatio ſcinditur, ſolui autem niſi in ſolidum non poteſt; alioquin in diuerſis rebus recte partes ſoluerentur, quod eſt abſurdum, ne debitor id, quod ſibi debetur, non conſequatur. Obligatio rem reſtitui, quando competit ad ſpeciem, eſt diuidua obligatione, & contra quemlibet ex hæredibus promiſſoris debet agi pro portione hæreditaria, alias agens incidit in pœnam plus petentis, niſi forte vnus habeat facultatem rei reſtituendæ, *l.3. §.hæres ff. commod l.ſi plures ff.de vi vel vi arm.l.in condictione ff de condict.furt.* quia participat eum obligatione dandi in hoc, quod re extante poteſt præciſe cogi ad rem reſtituendam, nec ſoluendo intereſſe liberatur; *l. in re furt. ff de condict furt.* ſed indiuidua ſolutione: *l.ſi duo §.plane ff. depoſ.* ſi competit ad quantitatem reſtituendam, tunc etiam ſolutione eſt diuidua; *l.1. §.ſi pecunia*

Digitized by Google

cunia in ſacculo & l. ſi duo in princ. ff. depoſ. niſi reſtiturioni certæ quantitatis, aut dationis ſpeciei, vel quantitatis appoſita ſit ſtipulatio pœnalis, cuius reſpectu eſt indiuidua, & pro minima parte non ſoluta committitur pœna in totum; *l. in executione* § *pen. ff. de verb. obligat. l. ſtipulationum alia* § *fin. ff. eod.* quia conditio ſub qua debetur pœna, cenſetur indiuidua, *l. cui fundus ff. de cond. & demonſt.* cum debeat impleri in forma ſpecifica· *l. qui heredi l. maxime ff. de cond. & demonſt.* aut obligatio dandi quantitatem ordinetur ad factum, puta teſtator legat mille pro conſtruenda Capella, tunc quilibet hæredum inſolidum tenetur, & non pro portione hæreditaria, quia mille danda ſunt pro executione facti indiuidui, nempe operis, capellæ, *l. fideicommiſſa* § *pen. ff. de leg. 3.* & quando ordinatur ad factum, tunc idem iudicamus de datione, quod de facto, *l. naturalis* § *quod ſi faciam & ibi gloſſ. 1. mag. in princ. ff. de reſcript. verb. Bald. & alij in l. cum proponas per illum text. C. de dol.* Ex quibus breuibus regulis conſtat, quando laicus ratione clerici, cum quo obligatus exiſtit, ad forum ec-
38 cleſiaſticum trahi poſſit. An † autem cognitio & punitio criminis, ſimul à clerico & laico commiſſi, pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, etiam quoad laicum, *vide late Couarr. pract. quaeſtio. cap. 34.*

Laicorum conſenſus expreſſus, vel tacitus, non
39 autem error, eum † qui iuriſdictioni ſæculari, vel eccleſiaſticæ, *l. ſi qui l. epiſcopale C. de epiſcop. aud. & c. l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. ff. de iud. Franc. Marc. deciſ. 82. part. 1.* præeſſe dignoſcitur etiam ignorantem, *l. 2. in princ. verſ. conuenire autem ff. de iud.* ſuum poteſt iudicem conſtituere, *l. 1. l. priuatorum C. de iuriſd. omn. iud. l. 1. & 2. & l. pen. ff. de iud. l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud.* exceptis feudalibus, *c. ex tranſmiſſa & c. ſeq. de foro compet. c. caeterum de iud.* & exceptis ſpiritualibus, & alijs cauſis, quæ prorogationem non admittunt, *Hoſt. in c. ſignificaſti ſub n. 2. verſ. nonum de foro compet. & ibi Soc. n. 45. Butr. num. 10. Can. c. omnis 1. de pœnit. & remiſſ.*
40 Clerici in † iudicem non ſuum, niſi forte ſit perſona eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani voluntas accedat conſentire non poſſunt, *c. ſignificaſti hoc tit. & ibi gloſſ. & Can. c. non liceat 3. quaeſt. 6. c. 1. & 2. 9. quaeſt. 2. Io. Monach in c. Romana n. 3. vbi enumerat nouem requiſita de foro compet. in 6. & Hoſt. num. 3. ac Can. Pan. in dicto c. ſignificaſti nu. 17. & ibi late Marian. Socin. c. inclita & ibi gl. 2. ponit rationes diuerſitatis inter clericum & laicum 11. quaeſt. 1.* & contraria conſuetudo eſt reprobata, *Bell. in d. c. ſignificaſti in 2. quaeſt.* Laicum † vero non poſſunt inuiti, vel vo- 41
luntarij tacite vel expreſſe ſibi conſtituere iudicem, ex prorogata iuriſdictione, etiam in temporalibus cauſis, in his quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, licet proprium iuramentum, & conſenſus aduerſarij accedat, *c. ſi diligenti hoc tit. & ibi gl. in verbo manifeſte patet.* ac etiã conſenſus † epiſco- 42
pi, *c. decernimus & ibi Dec. nu. 28. de iud. Butr. in c. ſignificaſti nu. 18. ibi ponit has duas regulas cum aliquot fallentijs de foro compet.* quia priuilegium fori eſt iuris diuini, *c. ſi Imperator & ibi gl. in verbo diſcuti 96. diſt. Prepoſ. num. 1.* conceſſum toti ordini, *d. c. ſi diligenti in fin. c. cum contingit de ſent. excomm.* eius fauore & odio laicorum, qui oppido clericis ſunt infenſi, *c. laicos 2. q. 7. Goffr. in ſumm. huius tit. ſub n. 19. verſ. nunc reſtat videre, & num. ſeqq.* Sed poſſunt prorogare iuriſdictionem voluntariam iudicis laici, in qua non requiritur citatio, vel tangitur perſona, licet requiratur modica cauſæ cognitio, vt clericus illegitimus poteſt per Imperatorem diſpenſari, & legitimari; *late Achill. deciſ. 8. qui filij ſint legit. Couarr. ſuper 4. decretal. 2. part. c. 8. § 8. n. 19.* clerico poteſt à iudice laico deputari curator, non quidem omnium bonorum, ſed ad litem ſuper bonis patrimonialibus, *Franc. in c. ſi annum* § *ſi vero n. 5. de iud. in 6.* Iudex laicus poteſt interponere decretum ſuper emancipationibus clericorum, inſinuationibus donationum; quando laicus donat clerico: *Rip. in c. 2. n. 9. & ſeqq. de iud. & ibi Can. Rot. deciſ. 7. eod. in nou.* Epiſcopus cauſam eiuſdem clericorum laico poteſt delegare, *c. 2. & ibi poſt gloſſ. in verb. præſumant Can. de iud.* ratio diuerſitatis eſt, quia delegatus non iudicat iure proprio, ſed iure delegantis, *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. c. ſane de off. deleg.* Sed quando eius iuriſdictio prorogatur, cognoſcit auctoritate propria, quia iuriſdictio prorogata eſt eadem cũ prima, *c. P. & G. & ibi gloſſ. fi. & Can. de offic. deleg. c. ſignificaſti & ibi Pan. in fine Zab. in fine de foro compet. & Can. communiter,* Iudices debent † habere 43
notarium publicum, vel duos idoneos viros, qui acta iudicij excipiant, & ſcribant in iudicio ordinario, extraordinario, ac ſummario; præterquam in cauſis modicis, & breuioribus; quorum originalia remanent apud ipſos ſcriptores, quæ inſpicienda exhibent, *l. 2. C. de edendo.* deſcriptaque exempla litigatoribus edunt, *l. præcipimus* §. *in hu*

quiſ.

autem C.de appellat.c.quoniam contra de probat.& ibi Pan.n.3. Pariſ.n.14.& Can.communiter l.ne in arbitris & ibi Bart.n.3.& 7.C.de recept. arbit.& ibi DD. alias ſi quid difficultatis euenerit, non creditur iudici, ſuper proceſſu, niſi in quantum per acta, vel per alia legitima documenta conſtabit, *d. cap. quoniam contra Mynſ. obſ.11.cent.1.& obſ.16.cent.2.* inter notarios Rotę,& aliorum tribunalium Curiæ practicatur, quod pro teſtibus, in actis apponuntur præſentes ſocij, *Mohed. deciſ. 6. de fid. Inſtr.*

44 Omnia † acta intelliguntur eſſe publica eo ipſo, quod facta ſunt pręſente iudice, & tabellione, ſecus ſi iudex abeſſet, *l. iubemus & ibi glo. fin. C. de lib. cauſ. & DD. l. acta ff. de re iud. l. ſiue apud acta C. de tranſact.* aut tabellio, *c. quoniam de prob. Bald. in l. geſta n.16.C. de re iud. Zab. in clem. ſæpe §. & quia nu. 14. de verb. ſignif. l. 2. C. de edendo.*

De Libelli Oblatione.

Titulus III.

SVMMARIA.

1 *Reo citato ad iudicium danda eſt copia libelli ſumptibus actoris, vt poßit deliberare.*

2 *Quæ regula fallit in cauſis leuibus & alijs pluribus.*

3 *Iuxta Stylum Curiæ, prima citationis, quæ intimatur vt deuoluat negotium ad Curiam, dari debet copia reo ſumptibus citantis, vel debet legi per notarium non data vel petita copia.*

4 *Eadem prima citatio debet cōtinere inſertam commiſsionem.*

5 *Libellus conuentionalis quæ continere debeat.*

6 *Actionis cuiusuis duplex eſt cauſa, proxima & remota, & quænam in libello ſit exprimenda fuſe explicatur.*

7 *Beneficij poſſeßionē poteſt quis retinere, & adipiſci ex pluribus titulis, etiam habitis à diuerſis.*

8 *Ius ad beneficium habens, ex pluribus cauſis agere prohibetur, vnde ex duplici electione non poteſt peti confirmatio.*

9 *Ius in beneficio, ex vna tantum collatione poteſt quis habere.*

10 *Res in libello, an & quomodo ſit exprimenda.*

11 *Libello ſententia debet eſſe conformis, alias eſt nulla.*

12 *Fallit dicta regula in quatuor caſibus.*

13 *Tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem. Fallit in annuis & menſtruis debitis, & in redditibus, in quibus ad præſentes, præteritas, & futuras penſiones agi poteſt.*

REo citato † ad iudicium, danda eſt copia libelli, ſiue petitionis actis continuo inſerendæ, *Clem. ſæpe contingit §. verum quia de verb. ſignif.* Sumptibus actoris vt reus poſſit deliberare, an velit cedere vel contradicere, *Clem. cauſam & ibi Can. de elect. l. 2. & ibi gloſſ. in verbo ſuo iure & Bald. in fine C. de hæred. vel actio vend. l. 1. ff. edendo cap. 1. & Pan. in c. 2. in 3. not. hoc tit.* in omni cauſa, *d. l. 1. d. c. t. & vtrobique DD.* Fallit † in cauſis leuibus & vilium perſonarum, in quibus non datur libellus, *Auth. niſi leuiores C. de ſent. ex breuiloq. recit.* & alijs pluribus caſibus cumulatis *per Anchar. in cap. 1. n. 6 hoc tit.* ideo poſt titulum de foro compet. ſubiungit de libelli oblatione. Iure communi conformis eſt Stylus † Curiæ Romanæ, iuxta quem primæ citationis, quæ intimatur, vt deuoluat negocium ad Curiam, cum habeat vim libelli, *c. 2. de dilat. Caſ. deciſ. 1. n. 5. & 6. de iud.* dari debet copia reo, etiamſi nō petatur ſumptibus citantis, *Achill. deciſ. 9. de dol. & contum. Caputaq deciſ. 332. part. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 762. part. 3. lib. 3. clem. cauſam de elect.* vel debet tantum legi per notarium non data vel petita copia, *d. clem. cauſam Achil. deciſ. 21. de dol. & contum.* & intimari reo perſonaliter, non eius vxori, *l. aut qui aliter §. ſed & Seruius recte ait & ibi gl. & DD. ff. quod vi aut clam & c. Mynſ. obſ. 37. cent. 3. l. 2. ff. de iniur.* atque relatio intimationis factæ extra Curiam, debet continere locum loci, *Caſar. deciſ. 1. de dol. & contum. qui alias quotas cumulat. c. ſi. de dol. & contum. Mohed. deciſ. 8. verſ. nec obſtant de dol. & contum.* & ſi fiat per notarium debet habere teſtes. *Put. deciſ. 5. lib. 3. Mynſ. obſ. 79. & ſeqq. cent. 1.* ac in actis cauſæ debet reproduci, *Mynſ. obſ. 77. & ſeq. cent. 1.* Si perſonaliter non reperitur, citatur ad domum ſolitæ habitationis, ſtaturque relationi nuncij, qui refert ſe domi citaſſe, quia perſonaliter non inuenit, *Bald. in l. properandum §. & ſi quidem n. 23. C. de iud. glo. & Can. in c. cum parati de appell. Gail. obſ. 48. & ſeqq. & obſ. 54. n. 7. & obſ. ſeqq. lib. 1. Mynſ. obſ. 51. cent. 5.* Si citandus impediat, vel procuret quoquo modo, ne ad eum citatio poſſit peruenire, *Clem. 1. & ibi Can. de iud.* vel ad domicilium citandi non pateat tutus acceſſus; ſufficit

citationem per edictum fuiſſe factam, in loco vicino, licet non viciniori; *Caſſad. deciſ. 6. Achill. dec. 15. de dol. & contum. l. dies cautioni §. toties ff. de dam. infect. & ibi DD. Gail. obſ. 55. & 57. lib. 1.* nam id ſpectatur vt ad citati notitiam facile peruenire poſſit pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporum, *l. nonnunquam ff. de iud.* alioquin non arctat citatio, nec cauſam deuoluit. Debet prima
4 † citatio continere inſertam commiſſionem ex communi DD. interpretatione, *d. c. 2. & ibi gloſſ. fin. de dilat. c. cum in iure de off. deleg. & ibi Can. Achill. dec. 10. de dol. & contum. Mynſing. obſ. 1. cent. 3.* licet id nulla lege, vel canone, expreſſe requiratur, niſi quando executio dirigitur alicui, *d. c. cum in iure l. prohibitum C. de iure fiſci & c lib. 10. l. 1. C. de exact. tribut. lib. 10.* vel agitur de graui præiudicio: *l. vnica C. de mand. princip. l. 3. in princ. C. ſi min. ſe maior. dix.* In Citatione prima ad iudicium agitur de paruo præiudicio, quod tollitur per comparitionem, *Put. deciſ. 240. lib. 3. l. ſi quis aliena ff. de iud.* & reus comparens coram delegato, poteſt petere ſibi exhiberi reſcriptum originale iuriſdictionis, priuſquam reſpondeat: *Archid. in c. ſi epiſcopus n. 3. 3. queſt. 2. Mynſing. obſ. 2. cent. 3.* in alijs vero citationibus poſt primam, debet vel legi vel offerri copia expenſis citati; quia certus eſt de actu, & re, ſuper qua eſt lis, *Ach. l. d. deciſ. 9. Caputaq. d. dec. 332.* citatio præſumitur facta ad inſtantiã partis, quia requirit impenſam, *Barto. in l. cum ſeruus ff. de verb. oblig. Fel. in c. 1. n. 1. de iud. Put. deciſ. 127. lib. 1.* In hoc
5 titulo ſermo eſt de libello † conuentionali, qui datur in ciuilibus, & in eo exprimi debent contenta infraſcripto verſu, quis, quid, coram quo, quo iure, id eſt, cauſa petendi petatur, & à quo, recte compoſitus quiſque libellus habet. *c. 1. & ibi gloſ. fin. hoc tit. c. dilecti de iud.* Nomen actionis non eſt exprimendum, *d. c. dilecti Bart. poſt gloſſ. in l. 1. n. 28. ff. de edendo Iaſ. in §. omnium n 166 plures cumulans Inſtit. de action.* in omni libello concluſio eſt neceſſaria, ſine qua non poteſt lis conteſtari. *Bal. in l. edita in repetit. patauina n. 55. & ſeqq. C. de edendo & ibi DD. Pan. in c. nu. 29. & ſeq. de lit. conteſt. & ibi Fel. n. 7. ponit hanc regulam & 10 fall.* Notant DD.
6 *poſt gloſſ. in §. omnium. Inſt. de actionib.* cuiuſuis † actionis duplicem eſſe cauſam, proximam, & remotam, quænam in libello exprimenda ſit, patet ex ſubſcriptis regulis. In actione perſonali vtraque cauſa eſt exprimenda, vel ſaltẽ remota, quando per eius expreſſionem infertur ad proximam, *c. fin. hoc tit. l. & an eadem §. actiones ff. de except. rei iud.* Quia eadem res ſæpe deberi poteſt, & ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitiatur; *l. ſi ij qui & l. ex promiſſione ff. de act. & oblig.* Si non exprimitur cauſa remota, opus eſt exceptione, & appellatione, ſi non admittitur exceptio, alias procedit iudicium, *c. fin. in fine hoc tit. c. abbate ſane §. ſecus & ibi glo. in verb. obnoxium de re iud. in 6. l. fin. C. de ann. except. Bart. in l. 1. n. 15. ff. de edendo.* In actione reali pro dominio directo, vel vtili, ſufficit expreſſio cauſæ proximę, videlicet peto rem iſtam iure dominij, & non poteſt cogi actor ad exprimendam cauſam remotam, ſed omnes cauſæ vna petitione appræhenduntur, *d. l. & an eadem § actiones & ibi Bart. n. 11. l. ſi mater §. denique 1. reſp. ff. de except. rei iud. gloſſ. mag. in c. 2. hoc tit. & ibi Can.* nam cum ex vna tantum cauſa, aut ex plurib. in idem tempus concurrentibus, & non ex diuerſis cauſis, in diuerſum tempus concurrentibus, *l. in numeratiombus in princ. ff. de ſolut. Bart. in d. §. actiones num. 10. idem in l. 9. § ex pluribus n. 10 ff. de acquir. poſſeſſ. poſt gloſſ. Pan. in c. inter dilectos de fid. Inſtrum. n. 15. in fine.* res poſſit eſſe ipſius, ex ea videtur dominium in iudicium deduxiſſe; ne alias videatur ex nulla, *d. §. ex pluribus l. non vt ex pluribus ff. de reg. iur.* Imo ſufficit actori ſuam, ex ſuperuenienti cauſa, fundare intentionem, quando agit aliqua cauſa ſpecialiter nõ expreſſa; *c. abbate ſane §. ſecus & §§. ſeqq. de re iud. in 6. Bart. in d. §. actiones nu. 28. & 29. ff. de except. rei iud. Iaſ. in §. omnium n. 66. & ſeqq. Inſtit. de action.* Secus tamen ſi certam & ſpecialem in ſua petitione ſubiunxerit, *l. non poteſt videri l. nõ quemadmodum ff. de iud.* Eſt vtile reo, quod nulla cauſa remota exprimatur, quia ſi petitio eſt generalis, licet proſecutio fuerit ſpecialis, abſolutoria lata præiudicat actori in omnibus: ſi vero petat fundũ ſuum eſſe, cauſa remota expreſſa, ex eo quod titius eum ſibi tradiderit, ſi poſtea eum alia ex cauſa petat, cauſa adiecta, non debet exceptione ſubmoueri, *c. fin. & ibi gl. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. d. l. ſi mater §. denique d. l. & an eadem §. actiones & ibi DD.* Idẽ iuris eſt in petitione hęreditatis, quod in reali, *d. l. ſi mater l. ex ſextante ff. de except. rei iud.* cum quis non poſſit eſſe hæres, niſi ex vna cauſa, & vnus in ſolidum, *l. hæreditate §. 1. ff. de Caſtr. pecul. l. quamdiu l. eum qui ff. de acquir. hered.* In publicana, ſeruiana, quaſi ſeruiana, confeſſoria, negatoria, perſonali in rem ſcripta, exprimenda eſt cauſa

Digitized by Google

cauſa remota, quia ex pluribus cauſis poſſunt competere, *Bart. in d. §. actiones nu. 13. 14. 15. 16. & ibi DD. communiter.* Idem obtinet in interdictis, quia ex pluribus cauſis vtilibus eandem rem poſſidere poſſumus, *d. §. ex pluribus d. l. non vt ex pluribus.* Secus ex vtili, vel inutili, aut ex cauſis contrarijs, *Bart. in d. §. ex pluribus n. 2. & 4.* Prædicta procedunt in prophanis, & locum habent in beneficialibus, quia in beneficialibus cadit vera poſſeſſio reſpectu tituli, ſicut & reſpectu proprietatis, ideo eſt quod ſunt introducta iudicia poſſeſſoria, ſicut & in alijs rebus prophanis: *Clem. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. in litteris de reſtit. ſpoliat. Franc.*
7 *in c. 2. n. 1. vt lit. pend. & c. in 6.* poſſeſſionem † beneficij poteſt quis retinere & adipiſci ex pluribus titulis, etiam habitis à diuerſis, *Franc. in c. vt quis duas in fine de elect. in 6. & ibi Gemin. & Can.* quia poſſeſſionem petens vel illam defendens, petit ſimpliciter factum tueri, & exequi: *c. poſt electionem & ibi Pan. n. 4. & ſeqq. c. litteras de conceſſ. præb. gloſſ. in c. inter dilectos in verb. quod meum in fine de fid. Inſtrum. & ibi Can. Lap. alleg. 132. nu. 2. Roman. conſ. 433. n. 5. & ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 305. part. 1.* in beneficialibus multiplicari poteſt titulus. & per ſecundum non renunciatur primo, ſed ſecundus primo accumulatur, *Fel. in c. in noſtra n. 2. de reſcrip. qui limitat 3. modis & ibi Can.* niſi ſint contrarij, & incompatibiles, vt titulus prælaturæ, & titulus commendæ: *Roman conſ. 350. n. 13. & ſeqq.* habens
8 ius † ad beneficium, ex pluribus titulis agere prohibetur, vt ex duplici electione non poteſt quis petere confirmationem, etiam cum proteſtatione, *c. vt quis duas de elect. in 6.* quia confirmatio eſt decretum, quod ſuper incerto non poteſt interponi, *Clem. 1. de conceſſ. præb. c. 1. eodem in 6.* eſſet autem incertum quænam electio confirmaretur, cum ambæ eodem caſu non poſſint valere: *Can. in d. c. vt quis duas.* collatio ſola ratificata tribuit ius in beneficio, ſine adeptione poſſeſſionis, *c. quoddam in fine de præb. in 6. c. fin. de conceſſ. præb. in 6.* plures collationes, eiuſdem datæ, reſpicientes eundem effectum in perſona eiuſdem concurrunt; *d. c. poſt electionem Mohed. deciſ. 2. circa finem princ. & n. 2. de off. deleg.* ſecus ſi ſint diuerſæ datæ,
9 nam ex vna † tantum collatione poteſt habere ius in beneficio, iuxta vulgatam regulam, quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt, niſi deſierit meum eſſe; *c. inter dilectos & ibi gl. in verb. quod meum eſt de fid. Inſtr. & Fel. nu. 17. qui limitat 3. modis.* imò allegans diuerſos titulos non concurrentes, debet ſuccumbere; *gl. in d. verbo quod meum eſt approbata ibid. per Pan. n. 15. in fine verſ. 3. glo. quærit.* Iure per collationem acquiſito, ſufficit in libello dicere, ſum prouiſus per epiſcopum, ideo ſententietis pro me, *c. cum eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Gemin. in d. c. vt quis duas in gloſſ. ſuper verb. ex vna de elect. in 6.*

Res an in libello † ſit exprimenda, adhibenda 10 eſt diſtinctio. In actionibus vniuerſalibus non eſt exprimenda res in libello, neque in ſententia, ſed in executione, *l. 4. l. ſi quo ff. de petit. hæred. & ibi DD. l. quæſitum in princ. ff. de pecul.* vt quando petitur hæreditas; eccleſia cum iuribus & pertinentijs ſuis, *c. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat & ibi Pan. n. x & xj. Butr. num. 13. & ſeq. c. inter dilectos de donat.* præbenda cum plenitudine iuris & honoris canonici, *c. proponit. de conceſſ. præb.* vindicatur ius epiſcopale, *c. conquerente de offic. ordin. c. his qui de maior. & obed.* archidiaconale, *c. dilecto de off. archid.* In actionibus generalibus, vt mandati, tutelæ, pro ſocio, & conſimilibus, non ſunt res exprimendæ, in libello, ſed in iudicio, ac ſententia, *l. licet C. de iud. & ibi DD.* In ſingularibus vero, ſiue ſpecialibus, ſiue realis ſit actio ſiue perſonalis, neceſſe eſt, quod exprimatur res, infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ numerus, factæ ſpecies, ſed & menſura, cum res menſura continebitur, in homine, nomen & ætas, fundi nomen, eiuſque qualitas, & confinia: alias eſt iuſta cauſa appellandi, *c. 2. & ibi gl. mag. & Pan. num. 1. & 4. hoc tit. & Can. communiter l. ſi in rem la. 1. ff. de rei vend. & ibi DD. poſt gl. fin.* De emendatione, & mutatione libelli, ac cumulatione actionum, videndi ſunt, *§. ſi minus, & duo §§. ſeqq. Inſt. de act. & ibi DD.* Libello ſiue petitioni debet † eſſe conformis ſententia, 11 *l. vt fundus ff. com. diuid. l. ſi ex teſtamento ff. de except. rei iud.* alias eſt nulla, *c. qualiter & quando el. 2. §. pen. & ibi gl. in verbo forma de accuſat. c. licet Heli de ſimon. in fine princ. & ibi gloſſ. c. cum dilectus in fine de ord. cognit.* ideoque nec tacite nec expreſſe à partibus remitti poteſt, *Clem. ſæpe contingit §. verum quia de verb. ſignif. Pan. in c. 1. n. 10. & ſeqq. hoc tit.* vltra id, quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtas iudicis non poteſt; *d. l. vt fundus.* & fatuus eſt iudex, qui pronunciat ſuper non petitis, *l. fin. C. de fideicommiſſ. libert.* Ex quibus infertur, quod ſi actor deducat vnam cauſam in libello, & poſtea probet de alia, ſuccumbit, *l. habebat in princ. ff. de inſtit.*

Digitized by Google

inſtit.act.l 1.ff.ſi menſ.falſ.mod.dixerit, & reus abſoluitur, reſeruato actori iure agendi ſibi competenti ex apſa cauſa, *l.Bebius Marillus ff de pact.dotal. c.examinata de iud. Cors.ſing.*158.*plures cumulans gl. in l.1.in verb.nec tenere ff.ſi menſ.falſ.mod.dix.Nicol. Euerhard. in loco ab effectu eorum quæ ſimul.req. ad eſſe in fine Gail.obſ.* 67.*lib.*1. item ſi in cauſa beneficiali reus fateatur ſe ius non habere, & actor nihil probat de ſuo iure, quod iudex non poterit ſuper illa inſtantia procedere contra reum ad priuationem; ſed inchoando nouam inſtantiam, per viam inquiſitionis, poterit ad priuationem rei procedere, *Pan.in c.2.ſub n.9. de confeſſ. Pan.in c.ex conquæſtione n.13. & 15.de reſt ſpol. Bart. in l.æmilius ſub n.5.ff de minor. & ibi* DD. licet ſecus ſit in Papa, & principe, *Iaſ.in* §. *curare n.27.& ſeqq.Inſt.de act. vbi ponit 5.fal.ad d.regulam ſententia debet eſſe conformis libello*, Fallit dicta † regula, quando actori
12 proditæ ſunt duæ actiones, quarum vna tendit ad contractum reformandum, altera ad eundem reſcindendum, & intentata fuerit illa quæ tendit ad contractum reformandum, poteſt iudex ex officio, parte non petente, ferre ſententiam ſuper alia actione non intentata, & contractum reſcindere, *l.bouem §.aliquando ff.de ædil. edict. l.2.C. de reſcind.vend.* fallit ſecundo, quando ab initio ſe non reſtrinxit ad certam cauſam, ſed monitorio vel commiſſioni inſeruit clauſulas generales, tunc enim proſecutio ex vna cauſa, non impedit quo minus ad aliam poſſit conuolare, etiam abſque refectione expenſarum, *Greg.xv.deciſ.270.num.3. Card.Seraph.deciſ 630.num.4.& 5.Achil.deciſ.22.de appell. Caſ. deciſ.1.de iud.*fallit tertio, in cauſis ſummarijs de ſui natura, ac plenarijs, quæ, ex forma commiſſionis cognoſcendæ veniunt, de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta in quibus actor debet obtinere, licet in libello deduxerit vnam cauſam, & in proſecutis probauerit de alia cauſa, *Alex.in l.ſi ita §. chryſogonus num. 8.ff.de verbo oblig. & ibi DD. Hippol. de Marſ.ſing.272. Caputaq. deciſ. 126.part.3.Gail.obſ.66. num.15.& ſeqq. lib. 1.* fallit quarto in iudicijs criminalibus in quibus concluſio non eſt de neceſſitate libelli, & Iudex plus minuſque condemnandi libertatem habet, *Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de iis qui not.infam. Bald.in l.et ſi ſeuerior C.eod.tit.Mynſing.obſ.81.cēt.4.* Tractus futuri † temporis non pertinēt ad iudi-
13 cem, *l.non quemadmodū ff.de iud. l.1.§. 1.ff.de vſur.gl. in c.auditis in verbo facies de proc. c.Rom. §. caueant in verbo futuris de ſent.excomm.in 6.* fallit in annuis & menſtruis debitis, & in redditibus, in quibus ad præteritas, præſentes, & futuras penſiones agi poteſt, *l 1.C.de fideicom. l.libertos quos §.1 ff.de alim. & cib.legib. l.ædiles 1. §.item ſciendum ff. de ædil. edict. Gail.obſ.74.lib.2.*

De mutuis petitionibus.

Titulus IIII.

SVMMARIA.

1 *Reconuentio ſiue mutuæ petitiones ſiunt à reo de eadem re, vel diuerſis pluribus rebus, & per plures libellos, apud eundem iudicem, apud quem fit Conuentio.*

2 *Reconuentio habet locum coram arbitro iuris, non vnius articuli, ſed certæ Cauſæ, delegato, ordinario.*

3 *Quando agitur officio iudicis, & in omnibus actionibus.*

4 *Reus lite pendente, prohibetur actorem trahere coram alio iudice quam conuentionis ſub pœnis nullitatis actorum, & condemnationis expenſarum.*

5 *Reconuentio fit ante litis conteſtationem, vel in ipſa litis conteſtatione, vel parum poſt, ac etiam durante primo iudicio, quouſque concluſum eſt in Cauſa, ſi fiat ante, vel in ipſa litis conteſtatione gaudet priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis, & paritate temporis in procedendo, ſi vero poſt eam fiat, gaudet tantum priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis.*

6 *Modus procedendi datur per reſcriptum in Cauſa conuentionis, cenſetur repoſitus in Cauſa reconuentionis.*

7 *Reconuentio in quibus cauſis ceſſat.*

ACTOR non dedignetur eum contra ſe habere iudicem, in eodem, aut diuerſo negocio, cuius in agendo obſeruat arbitrium, *c.1.§.cuius in agendo 3.quæſt.8.l.cum papinianus C.de ſent.& interl. omn.iud.* imo actor non poteſt electum à ſe iudicem recuſare priuilegio perſonæ, quod eum eximeret ab illius iuriſdictione, *auth. offeratur C. de litis conteſt.*ſed bene priuilegio cauſæ, *l.ſi quis C.depoſiti l.fin. C. de ord. cognit. Bart. in auth. & conſe-*

quenter

quenter n. 9. C. de ſent. & interl. omn. iud. vt ſi conuentus ex cauſa nummaria, velit actorem reconuenire actione præiudiciali, Pan. in c. 1. n. 29. & 30. hoc tit. cont. Bald. in d. auth. & conſequenter ſub nu. 1. tenentē contrarium. præterea non debet eſſe in poteſtate calumnioſi rei conuenti, ne coram primo iudice actor agat, & litem proſequatur, l. ſi idem §. quod ſi mutua ff. de iuriſd. omn. iud. ideo poſt titulum de libelli oblatione, ſubnectit de mutuis pe-
1 titionibus; quæ fiunt à reo † de eadem re, vel diuerſis pluribus rebus, & per plures libellos, l. omnium ff. de procur. Bald. in d. auth. & conſequenter n.
2 18. Bart. n. 1. & 2. apud eundem iudicem † apud quem fit conuentio, ſiue ſit arbiter iuris (non vnius articuli, vt cauſæ ſuſpicionis allegatæ contra delegatum, vel ordinarium, coram quo non fit reconuentio) c. cum ſpeciali de appell. c. legitima de appell. in 6. c. peruenit xj. quæſt. 1. Pan. in c. 1. in fine hoc tit. ſed certæ cauſæ videlicet, quam epiſcopus habet contra clericum, c. ſi clericus §. 1. 31. quæſt. 1. Pan. in d. c. 1. in fine hoc tit. ſiue ſit delegatus, & habens limitatum mandatum, Bald. in c. 1. num. 9. hoc tit. ſiue ordinarius, c. 1. & 2. hoc tit. d. l. cum Papinianus & auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc. om.
3 iud. etiam quando agitur † officio iudicis, l. 1. in fine ff. de var. & extraord. cognit. c. 2. de off. iud. Pan. in c. 1. n. 32. hoc tit. & in actionibus perſonalibus, c. diſpendia de reſcrip. in 6. realibus, & mixtis; Franc. in d. c. diſpendia poſt gl. in verb. perſonales n. 4. quia in realibus, ſicut in alijs, indiſtincte, in computatione dietæ conſideratur, locus domicilij habitationis rei; c. ſtatutum §. cum vero de reſcript. in 6. ideo ſi clericus conuenit laicum coram iudice laico, ille laicus poteſt reconuenire clericum de crimine ciuiliter, non tamen criminaliter coram eodem iudice laico: c. at ſi clerici & ibi glo. in verb. non tenet de iud. & ibi Can. Scholaris trahens actorem ad ſuum iudicem, à ſe electum; poteſt eum reconuenire coram eodem, quia licet electionem fori habeat, eſt tamen reus, Bald. in d. auth. & conſequenter in fine Pan. in c. 1. n. 37. & ſeqq. hoc tit. Imo lite
4 pendente, prohibetur † reus actorem coram alio iudice, quam conuentionis trahere; ne coram diuerſis iudicibus eodem tempore agatur; c. fin. de reſcript. l. ſi idem §. quod ſi mutua ff. de iuriſd. omn. iud. ſiquidem actorem traxerit, coram alio iudice delegato in actione perſonali, proceſſus eſt ipſo iure nullus; in actione reali, vel mixta, annullatur ope exceptionis, d. c. diſpendia & ibi Franc. nu. 4. Si coram ordinatio annullatur ope exceptionis, & in omnibus caſibus condemnatur in expenſis; d. c. diſpendia & ibi gl. in verb. vel conuentionis & Franc. n. 5. & 6. limitat 3. modis Barth. in d. auth. & conſequenter n. 1. & 2. & ibi DD. Ratio diuerſitatis inter actiones perſonales, ac reales, & inter delegatum, & ordinarium allegatur, quia c. diſpendia de reſcrip. in 6. loquitur de delegato, & perſonalibus actionibus, & priuat ipſo iure omni commodo litterarum, & annullat proceſſus habitos per eaſdem, & licet ex identitate rationis conſtitutio pœnalis poſſit extendi ad actiones reales, & iudicem ordinarium, tamen pœna non habet locum ad caſum extenſum; arg. c. 1. de temp. ord. in 6. in verb. Italica & ibi DD. Franc. in d. c. diſpendia ſub nu. 4. & 6. & ibi Can. Bart. in d. auth. & conſequenter nu. xi. & ſeqq. & ibi DD. lite contra reum mota, prius ventilata & terminata, tum demum reus admittitur ad agendum coram alio iudice, d. auth. & conſequenter in fine.

Reconuentio † fit ante litis conteſtationem, 5
vel in ipſa litis conteſtatione, vel parū poſt, antequam iuretur de calumnia, l. rem non nouam C. de iud. d. auth. & conſequenter auth. de executoribus §. illud verſ. ſancimus coll. 7. ac etiam durante primo iudicio, d. c. diſpendia. quouſq; renunciatum eſt, & concluſum in cauſa; quia iudicium dicitur, dum negocium diſcutitur, c. forus de verb. ſignif. l. fin. C. de compens. gl. 1. in c. 1. hoc tit. ſi fiat ante litis conteſtationem, vel in ipſa litis conteſtatione, reconuentio gaudet priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis, & parilitate temporis in procedendo; ſi vero fiat poſt litis conteſtationem, gaudet tantum priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis, non ſimultanei proceſſus, Bart. in d. auth. & conſequenter n. 12. & ibi Bald. n. 6. Franc. in d. c. diſpendia §. reus numero quinto, & Bald. in c. 1. n. 10. hoc tit. nam cauſæ conuentionis & reconuentionis viciſſim ſunt tractandæ, nempe, vt reus prius reſpondeat libello actoris. l. qui prior ff. de iud. & deinde actor libello rei, & ſic de cæteris, c. cum dilectus de ord. cog c. 1. hoc tit. Bart. in d. auth. & conſequenter num. 4. & ſi actor nollet reſpondere, iudex debet ei denegare iuſtitiam, nec audire ipſum ſuper cauſa ſua, c. Imperatorum & c. fin. §. pœna de iuram. cal. gl. 1. in c. 1. hoc tit. & eadem ſententia ſunt terminanda, cum dicta prærogatiua actoris, l. 1. C. rerum amotarum l. neque C. de compens. d. c. 1. hoc tit. ſi de vtraq; cauſa pariter liqueat, ſi autem prius liqueat de

Digitized by Google

vna quam de alia, tunc Iudex poteſt pronunciare de cauſa conuentionis de qua liquet, & ſi contingat ab ea appellari, poterit procedere ad ſententiam in cauſa reconuentionis non obſtante appellatione quia ſunt duæ diuerſæ cauſæ. *Panor. in c.1. ſub nu.9. h.t. ſpec. tit. de reconuent. §. Vidend. nu.5. & ſeqq. Mynſ. obſ.10. cent.1. Soc. Sen in c. prudentia n.17. hoc tit.* Si ille ordo non fuerit obſeruatus, ſententia non eſt ipſo iure nulla, ſed venit annullanda, per ordinis præpoſterationem; *l.1. §. fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Bald. in c.1. ſub nu.9. hoc tit.* eſt enim peruerſio cauſæ ad cauſam, quæ non habet ipſo facto vitiare: *l.1. C. de appell. 2. quæſt.1. & ibi gl.*
6 *mag. in ſumma*, Item † modus procedendi datus per reſcriptum, in cauſa conuentionis, cenſetur repetitus in cauſa reconuentionis, vt ſi ſublata ſit appellatio, *c.2. hoc tit.* aut cauſa ordinaria commiſſa ſit ſummarie, *Clem. ſæpe contingit & ibi gloſſ. in verbo ſi quid petere voluerit in fine de verbo ſignif.* ſecus, quando appellatio prohibetur iure communi; vnde quando alimenta petuntur, licet non poſſit appellari in cauſa alimentorum, appellabitur tamen in cauſa reconuentionis ſuper alia re, idem in poſſeſſorijs. *Bald. in d. auth. & conſequenter*
7 *ſub n.10.* Ceſſat reconuentio † in cauſa criminali, *c. neganda 1. & 2. 3. quæſt. xj. late Pan. in c.1. n.22 hoc tit.* quia non relatione criminum, ſed innocentia reus purgatur, *l. is qui ff. de public. iud. & ibi gl. plures quotas allegat l.2. §.1. ff. de adult.* Secundo coram arbitro, *c. cum dilectus de arbit.* Tertio quando reus eſt excommunicatus, *c. cum inter de except.* quia reconuentio non eſt defenſio, ſed impugnatio, Quarto quando petitur executio inſtrumenti confeſſionati, quia habet vim ſententiæ, *Bald. in d. auth. & conſequenter n.17.* Quinto in cauſa appellationis, quia iudex appellationis nullam habet iuriſdictionem, niſi per deuolutionem, *l.1. ff eum qui appell. in princ. defen. deb. l.2. §. legatis verſ. & quoq; ff. de iud.* Sexto quando fuerit reconuentio de tali cauſa, de qua iudex non poteſt cognoſcere, vt laicus de cauſa ſpirituali, *gloſſ. pen. in fine in c.2. hoc tit. & ibi Pan. n.28. & ſeqq. c. quanto de iud. c. tuam de ord. cognit.* aut alia cauſa, de qua iudex non poteſt cognoſcere, etiam vtraq; parte volente, *Bart. in d. auth. & conſequenter n.5. & 6. & ibi DD. C. de ſent. & interloc. omn. iud.* Septimo, in cauſa recuperandæ poſſeſſionis, *c. ſuper ſpoliatione de ord. cognit.* propter priuilegium ſpoliati, vt non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere, *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Iuliam de vi & c. cum dilectus de ord. cognit.* Octauo, quando vtraque petitio occaſione vnius contractus naſcitur, quia habet naturam actionis, & exceptionis, *l. qui pendentem l. iulianus §. ex vendito ff. de act. empt.* ſiue occaſione vnius facti, in caſu in quo ambæ petitiones non poſſunt eſſe ſimul veræ, *l. qui fidem ff. de tranſact. l. cum proponas c. cum ſua materia C. eod.* nam ſi vnus vere contrauenit tranſactioni, alter non dicitur vere contrauenıſſe, nec vterque poteſt condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe aut quando cauſa conuentionis, aut reconuentionis ſe mutuo perimunt, quia reconuentio habet vim exceptionis. *l. viro atq; ff. ſolut. mat. & ibi Bald. in fine.* Nono coram delegato dato de conſenſu vtriuſque partis, non enim actor, illum magis eligit, quam reus. *Bart. in d. auth. & conſequenter in fine Pan. in c.1. num.33. hoc tit.* In cauſis ſummarijs locus eſt reconuentioni ſi reconueniatur alia ſummaria, *l. ſed & hæ §. non ſolum ff. de procur. c. ſuper ſpoliat. in princ. de ord. cognit.* idem dico, quando cauſa reconuentionis eſt ordinaria, quantum ad ius & prorogationem fori, non quantum ad parilitatem proceſſus, *Pan. in c.3. num.35. hoc tit.* Decimo ceſſat in confitente debitum, non in figura iudicij: *arg l. ſed etſi reſtituatur ff. de iud.* ſi in figura iudicij confiteatur, & in ipſa reſponſione actorem reconueniat, procedit reconuentio, quoad ius fori, non quoad parilitatem proceſſus; ſi ex interuallo, quoad neutrum habet locum reconuentio, *l.3. & ibi Bald. in 1. not. C. qui ad libert. procla. non poſſ.*

De litis conteſtatione.

Titulus V.

SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio fit per congruam rei reſponſionem ad petitionem actoris in iudicio propoſitam, animo conteſtandi litem factam, coram iudice pro tribunali ſedente.*

2 *Litis conteſtatio non fit per exceptionem peremptoriam ex parte rei oppoſitam.*

3 *Lis non habetur pro conteſtata ex contumatia.*

4 *Litis conteſtationis effectus varij.*

5 *Non*

5 *Non operatur dictos effectus, quando non tenet, aut eſt inualida.*

6 *Litis conteſtatio in quibus cauſis non requiratur.*

7 *Litis conteſtationis vim habet, terminus ad proponendum omnes exceptiones dilatorias.*

1 LIBELLO per actorem oblato, & facta reconuentione, fit † litis conteſtatio per congruam & directam, *gl. in c. quoniam contra in verb. reſponſiones de prob. Gail. obſ. 73. cum quinque obſ. ſeq. lib.* 1. rei reſponſionem, ſiue negando, ſiue confitendo ad petitionem actoris propoſitam in iudicio, animo conteſtandi litem factam, coram iudice pro tribunali ſedente, *c. ſuper quæſtionem in princ. verſ. quod ſi delegatus de offic. deleg. Maria. Socin. in c.* 1. *n.* 9. *in fine hoc tit.* qua omiſſa proceſſus eſt ipſo iure nullus, *c.* 1. *hoc tit. l.* 2. *cum authent. ſeqq. C. eod. c. dudum el.* 2. *§. licet de elect. & ibi gloſſ. in verbo reſponſionem & Can. Mynſ. obſ.* 74. *Cent.* 3. quia eſt primum fundamentum iudicij, & per eam dicitur lis inchoari, *c.* 1 *& ibi gloſſ* 1. *de plu. petit. l. vnica C. eod. & vtrobique DD. l. amplius ff. rem ratam haberi §. ſed hæc quidem & ibi gloſſ. in verbo diximus Inſtit. de actionibus.* Proteſtatio impedit litis conteſtationem, licet verba alias ſint apta, ad litem conteſtandam, quando iudex eam non reprobat, aut pars aduerſa ei non contradicit, *Butr. in c.* 1. *nu.* 9. *Pan. n.* 16. *&* 17. *& Can. hoc tit. Bart. in l.* 1. *n.* 15. *& ſeq. C. hoc tit. Mynſ. obſ.* 31. *&* 74. *cent.* 3. In Romana Curia fit litis conteſtatio hiſce verbis, Nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere, *ſpeculator hoc tit. §. nunc dicamus n.* 1. 2. *& ſeqq. Goffred. in ſumma huius tituli ſub n.* 3. *Pan. in c. cum ad ſedem n.* 4. *&* 5. *de reſtit. ſpoliat. Franc. in c. fin. ſub n.* 2. *hoc tit. in* 6. *Rot. deciſ.* 2. *hoc tit. in nou.* item nihil fieri niſi ſeruatis ſeruandis, & verificatis verificandis, *Cæſar. ſub dubio forte deciſ.* 1. *n.* 10. *de fideiuſſor.* item narratio actoris & reſponſio rei, ſine alia petitione inducunt litis conteſtationem. *c. abbate de verb.*

2 *ſignif. c. cum veniſſent de inſtit.* Per † exceptionem peremptoriam, ex parte rei propoſitam, non fit litis conteſtatio, imo ea non obſtante fieri oportet eandem niſi ſit de illis exceptionibus, quæ litis conteſtationem impediunt, *c. fin. hoc tit. in* 6. *& recenſentur in c.* 1. *eodem*, quia excipiens non videtur negare, aut cõfiteri petitionem actoris, *c. cum venerabilis & ibi Pan. n.* 26. *& Bart. in l. non vtique ff. de except. l. eleganter §. ſi quis poſt ff. de cond. indeb. Bald. in l. exceptionem n.* 22. *C. de prob.* Lis conteſtanda eſt, antequam iuretur de calumnia, *l.* 2. *C. de iuram. calumn.* ex contumacia lis † non habetur 3

pro conteſtata, *Bald. in l. ſcire §. ſufficit numer.* 7. *de excuſ. tut. &c.* niſi in caſibus in quibus non requiritur vera litis conteſtatio, *l.* 2. *C. vbi in rem actio exerc. deb.* contumacia inducit præiudicium tacitæ confeſſionis, in præparatorijs litis, & in probatorijs, ſed non ſuper libello: oportet enim litem ſubſtantiari per interrogationem, & reſponſionem expreſſam: *Bald. in c. vaſallus el* 1 *in fine ſi de feud. fuerit controuerſ. inter dom. & c. l. contumacia ff. de re iud. Oroſ. Inſt. de interd. §. ſumma nu.* 16. quod nota pro ſtylo obſeruato in curia archiepiſcopali Colonienſi, iuxta quem ſemper Officialis comminatur in citationibus articulos, aut ſcripturas habenda pro confeſſatis.

Litis † conteſtatio perpetuat actionem vſque 4 ad quadraginta annos, *l. fin. C. de præſcript.* 30. *annorum &c.* ſed non officium iudicis: *Bald. in d. l. fin. nu.* 1. excludit omnem exceptionem dilatoriam, *l. exceptionem C. de probat. c. ſi quis epiſcoporum §. exceptio* 3. *quæſt.* 6. ac cautionem de legato ſeu fideicommiſſo ſoluendo: *l.* 1. *in princ. verſ. fin. ff. vt legat. ſeu fideicom. nom. caueat.* tranſmittit actionem in hæredem ex delictis defuncti; *l.* 1. *C. ex delictis defuncti in quant. hæred conuen. §. non autem in fine Inſt. de perpet. & temp. action. & ibi DD.* operatur vt fructus, acceſſiones, expenſæ veniant officio iudicis; ea vero, quæ ante contingunt, non valde ad eum pertinent, niſi nominatim ei fuerint iniuncta: *l. ædiles* 1. *§. item ſciendum eſt hæc omnia ff. de ædil. edict. & ibi gloſſ. in verb. iniuncta*, facit procuratorem Dominum litis, ſiue inſtantiæ, *l. quod quis & l. neque C. de procur. & vtrobique DD. Rot. deciſ.* 20. *in fin. de procur. in nou. Achil. deciſ.* 13. *de procur. Greg. XV. deciſ.* 548. *n.* 3. 4. 5. *& ſeqq. & ibi annot. Oldrad. conſ.* 317. *n.* 2. Sollicitator in nullo iudicio litem facit ſuam, *Franc. Marc. quæſt.* 199. *part.* 2. *l. Plautius ff. de procur. & ibi poſt gloſſ.* 2. *DD. l.* 4. *in princ. ff. de re iud.* excludit ea, quæ meræ ſunt facultatis, circa rem aut perſonam adiectam in ſolutione, vt quando quis ſtipulatus fuerit decem in melle, aut ſtipulatus fuerit ſibi aut titio, *l. ſi quis la* 3. *ff. de ſolut.* Exæquat omnes poſſeſſores, & per litis conteſtationem fiunt malæ fidei poſſeſſores; ideo fructus poſt eam omnes reſtituendi ſunt cum ipſa re, *c. ſignificauerunt & ibi gloſſ. fin & Can. de teſt. l. certum C. de rei vendicat. l. ſed & ſi lege §. etiam ſi ante litem ff. de petit. hæred. §.* 1. *&* 2. *Inſt. de officio iud. & ibi gl. & DD.*

In

Digitized by Google

In multis iuris articulis inſpicitur tempus litis cõteſtatæ, *l. litis in princ. & §. 1. ff. de negoc. geſt. l. quod autem ff. de donat inter vir. & vxor.* & ante litis conteſtationem nõ dicitur quis agere, ſed agere velle, *l. amplius ff. rem ratam haberi*; in ea quaſi contrahitur, *l. 2. § fin. & ibi gl. fin. & DD ff. de prat. ſtipul. l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. & ibi not.* Non opera-
5 tur † dictos effectus, quando non tenet, propter non ſeruatum iuris ordinem, præſcriptum in *auth. offeratur C. hoc tit. Bald. in l. ſi pater tuus C. ne de ſtat. defunct.* vt ſi port ecto libello non fuerit facta citatio, vt reus veniat ad reſpondendum libello, aut ſtatutus vel annotatus per notarium terminus reo datus ad reſpondendum, vt communiter fit, *gl. in d. auth. offeratur in verb. initio Butr. in c. 1. ſub n. 12. hoc tit.* vel reſponſio præcedat traditionem libelli, *But. in c. 1. n. 23. hoc tit.* aut ſequatur ex interuallo, vel abſente parte ex opinione Bart. *in l. 1 n. 9. & 10. C. hoc tit.* impugnata per Butr. *in c. 1. ſub n. 12. hoc tit.* aut ſit facta coram iudice incompetente, cuius examen ſit vetitum, & contra legem, *c. dudum el 2. § licet autem de elect. & ibi Can. Marian. Socin. in c 1. n. 9. hoc tit. Bald. in l. ſi pater tuus C. ne de ſtat. defunct. c. vt debitus & ibi gl. 1. de appell. glo. fin. in auth. offeratur C. hoc tit.* nam negatio facit iuriſdictionem dubiam, quando intentio negantis eſt fundata de iure communi, quia eſt probabilis imo iam probata, vt ſi coram eo, qui iure communi non eſt iudex, lis ſit conteſtata, *c. ad audientiam noſtram de conſuet. l. ſi militaris & l. fin. C. ſi à non compet. iud. c. at ſi clerici de iud. l ſi pater tuus C. ne de ſtat. defunct. Rot. deciſ. 6. nu. 3. de iureiur. & ita intelligendum eſt Vant. de nullit. ex defectu iuriſdictionis n. 23. & 24. & ſeq. ex doctrina Bald. in l. licet n. 9. & 10 & Innoc. in c. innotuit allegat ab eo Guid. Pap. dec. 322.* nam in his quæ non dependent à conſenſu partium, approbatio partium non releuat ad fundandum iudicium, *l. ſi expreſſim ff. de appell. l. 2. & ibi not. C. communia reſt. iud.* quod ſi ordinariam habeat iuriſdictionem, *l. 2. ff. de iud.* vel ſi appareat ante litem conteſtatam, inſtrumentum attributæ iuriſdictionis in actis productum, aut iudex fuerit interlocutus ſe eſſe competẽtem iudicem, & tunc non fuerit contradictum, per litis conteſtationem, transfertur onus probandi in opponentem, de defectu iuriſdictionis; quia videtur poſitus in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis: *Imol. in l. quoniam contra n. 37. de prob. & ibi Fel. num. 53. & Can. per l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de procur. & notata per Bart. in l. licet ſub n. 6. C. de procur. glo. in c. 1. in verb. abſentia de elect. in 6. & ibi Can.* Si vero nunquam fuit cogitatum neque diſputatum de iuriſdictione, tunc quandocunque opponi poteſt, *Bart. in d. l. licet ſub n. 6. & ibi DD.* Idem obtinet in omnibus exceptionibus dilatorijs, vt defectus mandati, non legitimæ perſonæ ſtandi in iudicio &c. per quas contenditur retro nullum fuiſſe iudicium, *gloſſ. in d. l. licet in verb. inueniatur & ibi DD.* litis conteſtatio † non requiritur in cau- 6
ſis ſpiritualibus, quando agitur ſuper beneficijs eccleſiaſticis, quibuſcunque, decimis, matrimonijs, vſuris, vel dictas cauſas quoquo modo tangentibus, electionibus, & prouiſionibus eccleſiarum, *Clem. diſpendioſam de iud. iuncta clem. ſæpe contingit de verb. ſignif. Pan. in c. 1 nu. 19. in fine & nu. 20. in poſſeſſorijs, c. quia Præſulatus & ibi gloſſ. 1. 1. quæſt. 4. Pan. in d. c. 1. n. 2. hoc tit. licet idem Pan. aliter ſentiat in c. conſultationibus ſub n. 9. de off. deleg.* In cauſis inſtrumentorum confeſſionatorum; ipſa productio cum petitione executionis habet vim litis conteſtationis; *Bald. in l. ſi quis la 3. n. 1. ff. de ſolut.* in cæteris ſummarijs terminus ad libellandũ non inducit effectum litis conteſtationis, ſed debet eſſe talis actus, qui in plenarijs iudiciis fieri non poteſt, niſi lis foret conteſtata, *gloſſ. fin. in c. ex parte Decani circa med. de reſcript. l. quoniam contra de procur. l. nulla C. eod. Creſc. deciſ 4. eod. tit.* In cauſa appellationis ex citatione appellati fit litis cõteſtatio, *c. Raynaldus verſ. dilectus & ibi DD. de teſta. addit. ad deciſ. 3. in lit. ff. de appella. in nou. circa med.* Quando appellatum fuit à ſententia definitiua, ſed quando appellatum fuit à ſententia interlocutoria, an tunc & an in cauſa nullitatis litis conteſtatio fieri debeat, *vide Gail. obſ. 76. & 77. lib. 1.* terminus † ad proponendum omnes exceptio- 7
nes dilatorias habet vim litis conteſtationis, *Pan. in c. paſtoralis num. 30. de except.*

Vt lite non conteſtata non procedatur ad receptionem teſtium, vel ad diffinitiuam ſententiam.

Titulus VI.

SVMMARIA.

1 *Tituli huius regula procedit quando lite nondum conteſtata reus eſt contumax.*

2 *Recipit*

Digitized by Google

2 *Recipit multas fallentias primo ex parte rei poſſunt recipi teſtes, & publicari ante litem conteſtatam, etiamſi non dubitetur de morte aut abſentia teſtium.*

3 *Idem obtinet in actore, quando ipſe non poſſet agere nec litem conteſtari, niſi dicta teſtium eſſent ſibi nota.*

4 *Secundo, fallit in actore contumace lite non conteſtata, quia reo inſtante, præmiſſa actoris citatione & denunciationibus ad domum eius factis, inducti à reo teſtes recipiuntur, & fertur definitiua.*

5 *Tertio recipiuntur teſtes ex parte actoris ſuper debito in diem, vel ſub Conditione, cum deletum eſt Chyrographum, aut amiſſum.*

6 *Quarto ſuper emergenti ante litem conteſtatam.*

7 *Quinto quando agitur conditione ex l. diffamari.*

8 *Præterea reus moleſtari timens, poteſt implorare officium iudicis ſui, at petere declarari ſibi exceptionem competere,*

9 *Sexto quando timetur de morte aut diuturna abſentia teſtium, ſiue reus ſit contumax, ſiue etiam abſens abſque malitia vt Conueniri non poßit, poßunt, inſtante actore lite non Conteſtata, teſtes recipi coram iudice rei.*

10 *Septimo quando proceditur per inquiſitionem.*

11 *Octauo, quando ſuper fœdere matrimonij ſpiritualis, vel copula maritali, contractis vel contrahendis quæſtio mouetur, contra reum contumacem lite non conteſtata teſtes admittuntur.*

12 *Nono quando quis eſt in poſſeßione alicuius iuris, & ſubueretur, ne alius ipſi in poſterum quæſtionem moueat, tunc ipſius teſtes ſtatim recipiuntur citato aduerſario & publicantur.*

13 *Lite non conteſtata contra reum contumacem, diuerſimode proceditur, in actione reali ſi reus nomine ſuo poßidet, mittitur actor in poſſeßionem rei petitæ.*

14 *Si alieno nomine poßidet, ſtatim ante litem conteſtatam, in iudicio debet nominare dominum.*

15 *In actione perſonali relinquitur arbitrio iudicis, vt vel actorem mittat in poſſeßionem mobilium vel immobilium ipſius rei Contumacis pro menſura debiti, vel in contumacem ſententiam excommunicationis proferat.*

16 *In cauſis, in quibus non habet locum mißio procedendum eſt ad excommunicationem iure decretalium, ex Conſtitutione vero Concilij Tridentini cenſuræ ſunt mere ſubſidiariæ & proceditur per mulctas pecuniarias, captionem pignorum, diſtrictionem perſonarum.*

17 *In Cauſis criminalibus ciuiliter intentatis, habet locum mißio.*

18 *Criminaliter intentatis, ſi crimen eſt graue annotantur bona, vbi imponitur pœna relegationis vel minor, proceditur ad definitiuam lite non conteſtata.*

19 *In criminalibus quoque vbi executio realis vel perſonalis fieri poteſt, à cenſuris eccleſiaſticis eſt abſtinendum.*

TESTES debent recipi in iudicio, & ante litem
conteſtatam non eſt iudicium, *Auth. de litig §.*
omnem & alijs iuribus ſupra proximo titulo allegatis.
ideo ſubijcit regulam negatiuam, vt lite nõ con-
teſtata &c. quæ procedit † quando lite nondum 1
conteſtata, reus eſt contumax, *c. 1. 2. & 3. hoc titul.*
gloß. fin. in c. conſultationibus de offic. deleg. Dicitur
cõtumax, qui peremptoria citatione recepta ve-
nire contemnit, ſeu qui malitioſe ſeipſum occul-
tat, aut impedit ne poſſit citatio ad ipſum perue-
nire, *c. quoniam § porro & ibi gloſſ. in verb. peremptoria & gloſſ. ſeq. hoc tit. & ibi Can. l. contumacia cum*
ibi notatis ff. de reg. iur. cap. 1. in fine de alienat. iud. mu-
tandi cauſa facta c. cauſam quæ de dol. & contumac.
quique poſt citationis edictum ad loca remota
ſe transferens, procuratorem legitimum non di-
miſit, & denunciatione publice facta domi, non
apparet, qui defendat eundem, *c. fin. de eo qui mitt.*
in poſſeſ. cauſ. 201. ſeru. & ibi gl. fin. & Can. c. cau-
ſam quæ de dol. & contum. Hoſt. in d. c. quoniam n. 15.
in verb. conuenire plures alios modos contumaciæ aſſi-
gnat. Recipit rubrica † multas fallentias. 1. ex par- 2
te rei poſſunt recipi teſtes etiam ante litẽ inchoa-
tam, & publicari denunciato aduerſario, eiuſve
hæredibus, etiamſi non dubitetur de morte aut
diuturna abſentia teſtium, *Bart. in l. in l. aquilia ſi*
deletum poſt numer. 1. verſ. ſecundo caſu ff. ad leg aquil.
Bartol. in auth. ſed etſi quis ab aliquo C. de teſtib. Gail.
obſ. 92. n. 3. & 8. lib. 1. Mynſ. obſ 72. cent. 4. quia non
eſt in rei poteſtate, quando conueniatur: *c. ſignifi-*
cauit & ibi gloſs. 1. d. auth. ſed & ſi quis c. cum dilecta
de conf. vti. vel inut. l. fin. C. de vſur. pupill. &c. Idem
obtinet † in actore, quando ipſe non poſſet age- 3
re, nec litem conteſtari, niſi dicta teſtium eſſent
ſibi nota, quia tunc etiam poteſt petere, teſtes ex-
aminari & publicari ante litem conteſtatam; vt
dictũ eſt mihi, quod ſim hæres inſtitutus à Sem-

 pronio,

Digitized by Google

promiſſo, & ego non poſſum adire hæreditatem, niſi ſim certus de iuribus teſtamenti, de quo non poſſum eſſe certus, niſi per depoſitionẽ teſtium, vnde cum antea non poſſit agi petitione hæreditatis, merito poſſum petere examinari teſtes & publicari ſicut ex parte rei, *l. publicati C. de teſtam. l. 2. & ibi not. ff. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. Bart. in d. l. in l. aquilia ſi deletum circa finem Mynſing. d. obſ 72. cent. 4.*
4 Secundo actore † contumace, lite non conteſtata, caſſatur citatio facta de reo, eo ipſo, quod actor non reperitur in die termini, ſed refectis expenſis poteſt citare reum ſuper eodem libello, *l. & poſt edictum §. 1. ff de iud.* vel legitime tribus edictis, & quarto ex ſuperabũdanti, citato actore datur reo abſolutoria ab obſeruatione iudicij, *l ſi præſes C. quomodo & quando iudex &c. Innoc. in c. conſuluit de offic. deleg. Rot. diuerſ. 3. de dol. & contum. in nou.* niſi actor promiſiſſet exercere litem, iuxta auth. offeratur C. de litis conteſt. quia tunc abſque noua actoris citatione ſufficit eum expectare per decem dies, quibus elapſis reus abſoluitur ab inſtantia iudicij, *Auth. quod fieri C. de dilat.* ſed actor poteſt inchoare nouam inſtantiam, ideoque reus quandoque petit pronunciari definitiue, & reo inſtante, præmiſſa legitima actoris citatione, & denunciationibus ad domum eius miſſis, inducti à reo teſtes recipiuntur, & fertur definitiua, *c. cauſam quæ de dol. & contum. & ibi gloſſ. pen. auth. qui ſemel C. quomodo & quando ind & ibi Bart.* Iure ciuili actor contumax reo poſtulante tribus edictis citatur, per interualla triginta dierum, quod ſi vocatus litem detrectet, ei annus indulgetur; quo elapſo iudex abſque alia actoris citatione auditis allegationibus rei, & perquiſita veritate, requirendo amicos, & notos actoris abſentis per proclama generale, an quispiam velit eum defendere, *l. hac autem §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eatur.* pronunciat definitiue, *auth. qui ſemel & ibi Bart. ſub nu. 3.* Ius canonicum non videtur requirere dictas dilationes, de quibus, *in d. c. cauſam quæ de dolo & contumacia.* nulla fit mentio, & quæ de conſuetudine non ſeruantur in foro eccleſiaſtico, *Pan. in d. c. cauſam quæ poſt Butr. n. 15. in fine*, neque etiam requiſitionem amicorum & notorum ipſius actoris, quia actor eſt in culpa recedendo, & non dimittendo procuratorem, & ideo non debet ſeruari hæc æquitas contra eum, *Pan. in d. c. cauſam n. 14.* Ratio quare in abſentia actoris contumacis recipiuntur teſtes lite non conteſtata, & non in abſentia rei contumacis eſt, quia maior eſt contumacia actoris quam rei, nam fuit in principio in poteſtate actoris non agere, & non ipſius rei, ideoque magis præſumitur contra actorem contumacem, qui reum prouocauit, & poſtea non comparet, quam contra reum, qui prouocatus venit, ne ſit in poteſtate actoris, cum voluerit, reum vexare, *l. pure §. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* Tertio † poſſunt recipi teſtes ex parte acto- 5
ris, & ferri pro eodem condemnatoria ſuper debito in diem, vel ſub conditione, cuius deletum ſit chyrographum aut amiſſum, dubitaturque de morte teſtium vel abſentia, qui promiſſioni interfuerunt ante euentum diei vel cõditionis; ſed condemnationis exactio tunc competit, cum conditio extiterit, aut dies venerit, eiſque deficientibus euaneſcit condemnatio: *l. in aquiliam ſi deletum ff. ad l. aquil.* de debito in diem, vel ſub conditione debet probari plene; ſummàtim examinatur an teſtes debeant recipi lite non conteſtata; *gloſſ. in verb. qui in d. l. in l. aquilia ſi deletum & ibi DD.* Quod dubitatur de morte vel abſentia diuturna teſtium, non debet probari, nec exigitur ſemiplena probatio, ſed ſufficit ſuſpicio, *Bart. in d. l. in l. aquilia ſi deletum n. 1.* ſuper quo iudex primo fert interlocutoriam, pronunciando teſtes valetudinarios vel abfuturos; & ideo ad eorum examen poſſe procedi, *Barto. poſt gl ſing. in d. l. in l. aquilia ſi deletum ante num. 1. verſic. quæro quid faciat iudex.* Quarto ſuper † emergenti ante litem conteſtatã & ſuper exceptione declinatoria, *l. pen. &* 6
fin. C. de except. c. exceptionem & ibi gl. in verb. dilatorijs eod. c. quoniam contra & ibi gloſ. in verb. recuſationes & verb. exceptiones de probat. Quinto † quando 7
agitur condictione *ex l. diffamari C. de ingen. manum.* fertur ſententia definitiua lite non conteſtata, *Pan. in c. accepimus n. 3. in fine princ. de fid. inſtrum. & ibi Fel. num. 6. & ſeqq. & Can. Mynſ. obſ. 81. cent. 5.* nam cauſa cognita in ciuilibus & criminalibus actori & accuſatori ad agendum poteſt limitari tempus, ita quod de cætero non audiantur, *Bart. in l. Titia n. 8. ff. de accuſ. Innoc. in c. conquerente ſub n. 1. & 2. de offi. ordin.* & reo aſſignari tempus certum à iudice ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias, *c. paſtoralis de except.* Quia per ius nonnunquam malitioſe cauſarum terminatio prorogatur, ac etiam ad opponendum omnes ſuas exceptiones peremptorias ſubſiſtente iuſta cauſa,

Digitized by Google

cauſa, *Pan. in d. c. paſtoralis nu. 9. de except. & ibi Fel. num. 5. & Can. Bart. in l. 2. ſub n. 4. & num. ſeqq. ff. de*
8 *re ind. vbi plures cauſas enumerat.* Præterea † reus moleſtari timens, ſi actor agere differat habet aliud remedium, nempe vt imploret officium Iudicis, coram quo poteſt conueniri, petatque declarari ſibi exceptionem competere & certum præfigi actori terminum ad agendum idque eo non faciente perpetuum ſilentium imponi, *l. ſi contendat & ibi Bart. Paul. de Caſtro & DD. ff. de fideiuſſorib. Pan. in c. ſi quis contra clericum ſub n. 2 foro compet. Mynſ. obſ. 72. verſ. habet cent. 4.* Differt autem *à l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ.* quia in l. ſi contendat cogitur actor ſtatim agere alias Iudicium ſuper exceptione procedit eique imponitur ſilentium, in conditione vero ex l. diffamari cogitur actor in conſtituto tẽpore agere quo elapſo demum imponitur ſilentium, *Mynſ. d. obſ.*
9 *72. in fin. cent. 4.* Quando timetur † de morte, aut diuturna abſentia teſtium, ſiue reus ſit contumax, ſiue etiam abſens abſque malitia, vt conueniri non poſſit, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, *c. quoniam in princ. hoc tit. c. cum olim de teſtib. Gail. obſ. 92. 93. & 94. libr. 1.* aut ſi timetur ſubornatio teſtium, & quod propter moram vacient fidem ſuam, *d. cap. quoniam in princ. & ibi gl. in verb. ſubtrahatur, & ibi Pan. n. 6. l. 3 §. dua ff. d. Carb. edict.* aut ſi periculum obliuionis imminet, *arg. l. hac conſultiſſim. c §. at cũ humana C. qui teſtam. fac. poſſ. l. peregre ff. de acquir. poſſeſſ. Anch. in d. c. quoniam n. 6.* poſſunt inſtante actore teſtes recipi lite non conteſtata, in cauſa ciuili, non criminali, *gl. in d. c. quoniam in verb. ciuiliter approbata per Pan. n. 3. & 5.* Coram iudice rei, non actoris, vt eadem ſit ratio de toto iudicio ad partem, *Anch. in d. c. quoniam poſt n. 7.* ſed differtur publicatio poſt litem conteſtatam, *Bart. in d. l. in l. aquilia ſi deletum n. 1. verſ. 1. caſu,* & tenetur actor intra annum conuenire aduerſarium, ex quo cõueniri poterit; vel ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium illi denunciare, alias atteſtationes receptæ non valent (non ipſo iure ſed ope exceptionis) *Pan. in d. c. quoniam ſub n. 10. & ibi Can.* illi, qui induxit teſtes, ſed aduerſario valebunt, quia in eo qui teſtes induxit, & non conuenit, vel denunciauit intra annum, præſumptione iuris & de iure præſumitur fraus, quod hoc procuret vt proceſſu temporis exceptiones legitimę ad repellendos teſtes, vel aliæ locum non habeant, is vero contra quem inducti ſunt, non deliquit; *d. c. quoniam & ibi gl. in verb. non valeant & in verb. in fraudem & ibi Can.* niſi depoſitiones teſtium contineant vnum articulum inſeparabilem facientem pro vtraque parte, quem non poteſt recipere pro ſe, quin recipiat contra ſe, quia cum ſit vnicum factum, diuidi non poteſt, *Pan. in d. c. quoniam n. xj.* Anchar. *in d. c. quoniam. in fine princ.* tenet depoſitiones teſtium, poſt annum, non facta conuentione aut denunciatione, indiſtincte non valere, quoad ambos, vt ſeruetur in iudicijs æqualitas; *in fin. de fruct. & lit. expenſ.* quod ſi reus reperiatur & conueniri poſſit, tunc ad huiuſmodi receptionem eſt citandus, ſicut in alijs caſibus, cum ordinarie proceditur, *c. in nomine de teſtib. Anch. in d. c. quoniam ſub n. 6. Pan. ſub nu. 2. & DD. communiter.* nunciatio enim aut conuentio infra annum, quæ ad efficaciam receptionis exiguntur, operantur, quod ſine aliqua rei contumacis aut abſentis, vt conueniri non poſſit, citatione poſſunt teſtes recipi, vt dictum eſt, primo quando † proceditur 10
per inquiſitionem *c. veritatis de dol. & contum.* & alijs caſibus notatis in gloſſ. 2. *in d. c. quoniam.* & ibi Pan. *ſub n. 3. & per gl. 1. 3. quæſt. 9. verſ. nam ante litem conteſtatam & ibi Can.* qui ſuis locis annotabuntur, Octauo, quãdo ſuper electione alicuius prę-
lati, ſiue cuiuslibet clerici, aut de fœdere † ma- 11
trimonij ſpiritualis, vel copula maritali contractis, vel contrahendis, *Ioan. Andr. in c. quoniam nu. 49. hoc tit. & ibi Hoſt. gloſſ. in d. c. quoniam § porro in verb. copula.* quæſtio mouetur, ne propter longam moram eccleſia patiatur læſionem, aut viro aut mulieri fornicationis præbeatur occaſio, contra reum contumacem lite non conteſtata teſtes admittuntur, & proceditur ad definitiuam; *d. cap. quoniam §. porro & ibi glo. 1. & 2. hoc tit. c. 1. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſer. in 6.* Si aliter quam per contumaciam abſens fuerit, in ſpirituali matrimonio contracto ſeruantur canones antiqui, *d. §. porro verſ. ſi vero aliter & ibi gl. in verb. canonibus,* innouati per Concilium Trid. *c. 1. §. ſi quis ſeſſ. 6. c. 1. ſeſſ. 23. c. epiſcopis ſeſſ. 6. cap. cum dignitates §. præterea ſeſſ. 24.* in contrahendo, is qui in prælatum electus eſt, per ſpacium ſex mẽſium expectatur niſi penſatis negocij circumſtantijs per ſuperioris prouidentiam magis vel minus fuerit expectandus, *d. §. porro verſ. quod ſi forſan.* vel potius ſeruanda eſt diſpoſitio *c. quam ſit & c. cupientes de elect. in 6.* vbi lapſo termino priuatur ipſo iure: clerico cui abſenti

Digitized by Google

ſenri epiſcopus contulit beneficium, notificata ſibi collatione poteſt competentem ad conſentiendum terminum aſſignare, eoque lapſo clericus non eſt ipſo iure priuatus, imo re integra poteſt conſentire, & epiſcopus libere, cui viderit expedire, conferre; *c. ſi tibi abſenti & ibi glo. in verb. terminum & Can. de prab. in 6.* Si de carnali coniugio contracto agatur, tamdiu alteruter cõiugum expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur, *d. §. porro verſ. ſi autem de carnali &c. & ibi gloſ. & Can.* Quia in coniugio multi occurrunt caſus, in quibus coniuges ſine culpa ſed non ſine cauſa continere coguntur; in contrahendo ſerua diſpoſitionem *c. de illis de ſponſal.* quando nõ negatur fœdus matrimonij ſpiritualis, aut carnalis, ſed petitur Prælatus deponi propter crimen, aut agitur de adulterio ad ſeparationem thori, quantumcunque Conuentus ſit contumax, non debent recipi teſtes ſuper crimine, nec ferri ſententia ante litem conteſtatam, *Ioan. And. in c. quoniam n. 49 hoc tit. poſt Hoſt. & Innoc. c. 1. hoc tit. c. diſcretionem §. fin. de eo qui duxit in mat. quam polluit per adult.*

12 Nono quando † quis eſt in poſſeſſione alicuius iuris quod dicit ſuũ & ſubueretur ne mortuis his qui huius iuris veritatem norunt alius ipſi inpoſterum quęſtionem moueat, tunc teſtes ipſius ſtatim recipiuntur citato aduerſario & publicantur perpetuo valituri, *c. ſignificauit de teſtibus Mynſ. obſ. 71. cent. qui tradit differentias interdictum c. ſignificauit & d. c. quoniam contra §. ſunt & alij.* Ratio eſt quia id quod poſſidet vendicare non poteſt, *c. examinata de iudic.* nec alium ad agendum pro ſuo arbitrio agere poteſt, *tot. tit. C. vt nemo inuitus &c.* In alijs caſibus contra reum con-
13 tumacem lite † non conteſtata diuerſimode proceditur, In actione reali, ſi reus nomine ſuo poſſidet, mittitur actor in poſſeſſionem rei petita Cauſa cuſtodiæ, vt tædio affectus reus veniat reſponſurus, qui ſi intra annum venerit præſtita cautione, iudicio ſiſti, & refuſis expenſis, recuperat poſſeſſionem cum fructibus, deductis expenſis poſt annum iſtis non ſeruatis actor verus conſtituitur poſſeſſor; ſuper proprietate duntaxat reo actione reſeruata, *d. c. quoniam §. in alijs & ibi gloſ. & Can gloſſ. fin. in l. cum proponas C. de bon. auct. iud poſſid. & ibi DD.* ſi rem immobilem poſſidet a-
14 lieno † nomine, ſtatim ante litem conteſtatam, quia eſt exceptio declinatoria, in iudicio debet dominum nominare, ſiue conueniatur actione reali, mixta, ſiue interdicto, aut perſonali in rem ſcripta, & iudex ſtatuet ipſi terminum infra quẽ dominum producat; qui ſi poſt tempus indultum non comparuerit, tanquam lite, ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrumpendam præſcriptionem longi temporis conteſtata, iudex dominum poſſeſſionis tribus edictis citat, ipſoq; in eadem voluntate manente negocium ſummatim examinans, actorem, præſtito ab eo iuramento calumniæ, & facta ſemiplena probatione de ſuo iure, in veram poſſeſſionem rerum mittit, reſeruata abſenti omni allegatione ſuper proprietate, quia maior eſt contumacia domini, qui per denunciationem, & plures citationes vocatus venire contempſit, *d. §. in alijs vero verſ. quod ſi ſuper & verſ. ſi q. l. 2. C. vbi in rem act. &c. & ibi Bart. late & DD. gl. 1. in c. edoceri de reſcript. Mynſ. obſ 58. cent. 2. diſtinguens tres caſus & obſ. 24. cent. 3.* quia nominatus etiamſi ſit perſona priuilegiata non poteſt declinare forum, *l. venditor ff. de iud. l. 1. C. vbi in rem actio &c. Mynſ. obſ. 14. cent. 5. qui limitat vno modo,* In actione † perſonali 15
iure decretalium, relinquitur arbitrio iudicis, vt vel actorem mittat in poſſeſſionem mobilium ipſius rei contumacis, vel immobiliũ, ſi forte mobilia non habeat, pro modo ſiue menſura debiti declarati in libello, quam reus poteſt recuperare ſiue veniat infra annum, ſiue poſt annum; data cautione iudicio ſiſti, & refuſis expenſis, *d. §. in alijs vero verſ. fin. & ibi gloſſ. & Can. l. cum proponas C. de bon. auct. iud. poſſid.* ſiue confiteatur debitum ſiue neget, *auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iud. poſſid.* vel in contumacem ſententiam excommunicationis proferat, ita quod alterutra pœna in principio ſit contentus, *d. §. in alijs vero verſ. fin.* Item in cauſis in † quibus non habet locum miſ- 16
ſio in poſſeſſionem, vt in interdicto vti poſſidetis, *Imol. in c. tua verſ. pen. hoc tit.* & in cauſis beneficialibus iure decretalium procedendum erat ad excommunicationem, *d. c. tua hoc tit.* ſuſpenſionem, *c. meritatis de dol. & contum. c. ſane el. 2. de offic. deleg.* vel interdictum, *d. c. ſane c. P. & G. de off. deleg. c. ex reſcripto de iureiur.* ex conſtitutione Concilij Tridentini contra contumacem non proceditur per cenſuras, quam diu extant alia remedia, ſed cenſuræ ſunt merę ſubſidiariæ, nam concilium Tridentinum in cauſis iudicialibus mandat omnibus iudicibus eccleſiaſticis, vt quandocunque

executio

Digitized by Google

executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij, propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant, tam in procedendo, quam definiendo à cenſuris eccleſiaſticis, & permittit eis, in cauſis ciuilibus ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcunq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus aſſignuntur, ſeu per captionem pignorum, perſonarum diſtrictionem, per ſuos proprios vel alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere; quod ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos fieri non poterit, ſitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, præter alias pœnas, ferire concedit, *c.3.§.in cauſis ſeß.* 25. In cauſis criminali-
17 bus † ciuiliter intentatis habet locum miſſio, *Imol.poſt Butr.in c.tua num.2.hoc tit.* quia in talibus procedi poteſt more aliarum ciuilium, *l.abſentem*
18 *ff.de pœn.*criminaliter † intentatis, non habet locum miſſio; ſi crimen eſt graue bona annotantur, *l.1. & 2 ff.de requir.reu & c.* vbi imponitur pœna infamiæ, relegationis, vel minor, proceditur ad definitiuam, etiam lite non conteſtata, *d.l.abſentem & ibi gloſſ. in verbo iudiciorum & Bart. nu.* 2.
19 in quibus etiam † vbi executio realis vel perſonalis fieri poterit, eſt à cenſuris eccleſiaſticis abſtinendum, ſed ſi d. executioni facile locus eſſe non poterit, licebit iudici ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi delicti qualitas, præcedente ſaltem bina monitione, etiam per edictum, id poſtulat. *d.c.3.§. in cauſis quoque criminalibus ſeß.25.*

De iuramento Calumniæ.

Titulus VII.

SVMMARIA.

1 *Calumniæ iuramentum tacite remitti poteſt, expreſſe non poteſt remitti.*
2 *Semel tantum præſtatur in qualibet cauſa, & ante ſententiam.*
3 *De Calumnia & veritate dicenda iuratur in Cauſis ſpiritualibus, quaſi ſpirituali & à prælato in cauſa eccleſiæ propria.*
4 *Malitiæ iuramentum iudex exigit, quoties viderit expedire & ante & poſt litem conteſtatam.*
Summa in Decretales.
5 *Calumniæ iuramentum qui præſtare cogantur.*
6 *Calumniæ iuramentum non præſtant fiſcalis, & quando contentio eſt de feudo nec dominus, nec vaſallus.*
7 *Calumniæ iuramentum recuſantis pœna eſt vt actor ab inſtituta actione cadat, reus habeatur pro cõfeſſo ſuper intentatis principaliter, cum ſuis qualitatibus, ſi confeßio ſibi nocet, alias habetur pro negante.*
8 *De malitia non iurantis pœna.*

Libello dato, facta reconuentione, lite conteſtata, iuratur de calumnia iure ciuili, *l.2.C. hoc tit.* iure canonico in qualibet parte iudicij, cum huiuſmodi iuramenta præſtari ab initio de ſubſtantia ordinis iudiciarij non exiſtat, *c.1.hoc tit.in 6.* ideo poſt præcedentes rubricas ſubnectit hanc de iuramento calumniæ: de quo tractatur, *Inſtit.tit.de pœna temere litigantium lib.* 4. Propter omiſſum tacite, hoc iuramentum † proceſſus 1
non eſt nullus, aut annullandus, niſi fuerit exactum, *Clem.ſæpe de verbo ſignif. c.1 §.1. & ibi gl.in verbo annulandus hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. Rot. deciſ.2.hoc tit.in antiq. Put.deciſ.*388 *lib.2.Greg.* xv. *deciſ.*209.*n.*3. *& ſeq. Gail. obſ* 84.*cum 2.ſeqq. lib.*1. & hæc petitio in quolibet actu eſt repetenda, *arg.eorum quæ tradit Alex.in l. non ſolum §.morte n.xj.& 12 ff.de nou.oper.nunciat.& ibi DD.Put.deciſ.* 213.*lib.2. Greg. XV. deciſ* 157. *& ibi annot.Rot.deciſ.* 688.*n 3 part.1.diuerſ.*expreſſe remitti non poteſt, *l.2.§.ſed quia C.de iuram.propter calum.dando gl.in c.* 1.§.1. *in verbo tacite hoc tit. in 6.& ibi Can.* Semel tantum † præſtatur, *auth. hoc ſacramentum C.hoc* 2
tit.gloſſ.fin.in c.2.de prob. Greg. xv. *deciſ.*157.*n.*1.*& ibi annot.*in qualibet cauſa, *c.1 hoc tit.* etiam ſummaria, *d.Clem.ſæpe c.cæterum hoc tit. com.in memor. in verbo iuramento calumniæ.*criminali, *Pan.in d.c.*1. *num.*12.*& ſeq.hoc tit.* ac in cauſa appellationis *c.in appellationis hoc tit. in 6.* debet præſtari ante ſententiam, & non poſtea, quia reſpicit præſentia, & futura, non præterita, *Cynn.in l.2.n.xj. C.de iuram. propt.cal.dand.* In cauſis † ſpiritualibus ſimul iura- 3
tur de calumnia, & veritate dicenda, *c.1.§.fin.hoc tit.in 6.* item in quaſi ſpirituali, vt vſuratum, præſtatur iuramentum de veritate dicenda, nec non à prælato in cauſa eccleſiæ propriæ, quando de facto agitur, *c.ex literis & ibi gl.1. & fin.de iureiur. & Can.*licet iura decretalium in hiſce cauſis iuramentum calumniæ nulli prorſus indicant, *c.lite-*

Digitized by Google

ras hoc tit. prætereа iure canonico poſt præſtitum de calumnia, aut veritate dicenda iuramentum,
4 poteſt iudex à partibus exigere † iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire, & ante & poſt litem conteſtatã; vt cum iudex ſuſpicatur, quod malitioſe proponatur exceptio, *c. literas §. nos autem circa finem de reſtit. ſpoliat.* petatur dilatio, *d. c. in appellationis §. fin. c. præſentium & ibi gl. in verb. iuramento de teſtib.* & ſic tria iure canonico præſtantur iuramenta, calumniæ, de veritate dicenda, & malitiæ, *ex ſupradictis.*

5 Præſtant † hoc iuramentum principales perſonæ, *auth. principales perſonæ C. hoc tit.* eorum hæredes & ſucceſſores, *d. auth. principales l. qui bona §. ſi quis ff. de damn. inf. c. 2. § 1. & ibi gl. in verb. iuramentum Franc. & Can. de iuram. cal. in 6.* clerici in eorum cauſis proprijs, *c. cæterum hoc tit. gloſſ. fin. in c. pen. 22 quæſt. 5. & ibi Can* epiſcopus in cauſa propria, ſi per ſeipſum eligit litigare propoſitis, non tamen tactis euangelijs; ſi vero per actorem aut ſyndicum, per hunc præſtandum erit. *c. fin. hoc tit.* Quando propriam eccleſiç ſuæ cauſam peragunt epiſcopus inconſulto Romano pontifice, quique clericus inconſulto ſuo prælato, hoc iuramentum præſtare non debent; ſed poſſunt procuratoribus committere præſtandum. *c. 1. hoc tit.* Vniuerſitas, niſi releuet ſe, conſtituendo ſyndicum vel procuratorem, *c. imperatorum & c pen. hoc tit.* qui iurant in animam propriam, ſi cauſam omnino non neſciant. *c. in pertractandis hoc tit.* aliter enim anceps ſubirent periurium. *l. videamus ff. de in lit. iur.* Tutores quoque & curatores, & alij legitimi adminiſtratores iurant in animam propriam. *l. 2. §. quod obſeruari C. hoc tit.* Procurator iurat, ſi ſpeciale habeat mandatum, in animam domini conſtituentis, *c. in pertractandis & ibi gloſſ. fin. hoc tit. c. fin. eod. in 6. Gaill. obſ. 83. & obſ. 88. cum 2. ſeqq. li. 1. Greg. xv. deciſ. 282. in princ.* & in animam propriam, quo caſu non requiritur ſpeciale mandatum, etiamſi ſit conſtitutus poſt præſtitum hoc à principali iuramentum, & à domino, quid ponere & reſpondere debeat, ſit inſtructus: *c. 2. §. 1. & ibi gl. in verb. ab ipſis hoc tit. in 6.* quare iudex in delatione huius iuramenti debet inſpicere cauſç priuilegium, & perſonarum qualitates, & illud mandare præſtari, quandoque per ipſos principales, quandoque per procuratores. *d. c. in pertractandis.*
6 Fiſcalis † non iurat de Calumnia, *Fr. Luca: de fiſco & eius priuileg. 79. Myn. obſ. 74. cent. 1.* & quando contentio eſt inter Dominum & Vaſallum de feudo, Vaſallus non poteſt à Domino exigere Iuramentum Calumniæ, nec Dominus à Vaſallo, *§. penult. de Conſuetud. recti feudi & ibi Bald. & DD.* Pœna † recuſantis hoc iuramentum, 7
cum præſtandum fuerit, eſt, vt actor ab inſtituta actione cadat, reus autem haberi debeat pro cõfeſſo, *d. c. imperatorum c. fin. §. fin. hoc tit.* ſuper intentatis principaliter cum eorum qualitatibus; *l. 2. in princ. verſ. diuus ff. de iur. fiſci Bald. in l. 2. §. quod ſi actor in fine C. hoc tit.* ſi confeſſio ſibi nocet, alias habetur pro negante, *Bald. in d. §. quod ſi actor nu. 3. l. non alienum l. de ætate §. 1. & ſeqq. ff. de interrog. act. gloſſ. pen. in c. 2. de confeſſ. in 6. & ibi Can.* non ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis: quia iudex procedit contra actorem abſoluendo reum, & eodem modo condemnat reum actori, etiamſi actor nihil probauerit; *auth. principales perſonæ in fine C. hoc tit.* & poteſt contumacia purgari per recuſantem, præſtando hoc iuramentum vſque ad ſententiam iudicis condemnatoriam, ſeu declaratoriam: *Pan. in d. c. fin. num. 19. & ſeqq. hoc tit.* & non tranſit ad hæredem, quando recuſans moritur ante ſententiam declaratoriam. *l. eius qui delatorem & ibi Bart. nu. 1. ff. de iur. fiſci Gail. obſ. 86. li. 1. num. 6. & ſeqq.* Limita primo, quia in criminalibus ex ſola contumacia accuſatus non habetur pro confeſſo. *l. Diuus verſ. ſic & diuus pius ff. de cuſt. & exhib. reor. l. 2. in princ. C. de ijs qui latro. vel al. iu crimin. & c. Bart. in l. abſentem num. 3. ff. de pœn. Bald. in l. 1. num. 10. C. quomod. & quando iud. & c. Bald. in l. 2. § quod ſi actor num. 4. C. hoc tit. l. 1. C. de rapt. virg.* Limita ſecundo quando nolens iurare iam perfecte probauiſſet, *Bald. in c. 2. nu. 7. in fine de prob. per illum text. Iaſ. in l. admonendi ff. de iureiur. n. 84.* De pœna † non iurantis de malitia vide Gaill. 8
obſ. 87. lib. 1.

De dilationibus.

Titulus VIII.

SVMMARIA.

1 *Dilatio datur vocato ad iudicium extra ordinarium per reſcriptum, ad impugnanda precum mendacia, quæ impetranti denegatur.*

2 *Vocatoria ſeu exſpectatoria datur citato ad litis ingreſſum & iudicij ordinationem.*

3 *Delibe-*

3 *Deliberatoria non datur actori, ſed vocato ad iudicium in Cauſa Ciuili.*
4 *In Cauſa criminali non datur dilatio deliberatoria.*
5 *Reſtitutoria dilationes habent locum ante vocationem in ius, danturque exſpoliatis tam in Cauſa ciuili quam in criminali.*
6 *Probatoria dilatio datur actori & reo gratia inſtrumentorum & perſonarum ad veritatis indagationem.*
7 *In cauſis pecuniarijs non datur niſi ſemel, & ex Cauſa impedimenti in prima datur ſecunda.*
8 *In criminalibus dua actori & tres dilationes dantur reo, & vlteriores ex Cauſa impedimenti quod fuit in primis.*
9 *Dilatio quædam datur ad executionem rei iudicatæ, condemnato in cauſa perſonali datur quadrimeſtre.*
10 *In actione reali ſtatim fit executio.*
11 *In cauſa criminali dilatio non datur.*
12 *Dilationes conceduntur citato aduerſario, & Cauſa cognita.*
13 *Circa dilationem primam probatoriam leuis adhibetur cauſæ cognitio.*
14 *In ſecunda dilatione danda, adhibenda eſt cognitio plenaria à conſidente iudice.*
15 *Idem iuris eſt in duabus actori, & tribus reo & vlterioribus dilationibus dandis in cauſa criminali.*
16 *Exſpectatoria dilatio non intelligitur peremptoria niſi dicatur, vel niſi tertia emanauerit dilatio.*
17 *Probatoria dilatio etiam prima eſt peremptoria. Requiſitio extraiudicialis quæ fit à parte parti, ſufficit vnica, & intelligitur peremptoria.*
18 *Dilationis effectus eſt quod ſiue pars ſiue integra data fuerit dilatio, euſque iudicis officium conquieſcit.*

CITATIONES per edicta emanant, cum interuallo dierum, & libello iudici oblato, ac etiam in progreſſu iudicij ſolent litigantes petere dilationes, de quibus eſt videndum. Decretales huius tituli tantum loquuntur de dilationibus, quæ conceduntur ante litem conteſtatam, nos de eis paulo fuſius tractabimus, quia multiplices ſunt. *c. præterea & ibi gl. in verb. plene hoc tit. gloſſ. in ſumma 3. quæſt. 2. & vtrobique Can.* Quædam eſt
1 dilatio, quæ datur † vocato ad iudicium extraordinarium per reſcriptum, ad impugnanda precum mendacia, & proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quia inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur: & impetranti reſcriptum penitus eſt deneganda. *l. ſi quando & auth. quod fieri C. hoc tit.* Quædam vocatoria † & expectatoria, quæ datur citato ad li- 2
tis ingreſſum, & iudicij ordinationem: *c. 1. hoc tit.* nam reus citandus eſt ad iudicium trib. edictis, *c. de illicita §. de conuentione 24. quæſt. 3. l. ad peremptorium ff. de iud.* per interuallum non minus decem dierum, *l. per interuallum ff. de iud.* hodie triginta dierum, *§. omnem §. & ſi hoc minime auth. de litig. coll. 7.* ſi iudex ter citet, & non apponat hoc aduerbium peremptorie, tamen intelligitur citatus peremptorie: *l. tres denunciationes C. quomod. & quand. Iudex.* poſt peremptorium poteſt iudex adhuc vnum edictum mittere, ſi velit abſenti gratiam facere; *l. & poſt edictum ff. de iud. c. conſuluit de offic. deleg. Rot. deciſ. 3. de dol. & contum. in nou. c. cum olim verſ. volentes de dol. & contum. & ibi gl. in verb. miſericorditer in verb. vt conuincatur.* aut reus citandus vno pro omnibus peremptorio, *l. nonnunquam ff. de iud. l. contumacia ff. de re iud.* quod continere debet tantum temporis quantum tria edicta ſeparata, *auth. qui ſemel C. quom. & quando iud.* vel verius ex cauſa, iudex poterit illud moderari, prout ſibi videbitur expedire, pro conditione temporis, cauſæ, perſonæ: *d. l. nonnunquam ff. de iud. c. cum ſit Romana de appell. gloſſ pen. in ca. 1. hoc tit.* A termino nimis breui & peremptorio poteſt appellari; *c. 1. & c. fin. & ibi Pan. n. 7. hoc tit. l. ſancimus & auth. poſt iuſiurandum c. de iud.* Abſenti citato, ſi poſtea comparuerit, omnis clauditur copia iudiciorum, niſi prius omnia damna reſtituat ex huiuſmodi vitio aduerſarijs ſuis inflicta, ſiue circa ingreſſum litis, ſiue circa honoraria aduocatorum, vel alias cauſas, quæ in iudicio verſantur. *c. inducia §. etatum 3. quæſt. 3. gloſſ. fin. in c. 2. hoc tit. & ibi Pan. nu. 13. Caputaq. deciſ. 263 & 264. part. 1.* Quædam deliberatoria † dicitur, 3
quæ non datur actori, quia inſtructus venire debuit; *Caputaq deciſ. 260. part 1. Caſſad. deciſ. 1. n 4. & ſeqq. hoc tit. arg. l. de ætate §. ex cauſ. ff de interrog. in iure fac. c. cæterum de iuram. cal. l. 1. ff de vent. inſpic. c. paſtoralis & ibi gloſſ. in verbo de nouo de except.* niſi commiſerit cauſam contra reum ſuper vno iure, & pendente lite, reus aliud ius producat: *Caputaq. deciſ. 262. part. 1. Clem. ſæpe de verb. ſignif.* aut tertius admittatur ad cauſam vigore ſpecialis commiſſionis, *Caputaq deciſ. 252. part. 1. l. facta*

 §. ſi ha-

Digitized by Google

§.*ſi hæres el 2.& ibi Bart.& DD.ff.ad Trebell.* Sed datur vocato ad iudicium, eiuſque procuratori generali, non ſpeciali ad iſtam cauſam, *Criſcent.deciſ.3 de dilat.* In cauſa ciuili poſt libellum oblatum conceduntur viginti dies ad deliberandum, an cedat, an contendat, aut iudici alium aſſociari petat, vel recuſet eum, *c.dilectus de procur. Rot. Biſig. deciſ.vnica hoc tit. Caſſad.deciſ.1.in princ.hoc tit.* quæ denegatur reo, ſi per literas citatorias plene potuit inſtrui, *auth.offeratur C de lit.conteſt.d.c. inducia 3.quæſt.3.§.offeratur.* aut ſi actor verbum generale vel ambiguum poſitum in libello declarauerit, ſi per expreſſa potuit deliberare ſuper generalitate vel ambiguitate, *c.præterea hoc tit. & ibi gl.in verbo plene & Can.Mynſ.obſ.* 85.*cent.*5. non datur in cauſis executiuis, & quando partes ſemel habuerunt eam, *c.literatua hoc tit. & ibi Can poſt gloſſ.1.* ceſſionario denegatur, quando cedens dilationem habuit ante ius ceſſum, quia cedens non poſt præiudicare ceſſionario poſt ceſſionem, ſed ante ceſſionem poteſt præiudicare.

4 In cauſa † criminali non datur dilatio deliberatoria, quia reus certus eſſe debet, vtrum velit crimen cõfiteri vel negare, cum ſciat ſe eſſe reum vel non; *gloſ.in ſum 3. quæſt.2. in fine Bald.in d.auth. offeratur nu.13. aſſerens ita ſeruari de facto*, maxime quando copia libelli fuit in citatione inſerta, & reus habuit tantum temporis, quod potuit deliberare tam circa factum principale, quam circa formam libelli, perſonã accuſantis, iudicis, *Pan.*
5 *poſt gl.in c.2.n.9.hoc tit.& ibi Can.* Quædam † ſunt reſtitutoriæ, quæ habẽt locum ante vocationem in ius, danturque ſpoliatis, tam in cauſa ciuili, quam criminali; *c. cum eccleſia & cc.ſeqq.3.quæſt.2* nam in cauſa criminali exſpoliatis poſt integram reſtitutionem anniuerſariæ induciæ, vel ſex menſium indulgendæ ſunt, *c.eiectis 3.quæſt.2.* vel iudici arbitrariæ, *c.quanto c.prius & c.ſi epiſcopus 3.q.2.* antequam illis aliquid à quopiam debeat, vel poſſit obijci, aut ipſi cogantur accuſantium propoſitionibus reſpondere: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis ſe debent opponere, *d. c. cum eccleſia d. c ſi epiſcopus c. oportet 3.q.2.* In cauſa ciuili ſpoliatus, facta reſtitutione, non poteſt conueniri petitorio, niſi tanto tempore ſteterit in pacifica poſſeſſione, quanto tempore permanſit ſpoliator, *d c. quanto & c.tamdiu 3.quæſt. 2. Pan. in d. c. venerabili in gloſ. 1. de offic. deleg. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune n. 49. ff. de acquir. poſſ.* Quædam
eſt † dilatio probatoria, quæ datur actori & reo 6
gratia inſtrumentorum & perſonarum ad veritatis indagationem, nec eſt in poteſtate iudicis dare vel denegare, quia ſecundum aliquos eſt de ſubſtantia iudicij, *fuſe Franc. in d. c. dilecto in 55.qu. nu.253. de appell. Gemin. in ſumma 2.quæſt.1. num. 9.* alijs affirmantibus, quod datio dilationis probatoriæ non ſit de ordine formali iudicij: *Bald. in l.1. n.6. ff. de teſt. Bald. in l. petenda in 3. not. C. de temp.in integ.reſtit. Iaſ.in d. l.in pecuniarijs nu.53.Fel. in c.licet cauſam n.13. & 14. de prob.* moderanda eſt ſecundum locorum diſtantiam, & regulariter † in cau- 7
ſis pecuniarijs non datur niſi ſemel, *l.1.C.hoc tit. d. c.inducia §. ſpacium & ibi gloſſ. in verb. amplius & in verb.quam ſemel*, & ſi iudex daret alteram abſque rationabili cauſa, eſſet ipſo iure nulla, *l. in pecuniarijs & ibi Bart.num.7. Iaſ.nu.23. & ſeqq. & num. 23. ponit regulam & 10.fall.ff. de fer. & dilat.* Ex cauſa impedimenti in prima, datur ſecunda dilatio, *l. in oratione ff.de fer. & dilat.* & in ſucceſſore, cenſetur iuſta cauſa dandæ nouæ dilationis, *d. l. oratione verſ. illud Gail. obſ. 91. nu 17. in fine & num.18. lib.1.* Quia veriſimiliter hæres ſuccedens in ius alterius ignorat modum probãdi, *l. qui in alterius ff. de reg. iur. l. fin. C. ſi pend. appell. mors interuen.* In † cauſis 8
criminalibus in quibus accuſatus morte, exilio ve coercendus eſt, *l. ſed etſi quis ff. ſi quis cautionib. & c.* aut membri abſciſſione, *l. imperium & ibi not. ff. de iuriſd.om. iud.* aut imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, *Iaſ.in d.l. in pecuniarijs num.50. quod Bart.ibidem non probat.* duæ actori, & tres dilationes dantur reo, & vlteriores ex cauſa impedimenti, quod fuit in primis; *d l. in pecuniarijs & ibi Bart.num.11.* & 15. ſunt certi caſus in quibus tempus ad probandum conceſſum ipſo iure nõ currit recenſiti à Mynſ. *obſ.99.cent.3.* Quædam † di- 9
latio datur ad executionem rei iudicatæ, cõdemnato in actione perſonali datur quadrimeſtre, quod à iudice poteſt arctari, & prorogari: *c. quod conſultationem de ſent. & re iud. l. 2. & l. debitoribus ff. de re iud.* in actione reali † ſtatim fit executio, ſi 10
condemnatus poſſit ſtatim rem reſtituere, alioquin datur tempus ad reſtitutionem, ſatiſdato fideiuſſoribus de æſtimatione litis ſi res non reſtituatur: *§. & ſi in rem Inſtit. de offic. iud. gloſſ.fin. circa finem in l. fin. C.de execut. rei iud. & ibi DD.* non datur † in cauſa criminali, quia ibi pœna non differ- 11
tur, *c.ſicut 2. q. 1. l. cum reus C. de pœn.* niſi certis caſibus, *c. cum apud 11. q. 3. & ibi gl.* Dilationes † con- 12
ceduntur,

ceduntur, citato aduerſario, qui ſi negat dati debere, non poſſunt à iudice dari, vel denegari, niſi cauſa cognita, *l. à procedenti C. hoc tit d. l. in pecuniarijs in fine.* etiamſi lis ſit cum fiſco, *l. pen. C. hoc tit.* & agatur de ſtatu, & patrimonio litigantium, *l. fin. C. hoc tit.* Iudex denegans dilationem poteſt ſtatim ad vlteriora procedere, nam procedendo tacite pronunciat dilationem non eſſe dandam, *Bart. in d. l. procedente n.* 4. Conceſſæ ſine cauſæ cognitione, etiamſi ſint probatoriæ, valent, quia eſt interlocutoria, quæ tranſit in iudicatum quoad partem; *Bald. in d l. petendæ ſub nu. 1. C. de temp. in integ. reſtit.* imo probatio facta nulla data dilatione, *l. ſi quando & ibi Bald. num. 2. per illum textum l. cum à nobis & ibi etiam Bald. n. 3. per illum textum C. de dilat. Iaſ. in d. l. in pecuniarijs n.* 52. vel ante terminum aſſignatæ dilationis, vel etiam poſt lapſum dilationis conceſſæ valet, dummodo non fiat poſt terminos iuris, vt teſtium productio poſt publicationem, *Fel. in c. licet cauſam n. 13. & ſeqq. de prob. qui ponit regulam & quinque fallen.* Circa 1. proba-

13 toriam † dilationem, leuis adhibetur cauſæ cognitio, qui fieri poteſt à iudice procedente, *gloſ. 1. in d. l. in pecuniarijs & ibi Iaſ. poſt Bart. nu. 33. 34. & 49.* an calumnioſe petatur, *arg. l. 2. C. de falſ.* an articuli ſint admittendi, *arg. l. ſi duo patroni §. idem Iulianus ff. de iureiur. l. ſi quis libertatem in fine ff. de petit. hared.* in moderamine locorum, & temporum; *l. 1. C. hoc tit. l. oratione ff. de ferijs pulchre Barto. in d. l. in pecuniarijs nu. 3. 4. & ſeqq. & ibi Iaſ. n. 33. in*

14 *fine & n. 34. & DD.* in ſecunda † vero dilatione danda adhibenda eſt cognitio plenaria à conſidente iudice, *d. l. à precedente,* Circa cauſam iuſti impedimenti, quod fuit in prima dilatione, *d. l. oratione,* quia in eo tantum, in quo fuit impeditus in prima, circa perſonas, aut tempus, vel alias debet ſibi reſtaurari per dilationem ſecundam, *arg. l. admonendi in verb quibus nunc ſolis ff. de iureiur. & l. Diuus & ibi not. ff. de in integ. reſtit.* Et circa ius aduerſarij, an ſit factum deterius, vel omnia ſint integra; verbi gratia, danda eſt ſecunda dilatio, ſi actor petat ſecundam ad probandum aliquid, aduerſus quod reus poteſt ita facere ſuam defenſionem, ſicut primo, ſed ſi in prima dilectione reus habuit teſtes ad probandum contrarium, quos modo non habet, vel aliquid ſimile, tunc non debet dari dilatio, *arg. l. & ſi poſt tres ff. ſi quis cautio. ib. &c. l. mancipiorum ff. de opt. leg. Bart. in d. l. in pecuniarijs, ſub num. 5. & ibi DD. communiter.*

idem iuris † eſt in duabus actori, & tribus reo, & 15
vlterioribus dilationibus dandis in cauſa criminali: quia duæ vel tres dantur cum leui cauſæ cognitione, vlteriores vero cauſa cognita, *Bart. in d. l. in pecuniarijs num. 11. & ibi DD.* Dies autem termini non computatur in ipſo termino cum intelligatur de diebus proximis, *l. eum qui in princ. ff. de verbor. obl. Mynſ. obſ. 15. cent 5. Franc. inc. 1. num. 5. de reſtit. ſpol. in 6.* Multum intereſt inter dictas dilationes: nam dilatio exſpectatoria † iudicialis 16
debet eſſe trina, *c. conſtitutionem de ſent. excom. in 6.* & non intelligitur peremptoria, niſi dicatur, *l. ad peremptorium cum ll. ſeqq. ff. de iud.* vel niſi emanauerit tertia dilatio, *l. tres denunciationes C. quom. & quando iud. &c.* dilatio vero probatoria, etiam prima, in plenarijs & ſummarijs cauſis, *Dec. in c. licet cauſam nu. 34. & ſeq. de probat.* ſiue datur abſenti, ſiue præſenti, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, eſt peremptoria, *Iaſ. poſt Bart. in d. l. in pecuniarijs vbi ponit regulam cum octo ampliat. & 7. fall. Pan. in c. 1. in fine hoc tit.* & probatio facta poſt terminum non valet, adeo quod non faciat iudicium ſecundum aliquos: *Dec. contra Bart. in c. licet cauſam nu. 37. & ſeqq. de prob.* Dilationes à iudice præfixæ poſſunt ex cauſa prorogari: Dilationum † vero 17
probatoriarum, excepta quarta, non datur prorogatio: *Gail. obſ. 91. n. 2. & n. 20. lib. 1.* quando fit requiſitio extraiudicialis à parte parti, ſufficit vnica, *Clem. 1. de haret. Bald. in auth. item nulla in 4. not. C. de epiſcop. & cleric.* & intelligitur peremptoria, etiamſi non adijciatur, *l. Titia ſcio §. 1. ff. de leg. 2. l. ſi tempore & ibi Bart. poſt gloſſ. n. 6. C. de fid. inſtr. & iure haſta &c. lib. 10.* an autem poſt lapſum termini ſiue dilationis quis totaliter ſit excluſus, vel re integra audiri debeat, vide *Bald. in l. ſi quis inſtituatur § ſed ſi bonorum ſub numer. 3. verſ quæro igitur vtrum lapſo &c. ff. de hared. inſtit.* Effectus dilationis † eſt, quod ſiue pars ſiue integra fuerit data di- 18
latio, eo vſque iudicis officium conquieſcat, donec petiti temporis defluxerint curricula, *c. ſignificante de appell. c. 2. & ibi glo. in verbo plene in fine hoc tit. l. ſiue pars C. eod.* & medio tempore geſta ſunt nullius momenti, *§. ſancimus in fine auth. de exhib. & introd. reis gl. in l. 1. in verb. nullius eſſe momenti ff. de ferijs.* Et Feriæ omnes, ſiue repentinæ, ſiue ſolemnes dilationũ temporib. connumerentur: *d. l. ſiue pars l. 1. C. de ferijs,* De Stylo Rotę oẽs dilationes cẽſentur reuocatæ ante prolationẽ ſententiæ ad effectum validitatis ſentẽtiæ, *Greg. xv. dec. 317. in fin.*

De Ferijs.

Titulus IX.

SVMMARIA.

1 *Feriæ duplices ſunt, Repentinæ quas ſolus Princeps indicit, & ſolemnes.*

2 *Solemnium quædam ſunt ob reuerentiam Dei introductæ.*

3 *Aliæ conſtitutæ ſunt in honorem Ciuitatum, & Principum.*

4 *Quædam ob neceſſitatem hominum, vt tempus meſſium & vindemiarum.*

5 *Nonnullæ ad requiem laborum, vt æſtiui dies caloribus mitigandis, & dies Calendarum Ianuariorum.*

6 *Ferijs ob neceſſitatem & requiem hominum introductis tacite & expreſſe poteſt renunciari. Si aliter parte inuita, vel abſente iudicium erit, ſententia nullius eſt momenti, exceptis quibuſdam cauſis.*

7 *Ferijs repentinis, aut introductis in honorem Dei non poteſt renunciari, & ſententia quam contingit huiuſmodi diebus promulgari, eſt nulla, exceptis paucis cauſis.*

8 *Ferijs omnibus commune eſt, quod actus voluntariæ iuriſdictionis, etiam quolibet die feriato exerceri poſſunt.*

POST titulum de dilationibus, ſubdit de ferijs, quia largo modo dilationes vocari poſſunt, nam præſtant vacationem ab his, quæ fiunt in foro iudiciali, & operibus ſeruilibus, c. 1. 2. & 3.
1 *de conſec. diſt.* 3. Duplices † ſunt, repentinæ, quas ſolus princeps rebus faliciter geſtis inducit, non inferior. *l.* 1. *l. à nullo* C. *hoc tit. l. ſed etſi per prætorem* §. *ſi feria ff. ex quib. cauſ. maior. & c.* & ſolemnes quarum aliquæ † ſunt ob reuerentiam Dei introdu-
2 ctæ, enumeratæ 15. *quæſt.* 4. *in ſumma, & per totam & in c. conqueſtus hoc tit. l. omnes dies C. eod. de conſec. diſt.* 3. *in ſumma.* Illud notandum, quod de ſtylo Germaniæ iuri canonico conformi, dies dominica denominatur à principio introitus miſſæ, *c. cum dilecti de dol. & contum. ibi vſque ad diem dominicam qua cantatur ego ſum paſtor bonus.* Præterea ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo certas ſolemnitates in honorem Dei, & ſanctorum poſſunt indicere, *c. fin.* §. *ſolemnitates hoc tit.* quæ omni veneratione ſunt obſeruandæ à ſubditis, & exemptis omnibus, etiam regularibus, *c.* 12. §. *dies feſt.* 25. *de regul. & monial.* & abſtinendum eſt ab omni opere illicito, cunctarum artium officijs, *l. omnes l. actus* C. *hoc tit.* mercato, placito, iuramento niſi pro pace, aut alia neceſſitate, *c.* 1. *hoc tit late Menoch. de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 30. *per totum.* ac omnibus voluptatibus, *l. fin.* C. *hoc tit.* attamen propter neceſſitatem alimentorum licet eiſdem diebus operi ſeruili intendere, præterquam in maioribus anni feſtiuitatibus, *c. licet hoc tit.* ruralia opera explicare; frumenta ſuleis; vineta ſcrobibus mandare, *l. omnes iudices* C. *hoc tit. c.* 1. *hoc tit. c. placita* §. *inſuper* 15. *quæſt.* 4. *Menoch. de arbit. quæſt.* 30. ac paciſci & tranſigere ſuper litibus, etiam in minoribus feſtiuitatibus. *l. fin.* C. *hoc tit.*
Aliæ conſtitutę ſunt in † honorem ciuitatum, ac 3
principum, vt dies natalitij maximatum vrbium Romæ, & Conſtantinopolis, quia ab ipſis iura nata ſunt, dies, qui vel lucis auſpicia, vel ortus imperij ſummo Pontifici, aut Imperatori protulerunt, *d. l. omnes dies & c. verſ. his adijcimus & verſ. noſtris etiam gl.* 2. *in c. fin. hoc tit. & ibi Can.* Quædam
ob † neceſſitatem hominum vt tempus meſſium, 4
& vindemiarum, propter occupationes circa rem ruſticam, *d. c. fin.* §. *fin. l.* 1. *ff. hoc tit.* quod ſtatuunt præſides prouinciarum pro conſuetudine
loci, *l. præſides ff. hoc tit.* Nonnullæ ad † requiem la- 5
borum, vt æſtiui dies caloribus mitigandis, & dies calendarum Ianuariarum ocio mancipantur, *d. l. omnes dies in princ. l. pridie ff. hoc tit.* & hæ omnes præſtant vacationem à litibus, earumque proceſſibus ſiue actibus iudicialibus non alijs, *l. diuus & ibi Bart. & Iaſ. ff. hoc tit. l.* 2. *poſt princ. & l. omnes in princ.* in dubio autem dies præſumitur iuridicus, non feriatus. *d. l. omnes dies & ibi DD.*
Ferijs introductis † ob neceſſitatem, & requiem 6
hominum tacite, & expreſſe renunciari poteſt, *l.* 1. *in princ. l. ſi feriatis ff. de ferijs gl. in d. l. omnes dies & ibi DD. d. c. fin.* §. *fin. eod. & ibi Can.* etiam extraiudicialiter in contractu, *Pan. in d. c. fin. num.* 12. tenetque renunciatio quoad præſentes, & non quoad indicendas ferias, *Bart. in l.* 1. §. 1. *num.* 3. *ff. hoc tit.* in præiudicium renunciantium, non teſtium, qui inuiti compelli non poſſunt ad teſtimonium, quia partes illis non potuerunt præiudicare, *gl. fin. in fine in d. l. omnes dies Pan. in d. c. fin. nu.* 12. *in fine.* ſi aliter aduerſus ea, parte inuita, vel abſente,

Digitized by Google

abſente, iudicium erit, ſententia nullius eſt momenti, & citra appellationem infirmabitur, quia non tenetur venire ad alleganda ſua priuilegia, ſi certum erat, eo tempore, ipſum vocari non debere, *gloſſ. in l. 1. in verbo nullius eſſe momenti ff. hoc tit. & ibi DD.* tum quod nec prætoris factum iuri derogare oportet, *l. 1. in fine princ. l. ſi feriatis ff. hoc tit.* niſi dilatio actionem ſit peremptura, verum ad hoc tantum cogi æquum eſt, vt lis conteſtetur, deinde alterutro recuſante litigare, dilatio concedi. *l. 1. §. fin. ff. hoc tit.* aut cauſæ ſint ſummariæ ex diſpoſitione iuris canonici, *Clem. ſæpe de verbo ſignif.* ſiue publicę, vel fiſcales, aut piſtoriæ, *l. publicas C. hoc tit.* aut agatur poſſeſſorio, *Achil. deciſ. vnica hoc tit. Bellam deciſ. 664 Rot. deciſ. 2 de cauſ. poſſeß. & propriet. in nou. Clem. ſæpe de verbo ſignif.* vel aliæ ſpecies ſint nominatim exceptæ, *l. 2. & 3. ff. hoc tit.* item interdicitur proceſſus, & ſententiæ dictio, tamen iudicis executio non eſt interdicta, vnde in dictis ferijs debitores poſſunt capi, inſtrumenta confeſſionata mandari executioni, *c. ſignificauerunt de iud. Bart. in l. omnes C. hoc tit.*
7 Renunciari † non poteſt ferijs repentinis, *Clem. ſæpe & ibi gloſſ. in verbo neceſſitates de verb. ſignif.* aut introductis in honorem Dei, *c. fin. hoc tit.* Et conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus tenet, nec ſententia, quam contingit huiuſmodi diebus promulgari, etiam in cauſis ſummarijs ex diſpoſitione iuris canonici: *gl. in d. Clem. ſæpe in verb. ob neceſſitates de verb. ſignif.* ac etiam omnis executio iudicis eſt interdicta, *c. 1. hoc tit. l. fin. Bart. in d. l. omnes C. eod.* & cōpulſio annonariæ ſanctionis, omniumque publicorum, priuatorumque debitorum exactio, *d. l. omnes in fine.* Excipe quando neceſſitas vrget, vel pietas ſuadet, vt in cauſis debilium, & miſerabilium perſonarum, *d. c. fin. & ibi gl. pen. & fin.* quæſtionibus latronum, *l. prouinciarum C. hoc tit.* ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur.
8 Commune eſt † omnibus ferijs, quod actus voluntariæ iuriſdictionis etiam quolibet die feriato exerceri poſſint; *l. 2. & l. actus & l. fin. C. hoc tit.* poteſt itaque libellus conuentionalis produci in prima inſtantia, *l. miles §. ſexaginta ff. de adult.* appellatio interponi, *l. 1. C. de ferijs & ibi Salyc. n. 3. Paul. de Caſtren. 2.* Apoſtoli peti & dari, quia ſunt actus extraiudiciales, *Rot. deciſ. 82. de appell. in antiq. atteſtans de vſu & Stylo.* Porrigi libellus appellatorius, tam coram iudice à quo, quam coram iudice, ad quem, *Bart. in l. 1. §. libellis ff. de appell. Bal. in l. 1. C. de ferijs n. 2.* Delegationes & electiones iudicum fieri; *Salyc. in l. 1. n. 3. C. de ferijs.* nec non, recepto iuramento teſtium parte præſente & die iuridica, eorum examinatio, quia eſt potius quid facti, quam iuris, *gloſſ in clem. 1. de off. & poteſt. iud. deleg. Salyc. in d. l. 1. ſub n. 5. C. de ferijs.* Guid. Pap. deciſ. 215. plures actus cumulat & Iac. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 3. num. 14. & ſeqq. ſi in Imperatoris ortum aut natalem diem, celebranda ſolemnitas diuinę maieſtati dedicata inciderit, Schena theatralis, certamen, ſpectacula, & ludus differuntur, *l. fin. verſ. nihil eodem die C. hoc tit.*

De ordine cognitionum.

Titulus X.

SVMMARIA.

1 *Recuperandæ poſſeſſorium ob ſpolium non violentum, ſiue proponatur agendo, ſiue excipiendo, excludit ſuper eadem re, exceptionem & actionem dominij alterius & proprij.*

2 *Recuperandæ poſſeſſorium ob ſpolium violentum ex vi expulſiua vel ablatiua reijcit omne aliud iudicium ciuile, ſiue petitorium, ſiue poſſeſſorium, & Criminale, niſi ſit iudicium paris potentiæ.*

3 *In Ciuilibus non admittitur exceptio ſpoliationis facta ab alia quam ab actore, quodque ſpoliatio ſit facta ab actore ipſi reo, & non alteri perſonæ.*

4 *In Criminalibus accuſationibus nedum admittitur exceptio, & actio ſpoliationis factæ ab aduerſario, ſed etiam à tertio, dummodo ſit de tota ſubſtantia vel maiori parte.*

5 *Spoliationis exceptio probanda eſt infra quindecim dies.*

6 *Spoliationis exceptio multis caſibus excluditur.*

7 *Spolium attentatum ſuſpendit quodcunque aliud iudicium.*

8 *Actore opponente de inhabilitate rei, & reo excipiente de inhabilitate actoris, prius diſcutiendum eſt de inhabilitate actoris.*

9 *Super exceptione impediente proceſſum, ſiue dilatoria, ſiue peremptoria quæ opponitur vt dilatoria, ſiue vt*

Digitized by Google

ſiue vt alij dicunt ſuper quaſtione emergente ac cauſa principali. ſi iudex inſimul procedat, vel proceſſus erit nullus, vel poterit appellari.

10 *Exceptio peremptoria aut dilatoria. ſiue quaſtio incidens concernens ipſum factum, reſeruatur poſt litem conteſtatam, & ſimul examinatur cum negocio principali.*

11 *Excipe qui agenti petitorio de matrimonio obſtat exceptio conſanguinitatis, de qua antea eſt cognoſcendum.*

12 *Interim dum agitur ciuiliter contra delinquentem, non poteſt accuſari criminaliter, nec è contra, coram eodem aut diuerſis iudicibus.*

LIBELLO oblato, lite conteſtata, præſtito iuramento calumniæ. cauſæ merita examinantur, & quia ſæpius ab actore plures mouentur quæſtiones, interdum ab vtraque parte, quandoque incidunt, quandoque emergunt, & dubitari poſſit, quis ordo in earum cognitione & definitione ſit ſeruandus; ideo ſubnectit de ordine cognitionum. Prætermiſſis traditis in §. *praiudicia-les. & per DD. in §. ſi min. de action. cumul. Inſt. de act.*
1 ſciendũ eſt primo, quod poſſeſſoriũ† recuperandæ ob ſpolium non violentum, ſiue proponatur agendo, ſiue excipiendo, non impedit, nec retardat iudicium ſuper alia re; *Anch. in c. 1. n. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. & ibi Can. pulchre Rot. deciſ. 718. num. 1. plures quotas allegans & remiſſiue deciſ. 721. n. 1. part. 1. diuerſ.* Sed excludit ſuper eadem re exceptionem, & actionem dominij alterius & proprij: *Pan. in c. ſuper ſpoliatione n. 5. hoc tit. Rip. in c. ſuper n.*
2 50. *de reſtit. ſpoliat.* ob ſpolium † violentum ex vi expulſiua, vel ablatiua, pro quo competit interdictum vnde vi, aut vi bonorum raptorum actio, habet priuilegium ex ſola eius pẽdentia, vt reijciat omne aliud iudicium, Ciuile, ſiue petitorium, ſiue poſſeſſorum, *Pan. in c. ſuper ſpoliatione n. 19. poſt Innoc. hoc tit. c. 1. & ibi Anch. in 2 not. de reſtit. ſpoliat. in 6. & Can. Greg. xv. deciſ. 281.* & criminale, *c. cum dilectus & ibi Pan & c. fin. & ibi gl. fin. & Can. Anch. in c. 1. num. 2. per illum text. de reſtit. ſpoliat. in 6. Rot. d. deciſ. 718. & deciſ 721. part. 1.* niſi ſit iudicium paris potentiæ vt de alia ſpoliatione, *d. c. fin. hoc tit. & ibi gloß. fin.*

Ideo ſi actore agente poſſeſſorio, ob ſpolium violentum reus proponat petitorium, non auditur ſiue ſuper eadem re, ſiue diuerſa, *c. ſuper ſpoliatione hoc tit. dicetur latius infra tit. de reſtit. ſpoliat.* & ſi eodem actore agente petitorio, reus ſuper eadem re, deducat poſſeſſorium ſiue agendo ſiue excipiendo, proceditur in ſolo poſſeſſorio ſuſpenſo petitoris; imo vtilius eſt ſpoliato, vt per actionem petat reſtitutionem, quia ſe probat ſpoliationem directe agendo, duo conſequitur, & quod prius audiatur, & quod reſtituatur, licet aduerſarius prius propoſuerit actionem ſuam, *c. antiquitus & ibi gloſſ. fin. & Archid. 2. quaſt. 2. c. ex conqueſtione & ibi Pan. ſub n. 6. verſ. & ideo conſuluit gl. & num. 7 de reſtit ſpoliat. & ibi Can.* ſi ſuper diuerſis rebus ab actore prius ageretur petitorio, & poſtea à reo poſſeſſorio, eſt in electione conuenti, an velit opponere ſpoliationem per viam exceptionis, an per viam actionis: de ſpoliatione oppoſita per exceptionem, prius eſt cognoſcendum, quia eſt exceptio dilatoria prius terminanda, quam in principali negocio procedatur, *c. 1. in princ. de reſtit. ſpoliat. in 6. & ibi Franc. num. 4. & Can. d. c. ex conqueſtione & ibi gloſ. in verbo ante ipſius cauſa & ibi Can.* & ſpoliatione probata non cogitur reſpondere actori, niſi ab ipſo reſtituatur, ſed non reſtituitur à iudice. quia non fuit actum ad reſtitutionem, ſed tantum exceptum ad repulſionem intentionis actoris; ſi vero reus actorem reconueniat de ſpoliatione, tunc vtraque quæſtio ſimul ventilatur & probata ſpoliatione reus reſtituitur à iudice, quia intelliguntur duæ mutuæ petitiones ſeſe tanquam diuerſæ non contingentes, & viciſſim tractatæ ſimul eadem ſententia ſunt terminandæ: *d. c. cum dilectus c. fin. & ibi gloß. fin. hoc tit.* ideo ſi de alio agit, & reus ſuper alio ſe dicit ſpoliatum, vtilius eſt ſpoliato, vt in modum exceptionis proponat ſpoliationem, ſi actor eum in agendo præuenit, vt patet ex ſupradictis. *gloß. fin. in fine in d. c. antiquitus per d. c. dilectus.* In eo
diuerſitas eſt, quia in ciuilibus † non admittitur exceptio ſpoliatioins factæ ab alio, quam ab actore *c. 1. §. ſtatuimus de reſtit ſpoliat. in 6.* etiamſi res ſpoliata peruenit ad ipſum actorem, licet tunc contra eum agi poſſit alio remedio; *Ioan. Andr. in d. c. 1. in gloß. ſuper verbo. deſtitutum & ibi Can.* aut ſpoliatio facta ſit à procuratore actoris, aut ſyndico vniuerſitatis ſuo proprio nomine ſpoliante, *l. ſi extraneus de except doli & c. Franc. in d. c. 1. ſub n. 4. Greg. xv. deciſ. 525.* item requiritur quod ſpoliatio ſit facta ab actore ipſi reo, & non alteri perſonæ, etiam à qua reus ius haberet, *Franc. in d. c. 1. ſub nu. 4. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Probata vero huiuſmodi 3

ſpolia-

Digitized by Google

ſpoliatione exceptio ſemper obſtat actori, quo-
uſque ſpoliatus integraliter ſit reſtitutus. *Franc. in
d. c. 1. § illum n. 3. et ibi Can.* Quando eſſet facultas
rerum reſtituendarum; alias ſi res eſſent in lon-
ginquo, & de eo conſtaret, tunc ſi actor ſatiſda-
ret de re, vel æſtimatione danda, tūc poterit pro-
cedi in cauſa: *l. ſi fundus § in vendicatione ff. de pign. et
hypot. Franc. poſt Ioann. Andr. in d. § illum ſub num. 3.*
Aut ſpoliator bonis cederet, antequam ſpoliatus
integre eſſet reſtitutus, quoad fructus & expen-
ſas eſt audiendus, *Rot. deciſ. 30 de re iud. in antiq. l. 1.
& ibi gloſſ. pen. C. de ceſſ. bon. & ibi* DD. etiamſi ſpo-
liator condemnatus eſſet per tres ſententias cō-
formes, *Mohed. deciſ. 1. in 2. dub. de ſolut. Iaſ. in l. 1. nu.
15. plura ponens exempla C. de iur. et fact. ignor.* Imo
quando ſpolium fuit ſine dolo commiſſum, ſpo-
liator etiam poſt tres ſententias conformes ad-
mittitur, ad c. Odoardus & c. peruenit de ſolut.
ad effectum agendi petitorio, non parito, quoad
fructus & expenſas; ſecus quando ſpolium fuit
doloſum, *Mohed. deciſ. 1. & 2. de ſolut. Iaſ in d. l. 1. C.
de iur. & fact. ignor. nu. 15. iuncta l. 1. ff. de except. doli.*
4 In † criminalibus accuſationibus nedum admit-
titur exceptio ſpoliationis factæ ab accuſatore
ſed etiam à tertio dummodo ſit de tota ſubſtan-
tia, vel maiori parte, *d. c. 1. § illum*, ac ipſa actin de
ſpolio excludit criminalem accuſationem, & ſic
operatur duo, naturam exceptionis, quia exclu-
dit accuſationem, & naturam actionis, quia ſpo-
liatus conſequitur reſtitutionem à iudice, *Pan. in
d. c. cum dilectus nu. 17. hoc tit.* Nam nec nudi con-
tendere, nec inermes nos inimicis opponere de-
bemus; *c. cum eccleſia c. cum epiſcopus c. oportet 3. q. 1.*
Siquidem opponatur de exſpoliatione facta ab
accuſatore, tunc requiritur quod ſpoliatus inte-
graliter ſit reſtitutus, ſicut quando ageretur ciui-
liter, ſi vero opponatur & exſpoliatione facta à
tertio, ſpoliato tempus à iudice debet indulgeri,
intra quod reſtitutionem imploret, ne forte ſic
velit exiſtere, vt omnem accuſationem eludat:
quodſi intra tempus indultum, cauſam, cum po-
tuerit, non ducat ad finem non obſtante ſpolia-
tionis exceptione, deinceps poterit accuſari: *c. 1. §
ſolet de reſtit. ſpoliat. in 6.* Ac etiam ceſſat hæc exce-
ptio, ſi receperit bona, vel maiorem partem, nec
requiritur quod integraliter ſit reſtitutus, *Franc.
poſt Ioan. And. in d. c. 1. § illum n. 3.* Præterea exce-
ptio ſpoliationis factæ à tertio non admittitur,
quando denunciatur crimen ad pœnitentiam,
cuius finis ſalutem denunciati concernit; *c. nouit
de iud.* quando de crimine ciuiliter agitur; *c. poſtu-
laſti de homicid. c. 2. eod. in 6.* Aut quis inquiſitio-
nem criminis promouet, per quam non imponi-
tur pœna ordinaria, ſed alia arbitraria, *c. ſuper his
c. cum oporteat c. inquiſitionis de accuſ. Io. And. in d. c. 1.
ſuper verb. accuſatur*, ſed dictis caſibus admittitur,
exceptio ſpoliationis factę ab ipſo denunciante,
agente, vel promouente inquiſitionem, *Franc. in
d. § illum n. 2.* Porro exceptio ſpoliationis probā-
da eſt † infra quindecim dierum ſpacium, poſt 5
diem in quo proponitur, alioquin excipiens in
expenſas condemnatur, & arbitrio iudicis puni-
tur, *d. c. 1. § ſtatuimus*, Multis caſibus † excluditur 6
hæc exceptio primo reium priuatarum ſpoliatio,
agenti ſuper eccleſiaſticis, vel è contrario, nulla-
tenus opponi poteſt; *d. c. 1. § fin.* quia non de iure
ſuo, ſed de iure eccleſiæ expetitur, tum quia res
eccleſiæ ſunt iuris publici: & dicuntur res eccle-
ſiæ non ſolum ſpirituales, quæ non cadunt in lai-
cum, ſed etiam res temporales, vt fundus, domus
caſtra eccleſiæ, *Franc. in d. c. 1. § fin. n. 2.* Eadem ra-
tione non admittitur exceptio ſpoliationis de re-
bus mobilibus contra agentem de feudo, quia
feuda proceſſerunt de publico, *Afflict. deciſ. 19. An-
char. poſt Archid. in c. frequens in 10. uot. de reſtit. ſpo-
liat. in 6. & ibi* Can. Secundo in cauſa matrimonia-
li, ſiue agatur poſſeſſorio ſiue petitorio, *gloſſ. addit.
in d. c. 1. § fin. Pan. in d. c. cum dilectus n. 23.* Tertio
quando obligatus conuenitur ex obligatione fir-
mata iuramento, *c. etſi Chriſtus de iureiur. Pan. in d.
c. cum dilectus n. 23.* Quarto non datur opponenti
ſe confirmationi electionis, qui non de neceſſi-
tate ſed ſponte ſe opponit, *Ioan. And. in d. c. cum di-
lectus n. 14.* & pluribus aliis caſibus, *Ioan. And. in d.
c. cum dilectus n. 13. & ſeqq & ibi Pan. nu. 22. & ſeqq.
& Can. communiter Franc. in d. cap. 1. § fin. in princ.*
Præterea ſpolium † attentatum, ſui natura, ſu- 7
ſpendit quodcunque aliud iudicium, *c. non ſolum
in fine de appell. in 6. & ibi gl. fin. & Can.*

Secundo ſi actor † opponat de inhabilitate rei, 8
& reus excipiat de inhabilitate actoris, prius diſ-
cutiendum eſt de habilitate actoris, quam rei, *c.
cupientes § ſi vero & ibi gloſſ. in verb. compareant de e-
lect. in 6. & Franc. nu. 3. de min. & Archid. & Can.* &
prius etiam cognoſcetur de inhabilitate procu-
ratoris, actoris, quam rei: hinc Curia non com-
pellit procuratorem impetrantem reſcriptum iu-
ſtitiæ probare mandatum ad petitionē procura-

roris contradictoris, niſi prius ille ſuum manda-
tum oſtendat, *Ioan. And. in c. nonnulli n. 46. in fine de*
reſcript. & ibi Can. Tertio ſi iudex ſimul procedit
9 ſuper † exceptione impediente proceſſum, ſiue
dilatoria, ſiue peremptoria, quæ ex ſpeciali priui-
legio opponitur, vt dilatoria, *c. 1. de lit. conteſt. in 6.*
& ibi gl. et Can. ſiue vt alij dicunt ſuper quæſtione
emergente, *Butr. in c. 1. n. 10. & ibi Pan. in fine hoc*
tit. l. 1. C. de ord. iud. & ſuper principali negotio vel
proceſſus erit nullus, vel ſaltem poterit appellari,
propter contrarietatem, quæ ſequitur exinde, *c.*
exhibita de iud. Pan. in c. 1. n. 7. et latius poſt num. 11. vbi
[illegible]dit duas mag. diſt. hoc tit. Quod ſi iudex omittat
cognitionem ſuper huiuſmodi dilatoria, reſer-
uando eam poſt litem conteſtatam, tenet reſer-
uatio ſi non appellatur, ſed poteſt pars ab ea ap-
pellare, & habet iuſtam cauſam contradicendi;
Pan. in c. cum contingat n. 13. ponens duas diſtinctiones
& ibi Fel. nu. 18. ponens regul. & duas fall. de off. deleg.
quia in exceptione impediente proceſſum, reus
prius admittitur ad probanda ea, quæ obiecit,
quam actor ad fundandam ſuam intentionem, *l.*
præſes C. ad l. flauiam de plagiar. & ſuper ea eſt prius
pronunciandum, expreſſe, vel tacite, quam pro-
cedatur ſuper principali; *c. ex parte 2. de appellat. l. à*
procedente C. de dilat. Exempli gratia, illegitimita-
tis exceptio obſtat agenti petitione hæreditatis
coram iudice ſæculari, quæ eſt fori eccleſiaſtici,
& tractanda remittitur ad iudicem eccleſiaſti-
cum, qui inhibet iudici ſæculari, ne procedat in
cauſa petitionis hæreditatis, donec cauſa nata-
lium eccleſiaſtico iudicio per ſententiam finem
acceperit: *c. tuam hoc tit. c. lator qui filij ſint legit. Rot.*
deciſ. 214. part. 1. & deciſ. 200. & 201. part. 2. diuerſ.
Mynſ. obſ. 100. cent. 1. vel eo ipſo, quod commiſſa
eſt cauſa illegitimitatis, fit inhibitio ab ipſo à ca-
none: *d. c. lator Rot. d. deciſ. 200. n. 3. 4. & 9. & deciſ.*
201. n. 1. Imo ſi tertius venit ad cauſam, inter duos
alios agitatam coram iudice ſæculari, & actor
moueat quæſtionem illegitimitatis coram iudi-
ce eccleſiaſtico, iſti tertio, ratione illius duplicis
iudicij, oritur quædam actio & exceptio præiu-
dicialis, non ſolum reſpectu intentionis, ſed et-
iam reſpectu proceſſus inter actorem & reum a-
gitati, & eſt peremptoria & dilatoria ratione per-
plexitatis, ac ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſę-
cularis, vt nō poſſit procedere inter duos primos
collitigantes, quouſque ſit finitum ſecundum iu-
dicium præiudiciale: *d. c. tuam Rot. diuerſ. deciſ. 275.*
part. 2. Eadem ratione exceptio peremptoria ex-
cluſiua criminis, impedit proceſſum in accuſa-
tione criminali, & ſuper ea præmittitur cognitio,
probatio, ſententia, vt ſi agenti ex l. Flauia de pla-
giar. obijcitur exceptio dominij, *l. præſes C. ad l.*
flau. de plag. Similiter is qui non poſſidet, non po-
teſt agere diuiſorio iudicio familiæ erciſcundæ,
vel communi diuidundo, aut cum illis cumulare
petitionem hæreditatis, vel rei vindicationem, ſi
excipiendo negetur cohæres, vel condominus:
niſi prius agat petitione hæreditatis, vel rei ven-
dicatione, *l. 1. & ibi gloſſ. in verb. exceptionem & l. ſi*
quid ff. famil. erciſcundæ l. 1. in fine ff. comm. diuidundo.
Sed repellitur exceptione præpoſterationis, &
exceptione ordinis, quia ordo eſt quod non poſ-
ſeſſor 1. agat petitione hæreditatis, & rei vendi-
catione, dando diuiſorio iudicio; *l. non poſſumus ff.*
ſi pars hæred. pet. etc. d. l. ſi quid & ibi gloſſ. in verb. non
venit. l. fundi ff. de except. quę debet proponi ante
litem conteſtatam, & omiſſa non vitiat proceſ-
ſum, quia eſt prępoſteratio vnius iudicij ad aliud,
l. ſi mancipium §. ſi communi & ibi gl. ff. de euict. l. 2. &
ibi glo. in verb. reſtitui C. communi diuidundo, quan-
do in progreſſu cauſæ probata fuerit communio
hæreditatis aut dominij, qua probata apparet
non deficere ius, neque eius exercitium; ſemper
enim cauſa libelli eſt probanda, quando eſt talis
ſine qua libellus non fuiſſet receptus: *Innoc. in c. ex*
parte abbatiſſæ poſt princ. de priuil. Bald. in l. 2. num. 3.
& 4. C. communi diuid. quod ſi poſſideat eam par-
tem, licet negetur eſſe cohæres, vel condominus,
non obſtat talis exceptio, vel vt Doctores dicunt
rite agit, ſed non recte, quo fit vt eo caſu ipſe iu-
dex apud quem diuiſorium iudicium agitur, co-
gnoſcat an cohæres ſit, vel cōdominus, niſi enim
aut cohæres ſit aut condominus, neque adiudi-
cari ei quicquam oportet, neque aduerſarius ei
condemnandus eſt, *d. l. 1. verſ. quod ſi poſſideat ff. de*
famil. erciſc. ratio eſt, quia cum iſtæ actiones ſint
mixtæ, *§. quædam actiones Inſt. de act.* ex ſola poſſeſ-
ſione non probatur dominium aut titulus; *Bald.*
in d. l. 1. n. 1. 2. & 3. tum quia poſſeſſor non poteſt
promiſſum ordinem ſeruare, cum poſſeſſori non
detur petitio hæreditatis, *l. ſi quis libertatem §. nam*
cum quidam Licinianus ff. de p. tit. hæred. gl. pen. in d. l.
1. ff. famil. erciſc. Aut rei vendicatio, *§. æque ſi quis a-*
gat etc. quod genus Inſt. de actionib. Super exceptione
peremptoria † aut dilatoria, vel vt alij dicūt quæ- 10
ſtione incidente, *l. 1. C. de ord. iudic. But. in c. 1. n. 10. et*

ibi

Digitized by Google

ibi Pan. in ſine hoc tit. Concetnente ipſum factum,
non eſt opus quod ptius pronuncietur, ſed po-
teſt differri & reſeruari poſt litem conteſtatam,
ſimul examinati cum negotio principali, & ſatis
eſt poſtmodum pronunciari ſuper principali: *l.* 1.
C. de ord. iud. Pan. in d. c. 1. *n.* xi. *hoc tit. & in d. c. cum*
contingat n. 13. Exempla habes *in tit. Inſtit. de except.*
11 Excipe quia † agenti petitorio de matrimonio,
obſtat exceptio conſanguinitatis, de qua antea
eſt cognoſcendum; quia probata perimit princi-
palem quæſtionem, licet quando probata fuerit,
iudex ſuper ea non pronunciabit, ſed ſuper ma-
trimonio abſoluendo reum, *c.* 1. *hoc tit.* Dico pe-
titorio, quia exceptio conſanguinitatis, non ad-
mittitur in poſſeſſorio recuperandę ad reſtitutio-
nem mariti vel vxoris, etiamſi probationes offe-
runtur incontinenti paratæ; in cęteris adiudican-
da eſt reſtitutio, ac ſola quoad commiſtionem
carnalem reſtitutio eſt differenda; ſi in probatio-
ne, dilationes expectantur longiores, reſtitutio
plenaria eſt faciēda, *c. litteras de reſt. ſpoliat.* Quar-
12 to interim † dum agitur ciuiliter contra delin-
quentem non poteſt accuſari criminaliter nec è
contra coram eodem aut etiam diuerſis iudici-
bus ne cauſæ continentia diuidatur, *l. interdum ff.*
de pub. iud. & ibi poſt gl. DD. §. *liberum & ibi glo. Inſt.*
de lege aquil. Mynſ. obſ. 97. *cent.* 1.

De plus petitionibus.

Titulus XI.

SVMMARIA.

1 *Plus petitur cauſa, loco, tempore & re.*

INTER incidentes quæſtiones, quandoque
reus excipit contra actorem, quod plus petat,
ideo annectit de plus petitionibus, quæ fiunt
1 quatuor † modis, infraſcripto verſu comptæ-
henſis: *Plus petitur cauſa, tempore, reque, loco,* de
quibus fuſe dicitur *in inſtitutionibus Imperialibus*
titul. de action. §. *ſi quis agens &* §§. *ſeqq. & titul. de*
except. §. *hodie autem; cum quibus cap. v-*
nicum huius tituli con-
cordat.

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

Titulus XII.

SVMMARIA.

1 *In ſpiritualibus & beneficialibus, ex ſolo titulo, abſque traditione, quis conſequitur ius.*
2 *Spiritualia nunquam occupanti conceduntur.*
3 *In Beneficialibus poteſt haberi vera poſſeſſio ſine cauſa & titulo iuſto.*
4 *Retinenda poſſeſſorium, aliud eſt ſummariſſimum aliud ordinarium.*
5 *Summariſſimum poſſeſſorium quibus detur.*
6 *In eo ſufficit ſummaria cognitio.*
7 *Fertur ſententia interlocutoria à qua non eſt licita appellatio.*
8 *Quando manutentio pendet à negotio principali, prius diſcuti debet negocium principale.*
9 *Plenarium ſiue ordinarium poſſeſſorium adhuc durat terminato poſſeſſorio ſummariſſimo.*
10 *In quo requiritur plenaria cognitio, & ex parte actoris plena probatio.*
11 *Sententia ſuper eo lata eſt definitiua, à qua prohibetur appellatio omni iure.*
12 *Quæ regula fallit in aliquibus caſibus.*
13 *in Beneficialibus & ſpiritualibus ex vnico actu congruo acquiritur poſſeſſio, quando concurrit animus acquirentis, & ſcientia & patientia aduerſarij, cuius intereſt.*
14 *Fallit dicta regula quando poſſidenti ius reſiſtit, & alijs caſibus.*
15 *Beneficialium ac ſpiritualium poſſeſſio ex vno vel duobus actibus amittitur.*
16 *Ex conditionali actu transfertur poſſeſſio, quando Dominus ſimpliciter tradit.*
17 *Circa acquiſitionem dominij eſt diſtinguendum.*
18 *Poſſeſſionis duodecim fructus enumerantur remiſſiue.*
19 *Poſſeſſio quæ continuatur in heredem eſt ciuiliſſima, & ex ea agi poteſt interdicto adipiſcendæ.*
20 *Subrogato gratioſe quoad poſſeſſionem per principem competit interdictum adipiſcendæ.*
21 *In ſpiritualibus quoad validitatem iurium, etiam ſacramentalium, ſufficit poſſeſſio conferentis.*
22 *in Beneficialibus efficacia collationis ſequitur poſſeſſionem.*

 23 *Poſ-*

23 *Poſſeſſor alio non apparente præſumitur in bona fide & præſumitur Dominus.*

24 *Poſſeſſori debentur fructus, tam in temporalibus quam beneficialibus, niſi poſſeſſori ius reſiſtat.*

25 *Succeſſor in beneficio non tenetur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit ei oſtendere ſupplicationem ſignatam, vel probare communem reputationem, & pacificam triennalem poſſeſſionem.*

26 *Habilitatū prædeceſſoris ſufficit qualis qualis probatio, niſi detecta eſſet eius inhabilitas.*

27 *In Beneficialibus agenti poſſeſſorio non obſtat exceptio criminis, ſiue intentetur poſſeſſorium adipiſcendæ, poſt collationem, aut poſt electionem & confirmationem obtentam.*

28 *Siue intentetur poſſeſſorium recuperandæ.*

29 *Aut etiam poſſeſſorium retinendæ.*

30 *Poſſeſſorio agenti, an obſtet exceptio dominij.*

31 *Abſolutoria ſententia lata in petitorio, non parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio & è contra.*

32 *Limitatur 1. quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis.*

33 *Limita 2. quando abſolutoria obtenta fuit propter probationes dominij à reo factas.*

34 *Petitorium quando abſorbeat poſſeſſorium.*

35 *Petitorium & poſſeſſorium quando poſſint cumulari.*

36 *Petitorium & poſſeſſorium quando cumulantur ab eodem, de æquitate canonica iudex procedit ſimul ſuper vtroque, & eadem ſententia terminat.*

37 *Quod ſi ab vno proponatur petitorium & à reo poſſeſſorium retinendæ, debent etiam iure ciuili vna ſententia terminari propter naturam conuentionis & reconuentionis.*

38 *Petitorio agens, poteſt illo ſuſpenſo in 1. inſtantia ante concluſionem in cauſa agere poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ, ſed non retinendæ.*

39 *In cauſa beneficiali ad ſedem apoſtolicam deuoluta per appellationem, tam appellatus quam appellans poſſunt ſuſpendere petitorium à ſe vel ab aduerſario, intentatum, in ſolo & quocunque poſſeſſorio procedendo in quacunque inſtantia.*

40 *In alijs cauſis poterit ſuſpendere in quacunque inſtantia petitorium à ſe intentatum, ſed in cauſa appellationis non poterit ſuſpendere petitorium ab aduerſario intentatum.*

41 *In cauſa principali ſiue prima inſtantia reus poteſt ſuſpendere petitorium ab actore intentatum ante litem conteſtatam, vel ex Stylo Rotæ vſque ad concluſionem in cauſa, ſiue poſſeſſorium recuperandæ à reo fuerit deductum, ſiue adipiſcendæ, ſiue etiam retinendæ de quo controuertitur.*

42 *Petitorij ſuſpenſio quando denegatur.*

43 *Petitorij ſuſpenſionis effectus.*

44 *à Petitorij ſuſpenſione licitum eſt ſuſpendenti recedere tacite & expreſſe, quia poteſt quis pluries ſuſpendere petitorium in vna & eadem inſtantia.*

45 *Poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ agens, poteſt illo ſuſpenſo agere petitorio in cauſa principali, ac etiam appellationis, ſecus ſi agat poſſeſſorio retinendæ.*

46 *In poſſeſſorio ſuccumbens non poteſt in ſecunda inſtantia aggredi petitorium per viam ſuſpenſionis poſſeſſorij, ſed poteſt poſſeſſorium accumulare petitorio per viam cognitionis.*

IN beneficialibus † & ſpiritualibus cadit poſſeſſio reſpectu tituli, ſicut in prophanis reſpectu proprietatis, & in illis datur poſſeſſio, vel quaſi, proprietas vel quaſi: ſunt introducta iudicia poſſeſſoria & petitoria, *c. examinata & ibi Innoc. c. fin. de iud. Anchar. in c. ſignificauerunt n. 2. de teſtib. & in clem. vnic. num. 4. hoc tit. Pan. in c. cum olim n. 6 eod. c. 1. & ibi gloß. in verb. crucem deferre vt lit. pend. &c.* Imo rei vendicatio & interdicta ſicut in rebus prophanis: *d. c. examinata clem. vnica hoc tit. c. in litteris de reſtit. ſpoliat. Franc. in c. præſentium n. 7. de teſtib. in 6.* & in illis ex detentione præſumitur poſſeſſio, niſi contrarium probetur, *Innoc. in c. cum olim ſecundo nu. 4. in fine de priuil. Pan in c. cum ad ſedem n. 21. de reſtit. ſpol. & ibi Butr. n. 29. Rot. deciſ. 3. in fine de re iud. in nou.* Imo ex narrata alicuius intruſione in beneficium, præſumitur poſſeſsio eius & quidem antiquioris temporis, *Rot. diuerſ. deciſ. 802. par. 1. Bart. in l. ſi duo ſub n. 4. ff. vti poſſid.* Ideo quia dubitari contingit, quo ordine cauſę poſſeſſionis & proprietatis ab eodem, vel à diuerſis, in iudicium deduci debeant, tractat compilator de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. In Inſtit. Imperial. de cauſa poſſeſſionis tractatur *in titulo de interdictis, de cauſa propriet. tit. de rerum diuiſ. & t. ſeqq. & §. omnium actionum. & §. æque ſi agat, & §. namq; ſi cui. Inſtit. de action.* Tot ſunt cauſæ acquirendæ poſſeſſionis, quot & Dominij, *l. poſſideri §. genera ff. de acquir. poſſeſ.* In beneficialibus & ſpirituali- 1

bus

buſex ſolo titulo, abſque traditione, quis conſe-
quitur ius in re: *c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. c. propo-
ſuit de conceſſ. præb.* In temporalibus non transfe-
runtur dominia nudis pactis, *l. traditionibus C. de
pact.* Aut nuda traditione, *l. nunquam ff. de acquir.
rer. domin.* Sed transferuntur ex traditione, & ex
habili cauſa, vera, vel putatiua, *Bart. poſt glo. in d. l.*
2 *nunquam.* Item ſpiritualia † nunquam conceduntur
occupanti, temporalia quandoque occupan-
ti conceduntur, *Innoc. in c. cum cauſam in fine de pro-
bat.* Cætera in dictis titulis tradita cauſis ſpiritua-
libus & beneficialibus adaptari poſſunt, In bene-
3 ficialibus, † ſicut in temporalibus, poteſt haberi
vera poſſeſſio ſine cauſa, *Bart. in d. l. 3. nu 2. & in l.
quod meo n. 1. ff. de acquir. poſſ. Surd. conſ. 93. nu. 12.
Rot. Farin deciſ. 275. ſub n. 5. part. 1.* & titulo iuſto,
Pan. in c. cum noſtris num. 6. de conceſſ. præb. & nemo
compellitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis,
niſi habeat ius commune contra ſe, *Pan. in c. ex in-
ſinuatione poſt gl. nu. 9. de procur.* Non eſt dare poſ-
ſeſſorium, vbi non eſt petitorium, vt ſi aliquis mi-
hi ſoluit ſingulis annis par caponum, aut duos
ducatos, *l. ſi certis annis & ibi Cyn. n. 17. C. de pact. l.
fin. & ibi Bart. & DD. ff. quorum bonorum c. peruenit
& ibi Pan. de cenſ. c. querelam & ibi Can de elect.* Cau-
ſa poſſeſſorij rei ſpiritualis, puta decimarum, iu-
riſpatronatus, non eſt ſpiritualis, ſed temporalis,
*c. litteras & ibi glo. in verb. ſpiritualibus circa finem de
iuram. cal. c. petimus xj. q. 1. c. fin. de iud. & ibi Butr. n.*
20. quando nō habet annexam cauſam proprie-
tatis, ſed quæſtio eſt de nudo facto, *late Pan. in d. c.
litteras n. 6. 7. & 8. & ibi Butr. n. 14. Gail obſ. 38. lib. 1
Bald. in d. l. ſi de proprietate nu. 15. C. ſi à non compet.*
4 *iud. etc* Duplex eſt † poſſeſſorium retinendæ, ſum-
5 mariſſimum, & plenarium, ſiue ordinarium. In †
ſummariſſimo admittitur quilibet etiam nō ha-
bens mandatum, *l. 1. C. ſi per vim vel alio modo,* & is
obtinet regulariter, qui habet aſſiſtentiam iuris
communis pro ſe, *c. conquerente & ibi Can. de offic.
ord. Menoch. de retinen. remed. 3. n. 134. & ſeqq. Marſc.
var. reſol. lib. 1. cap. 11.* quæ ſufficit in materia iuriſ-
dictionali, *c. cum perſonæ § fin. de priuil. in 6. & ibi
Can. Rot. diuerſ. deciſ. 145. part. 2. n. 6. Rot. Farin. de-
ciſ. 491. n. 2. part. 1. & deciſ. 382. n 1. deciſ. 493. n. 2. &
deciſ. 501. part. 2.* niſi aſſiſtentia iuris ſit turbida,
*Greg. xv. deciſ. 312. & ibi late annot. Rot. Farin. deciſ.
382. n. 5. part. 2. l. nemo ambigit C. de acquiren. & re-
tinen. poſſ.* aut alius ſit in poſſeſſione; *Pan. in c. 1 n. 8
vt lit. pend. & c. Rot. Far. deciſ. 605. ſub n. 2. part. 1.* ſed
extra materiam iuriſdictionis Rota non dat ma-
nutentionem propter ſolam aſſiſtentiam iuris,
*Card. Seraph deciſ. 1449. n. 3. Marſ. var. reſol. libr. 1.
cap. 11. n. 13.* Sed ei qui habet vltimum ſtatum pro
ſe, & probat vnicum actum poſſeſſorium, *c. cum
eccleſia & ibi Rip. n. 52. & ſeqq. hoc tit. c. cum veniſſent
de Inſtit. l. liberis §. vlt. ff de lib. cauſ. l. nam poſtea §. ſi
minor ff. de iureiur. Card. Seraph. deciſ. 1213. num. 5. &
deciſ. 1437. Greg. xv. deciſ 449. Bald. in l. 2. n. 20. C.
de ſeruit. & aqu. Roman. conſ. 311. n. 7.* cui datur ma-
nutentio ad limites probatæ poſſeſſionis, *Greg. xv.
deciſ 569. & ibi annot. l. 1. § hoc interdictum & l. ſin. ff.
vti poſſid.* Item datur manutentio miſſo in poſſeſ-
ſionem auctoritate iudicis contra intruſum lite
pendente, etiamſi de tempore factæ immiſſionis
per iudicem, alius repertus fuerit in poſſeſſione,
propter auctoritatem iudicis, qui priuat omni
poſſeſſione, ciuili, & naturali, etiam abſque alia
expulſione, quā iudice auctore ingreſſus acqui-
rit: *l. qui vniuerſas §. item cum prætor l. iuſte poſſidet ff.
de acquir poſſeſſ. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nun-
dinas n. 20. ff de acquir. poſſeſſ. & ibi Ang. n. 2. in fine &
DD. communiter Greg. xv. deciſ. 582. & ibi annot.* non
admittit obiectus contra teſtes, *Capyc. deciſ. 55. n. 5.
Couarr. pract. quæſt. cap 17. ſub n. 4. verſ. 7. Rol. conſ. 8
n. 31. & 32. vol. 4. Greg. xv. deciſ. 449. in fine.* ac ſem-
per anterior poſſeſſio, etiam carens titulo, præ-
fertur iuniori titulatæ, *Menoch. in remed. 1. retinen.
n. 728 plures cumulans Greg. xv. deciſ. 40 Caſ. deciſ.
5. n. 2. de cauſ poſſeſ. & propriet. Felin. in c. licet cauſam
ſub nu. 9. verſ. aduerte de prob. dicens antiquiorem poſ-
ſeſſorem debere allegare poſſeſſionem aduerſarij iuniorē
eſſe clandeſtinam reſpectu ſua Greg. xv. deciſ. 171. &
deciſ. 549.* etiam in poſſeſſorio cauſæ beneficiorū,
*Rot. diu. deciſ. 595. part. 1. nu. 8. Greg. xv. deciſ. 40. &
ibi annot. & melius deciſ. 323. licet Menoch. in remed.
1. retinēda n. 730. aliter ſentiat,* niſi is qui antiquio-
rem poſſeſſionem probat, de præſenti non poſſi-
deat; quia in eo requiritur poſſeſſio de tempore
litis conteſtatæ. *§ retinendæ in fini Inſt. de interd. Me-
noch. remed. 1. retinen. n. 732.* Poſſeſſio, cui ius vehe-
menter reſiſtit, non eſt manutenibilis, niſi docto
de legitimo titulo, aut quod poſſeſſio eſt alicuius
temporis conſiderabilis: *Imol. in c. 2. ſub n. 21. verſ.
item aduerte in quantum dixi de in integr. reſtit. Rip. in
c. cum eccleſia ſutrina n. 125. hoc tit. Pan. in c. conſtitu-
tus n. 2. & ibi Can. de elect. Cou. pract. cap. 17. num. 6.
Menoch. de retinen. remed. vlt. n. 21. & ſeqq. Caputaq.
deciſ. 296. part. 1. Greg. xv. deciſ. 370. nu. 6. 7. & ibi*

annot. præſumptio vero iuris contraria non impedit manutentionem, *Rot. diu. deciſ. 534. part. 1. n. 7. Cou. pract. c. 17. ſub nu. 6. verſ. 3. quoties Greg. xv. dec. 370. n. 2. & ſeqq. & ibi annot.* in concurſu probationum poſſeſſio titulata eſt præferenda & manutenenda. *c. licet cauſam de prob. & ibi Can. Barto. in d. l. ſi duo n. 4. verſ. ſed ſi vterque ff. vti poſſid. Menoch. de retin. remed. 3. num. 733. Greg. xv. deciſ. 412. & ibi annot.* Datur etiam ſpoliato perſonali præſtatione, aut alio iure incorporali, vel iure alicuius annui redditus, ſiue cenſus, per denegationem ſolutionis faciendæ, ab eo qui tenetur ſoluere, *Innoc. in c. peruenit & ibi Pan. nu. 3. Boick. n. 4. & 5. & Can. de cenſib. c. ſeruitium & ibi gl. Archid. & Can. 18. q. 2.* quando ille, cui denegatur illa præſtatio, adit iudicem, & ius ſuum proſequitur coram eodem; quia per talem aditionem retinet ciuilem, & ei competit ſummariſſimum poſſeſſorium manutentionis, *Bald in c. querelam de elect. Afflict. dec. 395. num. 7. & per tot. Guid. Pap. quaſt. 552. poſt nu. 3. Put. deciſ. 409. lib. 2. Seraph. deciſ. 299. n. 8. & per totam.* Contra eum qui ſoluit, eiuſque hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, & ſingulares in re, ex qua cenſus debetur, cum in interdicto retinendæ ius metiamur ex perſona actoris, quod non mutatur mutata perſona ex parte rei, *Guid. Papa quaſt. 629. Put. deciſ 151. li. 3. Greg. xv. dec. 313. & ibi late annot. l. 2. §. re iud. ff. de verbor. oblig. clem. fin. de iur. patron.* Probaturque huiuſmodi poſſeſſio exigendi ex confeſſione emanata in libello, in quo petit reſtitutionem pecuniarum ſolutarum, *Greg. xv. deciſ. 365. num. 1. & ibi annot. & deciſ. 458. l. plus eſt l. reſtituere 1. & 2. ff. verbor. ſign. l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* aut condemnari aduerſarium ad dimiſſionem poſſeſſionis, *Greg. xv. dec. 402. l. Titio vſufructus ff. de cond. & demonſt. Greg. xv. deciſ. 458. & ibi annot.* per vnicum teſtem, *Menoch. de retinen. reme. vltim. ſub n. 34. Gregor. xv. deciſ. 438. numer. 2. & ibi annot.* ac clauſula ſublata &c. & decretum irritans ſolita aſcribi in libris ſummorum Pontificum non operantur reſpectu poſſeſſionis, in qua dum tractatur an bullæ ſeu literæ apoſtolicæ locum ſibi vendicent, poſſeſſor eſt manutenendus, *Seraph. deciſ. 14. 71. n. 4. & 5. l. ſi duæ in fine princ. & §. Item videamus ff. vti poſſid.* ne iudiciorum ordo confundatur contra ciuilem & naturalem rationem, *§. retinendæ Inſt. de interd. l. 1. §. huius autem interdicti & l. iuſta ff. vti poſſid.* & quia vltimus ſtatus in facto conſiſtit, *l. Attilius regulus & ibi Paul. de Caſtro. n. 5. ff. de donat. Couar. pract. quaſt. cap. 17.* nam licet pro præſtationibus annuis perſonalibus ſummo iure non detur poſſeſſorium, datur tamen quidam ſtatus, ad quem poteſt peti vt fiat reſtitutio, *Menoch. in remed 3. retinen. n. 507. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſ. Tiraquellus in tract. le mort. ſaiſſet le viſ. part. 6. declar. 3. Faber. in l. ordinarij C. de rei vend. Rot. Farin. dec. 561. in 1. dub. part. 1.* & in quo poteſt peti manutentio, vel competunt vtilia interdicta licet non directa, *c. nullus el. 2. & ibi gl. 1. 2. quaſt. 2. Butr. in d. c. querelam num. 27. Zab. in 6. not. & in 3. oppoſ. & quaſt. 4. & plurib. ſeqq. & quaſt. 12. Anch. in 10. not. & 4. oppoſ. Pan. num. 2 & 12. & Can. de elect. & ibi Io. de anania remiſſiue nu. 6.* Idem obtinet in re corporali, quando poſſeſſor non audet accedere propter potentiam aduerſarij, & adit iudicem, à quo petit reſtitutionem; quod non perdat ciuilem, ſed eam retineat, *Bald. in l. in emphyteuticarijs nu. 15. & 16. C. de iure emphyt. Iaſ. in l. clam. poſſidere §. qui ad nundinas n. 52. & ſeq. & n. 61. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſ. Menoch. remed. 3. retinen. quaſt. 2. Put. deciſ. 192. liber 1.* & videtur egiſſe pro recuperatione ſolius naturalis, *Bald. in d. l ſi quis conductionis num. 1. C. loc. Gail. obſ. 75. lib. 2.* Procurator non poteſt facere actum aliquem, ex quo principalis ſe habeat pro ſpoliato, niſi habeat ſpeciale mandatum, *Greg. xv. deciſ. 546. num. 13. l. fin. C. de acquir. & retin. poſſ. & ibi gloſſ. in verbo generetur l. cum quis ff. de dolo.* Is qui petit manuteneri, & quatenus opus ſit, reintegrari, non cenſetur ſe habere pro ſpoliato, *Gr. xv. deciſ. 555. & ibi annot. arg. l pecuniam ff ſi cert. pet.* In eo ſufficit † parte legitime citata, *Put. deciſ. 217. libro 1.* 6
Menoch. in vlt. remed. retin. poſſeſ. quaſt. 5. Greg. xv. deciſ. 457. & ibi annot. ſummaria cognitio, *Couar. pract. quaſt. cap. 17. tom. 2.* non requiritur titulus coloratus, *Card. Seraph. deciſ. 717. §. retinendæ verſ. hodie tamen Inſtit. de interd. Ioan. de Imol. in clem. 1. n. 15. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* etiam in beneficialibus, *Card. Seraph. deciſ. 299. num. 4. Dec. in l. dudum nu. 5. ff. de reg. iur. Greg. xv. deciſ 275. num. 10. & 12. & deciſ. 323. & ibi annot.* aut probatio ſcientiæ & patientiæ aduerſarij, *l. Liberis §. fin. ff. de lib. cauſ. c. cum veniſſent verſ. cum autem Archid. de iuſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 17. n. 7. & 8. part. 2.* ſufficit qualis qualis probatio, etiam minor, ſemiplena, *Couar. pract. quaſt. cap. 17. Card. Seraph. deciſ. 1154. num. 4. & deciſ. 1411. n. 1. l. 1. & ibi gloſ. in verbo filium C. quorum bonorum Greg. xv. deciſ. 160. & ibi annot. & deciſ. 200. & ibi annot.*

Digitized by Google

7 *annot. & deciſ.*203. fertur ſententia † interlocutoria, *Couar. pract. quæſt. cap.*17. *Bald. in l. ordinarij C. de rei vend. & ibidem DD. Gail. obſ. 7. num. 6. lib.*1. à qua non eſt licita appellatio tam iure ciuili, *l.*1. *C. ſi de mom. poſſeſ. &c.* quam iure canonico, *c. fin. §. de poſſeſſione 2 quæſt. 6. Benint. deciſ.*79. ſed licitus eſt recurſus ad ſuperiorem, *Menoch. de arbit. quæſt.*70.
8 *num.*25. *plures citans.* Quando † manutentio pendità negocio principali, prius diſcuti debet negocium principale, quam concedatur manutentio. *Lancell. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 19. num. 4. l. ſi duo, in fin. princ. & §. ſed ſi ſupra verſic. cæterum ff. vti poſsid. l. ſi quis rem. ff. el. 2. acquiren. poſ.* ideo ſi petatur manutentio ratione aſſiſtentiæ iuris communis, eo quia locus controuerſus ſit intra fines diœceſis, ſeu parochiæ, interim donec cognoſcatur, an locus ſit vel non ſit infra fines, non poteſt concedi manutenentio, *Card. Seraph. deciſ.* 1278. & ſi apponatur poſſeſſionem non eſſe manutenibilem, eo quod ſit infecta propter decretum irritans, prius cognoſci debet, an ſit locus diſpoſitioni, quæ habet decretum irritans, antequam ex eo poſſit concedi vel denegari manutentio, *Garc. de beneſ. part. 5. cap. 1. n. 430. & pluribus ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 1471. n. 5. Rot. Farin. deciſ.* 516. *n.* 4. *part.* 1. Poſſeſſorio ſummariſſimo termi-
9 nato adhuc † durat plenarium, verum is qui obtinuit in ſummariſſimo, non poteſt petere diſcuſſionem plenarij, ſed datur electio ei qui ſuccubuit, an velit agere poſſeſſorio plenario an petitorio, *Rot. deciſ. 97 num. 3. & 4. part. 2 diuerſ. l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus & ibi gloſſ. in verbo fiat Bart. & DD. ff. de re iud. iuncto §. cæterum verſ. prout. Inſt. quod cum eo qui in alien. &c.* ſi quidem agat petitorio renunciat ſuæ poſſeſſioni, *l. ſi duo in princ. ff. vti poſſid. & ibi gloſſ. in verbo vincetur & DD. Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 8. ff. de acquir. poſſeſ. & ibi DD. communiter Rot. deciſ. 97. num. 3. & 4. part. 2. diuerſ.* ſi agat poſſeſſorio, eo pendente poteſt adhuc ei ſuccurri, per ſummariſſimum, *Capic. deciſ. 96. num. 10. & ſeqq. l. in prouinciali §. 1. ff. de nou. oper. nunc. l. fin. C. ſi aduerſus rem. iud. & ibi gloſſ. & DD.* etiam in cauſa appellationis, *Card. Seraph. deciſ.* 299. *& deciſ.* 1295. *l. quod vetuit ff. de re iud. & ibi DD.* at in gradu reſtitutionis in integrum, non obſtante re iudicata, *Greg. xv. deciſ. 458. num. 8. & ibi annot. limitat vno modo Cæſar. deciſ. 4. numer. 4. hoc tit. l. vnica C. de reputat. quæ fiunt in iud. in integrum reſt. & l. 1. C. in integrum reſt. poſt. iuncta l. 1. ff. Vt et poſ.* quia ſummariſſimum poſſeſſorium durat tantum quantum ipſa lis decretumque de manutenendo in eo datum habet executionem paratam, & nunquam tranſit in iudicatum, ita vt à iudice retractari non poſſit, ſi altera pars melius doceat de ſua poſſeſſione, *l. liberis in fine ff. de lib. cauſ. c. fin. §. de poſſeſ. 2. quæſt. 6. Benint. deciſ. 74. per totam Card. Seraph. d. deciſ. 1295. numer. 2. & 5. aſſerens ita ſeruari in Rota Rot. diuerſ. deciſ 641. nu. 9. part. 1. Greg. xv. deciſ. 285. n. 13. & ſeqq. & ibi annot.*

In plenario † poſſeſſorio requiritur plenaria 10
cognitio, & ex parte agentis plena probatio, *§. retinendæ inſtit. de interd. l. 1. & ibi gl. in verbo filium eſſe & DD. C. quorum bonorum Rot. diuerſ. deciſ. 543. nu. 3. part. 3. lib. 3.* in his, de quibus principaliter in illa cauſa poſſeſſoria controuertitur non vero in illis quæ incidenter, & per modum cauſæ deducuntur. *l. 1. C. quor. bonor. pulchre Rot. deciſ. 34. n. 14. & ſeqq. part. 2. diuerſ.* Dicitur autem cauſa ſummaria reſpectu rei, cuius exceptiones requirentes altiorem indaginem differuntur, nec impeditur actoris intentio, *l. ſi is à quo §. 1. ff. vt in poſſeſ. legat. l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell. d. l. 1. C. quor. bonor. Bart. in Conſtit. ad reprimendum in verbo ſummarie n. xj. & 12. quom. in crimine laſ. maieſt. proced. Iaſ. in l. in pecuniarijs n. 4. ff. de ferijs.* Sententia † ſuper poſ- 11
ſeſſorio plenario lata eſt definitiua, *Rot. deciſ. 10. n. 4. de re iud. in antiq. Clem. 1. de ſeq. poſſeſ. & fruct. Gail. obſ. 7. num. 4. lib. 1.* ſed ab ea prohibetur appellatio omni iure, *l. 1. & ibi Bart. C. ſi de mom. poſſeſ. &c. Innoc. in c. ſignificantibus in verbo prouocauit. de nou. oper. nunc. Archid. in c. fin. §. de poſſeſſione 2. quæſt. 6. Dec. conſ. 28. late Dec. in l. 1. num. 6. C. de bonor. poſſeſ. ſec. tab.* & iudex poteſt eã exequi ſalua proprietatis quæſtione, tum quia habet vim interlocutoriæ, & in appellatione ab ea debet exprimi grauamen, & inferi cauſa, *Bart. in l. 2. num. 9. & 10. ff. de appell. recip. c. ei qui §. de poſſeſſione 2. quæſt. 6. c. Romana §. ſi autem & ibi gloſſ. & Can. de appell. in 6.* tum quia damnum illatum in poſſeſſorio poteſt de facili reparari in petitorio, *Notant DD. in d. l. vnica C. ſi de mom. poſſeſ. &c.* quæ regula indubitata eſt in terris eccleſiæ, in quibus non ſunt ſtatuta particularia, *Rot. deciſ. 330. num. 3. part. 2. diuerſ. virg. de Boccalijs in annot. ad ægid in princ.* Ex conſtitutione ægidiana confirmata à Paulo III. prohibente appellationem à ſententijs latis in iudicijs poſſeſſorijs, *Rot. diuerſ. deciſ. 120. ſub numer. 2 part. 1. Creſc. deciſ. 1. num. 3. de Conſt. Mohed. inter omiſſas deciſ. 5.*

Digitized by Google

de .ſ.5.eod. Virg. de Boccatijs in annot. ad agid. in princ. n.5.6. & ſeq. etiam ijs, in quibus debet colorari titulus, *Achil. deciſ.2. de appell Bald. in l.2. quaſt.11. C. de ſeruit. & aq. Innoc. in c. bona el.2. ſub n.1. verſ. quidam tamen dicant circa finem de poſtul. præl.* & ab omni eo per quod deuenitur ad dictas ſententias, *Rot. diuerſ. deciſ.241. nu.5. part.1. Bald. in l. vnica num.4.*

12 *& ibi Salic. C. ſi de mom. poſſeſ. &c.* Fallit † quia admittitur appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio, quod nititur iure, aut habet mixturam cum petitorio, vel infert irreparabile damnum, *Rip. in c. ſæpe n.102. de reſtit. ſpoliat. Cont. in l. vnica C. ſi de mom. poſſeſſ.* aut cauſa poſſeſſorij eſt complicata cum cauſa falſitatis inſtrumenti, vel nullitatis prioris ſententiæ, *Rot deciſ.323. part.1. diuerſ. Bald. in l.1. C. ſi de mom. poſſeſ. num.7. Menoch. remed.9. recup poſſeſſ. nu.321. & ſeqq.* aut quis condemnatur ad intereſſe ob poſſeſſionem non reſtitutam, *Bart. in l. creditor §. iuſſus num.4. C. de appell.* & alijs caſibus notatis per Decium *in l.1. num.6. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Prætermiſſis eis quæ circa acquiſitionem, retentionem, & amiſſionem poſſeſſionis traduntur, *in §. poſſidere. Inſt. de interd.* in † be-

13 neficialibus & ſpiritualibus ex vnico actu congruo acquiritur poſſeſſio, *c. cum eccleſia & ibi gloſſ. in verbo trium epiſcoporum c. cum olim & ibi Pan. ſub num.5. hoc tit. & vtrobique Can. c. cum de beneficio de preb. in 6. c.1. de relig. domib. Bald. in l.2. ſub num.2. C. de ſeruit. & aq. Bart. in l.1. § hoc interdicto n.6. ff. de itin. actuq. priuat. Put. deciſ.269. lib.1.* quando concurrit animus acquirentis, *c. cum noſtris & ibi gloſſ. in verbo plures habet facti de conceſſ. preb. & Can. l. licet C. de acq poſſ. Pan. in c. bon. mem. el.2. n.20. de poſtul. præl. Caputaq deciſ 152. part.2 per l. cum hæredes ff. de acq. vel amit. poſ.* & ſcientia, & patientia aduerſarij, cuius intereſt, & ſi plurium intereſt, requiritur ſcientia & patientia omnium, *Pan. in d. bon. mem. el.2. l.2. C. de ſeruit. & aq. & ibi Bald. nu.17.22. 23. & ſeqq.* & ſi iſti plures habent poſſeſſionem eiuſdem generis, vnius ignorantia omnibus prodeſt, *l. ſi communem ff. quemad. ſeruit. amitt. Innoc. in c. bon. mem. el 2. ſub num 1. de poſtul. prælat. Bald. in l.2. n.23. in fine C. de ſeruit. & aq.* ſi autem iura ſint diuerſa, & penitus ſeparata, vt in eadem parochia ſunt coniunctæ iuriſdictiones epiſcopi, & plebani; *c. cum ab eccleſiarum de offic. ordin.* & quis intendi quærere plebanalem ſine præiudicio Epiſcopi, aut Epiſcopalem ſine præiudicio plebani, tunc ſcientia nocet ſcienti, & ignorantia prodeſt ignotanti, quia iſti, contra quos quæritur poſſeſſio, non ſunt in pari cauſa, *l. aquam ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Innoc. in d. c. bon. mem. el.2. ſub n.1.* Ad acquirendam poſſeſſionem eccleſiæ vacantis, requiritur ſcientia & patientia eius, qui habet cuſtodiam, quæ in cathedralibus & regularibus ac collegiatis eccleſijs eſt penes capitula, conuentus, collegia, *c. quia ſæpe de elect. in 6.* in alijs eccleſijs ſeruanda eſt diſpoſitio *c. præſenti de off. ordin. in 6.* vel eius ad quem ſpectat confirmatio, vel inueſtitura, non autem eorum, ad quos ſpectat nuda electio, *Innoc. in c. bon. mem. el.2 in fine num.1. & ibi Can. de poſtul prælat. Bald in l.2. nu.22. & 23. C. de ſeruit. & aqua.* quia poſſeſſio iurium incorporalium inhæret oſſibus iſtius, qui poſſidet, ideo non poteſt acquiri ſine ſcientia & patientia illius quæ habet vim quaſi traditionis, *l.2. & ibi poſt gl. in verbo ſciente DD. C. de ſeruit. & aqua.* Eadem ratione vt acquiratur legitima canonicatus eccleſiæ cathedralis, aut collegiatæ poſſeſſio, non ſufficit, quod ſit tradita à canonicis, qui ſunt de capitulo, ſed requiritur quod capitulariter tradatur, *l. dilectus 1. §.1. c. dilecto t. reſponſo de preb. c.2. de renunc. Ioan. Andr. in c. in literis num.10. & ſeqq. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Caſſad. deciſ.7. hoc tit. Greg. xv. deciſ 364. & ibi annot. ampliat & limitat.* cum aſſignatione ſtalli in choro, & loci in capitulo copulatiue ab habente poteſtatem, *c. pro illorum in fine de preb. c. relatum eod. tit. Ioann. Baptiſt. ferr. conſ.14.* aliter habita non eſt conſiderabilis, neq; reſtituibilis, niſi ſucceſſiue ex patientia canonicorum, ad actus canonicales, canonico tantum competentes, iuſtificata fuerit: *Innoc. in c. in literis num.8. & in c. ex parte ſub num.5. verſ. ſed ſecus in actibus &c. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Caſſad. deciſ 7. hoc tit.* quæ iuſtificatio, ſi agatur poſſeſſorio recuperandæ, debet præcedere ſpolium, *arg. l. bonorum ff. rem ratam haberi l. fin. ff. quis ordo in bonor. poſſeſ. ſeru. cum ſimilibus Rot. deciſ.9. de reſtit ſpoliat. in nou.* In acquiſitione poſſeſſionis rerum corporalium ſcientia domini non requiritur, *l. fin. C. de long. temp. reſcript.* Hinc ex vnica præſentatione, & vnica electione acquiritur poſſeſſio præſentandi, & eligendi, *c. querelam de elect. c. conſultationibus de iurepat. & vtrobique not d. c. cum eccleſia hoc tit. & ibi Ripa num.9. & ſeqq. & ibi Can.* per vnicam ſolutionem penſionis acquiritur poſſeſſio iuris exigendi, *Rot. deciſ.198. num.2. & 3. part.1. diuerſ gloſſ. in c. cum eccleſia ſutrina in verbo trium epiſcoporum & ibi*

Ripa nu.

Digitized by Google

Ripa nu.52.& ſeq.& Can hoc tit. per vnicum actum
acquiritur quaſi poſſeſſio, quoad actus in locum
prioris ſubrogatos, vt ſi eccleſia percepit decimas
ex terra, quæ ſemper fuerat frumento ſeminata,
nunc autem de nouo fuit ſeminata milio, l.cum in
tua & ibi Hoſt. per illum text. de decim. Alber. in l.ſi
vſusfructus l.1.n.5.ff. quemadm. vſusfructus amitt. ap-
prehenſa poſſeſſio domus, aut vnius alterius rei
præbendæ, trahitur ad omnia bona temporalia
eiuſdem præbendæ, Hoſt.in c.in literis ſub num.13.
de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Rot. deciſ.14.eod.in nou.
Mohed.deciſ.22.num.1.& ſeqq. de præb. ex actu præ-
ſentandi rectorem in certa eccleſia longiſſimo
tempore exercito per laicum, probatur poſſeſſio
omnium iurium competentium patrono, c.1.&
ibi Pan.num.3.& 4.de relig. domib. & ibi Can. con-
ſenſus à patrono præſtitus in permutatione be-
beneficij conſtituit ipſum in totali poſſeſſione
præſentandi; Creſcent.deciſ.2. Mohed.deciſ.10.num.
4.de Iurepatron.Rot.deciſ.792. num.4.part.2.diuerſ.
& generaliter per apprehenſionem vnius rei,
quis conſtituitur in poſſeſſione omnium aliarum
ad eius rei vſum deſtinatarum, l.reſtituta & ibi gl.
in verbo earum ff.ad Senatusc.Trebel.& DD.per cap-
tam poſſeſſionem ſepulchri, conſtituitur in vſu
ſepulchri, Rot. deciſ. 222.part.1.diuerſ.num.7.& 8.
l.reſtituta in princ.ff.ad SC.Trebell. & ibi DD.poſt gl.l.
pro hærede ff de acquir. poſſeſ. l.poſſideri in princ. ff. de
acquir.poſſeſ.per adeptionem poſſeſſionis benefi-
cij, quæritur etiam poſſeſſio rerum & bonorum
beneficij, Anchar.in c.beneficium in 10. quæſt.de reg.
iur. in 6. & in cap. ſine poſſeſsione ſub numer.10.
verſ. ex quibus & nu.ſeqq. eod. Rot. deciſ.19.num. 7.
part.2.diuerſ.Couar.variar.reſolut.lib.3.cap.6.nu.13.
Greg.xv.deciſ.364.& ibi late annot.& deciſ.557.nu.2.
& ſeqq.& ibi late annot. ampliat & limitat 2.modis.
quia poſſeſſio rerum, & bonorum eccleſiæ eſt
penes ipſam eccleſiam vacantem, c.cum ſuper hoc
tit.& ibi Innoc. Pan. & Can. Felin. in c.conſtitutus n.
14 19.de reſcript. Fallit † regula principalis, quando
poſſidenti ius commune reſiſtit, Pan.in c.1.num.5.
de relig. domib. epiſcopus per exercitium vnius iu-
ris epiſcopalis in aliquo hoſpitali non religioſo,
non cenſetur eſſe in poſſeſſione omnium iurium
epiſcopalium, quia hoſpitale non religioſum
non tenetur epiſcopo ad iura epiſcopalia. c.adhæc
de relig.domib. fallit ſecundo, quando alius repe-
ritur in poſſeſſione, c.cum olim.& ibi Pan. num.6.
& ibi Can. de reſcript. c. dilectus & ibi Innoc. num.3.
de cap. Monach. Innoc. in d.c.1. in fine de relig. domib.
niſi immiſſio facta fuerit auctore prætore, quæ
priuat poſſeſſorem omni poſſeſſione, licet nulla
violentia intercedat, l. qui vniuerſas §.1.verſ.item
cum prætor ff. de acquir. vel omitt. poſſeſ.& ibi Angel.
de Peruſ.Ioan.Imola & DD.fallit tertio, quia licet
fiat extenſio poſſeſſionis ad alios actus eiuſdem
ſpeciei, etiamſi ſint diuerſarum qualitatum, &
circumſtantiarum, quando conueniunt in natu-
ra primordiali; non tamen fit extenſio ad alios
actus alterius ſpeciei, arg. l.ſi prius ff. de aqua pluu.
arc.& ibi gloſſ.& DD.Salic.in l.1.num.4.C.de emanc.
lib.& ibi Cynn.Socin. ſen.in c.cum contingat num.34.
de foro compet. Alex.conſ.68.num.18.vol.2.Rot.diuerſ.
deciſ.17.nu.3.& xj.part.1. Bald.in l de pupillo §.ſi in
pluribus ſub num.1.ff.de nou. oper.nunc. fallit quarto,
quia ex actu contradicto & appellato poſſeſſio
non acquiritur, l. improba & l.nemo C. de acquir.
poſſeſ.Fallit quinto, Quia apprehenſione vnius
rei hæreditariæ ſeu fundi hæreditarij aliorum
fundorum ſeu rerum hæreditariarum poſſeſſio
non cenſetur appræhenſa etiam concurrente a-
nimo acquirere volentis quia hæreditas iacens
non poſſidet, Mynſing.obſ.39.cent.3.l.hæreditas in
multis ff.de acqui.rer.dom. Iure ciuili poſſeſſio iuriū
incorporalium acquiritur, & probatur ex dua-
bus aut tribus ſolutionibus, c.1.§.1.quid ſit inueſti-
tura in vſibus feud. vel iuxta qualitatem actuum,
ex pluribus aut vno actu, l.1.§.hoc interd.& ibi
Bart.num.1.in fine & DD.ff. de itin. actuq. princ.ar-
bitrio iudicis, Fr.Ripa in l.interdicta num.5. & 6.ff.
quor bonor. Poſſeſſio † quoque beneficialium, ac 15
ſpiritualium ex vno vel duobus actibus amitti-
tur, l.quemadmodum & ibi Iaſ. ff. de acqu.poſſeſ. Put.
deciſ.269.num.2.lib.1. Contra ſummum pontifi-
cem circa ſpiritualem iuriſdictionem, quia ple-
nitudinem poteſtatis in ea habet, nullus poteſt
acquirere poſſeſſionem, quæ ei præiudicet, cum
illam habeat à Deo tantum, & ideo eſt immuta-
bilis, c in nouo & c.ſeq. 21.diſt. c.ſi imperator 96.diſt.
Innoc.in c. bon. mem.el. 2.n.1.in fine & nu.ſeqq.de poſt
præl.Gonzal.ſuper reg.de menſib.& altern.§.2.proœm.
n.13.& ſeqq. Ex actu † conditionali transfertur 16
poſſeſſio, quando dominus ſimpliciter tradit
poſſeſſionem, c.olim.1 & ibi Innoc.num.5.de reſtit.
ſpol. Hoſt.ſub numer.xj. in gloſſ.ſuper verbo prædictam
domum & Can.c.cum noſtris §.auditor de conceſſ.præb.
l.1.§.ſi vir vxori ff. de acquir.poſſ.Franc. Aretin.in l.
qui abſenti §.1.in 4 not. ff.eod.& conditio exiſtens

trahitur retro, quia domini voluntate poſſedit, & interim lucratus fuit fructus, *Bald. in l. ſub conditione num. 3. ff. de ſolut. & liberat.* circa translationem
17 dominij † adhibenda eſt diſtinctio tradita per Barr. in d. l. ſub conditione num. 1. ff. de ſolut. & liberar. Quod ſi cauſa ipſa, ac etiam poſſeſſionis traditio fuerit ſub conditione, quæ defecerit, nulla transfertur poſſeſſio, *d. l. qui abſenti §. 1 ff. de acquir. poſſeſſ. c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat. Greg. xv. deciſ. 283. num. 3. & 4. & ibi annot. & deciſ. 332. num. 4. & ſeqq. & ibi annot.* & ſi conditio extiterit, non trahitur retro, ne eodem tempore inueniantur duo domini in ſolidum, *l. ſi vt certo §. ſi duobus ff. commod.* aut duo eandem rem corporalem poſſidere, *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. l. duo ff. de precar.* aut idem ius incorporale poſſidere, *l. licet cauſam §. ex præmiſſis de prob. & ibi Can. c. inter dilectos de fid. instrument.* Quæ ſunt notanda pro limitatione regulæ, in contractibus conditio caſualis, & mixta, purificata trahitur retro, ſecus in poteſtatiua, quæ procedit, in obligationibus & hypotecis, *l. qui balneum & l. qui potior C. qui pot. in pign. hab. Mohed. deciſ. 1. de pign. & hypothecis.* ſecus in dominio, & poſſeſſione, Hinc infertur, quod ex traditione poſſeſſionis alicui facta à iudice tertius non citatus non priuatur ſua poſſeſſione, quia in tali traditione vere ineſt clauſula ſine præiudicio: *l. 1. §. ſi quis ideo ff. ne vis fiat ei & c. l. 2. in fine C. ſi propt. publ. penſitat & c. Bald. in l. 2. nu. 14. C. vbi in rem act. Rot. deciſ. 9. de conceſſ. preb. in antiq.* &c. quando à parte traditur poſſeſſio, aut pars traditioni poſſeſſionis factæ per iudicem acquieſcit, iſta clauſula ſine præiudicio &c. non poteſt ſub intelligi; ideo expreſſio illius ſuſpendit acquiſitionem poſſeſſionis, *d. l. qui abſenti §. 1. d. c. olim. el. 1. & ibi gloſſ. in verbo traditam Put. deciſ. 34. lib. 2.* & ſi tertius poſſideat, purificata cenſetur conditio, ſi non poſſideat, nullum fit ei præiudicium, ſi poſſeſſio non eſt vacans, quia ius quod habet in petitorio ex hoc non læditur, niſi ratione durioris aduerſarij, quando cœpiſſet agere ante ſententiam latam: *l. is à quo cum l. ſeq. & ibi DD. ff. de rei vend.* ſi vero poſſeſſio eſt vacans, ius eius lædi cenſetur propter facilitatem recuperandi, *c. veniens el. 2. de teſtib. & ibi Can. c. cum ſuper & ibi Felin. et Can. de re iud. Caſar. deciſ. 2. & 3. de*
18 *verbo ſignif.* Poſſeſſionis † duodecim fructus enumerat, Ripa, *in c. ſæpe num. 2. de reſtit. ſpoliat. & gloſſ. & DD. in §. retinendæ, Inſtit. de interd.* quibus adde
quod poſſeſſio quæ continuatur in hæredem contra *l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ. Mynſ. obſ. 38. & 39. cent. 3.* vigore ſtatuti † eſt ciuiliſſima, & 19
ante apprehenſionem continuatur in hæredem hæredis; quia illud ius eſt in ipſa hæreditate: *l. cum fundo ff. de ſeru. ruſt. præd. c. cum veniſſent de inſtitut.* ex ea poteſt agi adipiſcendæ, non recuperandæ per hæredem; quia non eſt plene, ac actualiter poſſeſſor, *Cyn. in l. ea lege poſt princ. verſ. & iſtud eſt in argumentum C. de cond. ob cauſam Dec. in l. fin. nu. 26. C. de edict. D. Ad. toll. Put. deciſ. 10. hoc tit.* dictumque ſtatutum intelligitur quando poſſeſſio eſt vacans, *Dec. in d. l. fin. num. 33 & 34. Curt. iun. n. 82. & DD. Cuman. in l. pomponius §. quæſitum ſub num. 3. verſ. dixi ego ff. de acquir. poſſeſſ. Greg. xv. deciſ. 258. nu. 7 & ibi annot. limitat. vno modo.* nam ceſſat continuatio poſſeſſionis in hæredem ex ſtatuto, quando ab alio fuit effectualiter apprehenſa, *Tiraquellus in tract. le mort. ſaiſit le vif. parte 1. declarat 3. l. qui cum pro hærede 3 fin ff. pro Emptor. l. poſſeſſio ff. de Vſucapionib.* Eadē ratione † ſubrogato 20
gratioſe etiam quoad poſſeſſionem, per principem, non competit actio ſpolij, ſed tantum interdictum adipiſcendæ, quod ſapit naturam recuperandæ, *Card. Seraph. deciſ. 596. Iaſ. in l. ſi forte ſub num. 2. verſ. limita tamen C. de iure deliber. et ibi Alex. et DD.* niſi actualis poſſeſſio fuerit medio tempore ab alio apprehenſa, & occupata, quæ excludit effectum continuationis poſſeſſionis, *Greg. xv. deciſ. 258. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 307. num. 3. et 4. et ibi late annot. l. pomponius §. quæſitum ff de acquiren. poſſ. & ibi DD. l. fi. C. de edict. D. Hadr. toll. & ibi Curt. Iun. nu. 82. l. qui cum pro hæred. §. fin. ff pro empto. gloſſ. in l. cum miles. in verbo quaſi coniunctim. ff. ex quibus cauſis maiores.* In ſpiritualibus † quoad validita- 21
tem iurium, etiam ſacramentalium, ſufficit poſſeſſio conferentis, quando alias conferens habet poteſtatem conferendi; ideo licet certus locus non ſit de proprietate epiſcopi, ex quo tamen epiſcopus eſt bonæ fidei poſſeſſor, tenent ſacramenta ab eo collata, quoad omnem effectum, *Pan. in c. 1. num 2. de relig. domib.* In beneficialibus efficacia † collationis ſequitur poſſeſſionem, & 22
ad validitatem eius ſufficit oſtendere collatorem eſſe in quieta & immediata poſſeſſione conferendi, ſecundum tempus collationis, cum bona fide; per ſolam reclamationem, non inducitur mala fides; ad creandam huiuſmodi poſſeſſionem ſufficit vnicus & vltimus actus collationis,

quæ

Digitized by Google

quæ ſortita fuerit effectum, *c.cum olim.hoc tit.& ibi Pan.num.4.et 5.Butr.et Can.communiter c.querelam de elect.c.conſultationibus de iurepat.c.in literis de reſtit.ſpoliat.late Garz.de benef.part.5.cap.5.per tot.numer.63.ac nu.67.ponit.4.requiſita quæ fuſe explicat Rip.in c.cum Eccleſia ſutrina numer.92.et 93.de cauſ.poſſ.et prop.Gonz.ſuper reg.de menſ.et ali.gloſſ.45.§.2.nu.29.et ſeqq.qui ponit 7.requiſita et 5.limitat Greg.xv.deciſ.77.& ibi late additio.* Secundo,alio
23 non apparente is † qui poſsidet, præſumitur in bona fide, *l.pen.& ibi gloſſ in verbo probetur C.de præſcript.long.temp.l.pen.C.de ciuit.* ac præſumitur dominus, *c.1.& ibi Pan.num.2.de relig.domib.c.cum ad ſedem et ibi Pan.nu.20.Butr.nu.25.& ſeqq.de reſt.ſpoliat.& Can.Bart.in l.1.§.hoc interdicto num.2 et ibidem duos alios ponit effectus quaſi poſſeſsionis ff.de itin.vtrique priu.* etiam in beneficialibus, *Rot.deciſ.1.de re iud.in nouis c.examinata de iud.c.cum Eccleſia ſutrina circa finem hoc tit.* non quidem ex recenti poſſeſsione, *Rot.deciſ.1.de reſtit.ſpoliat.num.3.in nou.Innoc.in c.2.ſub num.3.verſ.mirum videtur quod dicitur in hac gloſſ.per monachos de in integrum reſtit.* ſed data triennali pacifica poſſeſsione, propter regulam de triennali, quæ tuetur pacificum poſſeſſorem etiam contra concilium, vt puta non promotum infra annum, *Mohed.deciſ.2.in fine de præb.Sarnen.in reg.de trien.quæſt.10.arg.l.in rebus §.fin.cum l ſeq.ff.de precario.* & præſtat exceptionem non actionem: vnde non tuetur eum, qui poſt lapſum triennij commiſit cauſam ſuper beneficio,& aduerſarius docuit de ſuo titulo, *Achil.deciſ.1.ſuper reg.de trien.Caſſad.deciſ.8.ſub num.3.ſuper reg.Cancell.Felin.in c.ſicut nu.3.et ſeqq de re iud.Pan.in c.contingit ſub nu.xj.et ſeqq.de dol.et cont.* Tertio,
24 poſſeſſori debentur † fructus, ac agenti ad fructus nulla poteſt opponi exceptio, *late Pan.in c.accedens et Can.de accuſ.* quando conſtat de certo & indubitato poſſeſſore, & quando non conſtat de vero dominio, *Felin.in c.ſignificauerunt num.7.de teſtib.* illoſque facit ſuos, quando habet colorem poſsidendi,& abeſt mala fides, *Rot deciſ.4.in princ.de reſt.ſpoliat.c.grauis et ibi poſt gloſſ.Bell.n.5.et Can.de reſt.ſpoliat.l.certum 2.reſp.C.de rei vind.Greg.xv.deciſ.74.* tam in temporalibus, *§ ſi quis à non domino Inſt.de rer.diuiſ.& c.l.quæſitum ff.de acq.rer.dom.l.Herennius la.1.& ibi gloſſ ff.de vſur c.grauis de reſtitut.ſpol.& ibi gloſſ.in verbo fructus & Can.* quam beneficialibus, niſi poſſeſſori ius reſiſtat, *c.dilecta & ibi Pan.numer.11.& 12.de præb.Rip.in c.cum Eccleſia ſutrina nu.94.hoc tit.* aut conſtet quod ab initio ſcienter recepit poſſeſſionem beneficij iniuſte, *Rot deciſ.4.n.2.de reſtit.ſpoliat.l domum l.certum 1.reſp.C.de rei vend.Bellam.in d.c.grauis nu.4.& 7.de reſtit.ſpol.* Aut obſtat intruſio in beneficio reſeruato, *Rot.deciſ.20.de præb.in antiq.& deciſ.4.eod.in antiq.d.c.noſtrum de appell.* vel poſſideat plura beneficia incompatibilia: *gloſſ.in c.1 ante finem verſ.1.opinionem de reg.iurament.in 6.c.dudum el.2.in princ.verſ.& retinendo Pan.in 5.not.& Can.de elect.* ex huiuſmodi enim pluralitate, transgreſſionis notam & cupiditatis vitium incurrit, *d.c.dudum el.2.in princ.verſ.vnde eum.* Tum quia Concilium Trid.excludit priuilegium poſſeſſionis, quia geminatam inducit priuationem, *c.4.ſeſſ.7.ibi etiam præſentis canonis vigore c.17.ſeſſ.24.in fine nec tuta conſcientia fructus retineant.* aut alia opponatur exceptio concludens defectum tituli & poſſeſſionis, *Specul.tit.de actore §.1.nu.47.in fine & ibi Bald.in addit.circa finem Innoc.in c.in literis nu.5.de reſtit.ſpoliat.Anch.in c.1.nu.9.de reg.iurament.in 6 qui duo dicunt ſufficere defectum ſolius tituli.* vel allegetur diſpenſatio, quia ius ſingulare non præſumitur ex poſſeſſione niſi probetur, *Butr.in c.dudum el.2.nu.33.de elect.per illum text.* aut interdicta ſit ei adminiſtratio per hominem tacite, vel expreſſe, aut per legem; ait ſcienter ſoluentes non liberantur, ignoranter vero ſoluentes liberantur, *l.quod ſi forte §.1.& ibi gloſſ.in verbo adminiſtratio 1.Bart.& DD ff.de ſolut.Clem.1.de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct.Bart.in l poſt contractum nu.12.& DD ff.de donat.* Quarto, ſucceſſor in † beneficio non tene- 25
tur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit ei oſtendere ſupplicationem ſignatam, *Put.deciſ.337.lib.1.atteſtans de ſtylo Caſſad.deciſ.8.de reſtit.ſpoliat.Sarn in reg.de non iud.iuxta firm.ſupp.n.7 Garz.de benef.part.4.c.2.nu.19.& ſeqq.* vel probare communem reputationem, & pacificam poſſeſſoris triennalem poſſeſſionem, copulatiue;& licet regulariter contra præſumptum titulum admittatur probatio de vero titulo, tamen hoc caſu ſi per aduerſarium probetur titulus prædeceſſoris infectus, & poſſeſſio capta illius vigore, ac etiam quod ſit infecta poſſeſſio, in nullo ei ſuffragatur; quia propter deceſſum in triennali poſſeſſione, præſumitur vitium purgatum, *d.c.dilecto & ibi Pan.nu.8 gloſſ.in c.illud in verbo ſancta loci de præſump.& ibi Felin.ſub nu.7.& Can.arg.Clem.1.de ſeq.poſſeſſ.& fruct.Franc.in c.ſuſceptum num.xj.de reſtit.Caſſad.*

 deciſ.3.

Digitized by Google

deciſ.3.& 4.& Mohed deciſ.15.hoc tit. Achill.deciſ.19. nu. 4. & ſeqq. & deciſ. 20. & Criſc. deciſ.21.de prob. Mand. ad alleg. Lapi 89. quæſt. 2. quia triennium completum dicitur longum tempus, & minus tempus dicitur recens, d. Clem.1.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.d.c.dilecto de præb.Io. de anania in c.licet heli nu.
26 35.de ſimon. Habilitates † prædeceſſoris non ſunt iuſtificandæ, vel ſufficit qualis qualis probatio clericatus, legitimitatis, Put.deciſ.77.lib 3.Bell.deciſ.593. allegat rationem quia ſuper eo non pronunciatur, Imol.in clem.1.n.3.& 10.vt lit.pend.c.querelam de elect. niſi detecta eſſet eius inhabilitas, quia tunc iuſtificanda eſt prædeceſſoris diſpenſatio, Caſar. deciſ.16.nu.8.& deciſ.20.num.7.& ſeqq. de prob.
27 Bart.in l.facta §.ſi hæres ff. ad Trebell. Quinto, † exceptio criminis non obſtat, agenti poſſeſſorio in beneficialibus, ſiue intentetur poſſeſſorium adipiſcendæ, poſt collationem, aut electionem & confirmationem obtentam, etiamſi crimen inferat nullitatem tituli ipſo iure, vt homicidium, periurium, niſi agens poſſeſſorio de eis publice fuerit infamatus, c.accedens de accuſ.c.conſtitutus el. 2.de appell.c.poſt electionem in fine de conceſſ præb. Pan. in c.cum olim.n.15 & 16.ponens tres fall. hoc tit. ratio prioris eſt, quia ex ſolo titulo conſequitur quis ius in re, abſque inſtallatione, vt ſupradictum eſt; ideo non poteſt à iure quæſito remoueri per exceptionem, ſed per directam actionem, d.c.accedens d.c.conſtitutus el.2. & ſi opponatur, cui datur actio multo magis exceptio. l.1.§.plane ff. de ſuperf. reſpondetur, verum eſſe, quando actio & exceptio tendunt ad rem familiarem, ſecus ſi actio competit ad vindictam, quia tunc competit actio & accuſatio, & non exceptio, Felin.in d.c. accedens in princ. & nu.10. & ibi Anchar. numer.2.& 3. ratio ſecundi eſt, quia exiſtens in poſſeſſione ex ſola infamia ſuſpenditur à beneficio iam obtento, d.c. inter de purg.Can.c presbyter 2.quæſt.5.fortius debet repelli à conſequenda poſſeſſione, c.quemadmo-
28 dum de iureiur. Pan.in d.c.accedens. ſiue † intentetur poſſeſſorium recuperandæ, ſi ſpoliator opponat crimen propter odium ſpolij, & violentiæ, l.ſi maritus la.1. C. de donat. inter vir. & vxor. cap. in literis & c. item cum quis de reſtit. ſpoliat. ſecus ſi tertius non ſpoliator de crimine opponeret, & ex reſtitutione ſequi poſſet periculum animarum, c.ad petitionem & ibi gloſſ.in verbo reſtituendus, de accuſ.& Can.Pan in rubric.de ſponſ.duorum poſt Innoc. Mohed.deciſ.19.de reſtit.ſpoliat. & recipit alias limitationes notatas, per gloſſ. in ſum. 3. quæſt. 1. & ibi
Can: aut etiam † poſſeſſorium retinendæ, quia 29
prædo, & ſpoliator manutenetur, ac quælibet iniuſta poſſeſſio eſt manutenibilis, niſi ſit iniuſta ab aduerſario, l.1.§.fin.cum l.ſeq. ff. vti poſſid.l.1.& ibi gloſſ.& DD.C.eod.§.ſed interdicto in fine & ibi gloſſ.&
DD.Inſtit.de interd. Exceptio † dominij probandi 30
obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi quis de dominio paratus eſt docere incontinenti, alias reſeruatur in petitorio, l.fin.C.quor.bonor.& ibi gl. fin.& Bald.& DD.Bart.in l.naturaliter § nihil commune num.1.& 2.ff.de acquir.poſſeſ.gloſſ.1 in l.2.C.de edict.D.Adr.toll.& ibi Barto.num.1.& 2. & ſufficit de dominio conſtare per inſtrumenta, aut alia legitima documenta, Rot.deciſ.201.part.2.diuerſ. Alex.in d.§.nihil commune gloſſ.pen.in l.ſi de eo §.fin.in verbo teneri ff. de acquir. poſſeſ. In poſſeſſorio retinendæ exceptio dominij non admittitur, ſed poteſt titulus dominij coniungi cum poſſeſſione, vt ſi probationes de poſſeſſione fuerint æquales, iuſtior probatio ſit illius qui eſt dominus, l.ſi de eo §.fin.& ibi Bart.poſt gloſſ.num.2.& ſeqq.ff.de acquir. poſſeſ. Bart. in l.ſi de vi in fine ff. de iud. Rot. deciſ.27. ſub num.3 part.1.diuerſ.Greg.xv.deciſ.507.num.3. & ibi annot. In interdicto recuperandæ non admittitur exceptio dominij, vbi illata eſt vera violentia, l.1.C.ſi per vim vel alio modo & c.l.ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iul.de vi l.ſi de vi ff. de iud. & ibi Caſtr.nu.15.ponit.10.fall. & ibi DD. ſecus eſt in quaſi violentia, l.cum querebatur C. vnde vi & ibi gloſſ. in verbo per ignorantiam, in fine Bart.in d.l.ſi de vi nu.3. late Alex.in l.naturaliter §.nihil commune à num.10. vſque ad 33 ff. de acquiren.poſſeſ. In poſſeſſorijs retinendæ, & recuperandæ, admittitur exceptio dominij iam in actis probati & notorij, Put.deciſ.29.num.15.& 16.lib.2.Iaſ.& Rip.in d.§. nihil commune.

Quibus modis beneficia & ſpiritualia iura acquiri poſſint, ſuis locis oportune dicetur. Regu-
lariter ſententia † abſolutoria lata in petitorio, 31
non parit exceptionem rei iudicatæ, in poſſeſſorio l.naturaliter §.nihil commune ff. de acq. poſſ. l.1.§. huius autem interdicti ff. vti poſſid. & è contra abſolutoria lata in poſſeſſorio, nõ parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, l. an & eadem §.fin. ff de except.rei iud. quia ſeparata eſt poſſeſſio à proprietate: fieri enim poteſt vt alter poſſeſſor Dominus non ſit, alter Dominus quidem ſit, poſſeſſor vero non ſit, d.l.1.§. huius autem interdicti, Limita regulam 1.

Digitized by Google

32 lam 1. † Quando poſſeſſorium habet cauſam proprietatis annexã, qualia ſunt interdicta de itinere, actuque priuato, aqua ex caſtello ducenda, arboribus cædendis, item quæ proponuntur de locis ſacris, religioſis &c. de liberis exhibendis, *l 2. §. quadam ff. de interd.* aut vaſallo, ciue, monacho, pupillo, vel vxore, vel alia perſona, in qua ius habeo, exhibendis: *l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lib. exhib. Bart. in d. l. 2. §. quadam,* quia oportet in ijs probare dominium, ſeruitutem, filiationem, rem ſacram &c. ſicut ſi ageretur petitorio, *l. ſancimus C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. §. 1. l. quæ religioſis ff. de rei vendic.* & effectus ſimilis eſt victoriæ cauſæ proprietatis, nam vt cauſa proprietatis finita, ſic iſtis interdictis finitis totum finitur, *l. 1. §. hac interdicta & ibi gloſ. in verb. etiam ſeruitus & §. fin. ff. de aq. quotid. & æſt. & ibi gl. in verbo aſsignationis, glo. in d. l 2. §. quadam ff. de interd. & ibi Bart. & DD. l. 1. §. pars modo ff. de lib. exhib.* Secus in alijs interdictis, quia ſecunda cauſa proprietatis remanet, *l. incerti C. de interd. l. 1.*
33 *§. hoc interdictum competit ff. de riu.* Limita † 2. quando abſolutoria obtenta fuerit propter probationes dominij, à reo factas, quia petitorium abſorbet poſſeſſorium etiam retinendæ, & recuperandæ, quando de proprietate conſtat per confeſſionem partis, *l. cum à matre C. de rei vend.* Aut per probationes de conſenſu ſpoliati, vel partium factas ſuper proprietate; *c. 1. hoc tit. Put. deciſ. 29. per totam lib. 2.* vel per probationes ante ſuſpenſionem petitorij receptas, *Bellam. deciſ. 404. cum duabus deciſ. ſeqq. Rot. deciſ. 224. n. 4. part. 1. diuerſ. Cæſar deciſ. xj. num. 7. & 8, de re iud. Innoc. in c. conſtitutus de fil. presb. & ibi Can. Innoc. in c. ſignificaſti & ibi Can. de diuort.* Aut per notorium facti actu permanentis; ſiue notorium iuris; *Innoc. in c. ſignificaſti in pr. de diuort.* vel per ſententiam iudicis non tamen extra Rotam latam, niſi viſa eius iuſtitia; *c. cum dilectus & ibi gloſ. fin. Pan. n. 7. & Can. hoc tit. Pan. in c. paſtoralis ſub nu. 26. verſ. 2. caſu eod. Alex. in d. §. nihil commune num. 35. Rot. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in nou. Rot. deciſ. 224. in princ. part. 2. diuerſ. & deciſ. 75. part. 1.* Secus ſi ſit obtenta ob non probationes actoris, prout communiter fieri contingit ſecundum communem curſum cauſarum, *Pan. in d. c. cum di-*
34 *lectus n. 7. Creſc. deciſ. 21. de re iud.* Ex quibus patet † quod vulgatũ axioma petitorium abſorbet poſſeſſorium, procedit; quando liquet de petitorio per confeſſionem, partis, aut probationes, vel ſententiam iudicis, vt dictum eſt, & quando conſtat de vtroque ſimul, ſed ſi diuiſim conſtiterit, & liquet de petitorio pro actore, de poſſeſſorio pro reo, iudex pronunciabit pro reo in poſſeſſorio, & pro actore in petitorio; quia poſſeſſorium præualet petitorio in ordine pronunciandi, etiam quãdo ſuper vtroque proceditur; ſed in executione præualet proprietas: & ſic illa poſſeſſio erit penes reum modicum duratura, ex quo liquet de proprietate pro actore, quia cogitur ipſi reſtituere, *d. c. cum dilectus l. pen. & fin. ff. de publ. in rem act.* proderit tamen ſuper poſſeſſorio lata propter fructus, & expenſas, *l. vtique ff. de rei vend.* Si vero liquet de proprietate pro reo, quia aſſumpſit in ſe onus probandi dominium, de poſſeſſione pro actore, fertur ſententia in petitorio pro reo, ſed nulla fertur ſententia in poſſeſſorio pro actore; *Bellam. deciſ. 406. arg. l. ſed etſi lege §. etiamſi ante litem ff. de petit. hæred. & l. vendicante cum ll. ſeqq. ff. de euict.* quia reus non tenetur actori reſtituere rem, obſtante dicto axiomate & regula dolo facis &c. *c. ſignificauerunt & ibi glo. fin. de teſtib.* aut fructus, quia debentur proprietario, *§. ſi quis à non domino Inſtit. de rer. diuiſ.* niſi dicamus odio violentiæ in poſſeſſorio recuperandæ ſententiam ferendam pro actore reſpectu fructuum à die deiectionis, *l. 1. §. ex die ff. de vi & vi arm. c. grauis de reſtit. ſpoliat. Pan. in d. c. ſignificauerunt n. 7. verſ. nota 4. & ibi Fel. numer. 6. de teſt. Rot. Biſign. deciſ. xi. de reſtit. ſpoliat.* ac reſpectu cæterarum vtilitatum, & fructuum percipiendorum, ac mobilium etiam alienorum, quæ erant in re inuaſa, *l. 1. §. quod autem ait ff. de vi & vi arm. Pan. in c. paſtoralis n. 26. hoc tit. l. ſi de poſſeſſore C. vnde vi.* Ac etiam propter condemnationem expenſarum, *d. l. vtique Anchar. pulchre diſtinguens in d. c. cum dilectus num. 5. Pan. num. 10. & Can. communiter Ioan. And. in d. c. paſtoralis n. 27.*

Circa cumulationem † petitorij & poſſeſſorij 35
infraſcriptæ regulæ ſunt ſeruandæ. Nunquam concurrit poſſeſſorium cum petitorio, quando poſſeſſorium habet cauſam proprietatis annexã, quia abſolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio, *l. 2. §. quadam ff. de interd.* vel quando electione ſe tollunt, *l. fin. C. de codicil. Bar. in d. §. nihil commune n. 15. & ibi DD.* Aut eis obſtat ratio ordinis, ſiue præpoſterationis iudiciorum; *l. ius eius C. de prob. l. liberis §. fin. ff. de lib. cauſ. l. 1. §. huius autem ff. vti poſſid.* quia incertum eſt, quiſnam onus probandi ſubire debeat in petitorio, *§. retinendæ Inſt. de interd. Bart. in d. §. nihil commune n. 17.*

vel quando petitorium & poſſeſſorium ſunt contraria, *Bart. in d. §. nihil commune num. 15. & 26.* Ex quibus infertur poſſeſſorium adipiſcendæ, *d. c. paſtoralis*, ac poſſeſſorium recuperandæ ab eodem cum petitorio poſſe cumulari, *d. c. paſtoralis c. cum eccleſia c. cum ſuper hoc tit. l. cum fundum in fine ff. de vi & vi arm.* Poſſeſſorium retinendæ cum petitorio non poſſe ab eodem cumulari, ratione contrarietatis & præpoſterationis ordinis iudiciorum; *l. exitus ff. de acq. poſſeſ. l. incerti C. de interd. l. ſi de vi ff. de iud. & ibi gl. 1. mag. verſ. nunquid ergo l. ordinarij C. de rei vend.* Quod ſi ab vno intentatur petitorium, ab altero poſſeſſorium, ſiquidem retinendæ, vtrumque iudicium procedit; quia poſſeſſorium retinendæ non ſuſpendit petitorium, & nulla regula hoc caſu impedit concurſum, vt ſi ab vno agatur de nullitate penſionis, & ab altero intentetur remedium retinendæ: *Cæſar. deciſ. 8. de re iud. cont. Bart. in d. §. nihil commune n. 28.* Si adipiſcendæ, impeditur concurſus ratione contrarietatis, quia alter alterum poſſidere contendit; ſi vero recuperandæ, impeditur ratione contrarietatis & ordinis, quia cauſa ſpoliationis ante omnia venit tractanda, *c. in litteris de reſtit. ſpoliat. l. antepen. in fine ff. de vi & vi arm. l. ſi de vi ff. de iud. l. 1. C. de appell.* Petitorium & poſſeſſorium diuerſis reſpectibus poſſunt cumulari, *Bart. in d. §. nihil commune n. xj. 15. 19. 23. 25.* Exempli gratia, locator agit rei vendicatione, ratione detentationis contra colonum, & interdicto retinendæ ratione ciuilis, & naturalis poſſeſſionis turbatæ. *Bart. in d. §. nihil commune n. 15. in fine.*

36 Quando † petitorium & poſſeſſorium cumulantur ab eodem, de iure ciuili poteſt iudex ſuper eis ſeparatim pronunciare; *l. non idcirco ff. de iud. l. etiam §. ex cauſa ff de minor. l. 1. C ſi aduerſ. rem iud. & ibi not. c. 2. hoc tit. & ibi gl. fin. & Can.* quia ſunt duo iudicia, vel vnum iudicium habens plura capita, *d. l. non idcirco*, de æquitate canonica iudex procedit ſimul ſuper vtroque vſque ad ſententiam, & eadem ſententia terminat vtrumque, dummodo ordine præcedat poſſeſſorium: *c. cum dilectus c. cum eccleſia c. cum ſuper hoc tit.* Sed ſi iudex velit, poteſt ex officio ſuo, vel ſecundum alios, parte petente, *Cæſar. deciſ. 9. n. 2. & 9. hoc tit. Bell. deciſ. 505. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infect.* dare prætogatiuam poſſeſſorio, vt recipiat ſuper vtroque probationes, poſtea procedat ad examinationem probationum ſuper poſſeſſorio, & ſententiam ſuper poſſeſſorio tantum ferat: *c. 2. hoc tit. & ibi glo. fin. Pan. & Can.* quod ſi ab vno † proponitur petito- 37
rium, vt ſi agat de nullitate penſionis, & à reo poſſeſſorium retinendæ, productis litteris reſeruationis penſionis, docto de quaſi poſſeſſione, debent vnica ſententia terminari etiam de iure ciuili, propter naturam conuentionis, & reconuentionis: *d. l. 1. in fine ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. c. cum dilectus de ord. cognit.* & licet huiuſmodi omiſſio non faciat nullitatem, quia valet ſententia ſuper altero lata. *l. 1. C. de appell. l. 1. in fine & ibi gloſ. fi. & Bart. ff quæ ſent. ſine appell. reſcind gl. in d. c. cum dilectus in verb eadem ſententia & c. gloſ. in ſum. 2. quæſt. 1. Bart. in auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc.* tamen negari non poteſt quin faciat grauamen, & det iuſtam cauſam appellandi, *d. l. 1. C. de appell.* petendique reſtitutionem, *Cæſar deciſ 10. ſub n. 9. 10. & 11. de re iud. l. 1. §. permittitur & ibi Bart. in fin. ff. de aq. quotid. & æſt. Pan. in d. c. cum dilectus de ord. cog. n. 14. & Can. glo. in c. bona 1. in verb. in tanta diuiſ. & Can. de poſt. prælat.* Qui agit † petitorio, po- 38
teſt illo pendente, & ſuſpenſo etiam tempore feriarum, & vacationum, *Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou. Clem. ſæpe de verb. ſignif.* ante concluſionem in cauſa in prima inſtantia agere poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, quia petitorium competit reſpectu dominij, poſſeſſorium reſpectu poſſeſſionis, quam non habet, nec obſtant regulę accumulationum prohibitiuæ: *c. paſtoralis hoc tit. c. ſignificauerunt de teſtib. C. antepen. in fine ff. de vi & vi arm. Rot. diu. deciſ. 34. n. 4. part. 2.* Poſt concluſionem in cauſa non poteſt, ne lites litibus inculcentur, & aperiatur via fraudibus, *d c. paſtoralis §. ſi vero*, niſi ex iuſta cauſa, vt ſi appareat ſubtractio probationum malitia, vel caſu, vel ex alia iuſta cauſa, *d. c. paſtoralis §. puta & ibi Pan. nu 35. & Can.* Sed ante concluſionem in cauſa non poteſt agere poſſeſſorio retinendæ, propter contrarietatem inde exſurgentem, nam qui agit petitorio dicit aduerſarium poſſidere, *c. examinata de iud.* agens vti poſſidetis dicit ſe poſſidere, & per aduerſariũ moleſtari, *l. 1. §. eſt igitur hoc ff. vti poſſid.* niſi egerit confeſſoria ratione iuris incorporalis, vt ſeruitutis, & ante concluſionem in cauſa proponat interdictum retinendæ, quod pro ſeruitute datur; *l. ſecuti §. ariſto. ff. ſi ſeruit. vend. d. l. 1. in princ. ff. vti poſſid.* quia confeſſoria datur ei qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, *l. ſi forte §. ſciendum ff. ſi ſeruit. vend. l. vtiſfrui §. fin. ff. ſi vſuſfr. petat.* vnde ceſſat ratio

Digitized by Google

ſat ratio contrarietatis; aut egerit petitorio pro re corporali, quam actor ignorabat ſe per alium poſſidere, ita quod proponendo petitorium, non poſſit dici renunciaſſe poſſeſſioni, *l. peregre ff. de acquir. poſſeſ. Barto. in d. §. nihil commune nu. 19. eod.*
39 *tit.* In cauſa † beneficiali mora ſuper titulo beneficij. *gl. t. in C. cleric. t. hoc tit.* legitime ad ſedem apoſtolicam deuoluta per appellationē, tota cauſa id eſt petitorium & poſſeſſorium pro celeriore expeditione cenſetur deuoluta propter periculum diutinæ vacationis: *An. bar. in d. clem. 1 nu. 2. & 3 hoc tit.* & tam appellatus quam appellans poteſt nedum petitorium, ſed & poſſeſſorium intentare, ac etiam ſuſpendere petitorium à ſe, vel ab aduerſario intentatum, in ſolo & quocunque, *Vital. in clem. vnic. n. 44. hoc tit.* Poſſeſſorio procedendo, *Clem. vnica hoc tit Rot. deciſ. 4. tod. in antiq.* In quacunque inſtantia, *Caputaq deciſ. 323. part. 2.* donec fuerit definitum ſententia, quæ tranſiuerit in iudicatum, & ei plene fuerit paritum: alias modicum proficeret huiuſmodi ſuſpenſio, niſi fieret etiam ſententiæ executio; *Vital. in clem. vnica n. 10. hoc tit.* tum quia ſi iudicium petitorium & poſſeſſorium à diuerſis partibus ſimul moueatur, prius audiri debet intentans poſſeſſorium, *l. momentaneæ & ibi gloſ. 1. in fine per illum textum mox audiri C. vnde vi l. incerti C. de interd.* Si hoc petat & de eo opponat, alias regula eſt, quod illa iudicia ſimul procedunt, quia leges loquentes de cumulatione prohibita requirunt exceptionem partis, *Iaſ. poſt Bart. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 156 & nu. 162. vbi ponit regulam quam limitat 3. modis ff. de*
40 *acq. poſſeſ. & ibi DD.* In alijs † cauſis poterit ſuſpendere nedum in prima, ſed etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, petitorium à ſe intentatum; *d. c. paſtoralis Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. Capyc. deciſ. 28. n. 2.* quia licet ſit finita prima inſtantia, durat adhuc cauſa, & iudex ſecundæ inſtantiæ ſuccedit primo, coram quo id licuiſſet, ſed in cauſa appellationis non poteſt ſuſpendere petitorium ab aduerſario intentatum, quia in illis appellatio ab vno capitulo ad ſedem Apoſtolicam, non deuoluit cauſam principalem totam, ſed tantum ius appellantis, & non appellati ius, niſi appellato poſtulante, *c. cordi de appell. in 6. & ibi Anchar. in 8. not. idem Anchar. in d. clem. t. n. 3. hoc tit. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou.* vel alio modo vtriuſque ius ac tota cauſa ſit ad curiam deuoluta. Speciale eſt in cauſis beneficialibus, quod quis poteſt ſuſpendere petitorium ab aduerſario intentatum in cauſa appellationis, in alijs cauſis non licet in cauſa appellationis, ſed
tantum in † cauſa principali, *Anch. in d. clem. vnica* 41
n. 10. & ibi Cau. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. ſuſpendere petitorium ab actore intentatum; ſiue poſſeſſorium recuperandæ à reo deductum fuerit, *c. ex conqueſtione de reſt. ſpoliat.* ante litis conteſtationē, eſt enim hæc exceptio dilatoria, quod prius cognoſcatur de cauſa ſpoliationis, *Bart. in l naturaliter §. nihil commune num. 26. in 4. combinatione ff. de acq. poſſeſ.* vel ex Stylo Rota vſque ad concluſionem in cauſa, *Caputaq. deciſ. 313. part. 2. Rot. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet. in antiq. Pan. in cap. ex conqueſtione n. 8. de reſtit. ſpoliat. Pan. in c. paſtoralis nu. 7. & 8. hoc tit.* ſiue poſſeſſorium adipiſcendæ, quia reus proponendo tale poſſeſſorium negat ſe poſſidere: *Barto. in d. l. naturaliter §. nihil commune ſub n. 26. in 4. combinatione,* ſiue etiam poſſeſſorium retinendæ de quo Rota, contrariè ſentit. *Caputaq. deciſ. 324. part. 2.* nam cum ab vno intentatur petitorium ab alio poſſeſſorium retinendæ, ſi intentans petitorium non contendat ſe poſſidere, non videtur poſſeſſorium poſſe ſuſpendere petitorium, ſed vtrumque iudicium ſimul procedit, cum ceſſet ratio contrarietatis & ordinis: *Rot. diuerſ. deciſ. 349. n. 2 part. 1. Iaſ. in d. §. nihil commune n. 142. & DD. communiter,* niſi actor, qui propoſuit petitorium, contendat ſe poſſidere eadem poſſeſſione, in qua reus ſe turbari prætendit, *Rip. in d. §. nihil commune n. 164 Menoch. in 3. remed. retin. nu. 537. Rot. diuerſ. deciſ. 97. n. 2. & 8. part. 2.* rei enim vendicatio datur Domino, & poſſeſſori contra nudum detentatorem, *Iaſ. in d. §. nihil commune n.*
26. & 27. l. officium ff. de rei vindic. Denegatur † pe- 42
titorij ſuſpenſio, quando petitorium intentatum fuerit non principaliter in prophanis, ſed excipiendo: *Capyc. d. deciſ. 28. in princ. & fin. cap. 1. de reſt. ſpoliat.* ac in cauſa beneficiali per appellationem deuoluta ad inferiorem à Papa, qui cognoſceret id ſolum ſuper quo fuerit appellatum: *gloſ. in verb. per appellationem in d. clem. vnic. & ibi Pan. n 2. c. Romana §. 3. & ſeqq. de app. in 6.* nec non quando ſuſpenſio petitorij fit calumnioſe: *d. c. paſtoralis §. ſi vero hoc tit. Mohed. deciſ. 14. de reſtit. ſpoliat.* aut poſt conſenſum præſtitum, in probatione ſuper petitorio, *late Put. deciſ. 29. lib. 1. Collect. in cap. 1. n. 5. de reſtit. ſpol. facit deciſ. Ægidij 404.* fit hæc ſuſpenſio etiam in cauſa ſupplicationis, *Rot. deciſ. 64. n. 5. part. 2. diuerſ. Capyc. d. deciſ. 28. clem. vnica hoc tit.* ac in ſaluiano in-

Digitized by Google

uiano interdicto, *Rot. deciſ. 44. nu. 5. part. 1. diuerſ. gloſ. in d. clem. 1. in verb. per appellationem hoc tit. l. 2.*
43 *ff. de ſalu. interd.* Varij ſunt effectus † iſtius ſuſpenſionis. Primo facta à iudice quoad vnum colitigantem, operatur effectum ſuum, etiam quoad alium non petentem, *Rot. deciſ. 12. hoc tit. in antiq. atteſtatur ita Rotam ſeruare clem. vnic. hoc tit. c. ex cõqueſtione & ibi not. de reſt. ſpoliat.* in eodem iudicio, non alio iudicio, vel inter perſonas diuerſas; vt ſi tertius nouam commiſſionem obtinuerit etiam iactationum, *Rot. d. deciſ. 12. in fine Caſ. deciſ. 7 nu. 4 de re iud. repetit. deciſ. 348. part. 1. diuerſ. l. 2. & fin. C. quib. res iud. non nocet*, Secundo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, quoad cõcernentia petitorium, *d. Clem. vnic. in fine notant DD. in d. c. paſtoralis Caputaq. deciſ. 321. part. 1.* vnde ſententia lata ſuper petitorio & poſſeſſorio, petitorio per partem ſuſpenſo, eſt nulla: *Alex. in d. §. nihil commune poſt Bart. n. 91. & ſeqq. & ibi Iaſ. n. 156. & ſeqq. & DD. communiter Caputaq. deciſ. 143. part. 3.* item dicta teſtium productorum in iudicio poſſeſſorio aliquid dicentium, quod tangit petitorium ſuſpenſum, non valent; quia ſunt recepti à iudice carente iuriſdictione, *Rot. deciſ. 23. in fine de teſtib. in nou. per clem. vnic. hoc tit.* Eadem ratione iura producta concernentia petitorium in eo non probant, *Bald. in l. ordinarij ſub n. 10. C. de rei vend. Mohed. deciſ. 8. nu 2. de reſt. ſpol. Rot. deciſ. 103. n. 5. part. 1. diuerſ.* vt ex illis non dicitur conſtare de bono iure ſpoliantis, aut agentis petitorio, niſi huiuſmodi probationes factæ & receptæ fuerint ante ſuſpenſionem petitorij; *Caſar. deciſ. 11. n. 6. & 8. de re iud. repetita deciſ. 361 n. 6. part. 1. diuerſ. l. 3. §. ſed ſi ſupra verſ. cæterum ff. vti poſſid.* aut guſtata ſit nullitas contractus, ſuper quo petitorium fundatur; *c. 1. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 224. n. 4. part. 2.* quibus caſibus ſpoliatus non reſtituitur, quia petitorium abſorbet poſſeſſorium, *Caſar. d. deciſ. rei n. 6. & 8. Bellam. deciſ. 404. & duabus deciſ. ſeqq. dixi in §. regulariter ſupra hoc tit.* Tertio tranſiens de petitorio ad poſſeſſorium non condemnatur in expenſis, *d. clem. 1. hoc tit. & ibi gl. in verb. ſuſpendere & Zab. n. 20. & 21. Pan. in c. paſtoralis n. 31. hoc tit. in fine & ibi Collect. n. 7.* quia beneficio legis hoc facit, *Vital. in d. clem. 1. numer. 59.* & expenſæ non debentur niſi cauſa finita ſuper poſſeſſorio, vel per tres conformes vel per vnam ſententiam quæ tranſiuit in iudicatum, *Caputaq. deciſion. 321. numer. 2. part. 2. Staphyl. de ſign. litt. iuſt. §. citatio numer. decimo quarto, vbi limitat.* Quarto non impedit deductionem eorum, quæ ſunt neceſſaria ad obtinendum in poſſeſſorio, vtputa in cauſa beneficiali, tituli ad effectum poſſeſſorij tantum, *Rot. deciſ. 241. num. 2. & 3. & deciſ. 450. nu. 2. in fine part. 1. diuerſ. c. ex parte B. & ibi Pan & Can. de foro compet. c. fin. de iud. l. domum C. de rei vend. & ibi Bald. & DD.* Licitum † autem 44
eſt ſuſpendenti à ſuſpenſione petitorij recedere expreſſe & tacite, per actum contrarium, qui deſumitur ex libello, articulis, tentione terminorum, *Rot. deciſ 6. hoc tit. in nou. Achil. deciſ 3. de iud. Rot. deciſ. 348 ſub nu. 3. part. 1. diuerſ. c. ſollicitudinem de appel. l. ſi quis iuſiurandum C. de reb. cred.* & ſi actor reuocauerit ſuſpenſionem petitorij, debet reo, ſi petierit, dari abſolutoria in poſſeſſorio, vt ſi actor in eadem, aut ſecunda, vel vlteriori inſtantia ſuſpendat petitorium volens in ſpolio procedere, reperiatur in eius fauorem ſemel pronunciatum, *Creſcent. deciſ. 5. de re iud l. ſi quis iuſiurandum ibi iudices nullo modo eos audire C. de reb. cred.* quia poteſt quis pluries ſuſpendere petitorium in vna & eadem inſtantia ante concluſionem, puta aliquis in principio litis ſuſpendit petitorium, poſtea in medio litis reuocat huiuſmodi ſuſpenſionem, & procedit in petitorio, ante vero concluſionem iterum ſuſpendit petitorium, *Pan. in d. c. paſtoralis num. 21. Rot. deciſ 8. hoc tit. in nou.* ac etiam in cauſa appellationis inuito appellante reaſſumere petitorium in prima inſtantia à ſe ſuſpenſum, *Rot. d. deciſ. 8 & 10. hoc tit in nou. & Rot. deciſ. 5. in 2. dub. eod. tit. in nou. per Clem. vnic. hoc tit.* Ex eiſdem rationibus qui agit poſſeſſorio † adipiſcendæ, vel recu- 45
perandæ, poteſt illo ſuſpenſo & pendente agere petitorio in cauſa principali, *gloſſ. in d. Clem. vnic. in verbo ſpoliantis hoc tit. & ibi Imol. num. 12. & Can. Bart. in d. §. nihil commune nu. 21.* ac etiam in cauſa appellationis, *Rot. deciſ. 5. nu. 2. & deciſ. 10. hoc tit. in nou. Zab. in Clem. vnic. num. 7. hoc tit.* ſecus ſi agit poſſeſſorio retinendæ, *Bart. in d. §. nihil commune num. 21. & ibi DD.* quia petitorium & poſſeſſorium ſicut à principio poſſunt cumulari, ita & ex poſt facto, & quando à principio impeditur eorum accumulatio, ita etiam ex poſt facto, *Pan. in d. c. paſtoralis num. 22.* Is qui, petitorio per eum ſuſpenſo, proceſſit in ſolo poſſeſſorio, & in eo
ſuccubuit † per ſententiam vnam, non poteſt in 46
ſecunda inſtantia aggredi petitorium iterum per viam ſuſpenſionis poſſeſſorij, ſed bene poteſt poſſeſſorium accumulare petitorio per viam cognitio-

Digitized by Google

gnitionis, *Vital. in Clem. vnica ſub numer. 55. & ibi Zab. in 6. oppoſ. hoc titulo Caputaq. deciſ. 221. part. 2.*

De reſtitutione ſpoliatorum.

Titulus XIII.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus duo debet probare, poſſeſsionem & deiectionem.*
2 *Poſſeſsio quomodo debeat probari.*
3 *Licitum eſt ſpoliatori apponere ad tollendam probationem poſſeſsionis.*
4 *Poſſeſsio inſtrumentalis nullius eſt momenti alio reperto in poſſeſsione.*
5 *Poſſeſsio inſtrumentalis poſterior eſt in conſideratione, quando eſt cum decreto iudicis & prior realis patitur defectus.*
6 *Monachus ſpoliatus prioratis vel beneficio manuali ab extraneo, poteſt agere remedio recuperandæ, ſecus ſi ſpolietur ſuo abbate.*
7 *Deiectio quomodo probetur.*
8 *Spoliatus pro poſſeſſore habetur contra ſpoliantem quoad res, damna, fructus, ſed non quantum ad vſucapionem & interdicta.*
9 *Spoliatus à iudice non poteſt petere reſtitutionem.*
10 *Spoliatus de titulo docere non debet.*
11 *Fallit primo, in Cauſis beneficialibus.*
12 *Secundo, in iuriſdictionalibus contra ordinarium.*
13 *Tertio, in his quæ non poſſunt haberi niſi ex conceſſione principis.*
14 *Quarto, quando eſt veriſimilis præſumptio contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, aut ius Commune ei reſiſtit.*
15 *Quinto, in Cauſa matrimoniali.*
16 *Sexto, in his quæ Communiter haberi non poſſunt niſi certa ſpecifica cauſa procedente.*
17 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, reiectis exceptionis dominij, abiurationis, non Canonicæ inſtitutionis*
18 *Spoliator ſuper eadem re non poteſt audiri in petitorio vel poſſeſſorio niſi ſpolio purgato, & quomodo fiat iſta ſpolij purgatio*
19 *In ſpolio violento, valor rerum amiſſarum, taxatione iudicis præcedente probatur iuramento ſpolio.*
20 *In eadem veniunt fructus percepti, & conſumpti & qui percipi potuiſſent à die deiectionis, & à die intruſionis in beneficio.*
21 *In ſpolio non violento veniunt fructus percepti à die motæ litis; & antea percepti extantes,*
22 *Spoliato obſtant nonnullæ exceptiones quæ eius reſtitutionem impediunt.*
Primo, exceptio quæ concludit inhabilitatem perſonæ ſpoliati.
23 *Secundo, quæ concludit manifeſtum defectum proprietatis & poſſeſsionis.*
24 *Tertio, exceptio inopiæ, quæ non excuſat à reſtitutione immobilium occupatorum, ſed differt reſtitutionem fructuum.*
25 *Quarto, tertius veniens ad Cauſam pro ſuo intereſſe poteſt agere petitorio.*
26 *In Beneficialibus violenti tantum, & non omnes intruſi, qui temeritate propria occupare quæcunque beneficia eccleſiaſtica non verentur, eo ipſo, ius ſi quod in taliter occupatis, vel ad ea competebat amittunt.*
27 *Recuperandæ poſſeſſorium datur ſpoliato, eiuſque ſucceſſori, contra eum qui deiecit, ratum habuit & contra vniuerſalem eius ſucceſſorem, de eo quod ad eum peruenit.*
28 *Contra ſucceſſorem ſingularem in re non datur, niſi eum qui ſcienter rem illam recepit à deiectore.*

DICTVM eſt ſuperiori titulo de acquiſitione poſſeſſionis, & quo ordine cauſæ poſſeſſionis & proprietatis ſint tractandæ, nunc quia ſæpius in diſputationem reuocatur an ſpoliatus indiſtincte ſit reſtituendus, ſubmittitur hæc rubrica de reſtit. ſpoliat. Spoliatus † duo probare debet, poſſeſſionem, non autem nudam facti detentionem, *c. ex parte M. & ibi gloſ. in verb. commodo hoc tit. & ibi Can.* & deiectionem, *c. conſultationibus in fine de offic. deleg. c. cauſam quæ qui fil. ſint legit. c. olim cauſam hoc tit. Franc in c. decimæ n. 2. eod. in 6. Greg. xv. deciſ. 500.* vel quod per occupationem, poſſeſſor ſua iura libere poſſidere non poteſt, ſicut prius, *c. fin. hoc tit.* 1

Poſſeſſio debet probari per indubitatas probationes, *d. l. 1. C. quor. bonor. & ibi gl. in verb. filium eſſe & ibi DD. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummaria n. 12. quom. in crimine læſ. maieſt. proced. Dec. in c. cauſam quæ nu. 23. & 24. & ſeqq. de iud. Rot. deciſ. 389. n. 1. 2. & 3. part. 1. diuerſ. & deciſ. 165. num. 1. & deciſ. 337. part. 2. diuerſ. Afflict. deciſ. 364.* de tempore ſpoliationis, *l. 1. §. interdictum autem ff.*

de vi & vi arm.gloſſ.in c. cum ad ſedem in verb. diutius poſſediſſet & Can.hoc tit. In remedio c. reintegranda 3.quæſt.1. & quando officio iudicis petitur reſtitutio poſſeſſionis, ſufficit probare ſpolium reipſa, videlicet antiquiorem poſſeſſionem, & poſſeſſionem eſſe penes conuentum, Bald. in l.3. ſub n.15.verſ.ſic & nota quod ille C.ſi à non compet.iud. & c. Afflict.deciſ.327.Rot. diuerſ.deciſ.73.n.2.part.1. Lap.alleg.61.Greg.xv.deciſ.549.Myſ.obſ.85.cent.3. etiam in beneficialibus, Soc.ſen. in l.rem quæ nobis n.17.ff.de acq.poſſeſ.Achil.deciſ.6.hoc tit. quia præſumitur continuata vſque ad tempus ſpoliationis, Pan. in c. cum ad ſedem n.17.hoc tit. & ibi Can.l. ſiue poſſidetis C.de prob.Rot. deciſ.4. de prob. in nouis. Vnde non ſufficit probare poſſeſſionem authoris, niſi propria concludatur; Butr.in d.c. cum dilectus num. 16. de ord.cognit. Aut conſtitutum; niſi data validitate contractus, l.1.§.ſi vir vxori & ibi Iaſ.num.15.16.& ſeqq. & DD.ff.de acq.poſſeſſ.Rot. diuerſ deciſ.224.part.2. & probata poſſeſſione cōſtituentis, l.quamuis § 1.& ibi Angel.ff.de acq.poſſeſ. l.2.& ibi gl. in verb.tradita & Angel.& Bald.n.5.C. eod. Bald.in l.1.C.quand.liceat ab empt.reced. & ibi Salyc. de tempore conſtituti, Bald.in l.ſiue autem §. 1.ff.de pub.in rem act.Rot.diu.deciſ.766.part.1. De titulo habili, aut iuſta cauſa conſtituti non debet doceri, Rot. deciſ.549.n.9.part.1.diuerſ.atteſtans de commun. Bart.in l.quod meo n.1.& ibi DD.ff.de acq. poſſeſ. quia poſſeſſio acquiritur ſine cauſa: l.1.§.vir l.qui bona l.qui alienum ff.de acq.poſſeſ. inter ipſos vero contrahentes conſtitutum probat poſſeſſionem, abſque alia probatione, Angel.Peruſ.in l. quadam mulier ſub num.2.ff.de rei vend.Greg.xv.deciſ.361.n.2. Item non ſufficit probare compenſationes factas, vel confeſſiones de recepto vt probata cenſeatur quaſi poſſeſſio exigendi; quia cōpenſatio non eſt vera ſolutio, l.ſi conſtat C.de compenſ. l.Iulianus la 1.ff.de cond.& demonſt. & confeſſio de recepto non probat veram ſolutionem, l.ſi ex cautione & ibi Bart.in antiq.lect.& DD.communi-
2 ter C.de non num.pecun. Probatur autem † per inſtrumentum captæ poſſeſſionis, quando inſtrumentum fit in fundo, vel in conſpectu fundi, l.2. C.de acq.poſſeſ.Bart.in l.prædia nu.1.ff.eod. Greg.xv. deciſ.46.n.2.& poſſeſſio prius erat vacua; Bart.in l. qui vniuerſas §.quod per Colonum ff.de acquir.poſſeſ. Greg.xv.deciſ.549.n.2. aut erat plena, & poſſeſſio capta fuit auctoritate iudicis, qui priuat poſſeſſione ciuili & naturali, etiam abſque alia expulſione: Angel.in l.clam poſſidere §.qui ad nundinas n.2 in fine Rom.n.3.Imol.n.1.& DD.communiter ff.de acquir.poſſeſ.Greg.xv.deciſ.582.& ibi annot.factæ fidelitatis: traditionis rei: Pan.in c.cum nobis n.5.verſ. item per inſtrumenta de præſcript. Caſſad.deciſ.20.de prob.Rot.deciſ.641.part.1.diuerſ.Cæſar deciſ.4.hoc tit. interdum admittitur præſumptiua poſſeſſionis, probatio ſecundum materiam ſubiectam, Put.deciſ.75.lib.3.Rot.deciſ.594.part.1.diuerſ.Iaſ.in l.admonendi n.131.& pluribus ſeqq.ff.de iureiur.Crau. conſ.158.n.6.& ſeqq. plures cumulans, Sufficit poſſeſſori beneficij, probare annuam penſionem ſolutam fuiſſe ſuis prædeceſſoribus, licet ipſe nunquam fuerit in poſſeſſione percipiendi eandem, quando alius non poſſidet, Rot.d.deciſ.1.hoc tit.in nou.& d.deciſ.73.n.2.part.1.diuerſ.l.bonorum 1.§.in bonis ff.de verb.ſignif.l.item veniunt §.fin.cum ll.ſeqq. ff.de petit.hæred. Pan.in c.cum ſuper n.15.de cauſ.poſſeſ.& prop.Pan.in c.cum olim n.5 hoc tit. quia eccleſia poſſidet, & eius nomine poſſeſſor agit, Fel.in c. conſtitutus n.19 de reſcript.& ibi Can.c.conquerente, hoc tit. etiam interdicto retinendæ Tiraquel.in tr.le mort ſaiſit le vif part.1.declarat 5.Garc.de benef.part. 5 cap.5.n.37.38.& ſeqq. Sard.conſ.183.nu.37. Greg. xv.deciſ.246.& ibi annot. Pan.in c.cum ſuper nu.18. & 20.de cauſ.poſſeſ.& prop. & recuperandæ: Rot. deciſ.1.n.4.hoc tit.in nou. Innoc.in c. in litteris nu.14. hoc tit. dictaque poſſeſſio cenſetur ciuilis non ciuiliſſima, nam mortuo prælato, vacat poſſeſſio prælaturæ, & non poſſeſſio bonorum eccleſiæ, Rot.deciſ.390.part.1.diuerſ.nu.2.& 3.Abb.in c. cum ſuper num.14 & num.19.& ibi Can.de cauſ.poſſeſ.&
propriet. Licitum † eſt ſpoliatori opponere ad tol- 3
lendam probationem poſſeſſionis, c.cum ad ſedem & ibi glo.in verb.teſtes hoc tit. & Can. videlicet de defectu conditionis, ſub qua ſpoliato tradita fuit poſſeſſio, c.olim el 1.& ibi gloſſ.in verb.traditam & Can.hoc tit.Cæſar deciſ.6.num.6.& 7.eod. Secundo quod eo tempore quo ſpoliatus poſſeſſionem beneficij intrauit, alius, per cuius obitum dixit ſe idem beneficium impetraſſe, & poſſeſſionem habuiſſe, tunc adhuc vixit, illudque beneficium tenuit, & poſſedit, c.cum ad ſedem in princ. ibi quæ vtraque pars duceret proponenda &c. hoc tit. c. cum eccleſia c.cum ſuper de cauſ.poſſ.& prop. Rot.deciſ.21.hoc tit.in nou. quia impoſſibile eſt duos eandem rem in ſolidum poſſidere: c.licet cauſam §.fin.de probat. c.inter dilectos de fid.inſtrum.l.duo ff.de precario l.3.§. ex contrario ff.de acq.poſſeſ. item quod poſſeſſionem

nem

Digitized by Google

nem amiſit culpa & negligentia vel facto ſuo, aut ex contractu perfecto, Socin. ſen. in l. rem quæ nobis num. 8. ff. de acquir. poſſeſ. & ibi DD. Pan. in c. cum ad ſedem ſub num. 28. hoc tit. & ibi Can. Caputaq. deciſ. 173. part. 3. dummodo non ſint perſonæ, quibus ſubueniri ſolet remedio reſtitutionis in integrũ vt ſunt minor, abſens, eccleſia; Socin. ſen. in d. l. rem quæ nobis nu. 9. ff. de acquir. poſſeſ. & ibi DD. Pan. in c. accedens 1. n. 19. & ibi Can. vt lit. non conteſt. ideo eccleſia eſt reintegranda, ad poſſeſsionem etiamſi ab ea ceciderit facto ſui rectoris, Caputaq. deciſ. 170. & deciſ. 181. part. 3. Greg. xv. deciſ. 117. imo eccleſiæ competit manutentio, non obſtante quod Prælatus ſe habuerit pro ſpoliato, Card. Seraph. deciſ. 1457. num. 3. faciunt notata per Bart. in l. 1. §. ſi vir vxori ff. de acq. poſſeſ. Tertio quod poſſeſsio ſpo-
4 liati ſit † inſtrumentalis, quæ nullius eſt momenti, alio reperto in poſſeſsione, Rot. diuerſ. deciſ. 324 num. 2. & 390. n. 2. part. 1. l. 1. & ibi gl. fi. C. de donat. l. quadam ff. de rei vendic. quoad effectus manutentionis, & reſtitutionis l. quamuis 1. §. ſi conductor ff. de acq. poſſeſ. Put. deciſ. 362. lib 2. Greg. xv. deciſ. 6. & deciſ. 9. n. 7. & deciſ. 69. & deciſ. 268. etiam docto de poſſeſsione tertij, Bart. in l. 1. §. fin. num. 19. ff. vti poſſid. Greg. xv. deciſ. 14. num. 3. & ſeqq. Socin. ſen. in l. 2. nu. 6. & ſeqq. ff. de except. rei iud. Mohed. deciſ. 20. hoc tit. aut de ſola tertij detentatione, Mohed. deciſ. 70. de reſtit. ſpoliat. Greg. xv. deciſ. 138. num. 1. & 5. & deciſ. 268. & ibi annot. late. quia eſt excluſiua intentionis aduerſarij, l. fin. C. de rei vend. Bart. in l. 2. n. 1. ff. de except. rei iud. tum quia reo & poſſeſſori, licitum eſt ſe & ſuam poſſeſsionem tueri, allegando ius tertij, Alex. in l. fin. ſub num. 23. verſ. additionali etiam vnum Paul. de Caſt. C. de edict. D. Ad. toll. Caputaq. deciſ. 133. part. 3. Menoch. de adipiſc. remed. 4 n. 595. Greg. xv. deciſ. 415. & ibi annot. ponit 4. limit. ad reg. quod de iure 3. dari non poteſt, & ſuffragatur ſolum ſtante tunc temporis poſſeſſionis vacantia, Rot. deciſ. 62. num. 1. part. 2. diuerſ. l. ſi ex ſtipulatione cum l. ſeq. l. quod meo §. ſi venditorem in fine & §. ſeq. l. fundi l. prædia ff. de acq. poſſeſ. Greg. xv. deciſ. 171. dummodo inſtrumenta datæ poſſeſſionis ſint in forma probanti: Rot. deciſ. 240 ante num. 6. part. 2. Inſtit. de empt. & vend. in princ. verſ. ijs autem l. contrarium ff. de pign. & hypoth. & tunc eſt reſtituibilis, etiamſi non conſtet de continuatione per viginti annos & vltra, quia poſſeſſio ſemel probata, præſumitur continuata, vſque ad tempus ſpoliationis: & aduerſarius tenetur probare, quod agens ex iuſta cauſa, negligentia, vel culpa ceciderit poſſeſſione, c. licet cauſam §. fin. de prob. Socin. ſen. in l. rem quæ nobis in 7. quæſt. principali ff. de acq. poſſeſſ. Pan. in d. c. cum ad ſedem nu. 17. Achil. deciſ. 6. hoc
tit. Interdum † poſſeſſio inſtrumentalis poſterior 5
eſt in conſideratione, quando eſt cum decreto iudicis, & prior realis patitur defectus, quia eſt conditionalis, aut quia non conſtat de tutela, vel mandato eius, qui realem cœpit, Rot. deciſ. 320. & deciſ. 325. part. 1. diuerſ. l. vxor & l. ſeq. & l. non ignoratur C. de ijs qui accuſ. non poſſ. l. 1. §. per procuratorem & ibi gl. l. poſſeſsio & §. ſi poſſeſsio ff. de acq. poſſeſ. & ibi DD. Crau. conſ. 5. nu. 26. Rot. diu. deciſ. 324. nu. 1. & 2. deciſ. 325. & deciſ. 802 ſub num. 8. part. 1. aut furioſo, qui ſanæ mentis exiſtimabatur, tradita ſit, l. quod meo §. ſi furioſo ff. de acq. poſſeſ. vel eſt infecta ex decreto irritante: Clem. 1. de conceſſ. præb. c. ſi eo tempore de elect. in 6. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. & deciſ. 2. & xi. eod. in ant. Creſc. deciſ. 4. num. 5. & 6. de priuileg. vnde ſemper inſtrumentalis poſſeſſio prouiſi Apoſtolici, præfertur reali poſſeſſioni intruſi in beneficio vacante in curia: Creſcent. deciſ. 1. in fine de cauſ. poſſeſſ. & prop. iuribus proxime allegatis, quia poſſeſſio non tantum corporis ſed etiam iuris eſt, l. poſſeſsio ff. de acq. poſſeſ. Quarto poteſt opponere exceptionem, quæ concludat defectum poſſeſſionis, videlicet, quod iure familiaritatis ingreſſus ſit poſſeſſionem, l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poſſeſ. Ang. Peruſ. in l. aſsiduis poſt princ. verſ. in textu ibi mulier poſsidet C. qui pot. in pig. hab. Greg. xv. deciſ. 572. num. 4. & ſeqq. & ibi annot. vel clandeſtino ignorante domino, c. olim cauſam hoc tit. quod amicus receperit poſſeſſionem beneficij ſine mandato, Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. c. cum veniſſet hoc tit. aut quod timore excommunicationis latæ paruit mandatis, quia dicitur pati, non facere, c. olim 3. hoc tit. Quinto poteſt opponere de omni delicto, quod repellit ipſo iure à poteſtate poſſidendi, c. quo iure & ibi Gemin. numer. 133. diſt. Caſſad. deciſ. 1. de Simon. Sexto poteſt excipere de incapacitate poſsidentis, Pan. late in c. ex parte ſub num. 19. & c. ſic quædam ſunt poſſedibilia & num. ſeqq. hoc tit. vt quia laicus poſsidet ſpiritualia, c. cauſam
quæ de reſcript. Monachus † proprio nomine non 6
poſsidet, ſed nomine monaſterij, ſi ſpolietur prioratu, vel beneficio manuali ab extraneo, poteſt agere remedio recuperandæ, ſecus ſi ſpolietur à ſuo abbate: c. cum ad monaſterium §. tales de ſtatu monach. c. nemini §. adminiſtratio ſeſſ. 25. Pan. in

c. ex parte numer. 21. hoc tit. Rot. deciſ. 1. eod. in antiq. quia reuocatio ad clauſtrum, fit per ſolum abbatem, non obſtante triennali pacifica poſſeſsione, *Rot. deciſ. 739. num. 7. part. 1. diuerſ. Mohed. deciſ. 10 de cauſ. poſſeſ. & propriet. c. cum deputati de iud.* etiamſi Abbas & Conuentus ſimul contulerint, *c. nullam 18. quaſt. 2. c. cum ad monaſterium §. tales & ibi Pan. c. 2. num. 9. de ſtat. Monach.* & omnes monachi totumque capitulum contradicerent, *Fr in c. cum ſingula num. 5. in fine de prab. in 6. c. ſi religioſus in princ. & §. fin. de elect. in 6.* & Abbas nunquã vſus fuiſſet poteſtate amouendi, *Pan. in cap. ad noſtram num. 11. de confirm. vtil. vel inutil. & ibi Can.* niſi arguatur malitia, aut odium abbatis, *Zab. in clem. 1. §. pramiſſa num. 4. in fine verſ. ego puto de ſuppl. neglig. pral. & ibi Imol. ſub nume. 44. & Can. Franc. poſt gl. in c. cum ſingula num. 5. de prab. in 6.* quæ præſumuntur quando ſpoliantur prioratibus ab abbate pendente accuſatione vel inquiſitione, quã promouent contra abbatem, *c. olim & ibi Fel. poſt princ. de accuſ. & Can. communiter Rot. deciſ. 23 hoc tit. in antiq.*

7 Deiectio † & amiſsio poſſeſsionis non probatur ex ſola ſuſtentatione litis, *Caſar d. deciſ. 4. hoc tit. l. vim facit & l. ſeq. in fin. ff. de vi & vi arm.* niſi ſit adminiculata, *Rot. deciſ. 493. part. 1. diuerſ. Caſar d. deciſ. 4. l. 1. §. hoc interdictum §. deijcitur §. ſi quis tamen in fine & ſeqq. ff. de vi & vi arm.* ſed per teſtes, confeſsionem aduerſarij, rei euidentiam, ac inſtrumenta, *c. cum ad ſedem §. fin. hoc tit.* Antea habitæ poſſeſsionis amiſsio eſt probanda, is enim qui neque animo neque corpore poſsidebat, ingredi autem & incipere poſsidere prohibeatur, deiectus non videtur, *l. cum qui ff. de vi & vi arm l. non videtur rem ff. de reg. iur. l. idem eſt §. vti frui ff. de vi & vi arm.* Si quis vi me deiecerit, meos autem non deiecerit, non poſſum hoc interdicto experiri, quia per eos retineo poſſeſsionem, qui vi deiecti non ſunt, niſi eos retinuerit, & vinxerit, aut eis imperauerit, deſiui enim poſsidere, cũ ſerui ab alio poſsideantur, *l. 1. §. non alij ff. de vi & vi arm. & ibi gl. in verbo retineo & DD.* Similiter ex ſola coloni vel inquilini recognitione alterius in dominum, & poſſeſſorem, domino non datur, quia ex ſola recognitione, dominus non priuatur ſua poſſeſsione, ſed neceſſaria eſt totalis coloni, & inquilini expulſio: nec ſufficit in prædio ruſtico expulſio colonorum de domo, ſi non expellantur etiam de fundo, quia capta poſſeſsione partis intelligitur capta poſſeſsio totius prædij, ſi totum erat vacuum, ſecus ſi colonus remanſit in area vel in fundo, *l. peregr. §. quibus ff. de acquir. poſſeſ. & ibi glo. in verb. ingreſſus & DD. Benint. deciſ. 95.* Eadem ratione nõ datur priori poſſeſſori, quamuis alius ſaltus hybernos, vel æſtiuos, propoſito poſsidendi fuerit ingreſſus, quam diu prior poſſeſsionem ab alio occupatam ignorat, quia non debet ignoranti tolli poſſeſsio, quæ ſolo animo retinetur, *l. qui ſaltus ff. de acq. poſſeſ. & ibi gloſſ. fin.*

Speciale eſt, quod † ſpoliatus pro poſſeſſore habeatur contra ſpoliantem, quoad res, damna, fructus, ſed non quantum ad vſucapionem & interdicta, quæ poſſeſſoribus tantum competunt, *l. ſi quis vi & ibi glo. 1. & DD. ff. de acq. poſ.* 8

Spoliatus à iudice, non † poteſt petere reſtitutionem, *l. iuſte poßidet ff. de acq. poſſeſ. c. præſentium & ibi gl. fin. in fine 7. quaſt. 1. Bald. in l. fin. in 1. notab. C. vnde vi Fel. in c. dilectus el 1. num. 1. de reſcript. ponens tres fall. & Can. c. cum veniſſet hoc tit.* niſi dolus eius argui poſsit, *c. hoc etiam 2. quaſt. 6. glo. fin. in fine in d. c. præſentium 7. quaſt. 1.* aut nulliter proceſſerit: *c. ex inſinuatione de procur. & ibi Butr. & Can. Fel. in d. c. dilectus 1. ſub num. 1. verſ. ſecundo fallit de reſcript. Bart. in d. l. iuſte poßidet Caputaq. deciſ. 186. part. 3.* quibus caſibus auctoritas iudicis non ſufficit pro expulſione, *iuxta not. per Angel. in l. qui vniuerſas §. item cum prator. in fine ff. de acq. poſſeſ.* quia id verum eſt, quando iudex rite & recte procedit, cum non intendit poſſeſſorem extraiudicialiter expellere, *Sarnen. in reg. de annali quaſt. 45. num. 3. & 4. miſc. Socin. in cap. quoniam numer. 152. circa med. vt lit. non conteſt. & c. Greg. xv. deciſ. 69. num. 2. & deciſ. 105. & deciſ. 209. Rot. diuerſ deciſ. 802. num. 6. 7. & ſeqq. part. 1. c. conquerente hoc tit.* imo poſſeſsio capta vigore ſententiæ nullæ eſt expulſiua, & violenta, & pro ea competit interdictum vnde vi, *Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 59. ff. de acq. poſ. Azo. in ſum. C. vnde vi ſub num. 4. Menoch. de recup. remed. §. num. 19 & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 336. numer. 1. 2. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 485. num. 3. & ſeqq.* Pro his quæ extra iudicium fiunt non præſumitur pro iudice & ideo ſi Prælatus præter figuram iudicij ſpoliet ſine priuet, facienda eſt reſtitutio ac ſi peteretur à priuato, *7. quaſt. 1. c. præſentium c. notum 2. quaſt. 1.* 9

Spoliatus † de titulo docere non debet, *c. in litteris c. ſæpe hoc tit. & ibi Can. & l. 1. §. eum qui verſ qui me vi & l. Fulcinius ff. de vi & vi arm.* Excipe 1. quia in † cauſis beneficialibus, agens, ne detur vitioſus ingreſſus, *c. 1. de eo qui mitt. in poſſeſ. cauſ. rei ſeruand.* 10 11

uand. in 6. c. beneficium de reg. iur. in 6. debet probare ſe habuiſſe poſſeſſionem, ab illo qui auctoritatem habuit inſtituendi, & ſic debet docere de titulo ſaltem colorato, Innoc. in c. in litteris hoc tit. n. 8. in fine Rot. deciſ. 2. & 5. eod. in antiq. & deciſ. 21. verſ. præterea in beneficialibus in nou. Bellam. deciſ. 49. in princ. & deciſ. 50. in fine Greg. xv. deciſ. 500. num. 4. & 7. & ibi annot. & quando agitur remedio c. redintegranda 3. quæſt. 1. Soc. Sen. in l. rem quæ nobis nu. 17. ff. de acq. poſſeſ. niſi ſpolium ſit attentatum, Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou. Bellam. dec. 49. in fine in rub. & ingr. tit. vt lit. pend. &c. quia plus offenditur, iudex cuius officium contemnitur, quam pars, & ſufficit probare ſolum ſtatum cauſæ, Caſſad. dec. 3. hoc tit. c. ex parte ff. de teſtib. Idem obtinet in qualibet cauſa ſpirituali, Rot. dec. 20. hoc tit. in antiq. Innoc. in c. conſtitutis de fil. presbyt. ſed gratia non eſt iuſtificanda, neque requiruntur bullæ, Caſſad. dec. 5. hoc tit. Rot. dec. 214. ſub num. 2. & numer. 5. part. 1. diuerſ. Pan. in c. cum noſtris nume. 23. & 24. de conceſſ. præb. Si bullę expeditæ exhibeantur, non eſt neceſſe probare narratiuam, aut verificare habilitates, Mohed. dec. 9. num. 2. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Bald. in l. 2. & in l. 3. num. 27. & 28. C. de edict. diu. Ad. toll. Put. dec. 268. lib. 2. c. in litteris hoc tit. Hinc videmus in cauſis ſpiritualibus admitti exceptiones de nõ exiſtentia tituli colorati, quando de eo probatur non per collationem, aut vnionem per ſuperiorem factam; ſed enunciationes inſtrumentorum priuatarum perſonarum, quæ per alias probationes tolli poſſunt, l. ſi alius in princ. verſ. belliſſime ff. quod vi aut clam Rot. diuerſ. dec. 367. part. 1. & dec. xi. hoc tit. in nou.

12 Secundo in † iuriſdictionalibus cõtra ordinarium non datur reſtitutio, niſi docto de titulo colorato, Innoc. in c. bon. mem. el 2 ſub nu. 5 de poſtul. præl. & ibi Can. Achil. dec. 5. hoc tit. Caſt. in l. ſi de vi ſub num. 15. verſ. decimus ff de iud. l. ius eius C. de prob. quia præſumitur precaria inferioris poſſeſſio, Bald. in l. 2. num. 33. verſ. nono quæro C. de ſeruit. & aq. l. ſi quis liberum ff. de prob. l. improba l. nec ex vera C. de acquir. poſſeſ. contra alium qui non eſt ordinarius datur ſine tituli coloratione, Achil. dec. 5. hoc tit. & dec. 20. de appell. in fin. Afflict. dec. 361

13 ſub num. 39. & 40. & ſeqq. Tertio in † his quæ nõ poſſunt haberi niſi ex conceſſione principis, l. 1. §. permittitur ff. de aq. quotid. & æſt. Bellam. dec. 433.

14 Quarto quãdo † eſt veriſimilis præſumptio contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, aut ius cõmune facit contra ipſum pro reo, c. ad decimas hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 3. & 8. limitat quinq; modis Afflict. dec. 361. numer. 40. & ſeqq. Hinc infertur, quod poſſidenti duas parochiales eccleſias vltra tempus determinatum in extrauag. execrabilis de præb. quod inducit priuationem ipſo iure, ſpoliato non datur reſtitutio, Rot. dec. 15. hoc tit. in antiq. Cap. Tholoſ. quæſt. 465. Put. dec. 94. lib. 1. vel ſi alias apparet de non iure petentis reſtitutionem, Inno. in c. conſtitutus de fil. presbyt. & in c. ſignificaſti in pr. de diuort. Rot. dec. 2. & 24. hoc tit. in antiq. videlicet de reſeruatione papali, c. ſi eo tempore de elect. in 6. Rot. dec. 2, in fine hoc tit. in antiq. etiamſi ſpolium ſit attentatum, ne iudex petentem authorizet in delicto: Rot. dec. 13. hoc tit. in antiq. c. conſtitutis de fil. presbyt. Si iura dicant obtinentem plura beneficia eis fore priuandum, ſpoliato dabitur poſſeſſorium recuperandæ, in quantum vult conſequi poſſeſſionem reuocabiliter, non vt perpetuo teneat, ſed vt eligat vnum ex illis, c. referente de præb. Pan. in c. ex parte ſub num. 21. & c. quandoque ius reſiſtit poteſtati habendi ſed non ipſo iure hoc tit. Quinto in † cauſa matrimoniali petens reſtitutionẽ coniugis, debet probare legitimam diſpenſationem vere, vel præſumptiue, & carnalem copulam, c. ex tranſmiſſa hoc tit. & ibi gl. 1. & 2. & Can. c. dudum de conuerſ. coniug. nec ſufficit ſola traductio ad domum, c. ex parte M. hoc tit. quibus probatis ante cauſæ ingreſſum, vel poſt, reſtitutio eſt facienda, alias datur iuſta cauſa appellandi: c. ex conqueſtione hoc tit. niſi excipiatur de conſanguinitate in gradu prohibito, de qua offeruntur probationes paratæ; quia tunc præſtito per excipientem iuramento, de malitia, non fit reſtitutio, quoad thorum, ſed quoad familiam, & reliqua, ſi probationes non ſunt promptæ, fit plena reſtitutio: c. litteras hoc tit. aut nimia ſæuitia viri, contra quam cautionibus non poteſt prouideri: d. c. litteras §. ſi. d. c. ex tranſmiſſa hoc tit. vel adulterio notorio cõmiſſo, poſt ſpoliationem, adulterium enim ante ſpoliationem commiſſum, non impedit reſtitutionem: c. ſignificaſti de diuort. & ibi Boich numer. 1. 2. & 8. ponit alios 13. caſus impedientes reſtitutionem coniugis, notorium autem dicitur per euidentiam rei aut confeſſionem factam in iure, c. intelleximus de adult. Sexto in † his quæ communiter poſſideri non poſſunt, niſi certa ſpecifica cauſa præcedente, quia tunc oportet quod probetur illius cauſæ exiſtẽtia ſaltẽ apparenter, Pan. in d. c. ex parte ſub nu. 19. verſ. quædam ſunt communiter & c. hoc tit.

Digitized by Google

17 Probatis poſſeſſione, & deiectione, ſpoliatus ante † omnia eſt reſtituendus, *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi pub. cap.* 1. *hoc tit.* reiectis exceptionibus dominij, ſiue proprietatis (niſi ſpoliato conſentiente) *d. c. 1. hoc tit.* abiurationis, ſiue renunciationis factæ poſt ſpoliationem, *c. 2. Achil. deciſ. xj. & 12. hoc tit.* quod iſta renunciatio ſolum concernat, petitorium, quia renunciando beneficio, renunciat iuri, quod habet in illo, & ſic proprietati, non autem poſſeſſioni, quam tunc non habuit; ſed perdiderat per ſpoliationem, *c. 2. & ibi Imola nu. 7. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can.* violentia enim expulſiua durat donec purgetur per dimiſſionem poſſeſſionis, *Bald. in d. c. 2. nu. 2. de reſtit. ſpoliat. & Can. c. ſuper hoc de renunciat.* non canonicæ inſtitutionis, *c. in litteris hoc tit.* criminis, *c. item cum quis hoc tit.* etiamſi ſpoliatus ſit à iudice iuris ordine prætermiſſo, *c. conquerente hoc tit. c. veniens & ibi Pan. num. 4. de fil. presbyt. Gail. obſ. 76. libro 2.* verum præſumitur pro iudice, *c. præſentium & ibi gloſſ. fin. in fine 7. quæſt. 1. c. notum 2. quæſt. 1. c. dilectus el. 1. & ibi Felin. poſt Panor. in princ. de reſcript.* maxime in ſpiritualibus, in quibus nudus poſſeſſor poteſt per ordinarium moleſtari, niſi doceat, de proprietate, *c. ordinarij de off. ord. in 6. gloſſ. fin. in c. beneficium de reg. iur. in 6. & ibi Can.* etenim ſententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, quo minus poſſit inquirere de iuribus partium, *c. cum olim de dol. & contum.* ſecus eſt in rebus prophanis, in quibus non tenetur quis tradere poſſeſſionem, niſi probanti proprietatẽ, *l. 2. C. de probat.* quia temporalia vacantia poſſunt occupari, *§. feræ & §§. ſeqq. Inſtit. de rerum diuiſione c. ius naturale diſt. 1.* ſpiritualia vero licet vacantia non poſſunt occupari, ſed debent haberi à Vicario Chriſti, ſeu auctoritate canonis, *Innocent. in c. cum cauſam in fine de præb. & ibi*
18 *Can.* Imo ſpoliator † ſuper eadem re non poteſt audiri in petitorio, *c. conquerente c. ex conqueſtione hoc tit.* aut poſſeſſorio, *Pan. in c. fin. nu. 8 de ord. cogn.* niſi ſpolio purgato, quæ purgatio fit per omnimodam ceſſionem litis, quoad poſſeſſionem, factam in actis, parte citata, à procuratore habente ſpeciale mandatum, cum intimatione eiuſdem perſonali ipſi principali abſenti, nec ſufficeret intimatio facta procuratori generali, cum oblatione fructuum cæterarumque vtilitatum, damnorum, expenſarum, intereſſe, ac ſumptuum litis; quæ ſi certa ſint, realiter ſolui debent, ſi vero obſcura neceſſe eſt ante omnia negocium liquidationis abſolui, ſpoliato petente, *c. grauis & c. piſanis & ibi not. hoc tit. Pan. in c. accedens el. 2. num. 5. vt lit. non conteſt. &c. & in c. fin. num. 4. de ord. cognit. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 15. hoc tit. innou. pulchre & plene Caſar. deciſ. 3. & 5. hoc tit. quæ ſunt repetita in 1. parte diuerſ. deciſ. 328 & deciſ. 352. & in 2. part. diuerſ. deciſ. 334. Gail. obſ. 63. libro 2.* vel potius ſufficit depoſitum in euentum liquidationis, aut oblatio verbalis de eis ſoluendis: *l. ſtatu liber. rationem ff. de ſtatu liber. l. ſi reſiduum C. de diſtr. pign. l. fundus ff. de reſcript. vend. Bald. in l. vnica num. 4. C. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouoc. Mohed. deciſ. 17. hoc tit.* quod ſi plura hinc inde ſint commiſſa ſpolia in eadem re, vltimum debet prius purgari, *Pan. in c. fin. ſub numer. xj. de ordine cognit. & Can. §. recuperandæ Inſtit. de interd. l. ſed ſi vi ſ ff. de vi & vi arm. Afflict. deciſ. 403. num. 18. Greg. xv. deciſ. 485. n. 12. & ibi annot.* niſi primum ſpolium fuiſſet violentum, vel attentatum, quod prius purgandum eſt, *Menoch. de recuper. remed. 1. num. 389. plures cumulans.* aut ſecundum ſpolium fuerit factum incontinenti, *l. qui poſſeſſionem ff. de vi & vi arm. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 384. faſt. cauſa 1. dubitatio 4.* In † ſpolio violento ſuper rebus abre- 19
ptis vel inuaſis vel damno dato tempore impetus ſi non potuerit qui vim ſuſtinuit quæ perdidit ſingula comprobare, taxatione à Iudice facta pro perſonarum & negotij qualitate ſacramento æſtimationem rerum quas perdidit manifeſtat, nec licet ei vltra taxationem à Iudice factam iurare & quod huiuſmodi Iureiurando data fuerit declaratum Iudicem condemnare oportet, *l. ſi quando C. vnde vi c. fin. quod metus cauſa.* quod Iuramentum hæredi ſpoliati aut contra hæredem ſpoliantis deferri non poteſt, *Mynſ. obſ. 12. cent. 4. Iaſon. in d. l. ſi quando num. 37. & 43. & ibi DD. communiter.* ſed probato damno dato prius, *Mynſ. obſ. 100. cent. 4. l. 1. & 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prof.* per ſactos domeſticos aut communiter accidentia & coniecturas, probabiliter & ſemiplene tunc defertur hæredi iurandi conditio non ex d. l. ſi quando ſed vt alias vbi ſemiplene probatum & deferri iure poteſt ex l. in bonę fidei C. de reb. cred. & l. admonendi ff. de iureiu. *Iaſon. in d. l. ſi quando num. 43 Mynſ. d. obſ. 12. cent. 4. circa finem.* Item in eo veniunt fructus † non ſo- 20
lum percepti, & conſumpti, qui ſoluendi ſunt in

loco

Digitized by Google

loco rei ſitæ, in qua commiſſum eſt ſpolium; quia ex ſpolio iam obligatus eſt ad pœnam & ſoluit vt aliquid ſibi acquirat, puta actionem ſuper petitorio, non vt ſe exoneret, & ideo debet ire ad domum actoris etiamſi ſint diuerſi fori; *Bart. in l. item illa num. 10. ff. de Conſtit. pecun. & ibi DD. Achil. deciſ. 19. hoc tit.* ſed & qui percipi potuiſſent à die deiectionis, *c. grauis hoc tit. l. 1. § quod autem ait verſ. ex die ff. de vi & vi arm. l. ſi de poſſeſſor. C. vnde vi.* quando facta fuit violentia perſonæ ſpoliatæ, vel eius familiæ exiſtenti in prædio, quia non ſufficit quod ſpolians fregerit oſtia, aut ſimilia fecerit, quia poterat eſſe, quod domus erat vacua, *l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arm. Rot deciſ. 10. hoc tit. in nou.* & à die intruſionis in beneficio reſeruato. *Caputaq. deciſ. 27. part. 2. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nou. l. domum l. certum C. de rei vendicat. §. ſi quis à non domino in fine Inſtit. de rer. diuiſ.* Idem iuris eſt in ſpolio attentato, quia eſt magis priuilegiatum. *Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. Rot. diuerſ. deciſ. 68. num. 3. part. 2. c. cum cauſa & ibi gloſſ. fin. & Can. de offic. deleg.*

21 In ſpolio non † violento veniunt percepti à die motæ litis, & antea percepti non veniunt, niſi probentur extare: *Rot deciſ. 552. part. 1. diuerſ. Rot. Biſign. deciſ. xj. hoc tit. Caputaq. d. deciſ. 27. & 28. part. 2. l. in interdictis ff. de interdict. vbi gloſſ. ponit. ſex regulas affirmatiuas & negatiuas 4.* à percipiendis vero excuſant, cauſa aliqua rationabilis, vel color detinendi, quæ cauſent bonam fidem, *Rot. deciſ. 4. hoc tit. & d. deciſ. 552. part. 1. diuerſ. §. ſi quis à non domino et ibi gloſſ. et DD. Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi fundum et ibi gloſſ. et DD. C. de rei vend.* alias malæ fidei poſſeſſor ſine titulo condemnatur ad fructus, qui percipi potuerunt à petitore, ſi ei poſſideri licuiſſet, *gloſſ. in c. non liceat Papæ 12. quæſt. 2. in verbo et cum fructibus l. ſi nauis §. fin. ff. de rei vendic. Pan. in c. grauis num. 7. hoc tit. Rot. deciſ. 10. et 25. eod. in antiq. Put. deciſ. 373. libro 1.* Defectiua litis renunciatio non inducit ſpolij purgationem, *Bald. in l. lite poſt num. 1. C. de litig.* Probatio de perceptis fructibus, ſufficiens eſt, ſi teſtes dicant de perceptione, & ſolitum eſſe percipi in tanta quantitate; *Achil. deciſio 22. hoc tit. l. licet certi vel. l. excepto C. locati et ibi gloſſ. fin. Bald. in l. 1. numer. 22 C. de fructib. et lit. expenſ. l. creditor C. de pign. act. c. grauis et ibi poſt gloſſ. Can. hoc tit.* prædicta regula multas recipit limi-

22 tationes, nam multæ † poſſunt ſpoliato opponi exceptiones primo ea quæ concludat inhabilitatem perſonæ eius ad agendum, videlicet excommunicationis, *c. ex inſinuatione et ibi gloſſ. in verbo aliud canonicum de procurat. et ibi Pan.* præcipue ſi tempore collationis, & captæ poſſeſſionis fuerit excommunicatus, *Put. deciſ. 78. lib. 3. cap. poſtulaſti de cleric. excomm. depoſ. & c. Rot. deciſ. 5. de ſent. excomm. in antiq.* Secundo, quæ † concludat 23
manifeſte, defectum proprietatis, & poſſeſſionis, in ipſo ſpoliato, *c. accepta c. olim. el. 2. & c. ſollicite hoc tit.* vt eſt exceptio, tu ante ſpoliationem renunciaſti beneficio; & excipiens cogitur probare renunciationem, eiuſque qualitates, puta publicationem, *Rot. deciſ. 190. part. 2. diuerſ. 17. quæſt. 2. in ſumma & ibi gloſſ. in verbo reſutauit c. ſuper hoc hoc tit.* quæ non præſumitur ex triennali poſſeſſione reſignatarij, hoc caſu; quia regulariter excipiens tenetur probare ſuam exceptionem, & qualitates ad eam neceſſarias, *Franc. in c. 1. in 1. not. de reſcript. & ibi Can. l. prima l. generaliter de except. et vtrobique DD.* ratio eſt, quia renunciatio ante ſpoliationem, de tempore, quo renuncians poſſidebat concernit petitorium & poſſeſſorium, videtur enim renunciaſſe proprietati, & poſſeſſioni, & ſic non potuit ſpoliari, *Imol. in c. 2. poſt gloſſ. nu. 7. de reſtit. ſpoliat. Bald. ſub num. 2. & Can. communiter.* Exceptio adulterij notorij commiſſi poſt ſpoliationem, *c. intelleximus de adult. c. ſignificaſti de diuor.* licet notorietas non ſit ſuper totali defectu ipſius iuris, cum propter adulterium ſoluatur matrimonium, non in totum, ſed tantum quoad cohabitationem, *c. 1. 32. quæſt. 7.* probata execrabilitas, *Put. deciſ. 292. num. 1. libro 3. & deciſ. 94. libro 1. 17. quæſt. 2. in ſumma & ibi gloſſ. in verbo reſutauit & Can.* aut illegitimitas confeſſata, *c. conſtitutis & ibi DD. de fil. presbyt. Mohed. deciſ. 9. ſub num. 2. de cauſ. poſſeſs. & prop.* Tertio, exceptio † inopiæ, quæ non 24
excuſat à reſtitutione immobilium occupatorum, ſed differt reſtitutionem fructuum perceptorum cæterarumque vtilitatum, donec ſpoliator reſtituere poſſit, quod percepit de fructibus alienis, *c. olim. el. 2. hoc tit. & ibi Can.* quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, *d. c. olim. el. 2. l. nam is ff. de dolo.* imo ſpoliator, poſt res conformes in poſſeſſorio latas, admittitur ad c. Odoardus de ſolut. c. peruenit de fideiuſs. ceſſionem bonorum ad effectum, vt agere poſſit petitorio, non parito quoad fructus, expenſas, damna & ſumptus litis, *Mohed. deciſ. 1. & 2. de ſolut. Put. deciſ. 54. libro 1. l. 1. & ibi gloſſ. pen. C. de ceſſ. bon. & ibi DD.* facta expreſſa confeſſione debiti, *Put. deciſ. 312. lib. 2.*

Digitized by Google

libro 2 gloſſ. 2. in d. c. odoardus l. pen. ff. de ceſſ. bonor. niſi ſpolium fuerit commiſſum cum dolo, Rot. deciſ. 22. hoc tit. in antiq. Cap. Tholoſ. quæſt. 467. l. fin. § fin. ff. quæ in fraud. cred. fact. ſunt & c. l. verum in princ. ff. pro ſocio. quia in debito, quod procedit ex delicto, ſeu quaſi, non habet locum ceſſio bonorum, l. quæcunque C. de ſeru. fugit. l. 1. C. qui bon. ad poſſ. §. fin. Inſtit. de act. c. fin. de dol. & cont. Quarto,
25 tertius † veniens ad cauſam, pro ſuo intereſſe poteſt agere petitorio, quia priuilegium poſſeſſorij recuperandæ eſt introductum in odium ſpoliantis, c. cum ad ſedem hoc tit. c. fin. de ord. cognit. Clem. vnic. de cauſ. poſſeſ. & prop. Rot. deciſ. 3. eod. in nou. Felin. in c. veniens el. 2. num. 11. de teſtib. & impedit purgationem ſpolij, gloſſ. fin. in c. in literis hoc tit. & ibi Pan. num. 33. & Can. l. bona fidei ff. de depoſit. Mynſ. obſ. 1. Cent. 2. præterquam in ſpolio attentato, c. bon. mem. & ibi Pan num. 6. & 16. & ſeq. de appell. Corſit. ſuper reg. ſpoliatus in limit. 38. Rot. diuerſ. deciſ. 274. num. 2. part. 1. Spoliatio quoque facta à tertio non repellit ab agendo, etiam quod ſit facta à procuratore, quia non videtur tale mandatum habuiſſe à Domino, l. ſi procurator verſ. Celſus ait. ff. de cond. indeb. l. vnica verſ. ſi procurator ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Egid. deciſ. 550. niſi Dominus ratum habuerit factum procuratoris, c. 1. in fin. vt lit. non conteſt. & ibi gloſſ. fin. & Can. l. 1. § quoties ff. de vi & vi arm. Egid. diu. deciſ. 550. Lancell. de attent. part. 1. cap. 1. nu. 47. & ſeqq. Gregor. xv. deciſ. 525. Ratihabitio enim mandato comparatur, l. fin. ff. ad macedon. & ibi gl. fin. c. ratihabitionem de reg. iur. in 6. etiam vbi ſpeciale mandatum requiritur, l. quod ſi de ſpeciali ff. de minorib. l. ſi quis mihi bona §. ſed vtrum vincto §. ſeq. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. fin. C. ad macedon. & ibi Bald. Reliquas ampliationes & limitationes vide apud Ripam in d. §. nihil commune nu. 46. & ſeqq. & ibi Rom. num. 4. in fine & DD. com-
26 muniter. Illud notandũ eſt, quod † in beneficialibus, violenti tantum, & non omnes intruſi inueſte, qui temeritate propria occupare dignitates, perſonatus aut alia quæcunque eccleſiaſtica beneficia non verentur, eo ipſo, ius ſi quod in taliter occupatis, vel ad ea, ipſis competebat, amittunt, c. cum qui §. fin. de preb. in 6. & ibi gloſſ. in verbo violenti & Can. quæ poſſunt alijs conferri, Ripa in c. ſæpe num. 101. hoc tit. late Tiraquellus in l. ſi vnquam num. 335. & ſeq. in verbo reuertatur C. de reuoc. donat. licet ferenda ſit ſuper huiuſmodi violentia ſententia declaratoria ante realem executionem, & amotionem poſſeſſoris à ſua poſſeſſione; c. cum ſecundum §. fin. de hæret. in 6. c. licet epiſcopus de preb. in 6. Tiraquellus in d. l. ſi vnquam in verbo reuertatur nu. 337. Aliud obtinet in rebus prophanis violenter occupatis, quia pœna legis, ſi quis in tantum, & l. meminerint. C. vnde vi. incurritur per ſententiam, & non ipſo iure. Rip. in c. ſæpe num. 100. hoc tit. Menoch. in remed. 8. recuper. nu. 50. & 65. & ſeq. & remed. 9. recup. nu. 35. & ſeqq.

Datur poſſeſſorium † hoc ſpoliato eiuſq; ſuc- 27
ceſſori, l. 1. §. interdum hoc tit. ff. de vi & vi arm. c. ſignificauerunt §. vnde & ibi gloſſ. in verbo ea ratione de teſtib. Gregor. xv. deciſ. 542. num. 2. & ſeqq. & ibi annot. contra illum, qui deiecit, vel mandauit, vel ratum habuit, vel dolo malo fecit, quo quis deijceretur, d. c. cum ad ſedem §. fin. l. cum à te l. 3. §. cum procurator ff. de vi & vi arm. c. notum 2. quæſt. 1. Ripa in c. ſæpe num. 8. hoc tit. Gregor. xv. deciſ. 542. numer. 3. ac contra ſpolio conſentiente, c. notum 2. quæſt. 1. & ibi gloſſ. fin. dicit aliquem tribus modis conſentire ſpolio. & contra vniuerſalem eius ſucceſſorem, l. 1. §. fin. l. 3. in princ. & § fin. ff. de vi & vi arm. gloſ. in d. c. ſignificauerunt §. vnde in verbo ea ratione. quia de facinoribus defunctorum, de eo, quod ad hæredem peruenit actio datur, l. 3. in princ. ff. de vi & vi
arm. non autem contra † ſucceſſorem in re, quia 28
non omnis ad quem res peruenit, tenetur interdicto vnde vi, c. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. d. l. cum à te ff. de vi & vi arm. ſed is tantum, qui ſcienter rem illam recepit à deiectore, c. ſæpe hoc tit. de æquitate canonica datur contra quemlibet poſſeſſorem, 3. quæſt. 1. c. reintegranda 2. quæſt. 2. quaſi per totum c. quia G. de iud. late Socin. ſen. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſ. Gregor. xv. deciſ. 542. num. 3. & ſeqq. & ibi annot. Ripa in d. c. ſæpe n. 9. vt dictum eſt ſupra in principio tituli.

De dolo & contumacia.

Titulus XIIII.

SVMMARIA.

1 *Doli mali definitio.*

2 *Dolus fit, aut ex propoſito, & tunc aut dat Cauſam Contractui, aut incidit in contractum, aut fit re ipſa.*

3 *Dolus quando dat Cauſam contractui bonæ fidei, ipſo in-*

Digitized by Google

ipſo iure non tenet contractus, ſi velit deceptus, & ſtatum eſt in finibus contractus, quod ſi traditio interuenerit, tunc traditionis effectus reſcinditur per actionem de dolo.

4 *Dolus alterius tertij non annullat contractum.*

5 *Dolus quando dat Cauſam Contractui ſtricti iuris, tenet Contractus, ſed decepto datur exceptio doli, & actio de dolo.*

6 *Excipe ab vtraque regula quando dolus interuenit in ſpiritualibus; qui non annullat actum neque de eo poteſt excipi aut agi.*

7 *Dolus incidens in contractu bonæ fidei purgatur actione ex eo contractu, ſi incidat in Contractu ſtricti iuris, actio de dolo eſt neceſſaria.*

8 *Dolus quando in contractu interuenit reipſa, & non ex propoſito alterius, tenet Contractus ſed ſi contrahens eſt minor, reſtituitur, ſi maior, & decipiatur vltra dimidium iuſti pretij, agit deceptus, vt vel reſcindatur contractus, vel vt ſuppleatur iuſtum pretium in contractibus bonæ fidei actione ex contractu.*

9 *In contractibus iuris actione de dolo.*

10 *De Dolo actio eſt mere perſonalis, arbitraria ſubſidiaria.*

11 *Non datur quibuſdam perſonis.*

12 *Debet moueri & terminari intra biennium continuum.*

13 *Doli exceptio ex parte opponentis eſt realis, ex parte altera cui opponitur perſonalis.*

14 *De Dolo auctoris exceptio doli, an obijciatur ſingulari ſucceſſori.*

15 *Succeſſor vniuerſalis ſemper repellitur exceptione doli.*

16 *Contra patronum & parentem, & contra heredes patroni vel patris, non opponitur exceptio doli à liberis & libereis.*

17 *Aduerſus doli mali exceptionem non datur replicatio doli.*

18 *Dolum quando plures committunt, an quilibet de dolo teneatur.*

19 *Contumaciæ definitio.*

20 *Committitur multis modis, & quomodo contrahatur contumacia in non veniendo.*

21 *Non venientis contumaciter pœnæ ſunt diuerſæ in perſonis rei.*

22 *Actoris.*

23 *Neutro comparente citatio circumducitur, & inſtantia perit.*

24 *An poßit appellare.*

25 *In non reſtituendo contumaciæ pœna.*

26 *In non reſpondendo contumacia quomodo contrahatur, & eius pœna.*

27 *Recedentis ſine licentia pœna.*

28 *In non exhibendo contumax condemnatur in id quod intereſt actoris, delato iureiurando in litem.*

29 *Circa præſtationem iuramenti calumniæ contumaciæ pœna.*

30 *In non defendendo contumaciæ pœna.*

31 *Minus inſtructi comparentis pœna.*

32 *Contra latitantem ſufficit citationis edictum in Eccleſia ſua publice proponere, vel denunciationes ad domum mittere.*

33 *Appellantis temere ab interlocutoria & grauamine, & à præſentia iudicis recedentis pœna.*

34 c.fin.hoc tit.in 6.*explicatur.*

35 *Contumax in vno actu iudicij, quando ad certum actum vel articulum facta eſt citatio, ad alios actus citari debet.*

Si vero citatio fuit facta generalis ad totã cauſam agendam, procedi poteſt abſque alia citatione ad definitiuam, ſi citatus nunquam comparuit, alias ſi comparuiſſet, tunc poſtea ad alios actus requireretur noua citatio.

IN lite ſæpius incidit quæſtio de dolo, & quo ordine plures qui dolum fecerint cõueniri debeant, ſæpius etiam in eadem, actor aut reus contumaciter verſantur, ideo poſt titulos de ordine cognitionum, cauſa poſſeſſionis & proprietatis, reſtitutione ſpoliatorum, addit de dolo & contumacia. Dolus † malus eſt, calliditas, fallacia & 1
machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alium adhibita: *l.1.§.1.ff.de dolo*, bonum dolum pro ſolertia veteres accipiebant, *d. l.1.§.non fuit autem l.cum pater §.tito ff. de leg. 2.l.at qui natura §.ſi cum me ff. de neg.geſt.* Dolus † multi- 2
pliciter fit, aut ex propoſito, & tunc vel dat cauſam contractui, vel incidit in contractum, aut fit reipſa, *§.pen.verſ.aliquando & ibi glo. in verbo actio Inſtit. de perpet. & temp. actionib. & DD.l.ſi quis cum alter ff.de verb. oblig. l.2.C. de reſcind. vend.* Contra dolum plura prodita ſunt remedia, videlicet nullitas actus, actio de dolo, exceptio doli, iuxta infraſcriptas regulas. Quando † dolus dat cauſam 3
contractui bonæ fidei, hoc eſt, quia deceptus, non erat alias contracturus, niſi dolo ſecum contrahentis fuiſſet inductus ad cõtrahendum, ipſo

Digitized by Google

iure non tenet contractus, ſi velit deceptus, &
ſtatum eſt in finibus contractus; quod ſi traditio
interuenerit, tunc traditionis effectus reſcindi-
tur per actionem de dolo: *l. & eleganter & ibi gloſſ.
in verb. ſi in hoc ipſo ff. de dol. & ibi DD. l. in cauſa la 2.
& ibi gl. in verb. ne inter maiores ff. de minor. etc. c. cum
dilecti cap. cum cauſa & vtrobique gloſſ. fin. de empt. &*
4 *vend. & Can.* Dolus alterius † tertij, vt proxenetæ,
non annullat contractum; *l. ſi procurator ff. de dol.
except. iniquiſsimum ff. de iur. & fact. ignor. l. ſumma
§. emptor. ff. de peculio l. alterius ff. de reg. iur. c. non de-
bet eod. in 6.* niſi ex aliqua cauſa ille tertius repute-
tur idem quod contrahentes, vt in tutore, cura-
tore, negociorum geſtore, cuius factum ratum
habemus, & in eo cui hæredes ſumus, *l. ſed & ex
dolo ff. de dol. Bart. in d. l. & eleganter num. 3.* Quan-
5 do vero dat cauſam † contractui ſtricti iuris, te-
net contractus, ſed decepto datur exceptio doli,
& actio de dolo; *d. l. & eleganter §. ſeuerus l. dolo C.
de inutil. ſtipul. l. ſi quis nec aliter ff. de verb. oblig.* Ex-
6 cipe ab † vtraque regula quando dolus interue-
nit in ſpiritualibus, qui non annullat actum, ne-
que de eo poteſt excipi, aut agi, vnde ingreſſus in
religionem per dolum tenet; *c. dudum de conuerſ.
coniug.* matrimonium per dolum contractum te-
net, *gl. pen. in fine in l. à Diuo Pio ff. de rit. nupt. Pan. in
c. cum dilecti num. 7. de empt. & vend. & ibi Can.* quia
non fit conditio eius, qui dolum paſſus eſt, dete-
7 rior. Dolus incidens † in contractu bonę fidei,
purgatur actione ex eo contractu, etiamſi ſit læ-
ſio in minore ſumma, quam dimidia iuſti precij:
*l. Iulianus §. ſi venditor & §§. ſeqq ff. de act. empt. l. ſi
quis affirmauerit & ibi glo. 1. ff. de dol. Bald. in l. 2. n. 4.
C. de reſcind. vend. d. l. & eleganter §. non ſolum in fine,*
ſi incidat in contractu ſtricti iuris, tunc actio de
dolo eſt neceſſaria, *d. l. & eleganter §. non ſolum &
§. ſeuerus d. l. ſi quis non aliter,* ratio diuerſitatis eſt,
quia in contractibus bonæ fidei alter alteri obli-
gatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo
præſtare oportet, etiam in iis quæ non ſunt, dicta:
in contractibus ſtricti iuris neceſſe eſt quod om-
nia deducantur in ſtipulationem, & alias nihil
venit, *d. §. fin. & ibi gl. pen. & fin. & DD. Inſtit. de
oblig. ex conſenſu l. quidquid aſtringendæ & ibi gl. 1. &
2 & DD. de verb. oblig.* Ex quibus notabilis inſur-
git effectus, quia quando dolus defuncti purga-
tur, per actionem ex contractu deſcendentem,
hæredes tenentur inſolidum, non attento, quan-
tum ad eos peruenit, *l. ſi hominem §. 1. & ibi glo. po-
nit aliquot fall. & DD. ff. depoſ. l. ex depoſiti l. ex con-
tractibus ff. de act. & oblig. l. ad ea § fin. ff. de reg. iur.*
actio vero de dolo datur in hæredem, eatenus,
quatenus ad eum peruenit, id eſt quatenus ex ea
re locupletior hæreditas peruenit, doloue eius
malefactum eſt, quo minus perueniat, *l. in hære-
dem & ibi gl. & l. ſeq. ff. de dolo.* Dicitur autem dolus
in contractum incidere, quando deceptus fuiſſet
alias contracturus, ſed dolo alterius decipitur, vt
minori pretio contrahat, *gloſs. in d. l. Iulianus §. ſi
venditor in verb. venderet & ibi DD.* Quando † quis 8
decipitur in contractu reipſa, & non ex propoſi-
to alterius, tenet contractus, ſed ſi contrahens eſt
minor, reſtituitur pro leui etiam damno, non pro
minimo: *l. ſuo ff. de in integ. reſtit. l. in cauſa la 2. §. idẽ
Pomponius & ibi gl. ff. de minor.* ſi maior & decipia-
tur vltra dimidium iuſti pretij, aget deceptus, vt
vel reſcindatur contractus, vel vt ſuppleatur pre-
tium, quantum conſtaret legitimæ venditionis
iuſto pretio defuiſſe, data electione emptori, in
contractu bonæ fidei actione ex eo contractu, &
ſic perpetuo, vel ſecundum alios officio iudicis
infra quadriennium, petita in integrum reſtitu-
tione, *l. 2. & ibi glo. pen. & DD. C. de reſcind. vend. c.
cum dilecti & ibi gl. fin. & Can. c. cum cauſa & ibi glo.
fin. de empt. & vend. l. in contractibus & ibi gl. pen. C.
ex quib. cauſ. maior.* & vtrumque eſt in obligatio-
ne alternatiue tamen: *Pan. in d. c. dilecti ſub n. 9. &
10.* vnde infertur, quod re vendita perempta po-
teſt agi, vt ſuppleatur iuſtum pretium, quia quan-
do dico alternatiue ſunt in obligatione, vno per-
empto remanet aliud in obligatione, *l. plerumque
verſ. fin. ff. de iur. dot. l. ſi Stichum ff. de verb. oblig.* in
contractibus vero ſtricti iuris actione de dolo, *d.
l. & eleganter §. non ſolum in fine,* vel conditione
incerti, vel actione in factum ſubſidiaria. Dece-
ptio quæ non eſt vltra dimidium iuſti pretij tol-
leratur, licet enim contrahentibus naturaliter ſe
inuicem circumſcribere, *l. in cauſa la 2. §. idem
Pomponius ff. de minor. l. item ſi in pretio §. fin. ff. locati
& ibi gl. & DD.* In vnico contractu innominato,
facio vt des, quando ex facto nihil adeſt patti, vel
factum non eſt repetibile, habet locum † actio 9
de dolo, ad intereſſe ob non ſeruata promiſſa, *l.
cum proponas, & ibi Bart. & DD. C. de dolo,* quia ceſ-
ſat æquitas, quæ habet producere implenti ex
parte ſua actionem præſcriptis verbis, *l. naturalis
§. quod ſi faciam & ibi gl. 1. & Bart. & DD. ff. de præſt.
verb. c. cum proponas & ibi Bart. & DD. C. de dolo,* Vbi
autem

Digitized by Google

autem dolus adhibetur extra contractum ſiquidem cadat in ſpeciale nomen maleficij, vt furti &c. non agetur actione de dolo, aut ſtellionatus, ſed illa ſpeciali, quæ prodita eſt ex eo crimine, *l. 3. ff. de crimine ſtellionat. Bart. in d. l. & eleganter num. 9.*
20 *l. 1. in fine princ. & l. 3. & 4. ff. de dol.* Actio de † dolo eſt mere perſonalis, quia in eo oportet exprimere, quis fecerit, & cui factus ſit dolus, ac in quare: *l. ſed & ex dolo §. fin. & ibi gl. & l. ſeq. ff. de dol.* arbitraria, *§. præterea Inſtit. de act. & ibi poſt gl. DD. l. arbitrio ff. de dol.* ſubſidiaria, quia nunquam competit cum ſpeciali, alia ciuili, vel prætoria, ordinaria, vel extraordinaria, etiamſi ſit interdictum, quo quis experiri, vel exceptio qua ſe tueri poſſit, *l. de dolo & ibi gl. pen. C. de dol. l. 1. §. non fuit & l. fin. ff. eod.* vel ſit pœnalis, populariſue actio, *d. l. & eleganter in fine princ. & §. ſi ſeruum cum duobus §§. ſeqq.* aut ſi quis in integrum reſtitui poſſit, ſed etſi alia actio, quam tempore commiſſi doli habebat, tempore finita ſit, vel in ſtipulatum deducta, & acceptilatione aut alio modo ſublata ſit: quoniã habuit aliam actionem, niſi in amittenda actione dolum malum paſſus eſt. *l. 1. §. idem Pomponius & §§. ſeqq. ff. de dolo.* ſiue aduerſus eum ſit, vel fuerit actio, aduerſus quem de dolo quæritur, ſiue aduerſus alium ſit actio, vel ab alio res ſeruari poſſit *d. l. 1. §. fin. & ll. ſeqq. l. ideoq; cum l. ſeq. ff. de dolo.* criminalis accuſatio non tollit actionem de dolo: *l. ſi quis affirmauerit §. fin. ff. de dol.* non datur pro modica ſumma, id eſt vſque ad duos aureos, *l. ſi oleum §. fin. & l. ſeq. ff. de dol.*

21 Non datur † quibuſdam perſonis, vtputa, liberis, vel libertis aduerſus parentes, patronoſue, nec humili aduerſus eum, qui dignitate excellit, vtputa, plebeio aduerſus conſularem receptæ auctoritatis, vel luxurioſo atq; prodigo, aut alias vili aduerſus hominem vitæ emendatioris, ſed in eos datur in factum, verbis temperanda actio, vt bonæ fidei mentio fiat, ne ex dolo ſuo lucrentur, *l. non debet & l. ſeq. ff. de dol.* hæredibus tamen harum perſonarum, item aduerſus hæredes patris & patroni de dolo actio erit danda, *l. hæredibus ff. de dol.* quia in hac actione doli, tantum calculi ratio habetur, ſic enim formatur libellus conuenio te actione dolo, de eo, quod ad te, peruenit ex dolo defuncti, *l. ſabinus ff. de dol. glo. in d. l. hæredibus*

22 Debet moueri † & terminari intra biennium continuum quod currit abſenti niſi abſit cauſſa reipublicæ, *l. non poſſunt C. de dol.* & ignoranti, ex eo die, quo aſſeritur commiſſus dolus, numerandum; de eo quod ad doloſum non peruenit, & litis conteſtatio, eam non perpetuat: *l. fi. C. de dol. & ibi gloſſ. 1. Bart. & DD. communiter.* in id in quo locupletior factus eſt, in ipſum, qui dolum commiſit, eiuſque hæredem, de eo, quod ad eum peruenit, perpetuo datur in factum actio, *l. itaque §. fin. in fine & l. ſeq. ff. de dol. l. toties ff. de reg. iur.* Exceptio doli † ex parte opponentis eſt realis, ex alte- 13
ra parte cui opponitur, perſonalis: quia in ea ſufficit exprimere, quod is, cui opponitur, dolum fecerit, ſed non eſt neceſſe exprimere, cui dolus factus ſit, *l. 2. §. ſequitur & l. apud Celſum. §. fin ff. de dol. mal. except.* De dolo † auctoris, exceptio doli 14
non obijcitur, *d. §. fin.* ſingulari ſucceſſori habenti cauſam oneroſam, quia oritur ex delicto perſonæ, niſi auctoris acceſſione vtatur, quia tunc cohæret rei, *l. apud Celſum § item quæritur 2. verſ. de auctoris dolo & ibi gloſſ. in verbo exceptionem & §. ſi quis autem verſ. auctoris autem dolus & verſ. ſeqq. ff. de dol. mal. & met. except. pulchre Fran. in c. vnico §. verum nu. 6. & 7. de iurepat. in 6.* aut res ad eum, qui dolo fecerit, ſit reuerſura; *d. §. ſi quis autem verſ. item tractat.* habenti cauſam lucratiuam, vel quamcunque aliam cauſam, quæ prope lucratiuam habet acquiſitione, obijcitur, etiamſi acceſſione non vtatur, *d. § ſi quis autem & ibi gloſſ in verbo repellendos & §. item tractat. verſ. cæterum & verſ. ſeq.* Succeſſor vniuerſalis † ſemper repellitur 15
hac exceptione, quia in omne ius defuncti ſuccedit: *l. cum hæres ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. hæredem l. hæreditas ff. de reg. iur.* id ſpeciale eſt, quod non ſolum contra patronum, & † parentem, ſiue 16
ex ſuo, ſiue ex alieno contractu conueniatur, ſed neque contra hæredem patroni vel patris opponitur exceptio doli à liberis & libertis, licet eis contra hæredes patris & patroni detur actio doli, *l. hæreditas ff. de dol.* quia in exceptione, non quia aliquid apud hæredem ſit, ſed quia defunctus dolum commiſit, & de perfidia excipitur, & ideo non de dolo, ſed in factum excipitur, nam conuenit illis viuis, & mortuis honorem exhiberi. *l. apud Celſum. §. aduerſus.* Aduerſus doli mali exceptionem, non † datur replicatio doli mali, 17
quia iniquum eſſet communem malitiam petitori quidem præmio eſſe, ei vero cum quo ageretur pœnæ eſſe, cum longe æquius ſit, ex eo, quod perfide geſtum eſt, actorem nihil conſequi. *l. apud celſum §. item quæritur 1. verſ. Marcellus ff. de dol. mal.*

Digitized by Google

18 *& met.except.* Quando plures † committunt dolum principaliter, & ad quemlibet eorum principaliter, & pariter, negocium ſpectat, tunc quilibet de dolo tenetur, & vnius ſolutione omnes liberantur, quando agitur ad rem, vel ad intereſſe, *l.ſi plures ff. de dolo* ſecus ſi agatur ad pœnam: *l.pen. §.hoc iudicium ff. ne quis eum, qui in ius vocatus &c. & ibi gloſſ. in verbo in ſingulos & DD.* ſi negocium ſpectat ad vnum principaliter, ad alium non; ſiquidem vnus commiſit dolum, alius culpam, conuenitur prius ille, qui culpam commiſit, ſed poteſt excipere, vt is qui dolum commiſit prius conueniatur ſuis ſumptibus, vel contra ipſum actiones ſibi præſtentur, *l. cum in plures §. reſtitmenta ff. locati.* aut ambo commiſerunt dolum, & ſi dolus dederit cauſam contractui, prius conuenitur ille ad quem principaliter negocium ſpectat, in ſubſidium deuenitur ad eum, ad quem ſpectat incidenter, *d. l. & eleganter in princ. & § ſi quadrupes & §. ſi dolo.* aut eſt dolus incidens in contractu, & ille ad quem negocium principaliter non ſpectat non poterit conueniri, non ex contractu, quia non contraxit, nec de dolo, quia alia actio competit, niſi forte in ſubſidium, *d. l. ideoque & l. ſeq. ff. de dolo d. §. ſi quadrupes Bart. poſt gloſſ in d.l. & eleganter num. 2. Bald. num. 7. & DD.* Contumacia eſt
19 quædam voluntaria † inobedientia, qua quis monitionem iudicis adimplere contemnit, *l. contumacia ff. de re iud c. prout & ibi gloſſ. 1. hoc tit.* probatur per inſtrumentum, licet ſonet in crimen, quia debet ſcribi in actis, *l properandum §. 1. poſt princ. C. de iud. Bald in l. 1. ſub n. 3. verſ. quæro nunquid*
20 *C. quor. appell. non recip.* Committitur † multis modis, quandoq; in non veniendo, *c. 2. c. cum dilecti ad finem hoc tit.* quod poteſt contingere tribus modis; vno quia peremptoria, perſonali, *Caputaq. deciſ. 107. num. 4. part. 1. c. fin. hoc tit. Gregor. xv. de iſ. 430. num. 1. & ibi annot.* citatione recepta, venire contempſit, alio, quia malitioſe ſe occultat, tertio, quia impediunt, ne ad eum citatio perueniret. *c. quoniam §. porro vt lit. non conteſt. & c. c. quidam 5. quæſt 1. c. certum xj. quæſt. 3. l. ſi dictum §. ſi præſente ff. de euict.* Eſt duplex vera, & ficta, quæ appellatur imaginaria, ſiue coniecturata, aut præſumpta, *c. venerabilibus § porro verſ. idem eſt de ſent. excommun.* Vt quis dicatur verus contumax, duo requiruntur, ſcilicet quod cognouerit ſe citatum legitime, quocunque autem modo cognouerit ſatis eſt, *l. item veniunt § petitam verſ. à quo ff. de petit. hered.* item quod potuit venire. *l. ex conſenſu §. eum qui ff. de appell. & relat. & ibi gloſſ. Bart & DD.* Præſumptiue contumax eſt, qui aliquo impedimento detentus in termino comparere nequiuit, *d. c. venerabilibus §. porro verſ. idem eſt de ſent. excomm. in 6. l. 2. & 3. ff ſi quis cautionibus & c. t. ex literis de reſt in integr. & ibi Can.* aut de citatione emiſſa non habuit notitiam, *l. Diuus ff. de in integr. reſtit.* ideo citatus ad domum, ſi ad eius notitiam congruo tempore peruenit citatio, & venire contempſit, dicetur verus contumax, & licet iudex à quo eius appellationem receperit, quia eum habuiſſe notitiam citationis ignorabat, tamen ſi de eius ſcientia probatur coram iudice ad quem, ſuper eius appellatione non procedetur, Eodem modo ſi fuit citatus perſonaliter, & dum vellet venire, fuit impeditus aliqua iuſta cauſa, licet iudex à quo, eius non receperit appellationem, quia eum verum contumacem reputabat, tamen hoc probato coram iudice appellationis, procedetur in eius cauſa; *d. l. ex conſenſu §. eum qui, l. & poſt edictum §. fin. ff. de iud. Bart. in l. fin. numer. xi. & ſeqq. ff. de in integr. reſtit. & ibi DD. ſequitur Ambar. in clem. 1. nu. 10 hoc tit. Bald. in l. ea quæ numer. 1. & 5. C. quom. & quando iud.* nam debet plene cognoſci partibus citatis an eius appellatio ſit recipienda vel non, *l. 1. & ibi gl. in verb. ſummatim in fine & Bart. in fine C. quor. appell. non recip.* alias ab iſta reiectione appellationis poſſet appellari. Quandoque in non reſtituendo: *l. qui reſtituere ff. de rei vendic.* quandoque in non reſpondendo, vel obſcure reſpondendo, quod idem eſt ac ſi non reſponderet, *l. de ætate §. qui tacuit §. nihil ff. de interr. act.* quandoque in recedendo ſine licentia: *c. prout hoc tit. c. certum xi. quæſt. 3. c. conſtitutis de procurat. c. 1. de iud.* quandoque in non exhibendo, *l. creditor §. iuſtus ff. de appell.* quandoque in non iurando: *l. manifeſte ff. de iureiur.* quandoque in non defendendo: *l. mutus §. pœna ff. de procur.* quandoque in minus inſtructe comparendo: *c. 1. de elect. in 6.* quandoque latitando: *l. fulcimus §. 1. verſ. quod autem ſi latitare ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat.* quandoque interponendo appellationem manifeſte friuolam ab aliquo grauamine ante ſententiam definitiuam, *Clem. 1. hoc tit.*

Pœnæ contumaciter † non venientis ſunt di- 21
uerſæ, in perſonis rei, & actoris: ſi mandatur reo, vt ad certum terminũ ſe iudici repræſentet, duo ſub hac forma mandantur; ſcilicet vt ad iudicem ve-

cem ve-

cem veniat, & ad diem ſibi præfixum accedat; vnde ſi venire non poſſit ad diem aſſignatum, tenetur nihilominus ſe iudici præſentare poſt terminum quam citius poteſt: alias ſi contumaciter non venit ante litem conteſtatam, ad legitimas & moderatas expenſas, quas actor fecerit à tempore citationis emiſſæ, condemnatur: *c. 2. in fine c. cum dilecti hoc tit. & ibi gl. fin. & Can.* & perdit priuilegium declinandi forum. cui expreſſe poteſt renunciare: *l. de die §. plane ff. qui ſatiſd. cog. & c. Aff. lict. deciſ.* 133. item poteſt iudex rei petitæ poſſeſſionem ſequeſtrare, *c. 2. hoc tit.* in cauſa in qua non habet locum miſſio in poſſeſſionem: *c. olim de reſcript. Io. Monach. in c. locupletari ſub nu. 15. verſ. ſin autem & num. 16. & ſeq. & ibi Io. And. ſub nu. 9. verſ. aut eſt cauſa & n. 215. ſeqq. de reg. iur. in 6. Gail. obſ. 60. lib. 1.* imo in omni cauſa iudex, ſi vult, mitius agendo poteſt in contumaciam eligere viam ſequeſtri, omiſſa tenuta ſiue miſſione ex primo decreto: *l. poſtquam in fine princ. vbi in contumaciam non cauentis ponitur alternatiua, ff. vt leg. & fideicom. miſſ. nom. caueat. Io. Monach. in c. locupletari nu. 17. 18. & ſeqq. & ibi Io. And. num. 10. 11. & ſeqq. de reg. iur. in 6. Fr. Aretin. in l. intereſſe ſub nu. 1. verſ. in ſequeſtro autem neceſſario ff. de acq. poſſ.* aut actorem mittere in poſſeſſionem: *dictum eſt ſupra vt lit. non conteſt. &c. Myn. obſ. 66. cent. 4.* vel præcipere quod oſtia domus alicuius claudantur: & ſigillentur, vt multum practicant officiales curiæ Romanæ: *Iaſ. in l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum n. 29. ff. qui ſatiſd. cog.* poſt litem vero conteſtatam, ſi liquet de cauſa; fertur contra reum ſententia definitiua, *l. properandum §. ſin autem C. de iud.* ſi non liquet actor in veram poſſeſſionem inducitur, ſeruata duntaxat reo quæſtione proprietatis: *c. prout hoc tit. & ibi gloſſ. fin. & Can.* Actor qui ad terminum venire, ad quem citari aduerſarium fecerit, non curat etiam ex iuſta cauſa impedimenti, *Myn. obſ. 87. cent. 5.* venienti reo & contumaciam actoris accuſanti, *l. properandum §. & ſi quidem ibi actoris abſentia accuſante C. de iud. Auth. qui ſemel C. quom. & quand. Iud.* condemnatur in expenſis, ad citationem aliam minime admittendus, niſi ſufficienter cauerit quod in termino fideliter debeat comparere; *c. 1. hoc tit. in 6. Gail. obſ. 59. lib. 1.* Præſumitur autem malitioſe abeſſe, niſi contrarium probetur; *c. cum Bertholdus de re iud. c. querelam de proc.* ac lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, inducti à reo, & ſententia definitiua ferri, ſi liquet de cauſa, *c. cauſam quæ & ibi gloſſ. pen. hoc tit. l. & poſt edictum & ibi gloſſ. in verb. debet ff. de iud.* Actor † contumax ſiue vincat ſiue ſuccumbat ſemper condemnandus eſt in expenſis in quibus reus victus non condemnatur actori contumaci victori quod ſpeciale eſt in pœnam contumaciæ actoris, *l. properandum §. ſin autem ex geſtu C. de Iud. c. calumniam de pœnis, Myn. obſ. 67. cent. 4. referens duas opiniones.* ſi non liquet, reus abſoluetur ab obſeruatione iudicij. *l. ſi præſes C. quomod. et quand. Iud. &c. dictum eſt ſupra tit. vt lit. non conteſt. &c. Myn. obſ. 65. cent. 4.* Neutro † vero 22
cõparente, etiam ex cauſa legitimi impedimenti citatio circumducitur, & inſtantia perit; ex integro autem litigari poteſt, *d. l. et poſt edictum verſ. quod ſi & Rot. præfatos caſus omnes decidens deciſ. 7. de verb. ſignif. in antiq. Myn. obſ. 87. cent. 5.* niſi talis ſit cauſa, vt in ea procedi poſſit, non obſtante contumacia partium, vt ſunt cauſæ electionum &c. in quibus punitur reus, tanquam contumax licet actor etiam fuerit contumax: *c. cupientes §. quod ſi per viginti & ibi gl. in verb. opponentes et Franc. nu. 4. et Can. de elect. in 6.* Id in vtroque obtinet, quod ex peremptorio abſens, ſiue contumax in non veniendo, condemnatus ſi appellet, non eſt audiendus, niſi venerit iudice ſedente pro tribunali, *l. diuus ff. de reſtit. in integr.* ſi modo per contumaciam veram defuerit, ſin minus audietur, *d. l. & poſt edictum §. fin. ff. de iud. c. fin. §. ſunt etiam 1. quæſt. 6. l. 1. C. quor. appell. non recip. ab 10 C. quom. et quand. Iud. &c.* Expreſſe contumax, vt quia nuncio citanti ad totam cauſam, dixit ſe nolle venire, vlterius non eſt audiendus, *Mar. Socin. de citat. art. 27. num. 29. & ſeqq. Gab. Concluſ. vnic. de cit. nu. 418. in fine.* tamen auditur appellans ſi modo venerit iudice ſedente pro tribunali, quia poſtea mutauit propoſitum, quod ex eo apparet, quia confeſtim iudicem ſedentem pro tribunali adijt, *Bart. in d. l. diuus num. 4. licet Bald. aliter ſentiat. in l. ea quæ nn. 1. & 5. C. quom. et quand. Iud. &c. et in l. 1. in fine C. quor. appell. non recip.* Citatus ad vnum articulum, reſpectu ſecundi vel tertij termini peremptorij, & reſpectu aliorum actuum, eſt iterato citandus; *Mar. Soc. de citat. art. 27. ſub n. 30. Gregor. xv deciſ. 518. nu. 8. & 9.* & hæc eſt pœna contumacis in nõ veniendo. Contumax in non exhibendo, vel in 23
non reſtituendo † appellat, *l. creditor. §. iuſſu ff. de appell.* contumax in non iurando de calumnia poteſt appellare, *gloſſ. in d. §. in fin. in verb. appellandi* 24

auxilium et ibi DD. l. 2. § ſin autem reus et ibi not. C. de iuram. Calum. præterea excommunicato pro vera & manifeſta contumacia, abſolutio impendenda non eſt, niſi primo expenſarum ſatisfactione ac de ſtando iudicio cautione præſtita; excommunicato pro præſumpta contumacia, quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit, ſi alleget, quod recte contumax reputari non debet, pro eo, quod in itinere captus, vel etiam alio impedimento detentus comparere nequiuit, protinus beneficium abſolutionis debet impendi, c. venerabilibus §. porro verſ. item eſt de ſent. excomm.
25 in 6. Pœnæ contumacis † in non reſtituendo rem ad iuſſum iudicis, variæ ſunt iuxta qualitatem delicti; ſiquidem habet rem, manu militari, id eſt per familiam iudicis, non autem per auxilium Capitanei Guerræ, niſi in ſubſidium ex magna cauſa, officio iudicis ab eo poſſeſſio transfertur, & fructuum omniſque cauſæ nomine fit condemnationis executio: l. qui reſtituere 1. reſp. & ibi Bart. num. 1. & 3. ff. de rei vendic. ſi dolo fecit, quo minus poſſideret, & poſſit reſtituere, quantum aduerſarius in litem iurauerit, damnatur: nec actor cauere ei debet actiones, quas eius rei nomine habet, ſe ei præſtiturum, d. l. qui reſtituere 2. reſp. cum ll. ſeqq. neque publiciana ei datur, ne in poteſtate cuiuſque ſit, per rapinam ab inuito domino rem iuſto vel iniuſto pretio comparare. l. nec quaſi ff. de rei vend. & ibi gloſſ. ſi culpa fecit, quo minus poſſit reſtituere, non pluris quam res eſt, id eſt quanti aduerſarij interfuit, ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, condemnatur, & ſoluenti æſtimationem litis, cedendæ ſunt actiones, l. ſi culpa in princ. & l. qui petitorio §. 1. ff. de rei vendic. l. non tantum §. veniunt verſ. imo ff. de petit. hered. d. l. qui reſtituere 3. reſp. l. in actionibus ff. de in lit. iur. ſi dolo & culpa caret, non tenetur. l. ſin autem §. 1. l. ſi in rem actum ſit ff. de rei vendic. Quæ generaliter locum habent in interdictis, & actionibus ſiue in rem, ſiue in perſonam, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, d. l. qui reſtituere verſ. fin &
26 ibi Bart. circa fin. Contumacia in non † reſpondendo contrahitur, quando quis præſens interrogatus iuſſuſque à iudice in iure, id eſt eo loco vbi iuris dicendi vel iudicandi gratia conſiſtat, vel ſi domi, vel in itinere hoc agat, l. 4. §. fin. ff. de interrog. in iure fac. reſpondere ſine rationabili cauſa recuſat: c. 2. de conf. ſſ. in 6. Bart. in l. de ætate §. qui tacuit in fine ff. de interrog. act. habetque vim probationis circa interrogationes, quæ fiunt ad præparationem iudiciorum, l. 1. l. qui interrogatur cum ll. ſeqq. & l. non alienum ff. de interrog. act. in d. l. qui petitorio. contra contumacem; & ſi nocet confeſſio habetur pro confeſſo, ſi nocet negatio, habetur pro negante: gloſſ. in c. 2. §. fin. in verb. pro confeſſo de confeſſ. in 6. l. non alienum ff. de interrog. act. Bald. in d. l. de ætate §. qui tacuit. conuictus de mendacio, habetur pro confeſſo ſuper toto, niſi iuſta ratione excuſetur, d. l. de ætate §. ſi cum eſſet. verum ſi antequam iuſſus ſit fuerit reſpondere, contumaciter eum abſentari contingat, non habetur pro confeſſo, aut negante, ſed eſt alias contra eum tanquam contumacem procedendum: c. 2. §. verum de confeſſ. in 6. contumax in non reſpondendo libello, vel in litis conteſtatione non habetur pro confeſſo: Bald. in l. 2. §. quod ſi actor ſub num. 2 C. de iureiur. propter cal. & c. Franc. in c. 2. ſub num. 5. de confeſſ. in 6. de pœna contumaciæ in non reſpondendo poſitionibus dicetur, infra tit. de
confeſſ. Pœna † recedentis ſine licentia, eſt eadem 27
quæ contumacis, quia paria ſunt non venire, & venire, & ſine licentia recedere. c. ſi poſtquam & ibi gloſſ. in verbo mente & Can. c. cupientes §. quod ſuper viginti & ibi gloſſ. in verbo comparere de elect. in 6.
Contumax † in non exhibendo, condemnatur 28
in id, quod intereſt actoris, delato iureiurando in litem, d. l. creditor §. iuſſu ff. de appell. §. ſi ad exhibendum Inſtit. de offic. iud. & ibi gloſſ. Contumax circa præſtationem iuramenti calumniæ, ſi eſt actor, cedit ab actione inſtituta, ſi reus eſt, haberi debet pro confeſſo. c. Imperatorum c. fin. § fin. de iuram. cal. dictum eſt ſupra tit. de iuram. Calumn. De pœna
contumacis circa † præſtationem & relationem 29
iuramenti iudicialis notant DD. in §. item ſi quis
poſtulante. Inſtit. de action. Contumaci † in non de- 30
fendendo denegatur actio, quoad aduerſarium, l. ſeruum §. ait prætor. l. mutuus §. pœna ff. de proc. facit l. 3. & l. actionem C. eod. ſed quoad dominum tenetur actione mandati ad intereſſe, quia & hæc ſibi mandatum videtur vt defendat, l. ad rem l. ad legatum ff. de procurat. facit. l. ſecunda, ff. de iuriſ. omn. iud.

Minus † inſtructus comparens, pro exhiben- 31
dis iuribus & inſtrumentis alibi, quam apud iudicem, niſi ex iuſta cauſa, non poteſt dilationem aliquam obtinere, c. cupientes §. inſuper in fine de
elect. in 6. Contra † latitantem qui perſonaliter 32
non reperitur, aut impedientem, ne poſſit citatio

ad eum

ad eum peruenire, ſufficit citationis edictum in eccleſia ſua publice proponere, *c. fin. hoc tit.* vel denunciationes ad domum mittere, *c. cauſam quæ & ibi gloſſ. in verb. ad domum & Can. hoc tit. c quoniã §. porro & ibi gloſſ. in verb. impedit. & Can. vt lit. non*

33 *conteſt. etc.* Pœna eius † qui ab interlocutoria, vel à grauamine, quod ſibi proponit illatum, temere appellans à præſentia iudicis recedit, eſt, quod iudex nõ teneatur eum citare ad alia, quæ poſtea in iudicio facienda incumbunt, vel etiam ad ſententiam audiendam, proceſſuſque validus reputatur in eius abſentia factus. *c. fin. hoc tit. in 6.* quia videtur hoc ipſo proteſtari ſe nolle de cætero coram iudice litigare, cum appellatio ſubtrahat appellantem in totum à iuriſdictione iudicis à quo in illa cauſa, ſi iudex velit poterit citationem adhibere. *Zab. in clem. 1. hoc tit. Creſcent. deciſ. 10. nu. 3.*

34 *& 4. eod.* Non procedit † diſpoſitio *d. c. fin.* quando iudex à quo detulit appellationi, *c. cum appellationibus verſ. 1. de appell. in 6. glo. in clem. vnic. in verb. non deferens hoc tit.* vel quando iudici à quo fuit inhibitum, per iudicem ad quem, *c. non ſolum verſ. fin. de appell. in 6.* aut ſi appareat bene appellatum fuiſſe ab interlocutoria vel grauamine; eſt igitur proceſſus in ſuſpenſo, & euentus appellationis declarabit an ſit validus necne, *Anchar. in d. c. fin. in 5. not. hoc tit. in 6.* Item non procedit diſpoſitio *d. cap. fin.* quando appellans ſponte appellationi ſuæ renunciat expreſſe vel tacite, ſponte, litigando coram iudice à quo: *d. c. fin. verſ. niſi & ibi gloſſ. in verb. renunciat.* Secus ſi induceretur tacita renunciatio per negligentiã ob non petitionem Apoſtolorum, *c. cum ab eo de appell. in 6.* vel ob non proſecutionem; *c. perſonas c. cum ſit de appell.* quia talis renuncians non eſt de neceſſitate citandus ad id, quod reſtat de proceſſu, quia quodammodo inuitus renunciare dicitur, *Franc. poſt Io. Andr. in c. fin. ſub num. 4. & ibi Can.* A ſententia autem definitiua, ſi qua contra talem appellantem ferri contigerit, poterit ab eo appellari, niſi eius prima appellatio eſſet friuola manifeſte, quæ totaliter eum excludit à beneficio appellandi à definitiua, *Clem. vnic. hoc tit.* vtputa quia nulla cauſa fuit in ea expreſſa, vel non legitima, dato quod eſſet vera, vel licet legitima expreſſa fuerit, erat manifeſte falſa, vel iam pronunciatum erat illam eſſe falſam, & non fuerit appellatum: *gloſ. fin. in princ. in d. clem. vnic. & ibi Zab. & Can. communiter,* ſed non excludit à beneficio nullitatis, ſi forſan definitiua aliqua ratione nulla dici poſſit, *l. ſi expreſſum ff. de appell. Anchar. in d. clem. vnica hoc tit.* Contumax in † vno actu iudicii, quando ad certum actum 35
vel articulum facta eſt citatio, ad alios actus citari debet, *c. cum olim in fine de teſt. cog. gl. in c. 2. in verb. non teneri is hoc tit. in 6.* niſi actus ſubſequens haberet dependentiam vel connexitatem cum præcedenti; quia tunc non erit neceſſaria citatio; *c. ſi capitulo de conceſ. præb. in 6.* aut citatio facta fuerit generalis ad totam cauſam agendam, quo caſu procedi poteſt abſque alia citatione ad definitiuam, *c. auditis & ibi Innoc. poſt num. 1. de procur. cap. cum olim el 2. & ibi Ancb. in 2. not. de priuil.* ſi citatus nunquam comparuit, alias ſi comparuiſſet per ſe vel procuratorem, tunc poſtea ad alios actus cauſæ requireretur noua citatio, *Auth. & qui iurat. C. de bonis auct. iud. poſſid. arg. c. 2. verſ. niſi ſponte iuncta gloſ. in verb. renunciet hoc tit. in 6. Caſt. in l. ſi prætor numer. 6. ff. de iud.* quando vero citatio eſſet facta largiſſime, iuxta Stylum Curiæ Romanæ vt veniat reſponſurus ſuper tali negotio, & ad procedendum in tali cauſa cum comminatione, quod iudex procedet ad cognitionem & pronunciationem vſque ad finem, tunc comparendo ad vnum actum & recedendo non ſatisfacit citationi, ſed cogitur ſtare vſque ad finem, alias proceditur contra eum tanquam contumacem, *l. ſi apparitor C. de cohortalib. libr. 12. l. in peremptorio ff. de iud. Franc. in c. 2. ſub nume. 5. hoc tit. in 6. Bart. in l. ſi finita §. Iulianus ſub num. 4. ff. de damn. infect. Pan. et Fel. in c. cauſam quæ ſub num. 3. in 1 limit. de reſcript. Felin. in c. conſuluit ſub numer. 16. verſ. 3. nota, de offic. deleg. qui plures citat Hoſt. in d. c. conſuluit num. 12. in fine eod. Rot. deciſ. 10. de re iudic. in nou.*

De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

Titulus XV.

SVMMARIA.

1 *Miſſio in poſſeſſionem eſt remedium ordinarium, decernitur lite non conteſtata, ac lite conteſtata quando non liquet de Cauſa.*

2 *Primum decretum eſt primus iuſſus Iudicis quo decernit aliquem ponendum in poſſeſſionem corporalem*

poralem

Digitized by Google

poralem rei petitæ, aut bonorum pro quantitate debiti, Cauſa cuſtodiæ ob aduerſarij contumaciam.

3 *Si reus docet ſe contumacem non fuiſſe, reducitur in poſſeſsionem.*

4 *Interponitur negocio ſummatim diſcuſſo vltima die peremptorij.*

5 *In omnibus actionibus perſonalibus, realibus, & mixtis, & perſecutionibus, ſeu iudicis officio, ac omni cauſa ſpirituali.*

6 *Excipe primo, quando natura rei repugnat.*

7 *Secundo, non habet locum contra poſſeſſorem contumacem, quando petitur eccleſiam titulum, ſecus ſi petitur eccleſia in titulum, ſecus ſi petatur eccleſia tanquam proprietas.*

8 *Differentiæ annotantur an de eccleſia agatur vt de proprietate, an vero de beneficio ſeu titulo.*

9 *Primi decreti effectus in actione reali.*

10 *In actione perſonali.*

11 *In actione hypothecaria.*

12 *Secundum decretum eſt ſecundus iuſſus Iudicis, quo mediante actor conſequitur ius pleni dominij, vel quaſi & reus illud amittit propter perſeueratam contumaciam.*

13 *Interponitur cauſa cognita, & reo iterum citata.*

14 *Debito plene probato.*

15 *In omnibus actionibus perſonalibus, & in omnibus caſibus in quibus per primum decretum non eſt plene conſultum.*

16 *Secundi decreti effectus varij ſunt & recenſentur.*

17 *Reo poſt litem conteſtatam contumaciter abſente eremodicium contrahitur, & iudex actore petente, Cauſa requiſita, ſi reus ex actis obnoxius fuerit inuentus, contra abſentem profert ſententiam condemnatoriam.*

PROPTER contumaciam ſæpe peruenitur
ad miſſionem in poſſeſſionem, ideo annecti-
1 tur titulus de eo qui mittitur &c. eſt † remedium
ordinarium, *l. 2 in fine C. vbi in rem actio gloſſ. in c. 1.*
in verbo obtinendis &c. item miſsio hoc tit. in 6. dicit
eſſe extraordinarium & male & ibi Franc. animad-
uertit in 6. in fine. ac decernitur lite non conteſtata
ſi non liquet de cauſa, *l. properandum §. ſin autem*
& ibi gloſſ. in verbo abſentem & verb. auditur & DD.
C. de iud. l. 2. & ibi gloſſ. marg. in verbo ſeruata C. vbi
in rem actio. ex primo decreto & ex ſecundo de-
creto, & vbi ſunt plures qui conueniri poſſunt
ſuper eadem quæſtione, non debet iudex proce-
dere ad miſſionem in poſſeſsionem, etiamſi vnus
ſit contumax, niſi omnes vocentur, *Pan. in c. cum*
deputati n. 10. de iud. & ibi Felin. num. 6. & Can. l. hac
autem ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eatur. Primum † de- 2
cretum eſt primus iuſſus iudicis, quo decernit a-
liquem ponendum in poſſeſsionem corporalem
rei petitæ in actione reali, vel mixta, ſiue propter
quam petitur cautio in cauſa damni infecti: aut
bonorum, pro quantitate debiti, in perſonali: *l. 1.*
& ibi gloſſ. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. cum proponas
& ibi gloſſ. fin. & auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iud.
poſsid. & vtrobiq; DD. l. ſi finita §. ſi plures & ibi gloſſ.
marg. in verbo prius ff. de damn. infect. cauſa cuſtodiæ
ob aduerſarij contumaciam, *c. 1. hoc tit. & ibi Butr.*
num. 15. & ibi Can. quando reus latitat, id eſt tur-
piter ſe occultat, vt euitet occurſum creditorum,
l. fulcinius § 1 2. & 3 ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. l.
cum proponas C. de bon. auct. iud. poſsid. vel abſens ſit
ex quacunque cauſa, & non defendatur, *l. 2. et l.*
hac autem §. non defenſi ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat.
aut citatus trina vice, vel vna pro omnibus pe-
remptorie, comparere contemnit, *c. quoniam §. in*
alijs vt lit. non conteſt. & c. gloſſ. fin. in d. l. cum proponas
vel poſt citationis edictum venerit ad iudicium,
& poſtea ſe ſubtraxerit, atq; ad loca remota ſe
transferens procuratorem legitimum non dimi-
ſit, & denunciatione domi publice facta non re-
peritur, qui defendat eundem, *l. 2. ff. quib. ex cauſ.*
in poſſeſs. eat. c. fin. hoc tit. Bald. in l. cum proponas nu. 2.
Mohed. decis. 8. de fid. inſtrum. ſi reus docet † ſe con- 3
tumacem non fuiſſe, reducitur in poſſeſſionem,
præſtita ſufficienti cautione ſiſtendi iudicio, & ad
reſtituendas expenſas nullatenus compellitur,
c. cum veniſſent hoc tit. c. cum Bertholdus & ibi gloſſ. in
in verbo iuſtam cauſam de re iud. l. Imperatores ff. de
priuil. credit. l ſi finita §. ſi forte ff. de damn. infect. In-
terponitur † negocio ſummatim diſcuſſo, *l. 2. in* 4
fine & ibi gloſſ. in verbo ſummatim C. vbi in rem actio
&c. vltima die peremptorij, vel de æquitate po-
teſt in alium diem expectari, *l. & poſt edictum ff. de*
iud. cap. conſuluit de off. deleg. in omnibus † actioni- 5
bus perſonalibus, *l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. l.*
2. in fine C. de prat. pign. realibus, & mixtis, *d. l. fulci-*
nius §. item videamus & §§. ſeqq. & perſecutioni-
bus ſiue officio iudicis, *toto titulo ff. & C. vt in poſ-*
ſeſs. legat. ac omni cauſa ſpirituali, *Pan. in c. 1. 2. &*
3. hoc tit. vtputa, ſi agatur contra clericos contu-
maces ſuper obedientia, ab eo quem conſtat eſſe
Archidiaconum, Decanum, plebanum *c. inter*
quatuor

Digitized by Google

quatuor c.his quæ c. dilecti de maior. & obed. Gemin.in c.1.num 10.poſt Ioan. And. hoc tit.in 6. aut de iurepatronatus, *Gemin.in d.c.1.num.xi. hoc tit.in 6.* Ex-
6 cipe primo † quando natura rei repugnat, vt minori petenti reſtitutionem aduerſus aditionem hæreditatis contra creditores ſolemniter citatos intra tres menſes non comparentes, præmiſſa cauſæ cognitione, permittitur diſceſſus ab hæreditate ſine periculo, & ex officio iudicis, datur curator hæreditati iacenti, *Auth.ſi omnes C.ſi min. ſe ab hered.ſe abſtin.* Item ſi ij, à quibus libertatem præſtari oportet, euocati à prætore adeſſe noluiſſent, & cauſa cognita, prætor pronunciet libertatem his deberi, eodem iure ſtatus ſeruatur, ac ſi directo manumiſſi eſſent; *l. cum vero §. ſubuentum l. neque infantes ff. de fideicom. libert.* & poteſt poni exemplum in actione finium regundorum, in qua peto vt inter me & te ponantur termini, & tu non venis, certe iudex, parte abſente, poteſt facere interponi terminos *l.3. C. fi.regund. & ibi Bart.*
7 *& DD.* Excipe ſecundo, quia non habet † miſſio locum contra poſſeſſorem contumacem, quando petitur eccleſia in titulum, ſiue vt beneficium, ne detur vitioſus ingreſſus, *c.1 hoc tit. in 6. Pan. in c. contingit num.16. de dol. & contum.* ſiue petatur obtinendum, ſiue obtentum, aut agatur poſſeſſorio recuperandæ, *d. c. 1. et ibi gloſ. in verb. obtinendu & Can.* ſiue nullus poſſideat, vtputa, coelecti duo petunt, & alter eorum contumax eſt, *d.c.1. & ibi gloſſ. in verb. poſſeſſore et Can.* imo non poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem fructuum beneficij, *Gemin.in d.c.1. numer.7. et ibi Can.* quia in fructibus percipiendis magis attenditur ius corporis, ex quo percipiuntur, quã ius ſeminis ex quo oriun-
8 tur, *l.qui ſcit §.1.ff.de vſur.* ſed ſi petatur † eccleſia tanquam proprietas, habet locum miſſio, vt ſi petatur tanquam vnita vel incorporata monaſterio, *c.2.vt lit. non conteſt.etc.c.1.& 2. hoc tit. cap.1. & ibi Can.eod.in 6.c.2. & Pan. in c.contingit num.*xi. *& ſeq. de dol. & contum.* nam multum intereſt, an de eccleſia agatur, vt de proprietate, an vero vt de beneficio ſiue titulo; nam primo caſu non eſt locus Clem. *diſpendioſam de iud.* quia non eſt cauſa beneficialis *gl. in d. clem. diſpendioſam in verb. beneficijs & ibi Can.de iudic.* Permiſſa eſt permutatio, id eſt partes poſſunt paciſci de permutatione eccleſiarum vnitarum, & requiritur conſenſus ſuperioris duntaxat in expletione actus, propter alienationem, quæ interuenit in permutatione eccleſiæ; iuxta regulam, quod iura eccleſiæ non alienantur ſine auctoritate ſuperioris: *c.ad quæſtiones et ibi Pan. num.5. de rer. permut.* beneficiorum in titulum poſſeſſorum pactione præcedente cõmutationes fieri non poſſunt, ſed pendent ex voluntate & arbitrio epiſcopi: *c. quæſitum c. cum olim de rer.permut.* item eccleſia poteſt præſcribi per eccleſiam iure proprietatis, vt eam habeat tanquam vnitam, vel tanquam ſubiectam, ad proprios vſus: *c. cura paſtoralis & ibi Pan. num.1. de iure patr.* [*repat.el2.*] *& ibi gloſ. in verb ad menſam de exceſſ.prel.* ſed non poteſt quis præſcribere eccleſiam in titulum, vt eam habeat tanquam Prælatus, vel Rector, quando Epiſcopus ex ſuo officio vult videre inſtitutionem clerici, ſed ſi alius dicat ſe habere ius in beneficio, id quod aſſeuerat probat; *d.c.1. & ibi gl. fin. verſ. & nota quod hæc regula de reg iur. in 6. c. ex frequentibus de Inſtit. & ibi Can.* Tertio ſuper beneficio, quod petitur tanquam proprietas, poteſt tranſigi; ſecus ſi agatur de beneficio vt de titulo *c. ſuper eo & ibi gloſſ 1. & Can. de tranſact.* Ef-
fectus † primi decreti ſunt diuerſi, in actione rea- 9
li, quando conuentus abſens vel contumax, rem, quæ vendicatur, poſſidet, miſſus in poſſeſſionem ſtatim poſſidet ex communi opinione Legiſtarum; *l.3.§.fin. & ibi gl. in verb. non poſſeſſionem Bart. & DD. ff. de acq. poſſeſ.* Poteſt expellere reum contumacem de poſſeſſione, fructus percipit & conſeruat; *c. quoniam §. in alijs & ibi gl. in verb. effectus vt lit. non conteſtata etc.* ſed reuocabiliter, quia miſſionem paſſus intra annum auditur, ſuper poſſeſſione & fructus recuperat, deductis expenſis, data cautione ſufficienti ſtandi iudicio, & refectis expenſis, & non mulctatur de æquitate canonica, *c.1.de dol. & cont. & ibi Can. c. quoniam §. in alijs & ibi gl.in verb. effectus vt lit.non conteſt. etc.l. ſi quis emptionis §.pen. & ibi gl. in verb. poſſeſſor C. de præſcript. 30.vel 40. annor.* Canoniſtæ communiter tenent, quod miſſus in reali intra annum non conſtituatur poſſeſſor, *c.contingit & ibi glo. 1. de dol. & cont. c. fin. hoc tit. c. paſtoralis §.1. in princ. & fin. de off. ordin.* in eo omnes conſentiunt, quod poſt lapſum anni veram & incommutabilem illius rei poſſeſſionem acquirat abſque vllo alio decreto, *d.c.contingit. & ibi gl. fin. d. c. paſtoralis §.1. in fine,* & fructus lucretur, *l. ſi quis emptionis §.pen. C. de preſcript.30. ann.Bart. in d.l.ſi finita §. Iulianus num.51. ff.de damn. infect.* reſeruata contumaci quæſtione proprietatis; *c.1.hoc tit. c.quoniam §.quod ſi vt lit. nõ conteſt.etc.*

c. prout & ibi gl. fin. & Can. de dol. & contum. etiamſi
intra annum propter rei potentiam, aut dolum
non fuerit admiſſus in poſſeſſionem ſibi decre-
tam, vel admiſſus ab ea fuerit expulſus, c. contingit
de dol. & contum. contra tertium prohibentem, ne
miſſus bona debitoris ingrediatur, datur actio in
factum, quanti ea res ſit, l. 14. ff. quib. ex cauſ. in poſ-
ſeß. eat. ſi tertius ſoluendo fuerit; alias miſſus in-
telligitur poſſidere, ne propter dolum alienum,
reus lucrum faciat, & actor damno afficiatur: l. ſi.
in fine princ. ff. de eo per quem factum erit etc. facit l. &
eleganter §. ſi dolo ff. de dol. ſi conuentus dolo fece-
rit, quo minus poſſideret, bona eius poſſidenda,
& vendenda ſunt: d. l. Fulcinius §. pen. in fine gloſſ.
fin. in fine in l. cum proponas C. de bon. auct. iud. poßid.
annus non currit miſſionem paſſo, quando intra
illum cautionem obtulit iudici, quæ per eum non
10 fuerit recepta, c. 2. hoc tit. In actione † perſonali,
pro qua hypotheca non eſt conſtituta, l. fin. in pr.
C. de bon. auct. iud. poßid. Probato ſummatim de-
bito per iuramentum, quia agitur de modico
præiudicio; l. cum proponas et ibi gl. in verb. conſtat et
Bart. num. 3. & 4. Bald. ſub num. 1. & DD. & auth. &
qui curat & ibi DD. C. de bon. auct. iud. poßid. Perue-
nitur ad primum decretum, quo actor mittitur in
poſſeſſionem rerum abſentis, aut contumacis e-
ius loci, cuius cura ad iubentem pertinet, l. cum v-
nus §. is qui ff. de bon. auct. iud. poßid. iuxta menſu-
ram debiti declarati, non vt vere poſſideat, ſed
detineat, & cuſtodiat, vt reus tædio affectus ve-
niat reſponſurus, d. auth. & qui C. de bon. auct. iud.
poßid. l. poßideri §. fin. l. cum legati ff. quib. ex cauſ. in
poſſeſ. eat. l. ſi quis §. denique ff. de acq. poßeſ. nec eijci-
tur poſſeſſor contumax de poſſeſſione, l. ſi finita §.
ſi quis autem ff. de dam. infect. l. is cui 1. reſp. ff. vt in poſ-
ſeſ. legat. & ita vterque erit in poſſeſſione diuerſo
tamen reſpectu. Miſſionem paſſus colet agrum,
& fructus colliget, miſſus vero eos cuſtodiet, &
ſi venire expediat, vendet, ne ab iſto diſſipentur;
d. l. is cui §. qui legatorum & §. quin imo ff. vt in poſſeſ.
legat. etc. ſi miſſionem paſſus non colat, miſſus co-
lit, colligit fructus, vendit & pretium ſeruat, d. §.
qui legatorum verſ. quod ſi heres & §§. ſeqq. fructibus
autem non vtitur, d. l. Fulcinius in princ. & ibi gl. 1. l.
prætor in princ. ff. de bon. auct. iud. poßid. niſi propter
nimiam contumaciam prætor decernat, vt miſ-
ſus ex primo decreto fructus lucretur, d. l. Fulci-
nius §. fin. & ibi Bart. & DD. Filia quoque, neptis,
proneptis, aut vxor defuncti, ſi nuptæ non ſint,
nec ſuum quicquam habeant, legatorum ſeruan-
dorum cauſa in bonis miſſæ, in cauſa veſcendi ea
diminuent, l. quæ legatorum ff. vt in poſſeſ. legat. etc.
& ibi gl. fin. Interpoſitum ad petitionem plurium,
vel vnius veri creditoris, non putatiui, l. cum vnus
in fine princ. verſ. plane ff. de bon. auct. iud. poßid. pro-
deſt omnibus aliis creditoribus, non officium iu-
dicis, l. ſi finita § ſi plures ff. de damn. infect. ſed ius
obligationis prætendentibus, l. cum vnus & ibi poſt
gloſſ. 1. Bart. l. de bon. auct. iud. poßid. d. l. is cui in pr.
verſ. ſi plures legatarij & ibi Bart. quia non hoc per-
egiſſe noſcuntur, quod in rem permiſſum vide-
tur, nec libera perſona acquirit alteri, quia non ſi-
bi quicquam acquirit, cui iudex permittit hoc,
ſed aliquid ex ordine facit: l. cum vnus in princ. verſ.
& commodius ff. de bon. auct. iud. poßid. & ſi ſunt e-
iuſdem tituli, concurrunt, l. fin. C. de bon. auct. iud.
poßid. & ibi gl. in verb. commoditatis l. is cui §. ſi plures
& §. qui prior ff vt in poſſeſ. legat. etc. l. cum vnus verſ.
& commodius videtur ff. de bon. auct. iud. poßid. ſi ve-
ro ſunt diuerſorum titulorum, qui prior eſt tem-
pore, potior eſt iure, l. 2. C. qui pot. in pign. hab. &
ibi gloſſ. ord. & add. & Bart. l. ſi & iura ff. qui pot. in
pign. hab. & ibi gl. Eo quod decreto iudicis miſſi,
poſtquam inducti ſunt in poſſeſſionem bono-
rum debitoris, habeant pignus prætorium non
conuentionale: l. 2. C. qui poſt in pign. hab. & ibi gl.
& DD. verum alii creditores, quibus debitor ob-
noxius eſſe videtur, & iudiciali ſententia in poſ-
ſeſſionem rerum miſſi non ſunt, cum prioribus
creditoribus bonorum debitoris detentoribus,
tunc communionem habere poſſunt in rerum
poſſeſſione, cum præſentes quidem, in vna ea-
demque prouincia degentes, in qua & poſſeſſo-
res rerum commorantur, intra duorum anno-
rum ſpacia, abſentes autem intra quadriennium,
creditoribus poſſeſſionem ante detinentibus,
ſuum debitum certum faciant, citato debitore,
vt veniat ad videndum fieri fidem de debito, Bar.
in l. cum vnus ff. de bon. auct. iud. poßid. num. 2. & ex-
penſas, ſecundum quantitatem debitorum, per-
ſoluant eis, per ſacramentum eorundem mani-
feſtandas, qui eas adipiſcendæ gratia poſſeſſio-
nis rerum ſuſtinuerunt, quia & ſecundum de-
bita ſatis eis fieri explorati iuris eſt, æquum enim
eſt plus expenſarum nomine præſtari ab eo, cui
plus debetur, quam ab alijs poſt completa me-
morata tempora, nulla eis licentia eſt, eos, qui
poſſeſſionem adepti ſunt, moleſtare, ſed actio-
nes.

nes, quæ ex legibus ſibi competunt, contra ipſos debitores exercere poſſunt: *l. cum apud veteres C. de bon. auct. iud. poßid.* quod ſi creditor, cui permiſſum eſt poſſidere, poſtea receperit debitum ſuum, cæteri poterunt peragere bonorum venditionem, *d. l. cum vnus in fine princ. ff. de bon. auct. iud. poßid.* Datur in creditorem, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, actio in factum de eo, quod ex bonis debitoris ad eum peruenit, & omne quod in actione negociorum geſtorum veniret, ſi poſſet agi, reſtituendum eſt à creditore: ſi nondum aliquid conſecutus ſit, actiones præſtabit; *l. creditor §. datur 1. & 2. ff. de bon. auct. iud. poßid.* & tenetur facere inuentarium bonorum, & ſubnotationem inſtrumentorum; *l. cum plures ff. de bon. auct. iud. poßid.* ideo cauti creditores poſt miſſionem in poſſeſſionem rerum debitoris, ne corrumpantur rationes, petunt bonis conſtitui curatorem, quem maior pars creditorum elegerit, *d. l. creditor l. 2. §. quæritur ff. de curat. bon.* Reus autem reuerſus, etiam poſt lapſum anni recuperat poſſeſſionem, ſiue detentationem, & admittitur ad proſecutionem cauſæ, reſarcito primitus actori omni damno, & dato fideiuſſore de lite proſequenda, *Auth. & qui iurat C. de bon. auct. iud. poßid.*

11 In actione † hypothecaria ſiue contra principalem debitorem ſiue extraneum mota miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto ob contumaciam conuenti conſequitur poſſeſſionem ſicut in actione reali, quam poteſt debitor intra annum recuperare, ſolutis expenſis & præſtita cautione de iudicio ſiſti, & poſtea creditor neceſſe habet probare illam rem ſibi fuiſſe hypothecatam; poſt lapſum anni, ſi debitor vult recuperare poſſeſſionem, habet neceſſe aut ſoluere, aut probare rem illã nunquam fuiſſe hypothecatã pro perſoluẽdo debito, & ſic per lapſum anni onus probandi transfertur in debitorem ſicut in actione reali, *Bart. in l. 3. §. fin. numer. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. quem ibi ſuſe explicat Alex. numer. 19. 20. & ſeqq. & ibi Iaſ. num. 24. atteſtatur de communi & DD.* Secundum
12 decretum † eſt ſecundus iuſſus iudicis, quo mediante actor conſequitur ius pleni dominij, vel quaſi, & reus illud amittit in augmentum pœnæ, propter perſeueratam & auctam contumaciam, *l. prætoris & ibi gloſſ. l. ſi finita §. Iulianus & ibi gloſſ. & DD. & gloſſ. mag. d. l. ſi finita §. ſi plures in verbo prius ff. de damn. infect. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Inter-
13 ponitur † cauſa cognita, & reo iterum citato, *l. 4. §. 1. verſ. ſi forte & l. ſi finita §. non autem ff. de damn. infect. d. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* perſonaliter, ſi conuenitur actione perſonali reſidente in ſua perſona, *d. l. fulcinius § 1. & §. quid ſit autem latitare Innoc. in c ſi aduerſarius numer. 1. hoc tit.* niſi ſemel fuiſſet in iudicio vel niſi fuiſſet ſemel perſonaliter citatus, vel aliter ei notificatum, ita quod præſumatur latitare, *Bald. in d. l. cum proponas numer. 2. C. de bon. auct. iud. poßid.* vel ad domum, ſi conuenitur & vitio rei ſuæ, vt in cauſa damni infecti, vel noxali, quia tunc non requiritur latitatio, *d. l. ſi finita § ſi forte l. 2. §. 1. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. & c. Bart. in d. l. ſi finita §. Iulianus numer. 29. & ſeqq. & ibi DD.* poſt interuallum aliquid temporis ab interpoſitione primi decreti arbitrio iudicis, *d. l. ſi finita §. non autem d. l. cum proponas & ibi gl. in verb. hoc tempore & DD.* implorato officio iudicis nobili, *d. l. ſi finita §. ſi plures & ibi gloſſ. in verbo prius & ibi Bart. in §. Iulianus nu.* 40. quia eſt mixti imperij, *l. iubere cauere ff. de iuriſd. omn. iud. l. ea quæ §. magiſtratibus ff. ad municip.* & debito plene † probato per teſtes 14
vel inſtrumenta, *l. fin. §. fin. ibi & debiti cautionem oſtenderit C. de bon. auct. iud. poſſid. Bart. in d. l. cum proponas numer. 5. C. eod.* in omnibus † actionibus 15
perſonalibus, *d. l. cum proponas,* & in omnibus caſibus, in quibus per primum decretum non eſt plene conſultum, Exempli gratia, vigore miſſionis factæ ex primo decreto, vt caueatur legatorum nomine, non poteſt perueniri ad ſecundum decretum, *l. is cui legatorum ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicom. &c.* quia per primum decretum iam conſecutus eſt quod petit; ipſe enim petit non legatum, ſed petit ſibi caueri nomine legati, & poſſeſſionem illam ex primo decreto habet vice cautionis: *l. poſtquam in princ. verſ. non enim exigitur, ff. vt legat. & fideicom. nom. caueat. d. l. ſi finita §. ſi quis damni l. de bonis §. qui pupillo ff. de Carb. edict.* ſi vero legatarius petijt legatum actione ex teſtamento, & hæres eſt contumax, & facta fuit miſſio ex primo decreto; tunc quia per primum non eſt ſibi conſultum, peruenitur ad ſecundum, *l. 1. l. fulcinius ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* quamuis bona ex primo poſſeſſa non ſint; quia nihil forte fuerit quod poſſideatur; aut ſine controuerſia non poſſideatur, *l. quamuis ff. de bon. auct. iud. poßid.* vt ſi propter naturam rei, veluti ſi prædium mandatum ſit, aut propter latronum potentiam non potuit poſſideri, id eſt adipiſci: *l. cum vnus §. fin. & ibi gloſſ. antep. & pen. ff. de bon. auct. iud. poßid.* etenim

quando quis non poteſt ingredi, ex ſolo aſpectu, quæritur cuſtodia & pignus prætorium, *Bart. in d. l. cum vnus §. fin. d. l. ſi finita §. item videamus verſ. illud & § pen.* creditor qui in poſſeſſionem miſſus eſt, perinde habetur, ac ſi bona poſſeſſa fuiſſent, *d. l. quamuis ff. de bon. auct. iud. poßid.* ac ex tunc currit biennium & quadriennium alijs creditoribus de quo, *in l. fin. C. de bon. auct. iud. poſsid.* Præterea ſi aliquid debitori obuenerit, ita poteſt poſſideri ſine noua iudicis voluntate, ſicut poterat tunc, cum interpoſitum fuit decretum: quod procedit etiam hodie quando eſt facta miſsio pro rata debiti, & non erant tot bona, quot ad debitum ſufficiebant, ſi poſtea aliquid inuenerit vel acceſſerit in bonis debitoris, nam vt dictum eſt, contractum eſt pignus prætorium in his bonis, quæ tunc poſſideri non poterant, & paria ſunt, rem non poſſe reperiri, vel non poſſe poſſideri, nec opus eſt alia miſſione, *gloſſ. in d l. quamuis Bart. in d. l. cum vnus §. fin.* licet regulariter pignus prætorium non conſtituatur, niſi ventum fuerit in poſſeſſio-
16 nem *l. non eſt in fine ff. de pign. act.* Effectus † ſecundi decreti varij ſunt. Vbi quis poſſidere iuſſus eſt, dominus deijciendus erit de poſſeſſione, *d. l. ſi finita §. vbi autem.* & erit miſſus dominus, vel præſcribet, de cætero fructus faciet ſuos, *l. prætoriũ d. l. ſi finita ff. de damn. infect. l. electio §. fin. in fine l. & generaliter in fine ff. de noxal. act.* & nequaquam locus erit cautionis oblationi, cæterum nullus finis rei inuenietur, *d. l. ſi finita §. poſtea autem.* Quandoque res creditori datur in ſolutum, & efficitur dominus, & reus rediens, audietur intra biennium, volens ſoluere debitum, *l. fin. C. de iur. dom. impet.* Quandoque iubentur res venundari, *d. l. fulcinius §. 1. d. l. cum proponas.* & habebit emptor obligatum eum, cuius bona ſunt vendita: *l. ſi ob cauſam C. de euict.* ſed vt poſſit perueniri ad venditionem quinque requiruntur, *d. l. fulcinius § cum hoc & ibi gloſſ. in verbo oportet Bald. in d. l. cum proponas num. 1. ponit 7 requiſita.* primo, quod procedat miſſio ex primo decreto, *d. l. cum vnus in princ. verſ. nec videbitur.* ſecundo, quod latitet fraudationis cauſa, *d. l. fulcinius §. cum hoc.* contra abſentem & non latitantem decernitur miſſio non venditio, *l. 2. & ibi gloſſ. in verbo poteſtatem l. in poſſeſsionem ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. item ait prætor in fine ff. ex quib. cauſ. maior.* Tertio, quod poſt miſſionem & ante venditionem labatur tempus ſtatuendum arbitrio iudicis, *gloſſ. pen. in d. l. cum proponas.* Quarto, quod de debito conſtet plene. *l. fin. §. fin. C. de bon. auct. iud. poßid. l. eo tempore ff. de pecul. Bart. in d. l. cum proponas num. 5.* Quinto, quod venditio fiat ex ſententia iudicis, ex pretio creditori ſatisfiat, reſiduum deponatur in ædem ſacram, vt de eo cæteris creditoribus poſtea venientibus, facta fide plena de debito, abſq; alio proceſſu poſſit ſatisfieri, & de his fiat publicum inſtrumentum per notarium, quod inſinuari debet geſtis interuenientibus apud defenſorem locorum, ſiue tantum ex pretio, quantum debetur, ſiue plus, ſiue minus colligetur, *l. fin. §. fin. C. de bon. auct. iud. poſſ.* Quando autem contra minorem procedi valeat ad bonorum venditionem Vide, *Mynſing. obſ. 80. cent. 2.* Quandoque ſtatuitur tempus, vt audiatur de proprietate, & lapſo tempore non auditur vlterius, *l. à quo ff. de dam. infect. l. diffamari C. de ingen. & manum. l. ſi ea C. qui accuſ. non poſs. l. Titia ff. de accuſ.* Quandoque denegatur petitio dominij, *l. quamuis ff. de damn. infect.* interdum vſusfructus & dabitur victori, *l. ſi cum vſufructuarius ff. ſi ex nox. cauſ. agat. d. l. quamuis & ibi gloſſ. 1. ff de damn. infect. l. ſi ex duobus § ſi plures ff. de nox. act.* & diuerſos producit effectus, prout alijs varijs modis interponitur, vt late per Bart. in d. l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damn. infect. qui videatur. Si † reus 17
poſt litem conteſtatam contumaciter (ex ſola abſentia abſque contumacia non poteſt perueniri ad diffinitiuam ſententiam) *l. furioſo & ibi Bart. ff. de re iudic. l. ea quæ C. quom. & quand. iud. & c. Iaſ. in l. properandum §. ſin autem in fine C. de iud. poſt Bart. ibidem nu. 4.* abfuerit, remedicium contrahitur, & iudex, actore petente, cum omni ſubtilitate cauſa requiſita, ſi ex actis obnoxius fuerit inuentus, contra abſentem promit definitiuam, condemnatoriam, quæ mandatur executioni contra res contumacis, nulla licentia ei, vel alij, perſonam eius ſolam prætendenti, concedenda contradicendi vel appellandi, cum in poſſeſſionem actor mittitur, nec ſi reuerſus fuerit & voluerit fideiuſſores dare, & poſſeſſionem recuperare, audietur, *d. l. properandum §. ſin autem & ibi Bart. Alex. & Iaſ. & DD. communiter l. etiamſi condemnatus ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicomm. &c.* quia hæc miſſio fit, quia non ſoluit, & non ideo, quia non venit, & ideo poſſeſſionem non recuperat, niſi ſoluat, *l. ſi pecunia in fine ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicomm. &c.*

Vt lite

Digitized by Google

Vt lite pendente nihil innouetur.

Titulus XVI.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio, aut eius commodum, numquam tollitur per litem.*

Nec datur inhibitio in praiudicium poſſeſſorii.

2 *Litiſpendentia varie inducitur. quoad perpetuandam iuriſdictionem, quando citatio emanauit.*

3 *Quoad peruentionem inducendam, per citationem contra reum executam.*

4 *Quoad inualidandam gratiam & reſcripta à communi domino impetrata, eo ipſo quod tempore priuilegij vel reſcripti cauſa reperitur commiſſa.*

5 *Quoad reuocationem attentatorum, ſufficit negocium eſſe captum in praiudicium actoris, ſed quoad praiudicium rei, poſtquam citatio à iudice emanata ei legitime fuerit inſinuata, & afficit iudicem & partes collitigantes.*

6 *Tertius qui non eſt in lite non attentat, nec contra eum attentatur.*

7 *Limita quia litiſpendentia inter plures coelectos, praſentatos, & gratiatos impedit eos ad quos pertinet electio collatio, praſentatio, vt nullatenus procedere poſſint ad electionem, collationem, praſentationem ſi contingat aliquem ex collitigantibus mori, renunciare, aut à proſecutione litis excludi, donec contra ſuperſtitem lis fuerit finita.*

8 *Limita ſecundo, quando tertius adharet parti attentanti, vel iudici, vel habet cauſam à parte vel iudice.*

9 *Lis dicitur pendere quoad vitium litigioſi reſpectu actoris, per preces ſummo Pontifici oblatas & iudici inſinuatas ſuper beneficio, decretam ad eius inſtantiam citationem, reſpectu rei poſtquam citatio à iudice emanauit, & legitime peruenit ad ipſum, aut ſtetit per eum, quo minus perueniret.*

10 *In actione reali, in qua contenditur de dominio vel quaſi, efficitur res & actio litigioſa per ſolam conuentionem. ſi vero contenditur de alio iure, res nunquam efficitur litigioſa, niſi confeſſoria proponatur pro vſufructu, ſed actio per litis conteſtationem.*

11 *In perſonali actione, in qua contenditur de aliquo opere facto in re, res nunquam fit litigioſa, ſed actio per litis conteſtationem.*

ſi vero contendatur de re ipſa, litigioſa fit res & actio per litis conteſtationem.

12 *In vniuerſali mixta, res & actio fit litigioſa per ſolam citationem.*

In particulari mixta res & actio fit litigioſa per litis conteſtationem.

13 *Vitij litigioſi ſex effectus.*

14 *In Beneficialibus, quando lis pendet principaliter ſuper beneficio, cenſetur beneficium litigioſum, & non poteſt conferri per ceſſum vel deceſſum.*

15 *Si vero lis pendet acceſſorie ſuper beneficio, tunc beneficium non eſt litigioſum, & tenet reſignatio & collatio alteri facta lite pendente, niſi lata fuerit ſententia adiudicatoria ſuper beneficij priuatione.*

16 *Lis conteſtata ſuper poſſeſſorio, non facit beneficium litigioſum.*

17 *In Beneficialibus lis finitur multis modis primo, morte vtriuſque collitigantis.*

18 *Secundo, morte actoris, ſed non morte rei.*

19 *Tertio, per definitiuam executioni demandatam, per ſententiam qua tranſiuit in rem iudicatam ſed non executam lis finitur quando ſententia lata fuit in fauorem poſſeſſoris. ſi vero iudicatum fuerit pro actore, durat lis.*

20 *Quarto, ſi reus cedat liti & cauſa quoad ipſum cedentem, ſed non extinguitur quoad actorem committentem niſi ſecuta poſſeſſione.*

21 *Quinto, per ceſſionem iuris, litis & cauſa in manibus ſuperioris.*

22 *Sixto. deſertione.*

Septimo ceſſatione.

23 *In attentatorum reuocatione datur via ordinaria per libellum, & extraordinaria per officium Iudicis.*

24 *Officio iudicis non videtur eſſe locus quando per viam ordinariam agi poteſt, in quo non ſeruatur ordo iuris.*

25 *Petens reuocationem debet probare attentatum, & ſtatum in quo erat, ſed non poſſeſſionem niſi ille, contra quem petuntur attentata reuocari, de iure communi praſumatur poſſidere.*

26 *Attentatorum reuocatio peti poteſt in quacunque parte iudicij vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue.*
27 *Impedit proceſſum ad vlteriora.*
28 *Condemnatus de attentatis debet ea purgare, & qualiter fiat illa purgatio.*
29 *Sententia ſuper reuocatione attentatorum eſt interlocutoria, tranſit in iudicatum quoad iudicem.*
30 *Attentatorum remedium quibus caſibus ceſſet.*
31 *Attentata interdum reijciuntur per commiſſionem arbitrio Rotæ.*

DOLVS, & contumacia actoris, & rei puniuntur: res vero in litigio deducta, in eodem ſtatu poſita remanet, in quo erat ante introductam litem, præiudicijs omnibus inde ſubmotis; ideo compilator ponit regulam, vt lite pendente &c. Hinc poſſeſſor ſemper vtitur fructibus lite pendente, *c. volumus 16. quæſt. 4. cap. 1. hoc tit. 8. quæſt. 4. in ſumma & c. nonne & vtrobique gloſſ.* quæ etiam non impedit quin habens poſſeſſionem ciuilem, poſſit recuperare naturalem, quia dicitur continuare in poſſeſſione, & remouere turbationes: *l. 1. §. interdictum & ibi poſt gloſſ. Bart. n. 3. & DD. ff. vti poſſid. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 53. & ibi DD. communiter ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. remed. 3. retinen. num. 29. Greg. xv. deciſ. 203. num. 3. & ſeqq. & ibi annot. limitat 2. mod.*
1 poſſeſſio † enim, aut eius commodum nunquam tollitur per litem, *c. 2. hoc tit. l. 2. C. de prob. c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat. l. illud ff. de petit. hered.* vel eius continuatio, *l. non ideo l. lite & ibi gloſſ. fin. C. de lib. cauſ. gloſſ. fin. in c. non ſolum & ibi Can. de appell. in 6. Clem. 2. & ibi gloſſ. in verbo innouari & Can. hoc tit. Greg. xv. deciſ. 557. nu. 1. & ibi annot.* nec datur inhibitio in præiudicium poſſeſſoris, *Gail. obſ. 145. lib. 1. Franc. in c. cum teneamur num. 1. & 7. de appell. & ibi Can. Rot. deciſ. 44. de appell. in nou. Gail. obſ. 147. in princ. lib. 1.* Imo inhibitus continuando poſſeſſionem non attentat, *cap. 1. vt lit. pend. Lancell. de attent. p. 2. c. 1. limit. 1. mand. de inhib. quæſt. 23.* neq; ſpoliat, *c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. xj. eod. in no. c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat.* etiamſi adeat iudices laicos, *Pariſ. conſ. fin. n. 8. vol. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 81. ſub nu. 1. part. 1.* quia poteſt propria auctoritate poſſeſſionem continuare, *l. 1. C. vnde vi l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arm. Achil. deciſ. 36. de appell.* etiam quando poſſeſſionem habet ex conſuetudine, *Zab. in Clem. 2. num. 7. vt lit. pend.* & abſque citatione præſertim quando inhibitus humaniter promonuit eum qui ad ſolutionem tenetur, *Pan. in c. venerabili nu. 3. de cenſib.* ſed ex cauſa permittitur deſcriptio, *Caſ. deciſ. 3 de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſeſſ. mitt. l. vnic. & ibi gloſſ. addit. & DD. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* & in crimine dilapidationis ſequeſtratur poſſeſſio à poſſeſſore, antequam ſit conuictus, *c. quia ea 3. quæſt. 2. & ibi gloſſ. mag.* imo priuilegium à principe impetratum, per quod priuatur quis, ſine cauſæ cognitione, lite pendente vſu ſuæ poſſeſſionis, tanquam ſubreptitium non valet, *c. 1. & ibi gloſſ. 1. hoc tit. Pan. num. 6. l. nec auus C. de emancip. lib. c. cauſam el. 2. de teſtib. c. quod ſuper his de fid. inſtrum.* etiamſi factum eſſet motu proprio, & lis non doloſe fuerit tacita, *c. dilectus hoc tit. & ibi Pan. & Bald. nu. 1. & Can. late Iaſ. in l. ſupplicare nu. 2. C. eod.*
Litiſpendentia † varie inducitur, propter multi- 2
plices eius effectus: Omiſſis effectibus litiſconteſtationis, de quibus dictum eſt ſupra de litiſconteſt &c. quoad perpetuandam iuriſdictionem dicitur lis pendere; quando citatio emanauit, etiamſi ad citati notitiam non peruenerit, *c. gratum & ibi gloſſ. in verbo captum & Can. de offic. deleg.*
quoad † præuentionem inducendam, per cita- 3
tionem contra reum legitime executam: *c. propoſuiſti & ibi gloſſ. & Can. de foro compet. l. ſi quis poſtea ff. de iud. Anch. in c. ſi duo num. 4 de procur. in 6. Caſtr.*
in l. pluribus num. 5. ff. de proc. quoad † inualidan- 4
dam gratiam, priuilegium vel reſcriptum à communi domino impetrata, eo ipſo, quod tempore priuilegij vel reſcripti reperitur cauſa commiſſa, licet non ſit proceſſum ad alium actum. *c. cauſam el. 2. & ibi gloſſ. & Can. de teſtib. l. tutor petitus & ibi not. ff. de excuſat. tut. c. dudum de priuil. c. dilectus gl. in cl. 2. in verbo citatio hoc tit. c. prudentiam §. ſexta & ibi Pan. num. 9. & Felin. in c. ſuper quæſtionem nu. 6. & 9. ff. de off. deleg.* nam lis decidenda eſt ſecundum iura, quæ obtinebant tempore cœptæ controuerſiæ, & non ſecundum priuilegium lite pendente conceſſum; niſi in eo de lite pendente expreſſa fiat mentio: *c. 1. 1. reſp. de conſ. vtil. vel inutil. &, c. dilectus & ibi Pan. numer. 1. & 8. & ſeqq. & Can.* & ſi ſint plures lites, vna ſuper beneficio, altera ſuper fructibus, debet de eis fieri expreſſa & ſpecialis mentio, nec ſufficit generica per clauſulas, cuius litis ſtatum, &c. nec non ſuper quibuſdam alijs rebus &c. pendet lis, *Iaſ. in l. ſupplicare ſub n. 2.*

C. hoc

Digitized by Google

*C.hoc tit. Caſ.deciſ. vnic. de cleric. non reſid.numer.4. & ſeqq.*ſecundum quoq; reſcriptum debet facere mentionem de primo, aliter non valet, *dictum eſt titulo de reſcript.* Quoad † reuocationem attentatorum, ſufficit negocium eſſe cœptum, *Clem.2.& ibi gloſſ. 1. hoc tit. c. olim. & ibi Felin. ante n.1. verſ. quando autem dicatur cœptum &c. & Ioannes de anania num.3. Anch.num.4 Franc. Aretin.num 8.& Can. de accuſ.* vt quia fuit appellatum, inquiſitio impetrata, iter arreptum ad Papam, *c.de priore de appell.* in præiudicium actoris impetrantis & appellantis: *Rot. deciſ.4.hoc tit.in antiq.Rot.deciſ.6.hoc tit.in nou. gloſſ in Clem. 2. ſuper verbo citatio hoc tit. & ibi Can.*quoad præiudicium rei, poſtquam citatio emanata à iudice competente, ex qua cognoſcere potuerit, quā de re futura ſit controuerſia,ei legitimè fuerit inſinuata, *Zab.in Clem cum lite nu.2.& ſeqq.hoc tit. Mynſing.obſ.26.cent.4.* abſque alia probatione iuris ipſius litigatoris, in cuius præiudicium eſt aliquid attentatum, *Franc. in c.1. num.5. hoc tit.in 6. & ibi Gemin & Can. de approbat. à Rota Achil.deciſ.6.de reſcript. Bellam.deciſ.552.* & ſuſpendit cauſam petitorij, & poſſeſſorij, *c. ex parte 2.de appell.c non ſolum eod. in 6. Caſſad. deciſ 4. numer.3. de dilat.Caputaq deciſ.52.part.3.pulchre Io. Monach. in c.cupientes num.145.& 147.de elect in 6.* & afficit iudicem ac partes litigantes, *l. creditor mandatorem ff.mand. & ibi gloſſ.in verbo poſſe & DD. c. Romana §.in alium de appell. in 6. & ibi gloſſ. in verbo alium & Can. Rot. deciſ. 2. hoc tit.in antiq* ideo ſi reus & poſſeſſor beneficij lite pendente transferat poſſeſſionem in alium, permutando, vel reſignando, aut alio modo, reuocatur per viam attentati etiam reſignante mortuo contra reſignatarium ſuperſtitem, eo tamen vocato, *Rot. deciſ 3.in nou. hoc tit. c. licet epiſcopus & ibi poſt gloſſ. in verbo te non vocato Can. de præb. in 6.* quia habet cauſam ab attentante: *Rot.diuerſ.deciſ. 422 part.1.late Bart.in l. creditores ſub num. 23. C. de pign. & hypoth.Butr.in c. quia V.numer.13.& ibi Can.de iud.*

6 non † afficit tertium qui non eſt in lite, *c. non ſolū & ibi gloſ.in verb. reducendum de appell. in 6. & ibi Io. And. ſub.num.6. verſ. quærebat Garz. d. c. Romana §. in alium l.1. §.1. ff. de litig. Franc. in c.bona numer.8. verſ. & intellectus de appell. Rot.d.deciſ.3. num.2.hoc tit.in nou.Caputaq. deciſ.178. part.2.* contra quem nec attentatur nec is attentat, *Achil.deciſ.28.de appell.l.creditor ff.mandati & ibi gloſſ. mag. & DD. c. Romana §.in alium de appell.in 6. & ibi Can.Rot. Faſtoli dub.19.gloſſ.mag.in c. non ſolum in verbo reducendum & ibi Can. de appell. in 6.arg.l.quoties C. de iud.& ibi not.* & ideo ſi capit poſſeſſionem vacantem, vel de manu tertij, non collitigantis,non attentat, *Mohed deciſ.4.8.& 10. hoc tit. Rot. deciſ. 2. eod.in antiq Put.deciſ.28.libro 1. c.Romana §. in alium de appell.in 6.l.creditor mandatorem & ibi gloſſ.2. & DD.ff.mand. Lancell.de attent. part. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. numer.326.& ſeq.*

Limita primo, quia † propter cauſæ connexitatem litiſpendētia inter plures & ſolos coelectos, præſentatos (quando præſentari agunt pro inſtitutione, dicitur lis ſuper titulo beneficij) *Card. Seraph. deciſ.990. ſub nu.3.c.relatum ibi vendicare c. pen. ibi per intitulationem huiuſmodi de iurepat.* grauatos,impedit eos,ad quos electio,collatio, præſentatio pertinet, vt nullatenus procedere poſſint ad electionem, collationem, præſentationem, quando contingit aliquem ex collitigantibus ſuper electionibus, præſentationibus, collationibus de ſe celebratis, nullo eorum poſſidente, lite pendente mori, renunciare,aut proſecutione litis quoquo modo excludi, donec contra ſuperſtitem lis finita fuerit, ac attentata electio &c. ipſo iure iuribus euacuatur, *c.1.hoc tit.in 6.& ibi Arch. num.1. Anch.ante n.1.& Can.* & quæretur etiam de iure poſt mortē, vt ſciatur de iure ſuperſtitis coelecti:item propter eligentes,vt ſciatur an penes ipſos,aut penes quos, ex ipſis,remaneat electio an vero ſit ad ſuperiorem deuoluta, *c.cum vintonien. c. quanquam ſit de elect.* Idem iuris eſt ſi vnus ſit petitor,alter poſſeſſor, & vterq; contendat beneficium ad ſe ſpectare, & alterum contingat cedere, vel decedere lite pendente, quia non ſolum prohibitum eſt deueniri ad aliam collationem, electionem, præſentationem, ſed etiam non poteſt alius ſurrogari in locum & ius cedentis, vel decedentis, donec ſuperſtes, vel is cuius intereſt, cauſam proſequitur, præterquam à ſummo pontifice, qui prouidendo non attentat, cum ſit ſupra ius, *Rot.deciſ.25.ſub num.4.de reſcript.in nou. Bellam. 748.circa finem Rot. diuerſ.deciſ. 641.num.12.part.1. Greg.xv.deciſ.2.c.propoſuit.de conceſſ. præb.* licet poſſeſſio vigore dictæ prouiſionis capta poſſit eſſe attentata, *Greg.xv.deciſ.10.l meminerint.C.vnde vi c.eum qui in princ. de præb. in 6.l.nemo C.de acquir.& ret. poſſeſſ.* ſi ſecus actum fuerit eo ipſo irritum habetur, *Clem.1.§.ſi vero hoc tit.c.2.eod.in 6.* prætenſaque intruſio contra d. c. 2. via attentatorum reuocatur, & vigore ſententiæ latæ in poſſeſſorio

contra

contra defunctum, poteſt capi poſſeſſio beneficij, à [illegible] ſurrogato ab ordinario non citato, nec audito, *Rot. deciſ. 17. de reſtit. ſpoliat. in antiq. Felin. in c. cum olim. num. xj. de re iud. Pan. in c. ex inſinuatione num. 6. de appell. & ibi Can.* & intruſo ſpoliato, non competit remedium recuperandæ, *Rot. d. deciſ. 17. Caſſad. deciſ. 9. nu. 4. & 5. de cauſ. poſſeſ. & prop. arg. not. in c. vt noſtrum de appell. & in c. ſi eo tempore de elect. in 6. Rot. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in nou. & ibi addit. 2. in terminis noſtris.* & licet ſit reus & poſſeſſor non poteſt dare obiectus contra ius actoris, aut excipere de iure tertij, *Rot. deciſ. 5. hoc tit. in antiq. arg. c. inter cætera & ibi gloſſ. in verb. irritum Anchar. nu 4. & Can. de præb.* quia eius poſſeſſio caret iuris adminiculo, propter decretum appoſitum in d. c. 2. hoc tit. in 6. Patronus quoque laicus, lite pendente inter ſolos præſentatos, impeditur præſentare, *Creſc. deciſ. 10. de iurepat. Franc. in c. 1. num. 3. & in c. 2. n. 6. hoc tit. in 6. & vtrobique Can. Garz. de benef. part. 5. cap. 9. §. 1. num. 217.* niſi poſt præſentationem factam de vno ante litem, poſt litem cumulando præſentaret, intra ſtatuta tempora collitigantem, alias voces patronorum habentem; quia ceſſat ratio d. c. 2. hoc tit. in 6. & altera iſta præſentatio poſt litem aperit viam, vt lis citius decidatur; quia clarum eſt, quod habens plures voces debeat præferri, *Roch. in tract. Iuriſpat. in verbo honorificium 23. quæſt. Lamb. de Iurep. 12. art. 6. quæſt. princ. 1. part. lib. 2. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. §. 1. nu. 220. & ſeqq.*

8 Limita ſecundo † quando tertius adhæret attentanti parti, vel iudici, *Pan. in c. bona ſub num. 16. de appell. & ibi Prapoſ. ſub num. 19. verſ. ſecundo fallit, qui ponit ſex alias fall. Fel. in c. exceptionem numer. 25. verſ. confirma vtiliter de except. & in c. cum ſuper ſub num. xi. verſ. pro iſtis facit de re iud. Rot. Biſig. deciſ. 4. de appell.* vel habet cauſam à parte, vel à iudice, *l. ſi late §. fin. l. exceptio ff. de except. rei iud.* etiam in beneficialibus, in quibus prouiſus per reſignationem, aut permutationem dicitur cauſam habere à reſignante, & compermutante, ſecus in prouiſione per obitum, *c. non ſolum & ibi gloſſ. in verb. reducendum & Can. de appell. in 6. c. 2. & ibi gl. in verb. malitioſe vt lit. pend. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 1147. part. 3. lib. 3. Greg. xv. deciſ. 14. numer. 7. Rot. deciſ. 3. vt lit. pend. in nou. Rot. Farin. deciſ. 705. num. 1. & 3. part. 1.*

9 Quoad vitium litigioſi † lis dicitur pendere reſpectu actoris per iudiciariam conuentionem, vel preces principi oblatas, & iudici inſinuatas ſuper beneficio, *c. 1. & ibi gloſſ. in verb. indiſtincte de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. & ibi Can. c. paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & prop. l. ordinarij C. de rei vend.* ſuo, aut ſibi collato, non tanquam ſibi debito, aut conferendo per prouiſionem in forma dignum, aut commiſſaria; quia huiuſmodi mandata ſolum dant facultatem implorandi officium iudicis, quod eſt quædam perſonalis actio: *Innoc. in c. cum M. num. 9 circa finem de conſtit. Bald. in auth. litigioſa num. 1. C. de litig. Greg. xv. deciſ. 305. num. 5. & ibi late annot. & deciſ. 335. & ibi annot.* aut moleſtationibus beneficij, *Caſſad. d. deciſ. 6 de reſcript. & deciſ. 9. num. 8. & xv. de cauſ. poſſeſ. & propriet. c. 2. de renunc. & ibi Pan. cap. 1. de confirm. vtil vel inutil.* vel ſi cauſa à principio ſit mota tam ſuper ſpolio, quam iactationibus, & toto negocio principali, *Caputaq. deciſ. 177 part. 2. Caſſad. deciſ. 6. de reſcript. & deciſ. 9. num. 13. de cauſ. poſſeſ. etc. c. cum olim el. 1. & ibi Can. de offic. deleg.* etiam literis non expeditis, *Staphyl. de lit. iuſt. §. his ita generaliter nu. 13. Sarnen. in compend. vtriuſque ſign. num. 41. verſ. & licet vt dixi propter d. clauſulam Rot. diuerſ. deciſ. 98. lib. 1. part. 3.* & decretam ad eius inſtantiam citationem, etiam antequam eam exequatur, *gloſſ. in c. vt debitus de appel. Fel. in c. ſuper litteris num. 13. de reſcript. Roman. conſ. 330. ſub nu. 2. Rot. deciſ. 17 num. 3. de dol. & contum. in nou. & deciſ. 6. hoc tit. in nou. & deciſ. 4. eod. in antiq.* Reſpectu rei poſtquam citatio à iudice competente emanauit & legitime peruenit ad ipſum, vel per eum ſtetit, quo minus perueniret, cum tali expreſſione, quod eo ipſo potuit inſtrui, ſuper quo conueniatur. *clem. fin. hoc tit.* In Curia Romana inducitur litis pendentia eo ipſo quod quis per curſorem citatur ad dicendum contra commiſſionē, licet non exprimantur ea, de quibus *in d. clem. fin.* quæ nō habet locum in citatione, quæ fit in curia, ſed ſolum in ea quæ mittitur ad partes. *Rot. deciſ. 9 hoc tit. in nou. Rom. conſ. 279. mulus in repert. verſ. litis pendentia inducitur.* Litis motio iniuſta nō inducit vitium litigioſi, *Rot. Biſing. deciſ. 2. in fine de rer. permut. Caſſad. deciſ. 1. num. 3 hoc tit. Franc. in c. 1. ſub n. 1. verſ. limita tamen textum hic &c. eodem in 6.* & in eo inſpicitur tempus commiſſionis, *Creſc. deciſ. 19. de prob. Innoc. in c. ex conqueſtione num. 2. de reſtit. ſpoliat. & ibi Hoſt. & Can.* In actione † reali in qua 10
principaliter contenditur de dominio, vel quaſi, efficitur res & actio litigioſa per ſimplicem conuentionem: *Auth. litigioſas C. de litig.* ſi in ea principaliter contenditur de alio iure, vt in confeſſoria, ne-

ria, ne-

Digitized by Google

ria, negatoria, hypothecaria, tunc res non fit liti-
gioſa, ſed actio per litis conteſtationem, *Auth. de
litig. in princ. ver. ab hoc autem,* niſi confeſſoria pro-
ponatur pro vſufructu, qui fit litigioſus ſola con-
uentione, quia vſusfructus pars dominij eſt, aliæ
autem ſeruitutes non ſunt partes dominij, *gloſſ. in
d. auth. litigioſas in verb. dominio & ibi Bald. numer. 2.
& 3. C. de litig. Mynſ. obſ. 55. in princip. cent. 1.* In a-
21 ctione † perſonali, in qua non contenditur de re-
ipſa, ſed de aliquo opere facto in re, ipſa res nun-
quam fit litigioſa, etiamſi illa actio ſit in rem ſcri-
pta, *l. quanquam §. 1. ff. de aq. plu. arc.* ſed ipſa actio
per litis conteſtationem, *l. 2. C. de litig.* in qua con-
tenditur de reipſa, litigioſa fit res & actio per litiſ-
conteſtationem, *d. l. 2. C. de litig. Imol. in c. cum M.
num. 35. de Conſtit. & ibi Can. Bart. in l. 1. §. 1. n. 2. ff. de
22 litig.* In actione † vniuerſali mixta, efficitur liti-
gioſa res & actio per ſolam controuerſiam ſiue
citationem: *l. Diuus Pius & l. ſed etſi §. ſi ante ff. de
petit. hered. l. alienationes ff. famil. erciſ.* in particulari
mixta res & actio fit litigioſa per litiſconteſtatio-
nem. *l. 1. C. communi diuidundo & ibi gloſſ. pen. & DD.
Pan. in c. Eccleſia el. 1. num. 7. & ſeq. vbi late diſtinguit
hoc tit.* Lis ſuper poſſeſſorio tantum, non facit
rem litigioſam, *gloſſ. 1. in c. 1. de confirm. vtil. vel inu-
til. Bald. in d. auth. litigioſas ſub n. 2. & ibi Cyn. Caſſad.
deciſ. 9. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. & prop. &c.* quoad
proprietatem, ſecus quoad poſſeſſionem, *Pan. in
c. 1. num. 5. & ibi Butr. de confirm. vtil. &c. Franc.
Marc. deciſ. 86. num. 3. part. 1* Denunciatio ſiue iu-
dicialis ſiue extra iudicialis non facit rem litigio-
ſam, *l. 1. C. de litig. l. 1. in princ. ff. eod.* Vitium litigio-
23 ſi multos † operatur effectus. primo, afficit per-
ſonam, *l. 1. C. de præſcript. long. temp.* & iure dige-
ſtorum impedit alienationem, ſiue contractum
de nouo ſuper re litigioſa habendum, *d. l. diuus d. l.
alienationes d. l. 2. C. de litigioſ.* Secundo, alienatione
ſecuta, ſi ille in quem eſt facta, cadat à poſſeſſio-
ne, non poteſt illam recuperare obſtante exce-
ptione litigioſi, quæ eſt exceptio in rem ex parte
opponentis, ſicut eſt exceptio doli, *l. 1. §. 1. ff. de
litig. & ibi gloſſ. in verbo pertinere l. 1. §. fin. ff. quæ res
pign. oblig. non poſſ.* Tertio, iure codicis additum
eſt, quod contractus ſuper re vel actione litigio-
ſis, de nouo habiti, nullam vim obtineant, *l. fin. C.
de litig.* ſed non impedit confirmari retrogeſta, &
alienationem præcedentem. *Bald. poſt gloſſ. in l. ſi
poſt acceptum ſub numer. 3. in 3. oppoſ. ff. de rei vend.*
Quarto, accedentibus ad contractum oppo-
nuntur certæ pœnæ, ſi ſcienter acceſſerint, & is in
quem res fuit alienata non tantum rem redhi-
bet, ſed etiam pretio eius priuatur, non vt lucro
cedat alienanti, ſed vt alia tanta quantitas ab eo
fiſci iuribus inferatur, ſi ignoranter acceperit, ir-
rita rei alienatione facta pretium cum alia tertia
parte recipit ab alienante, quæ pœna etiam in
donationibus porrigitur, vt vera æſtimatione
facta, rem ad alium transferens, mulctetur, exce-
ptis ijs qui vel dotis nomine, vel ante nuptias do-
nationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum
hæreditariarum factæ, tales res vel actiones de-
derint vel acceperint, *d. l. fin. in fine C. de litig.
Mynſing. obſ. 55. cent. 1.* Certi iuris eſt quod titulo
hæreditario & confiſcationis res litigioſæ recte
alienantur, *l. ſi conſtante § ſi bona & ibi Rom. in 1. rect.
ff. ſol. mat.* ſi relictæ fuerint per legatum aut fidei-
commiſſum particulare, debetur euentus litis,
quam hæres, eis lui aſſiſtentibus, ſi velint, ne
colludatur, ſumptib. ſuis, ſi tunc erat litigioſa cũ
legabatur, *l. cum ſeruus ff. de leg. 1.* aut ſumptibus le-
gatarij ſi poſtea viuo vel mortuo teſtatore cœpe-
rit eſſe litigioſa, *l. ſi ſeruus legatus ff. de leg. 1. gloſſ. fin.
in auth. nunc ſi hæres C. de litig.* perſequitur, *Auth.
nunc ſi hæres C. de litig. & ibi late Bald.* Quæ pœnæ
locum habent, ſi fiat alienatio lite pendente: pe-
rempta inſtantia contractus habiti valent, & res
poteſt præſcribi ab eo, in quem facta eſt aliena-
tio, *l. 1. C. de præſcript. long. temp.* ſed non ab alie-
nante, *d. l. 1. in fine C. de præſcript. long. temp.* quia
durat vitium litigioſi, quoad effectus iam cauſa-
tos, & conſummatos, non quoad effectus futu-
ros, *l. properandum §. & ſi quidem C. de iud. Bart. in l.
2. num. 3. ff. iud. ſolui.* Quinto, ſententia lata contra
primum reum, poteſt mandari executioni con-
tra eum, in quem facta eſt translatio, *d. l. fin. & ibi
Bart. n. 1. l. 2. in fine C. de litig. & ibi Faber.* ex æqui-
tate canonica debet alienans rem æquiualentem
ſubſtituere, liberatam à creditoribus, in locum
rei alienatæ, *cap. 3. & 4. hoc tit.* ne delictum perſo-
næ in damnum Eccleſiæ, *c. ſi epiſcopum 16. quæſt. 6.*
redundet. Sexto appellans pendente appellatio-
ne aliquid innouans aut attentans in præiudi-
cium aduerſarij vt quia ipſum ſpoliat tunc ex hoc
ipſo cenſetur appellationem deſeruiſſe, *c. ex parte
5. & ibi Pan. num. 6. de reſcript. per c. an ſit de appell.
Bald. in c. ex parte A. ſub num. 15. de teſtibus Mynſ. obſ.
50. cent. 2.* Prædicta locum habent in cauſis † be- 14
neficialibus, nam quando principaliter lis pen-

det ſuper beneficio, ſiue alter poſſideat beneficium, ſiue non, cenſetur beneficium litigioſum: & non poteſt conferri per ceſſum, vel deceſſum, vel alius ad id eligi: c.1. & 2. hoc tit. in 6. & ibi Can. c. fin. xj quaeſt. 1. & ibi gloſſ. in verb in litigio & Can. c. 1. & ibi gloſſ. 1. de confir. vtil. vel inutil. & ibi Can. ſucceſſor in beneficio ex eiſdem actis. & cauſa in eodem ſtatu manente conuenitur, Rot. deciſ. 1. & 5. hoc tit. in antiq. c. ſi ij qui §. fin. & ibi gloſſ. in verb. in illo ſtatu hoc tit. in 6. & Can. l. ſi quis à multis §. fin. cum l. ſeq. ff. de noxal. action. c. 1. & ibi poſt gloſſ. in verb. commutationem fecerint Can. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & executoriales poſſunt exequi contra tertium intruſum lite pendente: Put. deciſ. 62. lib. 3. Creſc. deciſ. 19. & 20. de ſent. & reiud. Bald. in l. 1. n. 7. C. comm. diuid Bald in auth. litigioſa n. 1. C. de litig. c. 1. & ibi gloſſ. in verb. litigantibus hoc tit. in 6. & Can. Gail. obſeru. 118. lib. 1. aut lis non pendet principa-

15 liter, ſed † acceſſorie ſuper beneficio, puta quia vnus eſt electus ad eccleſiam, & petit confirmationem ſuæ electionis, aut petit præbendam vti ſibi debitam, non vti ſuam & opponitur ei aliqua inhabilitas, vel lis eſt inter collatorem, electorem, aut patronum, & poſſeſſorem, electum aut præſentatum, Rot. deciſ. 4. de elect. in antiq. Io. And. in c. dudum el 2. nu. 14. in fine de elect. aut impetratur beneficium propter ſimoniam, vel aliud delictum, tunc beneficium non eſt litigioſum: Bald. in l. 1. num. 7. C. comm. diuid. Innoc. in c. cum M. in gloſſ. pen. de Conſ. 1. & ibi Can. Gemin. in c. fin. ſub nu. 4. hoc tit. in 6. & ibi Can. Sarn. in reg. de ſubrog. colliig. quaeſt. 7. Achil. deciſ. 5. hoc tit. Bald. in auth. litigioſa n. 1. C. de litig Rot. deciſ. 3. & ibi add. hoc tit. in nou. Greg. xv. deciſ. 305. in fine Io. And. poſt Hoſt. in c. dudum el 2. num. 14. in fine de elect. imo morte obtinentis beneficium, ob cuius delictum fuit impetratum, lis extinguitur, Capell. Tholoſan. quaeſt. 417. Rota deciſ. fin. in 2. dub. vt lit. pend. & c. in nou. & tenet reſignatio: Rot. Biſing. deciſ. 5. de præb. Felin. in c. per tuas el 1. num. 5. de ſimon. plures cumulans late Lancell. de attent. c. 5. de attent. accuſ. vel inquiſ. pend. vbi ampliat & limitat. & collatio alteri facta lite pendente. Franc. in d. c. fin num. 3. hoc tit. in 6. Io. And. in c. dudum el 2. n. 14. de elect. & ibi Can. niſi lata fuerit ſententia adiudicatoria ſuper priuatione beneficij certo modo impetrati, quæ facit beneficium litigioſum; gloſſ. in c. fin. in verb. finita hoc tit. in 6. in fin. Put. deciſ. 485. lib. 2. quia per ſententiam prouidetur de beneficio. Clem. auditor. de reſcript. Hinc inoleuit ſtylus Curiæ, quod impetranti certo modo, quando lata eſt vna ſententia priuationis, datur ſurrogatio & in ſupplicatione datur decretum, quod ſi priuandus metu priuationis, poſt primam priuationis ſententiam, beneficium huiuſmodi, in alterius quam oratoris fauorem reſignauerit, iudices nihilominus ad executionem literarum priuationis procedere poſſint, perinde ac ſi reſignatio huiuſmodi minime facta fuiſſet. Sarn. in reg. de ſubrog. quaeſt. 7. nume. 10. Staphyl. de ſign. lit. iuſt. §. vltimo quoad n. 16. Prætere-

ea lis † intentata ſuper poſſeſſorio, non facit be- 16
neficium litigioſum, Caſſad. deciſ. 9. num. 9. 10. & xj. de cauſ. poſſeſſ. & prop. & plenius deciſ. 4. hoc tit. Pan. in c. 1. n. 5. de confirm. vtil. vel inutil. & ibi Can. Bald. in auth. litigioſa n. 1. C. de litig. & ibi DD. nec iudicium cæptum ad inſtantiam curialis vigore Eugenianæ, quia illa afficit perſonas, non beneficia, vt conſtat ex eius lectione. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2 quaeſt. 3. num. 49. Dictum eſt ſupra litem pendentem inter coelectos, præſentatos, & gratiatos impedire eos, ad quos pertinet electio &c. ne poſſint eligere, donec lis finita fuerit, item vitium litigioſi impedire beneficij reſignationem, & translationem, quæro quomodo finitur lis

in † cauſa beneficiali? Finitur multis modis pri- 17
mo morte vtriuſque colligantis: Clem. 1. hoc tit.

Secundo morte † actoris, quia cum eo moritur 18
ſua petitio, cum ſit perſonalis: Auth. de nupt. § deinceps Io. And. in c. 2. num. 1. hoc tit. in 6. Ægyd. deciſ. 156. Caſſad. deciſ. 1. de ſent. & reiud. dummodo per aliquos actus conſtet reum ceſſiſſe illi iudicio, vel reuocaſſe omnes ſuos procuratores; alioquin cum ſit in poteſtate rei litem proſequi, vel non proſequi, contra intereſſe prætendentes, non poteſt dici lis finita; Achil. deciſ. 8. hoc tit. cap. 1. & ibi Franc. in vlt. not. & Can. hoc tit. in 6. Clem. 1. §. ſi vero alter hoc tit. quia reus docto de obitu actoris, citatis per audientiam contradictarum intereſſe prætendentibus, poteſt obtinere contra eos ſententiam nedum adiudicatoriam, ſed etiam abſolutoriam: Caſſad. d. deciſ. 1. de ſent. & reiud. clem. 1. §. ſi vero hoc tit. facit auth. de nupt. §. deinceps coll. 4. morte rei non finitur lis, quia durat actoris petitio, quæ eſt dirigenda contra eos quorum intereſt, & licet appareat defuncto amplius non deberi, non propter hoc ſequitur ſuperſtiti deberi: c. olim in fine de reſcript. Caſſad. deciſ. fi. hoc tit. Rot. deciſ. 8. & 10. eod. in nou. imo poterit actor mo-

Digitized by Google

cium cum reo defuncto cæptum proſequi, cum eius procuratore domino litis effecto; quia de iure contra talem procuratorem procedi poteſt, etiam vt contra ipſum feratur ſententia. *l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunc. l. nulla dubitatio & ibi Alex. num. 3. Iaſ. in fin. C. de procur. Greg. xv. deciſ.*
19 *306. in princ. & ibi annot.* Tertio finitur per † ſen-
tentiam definitiuam executioni demandatam; *c. querenti de off. deleg. Faber in l. 2. C. de litig. Sarn. in reg. de ann. quæſt. 44.* per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſed non executam, lis extinguitur, quando ſententia eſt lata in fauorem poſſeſſoris; *Mohed. deciſ. 5. ante num. 1. hoc tit. Sarn. in reg. de ann. d. quæſt. 44. in fine.* quia nullæ ſunt partes iudicis circa reſtitutionem rei, aut fructuum perceptorum, *§. 1. in princ. Inſt. de off. iud.* & reo prodeſt etiamſi non pariat actionem, cum ei ſufficiat exceptio, quando abſolutus fuerit, quia actor non probauit; *l. exceptio ff. de except. rei iud. l. ſi mater §. eandem ff. eod. l. Iulianus ff. de cond. indeb.* aut replicatio, ſi non res iudicata ſit, ſi reus fuerit abſolutus, quia probauit ſe dominum: *l. ſi quis Rom. ff. de except. rei iud.* ſi vero iudicatum fuerit pro actore, durat lis, quia actori non prodeſt ſententia, niſi per priſtinam actionem: *l. grege §. etiam ff. de pign. Bart. in l. aliam ff. de nouat. Io. Monach. in c. cupientes num. 151. de elect. in 6.* aut actionem iudicati, vel in factum, aut officium iudicis; *§. 1. Inſtit. de off. iud. & ibi DD. l. ſi cauſam & ibi Bald. C. de execut. rei iud. l. actori C. de reb. cred. gloſſ. 1. in d. l. Iulianus ff. de cond. indeb. & ibi Bart. nu. 23. Achil. deciſ. 1. hoc tit.* tum quia non ſolum poſſeſſio beneficij capta ab actore ſine executorialibus dicitur attentata; *Rot. deciſ. 33. num. 12. & 13. lib. 3. part. 3. diu. l. miles §. fin. ff. de re iud. l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pig. cap. 1. ſit. Faber in l. 2. C. de litig.* ſed etiam capta vigore executorialium cenſetur attentata, quando non fuerunt ſeruati quatuor termini cõtra reum ad docendum ſe paruiſſe executorialibus; *Fel. in c. ad probandum num. 6. de re iud. Veſt. in pract. lib. 8. c. fin. num. 16. & ſeq. & num. 19. Caſſad. deciſ. 6. nu. 10. & ſeq. de cauſ. poſſeſ. & prop. Mohed. deciſ. 3. num. 1. hoc tit. Creſc. deciſ. 1. in princ. de ſeq. poſſeſ. & fruct.* niſi executoriales fuerint intimatæ condemnato, & illo tacente & non reclamante fuerit tradita poſſeſſio; *Creſc. deciſ. 2. hoc tit. l. 2. C. de acq. poſſeſ. & ibi gloſſ. fin. allegat concordata l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign.* imo lis durat, ſi actor qui habuit executoriales, & brachium ſæculare, moriatur ante effectum earum, & antequam ſit facta executio in poſſeſſionem beneficij, taliter quod ordinarius non poſſit conferre. *Mohed. deciſ. 5. ante num. 1. hoc tit. Achil. deciſ. 1. eod. Faber in l. 2. C. de litig.* Quæ limitanda ſunt, quia quoad actorem poſt rem iudicatam, licet non executam, lis extinguitur, vt teneat alienatio rei, ac etiam forſan beneficij, ſuper quo fuit litigatum reſignatio in manibus ordinarij, & collatio ac poſſeſſio vigore prouiſionis huiuſmodi capta, non dicitur attentata; licet antiquitus aliter fuiſſe obſeruatum atteſtetur Mohed. d. deciſ. 3. poſt num. 2. verſ. & ad rationem DD. vt lit. pend. fauore eccleſiarum, ne dentur collitigantes poſſeſſoribus, & lites fiant immortales; quia contumacia rei in non parendo, non debet actori obeſſe. *Rot. d. deciſ. 33. num. 12. lib. 3. part. 3. diuerſ. dicens num. 14. oportunum eſſe de eo dare dubium ſpeciale l. 1. ff. de re iudic.*

Quarto lis extinguitur, † ſi reus cedat liti & 20
cauſæ quoad ipſam cedentem, *l. poſtquam liti C. de pact. c. cum pridem & ibi Butr. eod. Put. deciſ. 482. lib. 2. Put. deciſ. 137. libr. 1.* etiam ſi huiuſmodi ceſſio facta fuerit coram notario, abſente parte, ſine admiſſione iudicis in beneficialibus. *Put. deciſ. 487. lib. 2. Alex. in l. poſtquam liti num. 8. & ſeq. C. de pact.* Sed nõ extinguitur quoad actorem committentem, niſi ſecuta poſſeſſione: *Achil. deciſ. 1. hoc tit. per noc. à Ioan. Fabro in l. 2. C. de litig.* verum cedens liti, & cauſæ, non cenſetur renunciare iuri ſibi cõpetenti, *c. ſane & ibi gl. in verb. reddens & c. veniens & ibi gl. in verb. commiſiſſe & vtrobiq; Can. de renunciat. Rot. deciſ. 3. num. 1. eod. in nou.* quia renunciatio iuris debet fieri in manibus eius, qui poteſt inuitum deſtituere, *c. quod in dubijs de renunc. dictum eſt in titulo de renunciat.* licet in prophanis renunciatio de iure reali facta abſente parte & iudice teneat: *Bart. in l. non ſolum la 2. §. ſi liberationis nu. 7 & 9. ff. de liberat. leg.* operatur tamen renunciatio iuris facta in manibus inferioris vim taciti pacti, ne vlterius petat, *Pan. in c. cum pridem ſub num. 3. de renunc.* & de Stylo poſt ceſſionem litis, & cauſæ, non pronunciatur, niſi alter velit habere ſententiam ſuis expenſis, *Rot. d. deciſ. 3. de renunc. & ibi add. num. 12.* Quinto finitur † per ceſſionem iuris, litis, 21
& cauſæ in manibus ſuperioris, *c. cum inter el. 1. & ibi gloſ. in verb. ex conſenſu & Can. de elect. c. in præſentia de renunc. c. quã periculoſum 7. quæſt. 1. l. nihil ff de inofficioſ. teſt. l. prætor ff. de vat. & excuſ. mun.* & citationis antea obtentæ, poſt huiuſmodi ceſſio-

Digitized by Google

nem, & ante acceptationem ceſſionarij, executio
contra ceſſionarium, non facit beneficium liti-
gioſum, *arg. c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. Mohed. de-*
22 *ciſ. 14. hoc tit.* Sexto finitur † deſertione, quæ no-
cet illi, qui habet bonum ius vel dubitabile, & in-
ducitur iure canonico curſu 30. annorum, vel mi-
nori tempore, & tunc requiruntur aliquæ conie-
cturæ poſitiuæ. *c. pen. de iud. Achil. deciſ. 7. & melius*
deciſ. 10. hoc tit. vt ſi actor extra iudicium confeſ-
ſus fuerit nullum ius habere, ſed cauſam commi-
ſiſſe ad effectum aliquid extorquendi, *Creſcent.*
deciſ. 19. de prob. Caſſad. deciſ. 5. hoc tit. gloſſ. in auth.
ſed iam in verb. ſuſpicio C. de donat. ante nupt. Pan. in c.
is qui fidem ſub numer. 5. de ſponſal. & vtrobique DD.
Septimo finitur ceſſatione, quæ inducitur ſine
coniecturis, ac dato quod eſſet animus perſe-
quendi, curſu decennij, & nocet tantum calum-
nioſo litiganti, *l. deſtitiſſe ff. de iud. Achil. d. deciſ. 10.*
num. 2. & Mohed. deciſ. 8. num. 2. hoc tit. videlicet
quando ex actis conſtat de non iure, aut nihil pe-
nitus conſtat de aliquo iure mouentis litem, vel
aliquo modo cõſtat de calumnia ab initio, *Achil.*
deciſ. 3. & 7. in prin c. & 10. hoc tit. vbi ita declarat de-
ciſionem Caſſad. 5. hoc tit. l. dolum & ibi gl. add. & DD.
C. de dol. Franc. in c. 1. num. 5. hoc tit. ſemper autem
probari poteſt, etiam poſt collationem ordinarij
litem eſſe extinctam, vel calumnioſam, aut gene-
raliter talem, quæ non afficiat beneficium, quo
minus ordinarius de eo poſſit libere diſponere,
Achil. deciſ. 9. hoc tit. c. fraternitatis verſ. & prædicta
ibi quamdiu ille articulus dubitabilis erat de frigid. &
maleſ. et c. l. quod debetur ff. de pecul. In cauſa reuoca-
23 tionis † attentatorum datur via ordinaria, per li-
bellum, & extraordinaria, per officium iudicis, &
vna per aliam non tollitur; *late Ioan. Andr. in c. non*
ſolum in verb. ante omnia & numer. 1. 2. & 3. de appell.
in 6. Ioan. Monach. in c. cupientes num. 153. & 155. de
elect. in 6. Gemin. vero in d. c. non ſolum num. 2. aliter
ſentit Gail. obſ. 146. lib. 1. Lancell. de attent. p. 3. c. 21.
per totam, ſuſpendit omnia alia iudicia, quantum-
uis priuilegiata, ac etiam ſpolij, *Card. Seraph. deciſ.*
1176. num. 4. gloſ. in c. non ſolum in verb. ante omnia
24 *de appell. in 6. c. ex parte de appell.* Officio † iudicis,
non videtur eſſe locus quando per viam ordina-
riam agi poteſt, *l. in cauſa la 2. ff. de minor. l. in pro-*
uinciali §. ſed in loco & ibi Bart. & DD. ff. de non. oper.
nunc. nec ſolet Iudex illud impertiri niſi illi qui eſt
omni actione deſtitutus. *l. & ideo §. fin. & ibi gl. fin.*
ff. de cond. fart. Bald. in l. fin. §. ſed cum numer. 1. C. de
furt. & per illud non ita plene prouidetur ſicut
per ordinarium quia Iudices non attendunt ge-
ſta in alijs tribunalibus vt eſt notorium. *c. Romana*
§. in alium de appell. in 6. Rot. deciſ. 2. hoc tit. in antiq.
Greg. xv. deciſ. 503. ſub num. 4. in eo non ſeruatur
ordo iuris, nec eſt neceſſe libellum offerre, ſed
ſicut de facto proceſſit innouatio, ita de facto iu-
dex ex mero ſuo officio facit reuocationem. *gloſ.*
1. in clem. 2. hoc tit. & ibi Can. Pan in c. bona num. 16.
verſ. 1. caſu & num. 20. de appell ſuſe Ioan. Monach. in
c. cupientes num. 131. & ſeqq. de elect. in 6. late Man-
doſ. in commiſſ. attent. in verb. cauſam & cauſas & gl.
ſeqq. quia attentata ſunt ipſo iure nulla, *c. 1. in fine*
& c. 2. hoc tit. in 6. c. non ſolum de appel. in 6. & iniu-
ſta, *Clem. 2. hoc tit.* quod attentans lædat partem,
iudicem, & ius, *Pan. in d. c. bona ſub nu. 21. de appell.*
Petens reuocationem † probare debet attenta- 25
tum lite vel appellatione pendente, & ſtatum in
quo erat, ſed non poſſeſſionem, *d. c. bon. mem. de*
appell. c. dilecta in fine de except. Innoc in c. dilecti nu. 3.
de maior. & obed Rot. deciſ. 10. de appell. in antiq. niſi
ille contra quem petuntur attentata reuocari, de
iure communi, & ex cauſa veriſimili præſumatur
poſſidere; quia tunc debet probare poſſeſſionem
tempore motæ litis, vel appellationis, & quod
nunc eſt penes aduerſarium; *Pan. in d. c. bona n. 19.*
per illum text. ſed non habet neceſſe colorare poſ-
ſeſſionem in beneficialibus: *Pan. in d. c. bona num.*
21. & Achil. deciſ. 25. de appell. Rot. deciſ. 2. de reſtit.
ſpoliat. in nou. Caſſad. deciſ. 3. eod. Ratio eſt, quia vbi
alius de iure communi præſumitur poſſidere, nõ
videtur lite pendente attentare, ſed vti ſua poſſeſ-
ſione, quam prius habebat, & ſic non videtur at-
tentatum, niſi petens reuocationem probet poſ-
ſeſſionem de tempore motæ litis; *arg. c. ad decimas*
de reſtit. ſpoliat. in 6. Ioan. Monach. in c. cupientes nu.
138. de elect. in 6. Rot. d. deciſ. 10. de appell. in antiq. da-
turque ei dilatio, ad probandum in curia, ſed nõ
fit remiſſio ad partes; *Rot. deciſ. 7. de prob. in antiq.*
& d. deciſ. 10 de appell. in antiq. Ioan. Monach. in c. cu-
pientes numer. 57. & 58. de elect. in 6. Zab. in clem. ſæpe
§. & quia in 3. not. de verb. ſignif. in ea non admitti-
tur exceptio alterius ſpoliationis, quia attentans
lædit etiam iudicem, *Pan. in d. bona num. 20.* &
huiuſmodi exceptio tantum habet locum contra
actorem, vt remoueatur ab agendo, non contra
eum qui implorat officium iudicis, *c. 2. & ibi Inno.*
ſub num. 5. verſ. item hæc exceptio & num. 6. & ſeqq. de
ord. cog. Certis caſibus datur contra tertium, vt
quando

Digitized by Google

quando appellatio extraiudicialis fuit generalis, *d.c. bonæ & ibi Pan. num.18. & Can. communiter*, generalis autem appellatio iudicialis non valet, *c. 2. de appell.* & aliis caſibus ſupra notatis in limitationibus datis ad regulam, Tertius non attentat. Pe-
26 titur reuocatio † attentatorum in quacunq; parte litis, vſq; ad concluſionem in cauſa excluſiue, *Rot. deciſ. 6. hoc tit. in antiq. & deciſ. 4. eod. in nou. c. non ſolum & ibi Can. de appell. in 6.* Eſt quæſtio emergens, & venit in prima commiſſione ſine noua citatione partis principalis, etiamſi ſuper attentatis fiat commiſſio, *Mohed. deciſ. 4. de iud. Rot. deciſ. 15. de reſcript. Franc. in c. ex ratione nu. 6. & ſeq. de appell. c. 1. de cauſ. poſſeſ. & prop. Rom. conſ. 343. ſub*
27 *num. 13. verſ. quoad tertiam*, impedit † ante & poſt litem conteſtatam. parte opponente, *Caputaq. deciſ. 60. part. 1. c. non ſolum & ibi Ioan. And. in princ. & num. ſeqq. & Can. de appel. in 6. Franc. in c. dilecti el. 3 numer. 2. & ſeq. de appell.* proceſſum ad vlteriora, *c. non ſolum & ibi gl. in verb. ante omnia de appel. in 6.* ac etiam executionem brachij ſæcularis, *Caputaq. deciſ. 56. part. 1. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 62. & ſeqq. ff. de acq. poſſeſſ.* nam condem-
28 natus † de attentatis debet ea purgare, & ab eis dependentia, ac ea tangentia. *Rot. deciſ. 6. ſub nu. 6. verſ. & in primu & num. 7 & 8. part. 2. diuerſ. Achil. deciſ. 32. de appel. Imol. in c. dilectus el. 2. ſub numer. 12. circa fin. de reſcript.* pure & ſimpliciter, non conditionaliter, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 29. nu. 31. Bald. in l. acceptam num. 24. C. de vſur. Greg. xv. deciſ. 486. num. 15 & ſeqq. & ibi annot.* vt non ſolum de iure, ſed neque de facto nocere poſſint, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 29. num. 42. Greg. xv. deciſ. 505. n. 5.* in tribunali cuius iuriſdictio fuit læſa. *Lancell. de attent. part. 3. cap. 7. num. 39. & ſeqq. Greg. xv. dec. 456. num. 4.* & parere ſententiæ, antequam audiri poſſit, ſuper negocio principali, *arg. l. ſi rem §. omnis ff. de pign. act. Bald. in l. vnic num. 4. C. ne lic. in vna eademque teri. &c. Creſc. deciſ. 1. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct.* cum reali dimiſſione poſſeſſionis, cuius ſufficit ceſſio facta in iudicio, per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum, *Lancell. de attent. cap. 29. num. 30. part. 3.* non autem expectari debet, vt eatur in partibus pro capienda poſſeſſione, ne retardetur proceſſus; *Achil. deciſ. 23. de appel. c. finem c. venerabilis de dol. & contum. & vtrobique gloſſ. & DD. c. ut litigantes de offic. ordin. in 6. & ibi Can.* nec non cum totali ſolutione fructuum, & expenſarum, *c. conquerente & ibi Bald. num. 1. per illum text. de reſtit. ſpol. late Lancell. de attent. cap. 29. num. 15. & ſeq. & num. 24. & latius cap. 31. nu. 20. & ſeqq. & num. 99. & ſeqq. part. 3. Mynſ. obſ. 26. cent. 1.* iudicialium, *Rot. Farin. deciſ. 329. num. 1. part. 1. tom. 1. Bald. in c. conquerente in 1. not. de reſtit. ſpoliat.* quia expenſæ iudiciales, poſſunt etiam per attentantem probari, & liquidari, quod ſint certæ, & ſoluantur conſiderata quantitate poſtulatorum, vel medij itineris interuallo, & ſunt in curijs taxatæ, *l. non ignoret C. de fruct. & lit. expenſ. §. tripli & ibi DD. Inſtit. de action.* expenſæ vero, quæ fiunt extra iudicium, attentanti ſunt ignotæ: & vbi non eſt facta liquidatio, non ſufficit oblatio verbalis cum depoſito vnius Iulij, in euentum liquidationis, pro non liquidis; ſed fieri debet actualis reſtitutio, *Card. Seraph. deciſ. 1176. plures cumulans Caputaq. deciſ. 270. part. 2. Put. deciſ. 138. lib. 1. Bald. in c. conquerente in 1. not. de reſtit. ſpoliat. Lancellot. de attent. part. 3. cap. 31. num. 127. & ſeqq.* quod tamen Rota quandoque non attendit, *l. ſtatu liber. rationem ff. de ſtat. liber. Bald. in d. l. vnic. numer. 4. Mohed. deciſ. 17. de reſt. ſpoliat. Lancell. de attent. part. 3 c. 29 num. 21. & 23. Greg. xv. deciſ. 503. numer. 1. & ibi late annot.* vel petens procedi ad vlteriora impetrat commiſſionem, in qua præfigitur terminus aduerſario ad liquidandum, *Greg. xv. deciſ. 503. nu. 1 & ibi annot.* In eo veniunt fructus à die ſpolij attentati, *Rot. deciſ. 2. num. 3. & deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat. in nou. dictum eſt ſupra de reſtit. ſpoliat. l. 2. C. de petit. hered.* Poſſeſſio attentata non eſt manutenibilis, ſed ſequeſtranda, & videndum citius de bono iure iuxta inueteratam obſeruantiam Rotæ, *Rot. deciſ. 616. in fine 1. diuerſ. Zab. in clem. vnic ſub num. 28. in 22. quæſt. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Greg. xv. dec. 91* quando attentatã ſunt commiſſa per procuratorem non habentem mandatum tunc principalis, ſtatim habita de illis notitia debet renunciare ne alias videatur ratificaſſe, *Gregor. xv. deciſ. 548. n. 12 l. quo enim verſ. rem habere & §. 1. ff. rem ratam habere*,
29 Sententia † ſuper reuocatione attentatorum eſt interlocutoria, *Rot. deciſ. 10. de re iud. in antiq. gl. in clem. vnic. in verb. definitiua de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Archid. in c. 1. num. 1. de appel. in 6. Rot. deciſ. 1. de offic. iudic. in antiq.* & tranſit in iudicatum, quoad iudicem, vt non poſſit per eum reuocari, *Pan. & Franc. in c. cum ceſſante de appell. Achil. deciſ. 13. eod.* in appellatione ab ea interpoſita non habet locũ Clem. appellanti de appell. ſed poteſt iuſtificari ex cauſis in ea non expreſſis, maxime ſi per eam

fiat reſtitutio poſſeſsionis adeptæ lite pendente, vel appellatione, vel poſt inhibitionem, *Rot. deciſ. xj. de appel. in nou. Rot. deciſ. 1. & ibi add. ſub numer. 3. hoc tit. in nou. clem. cum repulſione & ibi gl. 2. de appell. Bald. in l. minoribus num. 7. & ſeqq. C. de his quib. vt indig. & c. l. ait prætor §. permittitur ff. de minor. & ibi Bald. num. 2. & DD.*

30 Ceſſat remedium † attentatorum, quando nulla eſt lis, *in rubrica & nigro huius tituli*, vel lis non reſpicit id, de quo dantur attentata, *Achil. deciſ. 6. hoc tit. l. ſolemus ff. de iud. & ibi gl. 1. & DD. l. cum quæritur cum l. ſeq. & l. & an eadem in princ. & §. fin. ff de except. rei iud.* vt ſi agatur ad ſolutionem diuerſorum terminorum fructuũ ſeu cenſuum, ab iis, qui in priori iudicio fuerunt deducti: *l. non poteſt ff. de iud. & ibi Bart. & DD. l. ſcire debemus ff. de verb, obl. Greg. xv. deciſ. 345.* item lite pendente ſuper beneficio, & iure regrediendi, non dicitur lis, pendere ſuper iure percipiendi fructus, propria auctoritate; quia illud eſt ius formale diſtans à poſſeſſione, & proprietate: *l. permiſceri ff. de acq. poſſeſ. l. vſusfructus ff. ſolut. matr. inſtit. de vſufru. & ibi poſt gloſ. 2. DD.* quando vnus colligantium ingreditur poſſeſsionem vacantem, alter paſſus attentata non poteſt petere eum à poſſeſsione remoueri, ſed iudex ex puro ſuo officio poteſt talem apprehenſionẽ reuocare: *Pulchre Lancell. de attent. part. 2. c. 4. de attent. lit. pend. num. 329. & 334. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 305.* poſt concluſionem in cauſa in illa inſtantia, ſecus in alia: *Lancell. de attent. part. 3. cap. 23. num. 50. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 251. num. 12.* quando procedi poteſt ad executionem, lite & inhibitione non obſtante: *Rot. deciſ. 641. ſub numer. xj. verſ. quod autem & num. ſeqq. part. 1. diuerſ. l. iuſte poſſidet ff. de acq. poſſeſ. & ibi DD. Cyn. in l. meminerint. numer. 3. C. vnde vi Afflict. deciſ. 302. num. 2. & ibi add. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſ. 9. §. 1. tit. annot. cont. nullit. & attent. num. 224.* quando non conſtat de anterioritate, quia eadem die lis fuit cœpta, & attentatum, ne præſumatur delictum: *Fel. in c. ſuper litteris ſub num. 12. in fine verſ. modo d. regula limitatur & num. ſeqq. de reſcript. Achil. deciſ. 37. de appell. Creſc. deciſ. 1. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Bell. deciſ. 698.* quando attentata ſunt turbida, *Rot. deciſ. 120. in princ. part. 1. diuerſ. cap. fraternitatis verſ. & ſi prædicta ibi quamdiu articulus iſte dubitabilis erat de fugit. & maleſ.* aut conſtat de notorio non iure petentis reuocationem attentatorum, *c. conſtitutus & ibi Innoc. de fil. presb. c. ſignificaſti de diuort. Bellam. dec. 552 Rot. dec. 2. hoc tit. in nou.* per confeſſionem aut rem iudicatam, ſed iudex ex officio ea reuocat, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 2. & 6. & ſeqq. & num. 83. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 465. nu 9. & 10.* præterea ceſſat ex conſenſu partis expreſſo, vel tacito in attentatis commiſsis, & in eſſe deductis, vel de cætero committendis, *c. conſtitutus & ibi DD. de appell. l. 2. & ibi not. C. de acq. poſſeſ. l. à §. ſi alter ff. quor. legat. Lancell. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 16. per totam & cap. 12. de attent. appell. pend. limit. c. 2. per tot. part. 2. Creſ. deciſ. 2. vt lit. pend.* quæ tamen iudex ex mero officio, pro dignitatis ſuæ conſeruatione poteſt reuocare, *Lancell. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 15. numer. 21. & ſeqq. part. 2. Greg. xv. deciſ. 243. in fin. & ibi annot.* nec non ceſſat ex præſumpto conſenſu partium, & longa poſſeſsione, *Achil. deciſ. 35. de appel. l. 1. 2 & 4. C. de remiſſ. pig. l. 2. cum ibi not. C de acquir. poſſeſ.* niſi in ſpecie eſſet commiſſa cauſa ſuper attentatis, *Cæſar deciſ. 6. num. 21. de cauſ. poſſeſ. & prop. c. ſi aduerſus de hæret. & ibi glo. & Can. l 2. C. de ſer. pig. dat manum. & ibi Bald & DD.* ex aliquorum opinione in attentatis antea, quorum reuocatio petitur poſt litem conteſtatam in cauſa appellationis; quia litem conteſtando videtur grauamini attentato, eiuſque reuocationi renunciare: *Angel. Peruſ. in l. eius §. ſi cuius num. 3. ff. de appell. recip.* contrarium tenet *Ioan. And. in c. non ſolum in princ. in verb. ante omnia de appel. in 6.* in attentatis lite vel appellatione pendẽte, quorum reuocatio petitur poſt rem iudicatam, *Creſc. deciſ. 1. de re iud. arg. l. ſed etſi ſuſcepit ff. de iud. & ita intelligendus eſt Bald. in l. ſi de proprietate ſub num. 15. verſ. quæro C. ſi à non compet. iud.* vel appellatione deſerta, *Rot. deciſ. 1. de appell. in nou. Cæſar deciſ. 2. de appell. l. furti & ibi gloſ. & DD. ff. de his qui not. infam. c. licet de ſent. excom. in 6. c. venientes & ibi not. de iureiur.* niſi attentata reuocentur, non per viam attentatorum, ſed per viam nullitatis; *c. ſæpe & ibi Franc. num. 30. prop. fin. præpoſ. nu. 37. de appell. Rot. diuerſ. deciſ. 406. part. 1. & deciſ. 6. num. 10. part. 2.* in interdictis retinendæ, quia an attentatum ſit, nec ne in principali cauſa diſcutitur, *Veſil. ad Afflict. deciſ. 156. num. 1. Capic. deciſ. 72.* & generaliter in materia attentatorum non eſt procedendum ante omnia ad eorum reuocationem, quando cognitio illorum pendet à negotio principali. *Lancel. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 19 Rot. diuerſ. deciſ. 574. part. 3. lib. 3.* item ceſſat, quando, cauſa pendente in curia, iudex ordinarius te-

ſtes de

Digitized by Google

ſtes de quorum morte vel aliquo impedimento dubitatur, ad cautelam recipit, qualis receptio valet, ſi poſtea non poteſt haberi copia teſtium; ſi vero ſuperuiuunt, fit remiſſio ad partes, & repetuntur: *Rot. deciſ. 3. de teſtib. in antiq. arg. l. 1. §. ſed etſi cum mater ff. de appell. recip. l. Diuus ff. de tut. & curat. dat. etc. l. in l. aquilia ſi deletum ff. ad l. aquil.* item quando agitur de exhumatione corporis ſepulti. *Rot. deciſ. fin. hoc tit. in antiq. Franc. in c. dilecti el 2. numero quinto, de appel. Gemin. in cap. non ſolum in fin. eod. tit. in 6. Greg. xv. deciſ. 276. numer. 3*

31 *& ibi annot.* interdum per commiſſionem † attentata reijciuntur arb trio Rotæ, prout fuſius perſequitur, *Greg. xv. dec. 465. & ibi annot.*

De ſequeſtratione poſſeſſionis & fructuum.

Titulus XVII.

SVMMARIA.

1 *Sequeſtratio eſt depoſitum rei in iudicio deductæ. Alia eſt prætoria, alia voluntaria, alia iudicialis.*

2 *Prætoria fit auctoritate iudicis contra voluntatem partium cauſa cuſtodiæ & poſſeſſio remanet penes poſſidentem.*

3 *Voluntaria fit de partium voluntate, at per eam perditur poſſeſſio rei ſequeſtratæ.*

4 *Iudicialis eſt quæ fit in cauſam iudicati per quam auferetur poſſeſſio.*

5 *Sequeſtratio fit rerum mobilium à pluribus & in ſolidum.*

6 *In res immobiles non cadit ſequeſtrum, niſi in caſu* clem. *1.* hoc tit.

7 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita. Fallit 1. in odium contumacis.*

8 *2. in ſententia vniuerſali per quam aliquis declaratus eſt hæres.*

9 *3. quando miſſus in poſſeſſionem fructus diſſipat.*

10 *4. Appellatione pendente quando probatur dilapidatio.*

11 *5. quando ſuper beneficio pro petitore contra poſſeſſorem ipſius in petitorio vel poſſeſſorio prima ſententia definitiua fertur apud ſedem Apoſtolicam, & fuſe explicatur clem. 1. hoc tit.*

12 *6. Semper admittitur deſcriptio & inuentarium bonorum.*

13 *7. Propter aliquam ſuſpitionem.*

14 *8. Sequeſtratur mulier, quæ pendente lite ſuper matrimonio, ſecundo nubit.*

15 *9. Quando res ſequeſtratæ ſunt tempore perituræ venduntur, & pecunia in ſequeſtro ponitur.*

16 *10 In cauſa beneficiali, quando lis eſt mota inter duos, quorum neuter antea pacifice poſſedit.*

17 *11. Quando beneficiatus monitus à ſuperiore non deſeruit, ſuperior fructus beneficij ſequeſtrat, & aſſignat ei qui deſeruiat.*

18 *12. Fructus beneficiorum ſedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſiue affectorum, ordinaria vel alia auctoritate collatorum ſequeſtrantur.*

19 *13. Appellatione interpoſita ab executione, res mobiles & fructus rerum immobilium ſequeſtrantur.*

20 *14. Quando ſtatuto vel priuilegio receptum eſt quod in poſſeſſorijs iudicij appellatio non impediat executionem, ſed victor ſtatim poſt definitiuam mittatur in poſſeſſionem præſtita cautione de re reſtituenda cum fructibus.*

21 *Sequeſtratio in caſibus permiſſu fit vocatis quorum intereſt, & cum cauſa cognitione.*

22 *Prætoria tollitur ſufficienti ſatiſdatione, curſu decennij, lite finita.*

23 *Speciale eſt in caſu clem. 1. hoc tit. quod contrario iuſſu non poſſit tolli.*

24 *Iudicialis ſequeſtratio reuocari non poteſt.*

25 *Sequeſter qua actione teneatur, & quænam actiones dentur ſequeſtro.*

26 *Tenetur de culpa & negligentia.*

ALIQVANDO ex cauſa aliquid innouatur lite pendente ex actu ſequeſtrationis, ideo poſt reg. *vt lit. pend. & c.* ponit *de ſequeſtratione & c.* habet hæc rubrica duas partes, ad primam partem facit decretalis prima, ad ſecundam decretalis ſecunda & tertia. Sequeſtratio † eſt depoſitum rei, in 1
iudicium deductæ, *l. ſequeſter ff. de verb. ſignif. l. ei apud quem §. fin. cum l. ſeq. & l. licet ff. depoſ.* Sequeſtratio alia eſt prætoria, alia voluntaria, *late Ioan. Monach. in c. locupletari à n. 2. vſque ad finem de reg. iur. in 6.* alia iudicialis, *Bald. in l. vnica n. 8. C. de prohib. ſequeſt. pec.* Prætoria † fit auctoritate iudicis, 2
aliquando de re non contentioſa aliquando de re contentioſa, ad ſui iuris conſeruationem, vt cum inſtrumenta communia deponuntur, *l. fin. ff. de fid. inſtrum.* vel ad damni euitationem, vt quoties quis deponit, vt ſecuriorem reddat obligationem,

tionem, *l. acceptam C. de vſur.* quales depoſitiones & ſequeſtrationes ſunt permiſſæ, *Bald. in l. vnica ſub num. 3. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* & quandoque fit de re contentioſa pro poſſeſſione, ante ſententiam vel poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam, vt in Clem. vnic. hoc tit. & alijs caſibus ſimilibus notatis per *Bald. in l. vnica ſub num. 3. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* contra voluntatem partium cauſa cuſtodiæ, quod in dubio præſumitur, & poſſeſſio remanet penes poſſidentem, *arg. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. in l. intereſſe puto numer. 4. ff. eod. & in d. l. licet.* etiamſi poſſeſſor conſenſerit ſequeſtro, qui conſenſus præſtatur in executionem decreti iudicis, qui non intendit priuare poſſeſſione, & conſenſus præſtitus ad vnum effectum non debet operari alium, *l. 2. §. fin. C. de iureiur. propt. cal. dan. l. iubemus C. ad SC. Velleia. Iaſ. in l. ſi duo rei ſub num. 6. & in l. ſi quis promiſerit ſub nu. 1. ff. de verb. oblig. Greg. xv. deciſ. 9. & ibi add. numer. 12.* niſi de voluntate iudicis aliud appareat, & tunc neuter collitigantium poſſidet, ſed ſequeſter, *c. 1. & Clem. 1. hoc tit. pulchre Mynſing. obſ. 35. cent. 5.* quia iudex ſine aliqua expulſione priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, quando decretum rite & recte interponit. *Alex. in d. l. iuſte poſſidet num. 8. & ſeqq. & nu. 18. vbi ponit regulam quam limitat ſex modis Greg. xv. deciſ. 9. nu. 45. & 8. gloſſ. & Bart. in d. l. iuſte diſtinguunt an decretum ſit iniuſtum ex parte agentis vel ex parte conuenti & contra eius ius.* Volun-
3 taria † eſt, quæ fit de partium voluntate, & ſemper eſt licita, *l. ſi ſoluturus ff. de ſolut.* ac per eam perditur poſſeſſio rei ſequeſtratæ, interrumpitur præſcriptio, quoad ipſos deponentes, quia pendente ſequeſtro vnus contra alterum iuuari de poſſeſſione nequit, ſed contra alios victor de poſſeſſione iuuari poteſt, cum quoad alios liberas ædes habeat, *Ioan. Monach. in c. locupletari nu. 4. in fine de reg. iur. in 6. vbi ita limitat. d. l. intereſſe.* idque tacitum intelligitur, *d. l. licet & ibi Bart. poſt gl. fin. ff. depoſ. Bart. in d. l. intereſſe num. 4. Bald. in l. vnic. n. 3. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* niſi cauſa cuſtodiæ ſequeſtretur: *d. l. intereſſe & ibi DD.* poſſeſſor autem etiam poſt tranſlatam ex voluntario ſequeſtro poſſeſſionem ſuſtinet partes rei, *l. ſi oleum ff. de dol. & ibi Bart. num. 2.* Iudicialis eſt, quæ † fit in cau-
4 ſam iudicati, per quam auffertur poſſeſſio, *Bart. in l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus ſub n. 10. ff. de re iud. l. ſi & iure & ibi pulchre Bart. ff. qui pot. in pign. hab. & ibi DD. l. poſtquam §. imperator ff. vt legat. nomi. caueat. l. cum temp. C. qui pot. in pign. &c. ſed contra Bart. tenet. Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus num. 14. & 15. Alex. numer 23.* Fit ſequeſtratio rerum † mobilium, de quibus 5
eſt controuerſia, *ſi fideiuſſor. & §. ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cog.* fructuum etiam pendentium, licet dicantur pars ſoli, *l. fin. ante finem ff. de acq. rei. &c. Iaſ. in d. §. ſi ſatiſdatum nu. 7.* non ab vno ſed à pluribus, & in ſolidum vnuſquiſque videtur depoſuiſſe, *l. licet ff. depoſ. gloſſ. 2. in c. 2. in fine Depoſ. & ibi Can.* ſecus quando à pluribus fit rei communis depoſitum, *l. 1. §. ſed etſi duo ff. depoſ.* præterea rerum mobilium, de quibus non eſt controuerſia, vt dictum eſt, videlicet rei debitoris, vt creditori cautum ſit, & ſecurior reddatur obligatio. *l. acceptam C. de vſur. l. debitor ff. eod. Bald. in l. vnica ſub n. 3. verſ. quædam eſt de re non contentioſa C. de prohib. ſequeſt. pecun. Caſ. deciſ. 3 num. 4. de fideiuſſ.* & ab vno creditore vel à pluribus fieri poteſt; *l. ſi creditores ff. de priuil. cred.* In res † immobiles non cadit ſe- 6
queſtrum, ſed interdicitur earum alienatio *l. de pollicitationibus in fine ff. de pollicit. l. diuus pius ff. de petit. hæred. l. ſi creditores verſ. plane ff. de priuil. Cred.* fallit in caſu Clem. 1. hoc tit. prohiberturque ingreſſio vtrique parti contendenti de poſſeſſione, ne veniant ad arma & rixas, *l. ſi vſuſfructus §. ſed ſi inter duos ff. de vſuf. Mynſing. obſ. 96. cent. 2.* ac fit præceptum ne vnus pertranſeat ante domum alterius, *l. 1. §. fin. verſ. quies ff. de off. præf. vrb. Bart. in l. quod iuſſit num. 4. poſt gloſſ. in verbo vetuit ff. de re iud.* quando neuter, aut incertum eſt quis poſſideat: ſed quando conſtat iudici, quod alter poſſidet, tunc eum manutenet, & mandat aduerſario, ne accedat illuc; *l. fin. ff. de off. proc. Caſ. Capic. deciſ. 96. num. xj. Grat. conſ. 10. num. xj. & 12. lib. 1. Bald. in l. ordinarij ſub num. 10. verſ. tertio quæro C. de rei vend. Greg. xv. deciſ. 9. num. 3. & deciſ. 61. num. 1. deciſ. 437. nu. 4. & ibi annot.* Sequeſtratio regulariter † eſt 7
prohibita, *In rubr. & nig. C. de prohib. ſeq. pec. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum & ibi gloſſ. fin. ponit reg. & aliquot fall. & alias add. ibidem Iaſ. num. 27. ff. qui ſatiſd. cog. vel ſue pro &c. cap. 2. et ibi gloſ. fin. ponit reg. & fall. & ibidem Hoſt. numer. 2. & Can hoc tit. Mynſ. obſ. 35. cent. 5.* Fallit primo, quia permiſſa eſt ſequeſtratio in odium contumacis, *c. ex literis de dol. & contum.* vbicunque autem procedi poteſt ad definitiuam contra contumacem lite non conteſtata, ibi nunquam iudex ex contumacia poteſt apponere ſequeſtrum; ne reus ex contumacia afficiatur duplici incommodo, *Franc. Aret. in d. l.*

Digitized by Google

in d.l.intereſſe n.2.ff.de acquir.poſſeſſ. Secundo, lata
8 ſententia in iudicio † vniuerſali, per quam declaratus eſt aliquis hæres, omnes res de quibus eſt dubium,an ſint hæreditariæ; debent ſequeſtrari, *Bald.in l.2.ſub num.2.& 6.C.quib. ad libert.pro:lam.*
9 *non licet.* Tertio, quando miſſus in † poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ fructus diſsipat, fructus diſtracti in priſtinum ſtatum reuocantur, & cum alijs ſe-
10 queſtrantur, *c.2.hoc tit.* Quarto, † appellatione pendente permittitur ſequeſtratio, quando probatur dilapidatio, aut conuerſio fructuum per poſſeſſorem appellantem, in alios vſus, quam proprios, *c.fin. hoc tit.l.ab executione C.quor.appell. non recip.l.imperatores §.fin ff.de appell.late Rot.deciſ. 13.part.2.diuerſ. Gail.obſ.147.numer.5.libro 1.* ita vt ex ijſdem, ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit, tantum litis ſumptus & alimonia reo ſubminiſtrentur, *l.fin. C.de ord.cognit.& ibi Salic.& DD.* quia ſi confirmabitur ſententia, debet fructus perceptos poſt litem conteſtatam reſtituere cum ipſa re, *l.certum C. de rei vend.* aut quando adeſſet difficultas exactionis, contra illum in euentum ſuccumbentiæ, *Rot.d.deciſ.13.poſt nu.2 arg.l.1.in fine et l.3.ff.de alienat.iud.mut.cauſ.fact.* Quinto,
11 quando † ſuper beneficio pro petitore contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio prima ſententia, *Put. deciſ.73.lib 1. & deciſ.249 lib.2. per Clem. vnic. in verb.vt vna hoc tit.* definitiua fertur, apud ſedem apoſtolicam duntaxat,etiamſi nulla fore dicatur, ſit ipſius beneficij, & ſic nedum rerum temporalium beneficij,ſed ſpiritualium, & omnium quæ in iure conſiſtunt, *Anchar. in Clem.vnic.numer.3. hoc tit.& ibi Vital. in princ.n.76.* ſequeſtratio per loci ordinarium,quæ per ſatiſdationem impediri non poteſt, *Zab.in d.Clem.vnic.nu.29.& ibi Can.* penes perſonam idoneam ætate & ordine requiſitis in beneficio, quæ habet plenam curam de beneficio ſequeſtrato, & eſt legitimus adminiſtrator, ſicut is qui adminiſtrat ſede vacante, *c. quia ſæpe c.is cui de elect.in 6. Card. in d.Clem.1.nu.9. hoc tit. Rot. deciſ.5. de elect.in antiq. Felin.in c.cum Bertholdus in fine de re iud.* poteſt conferre, & præſentare; *Imol. in c. examinata num. xj. de iud.Ioan. Andr. num. 4. Innoc. & Can. communiter Vital. in Clem. vnic. nu. 69. hoc tit. & ibi Can. Garz. de beneſ. part.5.cap.6. in princ. Rot. deciſ.5. de elect. in antiq.* ac ex eo recipit victum & ſalarium, *Vital.in d. Clem. vnic. n.70.& 72. arg.c.cum ſecundum de præb.* *l.à tutoribus §.fin.ff.de adm.in tut.* quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, ipſo facto excommunicatus eſt, & nullatenus abſoluitur niſi impedimento amoto, ac fructibus occupatis reſtitutis:& ſi eſt de litigantibus, cadit eo ipſo à iure ſuo, *Clem. vnic. hoc tit.& ibi gloſſ & DD.* & à ſententia, quæ declaratur cecidiſſe à iure ſuo, non poteſt appellare, cum à pœna legis non appelletur: *Zab.in d. Clem.vnic.in xj.quæſt.hoc tit.& ibi Can.* poteſt ſtatim conferri, *c.licet Epiſcopus de præb. in 6. & ibi Can.* & per quemcunque impetrari, & compræhenditur ſub eccleſiaſticis generalibus, quouis modo vacet &c. *gloſſ. in Clem ſi propter in verbo vacabunt & ibi Can. de reſcript. in 6. Mand. in reg.de infirm.ſua beneſ.1 ſign.quæſt.17.num.2.& 4.et ſeq.Lap.alleg.6.n.6 & 7.et in terminis noſtris Mobed. deciſ.2.hoc tit.* Quæ locum habent poſtquam ſequeſtrum eſt parti intimatum etiamſi ſequeſtrator id non acceptauit, aut adhuc non accepit poſſeſsionem beneficij *Rot.diuerſ.deciſ.274.in fine part.2 atteſtans alias ita fuiſſe deciſum.* quod dicitur ſequeſtratum, ex quo auditor dicit ſequeſtramus, *Creſc.deciſ.2. hoc tit.l.ſi quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniuſt. reſp. irrit. fact. teſtam. et ibi DD.* nec recuperat beneficium ob violationem ſequeſtri amiſſum, & forſan alteri collatum, etiamſi ſententia& ſequeſtrum poſtea annullarentur, *Achil. deciſ.2.ſuper reg. Can. tit.generali Clem. vnic. in fine & ibi gloſſ.fin. & Can. hoc tit. Rot Biſign. deciſ.2.hoc tit.* quia pœnę violationis ſequeſtri ſunt introductæ non in fauorem litigantis, ſed iudicis ponentis ſequeſtrum, vt eius mandatum ſeruetur, *Zab.in d. Clem.vnic.§.ſi quis autem in 9.quæſt.hoc tit.et ibi Can.* Reus & poſſeſſor violans ſequeſtrum poteſt petere & obtinere ſententiam abſolutoriam, ex non iure actoris, etiamſi prudens & ſciens ſequeſtrum violauerit, ſiue ante acceptationē ſequeſtrarij, ſiue poſt eius acceptationem, *c. olim. in fine de reſcript. Rot. diuerſ. in terminis deciſ. 273.et 274.part.2.* Ob violationem ſequeſtri poſiti,vel propter offenſam iudicis, vt quia alter lite pendente accepit poſſeſsionem, aut propter aliam cauſam, & officio iudicis, non cadit quis à iure ſuo quod habet in beneficio, quia *d.Clem.1. hoc tit.* loquitur in ſequeſtro appoſito propter præſumptionem reſultantem ex ſententia definitiua lata in petitorio vel poſſeſſorio: *d. Clem. vnic. et ibi poſt gloſſ. in verbo definitiua Can. Mobed deciſ.1. hoc tit.* ideoque non habet locum in interlocutoria, quia

ria, quia d. Clem. vnica eſt pœnalis, & non debet
extendi de vno caſu ad alium, etiam ex identitate
rationis, *l. in honorarijs verſ. ſed cum reſciſſa ff. de act.*
et oblig. c. non ſolum c. conſtitutionem de reg. iur. in 6.
Bellam. deciſ. 54. Mohed. deciſ. 1. hoc tit. Subrogatus
in iure petitoris, pro quo lata fuit prima ſenten-
tia, cedentis, vel decedentis, non poteſt petere
decerni ſequeſtrum, non alias docto de iure ſuo,
ceſſat enim ratio in ſurrogato, quia iura ipſius
petitoris cedentis erant diſcuſſa, ſed ſubrogati
non ſunt diſcuſſa, *Card in d. Clem. 1. in 4. quaſt. verſ.*
et ex hu colligitur Creſc. deciſ. 5. hoc tit. ſi ad inſtan-
tiam petitoris, ante ceſsionem, decretum ſit ſe-
queſtrũ, habens cauſam à petitore per reſignatio-
nem, de qua per ſolam ſupplicationem conſtat,
poteſt petere illud relaxari ex officio iudicis, ne
ille qui ſuccubuit, incumbat vitioſæ poſſeſsioni,
& ne litem prorogect ex fructibus beneficij, *arg. l.*
1. in princ. verſ. non ſolum autem ff. vt leg. ſeu fideicom.
nom. caueat Card. in d. clem. 1. in 23. quaſt. Creſc. deciſ.
5. num. 2. hoc tit. Quod ſi prima ſententia feratur
pro poſſeſſore, & ſecunda contra poſſeſſorem,
non debet fieri ſequeſtratio, *Zab. in d. clem. vnic. in*
4. quaſt. Put. deciſ. 52. libr. 1. Creſc. deciſ. 4. hoc titul.
Sexto in omnibus caſibus in quibus prohibita eſt
12 ſequeſtratio, ſemper admittitur † deſcriptio, &
Inuentarium bonorum, *l. fin. ff. de requir. reis etc.*
l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſeſ. mitt. l. imperatores §. fin.
ff. de appel. l. poſt contractum in fine ff. de don. & ita iu-
dex tempore, quo fructus recolliguntur, poteſt
eos facere deſcribi, vt ſciat quot fructus recipiã-
tur, *l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſeſ. mitt. Bart. in d. l. im-*
peratores §. fin. poſt num. 2. Septimo Rota ſolet ſe-
queſtrare poſſeſſionem beneficij propter aliquã
13 ſuſpicionem, puta † quia poſſidens obtinuit com-
pulſoriales ſpeciales pro extrahendo inſtrumen-
to poſſeſſionis ſui autoris, nec eas proſequi cura-
uit, *Rot. deciſ. 183. in fine part. 1. diuerſ. l. ſi tutor con-*
ſtitutus, ff. de adminiſt. tut. l. 2. & ibi glo. fin. C. arbitr.
tut. l. ſi quis Titio §. 1. ff. de leg. 2. Octauo ſequeſtra-
14 tur mulier † quæ pendente lite ſuper matrimo-
nio, ſecundo nubit, propter ſcandalum, ne carna-
liter copuletur cum ſecundo viro, *c. tenor. de ſent.*
& re iud. c. 1. & c. fin. de mat. contrah. cont. interd. eccl.
c. non ſolum & ibi glo. fin. verſ. ſi irreuocabile de appel.
in 6. Creſ. deciſ. 3. hoc tit. Nono quando res ſeque-
15 ſtratæ † ſunt tempore perituræ, venduntur, & pe-
cunia in ſequeſtro ponitur, *l. litibus C. de agric. &*
cenſ. lib. xi. l. is cui §. quæ i poterit cum §§. ſeqq. ff. vt in
poſſeſ. leg. & c. l. fin. ff. de requir. reis &c. Gail. obſ. 148
libr. 1. Decimo in † cauſa beneficiali, vbi lis eſt 16
mota inter duos, quorum neuter antea pacifice
poſſedit, *Zab. in clem. vnic. ſub num. 28. in 22. quaſt.*
hoc tit. Vndecimo quando beneficiatus † moni- 17
tus à ſuperiore non deſeruit beneficio, ſed appel-
lat; ſuperior ex officio mercenario deſeruiente il-
li monitioni ſequeſtrat fructus beneficij, & aſſi-
gnat ei, qui deſeruiat, *c. peruenit 2. de appel. l. 1. §. ſu-*
per peculio C. de aſſert. toll. l. 3. C. quib. ad libert. pro-
clam. non licet, Duodecimo Pius IV. conceſſit fa-
cultatem iudicibus, lite pendente, decernendi ſe-
queſtra ſuper fructibus † beneficiorum ſedi Apo- 18
ſtolicæ reſeruatorum, ſiue affectorum, & ordina-
ria vel alia auctoritate nulliter collatorum, *Pius*
IV. conſtit. public. die 26. Octobris 1560. late Gonzal.
in §. 7. proœm. reg. Cancel. de menſ. & alternat. De-
cimotertio † ſi ab executore, qui modum iudica- 19
tionis exceſſiſſe dicitur, appellatum ſit, iuxta l. ab
executione C. quor. appell. non recip. pendente
appellatione res mobiles vel fructus rerum im-
mobilium ſequeſtrantur, *d. l. ab executione Bart.*
in l. 2. num. 8. ff. de appel. recep. c. fin. de ſequeſt. poſſeſ.
& fruct. & ibi gl. & Can. Decimo quarto fallit † ſi 20
ſtatuto receptum, vel priuilegio conceſſum ſit,
quod in poſſeſſoriis iudiciis appellatio non im-
pediat executionem, ſed victor ſtatim poſt defi-
nitiuam in poſſeſſionem rei litigioſæ mittatur,
præſtita cautione de reſtituenda re, cum fructi-
bus caſu quo ſententia per iudicem appellationis
foret retractata, *Gail. obſ. 147. ſub numer. 7. verſ. 3.*
fallit. li. 1. Bart. in l. 2. num. 9. ff. de appel. recip. & ibi
DD. Guid. Papæ dec. 37. Sequeſtratio † in caſibus 21
permiſſis fieri debet, vocatis quorum intereſt &
cum cauſæ cognitione, *c. inter de maior. & obed. l. ſi*
creditores ff. de priuil. credit. Mynſ. obſ. 11. cent. 2. niſi
iudex eam faciat ad mandatum ſuperioris, qui
prius de cauſa plene cognouit; quia tunc non ha-
bet aliquem vocare, cum ſit merus executor,
nec de hoc poteſt aliquis de eo conqueri; nec ab
eo appellare, *Card. in d. clem. 1. num. 31. verſ. vigeſi-*
mo quinto quæro &c. Prætoria † tollitur ſufficienti 22
ſatiſdatione, videlicet dato fideiuſſore, vel pigno-
ribus aut etiam Iuratoria quando perſona aduer-
ſus quam eſt factum ſequeſtrum eſt honeſta, *gl.*
in l. 1. §. 1. in verbo Iuratoria C. de aſſert. toll. Pan. in c.
ex parte 1. numer. 4. de verb. ſig. Mynſ. obſ. 11. cent. 2.
de iudicio ſiſti, de re non deterioranda, & de illa
reſtituenda abſque vlla mora, & procraſtinatio-
nein

Digitized by Google

ne in caſu victoriæ: *c. 1. & ibi glo. antepen. & fin. hoc tit. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum num. 17. ff. qui ſatiſd. cog. vel ſua pro reliq. &c. vbi limitat 4. modis,* curſu triennii, *l. litibus* C. *de agricol. & cenſ. libr. xj.* quia fructus poſt triennium præſumuntur conſumpti, & non extare: *arg. l. diuortio §. ob donationes ff. de diuerſ. Rot. deciſ. 53. num. 4. part. 1. diuerſ. d. l. litibus ibi & talis fideiuſſor per triennium accipiatur gl. fin. in c. cum vos de off. ord. & ibi Can.* lite finita, *d. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum,* quia ſequeſtratio facta in prima inſtantia durat in cauſa appellationis: *l. fin. ibi ſequeſtrari in eum diem in quo controuerſia ſopiatur C. de ord. cognit. & ibi Bald. num. 6. d. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum & ibi Iaſ. num. 23. & 24. l. ſi oleum ff. de dolo etc. & ibi Bart. num. 1.* aut reuocatione iudicis, *l. quod iuſſit ff. de re iud. c. cum ceſſante de appel. Bald. in l. vnica numer. 8. C. de prohib. ſequeſt. pecun. Curt. ſen. de ſequeſt. numer. 54. verſ. 13. quaro,*
23 ſpeciale eſt † in caſu *clem. vnic. hoc tit.* quod contrario iuſſu tolli non poſſit, ſed finalis in cauſa victoria eſt expectanda, *d. clem. vnic. in fine princ. hoc tit. Card. Seraph. dec. 1096. num. 4. & dec. 1335. n. 4*
24 *& ſeqq.* Iudicialis † ſequeſtratio reuocari non poteſt, quia fit pro executione rei iudicatæ, & res ſequeſtrata detrahi ſolent, vt in rub. & nig. C. ſi in cauſ. iud. pig. cap. tit.

Differt depoſitum à ſequeſtro, quia in depoſito nunquam cenſetur amiſſa poſſeſſio, *§. poſſidere verſ. per eos quoque Inſtit. de interd. alias tres differentias ponit, l. licet ff. depoſ. & ibi Paul. de Caſt. & DD.* in ſequeſtro eſt depoſitum, *l. proprie ff. depoſ.* tene-
25 tur † ſequeſter actione depoſiti directa ſequeſtraria, *l. ei apud §. 1. ff. dipoſ.* dantur ſequeſtro actiones vtiles, ſi perdit rem apud ſe ſequeſtratam, vel in ea damnum datum ſit, *l. poſtquam §. imperator verſ. ſed ſi nec ipſi ff. vt leg. ſeu fideicomm. nom. cau.* & poteſt ab extraneo conueniri tanquam Procurator bonis datus; *Bart. in d. §. imperator in fine per l. pen. ff. de Carbon. edict. l. 2. in princip. ff. de curat. bon. dat.* ſequeſtro datur contrarium depoſiti iudicium, in quo de indemnitate eius agitur, *l. ei apud quem in princ. ff. depoſ.* nec permittitur officium, quod ſemel ſuſcepit contra officium depoſitionis refutare, niſi iuſtiſſima cauſa interueniente, & tunc arbitratu iudicis res apud ædem ſacram deponitur, *d. l. ei apud quem §. fin.* tenetur
26 ſequeſter †, de culpa & negligentia, quando non vendit res mobiles, vel fructus qui ſeruando ſeruari non poſſunt, & precium collocat, ſeu conſeruat, dictis fructibus & rebus conſumptis aut deterioratis, *Franc. Marc. dec. 444. part. 1. l. Diuus ff. de petit. hæred. l. imperatores in fine ff. de appel.* debetur ei Salarium quando remaneret in damno, quia officium non debet eſſe alicui nociuum, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus & ibi gl. allegat. concordantias ff. quemadm. teſtam. aper. l. 1. C. de preb. Salario lib. 10. Franc. Marc. dec. 443. part. 1. & alijs iuribus ſupra allegatis.*

De Confeſſis.

Titulus XVIII.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio in probando idem operatur, quod inſtrumentum publicum.*

2 *Titulus de confeſſis, quomodo differat à tit. de interrogatoriis act.*

3 *Confeſſio iudicialis, vt præiudicet confitenti plura requiruntur, quod ſit maior viginti quinque annis.*

4 *Sponte confiteatur.*

5 *Ex certa ſcientia.*

6 *Contra ſe.*

7 *Quod fiat in iudicio coram competente iudice.*

8 *De re certa litigioſa, aut de qua cum alio actio eſſe poteſt.*

9 *Et quod in confeſſione venit, natura, ius, & fauor cauſæ recipere poſſit.*

10 *Confeſſio extraiudicialis præſente parte facta cum cauſa plene probat in ciuilibus, in criminalibus facit indicium ad torturam.*

Abſente parte facta iure ciuili non probat, de æquitate canonica plene probat.

11 *Confeſſio facta in teſtamento non probat, ſed operatur legati ſeu fideicommiſſi petitionem.*

12 *Poſitiones fiunt à partibus per verba aſſertiua ad interrogandum alteram partem & ponens omnia, quæ ponit, intelligitur confiteri.*

13 *Articuli fiunt diſpoſitiue ad probandum, ſed articulans non fatetur, niſi articulos dederit medio iuramento.*

14 *Interrogationes fiunt à iudice in quacunque parte iudicij, vel à parte in præparatorijs iudicijs ſed interrogans nihil affirmat.*

15 *Poſitiones fiunt ante & poſt litem conteſtatam, & omni*

Digitized by Google

omni caſu quo neceſſariæ eſſent probationes.

16 *De facto rei vel actoris.*

17 *Quod non ſonet in delictum.*

18 *Offerendæ ſunt infra terminum conceſſum ad probandum iudici in ſcriptis præcedente iuramento calumniæ.*

19 *Reſpondetur eis præuio iuramento calumniæ.*

20 *In prophana cauſa primo datur terminus actori ad ponendum & articulandum.*

21 *In cauſa beneficiali inſimul eodem tempore vtrique parti datur terminus ad ponendum & articulandum.*

22 *Poſitionibus quilibet poteſt reſpondere per procuratorem.*

23 *Contumax in reſpondendo poſitionibus indiſtincte habetur pro confeſſo, vel negante, prout ipſi erit deterius quatuor concurrentibus.*

24 1. *Quod poſitiones ſibi ſint lectæ.*

25 2. *Quod iuſſus ſit reſpondere per iudicem in præſentia.*

26 3. *Quod contumaciam ſuam non poſſit excuſare.*

27 4. *Quod iudex pronunciet eum contumacem in reſpondendo.*

28 *Reſponſio quæ fit poſitioni refertur ad id, ſuper quo principaliter fit poſitio, & non ad enunciatiue narrata.*

29 *Poſitio qualificata, quæ continet aliquid falſum in qualitate, poteſt in totum negari.*
Si continet aliquid falſum in quantitate ſummæ, vel parte rei, tunc debet confiteri veritatem.

30 *Reſponſio rei ad poſitiones, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte reprobari.*

31 *In electionis negotio, poſt iuramentum præſtitum, ponenti contraria, vel ad poſitiones aduerſarij contraria reſpondenti, ſuper ipſa electione, perpetuum ſilentium imponitur ex eodem proceſſu.*

32 *Idem iuris eſt quando agitur contra aliquem de beneficio iam obtento, & in poſitionibus & reſponſionibus ad eas reperiatur contrarietas.*

33 *In alijs cauſis ponens vel reſpondens contraria poſt Sacramentum calumniæ, ex eodem proceſſu non poteſt priuari beneficio.*

34 *Confeſſus pro iudicato eſt, tamen citandus eſt ad ſententiam, & ad reliqua acta cauſæ.*

35 *In cauſa criminali contra confeſſum debet ferri definitiua ſententia.*

36 *In cauſa ciuili fertur definitiua, quando actor cœperit agere iudiciario ordine.*

37 *Si autem reus de plano confiteatur debitum, tunc debet ſequi præceptum de ſoluendo.*

38 *Confeſſio non requirit telam iudicij.*

39 *Confeſſio propria facta in vno iudicio nocet in alio, etiam ad alium effectum inter eaſdem perſonas.*

40 *Confeſſio procuratoris an noceat Domino in eodem vel alio iudicio.*

41 *Confeſſio procuratoris ſemper poteſt reuocari etiam non docto de errore.*

42 *Confeſſio propria poteſt reuocari incontinenti etiam non docto de errore.*

43 *Hæres poteſt reuocare confeſſionem ſui auctoris, ſecus in ſingulari ſucceſſore.*

44 *Error iuris quando proſit vel noceat.*

DICTVM eſt de præparatorijs, & ordinatorijs iudiciorum, nunc videndum eſt de modis, quibus cauſa circa merita inſtruitur, vt de probationibus in genere, & in ſpecie, & quia per confeſſionem aduerſæ partis, quæ in † probando 1
idem operatur, quod inſtrumentum publicum, *l. cum te la 2. C. de tranſact. & ibi DD. notant & Decius num. 7. alia iura congerit Rot. dec. 98. part. 2. diuerſ.* Releuatur litigans ab onere probandi, *l. cum qui in princ. ff. de iureiur.* Præmittit de confeſſis. Differt hic † titulus ab edicto *de interrog. act.* quia 2
titulus de confeſſis tantum habet locum poſt litem conteſtatam, *c. præſentium & ibi gloſſ. in verb. productos & Can. de teſt. in 6.* Edictum de interrog. act. ante & poſt litem conteſtatam, ac etiam poſtquam concluſum eſt in cauſa; *gloſſ. 1. in c. fin. hoc tit.* quia iudex quoties, & quandocunque mouet eum æquitas, debet interrogare partes. *l. Offidius ff. de leg. 3. c. cum Ioannes Eremita §. ad hoc autem de fid. Inſtrum. & ibi Felin. num. xj. & ſeqq. Pan. nu. 8. l. vbicunque ff. de interrog. act. c. fin. 30. quæſt. 5. Mynſ. obſ. 94. cent. 1. Bald. in c. vltra tertiam in fin. de teſtib. & ibi Innoc. & Can. idem Mynſ. obſer. 17. ante finem cent. 3.* Vt † confeſſio iudicialis præiudicet confi- 3
tenti plura requiruntur, *gloſſ. mag. & fin. in l. vnica C. hoc tit. & ibi DD. gl. pen. in c. fin. eod. & Can. glo. mag. in c. 1. 2. quæſt. 1. in verb. confeſſum*, Quod ſit maior vigintiquinque annis, quia minor poteſt reſtitui contra confeſſionem, *l. non omnia ff. de minor. l. certum §. in pupillo ff. hoc tit.* Sponte & non coactus † confiteatur, *c. 1. 15. quæſt. 6. c. Lotharius §.* 4
præterea 31. quæſt. 2. l. 1. 1. reſp. & verſ. Diuus Seuerus

ff. de

Digitized by Google

5 *ff. de quæſt.* ac ex certa † ſcientia; quia ſi errat & poteſt probare ſe erraſſe, non nocet confeſſio: *c. fin. hoc tit. l. de ætate §. ſi cum eſſet in fin. §. ex cauſa §. qui iuſto & §. fin. ff. de interrog. act. l. error facti C. de iur. & fact. ignor. l. non fatetur ff. hoc tit. & ibi gloſſ. & Bart.* Contra † ſe, hinc confeſſio capituli quan- 6 do bona ſunt diſtincta nocet eccleſiæ, etiam vbi de ſubiectione agitur, *c. præterea 2. & ibi Pan. num. 2. de tranſact. c. dilectus de cap. monach. c. ſuborta de re iud.* ac etiam Prælati, nocet eccleſiæ, etiamſi ſine conſenſu capituli agat in cauſis in quibus eſt legitimus adminiſtrator, *Bellam. deciſ. 695. Mohed. dec. 1. hoc tit. Rot. dec. 3. rad. in nou. c. edoceri de reſcrip. & ibi gl. Can. c. cum deputati & ibi Can. de iud.* aut ſi fiat ab eo qui ſolus eſt rector eccleſiæ, *Pan. in c. fin. ſub num. 44. de præſcript. & in c. 2. numer. 4. & 18. de cap. monach. Prapoſ. in c. de Conſtantinopolitana ad fin. 22. diſt.* maxime quando confeſſio habet pro ſe aſſiſtentiam ſiue præſumptionem iuris communis: *Pan. in c. ſi diligenti ſub num. 4. & Felin. in c. fin. ſub num. 11. de præſcript.* in bonis communibus confeſſio Prælati non nocet Capitulo niſi Confeſſio fiat de conſenſu vel mandato totius Capituli quia tunc iurando in animam ſuam vt Prælatus & in animam Capituli vt Procurator præiudicat talis Confeſſio, *Franc. in c. præſentium n. 10 de teſtib. in 6. & ibi Can. Pan. in c. fin. num. 43. de præſcript. & ibi Felin. num. 10. & 11. & Can.* pro ſe non prodeſt, *14. quæſt. 2. in ſum.* alteri non præiudicat, *l. certum §. ſed & an ipſos ff. hoc tit.* vt coadiutoris non præiudicat coadiuto, *Achil. dec. 3. hoc tit. c. vnico in fine de cleric. ægrot. & c. in 6. ibi rationem & c. plenariam redditurí,* autoris, ſingulari ſucceſſori ex cauſa oneroſa, & res ad auctorem non ſit reuerſura, ſecus eſt in ſucceſſore ex cauſa lucratiua, vel quaſi; *arg. l. apud Celſum §. ſi quis autem & §. ſeq. ff. de dol. mal. & met. except.* aut prædeceſſoris, ſucceſſori in beneficio, niſi indigeat & vtatur iure ipſius, *l. apud Celſum §. apud Iulianum verſ. de auctoris & §. ſi quis verſ. auctoris ff. de dol. mal. & met. except. Roe. deciſ. 90. part. 1. diuerſ.* aut Confeſſio emanauerit ante ceſſionem; *l. facta §. ſi heres 1. & ibi Bart. & DD. ff. ad Trebel. l. fin § 1. ff. ad SC. Velleia. l. aliud eſt vendere §. fin. & ibi Dec. ff. de reg. iur. Caſ. dec. 20. num. 9. de prob.* imo nec ipſi confitenti præiudicat, quando ſub alia qualitate vel alio nomine conuenitur: *l. fin. ff. de interrog. action. argum. l. fin. ff. de poſtul. §. ſi tutor Inſtit. de inoffic. teſtam. l. poſt mortem ff. quand. ex fact. tut. vel curat.* hinc Confeſſio per aliquem facta tanquam teſtem in depoſitione in vno iudicio facit fidem contra eundem reſtificantem in alia cauſa; *l. eos qui & ibi Bartol. in 1. not. ff. de falſ.* verum non nocet eidem in alio iudicio, in quo conuenitur tanquam pars principalis, *Rot. dec. 4. hoc tit. in antiq. de quo dubitat, Roc. dec. 131 num. 4. & ſeqq. part. 1. diuerſ. l. pen. & fin. ff. de poſtul. l. accipientis ff. de auct. & conſenſ. tut.* facta ab vno tanquam procuratore, non præiudicat illi tanquam principali, *Achil. dec. 5. hoc tit. Rot. dec. 34 de procur. in nou. de quo dubicat Gratus conſ. 141. vol. 2.* Emiſſa à Rectore vnius Eccleſiæ confitente alteram Eccleſiam eſſe membrum huius Eccleſiæ, non præiudicat eidem effecto Rectori illius alterius Eccleſiæ, *Achil. deciſion. 4. hoc titul. l. certum §. ſed an ipſos ff. hoc titul. l. ſi forte ff. de Caſt. pecul.*

Idem vt confeſsio præiudicet, requiritur quod fiat in iudicio † coram competente iudice, 7 *c. at ſi clerici de iud. l. vnica C. hoc tit.* ſedente pro tribunali, quando cauſa exigit plenam probationem, *c. Dilectus §. quando autem et ibi gloſſ. in verbo iudicis 2. quæſt. 1. l. pen. ff. de iuſt. et iur.* ſi vero exigit ſemiplenam probationem, ſufficit iudicem itinerare per locum iudicij, *l. voluit §. 1. et ibi gloſſ fin. ff. de interrog. action. Pan. in c. at ſi clerici num. 6. in fine de iud.* Præſente aduerſario, *l. certum § ſi quis ff. hoc tit. l. fin. ff. de interrog. action. Felin. in c. ſi cautio num. 22. & 23. vbi limitat. 4. modis de fid. inſtr.* De † re certa, 8 *d. l. certum ff. hoc tit.* litigioſa, *l. confeſſionibus ff de interrog. action.* aut de qua cum alio actio eſſe poteſt, *l. ſi is cuius ff. de interrog. act.* quia ea quæ cum alio actio eſſet, in ſemetipſum ſua confeſſione confert, remanet tamen alius obligatus, niſi confeſſus ſoluerit. *l. qui ſeruum ff. de interrog. act. & ibi gloſſ. 1.* Et id quod in † confeſſione venit, natura, 9 *l. inde Neratius §. fin. & l. ſeq. ff. ad l. aquil. l. confeſſionibus verſ. & ſi cum ff. de interrog. act.* ius, *d. l. ſi is cuius ff. de interrog. act. d. l. confeſſionibus verſ. tum qui.* & fauor cauſæ, *l. interrogatum & ibi gloſſ. fin. C. de lib. cauſ.* recipere poſſit; Confeſſio † extra iudicialis 10 præſente parte facta cum cauſa, & per teſtes conteſtes non ſingulares, *Caſ. deciſ. 4. nu. 4. de re iud. late Caual. in repet. l. admonendi num. 202. & ſeqq. & 215. & ſeqq. ff. de iureiur.* probata plene, probat in ciuilibus, & ex ea condemnari poteſt, *l. generaliter & ibi gloſſ. Bart. & DD. C. de non. num. pecun. c. per tuas de prob. c. fin. & ibi gloſſ. pen. verſ. quandoque tamen confeſſio extra ius hoc tit.* in criminalibus facit indicium ad torturam, *l. c. 5. & ibi gloſſ. fin. & Bart.*

 & DD.

Digitized by Google

& DD. de adult. Bart. in l. ictus fuſtium num. 2. ff. de his qui not. infam. & in l. ſi confeſſus ff. de Caſſad. & exhib. reor. & c. Felin. in c. ſi cautio ſub nu. 24. verſ. 4. declaratio de fid. Inſtrum. Pan. in d. c. at ſi clerici num. 16. Rot. deciſ. 1. hoc tit. in nou. facta abſente parte iure ciuili non probat, l. cum de indebito & ibi gloſſ. in verbo expoſuit ff. de prob. etiam fauore fiſci, l. 2. C. de iur. fiſci. de æquitate canonica plene probat, Felin. in d. c. ſi cautio num. 27. plures cumulans Rot. deciſ. 4. num. 1. part. 2. diuerſ. Greg. xv. deciſ. 408. nu. 2. & ibi annot. quia in confeſſione quando agitur ad obligandum, vel liberandum, attenditur an pars ſit præſens, vel abſens, d. l. generaliter & ibi Bart. numer 5. & DD. communiter d. l. cum de indebito & ibi gloſſ. in verbo inſcriptis. & an ſit acceptata vel non, Salic. in l. 1. nu. 24. & ſeq. C. de confeſſ. Mynſing. obſ. 51. cent. 4. poſt princ. nam facta à præſente præſenti, expreſſa cauſa obligat confitentem, ſecus ſi fiat abſenti, c. ſi cautio & ibi gloſ. in verbo ſi cauſam de fid. Inſtrum. Anchar. in c. ex parte hoc tit. d. l. generaliter & ibi poſt gloſ. Bart. facta ad liberandum patti præſenti ſine cauſa valet, l. tale pactũ ff. de pact. l. Arrianus ff. de act. & oblig. facta, abſente parte non parit exceptionem, c. ſi tibi §. ſi pactus ff. de pact. Bart. in l. non ſolum §. ſi liberationis ff. de lib. leg. Bart. in d. l. generaliter. ſed quando agitur ad probandum non attenditur, an pars ſit præſens vel abſens, Bellam. deciſ. 691. l. public. Mauia §. fin. ff. depoſ. late Cyn. in l. generaliter nu. 4. & 5. C. de non. num. pecun. nec an ſit facta ad vnum vel alterum finem, Dec. in l. 2. ſub n. 62. verſ. & prædicta diſtinctio C. de edendo. ſed attenditur an ſit facta incidenter vel acceſſorie, an vero principaliter per ſe & deliberate, c. per inquiſitionem & ibi glo. in verbo recognouit de elect. l. publica §. fin. ff. depoſ. l. fin. ff. de prob. l. cum quis §. codicillis ff. de leg. 3. Rot. deciſ. 121. num. 29. part. 1. diuerſ. & an facta ſit ſcienter vel ignoranter, l. cum falſa & ibi Bart. & DD. C. de iur. & fact. ignor. & an ſit adminiculata, Nat. conſ. 547. num. 24. Greg. xv. deciſ. 506. Confeſſio fa-
11 cta † in teſtamento, non probat, ſed ſolum operatur legati ſeu fideicommiſſi petitionem, l. Lucius titius §. ſempronia ff. de leg. 3. l. qui vxori in princ. ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3. Rot. deciſ. 669. num. 1. & deciſ. 685. num. 1. & per tot. part. 1. diuerſ. Bald. in l. rationes nu. 5. & 6. C. de prob. niſi ſit iurata; d. §. Codicillis & ibi gloſſ. & DD. & Bart. ex quo notari poſſunt aliæ limitationes. vel emanet ad exonerationem conſcientię, Bal. in l. rationes ſub numer. 6. C. de prob. Franc. Marc. quæſt. 460. part. 1. De confeſſione extraiudiciali Prælati ad obligandum vel liberandum vide Afflict. deciſ. 168. Gregorium xv. deciſ. 506. Bart. in l. ciuitas num. 13. & 14. & ibi DD. ff. ſi cert. pet. Diſtinguuntur poſitiones ab articulis, & ab interrogationibus, Poſitiones fiunt † à partibus per 12
verba aſſertiua ad interrogandam alteram partem, gloſſ. 1. in c. 1. verſ. ad poſitiones autem & ibi Can. hoc tit. in 6. Greg. xv. deciſ. 385. num. 4. Gail obſer. 79. cum 3. ſeqq. libro 1. quæ per procuratorem poteſt reſpondere, c. 2. hoc tit. in 6. & ponens diſpoſitiue omnia, quæ ponit, intelligitur confiteri, c. fin. de iureiur. in 6. & ibi Can. not. Greg. xv. deciſ. 408. nu. 1.
Articuli fiunt † etiam diſpoſitiue ad proban- 13
dum, ſed articulans non fatetur, Ioan. Andr. in c. fin. in princ. de iureiur. in 6. Card. Seraph. deciſ. 1054. n. 2. Gail. obſ. 79. n. 6. & 7. libro 1. niſi articulos dederit medio iuramento: Greg. xv. deciſ. 215. num. 2. vnde per ſe eſt poſitio, quæ ſic intitulatur, pono ſic &c. per ſe eſt articulus, qui ſic intitulatur, intendo probare ſic, &c. quandoque coniunguntur; vt cum dico pono & probare intendo, Clem. ſæpe §. & quia de verb. ſignif. & ibi Can. Bald. in l. qui interrogatur in addit. num. 5. ff. de interrog. act. Interroga-
tiones fiunt, vel † à iudice in quacunque parte 14
iudicij, vt dictum eſt, vel à parte in præparatorijs iudicij, l. 1. §. qui interrogatur cum ll. ſeqq. & l. non alienum ff. de interrog. act. l. qui petitorio ff. de rei vend. & pars interrogans nihil confitetur vel affirmat, cap. 1. & ibi gloſſ. 1. verſ. differunt autem poſitiones & Franc. num. 5. & Can. hoc tit. in 6. ideo ſi pars vna exhibet interrogatoria circa deciſoria, poteſt altera pars petere quod interrogationes dentur diſpoſitiue per modum poſitionum, ſiue capitulorum, & aliter non cogitur reſpondere tam in ciuili, quam criminali, vt ſeruetur inter eos æqualitas, Bald. in l. data opera num. 37. C. de his qui accuſ. non poſ. Iaſ. in l. iudices num. 6. & ſeqq. C. de iud. Rot. deciſ. 3. de ſequeſt. poſſeſ. et fruct. in nou. Fiunt po-
ſitiones † ante & poſt litem conteſtatam, & o- 15
mni caſu quo eſſent neceſſariæ probationes, c. 1. & ibi gloſſ. 1. verſ. ſed dic quod quandocunque & c. & Franc. nu. 1. & Can. hoc tit. in 6. imo poſſunt fieri poſitiones, etiamſi probatio fieri non poſſit niſi per confeſſionem partis, vt ſunt poſitiones negatiuæ, quia negatiua dicit non exiſtentiam, & non entis nullæ ſunt qualitates: d. c. 1. & ibi gloſ. 2. & 3. hoc tit. in 6. poſt litem conteſtatam fiunt ſuper contentis in libello, & pertinentibus, ac pertinere

Digitized by Google

nere valentibus ex parte actoris ad intentionem
fundandam, ex parte rei ad extenuandam, c. 1. 4.
quæſt. 4. Clem. ſæpe §. verum quia de verbo ſignif. Bald.
in l. 2. §. quod obſeruari nu. 25. C. de iur. propt. cal. dand.
16 Mynſ. obſ. 88. cent. 5. de † facto rei, vel actoris, quia
ad factum alienum non coguntur reſpondere,
l. fin. ff. pro ſocio c. ab excommunicato de reſcript. Mynſ.
17 obſ. 54. cent. 5. quod non ſonet in † delictum ſeu
crimen, quia poſitioni criminoſæ non eſt reſpon-
dendum, l. qui iuraſſe §. ſi pater et ibi gloſſ. in verbo ac-
quiſiſti ff. de iureiur. c. dudum el. 2. & ibi gloſſ. in verbo de
18 veritate dicenda de elect. & Can. offerendæ † ſunt
intra terminum conceſſum ad probandum, Bald.
in l. in contractibus §. Illo videlicet numer. 2. C. de non
num. pec. Spec. de dilat. §. fin. num. 9. & ibi Bald. in add.
Mynſ. obſ. 34. cent. 1. iudici in ſcriptis, vt videat an
ſint impertinentes, captioſæ, impoſſibiles, ob-
ſcuræ generales, cap. 2. & ibi gloſ. mag. in verbo ratio-
nabili hoc tit. in 6. & ſic eas repellat, l. ad probatio-
nem C. de prob. cap. per tuas verſ. quoniam etſi probata
de ſimon. ſi eas admittendas viderit, in actis curiæ
ſuæ ſcribi faciat, c. quoniam de prob. c. cum in multis
de reſcript. in 6. l. acta ff. de re iud. cum clauſula, ſaluo
iure impertinentium, & non admittendorum,
c. cum contingat & ibi gloſſ. in verbo nihilominus de
offic. deleg. c. cumana & Clem. conſtitutionem de elect.
& ibi gloſſ. pen. Franc. Marc. deciſ. 564. part. 1. Gail.
obſer. 81. lib. 1. Mynſ. obſ. 56. cent. 2. & obſ. 90. cent. 2.
Donec diſputatur an poſitiones ſint admitten-
dæ vel non, vel donec pendet terminus ad re-
ſpondendum, non currit terminus datus ad pro-
bandum, d. Clem. ſæpe §. & quia & ibi gloſſ. in verbo
poſt dationem c. cupientes §. quod ſi per viginti & ibi gl.
in verbo videbit. & Can. de elect. in 6. Bart. in l. quam-
diu nu. 8. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. qui interrogatur
num. 3. ff. de interrog. act. & in l. ſi cum ipſe in 2. notab.
ff. de excuſ. tut. & in l. 1. numer. 4. C. de iuram. propt.
cal. dand. Mynſing. obſer. 99. cent. 2. & ſicut poſitio-
nes debent fieri præcedente iuramento calum-
19 niæ, vel veritatis, eodem modo reſponſio † de-
bet ſequi præcedente iuramento, c. 2. hoc tit. in 6.
Iaſ. in l. iudices num. 6. & ſeqq. C. de iud. c. præſentium
& ibi Franc. num. 3. de teſtib. in 6. Gail. obſer. 79. n. 10.
libro 1. imo ſub eodem iuramento calumniæ, ſub
quo eſt reſponſum libello, reſpondetur poſitio-
nibus, vnde ille qui non vult iterato iurare, non
debet contumax reputari, nec haberi pro con-
feſſo, auth. hoc ſacramentum C. de iureiur. propt. cal.
dand. & ibi Bart. num. 2. vbi autem emergeret iu-
ramentum alterius naturæ, quam ſit iuramen-
tum calumniæ, illud debet præſtari, quoties e-
mergeret cauſa iurandi, c. 2. §. in omnibus de iuram.
cal. in 6. Auth. de teſtib. §. quia vero c. præſentium de
teſtib. in 6. In cauſa † prophana primo, datur ter- 20
minus actori ad ponendum & articulandum,
nec reus compellitur terminum datum actori
recipere, ſed poteſt petere alium terminum ad
probandas exceptiones & defenſiones ſuas, quia
reus non compellitur probare, donec actor pro-
bauerit intentionem ſuam, l. ſi quidem C. de except.
iunct. c. de teſtibus cum ibi not. de teſtib. In cauſis be-
neficialibus † in ſimul eodem tempore vtrique 21
parti datur terminus ad ponendum & articulan-
dum, quia ſunt ſummariæ, Clem. diſpendioſam de
iud. Clem. ſæpe & ibi gloſſ. in verbo paria de verb. ſignif.
Rot. deciſ. 25. de iud. in antiq. idem obtinet in cæte-
ris iudicijs ſummarijs, Achil. deciſ. 3. de dilat. Iaſ. in
§. omnium num. 113. poſt Bald. Inſtit. de act. Quilibet
poteſt per † procuratorem iurare & reſpondere 22
poſitionibus ab aduerſario ſibi factis, cap. 2. hoc
tit. in 6. cap. 2. §. 1. de iuram. calumn. in 6. Vniuerſitas
quoque & Collegium iurat & reſpondet per
Prælatum ſeu alium, c. præſentium & ibi Franc. nu. 8.
& 9. de teſt. in 6. & quando inſpecta qualitate
Cauſæ vel perſonarum, c. in pertractandis de iuram.
calumn. principales perſonæ debent per ſe reſ-
pondere poſitionibus, propter diſtantiam loci fit
remiſſio ad partes vbi ſunt principales perſonę li-
tigantes & non compelluntur perſonaliter cō-
parere ad reſpondendum poſitionibus coram
Iudice, d. c. præſentium & ibi Gemin. num. 11. & Can.
Reſponſio, nego niſi probetur, nō eſt admitten-
da & admiſſa ſi actor deinde probet inducit ge-
minatam probationem ſcilicet per teſtes & con-
feſſionem, Iaſon. in l. actioni num. 3. & 4. C. de tranſ-
act. Mynſing. obſ. 50. cent. 4. Contumax in reſpon-
23 dendo † poſitionibus, ſiue actor ſiue reus, quia
reus in ponendo cenſetur actor, l. 1. ff. de except.
eorumue procurator, c. 2. hoc tit. in 6. & ibi Franc.
num. 6. & Can. ſiue ante ſiue poſt litem conteſta-
tam, ſiue iuratum ſit ſiue non ſit, Franc. in cap. 2. ſub
nu. 5. verſ. aliquando quis eſt contumax in reſpondendo
poſitionibus &c. hoc tit. Bald. in l. 2. §. quod ſi actor ſub
numer. 3. verſ. ſed nunquid ille C. de iureiur. propt. cal.
indiſtincte habetur pro confeſſo, vel pro negan-
te, prout ipſi erit deterius, gloſſ. pen. in c. 2. hoc tit. in
6. & ibi Franc. num. 20. Hoſt. & Archid. & Can. l. non
alterum l. de ætate §. 1. vſque ad §. 6. ff. de interrog. act.
Gail.

Digitized by Google

*Gail.obſ.*80. *&* 82.*lib.*1. ſuper illo quod eſt in po-
ſitionibus compræhenſum cum ſua qualitate,
Bald. in l. 2. *§ quodſi actor num.*5. *C.de iur.propt.cal.*
quibus reſpondere non vult, *gloſſ.in d.c.*2.*in verbo*
eiſdem hoc tit. in 6. non ſolum in Cauſa ciuili, ſed
etiam ſpirituali, ac beneficiali, quod contumacis
præiudicium, non quoad iudicem, vel partis ad-
uerſæ vtilitatem, vt ſibi propter hoc adiudicet
beneficium, *Archid.in d.c.*2.*numer.*2.*hoc tit.in* 6.
& in eadem cauſa tantum, non diuerſa, *l.*2.*in*
princ. verſ. diuus Adrianus ff.de iur.fiſci Bart. in l.cum
filius num. 4.*ff.de verb.oblig.& in l.eius qui delatorem*
ff.de iur.fiſci. concurrentibus quatuor, quæ om-
nino ſunt ſeruanda & per omnia in omnibus,
quia *c.* 2. *hoc tit. in* 6. eſt rigoroſum, *Rot.deciſ.*3 *hoc*
24 *tit.in antiq. atteſtans de ſtylo & vſu.* Primo, † quod
poſitiones ſint ſibi lectæ, & datæ intelligi, Secun-
25 do, quod ſit † iuſſus & monitus reſpondere per
iudicem in præſentia, non per nuncium in ab-
26 ſentia. Tertio, quod contumaciam † ſuam non
poſſit excuſare, nam ſi poteſt infringere contu-
maciam, nunquam habetur pro confeſſo, vt puta
quando eſt talis poſitio cui non debuit reſpon-
dere, *Bald. in l.*1.*num.*14. *C.ſi plures vna ſent.cond.*
*ſint. Mynſing obſ.*92.*cent.*1. vel non debuit reſpon-
deri tunc, ſed demum dato termino ad delibe-
randum, & iudex noluit dare terminum, *d.c.*2.*&*
ibi gloſſ. & DD. hoc tit. in 6. vel poſt iuſſum iudicis
receſſit ex rationabili cauſa, *c. communis* 23. *diſt.l.*
contumacia §.pœnam ff.de re iud. Quarto, quod iu-
27 dex pronunciet † eum haberi pro confeſſo, vel
eum contumacem in reſpondendo, vel ſine ra-
tionabili cauſa recuſare, quia oportet iudicem
patefacere eius delictum, vt habeatur pro con-
feſſo, *d.l.eius qui delatorem in princ ff.de iur.fiſc.gloſſ.*
*pen.in d.c.*2. *hoc tit.in* 6. *& ibi Anchar.n.*12.*Bart.in l.*
2.*§.quodſi actor num.*5. *&* 6.*C.de iur.propt.cal.dand.*
antequam ſit lata hæc ſententia, poteſt reſpon-
dendo pœnam, *d.c.*2. *hoc tit. in* 6. euitare, *Franc.in*
*d.c.*2.*in fine & ibi Can.communiter.* & ſi moriatur,
ante iſtam pronunciationem, ad eius hæredes
non tranſit iſta pœna, vt habeantur pro confeſſis,
d.l. eius qui delatorem. præterea poteſt à dicta ſen-
tentia appellare, & ſuam contumaciam excuſare,
*l.creditor §. iuſſus & ibi gloſſ.fin. ff. de appell. l.*1.*& ibi*
*gloſſ. & Bald. C. quor. appell. non recip. Franc.in d.c.*2.
hoc tit.in 6. nam etiam vere confeſſus & condem-
natus, appellat, *d. l.* 2. *& ibi not. C. quor. appell.non*
recip. Gail.*obſer.*80.*lib.*1. diſtinguit in reo an ſemel
comparuerit in iudicio & litem fuerit conteſta-
tus an nunquam comparuit, & primo caſu poſi-
tiones pro confeſſatis acceptari poſſunt, ſecundo
caſu contra non comparentem reum proceditur
iuris ordine ſeruato. Quod ſi principalis ſemel
reſpondit, in cauſa, iterato, ſi iudici videatur, po-
teſt compelli quod reſpondeat, quia poſſibile
quod hodie credit vnum, cras aliud, *l. vbicunque*
*ff.de interrog.act.arg.l.repeti ff.de quæſt. Rot.deciſ.*1.*hoc*
tit.in antiq. Reſponſio quæ fit poſitioni refertur
ad id, ſuper † quo principaliter fit poſitio, & non 28
ad enunciatiue narrata, vnde ſi poſitio habet,
quod mutuaui Titio decem cuius tu & hæres &
tu reſpondes credo, videris confiteri mutuum,
ſed non te hæredem eſſe Titij, *l.fin §.Titia ff de lib.*
leg. Bart. in l.ſi à filio alias eſt §.ſub l. ſi cui ſerui ff. de
*leg.*1. *& ibi Bald. Iaſ. late & DD. communiter contra*
ſpeculat. Poſitio qualificata † quæ continet ali- 29
quid falſum in qualitate, poteſt in totum negari,
vt ſi ponis, quod promiſi pure, cum promiſerim
ſub conditione, quia eſt aliud factum *gloſſ. in c.*2.
in verbo abſque rationabili hoc tit. in 6. *gloſſ. in c.* 2. *in*
verb.ſigillatim de teſtib.in 6.*Pan.in c.vnic.de plus petit.*
ſi continet aliquid falſum in quantitate ſummæ,
vel parte rei, tunc debet confiteri veritatem, &
qui talem poſitionem negat in totum, eſt periu-
rus, *Bart. in l.*1.*§.ſi ſtipulanti ff.de verb.oblig.& ibi*
DD. Bart. in l. denunciaſſe §.quid tamen ff. de adult.
*Mynſing.obſ.*55.*cent.*2. quia in iudicio, interroga-
tio de toto intelligitur de qualibet eius parte: *l.ſi*
quis cum totum ff.de except. rei iud.l.pupillus §.fin.ff.de
verb.ſignif.l.qui ſolidum in princ.ff. de leg. 2. Negans
poſitiones, poſtea illis vti non poteſt, vnde actor
qui negat pactum factum, vel ſolutionem non
poteſt dicere, quod ex eo probata ſit ſua intentio:
Bart.in l.non vtique ff.de except.late Felin. in c.capitu-
*lum num.*9.*& ſeq.& num* 13.*de reſcript.* impugnata
vero poſitione, quis poteſt vti probationibus per
teſtes, vel inſtrumenta ſuper ea factis, *Bart.in l.poſt*
*legatum num.*14.*ff de ijs quib.vt indig.&c.per l.ſi quis*
inficiatus ff.depoſ. late Franc. Aretin. in l. 1. *§.ſi quis*
ſimpliciter ſub n. 22. *in fine verſ.ſuper* 1. *& num.*24.
verſ.adde etiam ff.de verbo oblig. Ex prædictis colli-
gitur, quod confeſſio † ſiue reſponſio rei ad po- 30
ſitiones, poſſit pro parte acceptari, & pro parte
reprobari, quando continet plura capitula diuer-
ſis temporibus facta, *l.ſi quidem & ibi gloſſ.*1. *C.de*
except. & Bart. & DD. vel facta incontinenti, &
quodlibet eſt per ſe, & ſeparatum, *c.præterea el.*2.

& ibi Pan.

Digitized by Google

& ibi Pan. num. 1. de tranſact. l. etiam §. 1. ff. de minor & c. l. ſcire debemus ff. de iud. oblig. §. quoties Inſtit. de inutil. ſtipul. vt ſi reus fatetur quod promiſit pure, ſed illa poſtea ſoluiſſe, vel pactum de non petendo ſibi factum eſſe, aut ſi reus fateatur ſibi mutuata centum, & addit actorem ſibi obligatum in alia centum, ex alia cauſa, *Pan. in c. bona el. 2. ſub num. 29. de poſt prælat. & ibi Can.* vel ſi fateatur ſe illegitimum, ſed ex diſpenſatione Apoſtolica clericali charactere inſignitum: *arg. d. c. præterea el 2. Rot. deciſ. 272. part. 2. diuerſ.* quando confeſſio continet vnum Capitulum, ſeu vnum factum cum ſuis qualitatibus, ſeu plura connexa, tunc non poteſt diuidi, aut pro parte acceptari, vt ſi reus confiteatur promiſſionem ſimul & ſemel ſub conditione factam, aut ſe promiſiſſe Titio centum pacto incontinenti appoſito, vt pro eo vadat Romam; vel ſi reus confiteatur ſe recepiſſe centum ab actore, quæ illi debeat ex cauſa mutui. *Pan. in d. c. bona el. 2. ſub num. 29. per illum text. Bart. in l. Aurelius §. idem quæſt. num. 3. ff. de lib. leg. Archid. in c. 1. ſub num. 2. hoc tit. in 6.* potiſſimum quando qualitas, reddit actum, cui adijcitur nullum, vel eum transfundit in alium actum, vnde hæc confeſſio, quod per vim fecit profeſſionem, diuidi non poteſt, *l. ſi quis donationis ff. de contrah. empt. l. per ſeruum §. fin. cum l. ſeq. ff. de vſu & habit. l. vbi ita donatur ff. de mort. cauſ. donat. Rot. deciſ. 272. num. 2. & 3. part. 1. diuerſ.* Fallit quia diuidi poteſt confeſſio, quando præſumptio iuris eſt contra qualitatem, quæ facit pro confitente, *Bart. in d. l. aurelius §. idem quæſijt ſub nu. 2. & ibi DD. c. cum veniſſent & ibi gloſſ. in verbo probatum & Can. de inſtit. Pan. in c. bon. mem. el. 2. num. 29. & 31. de poſt præl. Greg. xv. deciſ. 92. numer. 8. & ibi annot.* vt ſi fateatur intruſum poſſidere beneficium, quia poſſeſſio præſumitur iuſta, *c. cum veniſſent & ibi Pan. n. 7. & 12. de Inſtit. Rot. deciſ. 802. num. 2 & 3. part. 1 diuerſ.* aut confiteatur ſe occidiſſe hominem pro ſui defenſione, poteſt actor ſtare confeſſioni, in quantum dicit ſe occidiſſe, ſed non cogitur ſtare, in quantum dicit ad ſui defenſionem, quia præſumptio iuris eſt contra eum, ratione operis perpetrati, cum ſit factum à iure damnatum, *l. 1. C. de ſicar. l. ſi non conuitij C. de iniur.* Fallit ſecundo, quando is qui reprobat particulam, ſiue qualitatem, aſſumit onus probandi in ſe, & adducit probabiles coniecturas, *d. l. aurelius §. idem quæſijt & ibi Bart. ſub numer. 2. c. 1. de poſt præl. c. præterea 2. de tranſact. Pan. in d. c. bonæ el 2. in fine Bald. in l. 2. num. 4. C. de donat. propter nupt.* Non poteſt quis ſe iuuare, contra ponentem, ex poſitione quam ipſe negauit, nec ipſe ponens poteſt ſe fundare in illa negatione, quia vterque ſuam turpitudinem allegaret, & veniret contra ſuum dictum; *Archid. in c. 1. num. 3. hoc tit. & ibi Franc. n. 14. verſ. ſexto quæritur.* ſed bene poterit quis ſe iuuare ex probationibus factis ſuper tali poſitione negata. *c. mulieri de iureiur. Franc. in d. c. 1. numer. 14. verſ. 6. quæritur Iaſ. in l. poſſideri num. 25. ff. de acq. poſſeſ.* Quando in poſitionibus † ſuper electionis negocio, poſt iu- 31 ramentum præſtitum ab electo, aut eius procuratore habente ſpeciale mandatum, vel etiam generale, ſecuta ſcientia & ratihabitione expreſſa, vel tacita ipſius electi, datis, ſeu in reſponſionibus quas ad aduerſarij poſitiones alter eorum fecit, reperitur contrarietas manifeſta; electo tanquam periuro, niſi iuſta & rationabilis cauſa eum excuſet, ſuper iſta electione perpetuum ſilentium imponitur, *c. fin. de iuriur. in 6.* ex eodem proceſſu: quia non ſolum antiqua crimina repellunt, ſed etiam noua. *c. fin. de temp. ord. c. vt circa §. alioquin de elect. in 6. c. inſinuante de offic. deleg.* & res ante ſui completionem peruenit ad eum caſum à quo non poteſt habere principium, *l. quia in eum ff. ad l. aquil. §. ſi ſeruus domino Inſtit. de noxal. act. l. pro parte ff. de ſeruit.* nec propterea coelectus confirmabitur. *c. olim in fine & ibi Fel. num. 9. & tò. limitat 5. modis de reſcript. c. 1. & ibi gloſſ. in verb. electi vt lit. pend. in 6. l. fin. C. de rei vend.*

Idem iuris eſt, quando † agitur contra aliquem 32 de beneficio iam obtento, & in poſitionibus & reſponſionibus ad eas reperiatur contrarietas; quia periurium iudiciale non ſolum impedit, ſed etiam deijcit iam promotum, *c. tua nos c. querelam de iureiur. c. peruenit de fideiuſſ.* & quis agendo, ius agendi non recte inchoatum, conſequitur, *l. ſi rem §. fin. & ibi gl. ff. de pign. act. Ioan. Mon. in c. fin. num. 5. de iureiur. in 6.* ſecus eſt in formante in dictis caſibus contrarios articulos, niſi expreſſe articuli formentur per iuramentum: *Ioan. And. in d. c. fin. in princ. de iureiur. in 6. & ibi Anch. in 1. quæſt.* Ratio diuerſitatis eſt, quia pars id quod ponit aſſerit, & idem de eo, qui ad poſitionem reſpondet, articulos vero non aſſerit, ſed dicit quod vult, ſeu intendit eos probare, & ideo non poteſt ſic, ex illis contrarijs, reſultare periurium; verum eſt, quod formans articulos contrarios ſit repellendus: *l.*

qui falſo ff. de teſtib. l. 4. in princ. verſ. interdum ff. quod eum eo qui in alie. &c. c. vt noſtrum §. omnibus vt eccl.
33 *bene ſ. ſine diminut: conſ.* in alijs negotijs † ponens vel reſpondens contraria poſt Sacramentum calumniæ, ex eodem proceſſu non poteſt priuari beneficio; quia adhoc non fuit actum, ſed alia pœna imponitur, *c. peruenit de fideiuſſ. c. 1. de except.*
34 *Franc. in c. fin. num. 4. de iureiur. in 6.* Confeſſus † pro iudicato eſt, quia quodammodo ſua ſententia damnatur, *c. cum ſuper & c. fin. & ibi gl. & l. 1. C. & ff hoc tit.* tamen tum verè quam fictè confeſſus eſt citandus ad ſententiam, & ad reliqua acta cauſæ, *Ioan. And. in c. fin. nu. 1. hoc tit. in 6. & ibi Gemin. num. 12.* quia etiam verè confeſſus poteſt opponere exceptiones peremptorias, *l. ſi filius §. 1. ff. de interrog. act.* & contumax in non reſpondendo poſitionibus, non debet quoad alia contumax reputari, *c. cum olim de teſtib. c. eum qui & ibi gloſ. in verb. non tenetur de dol. & contum. in 6. Franc. in d. c. fi.*
35 *num. 21. hoc tit. in 6.* In cauſa criminali † contra verè confeſſum debet ferri ſententia definitiua, *l. ſi Confeſſus ff. de cuſt. & exhib. reor. & ibi gl. & DD. Mynſ. obſ. 77. cent. 5.* Quia Confeſſio ſpontanea delicti non ſufficit ad condemnandum aliquem pœna capitali niſi & conſtet delictum eſſe commiſſum, *l. 1. §. ſi ſibi verſ. item illud ff. de SC. Sylla. & c. l. neceſſarios §. non alias ff. eod. Mynſ. obſer. 81. cent. 3.* Confeſſio vero metu tormentorum facta nullis legitimis præcedentibus indicijs confitenti non præiudicat, nec ex ea poteſt condemnari, *l. penult.*
36 *ff de quæſt. Mynſ. obſ. 23. cent. 5.* In cauſa † ciuili quando actor cœperit agere iudiciario ordine, dato libello, & lite conteſtata; ex contumacia in non reſpondendo poſitionibus, aut ex vera confeſſione, non poteſt reus condemnari, ſi qualitas cauſæ non patitur, vt ſi libellus ſit ineptus, vel non concludens, vel manifeſtam rei defenſionem contineat; *Bald. in l. 2. §. quod ſi actor num. 4. C. de iureiur. propter cal. Bart. in l. abſentem ff. de pœn.* quia non poteſt perueniri ad ſententiam niſi probatis probandis, niſi talis eſſet poſitio, cuius Confeſſio totam cauſam decideret: *Franc. in d. c. fin. ſub num. 21*
37 ſi autem reus † de plano confiteatur debitum, nolens ſubire iudicium, tunc debet ſequi præceptum de ſoluendo infra legitima tempora, *l. Iulianus l. certum §. fin. & ibi gl. fin. Bart. & DD. ff. hoc*
38 *tit.* Certi iuris eſt, quod non requirit † telam iudicij, quia Confeſſus condemnatur etiam data nullitate proceſſus, & nullo præmiſſo proceſſu, tam in criminali, *c. ad petitionem de accuſ. c. 1. eodem in 6. & ibi gloſſ. fin. c. per inquiſitionem & ibi gloſſ. in verb. recognouit de elect. Pan. in c. at ſi clerici num. 17. de iud.* quam cauſa ciuili, *c. Piſanis & ibi Abb. antiq. in verb. confeſſione & collect. in princ. de reſtit. ſpoliat.*
Confeſſio propria † facta in vno iudicio nocet in alio, etiam ad alium effectum inter eaſdem perſonas, *c. per tuas de prob. l. generaliter C. de non num. pecun. c. per inquiſitionem & ibi Pan. numer. 12. de elect. Pan. in cap. 2. num. xj. & 12. hoc tit. Dec. in l. 2. ſub num. 62. & ibi DD. C. de edend.* facta in iudicio criminali probat in ciuili, & è contra; *Franc. Aret. in c. at ſi clerici num. 51. de iud. & ibi Can. Innoc. in c. per inquiſitionem num. 2. de elect. Pan. in c. cum dilectus ſub num. 26. de ord. cognit.* facta in ſummario probat in plenario, quia integritas confeſſionis non læditur ex qualitate iudicij; *But. in c. cum dilectus §. verum ſub num. 35. verſ. hac autem dicit vera &c. de ord. cognit. Pan. in c. dilectus numer. 5. 13. & 15. de cap. monach.* etiam in fauorem eius cum quo proceſſus non fuit geſtus, *l. interdum fur. verſ. qui furem ff. de furt. Bald. in l. 2. num. 28. C. de edendo,* præſumptiue non abſolute, nam non præcluditur via contrariæ probationi, *Rot. dec. 156. part. 1. diuerſ. Caſtr. conſ. 337. verſ. primo quæritur num. 5. lib. 1.* & ex confeſſione huiuſmodi in iudicio ſummario poteſt ſequi cõdemnatio, quia in eo venit non petitum, dummodo ex actis quomodocunque reſultet, *c. abbate de re iud. Bald. in l. 2. num. 28. C. de edend.* ſed non poteſt ſequi conditio in iudicio plenario, quando agitur ad aliud, vel ex alia cauſa: vt ſi in iudicio depoſiti reus confiteatur de commodato, non poteſt ſequi condemnatio, quia ad illud non fuit actum, ſed pars habet intentionem fundatam ex illa confeſsione in iudicio commodati poſtea inſtituendo; *But. in c. examinata num. 27. de iud.* aut ſi reus in iudicio ciuili, confiteatur de crimine, non poteſt condemnari; ſed iudex ex iſta confeſsione poteſt formare inquiſitionem, *l. ſi filiam C. de lib. cauſ. l. mercalem & ibi Bald. C. de cond. ob turp. cauſ. Bartol. in l. ſi confeſſus ff. de cuſt. et exhib. reor. Pan. in c. per inquiſitionem num. 12. de elect. & in d. c. at ſi clerici num. 30. de iud. & in c. 2. numer. 12. hoc tit.* licet ſecus ſit in probatione, quæ fit per teſtes, vel inſtrumenta, *Pan. in d. c. per inquiſitionem nu. 12 gl. in l. ſi quis ad ſe fundum in verb. deſtinatus C. ad l. Iul. de vi &c. & ibi DD. Bart. late in l. 2. §. 1. num. 5. ff. vi bonor. rapt. Bald. in l. 2. num. 29. C. de edend.* Confeſſio procuratoris † non nocet domino in alio iudicio.

(Right margin numbers: 39 beside "Confeſſio propria"; 40 beside "ſio procuratoris".)

dicio, *Pan. in d. c. per inquiſitionem num. 22. circa finem Dec. in l. 2. num. 63. C. de edend.* In eodem vero iudicio † Confeſsio procuratoris emanata per modum contentioſæ iuriſdictionis puta reſpondendo libello, interrogationibus, vel poſitionibus præiudicat Domino, quando, fit ex neceſsitate à iure impoſita ſecus ſi alio modo fiat, ex mera ſua voluntate, *l. non ſolum & ibi Paul. de Caſtr. num. 1. & 2. ff. de procur. Bart. num. 6. & DD. iuncta l. certum §. ſed an ipſos & ibi gl. ff. de Confeſſ.* Confeſsio nuncij præiudicat Domino quia videtur propria facta ab ipſo Domino, *l. fin. ff. de verſ. bon. Bal. in l. 1. num. 31. C. de confeſſ. Dec. in l. 2. ſub num. 63. C. de edend.* Confeſsio ficta in alia cauſa nunquam obeſt etiam inter eaſdem perſonas, *l. 3. & ibi gloſſ. fin. C. de fid. Inſt. l. 2. in princ. & c. Diuus Adrianus & l. eius qui delatorem & ibi Bart. ff. de iure fiſci*, & multo minus perſonam egreditur, *Bart. in l. cum filius nu. 4. ff. de verb. oblig. d. l. eius qui delatorem*, Confeſsio

41 procuratoris † ſemper reuocari poteſt, etiam non docto de errore, ſiue ſit facta in poſitionibus, vel in reſponſione ad eas, *Franc. in c. fin. ſub nu. 7. verſ. vltimo de iureiur. in 6. c. olim cauſam & ibi gl. in verb. non reuocata & Can. de cenſ. Fel. in c. 1. num. 16. vt lit. non conteſt. & c.* ſiue facta ſit in commiſsione, *Mohed. deciſ. 15. de reſtit. ſpoliat. c. fin. hoc tit. late Caſtr. in l. eum falſa C. de iur. & fact. ignor.* aut in articulis etiam per iuramentum datis, tam per ipſum procuratorem, quam principalē *c. fin. hoc tit. c. cum falſa l. error C. de iur. & fact. ignor.* in cauſis beneficialibus & matrimonialibus ex Stylo Curiæ, *Rot. deciſ. 19. de proc. in nou.* ac etiam in cauſis prophanis, *Rot. deciſ. 2. de confeſſ. in nou. & deciſ. 32. de teſt. in antiq. & diuerſ. deciſ. 613. num. 9. & 10. part. 1. Franc. in c. fin. num. 7. verſ. 4. limita de iureiur. in 6. late Fel. in c. 1. num. 14. vt lit. non conteſt. & c.* negotio nondum finito, *c. fin. hoc tit.* Propria ſiue iudicialis, ſiue

42 extraiudicialis † poteſt reuocari incontinenti, etiam non docto de errore; *c. fin. & ibi gloſſ. in verb. iuſta cauſa in fine de iureiur. in 6. & ibi Franc. num. 6. & Can. c. apud miſericordem 32. quæſt. 1. Bald. in repet. l. edita num. 102. & ſeqq. C. de edendo Paul. de Caſt. in l. non fatetur qui diſtinguit tres caſus ff. hoc tit.* Multiplicata, geminata, iurata, deliberata, probato errore reuocari poteſt, *l. de ætate §. ex cauſa & §. qui iuſſo ff. de interrog. act. l. 1. C. de error. calc. & ibi Bald. & Iaſ. num. 9. Iaſ. in l. error num. 28. & ſeqq. C. de iur. & fact. ignor.* licet iſtis caſibus non ita facile admitti debeat allegatio erroris propter difficultatem probationis, *c. ex litteris & ibi gl. in verb. admonita de Diuo & ibi Can. Franc. in c. 1. in 3. not. & nu. 2. de accuſ. in 6.* Hæres † poteſt reuocare confeſsio- 43
nem ſui auctoris, *l. nō idcirco C. de iur. & fact. ignor. Bald. in d. l. error. num. 15.* Secus tamen in ſucceſſore ex titulo ſingulari, quia ſicut ad eum nō tranſit actio perſonalis competens auctori, nec etiam ius excipiendi, ſi auctor eſt mortuus, *Bartol. in l. ſi tertius §. ſi quis priuſquam num. 6. ff. de aq. plu. arc.* A tertia ſiue diuerſa perſona poteſt reuocari & probari error, & ante ſententiam & poſt ſententiam, *l. fin. §. ſin autem neſcius C. de furt. gl. fin. in d. l. error & ibi Bart. & Iaſ. ſub numer. 18. & DD. communiter*, quæ regulæ limitandæ ſunt, niſi confeſsio fuerit per partem aduerſam acceptata, *l. fin. ff. de pact. Iaſ. in d. l. error nume. 2. & ſeqq. & ibi DD. communiter*, Poteſt quis contrauenire propriæ confeſsioni iudiciali iuratæ quando Iudex per ſententiam confeſsionem reprobauit, *c. mulier & ibi Pan. num. 10. de iureiur. Mynſ. obſer. 51. Cent. 4.* Prædicta omnia procedunt in confeſsione erronea facti, extra iudicium error † iuris in damnis euitandis prodeſt 44
cuicunque, *l. error in fin. & l. regula in princ. ff. de iur. & fact. ignor.* ſed in lucris iuris ignorantia nemini prodeſt, neque etiam mulieri, *l. iuris C. qui admitti & ibi Iaſ. in 1. not. & DD. l. 2. & 3. C. de iur. & facti ignor.* in iudicijs iuris ignorantia ante litem conteſtatam excuſat, poſt litem conteſtatam non excuſat, *Dynus in c. ignorantia num. 10. de reg. iur. in 6.* niſi error ſit expreſſus in confeſsione, *l. confeſsionibus & l. ſeq. in fin. ff. de interrog. & Bartol. in l. non fatetur num. 13. ff. hoc tit.* ignorantia iuris non præſumitur regulariter, *l. ſi hæres ab eo §. fin. in fin. & ibi gl. fin. ff. ad Trebel.* probatur autem ex qualitate facti & perſonæ, *l. ſi adulterium cum inceſtu §. 1. ff. de adult.* & poſtquam fuit à peritis doctus incontinenti, poſtea præſumitur error iuris, *Bartol. in d. l. non fatetur numer. 12. & ibi DD. communiter Iaſ. in l. iuris num. 9. C. qui admitti.*

De Probationibus.

Titulus XIX.

SVMMARIA.

1 *Probatio eſt rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta & plerumque per indicia & præſumptiones oſtenſio.*

Digitized by Google

2 *Probatio debet concludere per neceſſe vel probabile, nunquam per poſſibile.*

3 *Excipe 1 quia nunquam ſufficit probatio per probabile ſeu præſumptiua, quando probatio alicuius rei eſt poſita in conditione, & ei qui apponit conditionem probationis, iam conſtat adeſſe præſumptionem.*

4 *2. Quando à lege vel ab homine requiritur probatio cum aliquibus verbis qualificatis.*

5 *In deductis incidenter in iudicio ſufficit locus & præſumpta probatio.*

6 *Cauſa principalis quando eſt ſummaria reſpectu probationum, omnes eius articuli ſunt ſummarij niſi emergat dubitatio ſuper legitimatione perſonæ.*

7 *Actor tenetur probare ſuam intentionem, & reus ſuam exceptionem, ſi excipiendo aliquid affirmet, ſecus ſi neget.*

8 *In duplicibus iudicijs vtriuſque probatio recipitur.*

9 *In crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur.*

10 *Negatiua probari non poteſt eſt quadruplex, facti, iuris, qualitatis, quantitatis.*

11 *Negatiua facti an probari poſſit, & quomodo probetur.*

12 *Negatiua iuris probari debet per negantem.*

13 *Negatiua qualitatis probanda eſt per negantem.*

14 *Teſtes deponentes ſuper negatiua debent remouere actum à ſenſu, non ſenſum ab actu.*

15 *Negatiua quantitatis directo per teſtes poteſt probari.*

16 *Probatio debet fieri iudici, aduerſario præſente, lite conteſtata, & primo de intentione actoris, deinde de rei exceptione.*

17 *Si probatio actoris perfecta & probatio rei imperfecta ſint diuerſæ, & ſe inuicem compatientes, recurrendum eſt ad iuramentum neceſſarium.*

18 *Si ambarum partium par ſit probatio, reus abſoluitur.*

19 *Probationum ſpecies ſunt nouem.*

20 *Semiplenam probationem quænam inducant.*

21 *Plenam probationem quænam faciant.*

22 *Probationes imperfectæ ſiue ſint eiuſdem ſiue diuerſi generis, quæ ſunt perfectæ in ſua ſpecie, ac tendunt ad vnum, ſunt commiſcibiles & faciant plenam probationem.*

23 *Si vero tendunt ad diuerſa non ſunt commiſcibiles.*

24 *Plena probatio acquiritur in omni cauſa ciuili, pleniſſima in criminali.*

25 *In ſummarijs quoque in quibus vertitur partis præiudicium quod non poteſt per aliud iudicium reparari niſi per appellationem ab vtraque parte plenæ probationes requiruntur.*

26 *In cæteris ſummarijs quæ poſſunt per aliud iudicium reparari, requiritur plena probatio ex parte actoris.*

27 *Excipe cauſas poſſeſſorias fauorabiles, & modici & quaſi nullius præiudicij.*

28 *In extraordinarijs cognitionibus requiritur plena probatio.*

29 *In his quæ de plano tractantur plena probatio requiritur.*

30 *Probationes factæ in iudicio ſummario non probant inter eaſdem perſonas ſuper eadem re in plenario.*

31 *Quæ regula limitatur tribus modis.*

POSITIONES negatas tenetur actor probare, *l. 2. ff. hoc tit. c. accuſator 6. quæſt. 5. & ibi gl. 1. mag.* ideo poniт titulum generalem *de probat.* vt faciliori ordine deſcendat ad ſpecies probationum.
Probatio † eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtru- 1
menta, & plerumque per indicia, & præſumptiones oſtenſio; *c. cum ad ſedem §. fin. de reſtit. ſpoliat. l. fin. C. hoc tit. gloſſ. in c. 1. 2. quæſt. 1. in verb. conuictum.* dico plerumque, quia etſi in cauſis pecuniarijs. & ciuilibus præſumptiones & indicia probent, ita vt per eas, ſi certæ fuerint, & violentæ, ad ſententiam procedatur: *l. indicia C. de rei vend. l. proprietatis C. hoc tit. l. ſicut C. de fid. Inſtrum.* non tamen in criminalib. ad condemnationem ſufficiunt; quia in his requiruntur probationes luce meridiana clariores. *d. l. fin. C. hoc tit.* Omnis probatio debet
concludere, † per neceſſe, vel probabile, *l. non hoc* 2
& ibi gl. pen. & Iaſ. num. 2. qui ampliat & limitat C. vnde legit. c. in præſentia & ibi Fel. nu. 14. 15. & ſeqq. hoc tit. l. pen. §. docere & ibi Bart. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt in exim. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato. nunquam per poſſibile; vt ad probationem ſeruitutis Nicolai, matrem eius ac fratres ſeruilia feciſſe miniſteria, non ſufficit; cum neque ingenuorum conniuentia coniunctis neceſſitudine præiudicet, neque de ſeruis ex eadem matre natis libertatem vnus adipiſci prohibeatur. *l. ad probationem 2. & ibi Bald. l. matrem tuam & ibi gloſſ. fin. l. neque natales & ibi gloſſ. fin. mag. C. hoc tit.* Excipe primo,
quia † nunquam ſufficit probatio per probabile, 3
ſiue præ-

ſiue præſumptiua, quando probatio alicuius rei eſt poſita in conditione, ſed requiritur concludens per neceſſe, *l. lucius ff. de cond. & demonſt. Fel. in rub. huius tituli num. 3. & ibi Dec. num. 153. & ſeqq.* quando ei qui apponit conditionem probationis, iam conſtat adeſſe præſumptionem, ne appoſitio conditionis ſit inutilis, *l. ſi quando ff. de leg. 1.* & ne fiat contra mentem apponentis conditionem qui non videtur fuiſſe contentus præſumptione; ſecus ſi ei non conſtabat adeſſe præſumptionem. *Rot. diuerſ. deciſ. 9. n. 20. & 21. part. 2. arg. l. ſi iam facta ff. de cond. & demonſt. l. ſi ita ſcriptum §. fin. ff. de leg. 2.*

4 Secundo, quando † an lege vel ab homine requiritur probatio cum aliquibus verbis qualificatis, vt apertiſſimis documentis, probatione legitima, indubitata, *l. quidam verſ. igitur ſi perſpicuis ff. de cond. inſtit. c. pia § ſi quis de except. in 6. l. fin. in fin. princ. ff. quod met. cauſ. Fel. in rubr. huius tit. nu. 4. &*
5 *ibi Dec. 163. & ſeqq* Econtrario † in deductis in iudicio ordinario, incidenter, ſecundario, & per modum cauſæ, quæuis probatio etiam leuis, & præſumpta ſufficit: *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummarie num. 20. quom. in crimin. leſ. maieſt. proced.* vt matrimonij in cauſa illegitimitatis, *c. cauſam quæ 1. & 2. qui fil. ſint legit.* dominij in confeſſoria, *l. quidam in ſuo in verbo amoueri poteſt ff. de cond. inſt.* crediti in ſaluiano intentato per creditorem, *late Rot. deciſ. 34. num. 14. & 17. part. 2. diuerſ. late Bald. in l. iudices num. 7. C. de iud.* quod ſi
6 cauſa principalis † eſt ſummaria reſpectu probationum, omnes eius articuli ſunt ſummarij eadem ratione, *l. pen. & ibi gloſſ. & DD. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens ff. de lib. agnoſc. l. ſi quando & ibi Bald. numer. 3. C. de teſtib. Bart. in d. extrauag. ad reprimendum in verbo ſummarie numer. 3. qui plures allegat. Bart. in l. ſolent numer. 16. ff. de alim. & cib. leg.* niſi emergat dubitatio ſuper legitimatione perſonæ, *Iaſ. in l. quamuis num. 7. C. de edict. d. Ad. toll. poſt gloſſ. Bart. & alios Felin. in c. veniens el. 2. in fine ff. ad exhib. & in l. nec quicquam §. de plano in fine ff de off. proconſ.* Vbicunq; probatio non concludit, ſemper eſt interpretanda contra probantem, *c. in præſentia & ibi gloſſ. in verbo dubium hoc tit. & ibi Can. Bald. in l. quoties §. ſi quis ita num. 2. ff. de hæred. inſtit.* Regulariter actor
7 tenetur † probare ſuam intentionem. *l. poſſeſſionis l. fruſtra l. actor C. hoc tit. l. quinquaginta ff. eodem l. fin. C. de rei vendic. §. non ſolum Inſtit. de leg. in fine.* & reus ſuam exceptionem, *l. vt creditor C. hoc tit. l. in except. ff. eodem l. inciuile C. de rei vendic.* ſiue aliquid dicat & affirmet. *c. ex literis in fin. hoc tit.* ſiue etiam neget nam vbicumque negatio eſt cauſa alicuius intentionis, ſiue agentis ſiue excipientis ei, qui negat incumbit onus probandi, *Bart. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis num. 5. vbi ponit modum probandi Iaſ. num. 14. & ſeqq & DD. ff. de verb. oblig. Pan. & Can. in c. bonæ mem. el. 1. poſt gloſſ. in verb. per rerum naturam de elect. Gail. de pace publ. c. 18. n. 14. libro 1.* fallit cum reus proponit exceptionem &c. non numeratæ pecuniæ, vel ſimilem, Quæ regula recipit aliquas limitationes, nam ratione præſumptionis transfertur probatio ad reum, *c. ex inſinuatione & ibi gloſſ. fin. mag. de proc. l. ſiue poſſidetis C. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. c. vt noſtrum vt eccleſ. beneſ. ſine dimin. conſ. & ibi gloſſ. mag. in verbo actore non probante quæ ponit multas alias limitationes l. quintus ff. de donat. inter vir. & vx.* & contra à reo ad actorem, *l. ſi pactum & ibi gloſſ. fin. l. ſi chyrographum ff. hoc tit.* in duplicibus † iudicijs, vtriuſque probatio 8
auditur, *d. c. ex literis hoc tit.* in interdicto retinendæ vterque probat, & is obtinet, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, & titulum dictæ poſſeſſionis, vel meliores probationes adducit circa poſſeſſionem, puta teſtes numero plures bonæ famæ & opinionis, qui aptiora negocio & vero proximiora in ſuis teſtimonijs expreſſerunt, *c. licet cauſam hoc tit.* item in crimine falſi † vtriuſque te- 9
ſtes audiuntur. *l. vbi C. de falſ.* Negatiua † probari 10
non poteſt, quia † negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio. *d. l. actor c. bon. mem. el. 1. §. contra de elect. & ibi gloſſ. in verbo per rer. natur.* quadruplex eſt facti, iuris, qualitatis & quantitatis. Negatiua facti eſt duplex, pura, & ſimplex, quæ non habet determinationem loci vel temporis, vel alterius rei: vt ſi quis dicat ſe nunquam fuiſſe citatum, non contraxiſſe, & hæc † probari 11
non poteſt directe vel indirecte, & ideo onus probandi transfertur in aduerſarium, *c. accuſator 6. quæſt. 5. & ibi gloſſ. mag. & Can. gloſſ. in d. c. bonæ el. 1. & ibi gloſſ. mag. & Can. l. aſſeueratio C. de non num. pecun. Salic. in l. actor ſub num. 15. C. hoc tit. late Socin. in c. ſuper his numer. 92. & plur. ſeqq. de accuſ.* ſin autem adijcitur tempus, vel locus, vel aliquid conſimile tunc poteſt probari indirecte: *§. item verborum obligatio Inſtit. de inutil. ſtipul. c. ſeries c. ex tenore de teſt. l. optimam C. de contrah. & commit. ſtipul.* alia eſt prægnans, quæ habet in ſe implicitam affir-

Digitized by Google

matiuam, vt ego non ſponte renunciaui, quaſi
dicat, coactus renunciaui, & probari debet ab
eo, qui negat, *c. ſuper hoc de renunc. c. nec codicillos & ibi gloſſ. fin.* C. *de Codicil. c. cum dilectus de ſucceſ. ab inteſt. c. indicas & ibi gloſſ. in verbo oſtenderis quaſt.* 9.
vel nego Titium mortuum, nam ponitur aliquid
affirmatiuum puta Titium viuere, *l. inde Neratius §. fin. ff. ad l. aquil. Salyc. in l. actor numer.* 15. *C. hoc tit.*
aut quando negatiua eſt ſenſui coniuncta, adeo
quod cadit in ſenſum teſtis puta ſi dicat Titius
non habet oculos, birretum in capite &c. nam ita
directe percipit teſtes, Titium non habere, ſicut
percipit habere, *Pan. in c. bona mem el.* 1. *ſub num.* 13.
de elect. poſt Ioan. Andr. Dec. in c. quoniam contra n. 69.
de prob. nec tamen iſto caſu probatur negatiua di-
recte, quia quod non eſt, non cadit in ſenſum te-
ſtis, ſed probatur indirecte, quia ex quo non re-
præſentatur aliquid viſui teſtis, percipit, quod
nihil eſt in loco; *Angel. de Peruſ. in l.* 1. *num.* 3. *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Butr. in d. c. bon. mem. el.* 1.
12 *numer.* 56. *& ſeq. de elect.* Negatiua iuris † probari
debet per negantem, vt ſi negat emancipatio-
nem recte factam, *l. ab ea parte ff. hoc tit. l. ſi ſcrip-*
13 *tum C. eod.* Negatiua qualitatis † probanda eſt per
negantem, vt tu non es ſoluendo, tu non es le-
gitimus, tu non es idoneus: *c. dudum de præſumpt. c. vnic. de ſcrutin. in ord. fac. l. cum quidam & ibi gloſſ. in verbo qui non offenderint & l. cum Pater §. rogo ff. de leg. 2. gloſſ in d. c. bon. mem. el. 1. in verb. per rerum naturam de elect. & ibi Can. gl. 1. in c. fin. 6. quaſt. 5. &*
14 *ibi Can.* teſtis † qui deponit ſuper negatiua, de-
bet remouere actū à ſenſu, non ſenſum ab actu,
hoc eſt debet dicere, talis actus non fuit factus,
& hoc ego ſcio per ſenſum, & præſentiam meam:
quia tali loco, & tempore, vbi, & quando actus
dicitur celebratus, ego interfui, & reuera ille a-
ctus non fuit celebratus, & non potuiſſet cele-
brari, quin ego vidiſſem, & audiuiſſem; quia in
facto alieno ſic coarctato, virtus ſenſitiua clare
& aperte percipit negatiuam: ſi autem teſtis ne-
gando remouet eius ſenſum ab actu, quod eſt,
quando dicit, non recordor, non interfui, tunc
nihil probat, quia qui neſcit, non poteſt probare.
Bart. in l. 1. §. ſi quis neget ſub nu. 6. verſ dic ergo quod illi & nu. 13. ff. quemadm. teſtam. aper. Bald. in l. 1. n. 7. C. de bonor. poſſeſ. ſec. tab. Greg. xv. deciſ. 325. n. 4. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 510. *nu.* 1. Ex quibus
conſtat, quod vulgare axioma, plus creditur
duobus affirmantibus, quam decem negantibus,
verum eſt: quando ex illa negatione non reſul-
tat probatio negatiuæ, vel quia impoſſibile, eo,
quia non eſt coarctata, vel non eſt reddita cauſa
ſcientiæ; alias pari paſſu ambulant affirmatiua, &
negatiua. *Bald. in l. cum hi §. nihil autem nu. 3. ff. de tranſact. Salic. in l. 2. num. 27. C. de reſcind. vend. Gab. de teſtib. concluſ. 4. Pan. in c. bon. memor. el 1. n. 13. & ſeq. de elect.* Item negatiua probatur per inſtru-
mentum: *l. fin. & ibi Bald. num. 6. C. de reb. cred. §. item verb. obligatio Inſtit. de inutil. ſtipul. Rip. in c. cum eccleſia num. 79. & 82. & ſeqq. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Iaſ. in l. Titia textores num.* 16. 17. *& ſeqq. ff. de leg.* 1. per actum inquiſitionis & inueſtigationis
de affirmatiua oppoſita: nam ea non inuenta cō-
cludetur negatiua: *Imol. in c. cum nobis olim nu. 6. de elect Bart. in l. hoc iure & in l. in illa ff. de verb. obligat. Greg. xv. deciſ. 262. & ibi annot. & dec. 287. & ibi annot.* per confeſſionem aduerſarij: *c. dictum eſt*
ſupra tit. de confeſſ. Negatiua quantitatis † eſt, 15
quoties allegatur quod res non eſt tanti ponde-
ris, ſiue tanti numeri, ſiue tantæ menſuræ, quod
de directo probari poteſt, quia cadit in ſenſum,
& in oculorum inſpectionem teſtis, ex eo quod
vidit rem ponderari, & aliquid ponderis deeſſe,
l. 1. & 2. C. de pond. & aur. illat. lib. 10. & menſu-
rari, & tot menſuras deeſſe, *l. 2. C. de error. aduocat.*
quodque aliquis non eſt eius ætatis, quia natus
fuit tali millenario, & ab illo citra non concur-
rerunt, niſi tot anni. *Salic. in l. actor nu. 14. hoc tit. & ibi DD.*

Probatio † debet fieri iudici, non aduerſario, 16
licet aduerſarij præſentia exigatur, *l. procurator C. de edend. l. eos & ibi gloſſ. fin. C. de teſtib. l. quingenta in fine & ibi gloſſ. fin. ff. hoc tit. l. 1. C. de cond. ob turp. cauſ. & ibi gloſſ. fin.* cauſa pendente & lite conte-
ſtata, primo de intentione actoris, deinde de rei
exceptione; *l. exceptionem C. hoc tit. & ibi gloſſ. c. exceptionem & ibi gloſſ. in verb. in dilatoriis de except.*
quia probatio non excludit probationem, *c. ſeries de teſtib. Rot. diuerſ. deciſ. 701. in fine part.* 1. & plena
actoris tolli non poteſt, niſi per aliam rei magis
plenam directo ei contrariam: *l. ob carmen §. fin. ff. de teſtibus c. in noſtro & ibi Can. de teſtib. gloſſ. in c. ſuggeſtum in verb. fulcimur de Iurepat.* ſi probatio
actoris † perfecta, & probatio rei imperfecta 17
ſint diuerſæ, & ſe inuicem compatientes, vt quia
actor per duos teſtes plene probauit ſuum cre-
ditum, reus autem ſolutionem per vnum teſtem,
tunc recurrendum eſt ad iuramentum neceſſa-
rium,

Digitized by Google

rium, ſecundum formam *l. admonendi ff. de iureiur. & in l. bonæ fidei C. de reb. cred. Bart. in l. admonendi num. 51. & ibi DD. Pan. in c. in noſtra ſub num. 3. de teſtib. & ibi Can. Io. And. in c. fin. de iureiur. in fine num. 6. & ibi Can.* quod ſi ambarum partium
18 par ſit † probatio, is obtinet qui habet aliquam præſumptionem pro ſe: *l. ſi duo patroni ff. de iureiur. & ibi Bart. num. 3.* alias reus abſoluitur, cum promptiora ſint iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum, *c. ex literis §. fin. hoc tit. c. inter dilectos in fine de fid. Inſtrum.* niſi pro actore ſtet fauor cauſæ. *c. fin. de re iud. d. c. ex literis § fin. & ibi gloſſ. in verb. in liberali cauſa.* Probationum ſpecies
19 ſunt † nouem, comprænhenſæ infraſcripto verſu.

Aſpectus, c. proſuiſti c. cauſam hoc tit. Sculptum, gl. in c. cum cauſam hoc tit. in verb. per libros antiquos in fine, Teſtis, titulo de teſt. Notoria (ſcilicet facti) *c. euidentia de accuſ. Scriptum, infra tit. de fid. inſtrum.*

Iurans, infra tit. de iureiur. Confeſſus, ſupra tit. de confeſſ. Præſumptio, infra de præſumpt. Fama, (nempe conſentiens,) *probabunt, c. præterea de teſtib.*

20 Semiplenam † probationem faciunt ſcriptura domeſtica, *l. inſtrumenta C. hoc tit.* comparatio litterarum, *Auth. de fid. Inſtrum. §. ſi vero omnes moriantur §. ſeq. col. 6.* fuga rei, *Bart. in l. admonendi n. 35. ff. de iureiur.* teſtis vnus, *c. licet vniuerſis de teſt. auth. iuriſiurandi c. hoc t. l. 3 §. cauſa ff. de Carb. edict. c. ex inſinuatione de proc. gloſſ. pen. in d. l. admonendi gloſſ. in d. l. in bona fidei,* quando directe deponit ſuper ipſo facto, aut maleficio, ſi vero deponeret ſuper aliquo indicio ad maleficium, non facit ſemiplenam probationem, ſed illud indicium debet legitime probari per duos teſtes: *l. inter omnes & ibi Bart. num. 2. & ſeqq. C. famil. erciſcund.* De Stylo Rotæ non magis creditur teſti vnico contra inducentem, quam pro inducente; quia per inductionem cenſetur approbata perſona teſtis, non dicitur: *Card. Seraph. deciſ. 1249. num. 4. Greg. xv. deciſ. 215. num. 4. & ibi annot.* Fama: *Bart. in l. de minore §. plurimum nume. 30. ff. de quæſt. Franc. in c. dilecti 1. num. 6. & ſeqq. late de appell. Mynſ. obſ. 46. cent. 5.* Indicium non remotum, ſed propinquum, probatum per duos teſtes, *l. fin. & ibi Bart. num. 6.*
21 *& 7. ff. de quæſt.* Plena † probatio dicitur per duos teſtes *l. vbi ff. de teſtib.* Inſtrumentum publicum: *l. ſecunda l. in re ff. de fid. Inſtrum.* per priuatum factum ab aliquo contra ſe cum cauſa, *l. cum de indebito in fine ff. de prob.* ſi modo confiteatur ſe feciſſe, vel ſi probetur per dilationem iuramenti: *l. 1. & 2. ff. de iureiur.* nec non quando facta eſt iudici plena fides, hoc eſt, quando iudex per ea, quæ ſibi ſunt oſtenſa, eſt adductus ad fidem & credulitatem eius, quod intenditur: *l. procurator C. de edend. l. ad fidem cum l. ſeq. ff. de teſtib. Bart. in d. l. admonendi num. 15. & ſeqq. & ibi DD. l. 1. poſt princip. verſ. ad tormenta ff. de quæſt. c. cum cauſam & ibi DD. hoc tit.* etenim iudex non debet ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſuam allegare, *l. 3. §. idcoque verſ. hoc ergo ſolum ff. de teſtib. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. inſtrumenta C. hoc tit.* nam probationes † imper- 22
fectæ, ſiue ſint eiuſdem, ſiue diuerſi generis, quæ ſunt perfectæ in ſua ſpecie, *Bald. in l ſi quis §. quod num. 23. & 4 ff. de edend. pulchre Mynſ. obſ. 100. cent. 2.* ac tendunt ad vnum, ſunt commiſcibiles, & ſi ſunt ſufficientes ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem, faciunt plenam probationem, *d. l 3. §. 1. verſ. eiuſdem quoque ff. de teſtib. l. qui ſententiam C. de pœn. c. cum cauſam hoc tit. & ibi Can. l. 1. C. eod. c. cauſam quæ de re iud. Bart. in l. 1. §. ijdem Cornelio ff. de quæſt.* in cauſa ciuili; ſecus in cauſa criminali, etiam ciuiliter intentata; *c. veniens el 1. & ibi gloſſ. in verb. illorum de teſt. Imo'. nu. 7. Dec. nu. 24. & ſeqq. & Can. communiter, Greg. xv. deciſ. 517. num. 28. & ſeqq. Marſ. in l. de minori §. plurimum num. 55. ff. de quæſt. Mynſ. obſ. 33. cent. 5.* vt vnus teſtis cum fama; *c. 1. de appell.* vnus teſtis & cōfeſſio facta abſente parte; *c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* duæ præſumptiones & alia indicia, *l. 1. in fine princ. & ibi gl. in verb. legitimis ff. de excuſ. tut. & DD.* vnus teſtis de viſu & quælibet alia ſemiplena probatio; *Bald. in l. Spadonem §. qui iura ff. de excuſ. tut. Bart. in l. admonendi numer. 48. & 49.* vnus teſtis, qui de veritate & fama & alius qui de fama tantum deponant; *Iaſ. in d. l. admonendi num. 99. & in repet. eiuſdem leg. num. 257. verſ. iſtam concluſionem ff. de iureiur. Caputaq. deciſ. 383. part. 2. Greg. xv. dec. 223 in princ. & ibi annot.* teſtes duo de fama, & vnus qui deponit de veritate, *Rot. deciſ. 339. num. 1. part. 1. diuerſ. cont. Alex. in l. gallus §. fin. num. 13. poſt Bald. ibi ff. de lib. & poſth. Caſ. deciſ. 1. numer. 2. de ſponſ. & mat.* teſtis vnus & præſumptio iuris, *c. omnes & ibi Archid. num. 3. 6. quæſt. 1.* ac ſtante veriſimilitudine, & alijs adminiculis datur fides probationi diminutæ: *l. ſi duo in princ. ff. de iureiur. & ibi gloſ. Iaſ. in l. ſi extraneus nu. 6. & ſeqq. ff. de cond. ob cauſ. Greg xv. deciſ. 273. num. 4. & ſeqq.* ſi vero † tendunt ad 23
diuerſa, non ſunt commiſcibiles: vt in pluribus teſtibus ſingularibus; *c. cum dilectus de elect. c. licet hoc tit.*

Digitized by Google

hoc tit. ideo teſtis vnus de mutuo, & alius teſtis de confeſſione mutui, non coniunguntur ad faciendam plenam fidem, quia mutuum & confeſſio mutui ſunt diuerſa, neque tendunt ad faciendum vnum totum, cum ſæpe ſit vnum ſine alio; *Pan. in d. c. cum cauſam num. 2. hoc tit. & ibi Can. communiter Bald. in l. ſi ex cautione in 12. quæſt. C. de non numer. pecun.* ſecus in alijs contractibus, in quibus confeſſio probat veram numerationem, *l. ſi ex pluribus ff. de ſolut. l. publia ff. depoſ. Bald. in l. ſi non ſortem §. indebitum poſt numer. 5. verſ. quid in exceptione ſolutionis fictæ ff. de cond. indeb. Dec. in d. c. cum cauſam*
24 *num. 35.* In omni cauſa ciuili † requiritur probatio plena, *l. iudices* C. *de iud. c. iudicantem 30. quæſt. 5.* in criminali pleniſſima, *l. fin.* C. *hoc tit. l. vbi* C. *de*
25 *falſ.* in cauſis ſummarijs, in † quibus verſatur partis præiudicium, quod non poteſt per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, & alijs legitimis modis, in quibus proceditur ſummarie quoad ordinem iudiciorum, ab vtraque parte plenæ probationes exiguntur, *l. de ſubmerſis* C. *de naufrag. libr. xj. clem. ſæpe de verb. ſignif. clem. diſpen-*
26 *dioſam de iudic.* In cæteris cauſis † ſummarijs, quæ poſſunt per aliud iudicium reparari requiritur plena probatio ex parte agentis, & dicuntur ſummariæ, tum quia in eis non admittitur reprobatio teſtium, *c. veniens el 2. & ibi gloſſ. in verb. vellet & Io. And. & Can. de teſtib.* tum reſpectu rei, cuius exceptiones requirentes altiorem indaginem, differuntur, nec impeditur actoris intentio: *Bart. in extrauag. ad reprimendum ſub num. xj. Iaſ. in l. in pecuniarijs num. 4. ff. de ferijs.* niſi ſint exceptiones rei finitæ, vel pares illi, *l. 3. §. ibidem ff. ad exhib.* vel ſint probationes in promptu *gloſſ. 1. in l. 2. C. de edict. D. Andr. toll. gloſſ. 2. in l. ſi is à quo ff. vt in poſſeſſ. legat. gl. fin. in l. ille à quo § ſi de teſtamento ff. ad Trebell. & vtrobique DD. Bald. in d. §. ibidem & in l. 1. num. 4. & ſeq. C. vt in poſſeſſ. legat. &c.* vt in adipiſcendæ & retinendæ poſſeſſorijs iudicijs: *l. 1. C. quor. bonor. & ibi gl. & DD. Rot. deciſ. 543. num 3. part. 3. lib. 3. glo. fin. in fine in l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Trebel. & ibi Ang. in fin. & DD. Pan. in c. conſtitutis num. 15. de appel. & ibi Can.* in remedio *l. fin.* C. *de edict. D. Adr. toll.* in quo probari debet teſtamentum, & poſſeſſio ſiue detentio defuncti tempore mortis: *Bart. & DD. in d. l. fin. §. ſin autem aliquis,* poſſeſſorio recuperandę, quod reſpuit omnem exceptionem, etiam incontinenti probandam: *dictum eſt ſupra de reſt. ſpoliat. l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi l. 1. in princ. ff. de vi & vi arm. licet gloſſ. contrarium notet in l. ſi de vi ff. de iudic.* in ſecundo decreto *Bart. in l. 1. §. fin. ſub num. 1. ff. de prat. ſtip. dictum eſt ſupra tit. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſer. licet. Felin. in c. veniens num. 14. de teſtib. dicat non requiri plenā probationē.* Excipe, cauſas poſſeſſorias † fauo- 27
rabiles, puta ventris, alimentorum, in quibus ſufficit ſemiplena vel aliqualis probatio, *l. 1. §. ſi ea & §§. ſeqq. de vent. in poſſeſſ. mitt. l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his & ibi Bart. & §. ſolent ff. de liber. agnoſc. l. 3. §. cauſa ff. de Carbon.* manutentionis: *Caputaq. dec. 382. part. 2. Cur. ſen. in l. admonendi num. 313. verſ. ſecundo moneor ff. de iureiur. Menoch. remed. ſin. retin. num. 34.* & cauſas ſummarias modici, & quaſi nullius præiudicij: *l. Theſaurus ff. ad exhib. l. in aquilia ſi deletum ff. ad l. aquil.* & in primis decreto: *Auth. de exhibin. & introd. reis §. ſuſcepti Bart. in d. l. 1. §. fin. ſub num. 1. ff. de prat. ſtipul.* in his tamen omnibus debet perſona plene legitimari. *Bart. in l. 2. in fine & ibi DD. C. de edict. d. Ad. toll. Fel. in c. veniens el 1. in fin. num. 14. de teſtib. Bart. in extrauag. ad reprimend. in verb. & figura num. 7. Bald. in l. 3. §. in hac num. 5. & §. ibidem num. 3. ff. ad exhib. Bald. in l. nec quicquam §. de plano nu. 5. ff. de off. procon. & leg.*
In extraordinarijs † cognitionib. requiritur ple- 28
na probatio, ſed libellus non datur, vt in caſibus in quibus lex dicit extra ordinem agi, *l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun. tot. tit. de var. & extraord. cognit.* & vbicunque iudex ex ſuo mero officio procedit conſtringendo aliquem ad aliquid faciendum vel dandum, *l. ſi quis miſſus ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. &c. l. 1. ff. ſi vent. nom. mali in poſſeſſ. miſſa &c.* & in omnibus criminibus in quibus ſine accuſatore proceditur, *l. 2. §. 1. & ibi gloſſ. in verb. ſine accuſatore ff. de adult. gloſſ. 2. in c. vnic. vt eccleſ. benef. ſine diminut. conf.* In his quæ † de plano 29
tractantur, plena cognitio & probatio requiritur; non tamen libellus, in leuibus criminibus, *l. leuia ff. de accuſat.* aut cauſis vilibus, *Auth. niſi breuiores C. de ſent. ex breuil. recit.* in grauibus requiritur libellus, *l. vnius facinoris §. fin. in fine ff. de quæſt. c. notat in fine de iud.* non eſt neceſſe iudicem ſedere pro tribunali, ſed in camera à iudice deambulante poſſunt expediri, *l. 1. in fine princ. ff. de offi. præf. vrb. l. 4. §. fin. ff. de interrog. act. Bald. in d. §. de plano in princ. Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verb. de plano.*

Probationes † factæ in iudicio ſummario non 30
probant inter eaſdem perſonas ſuper eadem re

Digitized by Google

in plenario & probationes factæ ſuper exceptione non probant vbi per viam actionis proceditur quia finis variatur, *gloſſ. in c. cum dilectus §. verum in verb. in modum exceptionis verſ. ſed quid ſi in modum exceptionis &c. & ibi Butr. numer. 35. de ord. cogn.* ſiue atteſtationes ſint teſtium, *c. veniens el. 2. de teſtib.* ſiue productio ſit inſtrumentorum, *Butr. in d. §. verum nu. 35. in fine allegat. Freder. conſ. 160. Felin. in c. cauſam quæ el. 1. num. 5. de teſt. & ibi DD.* Limita primo, quando probationes † in ſummario iu-
31 dicio ſunt factæ plenarie, & quoad ſubſtantiam probationis; & quoad modum procedendi ſuper eo quod pertinet ad cauſam, ſecus ſi ſuper impertinenti, quod nullo modo ad cauſam pertinet, *Felin in d. c. cauſam quæ nu. 6. Alex. in l. ſæpe n. 81. de re iud. & ibi DD. Alber. in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter nu. 18. verſ. primum credo verius ff. ex quib. cauſ. maior. Rot. deciſ. 35. n. 3. 4. & 5 part. 2. diuerſ. Bal l. in l. ſi iudex nu. 5. & ſeq. ff de his qui ſunt ſui vel alien. Gregor. xv. deciſ. 535. nu. 13. & ſeq.* Limita ſecundo, quia teſtes recepti ab executore literarum apoſtolicarum, qui non recipit vt iudex, ſed vt ſimplex examinator, *Clem. 1. de off. deleg.* faciunt fidem coram quocunque iudice, *Bald. in d. l. fin. num. 6. & ibi Salic. n. 7. in fine C. de teſtib. Rot. d. deciſ. 35. nu 1. & 2. part 2. diuerſ.* Limita tertio, in probationibus receptis ſuper replicatione, *Greg. xv. deciſ. 535. nu. 16. & ſeqq.* quæ eſt eiuſdem naturæ cuius eſt actio, *l quæſitum §. fin. ff. de pecul. l. ſi pactum & ibi poſt gloſſ. & DD. C. de except.* & finis agendi qui conſideratur ex parte actoris, *l. ſi quis intentione ambigua ff. de iud. l. 1. §. fin. ff. de tritic.* non diuerſificatur ex perſona rei conuenti, *l. 1. §. 1. ff. ſi pars hered pet. Contau. in l. vnica limit. 2. §. 4. nu. 2. plures citans C. ſi de momen. poſſeſſ. prior. appell.*

De teſtibus & atteſtationibus.

Titulus XX.

SVMMARIA.

1 *In Teſtem quilibet admittitur niſi prohibeatur.*
2 *Teſtimonium non poteſt quis dicere in propria Cauſa.*
quæ regula limitatur tribus modis.
3 *Teſtis idoneus non eſt, de ſe confeſſus ſuper crimine aliorum.*
Summa in Decretales.
4 *Familiares & domeſtici non ſunt idonei teſtes, & qui ſint domeſtici & familiares.*
5 *Laicus contra clericum non poteſt dicere teſtimonium quando de crimine agitur criminaliter.*
6 *Clericus non dicit teſtimonium contra laicos quando de crimine agitur criminaliter in foro ſæculari.*
7 *Coram iudice eccleſiaſtico poteſt teſtificari in cauſa criminali.*
In cauſa ciuili in vtroque foro, obtenta licentia ſui prælati.
8 *Teſtis non tenetur reſpondere ad aliquod per quod ſua turpitudo detegatur, ad alia ipſum inhabilitantia ad teſtimonium tenetur reſpondere.*
9 *Producens teſtes non poteſt amplius productus reprobare ex defectu tunc exiſtente.*
10 *Dicta vero teſtium poteſt impugnare.*
11 *Is contra quem teſtes producuntur, poterit eos, & eorum dicta reprobare.*
12 *Exceptio contra teſtes obijcienda eſt dum producuntur, quæ ſtatim à iudice eſt admittenda, ſed eſt arbitrarium iudici recipere probationem exceptionis ſtatim, vel differre in tempus publicationis.*
13 *Sufficit teſti obijcere crimina in genere, niſi lex vel canon mandaret obiectus exprimi cum adiectione Verborum multiplicantium.*
14 *Poſt publicatas atteſtationes non eſt licitum apponere in perſonas teſtium, exceptis certis caſibus.*
15 *Teſtibus non creditur in fauorem eius qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt.*
16 *Teſtificatio vt ſit legitima multa requiruntur. primo, non debent recipi ante litem conteſtatam.*
17 *Secundo, vt ſe non ingerant aut ſponte teſtificentur.*
18 *Tertio, iurent.*
19 *Quarto, vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente.*
20 *Quinto, quod ſigillatim ſecrete & Viua voce deponant.*
21 *Sexto, teſtificentur de viſu & auditu proprio.*
22 *Non interrogatus cauſam ſui dicti reddere non tenetur, niſi certis caſibus.*
23 *Septimo, quod contraria non deponant aut Vacillent.*
24 *Octauo, nihil taceant de contingentibus.*
25 *Nono, quod exprimant perſonas, locum, tempus, & modum rei.*

26 *Super quibus poſſunt dari interrogatoria.*

27 *Decimo, quod teſtificentur ſuper iuratis & non ſuper alijs.*

28 *Vndecimo, quod fiat atteſtationum publicatio.*

29 *Teſtes debent concordare in Re, perſona, gradu, loco & tempore, alias ſunt ſingulares.*

30 *Singularitas eſt triplex, obſtatiua quando ponitur de vno caſu tantum, & teſtes variant circa locum.*

31 *Diuerſificatiua quæ conſideratur in actu reiterabili.*

32 *Cumulatiua ſiue adminiculatiua quando ex teſtibus ſingularibus nulla reſultat diuerſitas factorum ſed omnes tendunt ad eundem finem.*

33 *Teſtes duo ſufficiunt vbi numerus teſtium definitus non eſt.*

quæ regula limitatur tribus modis.

34 *Productiones teſtium examinatione ſecuta, nedum intra vnam dilationem, ſed in tota cauſa non poſſunt fieri vltra tres, propter timorem ſubornationis.*

35 *Quarta productio per iudicem admittenda non eſt niſi ex cauſa & præſtito per producentem ſacramento Veritatis, quod non ſit percunctatus dicta teſtium per ſe vel alium.*

36 *Teſtes eidem an ſæpius examinari poßint in eadem vel diuerſa cauſa ſuper antiquis Capitulis.*

37 *Reprobare licet teſtes ſuper principali negocio productos, & reprobatorios iterum reprobare, vlteriori reprobationi non eſt locus.*

38 *Teſtes producendi ſunt coram iudice, & ab eo recipiendi, & compelli poſſunt vt accedant iudices ad deponendum exceptis quatuor qualitatibus perſonarum, quæ ſunt in loco iudicis.*

39 *Clericus coram iudice ſæculari inductus in teſtem iurat & deponit coram epiſcopo.*

40 *Remißio fit ſiue decernantur literæ remiſſoriales quando teſtes ſunt abſentes in locis remotis in Cauſis ciuilibus, non etiam in cauſis criminalibus.*

41 *Iudex cui committitur remiſſoria debet eſſe qualificatus iuxta C. ſtatutum de reſcript. in 6.*

42 *Non poteſt ſubdelegare notario receptionem iuramenti teſtium.*

43 *Plures iudices remiſſoriales intelliguntur dati in ſolidum.*

44 *In decernenda remiſſoria requiritur Cauſæ cognitio.*

45 *Remiſſoria quibus caſibus denegatur.*

46 *Caſus in quibus conceditur remiſſoria ſine retardatione proceſſus.*

47 *Datur cum retardatione proceſſus in Cauſis nullitatis profeßionis, matrimonialibus, ſpiritualibus prophanis in qualibet inſtantia.*

48 *In beneficialibus cauſis in tertia inſtantia datur. Ad probandum delictum remiſſoria denegatur.*

49 *Subornatio teſtium ſi timeatur, cum qua cautela decernatur remiſſoria.*

50 *De ſtylo ſemel datur, vnde ſi in prima inſtantia data fuerit, in ſecunda denegatur.*

51 *Limita in minore & eccleſia qui reſtituuntur aduerſus probationem omiſſam.*

52 *Poſt decretam remiſſoriam dantur quindecim dies ad illam expediendam.*

53 *Depoſitiones teſtium productorum in vim remiſſoriæ ante triginta vel quadraginta annos probant, quando producuntur ad effectum iurium abſque exhibitione proceſſus remiſſorialis.*

54 *Contrarietates in depoſitionibus plurium teſtium ſiue inducti ab vna parte, ſiue hinc inde ab actore & reo producti ſibi contradicere videantur, quomodo concilientur.*

55 *Non fit talis concordantia quando contrarietas eſt inter dictum partis producentis & teſtes productos.*

56 *Subornationis teſtium timor ex eo quod deponunt per eundem præmeditatum ſermonem cadit in duobus teſtibus, non tribus aut pluribus, & excluditur, ex qualitate rei ſuper qua deponunt.*

57 *Publicatio atteſtationum excludit probationem per teſtes.*

58 *Limita primo, de ſtylo Rotæ datur ſummarium teſtium, licet teſtes non ſint publicati quo non obſtante teſtes poſſunt produci.*

59 *Quando publicatio facta eſt in ſummario iudicio.*

60 *Aut in certis articulis & alijs pluribus caſibus hic annotatis.*

61 *Renunciatio facta teſtibus, concluſio in cauſa, quarta productio, excludunt probationem per teſtes.*

62 *Teſtes examinati & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem partes ac etiam contra ſingularem ſucceſſorem.*

SPECIES probationum præcipuæ ſunt teſtes, inſtrumenta, præſumptiones, & iuſiurandum, de qui-

Digitized by Google

de quibus tractat in ſequentibus titulis. Probatio quæ fit per teſtes eſt efficacior alijs, cum fiat viua voce, *c. cum Ioannes de fid. inſtr. cum ibi not.* teſtiumque officium eſt quaſi publicum; & ad id inuiti compelluntur, *c. 1. & 2. de teſt. cog. l. 1. ff. hoc tit.* ideo præmittit de teſtibus, & poſtea ſubnectit de alijs
1 ſpeciebus. Quilibet in † teſtem admittitur, niſi prohibeatur, eſt enim hoc edictum prohibitorium certarum perſonarum, *l. 1. in fine princ. l. 3. §. 1. l. idonei l. nullus l. ex eo ff. hoc tit.* aut excuſatorium certarum perſonarum, à dicendo teſtimonio: *l. 3. l. inutilis ff. hoc tit. d. l. 1. in fine prin. ff. eod. dicetur tit. ſeq. de teſt. cog.* Conſiderantur teſtes certis qualitatibus infraſcriptis verſibus comprehenſis. Cõditio *c. forus §. teſtes de verb. ſignif. c. quoniam liberi & auth. ibi poſita C. hoc tit. l. quoniam C. de hæret. c. ſi hæreticus 2. quæſt. 7.* (in monachis & alijs ſub obedientia conſtitutis productis in teſtes, tutius eſt adhibere licentiam eius, cui ſubſunt) *Rot. deciſ. 177. num. 12. part. 2. diuerſ. Bald. in l. quoniam §. liberi nu. 4. C. hoc tit. Franc. Aret. in c. cum nuncius num. xj. & ibi Fel. num. 3. de teſt.* Sexus, *d. §. teſtes & ibi gloſſ. in verb. non fœmina & Can. l. ex eo & ibi DD. ff. hoc tit.* Ætas, *l. inutil. 1. & 2. in fine & l. ſeq. ff. hoc t. c. teſtes 4. quæſt. 3.* (pupillus factus maior, teſtari poteſt de eo, quod vidit in pupillari ætate, *c. relatum & ibi gloſſ. fin. 37. diſt. l. 3. §. 1. verſ. lege iulia. & ibi gloſſ. in verb. impubes ff. hoc tit. Fel. in c. cum nobis, num. 9. & ſeqq. de præſcript.*) Diſcretio, *§. furioſus Inſtit. de inutil ſtipul.* Fama, *c. in literis hoc tit. l. quæſitum cum ll. ſeqq. ff. eod. d. §. teſtes in fine c. præterea §. huiuſmodi de teſt. cog. c. infames §. porro infamia 3. quæſt. 7.*

Et fortuna, *l. 3. in prin. ff. hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. egens c. ſi teſtes §. item teſtium fides 4. quæſt. 3.* Fides, *l. quoniam C. de hæret. c. iudæi hoc tit.* In teſtibus iſta requires.

His adde quaſdam regulas generales, quarum
2 prima eſt, quod in propria † cauſa quis non poteſt dicere teſtimonium, ſiue cauſa propria ſit principaliter, ſiue ſecundario, *l. nullus ff. hoc tit. l. omnibus C. eod. & ibi gl. fin.* ſiue ſit communis, *c. ſi teſtes §. item nullus & ibi gloſſ. in verb. in re ſua 4. quæſtion. 3.* ſiue agatur de eius laude, aut vituperio. *c. ſtatutum 2. quæſt. 6. Pan. in c. 1 num. 6. vt eccleſ. benef. ſine &c.* Excipe primo, quia teſtis deponens de facto proprio facit plus quam ſemiplenam probationem. *l. quæro verſ. fin ff. de ædil. edict. l. cum probatio ff. de prob. l. ſerui 1. reſp. ff. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 521. in fine part. 1.* Secundo excipe cauſas collegiorum, & vniuerſitatum, *c. 3. loco de prob. & ibi Can. c. ſuper & ibi gloſſ. 1. 14. quæſt. 2. Afflict. deciſ. 400. per totam.* & eccleſiarum, *c. cum nuncius c. inſuper hoc tit.* in quibus teſtimonium dicunt ſingulares de collegio, vniuerſitate, eccleſia, qui cauſam vniuerſitatis vel eccleſiæ non procurant, *d. c. inſuper hoc tit. l. fin. & ibi Alberi. ff. de teſtib.* quia nemo debet habere duplex officium in cauſa. *c. 1. & 2. 4. quæſt. 4. d. c. ſtatutum 2. quæſt. 6. & ibi gloſſ. in verb. vel cognitor gloſſ. 2. in c. ex literis de tranſact. & ibi Can.* Excipe tertio quia legatarij & fideicommiſſarij admittuntur in teſtes, non quando agitur de legato, vel fideicommiſſo, ſed cum quæritur cuius debeat eſſe hæreditas. *§. legatarius Inſtit. de teſtam. ordin.* Secunda eſt, de ſe confeſſus † non eſt 3
idoneus teſtis, ſuper crimine aliorum niſi in atrocioribus. *c. 1. de confeſſ. & ibi gloſſ. pen. ponit caſus exceptos l. fin. §. fin. & ibi gloſſ. fin ponit caſus exceptos C. de accuſ. & inſcript. c. neganda 1. 3. quæſt. xj. c. veniens hoc tit. c. 1. & ibi gloſſ. 1. & fin. eod. in 6. & Can.* Tertia, domeſtici † & familiares, non ſunt idonei te- 4
ſtes, & interrogari non debent: *c. in literis hoc tit. l. pen. ff. de teſtib. 14. quæſt. 2. in ſumma & ibi gloſſ. mag. quæ ponit regul. & fall. & Can.* dominus pro familiari & domeſtico poteſt teſtificari: *Fel in d. c. in literis num. 12.* domeſtici ſunt quibus imperari poteſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, & indiſtincte repelluntur. *l. 2. C. hoc tit. l. teſtis ff. eod. §. pater Inſtit. de teſtam. & ibi gloſſ. & DD.* familiares ſunt conſanguinei coloni aſcriptitij, mercenarij, liberti, & omnes habitantes in domo: *l. ædiles §. familia ff. de ædil. edict. 3. quæſt. 1. in ſumma d. c. in literis & ibi gloſſ.* ex quibus illi quibus imperari poteſt, omnino non admittuntur ad teſtimoniũ, alij vero admittuntur, ſed iudex ſecundum qualitatem familiaritatis arbitrabitur, quanta fides illis adhibenda ſit. *3. quæſt. 5. in ſumma & c. 1. & vtrobique gloſſ. & DD. Pan. in d. c. in literis num. 5. Rot. deciſ. 337. n. 1. part. 1. diuerſ. Caſ. deciſ. 4. n. 1. & deciſ. 13. nu. 1. & 2. hoc tit.* Quarta, laicus † contra cleri- 5
cum non poteſt dicere teſtimonium, quando de crimine agitur criminaliter; *c. de cætero hoc tit & ibi Can.* quia præſumitur ex odio teſtificari contra clericos, *c. laicos c. laici 2. quæſt. 7.* tum quia debet clericos reuereri tanquam patres: *c. omnes c. ſacerdotes et l. 1. 2. quæſt. 7.* ſecus ſi agatur de crimine ciuiliter, vel ad priuationem beneficij, vel iuris ad id, vel in eo quæſiti: *c. tam ex literis & ibi Can. hoc tit. poſt gl. in verb. fœminas.* Econtra † clericus 6

 non

Digitized by Google

non dicit teſtimonium contra laicos, quando de
crimine agitur criminaliter in foro ſæculari, *c. te-
ſtimonium xj. quæſt.1.* vt hinc inde in iudicijs ſerue-
7 tur æqualitas, † coram eccleſiaſtico iudice poteſt
teſtificari in cauſa criminali *c.1.6.quæſt.2.* in cauſa
ciuili tam coram iudice eccleſiaſtico, quam ſæcu-
lari: *c.ſuper in fine & c.quanquam 14.quæſt.2.* obten-
ta licentia ſui prælati, etiam inferioris ab epiſco-
po, *Franc. Marc. deciſ.568.circa finem part.2. Pan.in
c.1.in fin.de iuram.cal.* quod ſi de facto ſine licentia
deponat, valet teſtimonium, licet male fecerit,
ſiue ſit clericus, *gloſ. fin.in c.1.in fine de iuram.cal. &
Can.* ſiue monachus, *auth.de monachis § cogitandum
& ibi poſt gloſſ.in verbo teſtes DD.collat.1.Franc.Marc.
d.deciſ.568.ſub n.2.part.2.Guid Pap.deciſ.65.* Teſtis
8 non tenetur † reſpondere ad aliquid, per quod
ſua turpitudo detegatur, vt eſt crimen, infamia,
excommunicatio, vel ſimilia, etiamſi interroge-
tur de crimine, quod dicatur eſſe publicum, vel
manifeſtum, *c. cum cauſam el. 1. & ibi gloſſ.in verbo
de cauſis Imol.n.6.Felin.n.10.Pan.n.13.qui recenſet ſex
opiniones & Can. hoc tit. c. quærendum & ibi gloſſ.&
Can.2.quæſt.7. Bart.in l.ſi duo patroni §.item Iulianus
in fine ff. de iureiur.* ad alia ipſum inhabilitantia à
teſtimonio reſpondere tenetur, vt eſt paupertas,
conſanguinitas, ſeruilis conditio, inimicitia,
*Bald. in auth. ſi teſtis productus n. 6. hoc tit.& ibi DD.
Felin.in d.c.cum cauſam 1.num.10.* Illud notandum
eſt, quod ex ſola teſtificatione in contractu, qui
fit ſuper re teſtis, ſiue ſcienter ſiue ignoranter
non fit teſti præiudicium, *l. ſi pater C. de fideiuſſ.l.
Caius ff.de pign.act. & ibi Bart.nu.1.Butr.in c.ex lite-
ris num. 17. in fine de tranſact.* quia iniquum eſt,
damnoſum cuiquam eſſe officium ſuum, *l. ſed ſi
quis ff.quemadm.teſtam. aper.facit c.ſane dilecto & ibi
gloſſ.pen.de renunciat.* ſed teſtificatio vna cum præ-
ſtatione auctoritatis, vt ſubſtantiam capiat con-
tractus, teſti præiudicat, & cenſetur iuri ſuo re-
nunciare, *l. ſi fideiuſſor §.pater ſeq.ff.de pignor.c.ex
literis de tranſact. & ibi gloſſ. in verbo teſtis inſcriptus
& Can.* alij diſtinguunt, aut quis eſt præſens illi
actui quem contradicendo poteſt impedire, &
patientia habetur pro conſenſu, aut non poſſet
impedire, & tunc eſt ſecus, *gloſſ.in d.§. pater Seij in
verbo manifeſtum eſt gloſſ. fin. in d. l. Caius Seijus &c.
tu autem dices &c. approbata ibidem per Bart. & DD.
l.ſæpe §.1.ff.de re iud.*
9 Producens † teſtes non poteſt amplius repro-
bare productos ex cauſa vel defectu tunc exi-
ſtente, *l.ſi quis C.hoc tit. & ibi gloſſ. & DD.c.teſtes §.
pen.4.quæſt.3. Mynſing.obſ.3.cent. 4.* etiamſi eis vſus
non fuerit, *Felin. in c. præſentium numer.7.hoc tit.*
tam in eadem, quam alia cauſa, *d.l.ſi quis teſtibus
Rot.deciſ.140. part. 1. diuerſ.* niſi velit reprobare ex
delicto, tunc ſibi veriſimiliter incognito, *arg.c.
nulli de elect.in 6.* aut ex cauſa procedente à produ-
cente illos in alia cauſa, vt induxi patrem tuum
in teſtem, quæ erat inter me & Sempronium,
nunc in cauſa quæ eſt inter me & te, ſi vis produ-
cere eum pro te, potero eum tanquam ſuſpe-
ctum repellere, *Pan.in c.præſentium num.7.hoc tit.
& ibi Can.* vel ex cauſis poſtea emergentibus: *d.l.ſi
quis teſtibus d.c. nulli c. præterea de teſtib. cogn.* dicta
teſtium † poteſt producens impugnare, quia re- 10
ſpectu dictorum non potuit diuinare ſicut quis
appellat à ſententia illius, quem in iudicem im-
petrauit, *c.cauſam de re iud. l. ex conſenſu ff.de appell.*
Is contra quem teſtes † producuntur, poterit eos 11
& eorum dicta reprobare niſi aliquo modo eos
approbauerit, vt ſi petijt eos inductos, ſuper per-
emptoria exceptione, cogi ad iurandum & de-
ponendum ſuper tota cauſa, *c.de teſtibus & ibi Pan.
num.4.hoc tit.Mynſing.obſ.3. cent. 4.* Exceptio con-
tra perſonas teſtium † nec eſt dilatoria neque 12
peremptoria, *c.præſentium & ibi Pan. num.1. &
Can. hoc tit.* obijcienda eſt dum producuntur,
quæ ſtatim à iudice eſt admittenda, antequam
dictum ſiue depoſitionem teſtis recipias, alias eſt
iuſta cauſa appellandi, *c.ex parte hoc tit.* ſed eſt ar-
bitrarium iudici recipere probationem excep-
tionis ſtatim, vel differre in tempus publicatio-
nis: *d.c.ex parte & ibi Anchar.num.6. & 12.Pan.n.8.
Fel.num.12 qui ponunt aliquot fallent.gloſſ.1.in c.cum
cauſam ponens duas fall. hoc tit.* hinc inoleuit mos in
Rota quando fit inſtantia vt admittantur in te-
ſtes, qui patiuntur exceptiones, quod admittan-
tur & ponantur ad partem, quia poſſunt poſtea
pro nihilo haberi, & nullum fit ei contra quem
producuntur præiudicium, *Mohed. deciſ. 2. in fine
hoc tit.* Sufficit obijcere teſti † crimina in genere, 13
*c.præſentium & ibi gloſſ. 1. hoc tit. Anch. in c. præſen-
tium eod.in 6.* niſi lex aut canon mandaret obie-
ctus exprimi, cum adiectione verborum multi-
plicantium, omnia & ſingula, ob quæ requiritur
ſpecificatio indiuidua cum omnibus ſuis quali-
tatibus & circumſtantijs: *gloſſ.not.in c.vt circa ſuper
verbo omnia & ſingula de elect. in 6. & ibi Franc. &
DD.* alias ſpecificatio fit poſt exceptiones propo-
ſitas an-

Digitized by Google

ſitas ante receptionem teſtium, in articulis ſuper eis formandis tempore probationis, *Franc. in d. c. præſentium §. teſtes hoc tit. in 6. numer. 7. & ſeq. Anch. num. 3. Ioan. Andr. nu. 17. & Can. communiter facit*
14 *deciſ. Rota 1. de ſent. excom. in nou.* Poſt † publicatas atteſtationes non eſt licitum alicui opponere in perſonas teſtium; niſi iuramento affirmauerit, quod hoc ex malitia non procedit; aut forſan ante publicationem id fuerit proteſtatus, vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obijcit in perſonas. *d. c. præſentium & ibi Fel. num. 1. ponit aliquot fall.* Nullo modo creditur te-
15 ſtibus in fauorem † eius, qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt, quia à proteſtante videntur aſſeri dicta teſtium ratione inhabilitatis perſonæ non vera, tum ne teſtes ipſi forte timore impugnationis mentiantur, *d. c. præſentium in fine & ibi gloſſ. fin. Felin. nu. 14. qui ponit tres fall. Pan. num. 12. & Can. communiter.* licet ſecus ſit, quando contra teſtes non opponit crimen, ſed tantum quod erant per partem informati, *Bald. in l. fin ſub nu. 14. ff. de ferijs Mynſing. obſ. 75. cent. 3.* & per huiuſmodi impugnationem teſtes à Iudice non fuerunt reiecti, ita quod impugnatio non habuerit effectum, *Achil. deciſ. 2. de teſtib. Felin. in c. capitulum ſub nu. 10. verſ. 6. limita & ſeq. & n. 13 de reſcript.* poteſt autem iudex ex officio ſe fundare in depoſitionibus teſtium impugnatorum tam ſuper connexis, quam diuiſis capitulis, *pulchre Franc. Aretin. in d c. præſentium n. 24. verſ. propterea Innoc. Rot. deciſ. 79. num. 3. part. 1. diuerſ.* ſicut iudex ex officio ſe fundat in inſtrumento per partem impugnato. *l. poſt legatum & ibi Bart. numer. 8. ff. de his quib. vt indignis. &c.*
16 Multa requiruntur † vt legitima ſit teſtificatio primo, teſtes non debent recipi ante litis conteſtationem niſi in caſibus exceptis, *ſup. tit. vt lit. non*
17 *conteſt. &c.* Secundo, vt † ſe non ingerant & ſponte teſtimonium dicant, *l. qua omnia §. 1. & ibi glo. in verb. ſuſpectus Bart. nu. 2. & DD. communiter de procurat. l. poſt legatum §. his vero & ibi Bart. diſtinguit ff. de his quib. vt indign. &c. Mynſ. obſ. 3. cent. 4.* citatio neceſſaria non eſt, quando fuerunt producti ex oblatione aduerſarij de ſtando ſuis dictis; ſed tenentur iurare, *Caſ. deciſ. 13. numer. 5. hoc titul. Iaſ. in l. apertiſſimi nu. 24. C. de iud.* aut quando teſtes non citati iurarunt in præſentia ambarum partium, *Rot. deciſ. 22. hoc tit. in nou. arg. not. per Archid. in c.*
18 *propoſuiſti nu. 482. diſt.* Tertio, vt † iurent, *c. nuper c. tuis hoc tit. Gail. obſ. 101. libro 1. Mynſ. obſ. 3. cent. 2. & obſ. 80. cent. 3. & obſ. 77 cent 4.* etiam illi qui iterato examinantur. *gloſſ. in l. fin. in verbo iterum: & ibi Bald. n. 10. & 11. limitat. & Doct. communiter C. de teſtib.* tactis ſacroſanctis euangelijs, *aut iuriſiurandi C. hoc tit. c. hortamur 3. quæſt. 9.* Epiſcopi & ſacerdotes iurant propoſitis, non tamen tactis euangelijs, *c. fin. de iurament. calumn. auth. ſed iudex C. de Epiſcop. & Cleric.* cæteri clerici, ac etiam religioſi tactis ſcripturis, *c. nuper hoc tit. Pan. in c. 1. n 21. de iuram. Cal. Franciſc. Marc. deciſ. 568. numer. 3 part. 2.* quod iuramentum teſtes præſtare poſſunt per procuratorem: *Roman. ſing. 8. atteſtans ſic deciſum à Rota & reſpondet c. licet §. teſtes in verbo proprio iuramento hoc tit.* forma iuramenti traditur in gloſſ. fin. in c. fraternitatis hoc tit. iuramentum teſtis non probatur per verba enunciatiua notarij (teſtis iuratus) quia, vti dictum eſt, teſtis debet iurare tactis ſacroſanctis euangelijs, *c. vt circa §. 1. coram perſonis & ibi glo. in verbo corporali & in verbo præſtito Archid. & Can. de elect. in 6. Lanf. de Orians in repet. c. quoniam contra num. 254. & ſeqq. de prob. Bald. in repet. l. 2. n. 74. de iureiur. c. hortamur 3. quæſt. 9. Caputaq. deciſ. 123. part. 2. Gregor. xv. deciſ. 39. n. 3. & ibi annot. ponit 5. limit.* Quarto, quod † vtraq; 19
pars ſit præſens, vel altera ſpecialiter, & in indiuiduo citata ad videndum iurare teſtes, contumaciter abſens, in productione & iuramento teſtium, *c. 2. hoc tit. l. ſi quando C. eod. Rot. deciſ. 15. hoc tit. in nou. Caputaq. deciſ. 274. num. 3. part. 3. Greg. xv. deciſ. 268. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 58. in princ.* etiam quando, ſciente parte, eſt datus terminus alteri parti ad producendum teſtes, *Felin. in c. 2. nu. 28. & ſeqq. hoc tit.* Producti & iurati, parte non citata, non probant contra, aut pro non citato, quia eorum receptio eſt ipſo iure nulla: *d. c. in nomine & ibi late Felin. Vital. in Clem. 2. n. 41. & ſeqq. & Achil. deciſ. 1. hoc tit. Gail. obſ. 102. lib. 1. in princ. & ibi limitat 2. mod.* citatio ad videndum iurare teſtes deſeruit pro toto termino, etiam prorogato; ſed ſecus eſt, quando terminus expirauit, & poſtea nouus conceditur, *Gregor. xv. deciſ. 429 ſub num. 5. & deciſ. 453. nu. 2. & 3.* Quinto, quod † ſigillatim 20
ſecrete, *c. venerabili gloſſ. in c. 2. in verbo audire hoc tit. l. nullum C. eod. c. inquiſitionis §. 1. de accuſ. gl. in c. in primis in verbo ſi eo præſente 2. quæſt. 1.* & viua voce depouant, non in ſcripto, *c. teſtes & ibi gloſſ. in verb. quæ nouerint 3. quæſt. 9. c. à nobis qui mat. accuſ. &c. l. 3. §. idemq; & §. idem diuus ff. hoc tit. c. tua nos verſ. ſi vero publicum de cohab. Cleric. & mulier.* Sexto,

21 quod teſtificentur † de auditu & viſu proprio, non alieno: *l. teſtium C. hoc tit. & ibi glo. in verbo preſto & DD. communiter d. c teſtes §. de hu & ibi gl. 3. quæſt. 9. c. 2. de conſuetud.* officium teſtis eſt proprie dicere veritatem, de his quæ percipit quinq; ſenſibus corporis, ita vt neceſſario concludat, *d. c. teſtes 3. quæſt. 9. & ibi gloſſ. in verbo qua nouerunt &c. & ibi Can. Iaſ. in l. non hoc nu. 14. & 15. C. vnde legit. qui ponit. 10. fall. Innoc. in c. cum cauſam numer. 3. hoc tit.* & deponere de his quæ ſunt facti, non iuris, *l. qui teſtamento 2. § fin. ff. de teſtam l. 1. in princ. ff. de his quæ in teſt. a. dol.* alias enim eſſet magis iudicare quam
22 teſtificari: Non interrogatus † cauſam ſui dicti reddere non tenetur, *l. ſolam & ibi gloſſ. C. hoc tit. d. c. cum cauſam & ibi gloſſ. in verbo de cauſis & Felin. nu. 2. qui ponit limit.* quia non debet eſſe verboſus, niſi deponeret ſuper his, quæ cadunt ſub iudicio intellectus; exemplum, teſtis dicit, quod Titius eſt dominus talis fundi, niſi reddat rationem, nihil probat, debet ergo dicere quia vidi quod ipſe emit, vel vidi eum poſſidere à tempore dictæ emptionis per decem annos, &c. *Innoc. in d. c. cum cauſam ſub num. 3. Fel. ſub numer. 3. verſ. fallit ſecundo & ibi Can. Bart. in d. l. ſolam & ibi DD. Bald. in l. cum hi §. nihil autem ſub num. 1. & 2. ff. de tranſact. Put. dec. 275. lib. 1 Bald. conſ. 286. num. 3. lib. 2.* Aut teſtificetur negatiuam, quia oportet quod aſſignet cauſam non interrogatus, exemplum, teſtis deponit quod Titius non vulnerauit Seium, non ſufficit hoc ſimpliciter dicere, ſed debet reddere rationem hoc modo, quia interfui, eo loco & tempore, quo dicitur percuſſiſſe, & non vidi eum percutere, nec potuiſſet percutere quin vidiſſem, *gl. in l. 1. in verb. an non in fin. ff. de itin. actuq; priuat. Bald. in d. l. cum hi §. nihil autem ſub num. 2.* Interrogatus de cauſa nullam rationem aſſignans ſui dicti, aut inutilem, nedum ſimplicē probationem facit, ſed etiam nullam præſumptionem inducit: *c. cum cauſam & ibi gl. in verb. de cauſis & Pan. nu. 6. & Can. hoc tit.* Quando teſtis deponit de ſua præſentia, videtur deponere de ſcientia & ſenſu, qui in tali actu requiritur, licet non ſpecificet de ipſis; *l. teſtium C. de teſtib. l. idem proferre §. coram ff. de arbit.* ſecus ſi deponat de præſentia tertij, *l. 1. §. tutor ſi inuitus & ibi Bart. in princ. ff. de auct. tut. l. coram ff. de verb. ſignif. d. l. diem proferre § coram Salic. in l. teſtium ſub num. 6. & 7. C. hoc tit. & ibi DD.* Septimo
23 quod contraria † non proferant, *c. licet cauſam de probat. l. qui falſ. ff. hoc tit. Mynſ. obſ. 86. cent. 2.* Dictum enim teſtis non reducitur ad concordiam de ſeipſo ad ſeipſum, *c. in noſtra & ibi gl. 1. in princ. hoc tit. c. cum tu eod. & ibi Can.* nec cum dicto partis producentis, *Bart. in d. l. 2. §. creditum numer. 8. ff. ſi cert. pet. Felin. in c. cum tu num. 1. 2. & 3. & 9. hoc tit. Bart. in l. eos numer. 7. ff. de falſ. Anch. in c. cum expediat in princ. de elect.* & ſi ex interuallo in diuerſis Iudicijs deponat contrarium, ſtatur primo dicto, non vltimo, *c. preterea in fine de teſt. cog. Rot. deciſ. 19 hoc tit. in nou. Clar. pract. crimin. quæſt. 53. Mynſ. d. obſ. 86. cent. 2. plures cumulans,* aut vacillent, quia dictum teſtis dubium, contra eum qui produxit, eſt interpretandum, *c. in præſentia & ibi gl. mag. & Can. hoc tit.* niſi recipiat declarationem ab articulis, *§. preterea inutilis in fine Inſt. de inutil. ſtipul. Rot. deciſ. 311. num. 6. part. 2. diuerſ.* Ex inſtrumentis productis, *Creſc. deciſ. 2. de iud. c. cum Ioan. §. adhæc autem & ibi Pan. num. 6. & Can. de fid. Inſtrum.* dictis ſuis præmiſſis, *Fel. in c. cum tu num. 3. vbi adducit plura exempla hoc tit. Bart. in l. labeo numer. 8. ff. de ſuppl. leg. Rot. diuerſ. deciſ. 241. num. 9. & 10. part. 2.* Confeſſione partis aduerſæ, *Pan. in cap. cum Ioannes numero ſeptimo, de fid. Inſtrum.*

Octauo quod nihil † taceant de contingenti 24
bus ſuper quibus interrogantur, vt exprimant quod facit pro aliquo, & quæ contra eum eſſent, taceant, *c. cum dilecti de accuſ. Bal. in l. 2. num. 4. & ibi Dec. numer. 43. & DD. communiter C. de edendo.*
Nono quod exprimant † perſonas à quibus & 25
contra quos inducuntur quæ debent eſſe notæ teſtibus, *c. cum cauſam & ibi glo. in ver. de cauſis verſ. præterea teſtes Butr. nu. 21. Pan. num. 16. latius diſtinguit & Can. communiter hoc tit. l. 3. §. 1. & ibi gloſſ. in verb. quanta fides Bart. num. 3. Bal. & DD. ff. de teſtib.* locum, tempus, & modum rei. Vnde verſus, Auditus, viſus, perſona, ſcientia, cauſa, Fama, locus, tempus, ac certum, credulitasque, Dum teſtes recipit, iudex hæc cuncta notabit: *c. cum cauſam & ibi gloſſ. in verb. tempore Pan. num. 10. & Can. hoc tit.*
Super quibus † in cauſa ciuili ac criminali poſſunt 26
dari interrogatoria teſtibus, ab eo, contra quem producuntur, quæ iudex non debet oſtendere parti aduerſæ, *c. inprimis §. quia igitur & ibi gloſſ. in verb. ſi eo præſente 2. quæſt. 1. Rom. ſing. 266. & ibi addit. Gail. obſeru. 95. lib. 1.* Quædam interrogationes ſunt ſubſtantiales, de eo quod eſt ſubſtantialiter probandum, ſiue per modum dicti, ſiue cauſæ ſcientiæ, Quædam cohærentiales, quæ cōſiſtunt in tribus, in loco, & tempore, & conteſtib. Quædam ad

Digitized by Google

dam ad cautelam, quæ tantum fiunt ſuſpectis te-
ſtibus, puta de veſtibus, aere, & quod teſtis erat
ibi, & ſimilibus inſidiationibus: *l. teſtium & ibi gl.*
in verb. preſto Bald. num. 16. & ſeqq. C. hoc tit. d. c. cum
cauſam & ibi gl. in verb. tempore c. iudicantem 30. qu.
5. c. graue 35. quæſt. 9. c. occidit. & ibi gloſ. fin. 23. q 8.
ſi pars produxit interrogatoria, & iudex omittit
interrogare teſtes ſuper illa, per hoc non inuali-
datur examen, ſed remanet facultas parti, vt po-
ſtulet repeti teſtes ad interrogatoria etiam poſt
publicationem examinis, *Innoc. in c. per tuas & c.*
cum cauſam & ibi Fel. de teſtib. Mynſing. obſ. 32. cent. 1.
Greg. xv. deciſ. 331. num. 17. & ibi annot. & ſecundo
loco repetiti, poterunt ſe referre ad primum exa-
men, vel petere ſibi exhiberi teſtificationes prio-
res, *Bart. in l. eos num. 6. & 7. ff. ad l. Corn. de falſ. &*
ibi DD. Alex. in l. legata inutiliter num. 7. & ibi DD.
ff. de leg. 1. Greg. xv. deciſ. 331. num. 15. & ibi annot Bal.
in l. fin. num. 12. C. hoc tit. Mynſ. obſ. 64. cent. 3. Sty-
lus adhibendi interpretem ſolum viget in Curia
Romana, & ſine eo examen factum eſt validum,
Scacc. de iud. lib. 2. cap. 8. num. 925. Greg. xv. deciſ 331.
& ibi annot. num. 23. ac in Camera Imperiali quan-
do Commiſſarius datus ad examinandum teſtes
alicuius teſtis idioma neſciat, *Mynſ. obſ. 45. cent. 5.*
Nullitates examinis teſtium ſanantur per com-
miſſionem arbitrio Rotæ, quando teſtes fuerunt
examinati iuxta data interrogatoria. *Put. dec. 300*
lib. 3. Caputaq. deciſ. 149. part. 1. Creſc. deciſ. vnic. de
ferijs & deciſ. 4. de teſt. Greg. xv. deciſ. 331. num. 15. &
ibi annot. ampliat 2. mod. item quando teſtes non
fuerunt examinati iuxta interrogatoria & prin-
cipale fundamentum cauſæ, non eſt in depoſi-
tionibus horum teſtium, ſed in ſcripturis, aut te-
ſtium depoſitiones recipiũt aliunde robur, *Gabr.*
conſ. 118. num. 77. & ſeqq. vol. 2. Greg. xv. deciſ. 366.
27 *num 3. & ſeq.* Decimo quod † ſolum teſtificentur
ſuper iuratis, & non ſuper alijs: *l. ſi quis libertatem*
§. fin. ff. de petit. hered. l. ſi duo §. item in fine ff. de iure-
iur. l. fin. & ibi gloſ. fin. C. qui legit. perſ. ſtandi, &c.
Inducti ſuper dilatoria non poſſunt ſuper princi-
pali teſtimonium perhibere, nec ad id cogi poſ-
ſunt; quando exceptio dilatoria propoſita eſt an-
te litem conteſtatam, inducti ſuper exceptione
peremptoria, aduerſa parte petente ſuper toto
negocio iurare, & veritatem perhibere compel-
luntur, *c. de teſtib. iuncta gloſ. hoc tit.* Vndecimo vt
28 fiat † atteſtationum publicatio per pronuncia-
tionem iudicis, *l. geſta & ibi Bart. nu. 3. C. de re iud.*
Gail. obſ. 105. lib. 1. Sed ſententia definitiua ob in-
intermiſſam publicationem atteſtationum non
eſt ipſo iure nulla cum ea ſit de Iuſtitia & non de
ſubſtantia ordinis iudiciarij, *c. cum I & A. de re iud.*
& ibi Can. Pan. in l. prolatam num. 5. C de ſentent. &
interlocut. &c. Mynſ. obſ. 52. cent. 4. Teſtes debent
concordare † in his, quæ ſequenti verſiculo con- 29
tinentur: *Res perſona gradus, locus hæc ſunt conſona,*
tempus: alias non ſunt conteſtes, ſed ſingulares, *c.*
bona el 1. c. cum dilectus de cleſt. c. cum dilectus in fine de
accuſ. c. licet cauſam de prob. & ibi non eſt numerus
teſtium, ſed ſuper eo quod deponunt, quilibet eſt
vnus ſolus, & tantum probant mille, quantum v-
nus, *c. tam litteris & ibi gloſ. in verb. ſoli, hoc tit. c. ni-*
hilominus 3. quæſt. 9. & ibi glo. fin. c. de parentela 2. 35.
quæſt. 6. Bald. in l. iuriſiurandi nu. 9. C. hoc tit. Sin-
gularitas † eſt triplex, obſtatiua, quando ponitur 30
de vno actu tantum, in quo teſtes variant circa
locum, vt in teſtibus Suſannæ, aut tempus, vel a-
lias qualitates, quæ inducunt alterationem ſub-
iecti, & nihil probant. *l. ob carmen §. fin. & ibi glo*
& DD. ff. hoc tit. Bald. in d. l. quibus num. 119. & ſeqq.
ponit exempla in ſingulis prædicamentis Ariſtotelis ff. de
legib. &c. Diuerſificatiua, † quæ conſideratur in 31
actu reiterabili, & in ea neceſſario inducitur di-
uerſitas factorum, vt actor proponit mutuum
decem ſcutorum, vnus teſtis deponit, quod vidit
numerari decem in platea Barionis, alter in vico
Mineruæ vel vnus dicit quod vidit numerari de-
cem de menſe Maij, alter de menſe Augusti: iſti
teſtes ſunt ſingulares in loco & tempore, non ta-
men contrarij; quia agitur de mutuo reiterabili,
& minus probant mille quam vnus, & ſe elidunt:
quia quod mutuum ex illis, de quibus teſtes de-
ponunt, ſit in iudicium deductum, iudex igno-
rat, *c. teſtes verſ. fin. c. nihilominus & ibi gloſ. fin. 3. q. 9*
Salic. in l. teſtium in 8. quæſt. C. hoc titul. & alijs ſupra
allegatis Fel. in c. cum tu ſub numer. xj. de teſt. & Can.
Greg. xv. deciſ. 390. num. 3. & 4. Specul. de teſte §. 6.
iam de interrogatorijs num. 16. Cumulatiua † ſiue 32
adminiculatiua eſt, quando ex ſingularibus teſti-
bus nulla reſultat diuerſitas factorum, ſed omnes
tendunt ad eundem rei finem, licet per diuerſa
media, vt quando agitur ad probandam poſſeſ-
ſionem, & vnus teſtis dicit, quod vidit arari, alter
quod vidit ſeminari, alius quod vidit meſſes col-
ligi, alius arbores putari; iſti teſtes licet ſint ſingu-
lares in actibus poſſeſſionum, tamen poſſeſſio-
nem probant: *Bald. in rub. de controu. inueſt. num. 2.*

& in

Digitized by Google

& in d.l.de quibus numer. 123. ff. de legib. Salic. in l.te-
ſtium in 9.quæſt. C. hoc tit. Crauet. pulchre conſ. 267.
num. 3. Myn̄ſ.obſ. 20. cent. 2. vel quando agitur de
probando aliquid in genere: Bald. in l. actor C. de
probat. numer. 17. & in l. vnic. C. qui num. tut. Dec.
conſ.650.num.xj.Corn.conſ.91.num.13 vol.1. Mynſ.
obſ.76.cent.3. in dubio teſtes præſumuntur con-
teſtes, & ſingularitas non præſumitur niſi probe-
tur, Rot. deciſ.196. num.1. & deciſ.191. num.4. part.
1 diuerſ. Iaſ.in l. 2. ſub numer. 14. verſ.ex hac deciſ.&
num. 205. ſeqq. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. plures
citans pulchre Crauett.conſ.78.num.9.Greg.xv.deciſ.
33 390.numer.9.& ſeq. Teſtes duo † ſufficiunt, vbi
numerus teſtium definitus non eſt, l. vbi numerus
ff. hoc tit. Limita 1. quia ſtatur vnico teſti in qua-
cunque materia, quando cum dicto vnius teſtis
concurrunt coniecturæ, & præſumptiones, ex
circumſtantijs facti, Ioan. Andr. in c. fin. numer. 4. de
ſucceſſ. ab inteſt. dictum eſt ſupra tit. de probat. ſecun-
do quando ex negotij ſeu criminis natura non
poteſt haberi legitima probatio, admittitur pro-
batio minus legitima, & alias inſufficiens, c. præ-
terea hoc tit. c. cum dilectus & ibi gloſ. in verb. & ſi tres
de elect. & Can. c fin. & ibi Pan. in 2. not. de teſtib. cog.
Mynſ. obſ. 16. cent. 3. Fallit tertio quando vtraque
pars in vnum teſtem conſentit, Pan. in c. licet in fin.
hoc tit. Mynſ. obſ. 26. cent. 5. Diximus ſupra titulo
de dilationibus, tam in cauſis ciuilibus, quam ec-
cleſiaſticis vnam dare dilationem probatoriam,
& ſecundam ex cauſa impedimenti in prima; l. o-
ratione l. fin. ff. de ferijs c. 2. de dilat. & ibi gl. fin. & Can.
pulchre Gail. obſ. 91. num 4. & num. 5. & ſeqq. libr. 1.
Mynſ. obſ. 71. cent. 1. nunquam conceditur primæ
dilationis prorogatio, quia supereſt ſecunda, ter-
tia, imo quarta, quando de iuſto impedimento
conſtat; quia dilationes ſunt amputandæ, l. 2. in
princ. C. de temp. appell. gloſſ. 1. in l. fin. ff. de ferijs Gail.
obſ. 91. num. 2. & num. 16. limitat lib. 1. Productio-
34 nes † teſtium cum effectu, & ſecuto examine, ne-
dum intra vnam dilationem, ſed etiam in tota
cauſa, non poſſunt fieri vltra tres; quia ex iterata
toties productione, & ſubſecuta teſtium exami-
natione, eſt præſumptio, quod producens fuerit
percunctatus dicta teſtium, & quia forte illi non
probabant, eſt inductus ad aliorum productio-
35 nem, illos prius ſubornando; ideo quarta † pro-
ductio per iudicem admittenda non eſt, niſi ex
cauſa, quia primitus illos teſtes producere non
potuit, c. vltra in fine & Innoc. in cap. in cauſis hoc tit.
Bart. in auth. at qui ſemel num. 10. C. de probat. & niſi
Sacramento non calumniæ ſed veritatis, d. c. vltra
& ibi gloſſ. 2. hoc tit. prius à producente præſtito,
dictæ præſumptionis purgatiuo, quod neq; ſub-
traxerit, neque percunctatus eſt ipſe teſtificatio-
nes, vel aliquis aduocatorum eius, nec alius pro
eo agens, nec per dolum, nec per machinatio-
nem, vel artem, quartam productionem teſtium
petat fieri: d. c. vltra & ibi gloſſ. & DD d. c. in cauſis &
ibi Pan. num. 1. Fel. num. 2. hoc tit. d. auth. at qui ſemel
& ibi Bart. num. 8. C. de prob. Gail. obſ. 91. num. 2. in
fine & num. 3. & ſeqq. vbi limitat 4. modu & per tot.
lib. 1. & ſi iſtis concurrentibus denegetur quarta
teſtium productio, ceſſante effrænata multitudi-
ne, appellatio propter hoc emiſſa tenet: c. ſignifica-
uerunt hoc tit. Prorogatio quartæ dilationis cũ ea-
dem ſolemnitate iuris conceditur, Caſtr. in l. ora-
tione num. 3. ff. de fer. Alex. in l. fin. num. 23. ff. de ferijs
Gail. obſ. 91. num. 16. & ſeqq. libr. 1. Mynſ. obſ. 72. &
ſeq ponit vnam limit. ac requiritur ſpeciale man-
datum non ſolum ad petendam quartam dila-
tionem, ſeu eius prorogationem, ſed etiam ad iu-
randum: Gail. d. obſ. 91. Mynſ. obſ. 70. cent. 1. ſi teſtes
ſunt producti, & non examinati, ceſſat ratio di-
ctorum iurium; etenim non eſt timor, ne quis di-
dicerit teſtificata, quando depoſitiones non ſunt
receptæ: ſi intra vnam dilationem, producit quis
primo aliquos teſtes, qui ſunt examinati, 2. & 3.
alios ſecuta examinatione, non admittitur quar-
ta productio, propter timorem ſubornationis:
idem obtinet ſi hoc fecerit inter plures dilatio-
nes, quia ſecunda dilatio fuit data ex cauſa, 3. Si-
militer ex cauſa, non enim attenditur pluralitas
dilationum, vt vult gloſſ. in c. in cauſis hoc tit.
Sed pluralitas productionum examinatione
ſecuta; tunc enim ſubeſt timor ſubornationis,
Pulchre Pan. in d. c. in cauſis num. 1. Atteſtationes re-
ceptæ in 4. productione data ſine dicta ſolemni-
tate, ſi non fuit contradictum, & appellatum va-
lent; videtur enim ab illo termino excluſiuo re-
ceſſum, ſicut etiam valet teſtium receptio poſt
concluſionem in cauſa, ſi non fuerit contradi-
ctum, Pan. in d. c. in cauſis n. 3. in fin. Felin. nu. 4. & 5.
& Can. communiter Rot. deciſ. 1. & 2. hoc titul. in nou.
Iidem vero teſtes ſæpius † induci poſſunt in ea- 36
dem cauſa ante aperturam atteſtationum ac et-
iam ſuper antiquis capitulis, quando prima rece-
ptio & examinatio ex aliquo defectu eſt nulla &
pars aduerſa eorum depoſitiones ratas habere
noluerit,

Digitized by Google

noluerit, *c. conſtitutis 2. c. cum cauſam & ibi glo. fin. & Can. hoc tit.* ſed quando teſtes coram Iudice ordinario examinati fuerunt ſolemniter, iterato produci non poſſunt in eadem cauſa ſuper eiſdem antiquis capitulis inter eaſdem perſonas etiam ante aperturam, *l. produci & ibi poſt gloſſ. Bart ff. hoc tit. l. fin. ibi & non opponi eis quod iam teſtimoniū ſuum dederint gloſſ. & DD. C. hoc tit. c. conſtitutis el. 2. & ibi poſt glo fin. Panor. nu. 2. & Can. hoc tit Gregor. xv. deciſ. 497. num. 5.* quia fidem faciunt in alio iudicio inter eaſdem perſonas abſque eo quod reexaminentur, *Iaſ. in l. properandum §. fin. n. 9. C. de iud. & ibi Alex. & DD. communiter reprobata glo. ibidem in verbo vigorem affirmante quod in teſtibus examinatis ab ordinario iudice diſtinctio l. fin. C. hoc tit. & c. præſentata hoc tit. locum obtineat.* & ſi non fuerint publicati poteſt peti à Iudice alterius inſtantiæ circa eandem cauſam vt illa dicta publicet, *Bart. in l. x. num. 5. ff. iudicatum ſolui & ibi DD.* In alia vero inſtantia diuerſa vel ratione cauſæ, rei aut perſonæ aut quæ tendat ad diuerſum finem ita quod non obſtet exceptio rei iudicatę ſuper eiſdem antiquis Capitulis poſſunt examinari ét poſt aperturam, *Bart. in auth. at qui ſemel numer. 130. & ſeqq. C. de probat. per l. quæritur & ll. ſeqq. ff. de except. rei iud. Bart. in l. 2. §. 1. nu. 6. ff. vi bo: rapt. c. veniens & ibi gloſſ. in verb. vtraque pars hoc tit. c. cum in tua eod. tit. & ibi gloß. in verb. ob aliud & Can.* In cauſa appellationis ſeruandum eſt, *c. fraternitatis hoc tit. de quo infra dicam in fine §.* Eadem ratione teſtes ſu-

37 per principali † negotio productos reprobare licet, & reprobatorios iterum reprobare, vlteriori reprobationi non eſt locus; *c. licet dilectus hoc tit. c. præſentium eod. in 6. c. licet cauſam de prob.* id eſt quælibet partium habet vnam probatoriam in principali; & duas reprobatorias: vt ſi vtraque pars produxit teſtes, ſuper principali, poterit vtraque pars, ſi vult, reprobare teſtes contra ſe inductos, & hęc eſt ſecunda productio teſtium, item poteſt vtraque pars reprobare teſtes, illos ſecundo loco inductos, quæ erat tertia productio ad reprobationem teſtium ſecundo loco inductorum: ad 4. reprobationem aſpirare non licet propter infinitatem euitandam, & quia odia ſunt reſtringenda: *gloſſ. in d. c. licet dilectus & ibi Pan. & Can.* vterque enim tam actor, quam reus duas tantum debent habere reprobationes, quando vterque produxit teſtes ſuper principali negotio, tam circa perſonas teſtium, quam dicta eorum, *Pan. in d. c. licet dilectus num. 7. & Can. communiter Franc. in d. c. præſentium §. fin. in fine & ibi Gemin. num. 6.* Ad reprobandas perſonas teſtium iudex poteſt præfigere terminum ante aperturam teſtium, & poſt aperturam ſiue publicationem teſtium: *c. præſentium hoc tit. d. c. præſentium §. fin. & ibi Gemin. numer. 5. Franc. num. 4. hoc tit. in 6.* ad reprobandum dicta teſtium non poteſt ſtatuere terminum poſt publicationem atteſtationum, *Clem. 2. & c. fraternitatis hoc tit.* niſi quando pars aduerſa non potuit ante publicationem atteſtationum inſtrui ſuper directa vel indirecta probatione contraria, quia articuli aduerſarij erant imperfecte ſpecificati: *c. ſeries & ibi Pan. in 9. lect. c. ex tenore & ibi Fel. num 4 c. cum in tua & ibi gloß. fin. hoc tit.* Quod ſi pars quæ non potuit inſtrui obtinuit facultatē producendi teſtes; poteſt alia pars producere reprobatorios iſtorum reprobatoriorum, *d. c. ex tenore & ibi gloſſ. mar. ad gloſſ. fin. & Fel. ſub num. 4. verſ. nota gloſſ. ſing. approbatam Bald. in c. licet 2. in fin. hoc tit.* Si ſolus actor produxit teſtes in principali, etiam ſeruatur æqualitas reſpectu facultatis reprobandi, quia quælibet pars habet vnam tantum reprobatoriam: idem obtinet in reo, quando ipſe ſolus produxit teſtes ſuper ſua exceptione, actor enim habebit ſolum vnam productionem reprobatoriorum, & reus habebit duas productiones nempe probatoriorum, & reprobatoriorum, *gloſſ. fin. in d. c. licet dilectus & ibi Pan. num. 1. Fel. ponens duas fallentias & Can. communiter d. c. præſentium hoc tit: in 6. & ibi Can.* Teſtes producendi † ſunt coram 38
iudice, & ab eo recipiendi, & compelli poſſunt, vt accedant iudicem ad deponēdum, *c. hortamur 3. quæſt. 9. l. 3. §. 1. ff. hoc tit. c. ſi qui teſtium & ibi Pan. num. 1. eod. d. c. præſentium §. ſi vero & ibi Franc. Gemin. & Can. eod. in 6.* etiam in cauſa ciuili, *l. iurent & ibi gloſſ. ff. hoc tit. Fel. in c. cum cauſam num. 26. vbi ponit 3. fall. hoc tit.* expenſis producentis, *Ioan. And. in c. 2. ſub num. 2. in verb. præſentetis de teſt. cog. cap. ſi teſtes circa finem §. item liberi teſtes verſ. venturis 49. quæſt. 3. c. ſtatutum §. proferendo §. inſuper & vtrobique gloſſ. Anch. & Can. de reſcript. in 6. l. quoniam liberi C. de teſt. l. eos 1. §. ſi quid autem in fine C. de appel. late Gail. obſ. 99. lib. 1.* Ab hac communi regula excipiuntur quatuor qualitates perſonarum, quæ ſunt in loco iudicis, & excuſantur, ne veniant ad præſentiam iudicis, videlicet valetudinarij, ſenes, debiles, pauperes non ſimpliciter, ſed ſi tales ſint, quod ad præſentiam iudicis commode accedere

non poſſint, d.c. ſi qui teſtium & ibi Pan. numer. 1. & Can. communiter, & perſonæ egregiæ; l. ad perſonas ff. de iniur. & ibi gl. & DD. ad quorum receptionem in cauſa ciuili, non criminali, gloſſ. fin. in c. 1. de teſt. cog. & ibi Can. Iudex prius examinatis capitulis, & interrogatorijs, mittit perſonā idoneam & diſcretam, quæ nullam habet iuriſdictionem, ſed nudum miniſterium, c. 2. de iud. in 6. clem. vnic. & ibi gloſſ. 1. de offic. deleg. c. 1. de teſt. cog. Rot. diuerſ. deciſ. 630. num. 1. & 2 part. 1. Mohed. deciſ. 4. num. 1. 2. & 4. hoc tit. Sumptibus producentis, aduerſario citato, vt vadat ad domum illorum, ad videndum illos iurare: c. 2. de iud. in 6. d.c. ſi qui teſtium & ibi Pan. num. 2. Bart. in d. l. ad perſonas num. 2. Præterea excipiuntur mulieres, quas vagari non cōuenit, nec virorum cætibus ſe immiſcere, c. mulie-
39 res de iud. in 6. Clericus coram † iudice ſæculari in teſtem productus non iurat coram eo ſed coram Epiſcopo, & coram Epiſcopo, vel alio, cui Epiſcopus commiſit, debet deponere, c. quanquam 14. quæſt. 2. Franc. Marc. deciſ. 568. part. 2. Differentia eſt inter receptionem, & examinationem teſtium, & terminus ſuper vno non includit reliquum; d. c. præſentium §. ſi vero & ibi Franc. num. 2. Gem. & Can. hoc tit. in 6. ideo termino aſſignato ad probandum ſufficit quod teſtes recipiantur ad iuramentum, & poſt terminum poterunt examinari etiam die feriata ob neceſſitatem hominum; Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 20. ff. de nou. oper. nunciat. Secus ſi terminus eſſet aſſignatus ad probandum, & probatum habendum, quia tunc examinatio poſt terminum fieri non poteſt, licet in termino teſtes eſſent recepti, c. pia §. ſi quis el 2. & ibi Gemin. num. 2. Franc. num. 7. & Can. communiter de except. Fel. in c. licet cauſam numer. 19. & ſeqq. & ibi Dec. num. 139. & ſeq. de prob. c. ſcriptum & ibi Pan. in
40 fine num. 1. de elect. Quando teſtes ſunt † abſentes in locis remotis fit remiſſio, ſiue decernuntur litteræ remiſſoriales, in quibus iudex coram quo lis pendet, committit examinationem abſentium teſtium iudici illius territorij, vbi teſtes degunt, vt atteſtationes clauſas remittat, & mandat litigatoribus, vt ibi compareant, c. conſtitutus de fideiuſſ. §. & quoniam ſcimus verſ. multa auth. de teſt. l. iudices & auth. ibi poſita C. de fid. Inſtrum. l. 3. §. 1. verſ. idem Diuus Adrianus ff. hoc tit. Gail. obſ. 96. lib. 1. in cauſis ciuilibus, ſpiritualibus, & matrimonialibus Clem. vnic. de offic. deleg. & ibi gloſſ. in verb. ciuili & Can. c. 1. & ibi gloſſ. fin. & Pan. num. 1. de teſt. cog. in quibus nullo modo euocantur teſtes, niſi hoc habeat conſuetudo, l. 3. §. fin. ff. hoc tit. quibus tunc impendia per producentem ſunt facienda, l. eos §. 1. in fine C. de appell. cap. quoniam hoc tit. Gail. obſ. 99. lib. 1. non etiam in cauſis criminalibus, in quibus teſtes omnino ſunt euocandi, & apud iudicem repræſentandi, Auth. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſtrumen. l. 3. §. 1. verſ. idem Diuus Adrianus Fel. in c. cum cauſam num. 21. vbi ponit quinque fall. hoc tit. Mynſ. obſ. 40. cent. 3. dicens quod in cauſa fractæ pacis detur commiſſio, vt non ſolum ex dictis, ſed etiam ex geſtis iudex informet motum animi ſui, d. l. 3. §. 1. verſ. idem Diuus Adrianus, Quando deputatur Cōmiſſarius ab inferiore iudice ad examinandum teſtes, ſi in numero teſtium aliquis ſit immediate ſubiectus ſummo Pontifici, aut imperatori, qui citatus comparere nolit; Commiſſarius non poteſt teſtem ad perhibendum teſtimonium compellere propter defectum iuriſdictionis, l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Quare tali caſū Commiſſarius, vel ipſa pars producens teſtes, ſummum Pontificem vel Imperatorem adire debet, & per viam ſupplicationis mandatum pœnale contra talem teſtem ad teſtificandum petere
& obtinere, Gail. obſ. 98. lib. 1. Iudex cui † com- 41
mittitur remiſſoria, debet eſſe qualificatus iuxta c. ſtatutum de reſcript. in 6. alias examen teſtium eſt nullum: d. c. ſtatutum §. in nullo & ibi gl. in verb. deſignatis Mohed. deciſ. 6. ſub num. 1. hoc tit. Sententia lata per probationes receptas à non qualificato eſt iniuſta, niſi in ſententia fuerit facta relatio ad probationes receptas per modum cauſæ, Fel. in c. inter cæteras num. 2. & 4. de re iud. & ibi Can. Mohed. d. deciſ. 6. Poteſt recuſari in partibus, licet Procurator conſenſerit in curia in iudicem, quia cauſas ſuſpicionum concurrentes in iudicē idem Procurator ignorauit: c. vt circa verſ. alioquin de elect. in 6. cap. inſinuante & Mohed. deciſ. 1. de off. deleg. ad recuſandum Notarium ſufficit allegatio ſuſpicionis, quæ probatur iuramento: §. & quod & ibi gloſſ. in verb. artificis auth. de triente & ſemiſſe Bald. in c. ſuper quæſtionum ſub num. 2. de offic. deleg. Franc. in c. cum ſpeciali num. 41. & ſeqq. de appell. Caputaq. dec. 64. part. 3. iuriſdictionem habet tam reſpectu teſtium, tunc nominatorum, quam nominandorum, Mohed. deciſ. 6. nu. 1. hoc tit. l. ſi quando & auth. ibi poſita C. hoc tit. l. iudices C. de fid. Inſtrum. cap. cum cauſam hoc tit. citat teſtes, citat eum contra quem producuntur, ad videndum eos iurare, iuxta formam

Digitized by Google

mam præſcriptam in remiſſoria, *Greg. xv. deciſ.* 518 *in princ.* audit exceptiones, recipit iuramenta teſtium in loco aſſignato in remiſſoria, examen autem, cum ſit meri facti, in alio loco & extra iudicium expediri poteſt, *c. ſtatutum §. in nullo quoque de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 15. de off. deleg. in nou. Greg. xv. deciſ.* 518. *num.* 10. *& ibi annot.* refrænat multitudinem teſtium, examinat interrogatoria, datus à principe ſubdelegat, *Clem. vna de offi. deleg. & ibi gloſſ.* 1. *Pan. in c.* 1. *num.* 1. *de teſt. cog. & ibi Can. late Gail. obſ.* 97. *lib.* 1. recipit confeſſiones partium ſuper poſitionibus hincinde exhibitis, *Franc. in c. præſentium §. teſtes num.* 5. *hoc tit. in* 6. *& ibi Can. Rot. Biſig. deciſ. hoc tit.* Punit teſtem, qui aures eius offendit, *l. nullum C. hoc tit.* Datus ab auditore Rotæ
42 etiam de conſenſu † partium, non poteſt ſubdelegare: *Rot. deciſ.* 8. *de offi. deleg. in nou. Paul. de Caſtr. in l. iudices n.* 5. *de fid. inſtr. Gail. obſ.* 97 *libr.* 1. aut cõmittere Notario receptionem iuramẽti teſtium, quia eſt actus iuriſdictionis & de conſenſu partium, *c. cum Bertholdus & ibi Pan. numer.* 27. *Fel. ſub num.* 17. *verſ. multa & optima & num.* 18. *de re iud. Bellam. deciſ.* 81. *Greg. xv. deciſ.* 368. *num.* 3. *& ſeq. & ibi annot. Rot. deciſ.* 27. *de probat. in antiq.* Quod ſi facta fuerit ab eo receptionis iuramenti teſtium ſubdelegatio Notario de conſenſu partium, tunc ſolet à practicis obtineri à Papa commiſſio, ſanans iſtum defectum arbitrio Rotæ; quia Papa, ſtante conſenſu, totum iuramentum teſtium poteſt remittere; *Creſc. deciſ.* 4. *hoc tit. c. tuis hoc tit. Iaſ. in l.* 1. *num. xj. & ſeqq. ff. de ferijs Fel. in c. cum cauſam num.* 19. *&* 20. *hoc tit. Iaſ. in repet. l. admonendi num.*
43 219. *& ſeqq. ff. de iureiur.* Plures iudices † remiſſoriales intelliguntur dati in ſolidum, & vno impedito, mortuo, aut nolente, alter poteſt exequi, *Rot. deciſ.* 573. *numer.* 1. *part.* 1. *diuerſ. Caputaq. deciſ.* 69. *part.* 3. *Bald. in l.* 1. *num.* 13. *ff. de offic. conſ. Bart. in l. ſi vnus ex pluribus nume.* 5. *ff. de re iud. & vtrobique DD.* & auditores Rotæ poſſunt eis dare formam quam volunt, *l. iudicium ſoluitur ff. de iud. Bald. in l.* 1. *ſub num.* 23. *verſ.* 15. *quæritur ff. de off. conſ. c. ſuper quæſtionum de off. deleg.*

44 In decernenda remiſſoria † requiritur cauſæ cognitio à iudice ordinario, & delegato à Papa, *Pan. in c. conſtitutus n.* 5. *&* 6. *de fideiuſſ. & ibi Zab. & Can.* ſedente pro tribunali, *l. à præcedẽte C. de dilat.* die iuridico, *Creſc. deciſ.* 1. *de ferijs l.* 1. 2. *& l. omnes dies §. & dies ſoli C. de ferijs.* viſa releuantia, ac facto ſufficienti fumo, *Caſſad. deciſ.* 3. *n.* 3. *de dilat. Greg. xv deciſ.* 163. *nu.* 1. *& nu.* 9. *& ibi annot. l.* 2. *& ibi Bart. ff. de re iud. c. præterea & ibi gloſſ. fin. de dilat. & ibi Pan. n.* 14. *& Can.* & dato dubio, *Caputaq. dec.* 56. *&* 57. *&* 66. *part.* 3. *c. conſtitutus verſ. fin. de fideiuſſ.* quia eſt remedium extraordinarium commiſſum arbitrio iudicis; *l. iudices cum auth. ibi poſita C. de fid. Inſtrum. Gemin. in c. præſentium, n.* 26. *poſt Archid. de teſtib. in* 6. tum quia dilationes omnes probatoriæ ſunt arbitrariæ, etiam reſpectu termini, & loci infra quem, & in quo fieri debent; *c. præterea de dilat. & ibi gloſſ. fin. verſ. item dantur dilationes & ibi Can. Bart. in l.* 2. *num.* 10. *de re iud. Caſſad. deciſ.* 3. *in fine de dilat.* Quandoque omnino denegatur, quandoq; datur ſine retardatione proceſſus regulariter conceditur cum retardatione proceſſus præſtito per petentem remiſſionem iuramento calumniæ, *l. de die §. iubetur & ibi Caſtr. in §. tutor vel curator nu.* 6. *ff. qui ſatiſd. cog.* & ſiue pars ſiue integra dilatio fuerit data, euſque iudicis officium conquieſcit, donec petiti temporis defluxerunt curricula, *l. ſiue parti C. de dilat. gloſſ.* 2. *in c.* 2. *eod.* de quibus ordine videamus. Denegatur pro exceptionibus † dilatorijs probandis, aut alijs 45
præambulis, vel incidentibus, vel emergentibus in cauſa: *Ioan. Andr. in c.* 1. *num.* 2. *&* 3. *de appell. Rot. dec.* 6. *de prob. in nou.* ſuper articulis ſuper quibus in partibus fuerunt teſtes examinati, *Gregor. xv. deciſ.* 414. *vbi plures cumulat.* ac ſuper negocio principali, ei, qui potuit teſtes examinare lite pendente, vel in partibus coram iudice primæ inſtantiæ, vel in loco vbi nunc pendet iudicium, & non examinauit per negligentiam, *d. l. de die §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & c. & ibi Caſtr. in §. tutor nu.* 7. *Afflict. deciſ.* 137. *numer.* 4. *Caputaq. deciſ.* 63. *part.* 3. & petens remiſſoriam indigebat probatione articulorum cum cauſa pendebat in partibus, ſuper quibus nunc petit remiſſoriam; nam ſi tunc non indigebat, & non indiget, decernenda eſt remiſſoria, *Greg. xv. deciſ.* 174. *num.* 5. *&* 6. *l. Iudices circa finem C. de fid. inſtr. l. pen. §. his de præſentibus C. de reb. cred.* aut obtinuerit ſententiam fauorabilem in prima inſtantia, quia tunc ceſſat non ſolum negligentia, & culpa, ſed etiam omnis præſumptio calumniæ: *Greg. xv. deciſ.* 276. *nu.* 3. *& ibi annot. d. l. Iudices d. l. pen. §. his de præſentibus.* quando vna pars onus probationis ſubiuit apud ſedem apoſtolicam, alteri concedi ſolent induciæ, vt apud eandem ſedem probet quæ velit, *c. cum olim el.* 1. *§. te igitur de priuil. & exceſſib. priuil. Franc. in c. præſentium §.*

tium §. *teſtes num.* 1. *poſt gloſſ. ſentit quod poſſit fieri remiſſio.* item denegatur ſpoliatori, quando ex aduerſo facta eſt aliqua probatio de ſpolio, licet non plena, *l. auxilium* §. *fin. in fine ff. de min. Caſſad. deciſ.* 2. *de dilat. Caputaq. deciſ.* 63. *part.* 3. in iudicio attentatorum ad probandum attentata, quorum admittitur probatio in curia, *Caſſad. deciſ.* 4. *de dil. c. ſignificante de appell.* & *ibi Can. c. non ſolum* & *ibi Can. eod. tit. in* 6. *Rot. deciſ.* 2. & 35. *de prob. in antiq.* & *deciſ.* 4. *vt lit. pend. in nou. in addit.* ad excuſandum ſpolium datur remiſſoria, *Caſſad. d. deciſ.* 4. *l.* 3. §. *ſi quis cum minore verſ. idem tamen conſtituitur ff. de minor. l.* 1. §. *pregnantem verſ. ſed etſi incertum ff. de vent. in poſſeſ. mitt.* ad excuſandum attentata non datur remiſſoria, quando agitur vt ſuper eis pronuncietur definitiue, niſi ſtante maximo fumo, ſecus ſi agatur ſuper eis via executiua, vt declaretur deliquiſſe, & ad incurſum cenſurarũ, & pœnarum, quia datur remiſſoria ad excuſandum attentata etiamſi non extaret aliquis fumus; quia materia eſt prophana, & quia per huiuſmodi declarationem, quæ habet vim trium ſententiarum, deuenitur ad executionem, *Put. deciſ.* 112. *libro* 1. *l.* 1. *C. de re iud. l.* 1. *C. de execut. rei iud.* quando articuli ſunt irreleuantes, *l. ad probationem* 1. *in fine C. de prob.* & *ibi gloſſ. fin.* & *DD. Caputaq. deciſ.* 66. *part.* 3. *Gregor. xv. deciſ.* 81. *in princ.* quando adeſt vehemens ſuſpicio calumniæ, *Card. Seraph. deciſ.* 1364. *l. ad probationem in fin. C. de prob. c. iudicantem* 30. *quæſt. fin. Pan. in c. conſtitutus num.* 8. & 9. *vbi tradit* 3. *remedia de fideiuſ. c. cum olim de priuil. Zab. in c. conſtitutus in* 4. *oppoſ. de fideiuſſ. Gregor. xv. deciſ.* 81. *poſt num.* 3. & *num.* 4. & *deciſ.* 414. *nu.* 8. & *ibi annot.* vt ſi conſtet per ſcripturas de contrario eius, quod probari prætenditur, *Card. Seraph. deciſ.* 1460. *Clem. vt calumnijs de re iud. c.* 1. *de offic. Vicar.* & *ibi Innoc.* & *Can.* aut ſi probatio habetur, vel faciliter haberi poteſt per ſcripturas: *Bellam. deciſ.* 9. *l. ſatis aperte C. de falſ. c. poſt electionem* & *ibi Innocent. ſub num.* 3. *in glo. ſuper verbo inſtitutio de conceſſ. præb. Greg. xv. deciſ.* 253. & *ibi annot. Felin. in d. c. de cætero num.* 12. *de re iud.* quando conſtat de non iure petentis. *l. ſi pupilli* §. *videamus et ibi Bart. numer.* 1. *et* 8. *ff. de neg. geſt. poſt gloſſ.* ad reprobationem teſtium propter timorem ſubornationis, *Salic. in l. ſi quis teſtibus num.* 9. *C. de teſt. c. cum olim eſſemus de priuil. Caputaq. deciſ.* 54. *part.* 3. *Gregor. xv. deciſ.* 414. *n.* 10. ad probandum nullitatem penſionis, quando adeſt cõmiſſio ſine retardatione ſolutionis penſionis, *Caputaq. deciſ.* 55. *part.* 3. *Put. deciſ.* 32. *libro* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 182. *part.* 8. *lib.* 2. *Sarnen. in compend. vtriuſque ſign. nu.* 57. quia dicta clauſula ſuſpendit & limitat iuriſdictionem, *l. cum te ibi ſine vlla ludificatione C. de pact. inter empt.* & *vend.* & *c. l. qui contra in fine C. de inceſt. et inutil. nupt. Put. deciſ.* 32. *lib.* 1. *Caſ. deciſ.* 8. *de re iud.* & dictio, ſine, eſt priuatiua, negatiua, & exclusiua, *l.* 1. *et ibi glo. fin. ff. de pign. act.* in iudicio ſpolij, in quo ſuſpenſum eſt petitorium: *Card. Seraph. deciſ.* 117. *l. ſi quis conductionis C. de loc. et conduct.* ad impediendam immiſſionem. *ex l fin. C. de edict. d. Adr. toll. Card. Seraph. deciſ.* 1364. *in princ. l. fin. ibi teſtatoris mortis tempore fuerunt C. de edict. d. Adr. toll. Gregor. xv. deciſ.* 367. *et ibi annot.* vel ad impediendam immiſſionem illius, qui agit remedio adipiſcendæ poſſeſſionis: *l. quamuis C. de edict. d. Adr. toll. et ibi notat per gl.* 1. *et DD. Put. deciſ.* 7 *de cauſ. poſſeſ.* & *prop. Rot. Farin. deciſ.* 212. *p.* 1. quando tendit ad impugnandam rem indicatam: *Iaſ. in l. patre furioſo num.* 21. & 22. *ff. de his qui ſui vel alien. iur.* & *c. Caputaq. deciſ.* 81. *part. Greg. xv. deciſ.* 184. & *deciſ.* 211. in vltimis audientijs; quia videtur peti ad differendam expeditionem cauſæ, *Card. Seraph. deciſ.* 1450. *in princ. l. iudices ibi* & *hoc ſi iuſte peti iudex inuenerit C. de fid. inſtrum.* ſine retardatione proceſſus † conceditur, quando 46 pro parte illam petentis nulla adeſt ſuſpicio calumniæ, *Caputaq. deciſ.* 58. *in princ. part.* 3. *Put. deciſ.* 297 *lib.* 1. *d. l. iudices in princ. l. pen.* §. *his de præſentibus circa fin. C. de reb. cred.* ne auferatur facultas probandi, ſi in partibus tantum probari poſſent, quæ non eſt coarctanda ſed amplianda, *l. generaliter in princ. C. de reb. cred. c. fin de teſt. cog.* ob ſenium & inualetudinem teſtium, ſpecificatis teſtium nominibus in actis, ne ſit in eius poteſtate alios examinare, *Put. d. deciſ.* 297. *in princ. libr.* 2. *atteſtans de Stylo Curiæ c. quoniam frequenter in princip. vt lit. non conteſt.* & *c. l. curent* & *ibi gloſ.* & *DD. ff. de teſt.* §. *fin. auth. de teſt.* quia volens teſtes producere, eorum nomina edere tenetur ante productionem: *gloſſ. Mag. in fin. in l.* 1. §. *editiones ff. de edend. Bald. in l. fin. num.* 16. *C. eod. Dec. in c.* 1. *num.* 156. *de prob.* in omnibus cauſis poſſeſſorijs, etiamſi adſit fumus, quia in iſtis non admittuntur exceptiones percutientes petitorium, requirentes altiorem indaginem, *Card. Seraph. deciſ.* 294. *Bartol. in l. ſi quis liberis* §. *ſi quis ex his ff. de lib. agnoſc. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummarie num.* 4. *per l. ille à quo* §. *ſi de teſtamento ff. ad Trebell. l.* 3. §. *ibidem ff. ad exhib.* in quibus

quibus datur interdum cum retardatione proceſſus, quando exceptio reſpicit poſſeſſorium, non petitorium, *Rot. deciſ. fin. de reſtit. ſpoliat. in nou. Put. deciſ.* 405. *lib.* 2. *Card. Seraph. in vtramque partem deciſ.* 198.
47 Datur cum † retardatione proceſſus in cauſis, vnionis beneficij in proprietatem, *Gregor. xv. deciſ.* 562. *& ibi annot. c. ad quæſtion. & ibi poſt gloſ. fin. DD. de rerum perm.* nullitatis profeſſionis, matrimonialibus, decimarum, *Put. deciſ.* 324. *in fin. lib.* 2. *Greg. xv. deciſ.* 174. *& ibi late annot. & deciſ.* 403. *&* 415. & alijs ſpiritualibus, & prophanis tanquam in cauſis grauibus in prima, *Mohed. deciſ.* 5. *de prob. l. iudices & auth. ibi poſita C. de fid. Inſtrum. c. conſtitutus in fin. de fideiuſſ.* ac etiam in qualibet inſtantia, etiamſi non adſit fumus, *Caputaq. deciſ.* 68. *part.* 3. *Rot. deciſ.* 102. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. l.* 1. *ibi ſcribit ex poſtulat ff. de teſtib. Greg. xv. deciſ.* 562 *& ibi annot.* non obſtante præſumpta calumnia, *Gregor. xv. dec.* 523. *Put. deciſ.* 6. *de dilat.* etiam ad probandam conſuetudinem Eccleſiæ damnoſam; videlicet, quod res eccleſiæ datæ in emphyteuſim debeant iterum locari proximioribus emphyteutæ finita locatione, *Caputaq. deciſ.* 61. *part.* 3. *auth. ſed etſi quis in princ. C. de teſt. l. in exceptionibus in fine ibi ſiue in alea geſtum eſſe ff. de prob.* Ac ſigna & ſigilla notariorum: *Rot. dec.* 6. *de prob. in nou. l. iubemus ibi niſi ipſi aſtrinxerint C. de prob. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus & ibi gl. fin. ff. quando teſtam. aperian.* Ac ad probandum exceptionem peremptoriam: & in omni caſu in quo agitur de graui præiudicio: *Milis in repertorio verſ. remiſſio ad partes non eſt danda &c. Caputaq. deciſ.* 59. *parte tertia c. conſtitutus de fideiuſ. c. ex parte A & C de teſtibus*. Sufficitque quod vnus ex articulis pluribus ſit pertinens & releuans: *Greg. xv. dec.* 124. *num.* 3 ad probandam enormiſſimam læſionem factæ tranſactionis non datur, niſi reſtitutis acceptis, ex ipſa tranſactione, *l. ſi diuerſa C. de tranſact. & ibi DD. l. ſi non fuerit & ibi gloſſ.* 1. *in fine ff. de iureiur. l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Bald. in l. ſi traditio in* 3. *quæſt. C. eod. Rot. diuerſ. deciſ.* 440. *in fine num.* 1. *part.* 1.

48 In cauſis beneficialibus † remiſſoria conceditur in tertia inſtantia, *Card. Seraph. deciſ.* 500. *num.* 2. *Card. Zabarel. in clem. ſæpe §. & quia numer.* 7. *de verb. ſignif.* quia ſunt ſummariæ, in quibus dilationum materia amputatur, *Clem. ſæpe de verb. ſignif. Pan. in c.* 1. *ſub num.* 7. *de dilat. Bart. in l.* 2. *num.* 10. *ff. de re iud.* in prima & ſecunda inſtantia non datur. *Put. deciſ.* 40. *lib.* 1. *& deciſ.* 297. *nu.* 4. *lib.* 2. atteſtans *de ſtylo Curiæ Clem. ſæpe ibi amputet dilationum materiam de verb. ſignif.* niſi cauſa in prima aut ſecunda inſtantia ſit commiſſa appellatione remota. *Gregor. xv. deciſ.* 562. *num.* 5. *& ibi annot. l.* 1. *§.* 1. *ff. à quib. app. non licet c. paſtoralis de appell.* quia alias ex denegatione remiſſoriæ ſequeretur damnum irreparabile, aut ſi ſit ſimpliciter commiſſa, niſi probato fumo, & facta obligatione de ſtando primæ ſententiæ vnicæ contra obtinentem remiſſoriam ferendæ, quia ex ea non probauit intentionem ſuam, ſecus ſi dicta prima ſententia profertur pro obtinente remiſſoriam; *Put. deciſ.* 52. *lib.* 1. *Achil. deciſ.* 4. *de dilat. Caputaq. deciſ.* 56. 57. *&* 630. *num.* 6. *part.* 3. *c. ſuper quibuſdam § præterea de verb. ſignif.* ſi vero is qui poſſidet beneficium petat remiſſoriam, præter obligationem de ſtando vnicæ, debet conſentire ſequeſtro: *Greg. xv. deciſ.* 144. *& ibi annot.* ac conceditur etiamſi petatur ad probandum obiectus, puta malam expreſſionem fructuum in gratia, *Caputaq. deciſ* 60. *part.* 5. *l. iudices ibi ſi hoc perſpexerint cum auth. ſeq. C. de fid. Inſtrum.* vel conſuetudinem immemorabilem, vt permutationes quadrangulares fieri poſſunt, & factæ ſortirentur effectum. *Caputaq. deciſ.* 56. *part.* 3. *l. circa eum verſ. ſi quis autem & l. ſeq. ff. de prob.* Idem obtinet in cauſa canonizationis, regreſſus, propter non ſolutam penſionem, *Achil. deciſ.* 6. *de dilat. Clem. ſæpe de verb. ſignif. & ibi Can.* quia eſt beneficialis, *Rot. deciſ.* 766. *part.* 3. *libr.* 3. *Achil. deciſ.* 5 *in princ. & n.* 6. *de penſ. arg. c. ex geſtis c. relatum c. ex tua & c. fin. de cleric. non reſid.* ac in lite inter præſentatum à patrono & prouiſum apoſtolicum, in qua in tertia inſtantia datur remiſſoria ad probandum iuſpatronatus, in quarta & ſecunda non datur ex eadem ratione, & quia de iurepatronatus agitur incidenter, niſi dato fumo, facta dicta obligatione, & appoſito ſequeſtro: *Card. Seraph. deciſ.* 555. *nu.* 3. *&* 4. *Achil. deciſ.* 4. *de dilat. Rot. diu. deciſ.* 269. *num.* 3. *part.* 2. *& deciſ.* 873. *part.* 3. *lib.* 3. *c. dilectus & ibi gl. & Can. de off. leg. c. cum dilectus & ibi gl. in verb. præſentare & Can. de Iurep.* imo is qui obtinuit remiſſoriam non poteſt remiſſoria relata vti, niſi prius plene ſatisfacto prædictis obligationibus. *Caſ. deciſ.* 3. *de dilat. Bald. in l. vniuerſa ſub num.* 2. *verſ. conclude C. de precib. imper. offer. & ibi DD.* Inſtructus petens remiſſoriam debet conſentire ſequeſtro; non poſſidens petens remiſſoriam debet ſequeſtro renunciare, ſi habuerit ſententiam pro ſe. *Rot. diuerſ. deciſ.* 919.

ciſ 919.part.3. lib.3. arg. not. per Pan. in c.1.ſub nu.7.
de dilat. & Bart. in l.2. num. 10. ff. de re iud. l. teſtium
§.1. verſ. quæ argumenta ff. de teſtib. Ad probandum
delictum remiſſoria aliquando conceſſa fuit,
Creſc. deciſ.8. de prob. Caputaq. deciſ.67. part.3. Bald.
in auth. apud eloquentiſſimum numer. 2. & ſeq. de fid.
Inſtrum. quia iure canonico cauſæ meri imperij
poſſunt delegari: c. quod ſicut de offic. ordin. quando
conſtat de magno fumo; Caputaq. deciſ. 62.
part.3. Caſſad. deciſ. 4. nu. 2. de dilat. auth. apud eloquentiſſimum
in fin. C. de fid. inſtr. l. teſtium §.1. verſ.
noſti ff. de teſt. clem. iudices & ibi gl. in verb. ciuili de
offic. deleg. regulariter denegatur, auth. apud eloquentiſſimum
C. de fid. inſtrum. Creſc. deciſ. 19. nu.5.
de prob. Caputaq. deciſ.63. num.3. part.3. Fel. in c. cum
cauſam numer. 21. & num. ſeqq. vbi ponit 3. fall. de
teſtib. ac ſemper denegatur probata bona fama
inquiſiti, ac cauſa non amoris, vel quia reſuſcitatur
proceſſus, à quo inquiſitus fuit purgatus. Rot.
deciſ 773. nu.5. part.1. diuerſ. l. ſi cui crimen §.1. ff. de
accuſ. & inſcript. c. de his de accuſ. & c. l. licet §. fin. in
49 fine ff. nautæ caup. ſtab. &c. Quod ſi † timeatur
ſubornatio teſtium, conceditur remiſſoria cum
hoc remedio, quod eam obtinens hic Romæ debeat
nominare tres teſtes bonæ famæ, & conditionis,
in quibus non cadit ſubornationis ſuſpicio,
quos examinare faciat, ex quorum dictis
Rota iudicabit dicta aliorum & poterit videre,
ſi alij fuerint ſubornati: Caputaq. deciſ. 70. part.3.
arg. l. alij ff. de accuſ. & l.1. in fin. ff. de iurepat. c.2. in
fin. de teſtib. num. 6. & ibi Can. poſt gloſſ. pen. & vbi
eſt timor potentiæ alicuius domini temporalis,
extra illius loca datur remiſſoria. Caputaq. deciſ.
53. parte 3. arg. c. ſignificante in fine qui mat. accuſ. vel
cont. illud teſtar. & c. l. in fundo verſ. neque malitiis ff.
de rei vend. & ibi gl. in verb. indulgendum alleg. concor.
Hæc remiſſio in curia fit ſolum poſt litem conteſtatam,
ante litem conteſtatam ſuper dilatorijs,
vel etiam peremptorijs, quæ tunc proſequi poſſunt,
non fit, licet ex cauſa fieri poſſet, Card. Zab. in
in Clem. ſæpe §. & quia in 13. not. de verb. ſignif. & de
50 ſtylo † datur ſemel tantum; vnde ſi in prima inſtantia
data fuerit remiſſio ad partes pro teſtibus
producendis, in ſecunda inſtantia, licet noui articuli
dentur, & admiſſibiles, qui ſunt de iure
dantis, non eſt iterato extra curiam concedenda,
Rot. deciſ.16. hoc tit. in nou. Clem. teſtibus c. fraternitatis
hoc tit. c. finem litibus de dol. & cont. Greg. xv. deciſ.
367. & ibi annot. limitat 2. mod. Limita in minore
& Eccleſia, quibus † datur ſcciida remiſſoria, 51
quia de iure reſtituuntur aduerſus probationem
omiſſam, l. minor 25. annis omiſſam ff. de minor. & c.
c. auditis & ibi Pan. n.16. poſt Innoc. & c. ſuſcitata &
ibi Can. de in integr. reſtit. Bart. & DD. in l. nam &
poſtea §. ſi minor ff. de iureiur. Afflict. deciſ. 216. indifferenter,
quando probare volunt id ſuper quo
nullas induxerunt probationes, aut quando induxerunt
probationem, ſed non timetur aliqua
ſubornatio in teſtibus: c. cum veniſſent c. coram de
in integ. reſtit. ſi petunt reſtitutionem, vt poſſint
probare ſuper articulis antiquis, in quibus facta
eſt publicatio, denegatur eis reſtitutio, & ſecunda
remiſſio ob timorem ſubornationis teſtium:
c. conſtitutus c. fraternitatis & Clem. 2. hoc tit. Caputaq.
deciſ. 50. part.3. niſi diligenti inquiſitione per
iudicem præmiſſa, appareat, quod omiſerint probationem
ex ſui facilitate, ita quod excludatur
præſumptio doli, & ſubornationis. c. auditis & ibi
Innoc. num.2. & 3. Pan. num.16. & Can. communiter
de in integ. reſtit. Bart. & DD. in l.1. §. nunciatio nu.
33. ff. de nou. oper. nunc. & ibi DD. Bellam. deciſ. 38.
Poſt decretam † remiſſionem dantur ei, qui il- 52
lam obtinuit, decem vel quindecim dies ad eam
expediendam, Achil. deciſ.5. de dilat. l.1. & 2. C. ſi
tut. vel cur. non geſſ. l. ab hoſtibus §. fin. cum l. ſeq. ff. ex
quib. cauſ. maior. Et ſi pluries interpellatus eam expedire
diſtulerit, non eſt ei vlterius concedenda,
vel eſt concedenda ſine retardatione proceſſus,
etiamſi ſit reus, & actoris intentio non ſit probata,
l. non ignores C. de fruct. & lit. expenſ. & ibi not.
Caputaq. dec. 38. numer. 3. & ſeqq. part.3. In cauſa
prophana datur primo actori terminus ad ponendum,
& articulandum, nec reus compellitur terminum
actori datum recipere, ſed poteſt petere
alium terminum ad probandum exceptiones, &
defenſiones ſuas, ratio eſt quia actore probante
intentionem ſuam, reo incumbit probatio exceptionis
ſuæ, & non antea: l. ſiquidem C. de except.
iuncto cap. de teſtibus hoc tit. in cauſis beneficialibus
alijſque ſummarijs iudex vtrique inſimul poteſt
præfigere terminum ad ponendum & articulandum,
gloſſ. in Clem. ſæpe in verb. partes & verb. poſt
dationem de verb. ſignif. Rot. deciſ. 25. de iud. in antiq.
dictum eſt ſupra tit. de confeſſ. ac etiam in cauſis prophanis,
quando reus ſponte petijſſet remiſſoriam
ante quam actor probaſſet, glo. in l. fin. in verb. ſcripturam
C. de falſ. gloſſ. in cap. ex inſinuatione in verb.
probare de procurat. Aut rei contumacia, cui iudex

Digitized by Google

præfixit terminum ad probandum ex cauſa, l. à
quo ff. de damno infect. Alex. in l. ſi finita §. Iulianus n.
114. & DD. ff. eod. & qualitas negotij id expoſcit,
l. ſed etſi per prætorem §. ait prætor in fine ff. ex quib.
cauſ. maior. &c. Caputaq. d. deciſ. 58. part. 3. Dicta
53 & depoſitiones † teſtium productorum in vim
remiſſoriæ Rotalis ante triginta vel quadragin-
ta annos probans quando producuntur ad effe-
ctum iuitum abſq; exhibitione proceſſus remiſ-
ſorialis propter antiquitatem temporis, & ſi ad-
uerſarius volet impugnare examen ſub prætextu
nullitatis ex defectu citationis, iuramenti, vel al-
terius ſolemnitatis, ipſe habebit exhibere pro-
ceſſum remiſſorialem, Bart. in l. admonendi nu. 42.
& ſeqq. Iaſ. numer. 219. & ſeqq ff. de iureiur. Caſſad.
deciſ. 3. de procur. Gregor. xv. deciſ. 535. nu. 6. & ſeqq.
Contrarietates in depoſitionibus plurium teſtiũ,
ſiue inducti ab vna parte, ſiue hinc inde ab actore
& reo producti ſibi contradicere videantur, quã
maxime fieri poteſt ſunt conciliandæ, & ad con-
cordantias reuocandę, non ſolum vt euitent per-
iurium, ſed etiam vt probent, l. 2. & 3. ff. hoc tit. c. in
noſtra & ibi Felin. hoc tit. Mynſ. obſ. 38. cent. 4. quan-
do ſuper quolibet actu remanet integra proba-
tio: gloſſ. in c. cum in noſtra & ibi Can. c. cum tu & ibi
Pan. num. 2. & 5. hoc tit. per actus ſucceſsiuitatem,
& permanentiam, vt depoſitiones teſtium de a-
ctu, quem aliqui dicunt geſtum ante nuptias, alij
poſt nuptias, intelliguntur poſt nuptias contra-
ctas, & ante nuptias finitas: l. apud antiquos C. de
furt. Bart. in l. 2. §. creditum numer. 6. & ibi DD. ff. ſi
cert. pet. Per præſumptionem multiplicati actus;
vt depoſitiones teſtium de excommunicatione
lata ante appellationem, & aliorum de excom-
municatione lata poſt appellationem, intelligũ-
tur de lata poſt primam, & ante ſecundam appel-
lationem: c. cum tu hoc tit. tacitam repetitionem;
vt locus & tempus expreſſa in dicto, cenſentur
repetita in ratione per teſtes reddita: Bartol. in l.
labeo num. 8. ff. de ſuppl. leg. benignam interpreta-
tionem, vt vnius verba proprie accipiantur, alte-
rius improprie, vt ſi vnus dicat poſsidere alius te-
nere: l. ſtipulatio rota habere &c. §. hæc quoque ff. de
verb. oblig. l. ſed etſi poſſeſſori §. item ſi iurauero ff. de
iureiur. aut vnius depoſitio intelligatur ſecundũ
opinionem, alterius ſecundum veritatem: l. ſer-
uo manumiſſ. & ibi Iaſ. poſt numer. 2. & DD. ff. de
cond. indeb. & generaliter quocunque modo le-
ges diſcordantes ad concordiam reuocantur, ſic
& teſtes, Butr. in d. c. cum tu ſub numer. 4. verſ. redu-
cuntur ergo ad concordiam & ibi Fel. ſub num. 11. verſ.
modo iſtis diſcuſſis & Can. communiter DD. in d. l. 7.
creditum ff. ſi cert. pet. diuerſo modo narrantes fa-
ctum dummodo eadem dicant, probãt, c. nihil &
ibi gl. fin. de verb. ſignif. Caputaq. dec. 270. n. 3. part. 3.
Contrarietas † enim in teſtibus conſideratur 54
in facto principali, non in acceſſorijs, Bart. in l. eos
nu. 5. ff. de falſ. Dec. in l. 2. §. creditum nu. 7 ff. ſi cert. pet.
Iaſ. in l. 1. num. 45. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.
Innoc. in c. fraternitatis in princ. de hæret. Caſ. deciſ. 6.
n. 8. hoc tit. Si manifeſta ſit contrarietas, valet te-
ſtimonium plurium, niſi ex altera parte tanta ſit
dignitas, vt merito debeat numero præiudicare,
c. in noſtra hoc tit. & ibi pulchre Felin. l. ob carmen §.
fin. ff. eod. vel niſi veriſimiliora loquantur, c. licet
verſ. fin. de prob pulchre Mynſ. obſ. 93. cent. 1. Si teſtes
pro vtraque parte ſint pares, pro reo fertur ſen-
tentia, c. ex literis de prob. c. inter dilectos in fine de fid.
Inſtrum. niſi in quatuor caſibus, matrimoniali, li-
berali, dote, & teſtamento, l. inter partes ff. de re iud.
c. fin. eod. d. c. ex literis. ſi vnus contradicit pluribus,
non obſtat contrarietas, quia dictum vnius te-
ſtis non probat: c. admonere 33. quæſt. 2. c. veniens c.
licet hoc tit. in dubio contrarietas non præſumi-
tur, Bald. in c. cum tu nu. 2. hoc tit. & interpretatio
ſumenda eſt ſecundum veriſimilem mentem, &
intentionem teſtium, l. quod ſi nepotes ff. de teſtam.
tut. & ibi gloſſ. 1. l. quoties C. de famil. erciſc. & ibi glo.
in verbo diuidit & vtrobique DD. Rot. diuerſ. deciſ. 58.
n. 2. parte. 2. Prob. ad Monach. n. 30. & ſeqq. in c. præ-
ſentium hoc tit. in 6.
Non fit † talis concordantia, quando contra- 55
rietas eſt inter dictum partis producentis & te-
ſtes productos, Bart. in l. 2. §. creditum num. 8. ff. ſi
cert. pet. Anch. in c. cum expediat in princ. de elect. in 6.
Felin. in c. cum contingat nu. 6. vbi declarat 2. mod. de
offic. deleg. quia dictum partis nihil probat pro eo,
l. exemplo C. de prob. Pan. in c. cum tu ſub nu. 4. in fin.
de teſtib. ſed depoſitio teſtium bene clarificatur ex
confeſſione alterius partis, quæ valet contra eam;
Pan. in c. cum Ioannes nu. 7. de fid. Inſtrum. & ibi Can.
ac ipſamet dicta partium apparenter repugnan-
tia concordari poſſunt, Felin. in c. cum contingat ſub
nu. 6. verſ. ſecundo declara de off. deleg. Salic. in l. eum
precum in fine C. de lib. cauſ. Timor † ſubornationis 56
teſtium ex eo, quod deponant per eadem verba,
vel per eundem præmeditatum ſermonem, cadit
in duobus teſtibus, non autem in tribus, qua-

tuor, aut

Digitized by Google

tuor, aut pluribus, quia quod deficit in fide, ſupplet numerus, *l.3.§.1.& ibi glo. in verbo numerus & Iac. Butrig. de teſt. Alex. conſ.149. ſub nu.6. vol.5. Rol. conſ.72. nu 6. lib.2. Gregor. xv. deciſ.252. numer.1.* & exclud... r ex qualitate rei ſuper qua deponunt vt cum deponunt de verbis, in quibus conſiſtit ius matrimonij, *Caſ. de graſſ. deciſ.13. nu.14 de teſtib. c. tuæ fraternitati de ſponſal & ibi Can.* aut de præſcriptione in cuius probatione, cum omnia requiſita debeant formaliter, & punctualiter probari, eſt quaſi neceſſe, quod omnes in eadem verba incidant, *Greg. xv. deciſ.252. nu.3. Franc. in c.1. n.1. de præſcript. in 6. & ibi Can. c. veniens c. auditis de præſcript.* vel de probanda conſuetudine; *c. cum dilectus de conſuetud.* & relinquitur arbitrio iudicis, an teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, probent vel non, *l.3.§. ideoque in verbo tu magis ſcire debes ff. de teſtib. Bald. in l. teſtiũ nu.6. C. de teſt. Greg. xv. deciſ.252. nu.2. & ibi annot.*

57 Excludit † probationem per teſtes publicatio atteſtationum ſolemnis, deliberata, de mandato iudicis facta, partibus præſentibus, vel altera contumaciter abſente, *c. fraternitatis & ibi Butr. n.7. verſ. ſecundus terminus & ibi Can. hoc tit. c. intimauit & ibi gl. c. cum veniſſent eod. Bald. in l. per hanc num.16. C. de temp. appell. Gail. obſ.105. libro 1. vbi limitat 13. med.* ac tertius oppoſitor ad coadiuuandum non poteſt poſt publicationem, teſtes producere; quia debet aſſumere litem in eo ſtatu quo erat, *Bart. in l. ſi proluſorio ff. de appell. Pan in c. venient el.2. nu.7. Felin. n.18. de teſtib. Couar. pract. quæſt. c.18. nu.1. & 2*

58 Limita primo, quia † de ſtylo Rotę datur ſummarium teſtium, licet teſtes non ſint publicati, *Caſ. deciſ.1. hoc tit. atteſtans de ſtylo Curiæ Pan. in c.1. ſub nu.7. verſ. prima ſi conſuetudo fori hoc habeat de dilat.* quale decretum non ſolet annotari, & annotatum non habet vim publicationis teſtium, & eo non obſtante poſſunt litigatores libere iterum, & toties quoties ſibi de iure licuerit, teſtes de nouo examinare, *Caſ. deciſ. xj hoc tit. atteſtans de ſtylo Curiæ Pan. in cap.1. ſub n.7. verſ. prima ſi conſuetudo fori hoc habeat de dilat. Gregor. xv. deciſ.585. n.1.* quia non dicitur quis percunctatus dicta teſtium, niſi percunctatus ſit originale, *l. ſi duobus & ibi Angel. Peruſ. in princ. ff. quomod. teſtam. aper. Felin. in c. conſtitutus el.2. nu.2. hoc tit.* Secundo,

59 publicatio † teſtium in ſummario iudicio, non impedit productionem eorundem, vel aliorum teſtium in plenario ſuper eiſdem, vel directo contrarijs articulis, *c. veniens el.2. & ibi Felin. in princ. & nu.19. & c. cum in tua hoc tit. Bart. in l. Iulianus num.3. ff. de cond. indeb. Rot. deciſ.23. hoc tit. in non. Gail. obſ.103. n.3. libro 1.* quia plenarium non tendit ad eundem ſed ad diuerſum finem à ſummario; Tertio, publicatio vel renunciatio facta in certis articulis † non præiudicat volenti teſtes 60
producere in alijs, *c. cauſam quæ c. cum veniſſet hoc tit. Greg. xv. deciſ.191. num.3.* Quarto, quando dolo vel negligentia examinatoris teſtes ſuper omnibus articulis non fuerunt examinati, *c. per tuas hoc tit. Mynſing. obſ.32. in fin. cent.1.* Quinto, teſtes poſſunt repeti in eadem inſtantia, abſque nouo iuramento, *Bal. in l. fin. nu.10. & 11. C. de teſtib & DD. poſt gloſſ. addit. in verbo iterum.* quando in priore examine obſcure depoſuerunt, *c. cum clamor. hoc tit.* quia in ambigua oratione ſpectatur ſententia eius, qui eam protulit, *l. in ambiguis ff. de reg. iur.* Sexto, quando materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod ſubijcitur neceſſitati probandi, vt cum eſſet res vendita pro decem, agiturque ad reſcindendam venditionem ob læſionem vltra dimidium iuſti pretij, ac teſtes examinati deponunt quod res valebat multo plus de viginti, ſed non taxant quanto plus de viginti, publicatis atteſtationibus actor poteſt illud plus probare: *c. cum cauſa hoc tit.* quia aliud eſt probare deceptionis exceſſum, & aliud probare quantitatem valoris. Septimo in cauſa appellationis de iure canonico ſuper nouis capitulis, orientibus ex primis, teſtes noui, & veteres producuntur, non autem ſuper eiſdem vel directo contrarijs articulis; *Clem. teſtibus c. fraternitatis hoc tit. Fel in c. cum Ioannes num.17. de fid. inſtru. Afflict. deciſ.216. qui multis modis limitat & ibi add. Mynſ. obſ. cent.1.* quia non minus in appellationibus, quam in principali cauſa ſubornatio eſt timenda; ſed de iure ciuili recipi poſſunt, ſuper eiſdem articulis, & directo contrarijs: *l. eos §.1. C. de appell. l. per hanc C. de appell.* quas leges canoniſtæ dicunt, procedere in veteribus capitulis, nullo modo probatis, vel probatis aliter quam per teſtes, ſuper quibus in appellationis cauſa bene licet producere teſtes, *gloſſ. fin. in d. Clem. teſtibus & ibi Can.* Octauo quando ſententia lata eſt ipſo iure nulla, *Rot. deciſ.1. hoc tit. in antiq. Clem. de teſtibus & ibi gloſſ. in verb. rite & Can. hoc tit. l. non putauit verſ. non quauis ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. l.2. & ibi gloſſ. in verb. recte & DD. ff. de inoff. teſtam.* Aut ad inſtan-

Digitized by Google

inſtantiam partium, atteſtationes non rite receptæ, ſunt publicatæ, *Rot. deciſ. xi. de prob. in nou. c. cum cauſam & ibi gl. fin. in fine & Can. hoc tit.* Aut publicatio eſt nulliter facta, poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem, & directo contrarijs articulis, *Rot. deciſ. 13. hoc tit. in nou. clem. teſtibus & ibi poſt gl. in verb. rite & Can. hoc tit.* qui à quod nullum eſt, non præſtat impedimentum, *c. non præſtat de reg. iur. in 6.* Nono poteſt iudex teſtes recipere ex officio parte abſente, licet non compellatur, quia in eo non timetur ſubornatio, *Iaſ. in l. vbi pactum nu. 14. C. de tranſact. Dec. in rub. de prob. num. 47. Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro 2. 3. & 8. ff. de quaſt.* Puta ſuper inhabilitate impetrantis, *Rot. deciſ. 2. in princ. hoc t. in nou. clem. iudices & ibi gl. in verb. repererint & Can. de offic. deleg. clem. vnic. & ibi poſt glo. Can. de conceſſ. preb. arg. c. paſtoralis §. niſi & §. fin. de cauſ. poſſeſ. & prop. Pan in c. cum dilectus numer. 3. de fid. inſtrum.* Decimo ſi quis dedit interrogatoria pro examinatione teſtium partis aduerſæ, habita publicatione, non impeditur dare articulos continentes id, quod interrogatoria, & ſuper illis teſtes inducere. *Put. deciſ. 251. lib. 2. Fel. in c. cum Ioannes ſub nu. 34. verſ. etſi diceretur de fid. inſtrum.* quia d. c. fraternitatis tantum habet locum in capitulis. Vndecimo in criminalibus non obſtat publicatio productioni teſtium ad defenſam rei ſuper iiſdem, & contrarijs articulis: *l. vnius §. cognit. verum ff. de quaſt. Mynſ. obſer. 13. cent. 5.* Secus ſi producuntur contra ipſum reum & ad offenſam, *Salic. in l. fin. num. 10. C. de quaſt. Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro num. 4. 5. & 6. ff. eod.* Duodecimo in omni cauſa in qua vertitur periculum animæ, *c. series & ibi gloſſ. fin. in fine hoc tit. & ibi Can. c. iurauit & ibi Pan. num. 6. & Can. de prob. Fel. in c. lator num. 3. de re iud.* quia periculum animarum præponderat ſuſpicioni ſubornationis teſtium. Decimo tertio poſſunt produci teſtes, ad coadiuuationem inſtrumenti poſt publicationem teſtium producti, *Franc. Aret. in l. certi conditio §. quoniam num. 18. ff. ſi cert. pet.* ad recognitionem ſigillorum, & notariorum, inſtrumentorum poſt publicationem productorum, *Rot. deciſ. 3. de prob. in antiquior. Rot. deciſ. 2. in fine hoc tit. in nou. c. 2. & ibi glo. in verb. quinque & Can. c. tua de cleric. peregr. l. Lucius & ibi Bart. de fide inſtru. Bar. in l. ad teſtium ff. de teſtam. Can. in c. poſt ceſſionem de probat.* Et nota quod ſententia lata, omiſſa publicatione, non eſt ipſo iure nulla, niſi ex Stylo Rotæ, quando publicatio fuit petita, *Fel. in c. I. & Summa in Decretales.* *A. num. 1. & ſeqq. de re iudicat.* Item excludunt productionem † teſtium renunciatio facta teſtibus, 61 *c. intimauit & c. cum veniſſet hoc tit.* etiamſi renuncians nondum didicit teſtificata, *Panor. in c. conſtitutis el 1. num. 4. hoc tit.* concluſio in cauſa, *c. cum dilectus & ibi late Fel. decimo effectibus de fid. inſtrum. & Pan. num. 4. Capell. Tholoſ. quaſt. 14.* quarta productio, *Auth. qui ſemel C. de probat. & ibi Bart.* numerus effrenatus, *c. ſignificauerunt c. cum cauſam hoc tit. l. 1. §. fin. in fin. ff. eod.* lapſus termini ad probandum, *c. licet cauſam de prob. Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou.* percunctatio & cognitio teſtificatorum, *Bal. in auth. at qui ſemel num. 2. vbi diſtinguit & ponit plures fall. C. de prob. quibus quatuor alias addit Rom. in rub. de arbit. num. 36. Greg. xv. deciſ. 497. & ibi annot. & deciſ. 583. num. 1.* etiamſi non fuerit facta ſolemnis publicatio, *Bart. in d. auth. at qui ſemel nu. 18 & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 583. numer. 2. & ſeqq.* Teſtes autem † examinati & publicati faciunt fidem 62 in alio iudicio inter eaſdem perſonas, *c. cauſam el 1. de teſtib. l. iubemus C. de liber. cauſ. Bart. in l. 2. ſub num. 5. & 6. ff. iud. ſolui Iaſ. in l. 2. num. 22. C. de eden. ponens quinque limitas.* imo ex Stylo Rotæ Romanæ & ſupremorum Tribunalium etiam non publicati, *Greg. xv. dec. 535. num. 11. Guid. Pap. quaſt. 586. circa fin.* ac contra ſingularem ſucceſſorem ſi fuerint prius recepti quã fieret in eum tranſactio iuris, *l. ſi mater §. fi. verſ. Item ſi rem ff. de excep. rei iud. & ibi Bart. & DD. Franc. Aret. conſ. 36. ſub num. 3. l. ſi ſuperatus ff. de pign. & hypoth. Greg. xv. deciſ. 535. num. 1. & ſeqq.*

De teſtibus cogendis.

Titulus XXI.

SVMMARIA.

1 *Teſtes nominati ab alterutra parte & requiſiti ſi nolunt teſtari compelluntur in cauſa ciuili & ſpirituali.*

2 *Quod ſi de facto impedimentum non poteſt ceſſare habetur teſtis pro producto in cauſa ciuili quando impedimentum eſt ſucceſſiuum.*

3 *Excipe à dicta regula clericos qui in cauſis laicorum non poſſunt cogi niſi cum alia probationes haberi non poſſunt.*

4 *Priuilegiatos ne cogantur ferre teſtimonium, vel vt inuiti non dicant teſtimonium,*

Digitized by Google

5 *In criminalibus iure ciuili omnes coguntur ad teſtificandum, ſed iure Canonico nemo cogitur teſtificari in criminalibus, niſi aliunde veritas haberi non poſſit.*

6 *Et quando conſtiterit iudici nominatos in teſtes timore aduerſæ partis à ferendo teſtimonio ſe ſubtrahere.*

7 *Falli dicta regula iuris canonici ſeptem caſibus hic annotatis.*

DICTVM eſt ſuperiori titulo officium teſtium
eſſe quaſi publicum, & edictum de teſtibus
eſſe prohibitorium, & excuſatorium certarum
perſonarum, *l.1.in fin.princ.ff de teſtib.* Ideo addit
1 de teſtibus cogendis. Regulariter † ſi nominati
ab alterutra parte, & requiſiti nolunt teſtificari,
compelluntur in cauſa ciuili, *c.dilectorum & ibi gl.
1.mag & DD.hoc tit. Gail.obſ.* 100. *libro* 1. cauſa in-
iuriarum ciuiliter intentata, *c.peruenit el.2.& ibi
gloſſ.fin.hoc tit.* ſpirituali, *c.cæterum hoc tit.* & matri-
moniali, *c.1.hoc tit.* ſeruato moderamine, *l.ſi quan-
do C.de teſtib.* omnes tam laici, quam clerici, *c.1.c.
cæterum hoc tit.* etiamſi per alios fides fieri poſſit,
*Pan. poſt Hoſt. in d.c 1.nu.4.hoc tit. & ibi Ioan. Andr.
num.5. & Can.* à iudice ſæculari, qui ſunt de iuriſ-
dictione ſæculari, non autem illi qui ſunt de iu-
riſdictione eccleſiæ; quia non ſuperior non ſub-
ditum coercere non poteſt, *c.atſi clerici de iud.c.vt
animarum de Conſtit.in 6.* clerici à iudice eccleſia-
ſtico, *c.quanquam in fine 14.quæſt.2.* per ſuſpenſio-
nem ab officio vel beneficio, *c.2.hoc tit.* ac etiam
laici in cauſis ſpectantibus ad iuriſdictionem ec-
cleſiaſticam, *c.peruenit el.2.hoc tit. & ibi Pan.notat.
ſub ſecundo notab.d.c.cæterum.* mulcta indicta, captis
pignoribus, *l.curent ff.de teſtib.* diſtrictione eccle-
ſiaſtica, *c.1 in fine hoc tit.* deficientibus iuris reme-
dijs, per cenſuras eccleſiaſticas, quæ ex conſtitu-
tione Concilij Trid. ſunt mere ſubſidiariæ, *c.
quamuis excommunicationis ſeſſ. 25. dixi ſupra tit. vt
lit. non conteſt.* & ita intelligenda ſunt capitula
huius tituli loquentia de compulſione per cen-
ſuras, quia eo ipſo quod moniti nolunt in cauſa
ciuili teſtificari, præſumitur contra ipſos, quod
non bono animo hoc faciant: *gloſſ pen.in c.ſuper eo
c.1. & ibi gloſſ. in verbo timore & ibi Imol. in gloſſ.2.
Pag.num.5. & 6. Felin.numer.9.hoc tit.* quod ſi de
2 facto impedimentum † non poteſt ceſſare, habe-
tur teſtis pro producto in ciuili, non criminali,
ne in crimine procedatur ex præſumptione quia
præſumitur quod pars faciat vel conſentiat,
quando impedimentum eſt ſucceſſiuum, & ha-
bet cauſam permanentem, *pulchre Pan. in c cum
cauſam n.18.de teſtib.* Excipe † ab hac regula cleri- 3
cos, qui in cauſis laicorum non poſſunt cogi, niſi
cum aliæ probationes haberi non poſſint, *c.quan-
quam 14.quæſt.2.* mediatores, qui non compel-
luntur niſi de conſenſu vtriuſque partis, *auth.de
teſtibus §. quoniam c. dilectorum & ibi poſt gloſſ. Pan.
Felin. & Can. hoc tit.* priuilegiatos ne cogantur
ferre teſtimonium; vt parentes, & liberi inuicem,
& aduerſus ſe nec volentes ad teſtimonium ad-
mittuntur, *l.parentes C. de teſtib.* liberti aduerſus
patronos, non modo ſponte ſed nec vocati teſti-
ficari coguntur, *l.libertorum C.de teſt.* Inuiti † teſti- 4
monium non dicunt ſenes, maiores 70. annis,
valetudinarij, milites, illi qui cum magiſtratu
publice abſunt, vel quibus venire non licet, vt i-
gnominioſe malitia miſſi, publicani, is qui non
detractandi teſtimonij cauſa aberit, is qui exer-
citui præbendum conduxit, niſi veritas aliter ha-
beri non poſſit, volentes autem admittuntur,
*l.inuita la.2. & ibi gloſſ.fin. & DD. & l.inuita la.2.
ff.de teſtib. Felin. in c.1. nu.8.hoc tit.* & producens
eos, debet probare, quod veritas aliter haberi
non poſſit, *Imol.in c.ſuper eo hoc tit.& ibi Felin n.9.
& Can. Alex.conſ.64.nu.4 & 6.libro 1.* Item inuitus
non dicit quis teſtimonium, aduerſus ſocerum,
generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobri-
namue, ſobrino ue natum, eoſue qui priori gradu
nati ſunt, nec patroni patronæue aduerſus liber-
tos, tam in ciuili quam criminali cauſa; ſed nec
pro eis poſſunt ferre teſtimonium, quia ſi valeret,
pro vtraque parte, valeret, *l. lege Iulia & ibi gl.1.&
DD.& l.ſeq.ff.de teſtib.c. ſi teſtes §.item l.Iulia.& §§.
ſeqq 4.quæſt.3.* inter ſe teſtificantur conſanguinei,
ſi voluerint & inuicem conſenſerint. *c.1. & ibi
mag.3.quæſt.5.* In criminalibus † iure ciuili omnes 5
cogi poſſunt ad teſtificandum, *l.1.ff. de teſtib.Pan.
in c.ſuper eo num.3.hoc tit.* quia publice intereſt de-
licta puniri; *l.ſi ita vulneratus verſ.quod ſi quis abſur-
de & ibi gloſſ.in verb. impunita ff. ad l. aquil. l. licita-
tio §. quod illicite ff. de publican.* exceptis clericis, ac
laicis cupientibus clericari, quia in cauſa ſangui-
nis non poſſunt ferre teſtimonium, propter ti-
morem irregularitatis, *c. ſententiam ſanguinis ne
cleric. vel monach.* & alijs perſonis legitima ratio-
ne excuſatis: *d.l.1. in fine d.l. Iulia & d.l.inuiti 1.&
2.ff.de teſtib.* iure canonico in criminalibus nemo

inuitus

Digitized by Google

inuitus cogitur teſtificari, etiamſi de crimine agatur per viam exceptionis, & ita ſeruat Curia Romana indifferenter, vnde nec in reſcripto tunc ponit clauſulam de teſtibus compellendis, *Imol. poſt Hoſt. & alios in c. dilectorum in fine hoc tit. Fr. Marc. queſt. 567. part. 1. num. 2. & 4.* quia ex teſtimonio in cauſa capitali contrahitur inimicitia capitalis, *c. cum P. de accuſ.* quam inimicitiam vnuſquiſque ſapiens euitat, nec debet ſe exponere periculo pro cauſa aliena: *l. ſi quando C. de teſtib. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadm. teſtam. aper.* verum ne crimina multa remaneant, cogitur quis teſtificari inuitus, ſi aliunde veritas haberi non poſſit; *c. 1. c. fin. & c. dilectorum & ibi gloſſ. mag. & Pan. poſt recenſitas Hoſtien. Cald. & aliorum opiniones circa finem verſ. vnde puto de iure canonico ſic dicendum & c. hoc tit.* ſed non præſumitur malitia in nominato in teſtem, & requiſito ſi teſtificari recuſat, *Pan. in c. 1. num. 5. & 6.* niſi aliter probetur per producentem, *Pan. in c. ſuper eo nu. 4. hoc tit.* quod aduerſa pars malitioſe ſubtraxerit teſtes, *c. peruenit el 1. hoc tit.* vel ipſi teſtes non amore ſed timore
6 aduerſæ † partis ſe ſubtrahant, *d. c. ſuper eo hoc tit.* quo caſu fit compulſio, licet veritas haberi aliter poſſit. *d. c. ſuper eo & ibi Pan. n. 2. Pan. in d. c. dilecto-*
7 *rum in fine.* Fallit dicta regula † iuris canonici in crimine falſi. *c. cum contra hoc tit.* Secundo in promotione ad prælaturas, ne indignus præficiatur. *c. ſuper his hoc tit.* Tertio quando proceditur in modum inquiſitionis. *c. licet Heli de ſimon.* Quarto quando delictum fuit commiſſum lite pendente, ne iudicum iuriſdictio elidatur. *Pan. in d. c. ſuper his verſ. tertius.* Quinto quando teſtimonium requiritur ad liberandum hominem ab iniuſta morte, vel pœna quacunque, vel à falſa infamia, vel etiam ab aliquo damno, tenetur quis ad teſtificandum, etiamſi teſtimonium eius non requiratur, tenetur facere quod in ſe eſt, vt veritatem denunciet alicui, qui ad hoc poſſit prodeſſe iuxta pſalmum, eripe pauperem & egenum de manu peccatorum. *numeri cap. 24. eripe eos qui ducuntur ad mortem c. ſicut dignum §. illi etiam de homicid. & ibi gl. in verb. potuit.* Sexto ad detegendam coniurationem. *c. fin. hoc tit.* Septimo quando teſtis pretio inductus retrahit ſe à teſtificando, poteſt iudex contra eum procedere tanquam falſarium, & cogere ad teſtificandum. *l. 1. in princ. ff. de falſ. & ibi Bart. Felin. in d. c. dilectorum nu. 4. hoc tit. Bart. in d. l. diuus Adrianus ſub n. 7. ff. de re indic.*

De fide inſtrumentorum.

Titulus XXII.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum eſt ſcriptura facta ad alicuius probationem in poſterum faciendam, & aliud eſt publicum aliud priuatum.*

2 *Publicum eſt quod confectum eſt per manum tabellionis creati ab habente poteſtatem cum ſolemnitatibus requiſitis.*

3 *Solemnitates publici inſtrumenti ſunt duodecim, quæ hic ordinate explicantur.*

4 *Notarius creatus à Papa ſeu Imperatore vbique locorum inſtrumenta conficere poteſt, ab inferiore creatus in loco ſubiecto ipſi creanti.*

5 *Notarius rogari poteſt de his quæ ipſe facit, aut percipit aliquo ſenſu, vel facit pars quæ rogat, aut faciunt ambæ partes, & non de his quæ facit tertius.*

6 *Notarius ſi de eadem re plures habet matrices, cuinam ſtandum ſit.*

7 *Priuatum inſtrumentum, aliud eſt authenticum, aliud non authenticum, & recenſentur authentica inſtrumenta.*

8 *Non authentica inſtrumenta recenſentur.*

9 *Solemnitates requiſitæ in inſtrumento publico non ſunt neceſſariæ in priuata ſcriptura quæ regula limitatur quatuor modis.*

10 *Inſtrumenta produci poſſunt ab vtraque parte in iudicio poſt publicatas atteſtationes vſq; ad concluſionem in cauſa, & poſt eam produci non poſſunt in cauſa prophana, ſecus in cauſa beneficiali.*

11 *Aduerſario citato ad dicendum contra ea, vel præſente, ac data ei copia cum termino ad opponendum.*

12 *Reſcripta & literæ ſummi Pontificis edendæ ſunt integraliter cum die & anno, reliqua inſtrumenta debent edi ſine die & anno, quo conſcripta ſunt.*

13 *Fallit vltima pars regulæ quinque caſibus.*

14 *Inſtrumenta producens non poteſt reuocare productionem ipſorum quando pars eſt citata ad dicendum contra.*

15 *Citato ad videndum produci iura ſufficit opponere*

Digitized by Google

generalia contra productionem, & admiſſionem iurium.

16 *Inſtrumentorum receptio poteſt ex cauſa committi iudici alterius territorij, & de ſtylo curiæ decernuntur compulſoriales generales, item ſpeciales.*

17 *Generales decernuntur citata vel non citata parte aduerſa, diriguntur ſimplicibus clericis.*

18 *Speciales decernuntur parte citata, cauſa cognita.*

19 *Et in eis iudex compulſorialis debet eſſe qualificatus* iuxta c. ſtatutum de reſcript. in 6.

20 *Regularis Canonicus non poteſt eſſe iudex compulſorialis ſine conſenſu ſui ſuperioris.*

21 *Notarius, locus & iudex compulſorialis poſſunt recuſari.*

22 *In extractione inſtrumentorum & iurium in vim compulſorialium requiritur citatio.*

23 *Quando extrahuntur inſtrumenta per alium notarium, qui de illis non fuit rogatus, ſecus ſi per illum eundem notarium qui ſcripſit originale extrahantur.*

24 *Producens inſtrumentum parte citata ad dicendum contra id, vel ſi inſtrumentum perſeuerauerit in iudicio aduerſario ſciente, videtur fateri contenta in inſtrumento contra ſe.*

25 *Niſi illud producat impugnatiue, aut cum proteſtatione in quantum facit pro ſe.*

26 *Item non approbat, enunciata in eo. Fallit tribus caſibus hic notatis.*

27 *Inſtrumentum ſi producatur in actis quod incipit ſic & finit ſic, tunc tenor inſtrumenti non eſt de actis, ſed ipſa productio & appellatur verbalis.*

28 *Differentia inter realem inſtrumentorum productionem, & verbalem.*

29 *Inſtrumento quæ opponi poſſunt.*

30 *Duo teſtes reprobant inſtrumentum, quando ad probandum intentionem vna exhibentur inſtrumentum & teſtes, qui examinati repugnant inſtrumento.*

31 *Si de falſitate inſtrumenti principaliter tractetur, hoc caſu paribus teſtibus præfertur ſcriptura.*

32 *Confeſſio reſultans ex productione vel impugnatione inſtrumenti præiudicat in eodem iudicio & inſtantia, & cum eodem aduerſario.*

33 *Productio inſtrumenti quoad vnum finem facta, non obſtat producenti quoad alium.*

34 *Comparatio literarum eſt ſubſidiaria probatio, ex ſcripturarum collatione procedens.*

35 *Fit per iudicem adhibitis peritis.*

36 *Ex ſcripturis hic deſignatis.*

37 *Ad ſcripturas eiuſdem vel alterius generis.*

38 *Facit ſemiplenam probationem.*

39 *De ſtylo Curiæ recognitio publici inſtrumenti fit per duos teſtes.*

40 *In antiquiſſimis quæ excedunt centum annos, ſufficit inſtrumenta publica eſſe in forma probanti.*

41 *In recognitione inſtrumenti vel regiſtri antiqui, ſufficit quod teſtes habeant notam manum notarij.*

42 *In recognitione ſcripturarum priuatarum, quæ ſolent fieri abſente parte, ſufficit, quod teſtis deponant, habere notam manum quia viderunt ſæpius ſcribere.*

43 *In recognitione apochæ priuatæ quæ fit à præſente præſenti, teſtes debent deponere fuiſſe præſentes.*

44 *Scriptura priuata trino teſte notata non indiget recognitione.*

45 *Scripturarum quædam facit mentionem de alia, & vocatur memoria, ſiue mentio.*

46 *Scripturarum quædam ſumitur de alia, & illa habet quatuor nomina, ſumptum, exemplum ſiue exemplatum, Copia, & index, Illa vero ſcriptura vnde ſumitur habet tria nomina, originale, exemplar, & Authenticum, practici vocant protocollum.*

47 *Notarius non poteſt alterius notarij notas, in breuiaturas, ſeu prothocollum in publicam formam redigere, niſi ſeptem concurrentibus hic annotatis.*

48 *Limita vt non procedat in ſucceſſore vno, vel pluribus in officio.*

49 *Publicatio ab exemplatione quomodo differat, & quænam ſcripturæ publicari poſſint.*

50 *Exemplantur inſtrumenta publica, in qua exemplatione quinque requiruntur hic notata.*

SECVNDA & præcipua ſpecies probationis eſt, quæ fit per inſtrumenta. *c. teſtes §. ſi dubium 3. queſt. 9.* Inſtrumentum † eſt ſcriptura facta ad alicuius probationem, inpoſterum faciendam; *l. contrahitur ff. de pignor. & hypoth. l. ſi quis legatum ff. de falſ.* Aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicum † eſt, quod confectum eſt per manum tabellionis creati ab habente poteſtatem; *c. 2. hoc tit. l. 2. ff. rem pupill. ſaluam fore §. cum autem Inſtit. de adopt.* cum ſolemnitatibus requiſitis, quæ plurimæ † ſunt. Prima inuocatio nominis domini, Secunda annus domini, Tertia nomen Papæ, Impera-

(margin: 1 beside "Inſtrumentum"; 2 beside "Publicum"; 3 beside "plurimæ")

Digitized by Google

Imperatoris, vel Regis loci, & annus papatus, imperij, ſeu regni, Quarta nomen conſulis illius anni, quod de conſuetudine nõ ſeruatur; Quinta indictio, Sexta menſis & dies inſtrumẽti, *auth. vt proponatur nomen imperatoris in princ. & §. 1. & ibi gl. in verb. auctore, c. inter dilectos & ibi gloſſ. in verb. indictionis quæ etiam explicat quid ſit indictio & ibi Can. hoc tit. l. generalem & ibi gl. 1. C de tab. lib. 10. Pan. in c 1. num. 3. & ibi But. & Fel. hoc tit. Bald. in §. actor & §. die lunæ de pace conſtan.* Septima locus generalis, & ſpecialis, puta locus loci. *l. optimam & ibi gloſſ. in verb. in eo & Bald. num. 10. & DD. C. de contrah. & commit. ſtipul. Angel. in d. auth. vt proponatur nomen imperatoris in princ. & in auth. quib. mod. not. effic. legit. ſub nu. xj. in fin. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in antiq. Caſ. dec. 1. n. 7. & ſeqq. de dol. & contum. reprobata opinione Baldi ibidem allegata Capulaq. dec. 98. part. 2.* Octaua ſeries facti, *d. l. generali & ibi gl. 1. & alijs ſupra allegatis iuribus l. Iuriſgentium §. quod fere ff de pact.* & aliæ ſunt negotij, aliæ inſtrumenti qualitates, *l. 1. §. editiones & ibi gl. mag. in fi. ff. de edend. & ibi DD* Nona teſtes, *Bal. in l. prepoſteri in fi. C. de teſta. & in l. hac conſultiſſimã n. 3. C. qui teſta. fac. poſſ. idem de pace Conſtantia in gloſſ. ſuper verb die lunæ* Dies, conſules, qui eſſe deſierunt. locus, & teſtes inſtrumentarij, qui cenſentur à partibus approbati, etiamſi alias eſſent inhabiles, *auth. de teſtib. §. licet circa finem iuncta gloſſ. in verbo & ſupplicijs Io. de Imol. in l. ad teſtium §. ad conditionem ſub num. 4. ff. de teſtam. ord. Iaſ. in l 1. num. 13 ff. de ferijs* appoſiti in primo inſtrumento, in ſubſequenti, quod illis caret, intelliguntur repetiti: *Iaſ. in l ſi quis argentarius §. ſi initium num. 6. ff. de edendo.* ſufficitque in notario & teſtibus; cognitio illa quæ reſultat per aſpectum teſtatoris, vel contrahentium in ipſo actu teſtandi vel contrahendi, *l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. Bart. in l. 2. §. item labeo num. 4 ff. de aq. pluu. arc. Rot. diuerſ. deciſ. 434. part. 1.* Si notarius dicat interfuiſſe, & non addit cum teſtibus, tamen hoc debet intelligi fauore validitatis actus, *Caſar dec. 1. num. 20. & 21. de reb. eccl. non alien. Felin. in c. poſt ceſſionem num. 15. verſ. fallit 7. de prob. per c. inter dilectos hoc tit.* Decima rogatus notarij, *l. diuus Traianus & ibi per illum text. notat Bart. in fine ff. de milit. teſtam. & DD. authent. de Trebel. poſt princ. verſ. nos autem credimus & ibi gloſſ. in verb. iniungatur & DD. c. inter dilectos & ibi gl. in verb. profiteretur hoc tit. c. cum olim de priuileg.* factus à partibus, vel à teſtatore, *l. 1. & ibi Bart. ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita ſub num. 3. ff. de verb. obl. Bart. in l. ſciendum num. 15. & ſeqq. de verb. oblig.* qui præſumitur ex verbis expreſſis, videlicet, publicaui rogatus, ſcripſi teſtibus adhibitis, &c. *Bart. in l. ſciendum numer. xj. ff. de verb. oblig.* & ex conſenſu partium vndecunque collectio: *fuſe Rot. diuerſ. deciſ. 248. 252. 253. part. 1. per l. hac conſultiſſima §. ſed licet C. de teſtam. & c. l. qui patitur ff. mand. & ibi gloſ. & DD.* Vndecima ſubſcriptio notarii, ſi vero totum ſit ſcriptum manu alterius, recipit auctoritatem à ſubſcriptione notarii, *Bald. in l. diſtantibus num. 6. C. de teſtam. Greg. xv. deciſ. 454. & ibi annot. Natt. conſ. 287. num. 4.* Deſcriptio notarij in matricula non reſpicit ſolemnitatem actus, neque etiam ſolemnitatem publici inſtrumenti, ſed facit præſumptionem tabellionatus, & eſt neceſſaria ad hoc, vt notarius dicatur eſſe de collegio, *l. ſcriniarios C. de teſtam. milit. & ibi Bald. & DD. Dec. in c. 1. num. 18. de fide Inſtrum. Iaſ. in l. barbarius nu. 56. ff. de off. præt. Rot. diuerſ. deciſ. 103. ſub numer. 32. part. 2.* Duodecima quod inſtrumentum legatur partibus, *Inſt. de empt. & vend. in princ. & ibi gloſſ. in verb. abſoluta l. fideicommiſſa in princ. verſ. quoties ff. de leg. 3. l. ſi quis l. ex ea ſcriptura ff. de teſtam.* quia notarius non adhibetur ad ſolemnizandum actũ ab alio diſpoſitum, vt voluit Bartol. in l. cunctos populos num. 41. in fine C. de ſumma Trinit. ſed ad ſolemnizandum publicum inſtrumentum, continens actum ab alio diſpoſitum, *Can. in cap. 1 hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 103. à n. 29 vſq; ad n. 33. part. 2.*

Creatus † à Papa, ſiue Imperatore vel ab alijs 4
Apoſtolicam ſiue Imperialem auctoritatem habentibus, vbique locorum inſtrumenta conficere poteſt, ab inferiore creatus non poteſt conficere inſtrumenta niſi in loco ſubiecto ipſi creanti, & inſtrumenta in illo loco facta vbique valent, *Imol. in c. cum P. tabellio num. 4. & 5. & ibi Felin. numer. 17. & 18. & Can. & Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. & diuerſ. deciſ. 103. num. 1 part. 2. Bart. in l. 1. num. 2 ff. de offic. proconſ. & leg. Butr. in c. per venerabilem n. 22. & ſeqq. qui fil. ſint legit. Franc. Aretin. in cap. cum cauſam num. 13. & ſeq. de prob.* Poteſt † rogari de his 5
quæ ipſe facit, aut percipit aliquo ſenſu, *Bal. in rub. C. huius tit. num. 3. & ſeqq. Bald. in auth. ſed nouo nu. 12. C. ſi cert. pet.* vel facit pars, quæ rogat, vel faciunt ambæ partes; & verba notarij prolata in perſonas contrahentium videntur ab ipſis contrahentibus prolata, *l. cum oſtendimus §. fin. ff. de fideiuſſ. & c. tut. vel curat. & ibi poſt gl. DD. Bald. in l. mater*

ter tua num.5. C.de rei vind.l.optimam C. de contr.vel committ.ſtipul. Bald. in l.2.num.8. in fin.C.de execut. rei iud Bart. in l.ſi dari ff. de verb.obl. & ibi DD.Greg. xv.deciſ.1.num.3.& 4. & non de his quæ facit tertius: Bart.in auth.ſi quis in aliquo numer.8. & 9.C.de edend. & ibi DD. Achil. deciſ.4.& Bald. in rub.C.hoc tit.num.12.& ſeq. & num.33. Bald.in l.fin.nu.13.C. de prob.nam inſtrumentum non probat delictum, l.3. §.1.verſ.idem Diuus Adrianus ff. de teſtib.Si de ea-
6 dem † re plures habet originales ſcripturas, ſiue matrices, ſi eſt in eis repugnantia, neutra valet: ſi in vna eſt plus, quam in altera, ſiquidem illud plus poteſt reduci ad minus, vt in ſummis, valet de minori ſumma: arg. l. ſi diem §. ſi plures ff. de arbitr. Si non poteſt reduci, vt quia vna ſcriptura eſt plenior quam altera, quia continet plura capitula pleniori ſtatur: arg. l. ſi ita ſcriptum fuerit Titius ff. de hered. inſtit. Bald. in l. imperator 1. num.26. & 27. ff. de ſtat.homin. Rot. diuerſ. deciſ.671.nu.3.& ſeqq.part.1. Ego Notarius ſcripſi cum expreſſione nominis, cognominis, & cuius auctoritate ſit Notarius, l.2 C.de conu.fiſc.debit.lib.10. Inſtit. de empt. & vendit. in princ. in verb. niſi & completiones &c.l. ad teſtium §.ſi quis ff. de teſtam. auth. de tabell. in princ. Specul. tit. de inſt. edit. §.2. breuiter num.xj. & 15. cum impreſſione ſoliti ſigni, Specul. §. breuiter n.15. d. l. teſtium §. ſignum ff. de teſtam. Bald. in 1. conſtit. conſ. num.20. Bald. in l. comparationes num.31. C. hoc tit. Franc. in c. ſignificauit per illum text. de appell. l. fin. C. de aſſeſ. quod ex opinione Rotæ non eſt de ſubſtantia, Greg.xv.dec.454.num.3.& ibi annot. etiamſi totum inſtrumentum ſit ſcriptum manu Notarij, Caſtr. in l. cum antiquitas num.7.ff. de teſtam. Bald. in l.2. num. xj. in fine C. quand. fiſc. vel priu. Eſt autem publicum inſtrumentum probatio probata, & facit rem certam, & manifeſtam, l. intereſt & ibi Bal. & l. pecunia & ibi Bald. num.5. C. de ſolut. l. ad probationem C. de prob. §. item verborum obligatio Inſtit. de inutil. ſtipul. l. optimam C. de contrah. & committ. ſti-
7 pul. Greg. xv. dec.409. Priuatum † aliud eſt authenticum, aliud non authenticum, Pan. in c.1.n.2. hoc tit. Authentica ſunt inſtrumentum actorum confectum à duobus idoneis viris, loco tabellionis, in iudicio aſſumptis, etiam ſine præſentia teſtium, & forenſis dici poteſt, c. quoniam contra de probat. Scriptura quæ habet authenticum ſigillum Epiſcopi, inferioris Prælati, c.2. & ibi glo. in verb. ſigilla allegat concordant. & Can. de ſolut. Franc. Marc. dec. 1078. num.2. & ſeq. part.1. Capituli, vel alicuius Principis ſæcularis, c.2. & ibi glo. fin. c. cum dilectus hoc tit. c. poſt ceſſionem de probat. c. cura xj. quæſt.3. & ibi gloſſ. 1. Conuentus, c. tertio loco de probat. cuiuslibet corporis, & Collegij, c. dilecta & ibi gloſſ. fin. & Can. de exceſſ. prælat. Bald. in l. ſi qua per calumniam num. 8. C. de epiſc. & cleric. ac alterius cuiuſq; de his quæ facere poteſt, vel debet ratione officij ſui, Specul. de prob. §.3. videndum num.15. Pan. in d. c. poſt ceſſionem num.1. de prob. Franc. Marc. quæſt.1078 ſub num.4. part.1. Cautio priuata iam trino teſte, maſculo, l. ſcripturas in fine C. qui pot. in pign. hab. Fel. in c.2. num 4. hoc tit. Probatæ atque integræ opinionis, quæ qualitates teſtium articulandæ, & probandæ ſunt, Angel. Peruſin. in l.2. §. diem ſub n.4 verſ. & notandum eſt diligenter ff. quemadm. teſtam. aper. notata, hoc ius eſt nacta, quod cautio publice facta: ita quod plene probet, tam contra ſcribentem, quam quemlibet alium, l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. tam in perſonali, quam reali actione. c. 2. & ibi gloſſ in verb. authentic. hoc tit. Sumptũ manu publici notarij, qui de inſtrumento non fuit rogatus, l. vnum teſtamentum ff. de teſtam. auth. ſi quis in aliquo & ibi Bart. num.3. & 15. C. de edend. & ibidem DD. cum decreto iudicis & cauſa cognita, vocatis his quorum intereſt: c. fin. hoc tit. c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. c. ex parte abbatiſſæ de priuil. c. Albericus & ibi Pan. num.5. & ſeqq. de teſt. etc. auth. ſi quis in aliquo & ibi Bart. numer.4. & 17. C. de edend. de quo inferius dicetur, Exemplum vero ab huiuſmodi ſumpto extractum cum eadẽ ſolemnitate, fidem non meretur: l.3. C. de diuerſ. reſcript. Caputaq. deciſ.234. part.3. Greg. xv. deciſ.432. & ibi annot. & dec.469. & dec.550. & licet exemplum in actis regiſtratum probet in alio iudicio, quando ipſum exemplum regiſtratum producetur apud acta alterius iudicis, ſecus tamẽ eſt in exemplo ab eo exemplato, Greg. xv. dec.550. num.3. & 4. Paul. de Caſt. in l.3. num.3. & 4. Bald. numer. 2. C. de diuerſ. reſcript. etc. Capuaq. dec.234. part. 3. Couarr. pract. q. cap.21. Dec. in Auth. ſi quis in aliquo nu.30. C. de edendo, Charta quæ profertur ex archiuio publico, Auth. ad hæc C. hoc tit. c. peruenit 30. quæſt.1. c. ad audientiam de reſcript. late Franc. Aretin. in c. cum cauſam numer. 4. & plurib. ſeqq. & ibi Can. de prob. l. exemplo & ibi late Bald. & DD. C. de prob. quod habet cuſtodem deputatum de publico, & charta ſit poſita inter ſcripturas publicas, Felin. in c. cum cauſam num.7. de prob. & ibi Pan. ſub num. 1. & Can. Fel. in c. ad audientiam nu. xj. & numer. ſeqq. vbi ponit

nit

Digitized by Google

nit 10. *concl. de præſcript. & ibi Can. Franc. Marc. dec.* 298 *part.* 1. & fidem facit inter ſubditos etiam extra territorium: *Fel. in d. c. ad audientiam ſub n.* 12 *circa finem*, contra non ſubditos non probat extra territorium, *Fel. in d. c. ad audientiam num.* 12. *Franc. Marc. q.* 438. *num.* 4. *part.* 1. *& quæſt.* 334. *nu.* 2. *part.*
8 2. Non authenticum † eſt charta priuata, ſcriptura quælibet carens ſubſcriptione teſtium, quæ generaliter fidem non facit, niſi contra ſcribentem, eiuſque hæredem, *l. inſtrumenta l. rationes l. exemplo C de prob. Greg. xv. dec.* 159 *num.* 2. *&* 3. *Iaſ. in l. admonendi num.* 77. *& ſeqq. ff. de iureiur.* contra tertium alicuius roboris firmitatem non habet niſi vetus ſit & mentionem faciat de facto antiquo, *c.* 2. *& ibi Pan. num.* 11. *Felin. in prin. & Can. hoc tit. Mynſ. obſ.* 79. *cent.* 5. *dicens tempus dici vetus arbitrio Iudicis. Iaſ. in l. admonendi num.* 9. *ff. de iureiurando*, Triplex eſt, quædam Apodiſſa, ſiue Apocha, quæ datur à parte parti, & proprie eſt ſcriptura creditoris profitentis ſibi ſolutum à debitore, *l. Lucius Titius l.* 2 *§ tutelæ ff. de adminiſt. tut. l. ſi accepti latum verſ. fin. ff. de acceptil. l. qui tabulas, verſ. apocha ff. de furt.* Antapocha eſt ſcriptura, quam facit debitor creditori, in qua debitor fatetur ſe ſoluiſſe penſionem, cenſus vel vſuras, *l. plures C. hoc tit.* ne occultando aut infricando Apocham poſſit ius creditoris facere vacillare, *gloſ. in d. l. plures in verb. apochis & DD. l. fin §. Titius & ibi gl. in verb. apocha ff. de cond. indeb. Franc Marc. dec.* 370. *part.* 1. Quædam eſt ratio, quam ſibi quis conficit, vt ſunt cōputus tutorum, mercatorum, campſorum noſtri temporis, *l. inſtrumenta l. rationes l. exemplo C. de probat. Greg. xv. dec.* 79. *Gail. obſ.* 20 *lib.* 2 quæ inter ſocios plene probant, *Menoch. de arbitr. iud. cent.* 1. *lib.* 2. *caſu* 42. *Rot. Ianuenſ. dec.* 173. *numer.* 5. *Rip. in l. admonendi num* 129. *& ibi DD. ff. de iureiur. Rot. Farin. dec.* 641. *num.* 5. *part.* 1. ac generalium adminiſtratorum & officialium publicorum, qui tenentur libros rationum conficere, alii autem adminiſtratores particulares non tenentur, *Greg. xv. dec.* 274. *& ibi annot.* Quædam eſt epiſtola, quam quis mittit alteri, *Bart. in l. nuda ratio à nu.* 5. *vſque ad fin. ff. de donat. idem in auth. etſi contractus num.* 6. *& ſeqq. C. hoc tit. c.* 2. *& ibi Pan numer.* 1. *in fin. & num. ſeqq. & ibi Fel. numer.* 2. *& ſeqq. & Can. eod. Bald. in rub. C. huius tit. nu.* 56. *& ſeqq.* Solem-
9 nitates † requiſitæ in inſtrumento publico non ſunt neceſſariæ in ſcriptura priuata, *l. cum tabernam §. idem quæſiit ff. de pignor. Bald. in* 1. *conſtit. Cod.*

§. quibus num. 21. *l. in commodato §. ſicut verſ. ergo ſi pupillares ff. commod.* Limita r. in ſcriptura priuata teſtamenti etiam inter liberos, in quo debet bene apparere de die, & anno, *Auth. quod ſine C. de teſta.* quia pluries & fieri, & mutari poteſt, & id eſt ratum quod vltimum comprobatur, *l. omnium C. de teſtam. l.* 2. *§. diem ff. quemad. teſtam. aper.* Secundo quando ſcriptura priuata directo conficitur ſuper tempore, *l. ſi alterius C. ſi minor ſe maior. d. exer. l.* 2. *C. de ijs qui veniam ætat. impet.* Tertio quando ſubſtantia actus poteſt infringi ex tempore, vt in mādato procuratoris dato per priuatam ſcripturam, quia ſi non apparet de tempore tunc iudicium quaſi ſine mandato factum poteſt infringi, *Bald. in* 1. *conſtit. C. num.* 23. Quarto quoad probandam prioritatem & poſterioritatem, *l. ſcripturas & auth. ibi poſita C. qui pot. in pign. hab. Angel. de Peruſ. in §. ſi quis auth. de inſtrum. caut. & fide nu.* 4. nam cum prioritas conſiſtit in tempore, non poteſt probari, ſi tempus non adeſt, *l. prior C. qui pot. in pign. hab.*

Inſtrumenta produci † poſſunt ab vtraq; parte in iudicio: (producta cum libello non probant niſi poſt litem conteſtatā reproducantur, *gloſſ. in c. cum dilectus in verbo in modum exceptionis, & ibi Can. de Ord. cogn. Matheſ. ſing.* 40. *& ibi laxe add. Mynſing. Obſ.* 53. *Cent.* 2. coram iudice præſente, *Felin. cont. Pan. in c. quoniam contra nu.* 38. *&* 39. *& ibi Hoſt. Butr. Immol. de probat. Bald. in l.* 2. *ſub num.* 2. *C. de Edend. allegans plures textus.* vel coram Notario à Iudice ſpecialiter deputato, ad recipiendam productionem ſcripturarum, *Felin in d. c. quoniam contra ſub nu.* 40. *verſic. ſecundo limita & numer.* 41. *de probat. vt ibidem Hoſt. & Butr.*) poſt publicatas atteſtationes vſque ad concluſionem, id eſt renunciationem allegationum, & omnium aliarum probationum, *c. cum dilectus & ibi Felin. ponit* 4. *ampl. &* 12. *limit. & Can. hoc tit. c. paſtoralis §. ſi vero renunciatum de cauſ. poſſeſ. & prop. c. auditis de procur.* & poſt eam produci non poſſunt in cauſa prophana, *Rot. deciſ.* 1. *de prob. in antiq. c. cum dilectus de fid. Inſtrum Innoc. in c. paſtoralis nu.* 1. *de cauſ. poſſeſ. & prop. Rot. deciſ.* 1. *de teſt. in nou. & ibi add. Mynſ. obſeru:* 53. *cent.* 2. niſi producens iuret per ſe aut procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum nouiſſime illa fuiſſe reperta, *Iaſ. poſt Bart. in repet. l. admonendi nu.* 58. *ff. de Iureiur. & ibi Rip. n.* 48. *& DD. Fel. in c. paſtoralis n.* 9. *de except. Mynſ. obſ.* 53. *cent.* 2. ſecus in cauſa beneficiali, niſi expreſſe eſſet 10

eſſet dictum, quod poſt terminum, nec per in-
ſtrumenta, nec alias probari poſſit, *Rot. d. deciſ.* 1.
et deciſ. 2. de prob. in antiq. Clem. ſæpe et ibi gloſſ. in verb.
non obſtante de verb. ſignif. & ibi Can. aduerſario ci-
11 tato † ad dicendum contra ea, alias non dicuntur
de actis, *Felin. in c. quoniam contra nu. 4. de prob.*
Caputaq. deciſ. 99. part. 2. Greg. xv. deciſ. 110. num. 5.
Sarnen. in reg. de annali quæſt. 4. num. 8. et 41. vel
præſente, *c. charta 3. quæſt. 1. l. iudices et ibi Bald. in 4.*
not. C. hoc tit. ac data ei copia, cum termino ad op-
ponendum, *l. cum quidam in princ. C. hoc tit. Bart. in*
extrauag. ad reprimendum in verbo de plano n. 3. in fine
quoni. in crimin. leſ. maieſt. proced. Angel. Aretin. in §.
appellatur in fine de inſt. except. ita quod ſi ſuper v-
no tantum capitulo inſtrumenti, vel priuilegij
quæſtio fuerit, totum inſtrumentum ſeu priuile-
gium, præſente iudice, aut aliquibus prudenti-
bus viris deputatis ab ipſo, audiente parte con-
traria recitetur, vel potius tradatur ad legendum
aduerſario integraliter, *c. cum perſonæ in princ. de*
priu. in 6. Felin. in c. contingit. n. 1. hoc tit. et ibi DD.
& capitulum controuerſum ſolummodo de-
ſcribatur, & aduerſæ parti copia eius fiat, *c. contin-*
git hoc tit. l. argentarius §. edi ff. de edend. Inſtru-
mentum rogatum in officio notarij cauſæ, ad ef-
fectum vt ſit de actis, requiritur quod ſit repeti-
tum cum partis citatione, ad dicendum contra
id, & oblata copia, *Sarn. in reg. de ann. quæſt. 4. n. 11.*
Greg. xv. deciſ. 508. nu. 6. & ibi annot. Reſcripta &
12 literæ ſummi † pontificis edenda ſunt integrali-
ter cum die & anno, *c. cum te & ibi gloſſ. in verbo*
datam literarum & Can. de reſcript. reliqua inſtru-
menta debent edi ſine die & anno, quo conſcri-
pta ſunt, ne quid excogitetur, aut prolato die fiat,
l. 1. §. editiones ff. de edend. ſed cum nominibus te-
ſtium Tabellionis & loci. *gloſſ. in d. §. editiones in*
13 *verbo die & conſule in fin.* Fallit in † rationibus quæ
debent edi cum die & anno, *l. 1. §. rationes ff. de*
edend. quoniam accepta & data non alias poſſunt
apparere, Secundo, quando dies ſolutionis vel
ſummæ non poteſt eſſe clara ſine die inſtrumen-
ti, vt quia inſtrumentum dicit, promiſit hinc ad
menſem, *Bald. in l. 1. §. editiones in fine ff. de edend.*
Tertio, ad inſtruendam falſi accuſationem con-
tra producentem de vſu vel de fabrica, ſi petens
edi diem, offerat ſe paratum inſcribere ad pœ-
nam talionis, *l. fin. C. hoc tit. Bald. in l. 1. n. 8. de prob.*
debet edi integre originale coram iudice in loco
congruo, & ſecuro & paucorum comitantium
numero, *c. accepimus hoc tit.* præſtito per petentem
illud exhiberi, ſi ſemel inſtrumento fides fuerit
impoſita, iuramento ſe credere poſſe probare il-
lud eſſe falſum, *l. fin. C. hoc tit.* interim vero ſtatur
inſtrumento, & ſententia illius vigore lata eſt
inuiolabiliter obſeruanda, *d. c. accepimus.* Quarto,
in inſtrumentis communibus factis pro cautione
plurium, *l. fin. ff. hoc tit. l. ſi quæ ſint cautiones ff. famil.*
erciſcund. ac in actis, iudicialibus, ſiue forenſibus,
etiam de ijs, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,
l. 2. C. de edend. Bald. in l. 1. §. editiones n. 20. in fine ff.
eod. Innoc. in c. 1. n. 1. 2. & 3. de prob. Lanf. dec. 247.
cent. 3. Quinto, in inſtrumento, quo quis vtitur
extra iudicium, vt in proteſtationibus, *l. ſi quis infi-*
ciatus ff. depoſ. Bald. in c. cauſam te num. 9. de reſcript.
Producens † iura non poteſt reuocare produ- 14
ctionem ipſorum, quando pars eſt citata ad di-
cendum contra, ex quo per citationem ſunt effe-
cta communia, *Put. deciſ. 262. lib. 2 contra Paulum*
de Caſtro in auth. iubemus numer. 5. C. de iud. ſufficit
citato † ad videndum produci iura, opponere ge- 15
neralia, *Fel. in c. fi. ſub n. 7. verſ. 2. fallit hoc t. Put. dec.*
155. ſub num. 1. libro 1. Rot. elec. 2. hoc tit. in not: contra
productionem & admiſſionem iurium ex ad-
uerſo productorum, ac ſtante tali oppoſitione
poteſt opponere contra admiſſionem iurium ex
diuerſis cauſis; vel quia obſtat producenti res iu-
dicata, vel quia iura non ſunt releuantia, vel non
ſunt in forma probanti, vel quia reſpiciunt peti-
torium, ſed ſi contra inſtrumenta producta dice-
ret generalia, oppoſitio huiuſmodi reſpicit tan-
tum inſtrumenta producta, & non reſpicit eo-
rum admiſſionem, ideo ſi ex illorum productio-
ne & admiſſione deprehenderetur iniquitas rei
iudicatę, nec appellaret ab admiſſione dictorum
inſtrumentorum, videtur renunciaſſe rei iudica-
tæ, *Caputaq. deciſ. 323. part. 1. Paul. de Caſtro in l. titia*
textores ff. de leg. 1. & ibi DD. Caputaq. deciſ. 278. &
deciſ. 279. part. 2. l. ſi aduerſarius C. de fid. Inſtrum.
quod ſi pars citata ad videndum produci &c. non
oppoſuit contra ea in termino, an ante ſenten-
tiam poſſit opponere & excipere contra ea? Ro-
ta ſeruat diſtinctionem Decij, *in auth. ſi quis in ali-*
quo num. 27. C. de edend. quod poſſit opponere,
quando iudex ea ex officio reiecit, ſecus vero,
quando iudex non reiecit, nec pars oppoſuit, vi-
detur enim illis acquieſcere ex tacito conſenſu,
arg. l. optimam C. de contrah. & committ. Socin. ſen. in
d. auth. ſi quis in aliquo num. 17. & 18. Put. deciſ. 116.
lib. 2.

Digitized by Google

lib.2. Iaſ.in l. Titia textores num.15. ff. de leg.1. defenſiones enim reorum incipiunt ab excipiendo, *Bal. in l. per hanc ſub num.xi. C.de temp.appell.ptr l.ſi vnus*
16 *§. pactis ff. de pact.* Inſtrumentorum † receptio poteſt ex cauſa committi iudici alterius territorij, citata & monita parte aduerſa, vt iſtic compareat, & poſtquam in locis opportunis fides inſtrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem iudicem; *l. iudices & ibi DD. C.hoc tit. c. peruenit in princip. & c. conſtitutus in fine de fideiuſſ. c. cum olim §. interim de priuil. Gail. obſ. 134. lib.1. l. ſed ſi quis ex ſignator. & ibi gloſ. fin. ff. quemadmodum teſtam. aper. inſpiciantur & deſcrib.* quia originalia ſine periculo transferri non poſſunt ad alia loca. De Stylo Curiæ decernuntur compulſoriales generales, item ſpeciales pro extrahendo aliquo in-
17 ſtrumento. Generales decernuntur † citata vel non citata parte aduerſa, *Rot. deciſ. 42. & 43. de prob. in antiq. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in antiq. c. penul. in hoc tit.* diriguntur ſimplicibus clericis, & compulſor aſſumptus illarum vigore nō debet eſſe qualificatus *iuxta c. ſtatutum de reſcript. in 6. Achil. dec. 3. de offic. deleg. add. ad deciſ. 30. de reſcript. in nou. c. ſtatutum & ibi gloſſ. in verb. cauſa Franc. & Can. de reſcript. in 6.* decernuntur tempore feriatum generalium in diebus iuridicis, *Rot. diuerſ. deciſ. 758. in fine & deciſ. 759. part. 3. libr 3. l. oratione iuncta l. ſolet ibi & ſi qua ſimiles ſunt ff. de fer. & dilat.* nō impediunt proceſſum vlteriorem, *l. pen. §. his de præſentibus circa fin. C. de reb. cred. l. 2. §. fin. verſ. ſin autem C. de iure iur. propter calumn. dan.* Poſſunt exequi per diuerſos iudices, & proceſſus inchoatus per vnū iudicem poteſt finiri per alium, ob clauſulam in compulſorialibus generalibus poſitam, vnus veſtrum alium non expectet, nec vnus pro alio ſe excuſet, ob quam ceſſat *c. ſi plures de offic. deleg. in 6. Put. deciſ. 381. lib. 2. faciant not. per Bart. in l. ſi quis 2. C. de aquaduct. lib. xj. Veſt. in praxi libr. 6.*
18 *cap.1. num.12. & ſeqq. xv. deciſ. 218.* Speciales † dantur parte citata, cauſa cognita, dato dubio, ac decreta compulſione, ſi feriæ ſuperueniunt, poterit iudex partes citare, & cogere in ipſis ferijs ad cōcordandum de loco & iudice compulſore; quia hæc pertinent ad abſolutionem negotij prius in iudicio explicati, *c. fin. de iud. Bell. deciſ. 657. auditor & deciſ. 658.* retardant proceſſum cauſæ ſicut remiſſoriæ, & dantur prorogationes ad illas expediendas, ſicut dantur pro expeditione & executione remiſſoriæ; *Caputaq. deciſ. 171. part.1. at-*

teſtans de Stylo Rot. l. ſiue pars C. de dilat. gloſſ. 2. in fine in c. 2. & ibi Can. de dilat. Veſt. in praxi lib. 6. c. 1. num. 12. in fin. debetque † iudex compulſorialis 19
eſſe qualificatus ex generali regula *c. ſtatutum §. in nullo. de reſcript. in 6.* & compulſio extra locum deputatum facta eſt nulla; *c. ſtatutum §. in nullo & ibi Franc. nu. 4. & Can. de reſcript. in 6. Card. Seraph. deciſ. 90. & 94.* non poteſt ſubdelegare, etiamſi datus eſt de conſenſu partium, *Pulchre Rot. deciſ. 8. de offic. deleg. in nou. c. cum cauſam in fine de appell. & ibi poſt gloſſ. Can. la iudice C. de iud. c. paſtoralis §. ſi vero de offic. deleg. & vtrobique DD.* ideo ipſe debet recipere iuramenta teſtium, & deinde poteſt ſubdelegare examen, quia receptio iuramenti eſt actus iuriſdictionis; *c. cum cauſam & ibi Franc. in 4. & 7. quæſt. & ibidem Prepoſ. & Can. de appell. Caputaq. deciſ. 167. & 173. part. 1. Rot. deciſ. 3. ad teſt. in nou.* circa ferias debet ſeruare formam traditam, ab eo qui litigatores remiſit, ſi nulla ſit forma tradita, ſeruabit legem illius loci, in quo compulſionem exequitur, *arg. l. ſed etſi per prætorem §. pen. ff. ex quib. cauſ. maior. l. miles §. quidam verſic ſexaginta ff. de adult. fere. ſinecol. de remiſſ. litig. cap. 33.*

Regularis canonicus non † poteſt eſſe iudex 20
compulſorialis, ſine conſenſu ſuperioris, & ſi compulſet, acta ſunt nulla, etiamſi pars aduerſa fuiſſet præſens, & nihil oppoſuiſſet, *Caputaq. deciſ. 174 part.1. Rom. ſing. 245. religioſus Clem. religioſus & ibi annot. de procurat.* quia religioſus non poteſt ſe intermittere in iudicialibus ſine conſenſu ſuperioris, *Clem. religioſus de procur. l. pedius §. in ſeruum ff. de arbit.* aut etiam extraiudicialibus, cum non habeat velle aut nolle, *c. religioſus de teſtam. in 6. c. non dicatis 12. quæſt. 1. Clem. vnic. de teſtam.* Notarius locus, & iudex † compulſoriales poſſunt recuſari, 21
notarius & locus ſolo iuramento abſque expreſſione cauſæ, *Bald. in c. ſuper quæſtionum ſub num. 2. de offic. deleg. Franc. in c. cum ſpecialis nu. 41. & ſeqq. de appell. Caputaq. deciſ. 64. part. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 93. num. 3. part. 1.* iudex de ſtylo in curia non poteſt recuſari ſuſpectus à procuratore, niſi habeat ſpeciale mandatum, *Caputaq. deciſ. 168. part. 1. l. ſi procurator §. celſus & ibi gloſſ. in verbo quoniam nihil ff. de cond. indeb. arg. eorum quæ notat Angel. in l. ſi quis intentione num. 4. & DD. ff. de iud. & in terminis noſtris Alex. conſ. 78. num. 14. & 15. vol. 5. & Pariſ. conſ. 31. num. 72. & 112. vol. 1.* quia cauſa ſuſpicionis reſidet in animo, & animo retenta non poſſunt per hæredem & minus procuratorem explicari niſi ha-

Digitized by Google

beat ſpeciale mandatum, *l. idem pomponius ſcribit ſi*
frumentum § fin. & ibi gl. in verbo appareat. & DD. ff.
de rei vendit. l. ſi quis intentione & ibi Bald. n. 2. Angel.
Peruſ num. 4. & DD. ff. de iud gl. in l. inter ſtipulantem
§. 1. in verbo actori & ibi DD. ff. de verb. ſignif. nec ſuf-
ficit mandatum generale cum libera, *Bart. in l. in-*
ter ſtipulantem §. 1. n. 9. & ibidem DD. ff. de verb. ob-
ligat. extra curiam iudex compulſor recuſari po-
teſt, cenſeturq; legitima recuſatio, quando cauſæ
legitimæ recuſationis fuerunt propoſitæ in ſcri-
ptis, præſtitum fuit iuramentum, petiti fuerunt
arbitri, & fuerit appellatum à proceſſu vlteriori
& quidquid poſtea fuerit actum, eſt nullum e-
iam deſerta appellatione, *c. cum ſpeciali & ibi Pan.*
Franc. in princ. & c. 2. requiſ. §. 3. & vtrobiq; Can. de
appell. Pan. in c. quoniam contra num. 13. de prob. poſt
gloſſ in verbo recuſationes Alex. in l. quia poterat nu. 4.
ff. ad Trebell. Caputaq. deciſ. 172. part. 1. Rot. deciſ. 93.
22 *part. 1. diuerſ.* In extractione † inſtrumentorum &
iurium in vim compulſorialium requiritur cita-
tio, quia in curia in obtinendis compulſoriali-
bus citatur aduerſarius ad conſtituendum, vel
ſubſtituendum procuratorem repetibilem & ac-
ceptantem intra certum tempus præfixum in lo-
co, in quo compulſoriæ ſunt exequendæ, & in e-
uentum non conſtitutionis huiuſmodi procura-
toris decernitur proceſſus per affictionem ad
valuas eccleſiæ maioris ibidem, qua forma ſer-
uata iura cenſentur bene compulſata, *Caputaq.*
deciſ. 175. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 450. nu. 2. Paul.
de Caſtro in l. iudices num. 6. C. de fid. Inſtrum. late Rot.
deciſ. 1. hoc tit. in nou. Quod ſi compulſoriales ge-
nerales, vt plerumque fit in Curia fuerunt decre-
tæ, aduerſario non citato, requiritur ſpecialis &
perſonalis citatio, quando perſona eſt certa quæ
lædi poteſt, & citatio per edictum, quando per-
ſona eſt incerta, *l. 2. & ibi Bald. n. 6. C. de teſtam Pan.*
in c. ſignificauit num. 8. de teſtib. Felin. in c. fin n. 6. qui
ponit aliquot fall. hoc tit. Rot. deciſ. 1. in nou. & deciſ. 4.
23 *in antiq. Mohed. deciſ 8. hoc tit.* quando † extrahun-
tur inſtrumenta per alium notarium, qui de eis
non fuit rogatus, ſecus ſi per illum eundem no-
tarium, qui ſcripſit originale, extrahantur, tunc
enim faciunt fidem parte adhoc non vocata,
quia ſunt inſtrumenta publica, & eadem eſt per-
ſona & eadem auctoritas, quæ illis fidem impo-
nit: *l. ſi quis ex argentarijs § prohibet ff. de edend. Bart.*
in auth. ſi quis in aliquo num. 3. C. eod. §. ſed & vnum
& ibi gloſſ. in verbo immineat in fin. Inſtr. de teſtam.
Felin. in c. fin. num. 7. hoc tit. Rot. deciſ. 4. eod. in antiq.
Caputaq. deciſ. 170. part. 1. imo obtenta & executa
ex aduerſo compulſoria, inſtrumenta habita à
notario compulſore faciunt fidem, licet non ſit
reproducta compulſoria, *Card. Seraph. deciſ. 1387.*
num. 8. auth. adhec C. hoc tit. Iaſ. in l. 1. num. 8. & ſeqq.
ff. quod. quiſque iuris & c. Iaſ. in l. 1. §. editiones num. xj.
& ſeqq. ff. de edend. quia cum fuerint producta co-
ram notario compulſoriæ, fuerunt de ipſius actis
effecta, & propterea; vti propria, poſſunt ab ipſo
ſine aliqua ſolemnitate extrahi: *Marant. de ord. iud.*
partib. §. decimus actus ſub num. 3. verſ. quandoq; pro-
ducens inſtrumentum Gregor. xv. deciſ. 38. num. 2. &
deciſ. 454. eadem ratione non requiritur citatio,
quando capitur ſumptum ex regiſtro principis,
qui priuilegium conceſſit, *Archid. in c. contra mo-*
rem poſt nu. 1. 100. diſt. Pan. in c. albericus ſub num. 5.
de teſtib. & ibi Can. aut quando pars non citata
compulſoriales reproducit, *c. ſi romanorum 19. diſt.*
Rot. deciſ. 2 hoc tit. in nou. aut præſens fuit exempla-
tioni licet non citata, *Imol. poſt Innoc. num. 4. in c.*
fin. num. 13. hoc tit. per l. in cauſa 1. §. cauſa ff. de minor.
Ioan. Andr. in c. fin. num. 4. de elect. in 6. Illud notan-
dum eſt quod collatio ſcripturarum facta cum
originalibus vim habeat tranſſumptionis, *Rot.*
diuerſ. deciſ. 311. num. 2. part. 1. l. chirographis ff. de ad-
miniſt. tut. Quando fit diligentia de repetiendo
breue, aut ſupplicationem, ſeu bullam in regiſtris
citanda eſt pars ad videndum fieri diligentiam,
quæ fieri debet per duos electos à iudice officia-
les officij vbi fit, & poſt factam diligentiam ite-
rum citanda eſt pars ad videndum fieri relatio-
nem, & officiales debent referre medio iura-
mento, & ita erit diligentia rite facta, alias non
tenet, *Caputaq. deciſ. 265. part. 1. l. 1. & ibi Bart. ff. de*
vent. inſpic. auth. de non alien. aut permut. reb. eccleſ.
immob. §. quod autem dictum eſt & ibi Ang. de Peruſ.
& DD. c. ſignificaſti el. 2. & ibi Pan. num. 3. & Can. de
homicid. Producens inſtrumentum ſpecialiter,
ſiue etiam generaliter, vtacta coram N. Iudice
(generalis enim productio toleratur, licet quoad
proteſtationem in parte & partibus habeat diffi-
cultatem, *Butr. in c. imputari ſub numer. 2. & Im. in c.*
5. perpetuus nu. 5. hoc tit.) parte † citata ad dicen- 24
dum contra id, vel ſi inſtrumentum perſeuerauit
in iudicio, aduerſario ſciente, *Bald. in l. ſi quando n.*
3. C. de teſtib. Iaſ. in l. properandū §. ſin autem reus n. 5.
C. de iud. vbi limitat. 4. mod. Caſ. deciſ. 16. num. 2. & 5.
de prob. videtur fateri contenta in inſtrumento

contra

contra ſe, & ex ipſis condemnari poteſt, *c.cum venerabilis de except.c.cum olim.de cenſ.l.cum precum C. de lib.cauſ.Bart.in l.poſt legatũ ff. de his quib.vt indign. & c.Mohed. deciſ.1.de regul.* etiamſi ſcriptura fuerit producta à procuratore, *Crau.conſ.80.num.4.& 5.Greg.xv.deciſ.331.num.12.& ibi annot.* quæ regula locum habet etiam in fiſco, ac in iudice inquirente, *Bald. in l. parentes ſub num.5. & ibi Salyc.ſub num.2. & DD. C.de teſtam.Greg.xv.deciſ.238.n.6.& ibi annot.limitat.duob.mod.* & hæc productio realis vocatur, quæ præſumitur, quando adſunt verba tenoris &c.facto produxit &c.animo re habendi vel ſimilia; *Marcheſ. de commiſſ.part.3.fol.157.gl.in extrauag. ad reprimendum in verbo de plano verſ.& ſi aliquis haberet terminum ad producendum quom.in crim.laſ.maieſt.proced. et ibi Bart.ſub nu.3. Rom.conſ. 519. Imol.in c. cum in iure ſub num.10. de offic.deleg. Greg.xv.deciſ.59.et ibi annot.num.10.et ſeqq.Bart.2. l.2.num.5.ff. de exception.* quia non tenetur originale dimittere apud acta, *l.fin. et ibi Bart. C.de fid. Inſtrum. c. cum perſona in princ. de priuil.in 6.Bald.in l.1.§ editiones num.20.ff.de edend.Felin in c.contingit per illum textum num.1. hoc tit.* ſed regiſtratio eius facta in actis parte citata probat contenta & depoſita in inſtrumento, *d.l.fin.C.hoc tit. Bart.in l. chyrographis num.2.per illum text. ff.de adminiſt. tut. Felin. in c. quoniam contra num.50. de prob. qui ponit*
25 *duas limit.* niſi illud † producat impugnatiue, puta cauſas grauaminis, *Crauet.conſ.175.num.7.Rot. diuerſ. deciſ.104.n.xj.part.2.Caſ.deciſ.6.ſub.num.1. de re iud.* aut cum proteſtatione in quantum facit pro ſe, & contra partem aduerſam & non aliter, *c.cum M.de Conſtit. & ibi Can.c.cumana de elect.Rot. deciſ.3.hoc tit.in nou.Felin.in d.c.cum venerabilis n.13. verſ. limita ſecundo vbi in verſ. horum autem opinio*
26 *ſublimitat. quinque mod. de except.* Præterea † non approbat enunciata & narrata in eo, *l.fin. ff.de prob. l.aurelius §.fin. ff.de lib.leg. Bart. in d.c.cum venerabilis num.17.& ibi Felin.num.23.* Limita primo quando verba enunciatiua reſpiciunt ſubſtantiam actus, de quo agitur, & relationem habent neceſſariam certo modo ad eiuſdem actum, *l.optimam C. de contrah.ſtipul.* Secundo, quando ſunt emiſſa ſuper eo, in quo partes ſibi poſſunt præiudicare, *l.quidam ff.de prob.* vt prolata ſuper aliquo iure, in quo ſit dare quaſi poſſeſſionem, conſtituunt illum, ad quem verba diriguntur, poſſeſſorem illius iuris, & transferunt onus probandi, *l.non nudis l. non Epiſtolis C. de prob. l.pen.ff. eod.et ibi glo.1.l.ex hac ſcriptura & ibi Bart. num.16. in fine ff. de donat.* Tertio, in producente proprium inſtrumentum, ſiue propriam appellationem; in quo ſtatur narratis, & enunciatis contra producentem, *Rot.deciſ.3.in fine hoc tit. in nou.ff. Felin in d.c. venerabilis ſub num.23. verſ. horum autem opinio.* Quando quis comparet ſimpliciter in actis, &
produxit † inſtrumentum, quod incipit ſic & 27
finit ſic, tunc tenor inſtrumenti, non eſt de actis, ſed ſola productio, & appellatur productio verbalis, *Alex. in auth.ſi quis in aliquo ſub num.9. verſ. tamen dictam concluſionem reſtringe C. de edendo & ibi DD. Sarnen. in reg. de annali quæſt.4.ſub nu.10. verſ.quinimo Natt.conſ.194.num.15.Rot.Farin.deciſ. 561.numer.10. & ſeqq. part.1. c. charta 3.quæſt.9. Gregor.xv.deciſ.59.numer.10.& ſeqq. Imol. in cap. cum in iure num.10. in fine de offic. deleg.* Quodſi pars citata ad dicendum contra iura realiter pro-
ducta nihil † opponat infra terminum ad oppo- 28
nendum, tunc non poteſt amplius contra ea opponere, *Rot.deciſ.2.de fid.Inſtrum.in nou.Greg.xv. deciſ 292.num.2.& ibi late annot. Gonz. ſuper reg.de menſ.& alternat.glo.64.nu.22 & ſeqq.* quando per iudicem vel partem iura ſunt exceptata, niſi iudex ea reijceret ex officio tacite vel expreſſe parte nihil dicente, *Butr.deciſ.116.lib.2. Dec.in auth ſi quis in aliquo C.de edend.n.27.& ibi DD.* contra iura verbaliter producta poſt terminum admittuntur exceptiones, *Gregor.xv.deciſ.393.l.quicunque ff. de fid.Inſtrum.& ibi gloſſ.mag.* quia originalia ſemper ſunt oſtendenda, quando non ſunt ſolemniter publicata, *Anch. in c. cum in iure verſic. vlterius de Offic. Delegat. Pan. numer. 6. Butr. ſub.numer.19. verſic.quædam ſunt, quæ non ſunt de actis, vt Canon. communiter.*

Opponi † poteſt contra inſtrumenta de ſuſ- 29
picione falſitatis quæ ſufficit vt in ciuilibus fidem non mereantur, *c.in memoriam & ibi Archid nu 12. 19. diſt. Dec. in c. porrecta num.1. de confir.vtil.vel inutil. Gregor. xv. deciſ. 546. num. 11. & ibi annot.* de raſura in loco ſuſpecto, *c. cum venerabiles in fine princ.de relig.domib. & ibi gloſſ.fin.& Can.c.2.hoc tit. & ibi gloſſ.in verbo abraſa & Can.* quod indeterminate loquantur, & cauſam non contineant. *d.c.ſi cautio hoc tit.* quod ſcripturæ ab eodem productæ ſint contrariæ, *c.imputari hoc tit.& ibi glo.fin.* quod ſi hinc inde ab actore, & reo producantur ſcripturæ contrariæ, ſtatur digniori, *l.optimam C.de contrah. & committ. ſtipul. l.ſcripturas C. qui pot.in*

Digitized by Google

pign. hab. ſi per omnia ſint æquales, iudicabitur
contra eum qui probare debebat, quaſi nihil
probauerit, niſi cauſa ſit fauorabilis: *c. ex literis de
prob. Pan. in c. imputari ſub nu. 2. verſ. ſed tu colligendo
dicta & ibi Imola & Can. hoc tit.* item opponi po-
teſt quod habeant ſigillum cuius literæ non ſunt
legibiles, deletæ, vel enormem patitur fractu-
ram, *c. inter dilectos hoc tit.* & plura alia quæ colligi
poſſunt ex dictis in hoc titul. Vitium grammati-
ces non vitiat inſtrumentum, quia error ſcriptu-
ræ, non impedit cauſam iuris, *l. errore l. ambiguita-
tes C. de teſtam. l. 1. ff. de hared. inſtit.* ſed bene vitiat
reſcripta Papæ, quæ tranſeunt per multas manus,
c. ad audientiam de reſcript. litteræ vel ſyllabæ o-
miſſio non inducit vitium, *l. qui habebat ff. de ma-
numiß. teſtam. l. quoniam indignum C. de teſt. c. ex par-*
30 *te hoc tit.* Quando ad probandum intentionem
vna exhibentur † Inſtrumentum & teſtes qui
examinati repugnant Inſtrumento, tunc duo te-
ſtes non deſcripti in inſtrumento illud repro-
bant, *l. optimã verſ. & ſi inter præſentes C. de contrah.
& committ. ſtipul. l. in exercendis & ibi Bart. num. 14.
& DD. C. hoc tit. late Pan. in c. cum Ioannes num. 13.
& ibi Felin. num. 35. ponens ſex declarationes & Can.
communiter hoc tit. Mynſing. obſ. 39. cent. 4. in fine.*
quia inſtrumentum non habet fidem, niſi ab offi-
cio & auctoritate notarij, cui iuſtum eſt dictum
duorum præferri, & multo fortius reprobatur
per duos teſtes deſcriptos in inſtrumento, quia
tunc aut remanet ſine ſolemnitate teſtium, aut in
parte eſt falſum, *Bart. in d. l. in exercendis n. 8. Felin.
in d. c. cum Ioannes numer. 46. & ſeqq. vbi ampliat &
limitat. late Menoch. de arbit. caſu 105. Mynſing. d. obſ.*
31 *39. in princ.* Si vero † de falſitate inſtrumenti
principaliter tractetur accuſando vel excipiendo
hoc caſu paribus teſtibus præfertur ſcriptura vn-
de ſi tres dicant inſtrumentum falſum non au-
diuntur quia & in tabulis inſtrumentorum duo
teſtes cum Notario adhiberi ſolent. niſi igitur
quatuor aut quinq; boni viri atteſtentur falſita-
tem inſtrumento ſtabitur, *l. Domitius Labeo ff. de
teſtam. l. cum precibus C. de probat. c. cum Ioannes de fide
inſtr. & ibi Can. Mynſing. obſ. 39. verſ. ſecundo cent. 4.*
32 Confeſſio reſultans † ex productione vel impu-
gnatione inſtrumenti præiudicat in eodem iudi-
cio, & inſtantia, & cum eodem aduerſario. &
non in alia inſtantia, contra extraneum: quia eſt
tacita, & quoad extraneos iudex non ſedet, nec
eorum perſonas repræſentat, *Butr. in c. cum olim
ſub num. 16. verſ. quandoque reprobans inſtrumentum
ſuccumbit de cenſib. Felin. in c. capitulum ſub num. 9.
verſ. hanc ſecundam limitationem de reſcript. Achil.
deciſ. 2. de confeß.* imo reprobato inſtrumento tan-
quam falſo corruit confeſſio orta tacite ex eius
productione vt ſi inſtrumentum productum ab
ignorante detegatur falſum, corruit tacita con-
feſſio tanquam acceſſoria, *Pan. in d. c. cum venera-
bilis num. 32. & Felin. num. 24. qui limitat tribus mo-
dis & Can. communiter de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ.*
159 *part.* 2. Eadem ratione producens falſam ſcri-
pturam ſcienter, vltra pœnam falſi habetur pro
confeſſo, in eodem iudicio, non in alio iudicio,
quia eſſet nimia extenſio pœnarum, *Achil. d. deciſ.
2. numer. 5. & ſeqq. de confeß. c. odia de reg. iur. in 6.*
Productio † quoque ad vnum finem facta, non 33
obſtat producenti quoad alium, *arg. l. fin. §. fin.
verſ. ſin autem vna C. de iureiur. propt. cal. dand. l. lega-
ta inutiliter ff. de adimend. leg. Greg. xv. deciſ. 467. n. 8.
plures quotas alleg. Freder. de Senis conſ. 160. in fine n. 1.*
ac facta per compulſum non nocet producenti
in iuribus alienis, ſed in ſuis nocet, *Caputaq. deciſ.
193. num. 5. part. 1. Rot. deciſ. 3. de fid. Inſtrum. in nou.
Greg. xv. deciſ. 467. n. 9.* ac facta à procuratore non
nocet domino, quia huiuſmodi productio fit ex
mera voluntate, *arg. l. non ſolum & ibi Paul. de Caſt.
num. 1. & DD. ff. de procur. l. certum §. ſed an ipſos ff. de
confeß. Bell. deciſ. 109. Greg. xv. deciſ. 467. n. 10. & 11.*
Inſtrumentum publicum, quando non adeſt
recognitio manus notarij, remanet tanquam pri-
uata ſcriptura, *Oldra. conſ. 1. num. 3. Rot. deciſ. 486.
num. 2. part. 1. diuerſ.* & quandoque ſcriptura red-
ditur dubia, quia negatur, & manus dicitur adul-
terata, *Auth. contra qui proprium C. de non numerat.
pec. & ibi gl. 2.* tunc plerumque ſolet approbari
per † comparationem literarum, *Bart. in l. in ex-* 34
ercendis num. 1. in ant. lect. C. hoc tit. quæ eſt ſubſi-
diaria, ſiue adminicularia probatio, ex ſcriptura-
rum collatione procedens, ad quam non recur-
ritur donec ſint aliæ probationes, *Auth. de inſt.
caut. & fid. §. in his vero verſ. ſi vero nullus.* Fieri au-
tem † poteſt per iudicem, qui adhibitis peritis, 35
præſtito per eos iuramento, corpora litterarum
inſpiciat, & earum tractus, *l. comparationes verſ.
omnes autem C. hoc tit.* ſigna notarij, ſtylum, &
modum dictaminis, *Bald. in d. l. comparationes n. 31.*
ex priuata † ſcriptura trino teſte notata, forenſi 36
publica, & ſcriptura producta per aduerſarium,
ſcriptura archiui publici, non alicuius monaſte-

rij, *Put.*

Digitized by Google

rij ; *Put.deciſ.25.hoc tit. Franc. Aretin.late in c.cum cauſam num. 13. & ſeq. de prob.* habente teſtimonium officialis præſidentis archiuio, *d.l.comparationes cum auth.ibi poſitu* C.*hoc tit.* ex ſcriptura facta manu aduerſarij apud acta, *auth.de inſt.caut.& fid. in princ. verſ.ſi quis igitur.* ſcriptura confeſſata, & ex omni ſcriptura cui ex forma conſuetudinis vel ſtatuta datur plena fides, vt ſcriptura presbyteri in ciuitate Venetiarum & vltra montes ſcriptura ſigillata, ſigillis epiſcoporum, *c. cum dilectus 1. hoc*
37 *tit.Bald.in d.l. comparationes nu.16. & 17.* ad † ſcripturas eiuſdem ſiue alterius generis: nam non ſolum fit comparatio, de priuata ad priuatam, forenſi ad forenſem, &c. ſed etiam fit comparatio mixta de publica ad priuatam, de forenſi ad publicam: non enim in identitate generum ſtat ratio comparatiua, ſed in ſymbola ſimilitudine characterum, ſiue litterarum, & generaliter ex omni ſcriptura legitima, ad omnem ſcripturam legitimam ſeu legitimabilem fit comparatio ; ſecus ſi non contineat actum legitimum ſed aliquam cantilenam. *Bald. in d. l. comparationes num. 18. &*
38 *ſeqq.& ibi DD.* Facit ſemiplenam † probationem, quia nec teſtibus ſolis teſtificantibus talem eſſe ſcripturam talis, creditur abſque comparatione, nec ſoli comparationi abſque teſtibus, ex vtraq; autem colligitur plena probatio, *Auth.at ſi contractus & ibi Bart. num.6. C. hoc tit. & DD.* vel pendet ex arbitrio iudicis, *late Menoch. caſu 114. de arb.iud.*
39 De Stylo Curiæ conformi iuri recognitio inſtrumenti publici, ſuper quo conſiſtit principale fundamentum totius cauſæ, debet fieri in forma, id eſt, quod teſtes medio iuramento recognoſcunt perſonam, ſcripturam & ſignum notarij, aut vnus recognoſcat in forma, & alij duo per ſimilitudinem, *Bald. in l. comparationes num.22. & ſeq. C. hoc tit. Imol. in l. nuda ratio numer. 3. ff. de donat. Capell. Tholoſ. deciſ. 331. & ibi add. notat modos probandi aliquem eſſe notarium Afflict. deciſ.251. Greg. xv. deciſ. 38.num.5. & deciſ.389. & ibi annot. limitat vno mo-*
40 *do,* In antiquiſſimis † quæ excedunt centum annos ſufficit inſtrumẽta publica eſſe in forma probanti, & quod non adſit ſuſpicio fraudis, vel doli, *Rot.diuerſ.deciſ. 52.& 54.part. 1. Put. deciſ. 9. & 12. hoc tit. Bald. in auth. quas actiones num. 17. & 19. C. de ſacroſ. eccleſ. Guid. Pap. deciſ. 357. num.2. Couarr. pract. quaſt. cap. 21. ſub numer. 7. verſ. ſecundus caſus*
41 *Innoc. in c. veniens de verb. ſignif.* In † recognitione inſtrumenti vel regiſtri antiqui (antiquum vt dicatur inſtrumentum ex opinione Rotæ, requiritur ſpacium centum annorum, dempto tempore inchoatæ litis, *Rot.diuerſ. deciſ.185. in princ. part. 1.& deciſ. 288.part. 2. in princ.* in materia teſtium tempus ſexaginta annorum, *Rot.deciſ. 155. num.13. part.2.& deciſ. 490. nu. 4.part. 1. diuerſ.*) ſufficit, quod teſtes habeant medio iuramento notam manum notarij, vel illam recognoſcant per comparationem, *Achil.deciſ. 2.hoc tit. Rot.deciſ. 227. lib. 2.part. 3.diuerſ. Salic. in l. comparationes ſub num. 18 C.hoc tit. Soc. ſen. in l. ſi ita ſcripſero num.3. ff. de cond. & demonſt. & ibi DD. Bart. & DD. in l. nuda ratio ff. de donat.* aut alia concurrant adminicula, etiam nulla facta recognitione, *Card. Seraph. deciſ. 1481. Fel. in c.1. num.18. hoc tit. Greg. xv. deciſ. 3. & ibi late additio,* vt lapſus 80. annorum, & auctoritas iudicis, *Rot.deciſ. 5. num.3. part.1. diuerſ. l. ſi filius & ibi gloſſ. in verb. detinuit & DD. C. de petit. hared. l. qui in aliena & ibi DD. ff. de petit. hared. c. peruenit & ibi gl. 1.& Can. de empt. & vend. l. hoc iure §. ductus aqua ff. de aq. quotid. & aſt. Franc. Aret. conſ. 361.* Sola data non probat inſtrumentum eſſe antiquum, niſi concurrant adminicula, *Put.deciſ.439.lib.1.& dec. 186. libr. 3. Greg xv. deciſ. 393. num. 2. & ibi annot.* & antiquitas non ſupplet vitia viſibilia, aut defendit defectus ſubſtantiales, *Caſt. conſ. 81. poſt n. 3. verſ. etſi dicatur propter antiquitatem vol. 2. Greg. xv. deciſ. 393. num. 2. & 3.* In recognitione † ſcri- 42
pturarum priuatarum, quæ ſolent fieri abſente parte, vt epiſtolarum, *Rot.deciſ. 343. num. 4. part.1. diuerſ.* librorum mercaturæ, *Rot. deciſ.306. num.1. part. 2. Put. deciſ.1. hoc tit. Salic. in l. comparationes n. 24. C. hoc tit. & ibi DD.* teſtamenti ad pias cauſas, *Rot. diuerſ. dec.553.part.1. Rot. diuerſ. dec. 124. part.2. atteſtantes de Stylo Curiæ,* & aliarum huiuſmodi ſcripturarum, *Bart. in l. nuda ratio num. 9. & 10. ff. de donat. & ibidem DD.* ſufficit quod teſtes deponant habere notam manum, quia viderunt eum ſæpius ſcribere, *Put. deciſ. 18. de fid. inſtrum. Rot. diuerſ. dec. 570. numer.2. part.1. Afflict. dec. 182. & ibi late Vrſillus Bart. in d. l. nuda ratio num. 9. & 10. vbi ponit exempla præſcripta ff. de donat. & ibi DD. Salic. in l. comparationes num. 20. & ſeqq. & ibi DD. C. hoc tit.* & concurrant alia adminicula, *Rot. dec. 24. n.2 3.& 4. part. 2. diuerſ. & diuerſ. dec. 187. nu. 7. part. 1.*
In recognitione Apochæ priuatæ, quæ fit à præ- 43
ſente præſenti, teſtes debent deponere ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere, quia poteſt quis de facili litteras vnius Apochæ contra facere, *Bart. in l.*

Digitized by Google

in l. nuda ratio num. 9 & 10. ff. de donat. Bart. in auth. at ſi contractus numer. 8. C. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 124. num. 1. plures quotas cumulans part. 2. Afflict. d. dec. 181 Bald. in l. comparationes num. 21. C. hoc tit. niſi Apocha recognoſcatur à filio ſcribentis, & adſit eius obſeruantia, *Card. Seraph. dec. 522. Bart. in l. teſtium in antiq. lect. num. 14. C. de teſt. poſt glo. in verb. praſto & DD. Bald. in l. ſolum ſub num. 7. verſ. 5. quaro C. de teſtib. Rot. diuerſ. dec. 124. num. 4. part. 2.* Scriptura

44 priuata † habens ſubſcriptionem trium teſtium, probat ipſis teſtibus mortuis, ſine aliqua recognitione, *Crauett. conſ. 158. num. 7.* Poteſt hæc recognitio fieri, quandocunque etiam poſt ſententiam, *Card. Seraph. dec. 1407. num. 3. faciunt notata per Bart. in l. fin. circa finem verſ. nam vos ſcitis C. ſi ex falſ. teſtimonijs etc.* Pro maiori † declaratione ſciẽdum eſt, quod quædam eſt ſcriptura quæ non ſu-

45 mitur ex alia, ſed † facit mentionem de alia, & illa talis ſcriptura habet duo nomina, ſcilicet meritoria, vel mentio, *Auth. ſi quis in aliquo C. de edend. iuncta gl. in verb. memoria*, & conſtituenda eſt regula, quod inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat, niſi illud de quo facta fuit mentio producatur, *Dec. in auth. ſi quis in aliquo in 2. notab. & num. 31. & ſeq. vbi ponit regul. & fall. & Rom. in 1. not. & DD. C. de edend. Bald. in l. inciuile nu. 7. ff.*

46 *de leg.* Quædam ſcriptura ſumitur † de alia, & illa talis ſcriptura ſic ſcripta habet quatuor nomina, ſcilicet ſumptum de quo dictum eſt ſupra, §. priuatum, exemplum ſiue exemplatum, de quo inferius dicetur, copia, quę etiam exemplum appellatur, & index, quæ duo non probant, *l. 2. ff. de fid. Inſtr. l. 1. in fine princ. ff. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab.* Illa vero ſcriptura vnde ſumitur, habet tria nomina, ſcilicet originale, exemplar, quod interdũ pro exemplo ſiue copia ponitur, *c. 1. hoc tit.* & authenticum, *l. 2. iuncta gl. in verb. indice ff. de fid. inſtrum. Roman. in auth. ſi quis in aliquo in princ. C. de edendo*, practici autem vocant notas, imbreuiaturam, prothocollum, & ponenda eſt regula, quod

47 notarius † non poteſt alterius notarij notas, imbreuiaturam, ſiue prothocollum publicare, ſiue in publicam formam redigere, *l. contractus ibi ab ipſo completa C. hoc tit. auth. de tabellio in princ. Bald. in rub. Cod. num. 43. & ſeqq. Ioan. de Anan. in c. cum P. tabellio num. 5. hoc tit. Bald. in l. 1. num. 10. ff. de off. conſ.* niſi ſeptem concurrentibus 1. quod notarius qui notas confecit, ſit mortuus, vel impeditus. 2. quod reduxerit factum in notam, ſiue imbreuiaturam, 3. quod publicatio fiat ad petitionem illorum quorum intereſt. 4. quod interueniat auctoritas iudicis ordinarij vel delegati apoſtolici, 5. quod in formam publicam redigat, 6. quod fideliter redigat, 7. quod interueniat citatio illorum quorum intereſt; *d. c. cum P. tabellio & ibi Ioan. And. de Anania & Can. cõmuniter*, quæ procedunt, etiamſi notarius mortuus legauerit ſuas rogationes alteri, *l. quadam §. nihil intereſt ff. de edend. Ioan. de Anan. in d. cap. cum P. tabellio ſub numer. tertio.*

Limita in † ſucceſſore vno vel pluribus in of- 48
ficio, qui poſſunt prædeceſſoris ſui ſcripturas publicare ſine dictis ſolemnitatibus, *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs §. cogentur num. 4. & ibi DD. ff. de eden. per illum text. Dec. in authent. ſi quis in aliquo nu. 20. C. de edendo & ibi Iaſ. ſub num. 5. verſ 10. fallit & DD. plures ponunt limit. Caputaq. deciſ. 244 & 351. part. 2. Greg. xv. deciſ. 3.* Differt † publicatio ab exempla- 49
tione, quia imbreuiatura dicitur publicari, quando per manum tabellionis contenta in illa rediguntur in publicam inſtrumenti formam, *l. geſta & ibi Bart. in princ. C. de re iud. Iaſ. in l. publicati C. de teſtam. num. 3. & ſeqq.* Mos & ſtylus notariorum eſt, vt quando rogantur de aliquo inſtrumento, primo conficiant ſcripturam in aliquo baſtardello, ſiue ſcheda, deinde ſcribunt illum extenſe in illorum libro qui vocatur extenſorum, ex quo deſcribunt publicum inſtrumentum, quod ſolent dare partibus, illam ſcripturam quam ponunt in libro extenſorum appellant originale, ſiue prothocollum, licet & prima ſit originalis, & prothocollum, ſed illa eſt publica & probat, prima non eſt publica nec probat, vtraq; tamen publicari poteſt, ſiue ex vtraque deſumi poteſt inſtrumentum: *Bald. in rub num. 39. & ſeqq. & in l. contractus num. xj. 12. & ſeqq. C. hoc tit. Pariſ. conſ. 28. nu. 21. & ſeq. vol. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 610. n. 6. part. 1. gloſſ. in §. fin. in verb. prothocollum in auth. de tabell. §. ſed & vnum & ibi gl. in verbo imminent. & DD. Inſt. de teſtam. ordin. l. 1. in princ. verſ. ſi quis in duobus ff. de bonor. poſſeſ. ſec. tab.* item omnia inſtrumenta priuata continentia teſtamento, contractus, vel quaſi, vel aliud quomodocunque, ex quo interſit memoria, vel probatio conſeruari, poſſunt publicari, *l. publicati C. de teſtam. Innoc. in c. fin. num. 1. 2. & ſeqq. & ibi Butr. num. 3. hoc tit.* ſed etſi non fuit facta ſcriptura, vel ſi fuit facta, fuerit exuſta, deleta, ſubtracta, ſi poteſt probari, poteſt etiam publicari, *l. ſi in duobus §. fin. ff. quemadm. teſtam. aper.*

Butr.

Digitized by Google

Butr. & Can. in d. c. fin. Iaſ. in l. certi conditio §. quoniam num. 14. per illum text. ff. ſi cert. pet. Exemplari
50 proprie † dicuntur inſtrumenta publica, quia cum de per ſe fidem perpetuam habeant, non expedit in hoc publicatio, *Iaſ. in l. publicati num. 4. C. de teſtam.* ſed ſufficit innouatio in qua exemplatione plura requiruntur. primo quod exigant exemplationem propter vetuſtatem, aut aliam iuſtam cauſam, *c. cum dilecta §. vos igitur de confirm. vtil. &c.* ſecundo quod fiat auctoritate iudicis ordinarij, vel ab eo ſpecialiter delegati. Tertio, quod inſtrumenta diligenter inſpiciantur, & examinentur. Quarto, quod exemplatio fiat per publicam perſonam, *c. fin. hoc tit. & ibi poſt gl. Can.* Quinto, quod fiat citatio ſpecialis quando perſona cuius intereſt eſt certa alias ſufficit generalis per edictum, *c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. late Franc. Marc. quæſt. 456. parte 1. vbi ponit aliquot fallentias. Felin. in c. fin. num. 6. ponens regulam & 6. fallent. de fid. Inſtrum. Gail. obſer. 94. nu. 2. & 4.* Mere temporalia debent explicari, coram ſæculari, alia autem pia coram eccleſiaſtico etiamſi eſſet teſtamentum non in piam cauſam, quia intereſt eccleſiaſtici quod teſtamenta adimpleantur, *Felin. in c. fin. nu. 3. de fid. Inſtrum. & ibi Panorm. & Can. Put. Dec. 155. ſub. num. 1. libro 1.* Præterea differunt effectu, publicatio fit ad effectum probandi, quia prior ſcriptura plene non probabat, & publicata maiorem habet vim, *d. l. publicati & ibi gloſſ. 1. & DD. & l. teſtamenta & ibi not. C. de teſt.* exemplatum vero eandem non maiorem auctoritatem habet cum originali, *d. c. fin. hoc. tit. & ibi Felin. ponit reg. & fallentias.* Creditori, quoque ſi amiſerit caſu inſtrumentum vel Obligationem debitoris, poteſt implorato Iudicis officio compellere debitorem, ad nouationem, ſiue nouam obligationem ſcribendam, ſtaturq; Creditoris iuramento ſuper eius amiſſione, *l. chyrographis, & ibi Bart. & DD. ff. de adminiſtrat. tutor. vel curator. l. fin. §. ſin autem C. de fid. Inſtr. Gail. obſeru. 37. lib. 2.*

De Præſumptionibus.

Titulus XXIII.

SVMMARIA.

1 *Præſumptio eſt duplex hominis & iuris.*
2 *Præſumptio hominis eſt duplex, temeraria, non temeraria.*
3 *Præſumptio hominis quando ſit allegãda per partem.*
4 *An ſecundum eam iudex poſſit ferre condemnatoriam in cauſa ciuili ſeu criminali.*
5 *In dubio capiẽda eſt præſumptio quæ excludit dolum, delictum, culpam.*
6 *Præſumptio iuris eſt duplex, alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris & de iure.*
7 *Præſumptio iuris eſt illa ſuper qua legiſlator animum applicat ex veriſimili transferendo onus probandi in aduerſarium.*
8 *Sufficiens eſt ad ferendam pro reo ſententiam abſolutoriam, ſed non ad condemnatoriam etiam in cauſa ciuili.*
9 *Rota non admittit probationes præſumptiuas ad probandum intentionem actoris.*
10 *Præſumptio iuris eſt illa quæ inducitur à iure & ſuper illa ſtatuitur, vt ei ſtetur.*
11 *Non admittit directam probationem in contrarium.*
12 *Ex tali præſumptione is contra quem eſt præſumptio condemnatur, & condemnatus non appellat.*
13 *Præſumptio quomodo differat à fictione.*
14 *Fictio eſt triplex inductiua.*
15 *Priuatiua.*
16 *Tranſlatiua.*
17 *Vnitiua.*
18 *Fictio inductiua & priuatiua non requirunt duo extrema, ſed tranſlatiua requirit duo extrema.*

PRÆSVMPTIO quandoque plenam, quandoq; ſemiplenam inducit probationem, quãdoque coadiuuat alias probationes, ideo poſt titulos, de probationibus, teſtibus, & fide inſtrumẽtorum annectit hunc titulum: ea † duplex eſt 1
hominis, & iuris, Præſumptio hominis eſt cuius effectus non eſt in iure expreſſus, ſed in iudicis, aut boni viri arbitrio dimiſſus, *l. vtrum ff. de lib. donat. inter vir. & vxor. l. minor vigintiquinque annis adito ff. de minor.* & hæc eſt duplex alia † temeraria 2
quæ ratione caret, & à iure repellitur, *c. licet heli de ſimon.* alia non temeraria quæ eſt applicatio animi cuius libet viri boni ad id, quod ex facto probato eſt valde veriſimile, vt furioſus præſumitur ex geſtis, & ſermonibus eius, *l. nec codicillos & ibi glo. fin. C. de Codicill. c. adferte hoc tit.* debet † alle- 3
gari per partem, quando præſumptio oritur ex facto partis ipſius agentis vel excipientis, *l. ſi adulterium*

terium cum inceſtu §.1. verſ. fin. ff. de adult. Bart. in l. cum quid num. 15. ff. ſi cert. petat. Felin. in d.c. adferte num. 15. & ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 80. num. xj. & 12. part. 2. quia cum præſumptio oriatur ex facto partis, ſi non allegatur per partem, præſumitur non vera, & factum vnde oritur debet probari legitime per duos teſtes: *gloſſ. in l. inter omnes in verb. nul. indicijs & ibi Bart. & DD. C. famil. erciſc.* quando oritur aliunde quam ex facto ipſius, de cuius fauore agitur, aut ex facto partis emanante in iudicio, tunc poteſt iudex ſe in ea fundare, etiamſi per partem non fuerit allegata, aut probata in actis, quia eſt iudici nota vt notario, *Pan. in d.c. adferte num. 3. & 4. & Felin. num. 4. & 5.* ſiquidem vehemens eſt, poteſt ſecundum eam ferre ſententiam condemnatoriam, in cauſa ciuili, *d.c. adferte hoc tit.* & multo magis ſi plura indicia concurrant, *l. indicia C. de rei vend. c. cum cauſam, & ibi gloſſ. in verbo adminicula & Can. de prob. c. inter quatuor & ibi gloſſ. in verbo per argumenta de cleric. pereg.*

4 In † criminali cauſa ex præſumptione non poteſt ferri condemnatoria, *l. abſentem & ibi gloſſ. in verb. damnari ff. de pœn. l. fin. & ibi gl. pen. C. de prob.* Si plures concurrant vrgentiſſimæ præſumptiones & apertiſſima indicia, poteſt ferri condemnatoria, & imponi pœna ordinaria: *d. l. fin. C. de prob. cap. ſciant 2. quæſt. fin. c. epiphanium 2. quæſt. 6. Pan. in d. c. aduerte num. 6. & ibi Fel. num. 6. qui ponit 4. limit.*

5 In dubio † ea capienda eſt præſumptio, quæ excludit dolum, periurium, Simoniam, & delictum, *l. merito ff. pro ſocio l. quoties verſ. qui dolo ff. de prob. l. 3. §. fin. in ſi. ff. de tribut. act. Achil. dec. 1. de pact. Rot. dec. fin. à num. 10. vſque ad num. 13. part. 1. diuerſ.* Ac etiam culpam, *Bart. poſt gl. fin. in l. exceptione nu. 7. ff. de fideiuſ. & ibi DD.* Præterquam in foro conſcientiæ, in quo delictum præſumitur, vt tutior via eligatur pro ſalute animę, *gl. in c. iuuenis de ſponſal. c. 2. de obſ. ieiu. & ibi Pan. num. 2. Alex. ad Bart.*
6 *in l. merito ff. pro ſocio,* Præſumptio † iuris duplex eſt, alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris, & de iure.

7 Præſumptio iuris tantum † eſt illa, ſuper qua legiſlator animum applicat ex veriſimili, transferendo onus probandi in aduerſarium: *l. ſi tutor petitus & ibi gl. fi. & DD. C. de peric. tut. c. vt noſtrum & ibi But. in 2. not. de off. Archid. Mynſ. obſ. 68. cent. 5* vt in dubio credendum eſt eum, qui partis Dominus eſt, iure ſuo potius vti, quam furti conſiliũ inire: *l. merito ff. pro ſocio,* quilibet præſumitur ſtipulari pro ſe, & ſuis hæredibus, etiamſi non exprimat: *l. ſi pactum ff. de prob.* ex cancellatione chirographi præſumitur debiti ſolutio: *l. ſi chirographum ff. de prob.* qui oſtendit ſe ſucceſſiue tribus proximis annis ſoluiſſe, retro ſoluiſſe, pręſumitur, niſi contrarium probetur: *l. quicunque C. de apoch. publ. lib. 10. Mynſ. obſ. 39. cent. 5.* & proſtituitur, quæ in caupona tenetur: *l. eam quæ C. ſi manc. ita ven. ne proſt.* quando quis poteſt aliquem actum gerere nomine proprio, & alieno, in dubio potius præſumitur gerere nomine proprio: *l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hered. Bartol. in l. merito in fine ff. pro ſocio per l. ſi filius 2. ff. ad SC. Maced.* is cui Papa confert beneficium, vel mandat conferri cum clauſula ſi eſt idoneus, præſumitur idoneus, niſi aliud in contrarium oſtendatur: *c. fin. hoc tit. & ibi late Fel. & Can.* præſumitur poſſeſſio medio tempore continuata, *l. ſiue poſſidetis C. de prob.* Quæ procedit, quando præſumptio allegatur ab eo, pro quo præſumitur, ſecus ſi ab eo negetur, *Bart. in d. l. ſiue poſſidetis num. 6. & 7. & ibi DD. Rot. diuerſ. dec. 765. part. 1. per plura exempla,* & plures aliæ paſſim ſunt obuiæ in legibus & canonibus. Reddit veriſimilia dicta teſtium: *l. ob carmen §. fin. ff. de teſtib. eodem in noſtra l. cum de ætate ff. de prob. Crau. conſ. 35. num. 6.* Sufficiens † eſt ad liberationem, 8
ſiue ferendam ſententiam pro reo abſolutoriam, ſed non ad condemnationem etiam in cauſa ciuili, neque enim ſufficit actori probare intentionem ſuam ex iuris præſumptione; *l. qui iuraſſe §. ſi pater & ibi Bart. num. 4. ff. de iureiur. etc. Barto. in l. merito in princ. ff. pro ſocio & ibi DD.* niſi præſumptio eſſet violenta, *Fel. in c. adferte nu. 6. & ibi Can. hoc tit.* & Rota non † admittit probationes præ- 9
ſumptiuas ad probandum id quod eſt fundamentum intentionis actoris, *Achil. dec. 1. de prob. Greg. xv. dec. 278. nume. 6. & ibi late annot. & deciſ. 279. num. 3.* nec econtra pro reo, quando actor plene probauit ſuam intentionem, *Bell. deciſ. 617. num. 2. in fine Greg. xv. d. dec. 278. nu. 6. & ibi annot.*

Præſumptio iuris † & de iure eſt illa, quæ in- 10
ducitur à iure, & ſuper ea ſtatuitur, vt ei ſtetur, exempli gratia, ſtatur confeſſioni tutoris, vel curatoris de ampliori quantitate ſubſtantiæ pupilli vel adulti, inſcripta in inuentario, publice per eos confecto: *l. fin. in princ. C. arbit. tutel.* Statur confeſſioni mulieris aſſerentis in inſtrumento interceſſionis publice confecto, & à tribus ſubſignato, ſe aliquid accepiſſe, & ſic ad interceſſionem veniſſe: *l. antiqua in princ. C. ad SC. Velleian.*

mulier

Digitized by Google

mulier immobilis ſubſtantiæ domina, conſtante
matrimonio, res mobiles dans in augmentum
dotis, præſumitur illas dediſſe in fraudem credi-
torum, & nullo in eo gaudet priuilegio: *auth. ſed
iam neceſſe C. de donat. propt. nupt.* qui cognoſcit
ſponſam de futuro carnaliter, præſumitur in eam
tanquam in vxorem conſenſiſſe: *c. is qui fidem de
ſponſal.* qui cognoſcit ſuam ſponſam conditiona-
lem, præſumitur pure in eam tanquam in vxo-
rem conſenſiſſe: *c. de illis c. per tuas de cond. app.* alia
11 exempla paſſim ſunt obuia. Non admittit † di-
rectam *c. aliud quoque & ibi gl. in verb. priuilegium
auth. de æqual. dotis &c.* probationem in contra-
rium, niſi per confeſſionem aduerſarij, *l. in con-
tractibus & ibi gl. in verb. nullo modo C. de non numer.
pecun. & ibi DD gl. in §. aliud quoque ſuper verb. ſcri-
bat auth. de æqual. dot. Pan. in c. quia plerique de im-
mun. eccleſ. num. 23. Rot. diuerſ. deciſ. 101. nu. 6. part.
2.* aut indirectam probationem, puta quod per
prius renunciauerunt, *c. is qui fidem, & ibi Pan. ſub
num. 5. de ſponſal. & matrim. & ibi Can.* & in alijs
certis caſibus de quibus per Menoch. *lib. 1. de præ-
ſumpt. quæſt. 60. & ſeqq. quæſt.* Ex tali præſumptio-
12 ne † is, contra quem eſt præſumptio condemna-
tur, & condemnatus non appellat, qui habetur
pro confeſſo & conuicto. *l. ſi qui adulterij & ibi
Bald. C. de adult. c. præterea el 2. & ibi gl. pen. de tranſ-
act. iuncta l. 2. C. quom. appell. non recip. Marſ. ſing.
13 116.* Differt præſumptio † a fictione in multis: fi-
ctio iuris eſt ſuper certo, præſumptio ſuper in-
certo; *l. vnica §. accedit & ibi gl. in verb. præſumatur
C. de rei vxor. act.* Secundo fictio eſt proprie con-
tra veritatem, & præſupponit contrariam verita-
tem, vt patet in poſt liminio & lege cornelia: *§.
fin. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. §. ſi ab hoſti-
bus Inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. ſoluit.* eſt enim fictio
in re certa, contra veritatem rei, quæ fuit vel eſt
poſſibilis, à iure ex æquo & bono pro veritate aſ-
ſumptio. *Bald. in l. ſiue poſſidetis num. 12. C. de prob.*
Præſumptio eſt ſuper dubio & veriſimili. *ex ante-
dictis.* Tertio contra præſumptionem iuris ad-
mittitur probatio in contrarium; contra fictio-
nem iuris non admittitur probatio in contra-
rium. *d. l. ſiue poſſdetis & ibi gl. fin. & DD.* Quarto
fictio inducitur à iure gentium, *l. poſtliminium ff.
de capt. & poſtlimin. reuerſ. & ibi gloſſ. 2.* iure ciuili,
*l. 1. C. de rei vxor. act. l. lege Cornelia ff. de teſtam. §. fin.
Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* ſtatutis & con-
ſuetudinibus, quia ſunt pars iuris ciuilis: *§. conſtat
Inſt. de iur. nat. gent. & ciuili.* ab homine induci non
poteſt, *l. ſi forte ff. de Caſt. pecul. l. 4. in fin. princ. ff. de
leg. 1.* niſi quatenus homini hoc permiſſum repe-
ritur à iure, & tunc ius fingit non homo; *l. lege ob-
uenire ff. de verb. ſignif.* præſumptio autem ab ho-
mine induci poteſt. *ex antedictis.* Fictio † triplex 14
eſt, *Card. Zab. poſt Bart. ab eo allegatum in clem. quod
circa num. 12. de elect.* Inductiua, quæ fingit eſſe id,
quod non eſt, vt natum quod non eſt: *l. qui in vte-
ro & l. fin. ff. de ſtat. homin.* & viuere eum qui mor-
tuus eſt: *§. ſed in bello Inſt. de excuſ. tut. l. fin. ff. de va-
cat. mun.* conditiones non impleras, eſſe impletas:
*l. iure ciuili ff. de condit. & demonſt. l. 1. diuo Pio §. ſi
pignora ff. de re iud.* ſtipulationem interceſſiſſe, quę
non interceſſit: *l. vnica in princ. C. de rei vxor. act.*
venditionem factam quæ facta non fuit, & quaſi
venditione facta dat actionem ad pretium. *l. alie-
no ſeruo §. fin. ff. de fideicom. libert.* Priuatiua † eſt, 15
quæ fingit id quod eſt, nō eſſe, vt eum mortuum,
qui eſt in monaſterio, licet vere viuat: *l. Deo nobis
C. de epiſcop. & cleric.* damnatum in metallum, &
deportatum mortuos; *l. 1. §. pen. ff. de bonor. poſſeſſ.
cont. tab. l. actione § publicatione ff. pro ſocio.* eum
qui eſt natus, non natum: *l. titius §. lucius ff. de lib.
& poſth.* non natum qui naſcitur mortuus. *l. qui
mortui ff. de verb. ſignif.* Translatiua † ſiue exten- 16
ſiua fictio eſt, quæ id quod eſt vno modo, fingit
eſſe alio modo, vt retro aliquem mortuum in fi-
ctione legis Corneliæ, retro fuiſſe in ciuitate iure
poſt liminij: *§. fin. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*
retro pecuniam eſſe ſolutam, *l. ſub conditione ff. de
ſolut.* retro occiſum qui hodie moritur, *l. huic ſcri-
ptura §. pen. & l. ait lex ff. ad l. aquil.* eum qui ſtudio-
rum cauſa abeſt, non abeſſe, *l. quæſitum in princ. ff.
de leg. 3.* His addit Bal. *in l. qui in prouincia §. 1. in
antiq. lect. num. 7. in fin. de rit. nupt.* fictionem † v- 17
nitiuam quia duos dies fingit vnū, *l. cum biſſextus
ff. de verb. ſignif.* patrem & filium vnum corpus, *l.
fin. C. de impub. & alijs ſubſt. §. ei vero inſtit. de mut.
ſtipul.* Virum & vxorem vnam carnem, *c. lex 27.
quæſt. 2. c. pen. de diuort.* fictio declaratiua non re-
peritur quia declaratio non eſt niſi verorum,
Bald. in d. l. qui in prouincia §. fin. num. 7. Fictio in-
ductiua & † fictio priuatiua non requirunt duo 18
extrema, ſed fictio translatiua requirit duo ex-
trema: extremum à quo debet eſſe verum in eſ-
ſentia, extremum ad quod ſufficit eſſe verum
quoad poſſibilitatem, *Bart. in l. ſi quis pro emptore
num. 8. & 52. ff. de vſucap. & vſurpat. Bald. in l. Gallus*

§.ſi eius qui num. 4. in fine ff. de lib. & poſth. quia ſuper eo quod eſt impoſſibile, non poteſt fingi, *l. 3. & ibi gl. 1. ff. pro ſocio l. qui ad certum ff. locati l. certe ff. de procur.* ſiue naturaliter ſit de genere impoſſibilium, ſiue ciuiliter, *Bald. in d. l. Gallus § ſi eius qui nu. 4.* Ex quibus apparet quod fictio verſatur ſuper facto, non ad effectum facti non enim poſſunt facta non fuiſſe, ſed ad effectum iuris. **Card. in Clem. quod circa num. 13. de elect. gl fin. in l. denique ff. ex quib. cauſ. maior. &c.** quia fictio non poteſt habere locum, ſi non reperit rem eſſe, ſuper qua figat pedem, *Bart. in l. neceſſario §. 1. num. 3. ff. de peric. & commod. rei vend. & ibi Bald. numer. 2.* ideo quando requiritur veritas facti, vt in his quæ ſunt facti, non habet locum fictio, ſicut eſt in poſſeſſione, nam captus reuerſus ab hoſtibus non fingitur retro poſſediſſe, *l. denique ff. ex quib. cauſ. maior. & c. l. in bello §. facta ff. de capt. & poſt. reuerſ.*

De iureiurando.

Titulus XXIIII.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum eſt affirmatio vel negatio ſacra rei atteſtatione firmata.*

2 *Iurare per creaturas non licet niſi per illas de quibus in iure exprimitur.*

3 *Iurari ſufficit ſine tactura niſi ius diſponat quod tactis ſacroſanctis ſcripturis iuretur.*

4 *Iuramentum tres debet habere* Comites, *veritatem, iudicium & iuſtitiam.*

5 *Iuramenti duæ ſunt ſpecies aſſertorium quod fit de præterito vel præſenti, & diuiditur in voluntarium neceſſarium iudiciale.*

6 *Promiſſorium quod concipitur ſuper futuro in quo promittitur dandum vel faciendum & eſt duplex contractus confirmatiuum ſiue confirmatorium &*

7 *Iuramentum promiſſorium de per ſe præſtitum ex quo oritur officium iudicis.*

8 *In contractibus clerici iurant ſine licentia prælatorum ſuorum.*

9 *Differentia inter iuramentum aſſertorium & promiſſorium.*

10 *Iuramentum confirmatiuum ſortitur naturam contractus cui accedit primordialem & originalem.*

11 *Non ſortitur naturam contractus accidentalem.*

12 *Supplet defectum* Cauſæ *& facit præſumi cauſam expreſſam eſſe veram.*

13 *Non ſupplet defectum conſenſus.*

14 *Non extendit ſe ad incogitata vel incognita.*

15 *Dato conſenſu operatur vim ſpecialis expreſſionis.*

16 *Operatur vt melior via cenſeatur electa.*

17 *Limita vt procedat quando adijcitur actui in quo eſt defectus ſolemnitatis.*

18 *Accumulat forum foro.*

19 *Facit de minore maiorem.*

20 *Iuramentum firmat contractum* / *Iuramentum eſt ſeruandum* } *quomodo differant.*

21 *Iuramentum quando firmat contractum obligetur* Contrahens *eiuſq. hæres ex contractu.*

22 *Caſus in quibus iuramentum firmat contractum.*

23 *Iuramentum quando ſtatuit* Canon *eſſe ſeruandum, iurans obligatur ex iuramento & non ex contractu.*

24 *Caſus in quibus iuramentum eſt ſeruandum.*

25 *Iuramentum dolo vi compulſiua aut metu præſtitũ in cauſa à lege non prohibito eſt obligatorium ita vt opus ſit abſolutione, in cauſa à lege prohibito non obligat ipſo iure.*

26 *Iuramento promiſſorio multæ tacitæ conditiones inſunt.*

27 *Iuramentum quam recipiat interpretationem.*

28 *Iurato à ſe contractui ſponte contrauenieus, ſi ſit maior viginti quinque annis ipſo iure notatur infamia, actione pacti cui contrauenit priuatur, ſoluit pœnam, accepta reſtituit & caret omni emolumento quod ex illa pactione fuerat conſecutus, quæ omnia deputantur ei qui pactum ſeruauit.*

29 *Excipiuntur ab iſta regula tres caſus.*

30 *Dictis pœnis addit ius canonicum incapacitatem ad alia beneficia obtinenda.*

31 *Limita primo, quia contrauenieus iuramento aſſertorio non fit infamis.*

32 *Limita ſecundo, quia contrauenieus iuramento promiſſorio incurrit dictas pœnas quando venit contra pactum & iuramentum.*

33 *Periurus repellitur à teſtimonio & iuramento honoris.*

34 Pa-

34 *Pactum quo quis promittit reſarcire omne damnum & intereſſe quod altera pars iurauerit, ſe paſſam eſſe valet.*

35 *Abſolutio à iuramento à quo concedatur.*

36 *Abſolutio à iuramento in quibus caſibus non eſt neceſſaria.*

IN defectum probationum recurritur ad iura-
mentum, c. fin. hoc tit. c. 2. de prob. c. ex inſinuatione
de procurat. ideo poſt tractatum de probationi-
bus in genere & ſpecie, ſubditur hæc rubrica. Eſt
enim maximum remedium, expediendarum li-
1 tium. c. etſi Chriſtus & l. 1. ff. hoc tit. Iuramentum †
eſt affirmatio vel negatio ſacræ rei atteſtatione
firmata: Pan. in rub. huius tit. & ibi Can. non eſt lici-
2 tum iurare † per creaturas, niſi per illas de qui-
bus in iure exprimitur, per crucem, euangelium,
ordinem, altare, c. ſi aliqua & ibi gloſſ. mag. & c.
habemus 22. quæſt. 1. c. qui peierat 22. quæſt. 5 ſalutem
principis: c. quoties 1. quæſt. 7. non eſt licitum iura-
re per membra Dei, auth. vt non luxur. hom. cont.
nat. aut per numina improbata, vel propriam ſu-
perſtitionem, ſed ſi iuratum eſt, ſeruandum erit:
l. non erit in princ. verſ. diuus ff. hoc tit. c. mouet 22.
quæſt. 1. alex. in l. aut prætor §. iurari in fine ff. hoc tit.
iuramentum improbatæ publicæ religionis pro
eo habetur, ac ſi iuratum non eſſet. d. l. non erit in
fin. princ. hoc tit. Quando ius diſponit ſimpliciter,
3 quod iuretur, ſufficit iurari † ſine tactura vel po-
teſt iurari in qualibet charta; ſi vero diſponat vt
tactis ſacroſanctis ſcripturis iuretur, tunc debent
tangi ſcripturæ. l. generaliter §. fin. C. de reb. cred. &
iureiur. clem. 1. §. porro & ibi gloſſ. in verb. tacta &
Can. de hæret. c. vt circa verſ. coram & ibi gl. in verb.
corporali & verbo præſtito & Can. de elect. in 6. Iura-
4 mentum † tres debet habere comites, veritatem
id eſt conſcientiam veritatis, c. ne quis 22. quæſt. 2.
quia veritas non ſufficit, niſi adſit conſcientia, c.
hominis 22. quæſt. 2. iudicium, id eſt diſcretionem,
ac iuſtitiam, vt iuſtum ſit & licitum, quod iura-
tur. c. animaduertendum 22. quæſt. 2. iuxta infraſcri-
ptos verſiculos, ſit iuſiurandum licitum, diſcer-
ne notando quis, c. paruuli c. duobus cc. ſeqq 22.
quæſt. 5. cui, c. nimis c. nullus hoc tit. quid, c. ſi vero a-
liquis c. quintauallis c. ſicut 1. & 2. c. veniens c. veni-
entes hoc tit. per quid, c. conſidera 22. quæſt. 5. ad
quid, c. per inquiſitionem de elect. cur, c. vnuſquiſque
22. quæſt. 4. quomodo, d. c. animaduertendum 22.
quæſt. 2. quando. c. 1. de feriis c. honeſtum c. decreuit
22 quæſt. 1. gloſſ. mag. in c. 1. 22. quæſt. 4. Iuriſiuran-
di † duæ ſunt ſpecies, aſſertorium, & promiſſo- 5
rium. Aſſertorium eſt quod fit de præterito vel
præſenti, in quo aſſeritur aliquid eſſe, vel fuiſſe,
& diuiditur in voluntarium, neceſſarium, iudi-
ciale, quæ ſunt iuramenta litis deciſoria; Inſtit.
Imper. tit. de act. § item ſi quis poſtulante §. æque ſi de-
bitor Inſtit. de except. dicta in Inſtitutionibus impe-
rialibus hic non tranſcribo. Vt Iuramentum ſup-
pletorium deferri poſſit ſex coniunctim deſide-
rantur de quibus vide c. fin. & ibi poſt gloſſ. Can.
hoc tit. Mynſ. obſ. 68. cent. 1. Hipp. de Marſ. ſing. 83.

Promiſſorium eſt † quod concipitur ſuper fu- 6
turo, in quo promittitur dandum, vel faciẽdum,
vel non dandum, vel non faciendum: Et eſt du-
plex, cõtractus confirmatiuum ſiue confirmato-
rium, quod non cauſat obligationem, ſed confir-
mat: Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. c.
quamuis hoc tit. & iuramentum promiſſorium † de 7
per ſe præſtitum, vt ſi iuro ſoluere decem hoc mẽ-
ſe, iuramentum de obſeruandis ſtatutis & con-
ſuetudinibus eccleſiarum, præſtitum à Prælatis,
cum primo ad ipſas accedunt: à canonicis cum
recipiuntur in ipſis: rectoribus, & officialibus,
quando aſſumuntur in ciuitatibus terris, & ca-
ſtris: c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 3. & 6. notab.
dicit ſtatuta præſumi licita poſſibilia & non obuiantia
libertati eccleſiæ præſumptione iuris & de iure licet re-
pugnent iuri poſitiuo vel naturali iuri mutabili & Can.
communiter, Ex quo iure ciuili, vel canonico non
oritur obligatio etiam naturalis. Bartol. in l. ſi quis
pro eo numer. 4. & 5. & ibi DD. ff. de fideiuſſ. Bald. in c.
cum contingat num. 18. hoc tit. Aut actio, quia non
interuenit niſi conſenſus vnius, ſed officium iu-
dicis nullam præſupponens obligationem; quia
canon mandat obſeruari iuramentum, & dirigit
verba ad iudicem. Roman. in l. iuſiurandum 2. nu. 2.
ff. hoc tit. & ibi Iaſ. num. 8. & 9. Iaſ. in d. auth. Sacra-
menta puberum num. 7. & ſeqq. Actus autem con-
tra iuramentum factus tenet tam in temporali-
bus, quam ſpiritualibus, licet contra faciens ſit
periurus, Pan. in c. dilecto num. 17. 18. & 19. de prob.
& ibi Can. Speciale eſt quod ex iuramento liberti
de præſtando operas oriatur obligatio, l. vt iuriſ-
iurandi ff. de oper. libert. l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.
In contractibus † clerici poſſunt iurare ſine licen- 8
tia ſuorum ſuperiorum, Pan. in c. 1. num. 18. & ſeq.
de iuram. cal. Franc. Marc. dec. 568. num. 4. & dec. 691
num. 4. part. 2. Regula eſt quod iuriſiurandi con-

Digitized by Google

tempta religio Deum vltorem habet, ſi per Dei numen, ſi vero per principis venerationem fuerit peieratum, punitur extraordinarie: *l. 2. C. de reb. cred. & ibi gl. fin. & Salic. ac DD.* Attamen magna
9 eſt inter prædicta iuramenta † differentia, nam cum quis iurat de præſenti, vel præterito, non eſt infamis, ſi dicerat, niſi condemnetur, *l. Lucius Titius & ibi gloſſ. mag. in verb. debeant Bartol. & Ang. de Peruſ. & DD. ff. de ijs qui not. infam. c. quicunque & ibi gloſſ. fin. & Can. 6. quaeſt. 1. Bart. in l. 2. C. de reb. cred. & ibi Bald. & DD. Franc. Marc. quaeſt. 705. part. 1.* Si iurat de futuro, & tunc aut illi cum quo contraxit, & infamatur ipſo iure, & priuatur ſuis officijs, ſi dicerat, quia venit contra pactum & Sacramentum, *l. quoties & ibi Bart. poſt glo. in verb. priuatos C. de dignit. libr. 12. l. ſi quis maior C. de tranſact. Bald. in l. 1. numer. 10. C. de reb. cred. Franc. Marc. qu. 705. part. 1.* Aut iurat ſibi ipſi & Deo tantum, & tunc non infamatur: *gloſſ. in d. l. Lucius in verb. debeant gl. fin. in d. c. quicunque & vtrobique DD.* Alij dicunt, quando quis in iudicio ſcienter deierat, ſemper fit infamis, quando tendit in alterius præiudicium: *gloſſ. fin. in d. c. quicunque 6. quaeſt. 1. Salic. num. 4. diſtinguit & DD. communiter in l. 2. C. de reb. cred. & ibi Bald. recenſet octo pœnas periurij Fr. Marc. quaeſt. 705. num. 2. & quaeſt. ſeq. part. 1.* In iuramentis promiſſorijs certæ ſunt conditiones, *gloſſ. in c. quemadmodum in verb. conditio per l. Hoſtien. recenſet ſedecim & Can. communiter hoc tit. c. fin. 22. quaeſt. 3. & ibi gl. & Can.* nullæ inſunt in iuramentis aſſertorijs: *gloſſ. in d. c. quemadmodum in verb. conditio per l. ſi mulier à viro C. de iure dot. Hoſt. in d. c. quemadmodum in fine num. 1. c. homines & c. ſeq. 22 quaeſt. 2.* promiſſio ſub fide principis, aut nobilis, tam de iure quam moribus Germaniæ iuramento comparatur, *c. ad aures de his quæ vi met. cauſ. fiunt c. peruenit & ibi gloſſ. fin. & Can. de fideiuſſ. c. 2. & ibi glo. in verb. interpoſitione & Can. de ſponſal. Gail. obſ. 59. lib. 2. Mynſ. obſ. 17. cent. 1.* Inſtrumentum confir-
10 matiuum † ſortitur naturam actus, ſiue contractus, cui accedit primordialem & originalem, *l. fin. C. de non numer. pecun. c. quemadmodum hoc tit.* In cautionibus iuratis habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, *d. l. fin. C. de non numer. pecun.* & recipit conditiones omnes actus, ſuper quo interponitur, *d. c. quemadmodum Oldrad. conſ. 238. num. 2. Dec. conſ. 408. num. 9. Pariſ. conſ. 110. num. 33. & ſeqq. vol. 1.* vt donatio cauſa mortis iurata reuocari poteſt, *Ceph. conſ. 44. num. 31. vol. 1.* non impedit reuocationem actus ſui natura reuocabilis, quando eſt reuocabilis ex alio, quam ex debilitate ſua: *l. qui Romæ §. Flauius & ibi Iaſ. num. 20 & ſeqq. ff. de verb. oblig. Rot. deciſ. 489. ſub num. 5. vſc. non obſtat part. 1. diuerſ.* hinc titularus in beneficio procurator conſtitutus ab habente regreſſum ad beneficium, cum iuramento de non reuocando ad ceſſandum regreſſum, poteſt reuocari, etiamſi ex caſſatione regreſſus titularus habiturus fuiſſet facultatem renunciandi, quia admiſſio renunciationis pendet ex voluntate ſuperioris, & non eſt intereſſe conſiderabile in pecunia, vel diminutione patrimonij, quod tantum conſideratur in reuocatione procuratoris, *Achil. deciſ. 10. de procur. l. ſi venditor §. ſi quid emptor ff. de ſeru. export.*
Non ſortitur † naturam actus ſiue contractus, 11
gloſſ. in l. certi conditio in verb. ex omni cauſa in princ. & ibi DD. ff. ſi cert. pet. denunciatio litis, quæ fieri debet venditori ſcienti, ſublata cenſetur, ſi in inſtrumento venditor iurauerit defenſionem emptoris in ſe ſuſcipere: *Rot. diuerſ. deciſ. 69. part. 2. Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 16. & ibi Iaſ. num. 27 & DD. ff. ſolut. mat. Couarr. variar. reſp. lib. 3. cap. 17 num. 5. plures citans But. in c. breui hoc tit.* Iuramentum non trahitur ad nullitatem ex poſt ſuperuenientem, ob gabellam non ſolutam, inſinuationem non factam, *Rot. diuerſ. deciſ. 125. num. 14. quæ nullum textum allegat part. 1. Bald. in l. illud num. 14. & ibi add. plures cumulat C. de ſacroſ. eccleſ. & c. Freder. de Senis conſ. 281. Rom. in l. modeſtinus num. 18. de donat. Gail. late obſ. 39. lib. 2.* alias limitationes videre poteris apud Marc. Ant. Baueriam in tract. de virtute iuramenti nu. 134. & plurib. ſeq. Crauett. conſ. 102. num. 7. Supplet defectum † cau- 12
ſæ, & facit præſumi cauſam expreſſam eſſe veram, vt ſi alienatio rerum minoris, medio eius iuramento, ſine cauſa facta fuerit, aut facta fuerit ex cauſa æris alieni iuxta l. magis puto §. fin. verſ. ſi tamen titulo tenus ff. de reb. eor. qui ſub tut. &c. vtroque caſu valet venditio, & ſi cauſa ſit expreſſa, ſtatur eius aſſertioni, *Put. deciſ. 244. lib. 3. per auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* niſi conſtaret de falſitate cauſæ, *Dec. conſ. 403. ſub n. 22 verſ. 3. quia vendita approbatus à Rota Put. deciſ. 204. in fin. lib. 2.* Non ſupplet defectum † conſenſus, 13
quia natura iuramenti eſt vt eius obligatio à conſenſu procedat: & ſe non extendit vltra id ſuper quo eſt præſtitus conſenſus † ad incogitata, vel 14
incognita, *l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. ſi libertus ff. de oper. libert.*

Digitized by Google

per libert. Bart. in l. ſi quis pro eo num. 15. ff. de fideiuſſ. Rom. conſ. 517. num. 24. & ſeqq. vel ad ea de quibus merito ſecundum communem reputationẽ hominum non debuit cogitari, *c. veniens c. petitio hoc tit. pulchre Pan. in d. c. veniens ſub num. 4. poſt gloſſ. & ibi Can.* vel per errorem promiſſa, *Crauett. conſ. 144. num. 15. & ibi Put. dec. 204. in fine libr. 3. l. cum putarem ff. famil. erciſc. l. maioribus C. comm. vtriusq. iud. & c. l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fact. ignor.* vt pactum iuratum de ſoluendo canones de ſemeſtri in ſemeſtre, *Bald. in c. querelam num. 5. hoc tit. l. 2. in princ. C. de iure emphyt.* ſtante conuentione paciſcentium, deuolutionem emphyteuſis fieri ob non ſolutionẽ canonis per biennium vel triennium continuum, non poteſt operari effectum caducitatis, vel deuolutionis ante biennium, vel triennium, quia ſic operaretur contra intentionem iurantis: *Rot. diuerſ. dec. 3. num. 3. & ſeqq. part. 2. c. qui peierare 22. quaſt. 5. Couarr. in c. quamuis prima partis relect. cap. 5. num. 1. & 2.* dato autem con-
15 ſenſu † operatur vim ſpecialis expreſſionis, & ſufficit quod adſit conſenſus, ſaltem in genere, *c. ex reſcripto & ibi gloſſ. in verb. & vxorem & Can. hoc tit.* vt mulier fideiubendo obligetur efficaciter, quãuis de beneficio Velleiani non fuerit certiorata, *Pan. in d. c. ex reſcripto num. 9.* etiamſi intercedat pro marito ſuo, licet hoc caſu ſit magis priuilegiata *per auth. ſi qua mulier C. de Velleian. Fab. Bald. Alberic. & Paul. de Caſtro in d. authen. ſi qua mulier,* Eadem ratione valet renunciatio caſuum fortuitorum, generaliter facta, appoſito iuramento; perinde ac ſi caſus fortuiti eſſent ſpecialiter enumerati, *Bald. in l. 2. numer. 12. C. commod. per l. cum pater §. filium matrem ff. de leg. 2.* Præterea operatur
16 vt † melior via cenſeatur electa, & eandem habet vim, quam clauſula & omni meliori modo; *d. l. cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2. cap. 4. & ibi Pan. notat numer. 2. hoc tit. Roman. in l. 1. §. ſi quis ita num. 21. & ſeqq. ff. de verb. oblig.* fideiuſſor, ſi iurauit, poteſt obligari in plus, vel in aliud, quam principalis. *Angel. in §. fideiuſſores in fine Inſtit. de fideiuſſ.* item promittens factum alienum ad nihilum obligatur, niſi ſpecifice promiſerit ſe curaturum, *§. ſi quis alium Inſtit. de inut. ſtipul.* tamen ſi ſimpliciter promiſit factum alienum, cum iuramento, obligatur ad operam præſtandam, ſicut ſi ſe ſpecifice obligaſſet, *Pan. in d. c. ex reſcripto in fine hoc tit. Angel. in l. inter ſtipulantem ſub num. 3. & ibi Alexan. ff. de verb. oblig. Greg. XV. deciſ. 241. & ibi annot.* Limita † vt procedat cum iuramentum ad- 17
ijcitur actui, in quo eſt defectus ſolemnitatis, non autem quando adijcitur actui, qui non poteſt valere ex defectu ſubſtantiæ vel deficientis conſenſus, quoniam tunc non facit valere actum, vt valere poteſt, ſed ſtatur regulæ l. ſi ego ff. ſi cert. pet. volentis vnam conuentionis ſpeciem non poſſe tranſire in aliam ex ſeipſa, *Roman. conſ. 517. num. 24. in fine & numer. ſeqq. l. an inutilis & ibi gloſſ. 1. Barto. & DD. ff. de acceptil. l. ſi vnus §. fin. & ibi gl. 1. & DD. ff. de pact.*

Accumulat † forum foro, quando de ipſo iu- 18
ramento principaliter agitur, quod ſeruetur, & contra laicum vterque iudex tam ſæcularis quam eccleſiaſticus, eſt competens ad obſeruantiam iuramenti, & ad pœnam periurij: imo ſecundum aliquos mutat forum: ſecus ſi in dubium probabile reuocaretur, an iuramentum eſſet licitum vel non, quæ cauſa ad eccleſiaſticum eſt remittenda & ad eum tantum ſpectat: *c. fin. & ibi pulchre Franc. num. 9. & 10. de foro compet. in 6. poſt Ioann. Andr. & alios Andr. Gail. obſer. 25. nu. 4. libro 1. Pan. in c. cum ſit generale numer. 21. de foro compet.* in foro pœnitentiali laicus de iuramento cognoſcere non poteſt, cum laicus nullo caſu habeat poteſtatem clauium in abſoluendo & ligando, *c. paſtoralis §. 1. & ibi gloſſ. in verbo præterquam in mortis articulo de offic. ordin.* Hæres iurantis virtute contractus iurati, non poteſt conueniri coram eccleſiaſtico, prout etiam hæres ex non obſeruatione contractus iurati non incurrit periurium, *Pan. in c. veritatis num. 3. & Caſſad. deciſ. 2. num. 9. & 10. hoc tit. Angel. in auth. de iur. à mor. quaſt. num. 2. Capell. Tholoſ. quaſt.* 416. quia iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, ex parte recipientis poteſt eſſe reale, & etiam perſonale, *c. veritatis & ibi Pan. num. 3. & Can. hoc tit. pulchre Andr. Gail. obſ. 27. libro 1. Zab. in Clem. 1. §. fin. in 6. 7. 8. quaſt. de iureiur.* poterit tamen contra hæredem iurantis implorari officium iudicis eccleſiaſtici, vt compellat eum ſatisfacere, ad exonerationem animæ defuncti, *c. à nobis in fine de ſent. excom.* Facit † de 19
minore maiorem, & eum obligat ad obſeruantiam contractus, quaſi contractus, iudicij, etiam ſine ſolemnitatibus factorum, redditque ea irretractabilia, ac tollit beneficia non quidem iuris communis, quæ dantur læſis reipſa ob deceptionem vltra dimidium iuſti pretij, *gloſſ. fin. in fine in c. cum cauſa de empt. & vend. & ibi Can. Myns. obſ. 73. cent. 4.*

cent. 4. verum beneficia reſtitutionis in integrum & nullitatis, actus. *auth. ſacramenta puberum & ibi gloſſ. in verb. contractibus & DD. C. ſi aduerſ. vend. gloſſ. in §. item ſacramenta in verbo ſuper contractibus & ibi feud. de pace tenendi inter ſubd. & c. in viſib. feud. Capel. Tholoſ. quaſt.* 45. 49. & 106. *Greg. xv. deciſ.* 406. idem obtinet in diſtractu. *Salic. in d. auth. ſacramenta num.* 17. *pulchre Andr. Gail. obſ.* 41. *lib.* 2. quando minor iij ſe iurat: ſi alteri iuramentum deferat, aduerſus tale iuramentum reſtitui poteſt, *l. nam poſtea §. ſi minor & ibi Iaſ. num* 1. *ff. hoc tit. & Bald. in princ. & num.* 7. *Gail. d. obſ.* 41. *n. xj.* ſecus eſt in iuramento aſſertorio, ſuper cõtractu per minorem, præſtito, quo ſe maiorem affirmauit, cuius prætextu excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, *l. ſi alterius & ibi Bart. C. ſi minor ſe maior. dix.* non autem excluditur à beneficio nullitatis allegandæ, *Roman. conſ.* 12. *numer.* 5. *Marſ. ſing.* 299. *Cremenſ. ſing.* 163. Notandum eſt
20 quod magna ſit differentia † inter hæc duo. *iuramentum firmat contractum inualidum, & iuramentum eſt ſeruandum.* Primo caſu obligatur ex con-
21 tractu, contrahens, † eiuſque hæres, *d. c. veritatis & ibi Can. Pan. in c. cum contingat num.* 8. *hoc tit. Salicet. in d. auth. Sacramenta numer.* 25. *& ibi Iaſ. num.* 38 *& ſeqq.* & licet iurans abſoluatur à iuramento, non propterea poteſt venire contra contractum, ſed abſolutio hoc operatur vt agens ad reſciſſionem contractus, non incidat in periurium; *Pan. in cap* 1. *num.* 12. *& in d. c. cum contingat num.* 9. *& Felin. in c.* 1. *num.* 29. *quaſt.* 8. *hoc tit.* niſi abſolutio obtenta ſit cum narratiua enormis læſionis, & facultate dicendi de ſimulatione contractus; *Mobed. dec.* 4. *de empt. & vend. Ioann. de Imol. in l. nemo poteſt num.* 7. *de leg.* 1. quia iuramentum interpoſitum ſuper contractu ſimulato, non firmat contractum; *gloſſ. in l. emptione C. plus val. quod agit etc. & ibi Ang. Pan. in c. ad noſtram nu.* 5. *de empt. & vend. & ibi Can. Iaſ. in l. nemo poteſt num.* 41. 44. *& ſeqq. & ibi Alex. ff. de leg.* 1. hæres vero non tenetur petere abſolutionem à iuramento per defunctum præſtito, & nihilominus poteſt allegare exceptiones omnes, quas ipſe defunctus, petita abſolutione, opponere potuiſſet, & poteſt agere ad reſciſſionem contractus nulla petita abſolutione à iuramento, *Auth. de iureiur. à mor. praſt. & ibi Ang. n.* 2 *per illum text. Bald. in auth. ad hac num.* 12. *C. de vſur. And. Gail. obſ.* 27. *num.* 5. *lib.* 1. Iuramentum † fir-
22 mat contractum, Primo quoties actus principaliter prohibetur, fauore perſonæ, licet ſecundario fauore reipublicæ, vt fundi dotalis alienatio: *cap. cum contingat hoc tit. c.* 2. *eod. in* 6. Alienatio rerum immobilium minoris ſine requiſitis ſolemnitatibus: *l* 1. *& ibi glo. in verb. periurij cauſa ſua auth. Sacrament. C. ſi aduerſ. vend.* fideiuſſio mulieris, *c. ex reſcripto & ibi gl. pen. hoc tit. Caſtr. in auth. ſi qua mulier num.* 2. *C. ad Velleian.* Secundo quando iuramentum eſt licitum ex omni parte iurantis, recipientis, & rei, ſuper qua interponitur; licet alia ratione actus ſit à iure improbatus, dummodo obſeruantia iuramenti non ſit nutritiua peccati, nec tendit in præiudicium tertij: *c. quanto §. ſi vero hoc tit. c. quamuis in verb. firmatu etc. omnino ſeruare debebit de pact. in* 6. *Nicol. Euerhard. in loco aui iurament. num.* 5. Ideo firmatur iuramento pactum, quo filia, recepta dote renunciat hæreditati paternæ, *d. c. quamuis de pact. in* 6. *Gail obſ.* 147. *lib.* 2. renunciationes quas faciunt minores tutoribus, & curatoribus de adminiſtratione: *Bald. in d. authent. Sacramenta puberum n.* 14. ſtipulatio alteri facta ita quod alteri acquiratur actio. *c. quoties cordis* 1. *q.* 7. *& ibi gloſſ. in verb. & per it Fel. in ſal. Greg. num.* 27. *& ſeqq. et ibi Can.* donatio inter patrem & filium: *Bald. in l. fin C. de vſucap. pro donat. numer.* 6. *&* 7. *Guid. Pap. quaſt.* 146. *Gail obſ.* 38. *lib.* 2. donatio inter virum & vxorem: *Bart. in l. ſi quis pro eo in fine ff. de fideiuſſ. & in l. Stius & Augerius num.* 7. *ff. ad l. falcid. Capell. Tholoſ. quaſt.* 262. *Gail. obſ.* 40. *li.* 2. donatio per miluem, vel doctorem facta ſuæ focariæ: *Roman. conſ.* 43. *ad* 1. *num.* 5 tranſactio facta ſine prætore ſuper alimentis in vltima voluntate relictis: *Bart. in l ſi quis pro eo in fine Imol. in d. c. cum contingat n.* 95. *& ſeqq.* tranſactio ſuper dependentibus ex teſtamento, non viſis, cognitiſque verbis teſtamenti: *Iaſ. in d. l. de his numer. xj. ff. de tranſact. Imol. in d. c. cum contingat n.* 96. contractus prodigi: *Imol. in d. c. cum contingat, n.* 68. *& ſeqq. Franc. Aretin. cont. Bart. in l. is cui bonis n.* 5. *ff. de verb. obligat. Capell. Tholoſ. quaſt.* 499. Promiſſio de non accuſando vxorem de adulterio, *c. quemadmodum §. ſi. in fine hoc tit.* Tertio iuramentum firmat contractum, quando interponitur ſuper actu, cui lex non aſſiſtit, nec reſiſtit: vt ſuper pacto nudo: *arg. l. nuda C. de contrah. & committ. ſtipul. Bart. in d. ſi quis pro eo nu.* 12. *ff. de fideiuſſ. Imol. in d. c. cum contingat, ſub num.* 80. *verſ. octauum membrum eſt & num. ſeqq.* iuramentum autem non habet vim pacti, non enim iurando promitto parti, ſed magis Deo, & ideo

Digitized by Google

ideo non eſt pactum, quod eſt duorum conſenſus in idem. *Bart. in d.l. ſi quis pro eo num. 5.* Altero caſu † quando canon ſtatuit ſeruandum eſſe iuramentum, iurans obligatur ex iuramento, & nō ex contractu, hæres iurantis non obligatur, iurans poſtquam ſoluit, poteſt repetere, & antequam ſoluat, petere abſolutionem à iuramento, quæ ei eſt concedenda, *c. 1. & ibi Pan. num. 12. & Can. hoc tit. Pan. in d. c. cum contingat n. 8. & Bald. n. 15.* & abſolutus immediate poteſt contrauenire, *Pan. in d. c. cum contingat n. 9. & ibi Can.* Seruan-
24 dum † eſt autem iuramentum Primo quando cōtractus eſt reprobatus odio creditoris, quia non licet debitori contemnere iuramentum ob peccatum creditoris: vt promiſſio ſolutionis vſurarum: *c. 1. & ibi Pan. & c. debitores de iureiur.* oppignoratio cum pacto legis commiſſoriæ, *c. ſignificante & ibi Pan. de pign.* ſiue ea ſit ſpecialis, ſiue generalis, *Franc. Marc. q. 8. part. 1.* mutuum contractum à filiofamilias contra Senatuſconſultū Macedonianum, *Bart. in d.l. ſi quis pro eo n. 10. Imol. in d.c. cum contingat n. 66.* venditio facta officiali durante officio, *l. non licet ff. de contrah. empt. l. cum ipſe C. eod. & ibi gl. fin.* Secundo quando reprobatur contractus ob defectum ſolemnitatis formalis: *Bart. in d. l. ſi quis pro eo n. 14.* vt iurata fideiuſſio in duriorem cauſam, vel in aliud, vel quando principalis non tenetur, non valet vt fideiuſſio, quia iuramentum non ſupplet formam, ſed valet eo modo quo valere poteſt, nempe vt principalis expromiſſio: *l. & eleganter §. ſi uerus pactionis ff. de dol. l. qui libertinus in fin. ff. de oper. libert. Rom. in l. 1. §. ſi quis ita n. 24. ff. de verb. oblig.* Teſtamentum iuratum, vbi non eſt ſolemnis numerus teſtium, valet vt codicillus, *l. cum pater §. filius matrem ff. de legat 2. Imol. in d.c. cum contingat nu. 74. & ſeq. Bart. in d. l. ſi quis pro eo ſub nu. 13. Roman. in d. §. ſi quis ita num. 22.* Tertio quando actus improbatur, à iure propter defectum ſolemnitatis probatoriæ introductæ ob publicam vtilitatem, *Imol. cont. Bart. in d.c. cum contingat n. 73. & ibi Pan. num. 26.* quia quoad ipſum iuramentum ſufficit probatio iuris diuini per duos vel tres teſtes, & deficientibus omnibus probationibus tenetur in foro animæ, in quo non licet contra proprium iuramentum venire, *c. ſi vero hoc tit. c. ſi peccatum 22. q. 1.* quia iuramentum eſt de iure diuino & obligat Deo. Quarto generaliter ſeruandum eſt iuramentum in omnibus caſibus quando non vergit in diſpendium æternæ ſalutis iurantis, nec redundat principaliter in alterius detrimentum, *cap. 2. in fine de pact. in 6. & ibi gloſſ. pen. & fin. & Can.* Vt alienatio aduentitiorum in quibus pater habet vſumfructum facta per filiumfamilias ſine voluntate patris & iuramento firmata quoad præiudicium patris, quamdiu ſuperſtes eſt non valet, cæterum patre mortuo & poſtquam filius effectus eſt ſui iuris vires habet, in ipſius filij præiudicium, *Myns. obſ. 10. cent. 3. Imol. in c. cum contingat. n. 43. de iureiurando.* Quando autem iuramentum non poteſt ſeruari ſine diſpendio æternæ ſalutis iurantis, vt quia eſt contra bonos mores, *c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. c. ſicut ex litteris c. intellecto hoc tit. c. 1. eod. in 6.* vel contra publicam vtilitatem principaliter, *c. ſi diligenti de for. compet. l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. xj. late & pulchre Bald. in d. c. cum contingat num. xj. & ſeqq.* aut quando tendit principaliter in præiudicium tertij, *l. hoc edictali C. de ſecund. nupt. c. venientes & c. ſicut noſtris hoc tit.* tunc iurans non indiget abſolutione, niſi ad cautelam, *c. cum quidam §. fin. & ibi gl. pen. hoc tit.* quia iurando peccatur non contrauenjendo, *22. qu. 4. in ſumma & ibi gloſſ. mag. cap. 1. c. magna c. diffinitio 22. qu. 4. c. quemadm. hoc tit.* prout latius hæc proſequitur Bartol. in d. l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. Imol. in d. cap. cum contingat Iaſ. & DD. in d. auth. Sacramenta puberum.

Iuramentum † dolo, vi compulſiua, aut metu 25
præſtitum in caſu à lege non prohibito eſt obligatorium, ita vt opus ſit abſolutione: *l. ex falſis & ibi gloſſ. in verbo præcipimus C. de tranſact. c. ſi vero c. verum hoc tit.* in caſu à lege prohibito non obligat ipſo iure: *d. c. cum contingat c. licet hoc tit. in 6. c. quamuis de pact. in 6. auth. ſacramenta puberum in fine C. ſi aduerſ. vendit. Gail. obſ. 42. lib 2.* ratio diuerſitatis eſt quia ſi principale pactum, ſuper quo interponitur iuramentum coactum, nullo iure ſit prohibitum, tunc vnius tantum eſt defectus, nimirum ius vel metus, cæterum ſi principale pactum per ſe ſit prohibitum, vt in muliere conſentiente in alienatione fundi dotalis, filia renunciante accepta dote hæreditati paternæ, tunc duplex eſt vitium, nempe, ius, metus, & legis reſiſtentia, & vnicum iuramentum non poteſt ſupplere duos defectus, *Pan. in d. c. cum contingat nu. 3. Felin. in d. c. ſi vero num. 8. verſ. hanc concluſionem hoc tit. Andr. Gail. obſer. 42. lib. 2. Surd. deciſ. 154. nu. 12.* quando eſt reſtrictum, ſed ſi amplum ſit & prægnans

gnans

Digitized by Google

gnans aptum compræhendere plures defectus, vt iurando omnia & ſingula in inſtrumento contenta obſeruare, tunc ſupplet plures defectus, *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.73. idem Seraph. deciſ. 1184. num.15. plures cumulans gloſſ. fin. in fine in c. cum cauſa & ibi Can. de empt. & vend. Crau conſ.7. num.4. & conſ.114. ſub nu.9. Gregor. xv. deciſ. 391. ſub num.6. & ibi annot.*

26 Multæ † tacitæ conditiones inſunt iuramento promiſſorio, prima eſt ſi mihi fidem ſeruaueris, *l. fin. C. de non numer. pecun. c. ſicut el.3. §. fin. hoc tit.* Secunda, ſi iudex non præcipiat contra *l. non videntur §. qui iuſſu ff. de reg. iur. l. fin. ff. de leg. commiſſ.* Tertia, niſi fuero abſolutus, *c.1. c. ſicut el.3. hoc tit.* Quarta, ſi iuro ſtare mandatis iudicis, arbitri, vel arbitratoris, intelligitur de æquis, *c. veniens c. quintauallis hoc titul.* conſultius tamen eſt vt petatur abſolutio ad cautelam à iuramento, quam Epiſcopus debet dare præmiſſa ſummaria cognitione ſuper æquitate vel iniquitate præcepti, *d. iuribus.* Quinta, ineſt conditio ex natura rei, vt iuramentum de dote danda, intelligitur ſi nuptiæ ſequantur, *l. ſtipulationem l. tali ff. de iur. dot.* ac etiam contractus, *l. quæro §. inter locatorem ff. de locat. & ibi gloſſ. in verbo paruerit & DD.* Sexta, ex qualitate perſonæ, vt ſi iuro ſoluere tutori ad certam diem, ſi interim ſit remotus ab adminiſtratione, non teneor illi ſoluere, *l. quod ſi forte §. 1. ff. de ſolut. l. poſt mortem §. tutor ff. quand. ex fact. tut. vel curat. & c. Pan. in c.2. num.6. de nou. oper. nunciat.* Septima, ſi res in eodem ſtatu permanet, *c. quemadmodum & ibi gloſſ. in verbo oculos & c. ad noſtram hoc tit.* Octaua, in omni iuramento tacite intelligitur veriſimilis & communis intellectus hominum, *c. veniens & ibi gloſſ.2. in fin. & Pan. num.5. hoc tit. l. adigere in fine ff. de iurpat.* vnde ſi clericus qui iurauit ſtare mandato Epiſcopi, qui ei præcepit vt beneficio renunciaret, & quod non appellaret, non habet neceſſe petere relaxationem iuramenti, *Pan. in d. c. veniens num.5.* & excipitur iuſta cauſa impedimenti, *l.3. §. inde quæritur ff. de ſtat. liber. l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. c. ex parte 2. de cleric. non reſid.* hinc compenſatio probata obſtat agenti ad debitum pecuniarium ſibi promiſſum cum iuramento, *Bart. in l. amplius num.8. ff. rem rat. hab. & ibi add. plures cumulat. pulchre Affl. deciſ. 163. & ibi Viſill.* Nona, in quolibet iuramento eſt excepta auctoritas ſuperioris, *d. c. veniens & ibi gloſſ. & Can. l. fin. in princ. ff. ad municip. text. in c. venientes §. quia vero hoc tit. & ibi gloſſ. allegat. concord.* appellatione ſuperioris venit etiam pater, *l.2. ff. de iuſt. & iur. Alex. in l. fin. nu.5. & ſeqq. ff. qui ſatiſd. cog.* quando præſtatur ſuper re ſubiecta ſuperiori, vel ſuper iuribus ad eum pertinentibus, *Pan. in c. conſtitutus nu.8. de reſcript.* ideo is qui iurauit, tempore receptionis ſuæ in canonicum, ſeruare ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ, ſi poſtea impetret à Papa aliquas præbendas contra conſuetudinem illius Eccleſiæ, non eſt periurus, & valet impetratio, præſertim ſi in gratia ponantur clauſulæ derogatoriæ hodie poni conſuetæ, videlicet non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ contrarijs etiam iuramento & confirmatione apoſtolica roboratis, *Rot. deciſ.1. hoc tit. in nou. c. cum aliquibus de reſcript. in 6. & ibi Can. c. & cui & ibi poſt gloſſ.1. Can. de præb. in 6. Ferret conſ.75. per tot.* Prædictæ conditiones non reddunt iuramentum conditionale, quia nec conditiones quæ tacitæ inſunt, reddunt legatum conditionale, *l. conditiones ff. de cond. & demonſt. Hoſt. in c. quemadmodum num.2. hoc tit. & ibi Can. communiter.*

Iuramentum recipit † interpretationem in foro pœnitentiali 27 ſecundum intentionem iurantis, *c. humanæ aures 22. quæſt.5. c. tua nos & ibi gloſſ. pen. & fin. de ſponſal. c. ſignificaſti & ibi gloſſ. pen. de homicid.* in foro contentioſo eſt interpretandum, ampliandum, & reſtringendum ſecundum ius, quando eſt generaliter præſtitum, *c. venientes c. ad noſtram el.3. hoc tit. c. hoc videtur verſ. fin. & ibi gloſſ. in ag. 22. quæſt.5. c. ex literis & ibi gloſſ pen. et fin. de ſponſal. Pan in c. veniens ſub num. 4. in fine hoc tit.* quando vero eſt præſtitum ſuper re vel cauſa certa intelligitur prout iacet, *c. debitores de iureiur. c. ad aures c. ad audientiam de ijs quæ vi metuue, cauſ. fiunt & c. l. ſi actor ff. hoc tit.* Maior vigintiquinque annis, ſponte, & ex libero arbitrio † contrauenient pacto, con- 28 tractui, aut tranſactioni à ſe iuratis per Deum, aut ſalutem principis, ipſo iure notatur infamia, actione cauſæ, ſiue pacti, cui contrauenit, priuatur; etiam vbi de ſola manutentione poſſeſſionis agitur *Natt. conſ.373. num.37. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 64.* Parte opponente, alias proceſſus tenet, *Crau. conſ.199. ſub numer.15. verſ.3. reſpondeo Greg. xv. dec.64. n. xj.* & non alia, orta ex alio contractu, ſuper quo non deliquit, *Roman. ſing. 499. l. ſi quis maior ibi ex pactione vel tranſactione illa C. de tranſact.* ſoluit pœnam, quæ pactis probatur inſerta, accepta reſtituit, rerum proprietate caret, & fructibus perceptis, ac omni emolumento, quæ

ex

ex pactione illa vel tranſactione fuerit conſecutus; quæ omnia mox deputantur, ei, qui intemerata pacti iura ſeruauerit, *per l. ſi quis maior C. de tranſact.* quæ loquitur in tranſactione, & habet locum in omni pacto & contractu iurato, *c. paruuli & ibi gloſſ. in verb. cauſa 22. quæſt. 5. Iaſ. in d. l. ſi quis maior n. xj. & ſeqq. et num. 24. & ibidem DD. Rom. ſing. 499. Tuſcu Rot. diuerſ. deciſ. 97. num. 8. et ſeqq. part. 2. Rot. Farin. dec. 710. part. 1.* Idem iuris eſt in reo in his pœnis, quæ ei poſſunt aptari, *gloſſ. in d. l. ſi quis maior in verb. conſecutus et ibi Bart. nu. 12* Fundatur ſuper iuramento, *d. l. ſi quis maior ibi eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine eo auctore ſolidauerint Rot. diuerſ. dec. 583. n. 1. part. 1.* Præſuppoit dolum, quo ceſſante ceſſat eius diſpoſitio, *Alex. in l. fin. n. 6. ff. qui ſatiſd. cog. etc. Rot. diuerſ. deciſ. 583 num. 3. & ſeqq. plures cumulans Rot. diuerſ. 277. nu. 6 et deciſ. 279. n. 9. part. 2.* Probatur dolus, ſi probatur contrauentio contra pacta expreſſa, *l. non poteſt dolo carere ff. de reg. iur. l. ait prætor ff. quæ in*
29 *fraudem credit.* Excipe 1. † quia is qui non ſoluit in termino, non præſumitur periurus, niſi 1. inquiratur an voluntarie non ſoluerit, an neceſſitate coactus, quia neceſſitas excuſat à periurio, *c. querelam & ibi Bald. n. 1. & 2. hoc tit.* tamen non vitiat ſtipulationem, quin condemnatur ad ſoluendum: *l. continuum §. illud ff. de verb. oblig.* Secundo paupertas excuſat à periurio, *l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes ff. mand.* 3. Poteſt pars pœnam ſibi debitam ex periurio remittere, quia concernit eius fauorem, *arg. c. 1. hoc tit. Socin. ſen. in l. 1. n. 113. ff. ſolut. matr. Rot. diuerſ. dec. 19. in fine part. 1.* continet pœnam legalem ex ea parte, quod contrauueniens cadit à commodo contractus, quam eccleſia licite poteſt exigere, pœna vero conuentionalis, quæ pactis probatur inſerta, ratione approbationis, dicitur legalis, & difficultas eſt an eccleſia hanc poſſit exigere, quia legalis eſt ex lato vocabulo; *late Rot. diuerſ. dec. 279. part. 2. d. l. ſi quis maior ibi reſtituta pœna quæ pactis probatur inſerta l. ade C. locat. c. dilecti filij & ibi glo. in verb. per pœnam et Can. de arbit. c. ſuam et ibi glo. & Can. de pan. Capr. concl. 70.* non admittit purgationem moræ de iure ciuili, aut de æquitate canonica, etiamſi is, qui incidit in pœnas d. l. ſi quis maior, offerat ſe paratum realiter ſatisfacere de omni, & toto eo in quo tenetur vigore contractus iurati, *Iaſ. conſ. 9*
30 *num. xj. & ſeqq. vol. 1.* Hiſce pœnis addit † ius canonicum inhabilitatem ſiue incapacitatem ad alia beneficia obtinenda, *arg. c. teſtimonium de teſtib. Mohed. deciſ. 2. circa finem de ſimon. Freder. conſ. 48.* quia collatio facta criminoſo, ad eius inſtantiam eſt ſubreptitia, & ſubreptio in gratioſis vitiat ipſo iure, *Put. dec. 406. lib. 2. Fel. in c. 2. n. 5. verſ. limita etiam omnia prædicta de reſcript. Fel. in c. inquiſitionis n. 8. de accuſ. & vtrobique Can.* Secus ſi Papa confert motu proprio, *Caputaq. dec. 135. part. 1. Clem. ſi Romanus & ibi Can. de præb. Rot. dec. 6. & 7. de præb. in nou.* Remotionem à beneficio obtento, & depoſitionem ab ordine, non ipſo iure ſed per ſententiam, *c. tua nos & Pan. in c. querelam in 2. not. hoc tit. c. cum non ab homine de iud. Dec. in c. 2. num. 5. & ſeqq. de reſcript. Staphyl. de litt. grat. tit. de var. mod. vac. §. conſiderandi modo eſſent num. 6. & ſeqq. Garc. de benef. part. xj. cap. 10. §. 2. n. 266. & ſeqq.* quia infamia & periurium non priuat aliquem ipſo facto, beneficiis, dignitatibus, & honoribus obtentis, de quo dubitat Pan. in d. c. querelam nu. 3. & ſeqq. pro quo videtur *text. in l. quoties C. de dign. lib. 12. & ibi gl. in verb. priuatos Barto. & DD. Achil. deciſ. 1. hoc tit. Fel. in c. querelam n. 1. hoc tit. Dec. in 2. de reſcript. n. 10. & ſeqq.* Signatura tamen non dat 31
pro periurio priuationem beneficiorum, niſi periurium ſit iudiciale, *Staphyl. de litt. grat. tit. de var. vacat. mod. §. conſiderandi num. 8. in fine,* hinc conſtituens procuratorem ad caſſandum regreſſum, & poſtea eum reuocans efficitur periurus, ſed nō priuatur ſuo regreſſu, *Achill. deciſ. 7. de renunciat. iuribus ſupra allegatis Fel. in c. ex parte 1. poſt numer. 4. verſ. idem Nic. miles in repert. de reſcript. facit l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam 120. de verb. oblig. Caſſad. deciſ. 4. de priuil.*

Limita primo † quia contrauueniens iuramē- 32
to aſſertorio non incurrit prædictas pœnas; *l. 1. & l. 2. iuncta l. fin. ff. de crimine ſtell. gloſſ. pen. mag. in l. lucius de his qui not. infam. Archid. in c. auctoritatem nu. 15. quæſt. 6. Pan. in d. c. querelam ſub nu. 3.* ideo bis reſignans idem beneficium, & iurans, quod in reſignatione non interuenit fraus, non eſt periurus & infamis. *Put. deciſ. 162. lib. 1. l. pen. verſ. aditus quoque itaque & ibi poſt gl. pen. DD. C. ſi minor ſe maior. dix.* Limita ſecundo, quia contrauueniens iuramento promiſſorio de futuro, non incurrit dictas pœnas, niſi & contra pactionem & contra ſacramentum veniat: alioqui ſi iurat quod hodie comedet carnes, & contrauenit, non ita. *gl. pen. mag. in d. l. lucius.* Omnis autem periurus † indi- 33
ſtincte repellitur à teſtimonio; *c. teſtimonium de teſt.*

Digitized by Google

teſt. gl. pen. in d. l. lucius in fine. etiam poſt peractam pœnitentiam, *c. teſtimonium de teſtib. Franc. Marc. queſt. 706. num. 4. part. 1. c. quicunque 16. queſt. 1. & ibi gl. in verb. teſtimonium & Can.* Et à iuramento honoris: quia amittit beneficia omnium legum, canonum, & ſtatutorum, quibus cauetur quod credi debeat iuramento alicuius & non à iuramento oneris, vt eſt iuramentum fidelitatis, calumniæ &c. *Bald. in d. l. lucius num. 7. c. paruuli & ibi gl. fin. 22. queſt. 5. late Iaſ. in l. ſi duo §. ſi quis iurauerit num. 1. & 2. ff. de iureiur. & ibi DD.* Quæritur
34 an valeat † pactum, quo quis promittit reſarcire omne damnum, & intereſſe, quod altera pars iurauerit ſe paſſam eſſe? *Bart. in l. fin. num. 3. ff. de prætor. ſtipul. ſpecul. in §. videndum nu. 7. de prob. & ibi add.* certum eſt quod ſi bene arbitrabitur, ſtabitur ſuo dicto iurato; alias reducetur ad arbitrium boni viri: *l. hæc venditio ff. de contrah. empt. & vend. Bart. in l. fin. num. 3. ff. de prætor. ſtipul. Rom. in l. 1. nu. 3. & Bald. in l. iuſiurandum la 2. ff. hoc tit. l. ſi libertus ff. de oper. libert. l. ſi in leg. ff. locat. l. in perſonam §. 1. ff. de reg. iur.* item de iure communi eſt intelligendum ſubſiſtente damno & intereſſe, & quatenus de iure veniat aliquod intereſſe ratione moræ, aut culpæ, euictionis, aut alias; *Bald. in l. ſi traditio num. 9. C. de act. empt.* quia ſine cauſa non videtur velle ſe obligare; *l. 2. §. circa ff. de except. dol. l. quæro §. inter locatorem ff. locat.* & ſtante ſtatuto quod detur verto damnum paſſi, damnum debet legitime probari, & quoad declarandam quantitatem ſtatur iuramento damnum paſſi: *Dec. conſ. 83. in cauſ.* tamen ex vſu communi valet talis conuentio, ac eſt irreuocabilis, & non neceſſitatur damnum paſſus aliquid probare, quia tranſiuit in formam contractus; ſed tantum dicere quantitatem damni & intereſſe: *late Afflict. deciſ. 91. num. 10. & ſeqq. qui Bart. reprobat Rot. diuerſ. deciſ. 467. num. 2. part. 1. Alex. de Imol. in l. 17. iuſiurandum ſub nu. 1. in fine hoc tit. & ibidem Bald. & DD.* niſi reus probet contrarium eius, quod is prætendit, in cuius fauorem facta eſt huiuſmodi conuentio: *Paul. de Caſtro in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Afflict. deciſ. 91. num. 2. part. 1.* quia hoc eſt de natura probationis, quod vna probatio recipit aliam probationem meliorem. *l. cum de indebito ff. de prob. l. 1. C. de reiud. & ibi DD.* Quinimo quando ſumma pro qua iuratur eſt conſiderabilis, nō debet iudex confirmare vel deferre tale iuramētum, niſi concurrant coniecturæ, ex quibus moueri poſſit adita credendum, quia totum hoc reducitur ad arbitrium iudicis. *Rot. d. deciſ. 467. part. 1. diuerſ. Afflict. deciſ. 91. num. 10. & ſeqq. Crau. de antiq. temp. part. 1. §. quarto limitatur nu. 27. & num. 25. & ſeqq.* Tutor, aut pupillus tutore auctore huiuſmodi conuentionem facere non poteſt, *l. iuriſiurandi gratiam & ibi Bart. ff. hoc tit.* quia eſt ſpecies donationis, *l. non omni C. de adminiſt. tut.* & non tranſit in hæredem damnum paſſi. *Roman. in l. 1. in fine ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi ex. & in l. quæ bona §. qui damni num. 6. ff. de damn. infect.* aut contra hæredem damnum dantis aut ſpoliatoris. *Mynſing. obſer. 12. cent. 4. l. fin. C. de in litem iurando*: Abſolutio † à iuramento conceditur à Pa- 35
pa, *c. veniens hoc tit.* & ab Imperatore, *l. fin. in princ. ff. ad municip. &c.* quando ſcilicet iuramentum præſtitum eſt ſuper re ſubiecta Papæ, vel Imperatori: ſuper rebus non ſpectantibus ad eos non poſſunt abſoluere ſine cauſa rationabili, quin contraueniens peccet, quia iuramentum obligat Deo. *c. quanto & ibi gl. in verb. abſolui & Pan. num. 8. hoc tit. Zab. in Clem. Romani §. porro num. 18. eod. Innoc. in c. cum inter P. in fine de renunciat. Pan. in c. conſtitutus num. 8. in fin. de reſcript.* Multiplex eſt abſolutio, à pœna periurij, & infamia, ita quod ob periurium non repellatur à teſtimonio, vel ab alio actu publico, & Papa & Imperator hanc poſſunt concedere ſine cauſa. *Zab. in d. §. porro num. 18.* Imperator quoque ſiue eius conſiſtorium quando aliquis Princeps ſeu ſtatus Imperij ſubijcitur banno Imperiali ſubditis relaxat iuramentum fidelitatis quo illi Principi ſeu ſtatui antea fuerant obſtricti. *Mynſ. d. obſ. 99. cent. 3.* Abſolutio ad effectum agendi & detegendi fraudem contractus iurati, conceditur à ſummo pontifice, eius ſignatura gratiæ, & iuſtitiæ, ab epiſcopis, eorumque vicarijs, iuxta caſuum diuerſitatem, *Pan. in d. c. quanto num. 8.* ab Imperatore, & eius camera imperiali, *And. Gaill. obſ. 22. & ſeqq. & 25. lib. 1. Guid. Pap. queſt. 194. Mynſ. obſ. 99. cent. 3.* præmiſſa ſummaria cauſæ cognitione, ac parte vocata. *And. Gaill. obſ. 22. 23. & ſeq. libr. 1. Mynſ. obſ. 99. cent. 3.* Abſolutio à iuramento ad effectum contraueniendi contractui, & vt tota obligatio tollatur non conceditur niſi parte vocata, & cum plena cauſæ cognitione, *Felin. in c. 1. nu. 24. hoc tit. Pan. num. 10. & Can. Old. d. conſ. 120. in princ. Berouſ. d. conſ. 50. num. 76.* ex cauſa rationabili doli, fraudis, *Salic. in d. auth. ſacramenta puberum*

Digitized by Google

berum num.25. euidentis iniquitatis, enormis læſionis, *d.c.veniens & ibi gl.fin. Iaſ.in d.authent.ſacramenta puberum numer.42. & ſeqq. late Pan. in c.cum contingat ſub nu.21.verſ.ego autem ad totalem materiam euacuandam &c. vbi ponit xj. caſus hoc tit.* Poſtquam quis incidit in periurium, quia non ſatiſfecit in termino, prout iurauit, non auditur petens abſolutionem ad effectum agendi, vel contrauenendi contractui, ſed compellitur ſatisfacere, quia fruſtra legis auxilium inuocat, &c. *c. quia fruſtra de vſur. Pan. in c.1. ſub numer.10. verſ. & ſubijcit ibi notabile dictum hoc tit.* Quando iuramentum concernit Deum, tunc Papa illud interpretari, & diſtinguere poteſt, & ex cauſa poteſt abſoluere, *c.quanto & Zab. in d. Clem. Romani §.porro num.18. in fine hoc tit.* Certis † caſibus non
36 eſt neceſſaria abſolutio, in quibus non oportet iuramentum obſeruare, aut poteſt ſperni: Primo, ratione impoſſibilitatis, vel turpitudinis, quia vergit in diſpendium æternæ ſalutis iurantis, *c.1. hoc tit. in 6. cap. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6.* Secundo, ex defectu cauſæ vel conditionis tacitæ, *iurib. ſupra alleg. l. quaro §. inter locatorem ff. loc.* Tertio, propter nouum caſum, contingentem culpa aduerſarij, *c. quemadmodum hoc tit.* Quarto, ratione erroris vel ignorantiæ iuris ſui, *l. cum aquiliana ff. de tranſact.* Quinto, quando lex aut canon expreſſe prohibet iuramentum, *l. ſi quis inquilinos §. fin. ff. de leg.1.* Sexto, ratione iuris ſuperioris, *d.c.venientes hoc tit.* Septimo, ratione contractus ſimulati, tutius tamen eſt, quod petatur abſolutio à ſuperiore, *l. emptione & ibi gloſſ. & DD. C. plus valere quod agitur &c.* Octauo, quando contrauenit auctoritate ſtatuti, legis, vel ſuperioris, *l. qui iurato ff. qui ſatiſd. cog. l. adigere in fine ff. de iurepat.* & clarum eſt, eſſe locum legi & ſtatuto, ſecus ſi oporteret illud probare, quo caſu neceſſaria eſt abſolutio, *c.venerabilem & ibi gloſſ. in verbo venire Innoc. & Can. de elect. Gab. conſ.9. vol.2. Greg. xv. deciſ.64. & ſeqq. & num.14.* Nono, quando ab eodem duo præſtantur iuramenta contraria, prius eſt ſeruandum, *c.2. & ibi gloſſ. in verbo poſſe conſtringi c. veniens & ibi late Pan. nu.6. & ſeqq. hoc tit.* Sed iuramentum præcedens non inualidat actum ſequentem, qualiſcunque ſit, tam in temporalibus, quam ſpiritualibus, licet interea diſtinguet Rot. *deciſ.8. de procur. in antiq. & add. ad Capell. Tholoſ. quæſt.261. Pan in c. dilecto num.17. & ſeqq. de præb. etc. & ibi Can. communiter gloſſ. in c. fin. in verb. reuocatus de procur. in 6. Creſc. deciſ.3. hoc tit.* Decimo ratione enormiſſimæ læſionis quia tunc iuramentum non habet comites requiſitos, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *late Mynſ. obſ.59. & 60. cent.5. plures cumulans.*

De exceptionibus.

Titulus XXV.

SVMMARIA.

1 *Exceptionem & qualitatem & neceſſarias circumſtantias ad ipſam exceptionem reus probare tenetur.*
2 *Exceptionum alia ſunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, aliæ quaſi peremptoriæ, aliæ præiudiciales.*
3 *Replicationes quoque quædam ſunt præiudiciales.*
4 *Dilatoriarum aliæ ſunt declinatoriæ, aliæ actionem & cauſam reſpiciunt.*
5 *Declinatoriæ tangentes perſonam iudicis ante omnem dilatoriam exceptionem ſunt proponendæ.*
6 *Dilatoriæ aliæ ante litis ingreſſum proponi & probari debent.*
7 *Dilatoria ſolutionis ante litem conteſtatam proponi debet, ſed probanda eſt poſtquam actor probauerit intentionem ſuam.*
8 *Reo poteſt iudex ſtatuere terminum ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias, ſed non ad proponendum omnes ſuas exceptiones peremptorias.*
9 *Peremptoriarum quædam ſunt litis finitæ quædam ſimpliciter peremptoriæ.*
10 *Peremptoriæ litis finitæ quænam ſint & quando impediant litis conteſtationem.*
11 *Peremptoriæ ſimpliciter quæ ſint & quando proponi & probari debeant.*
12 *Exceptionibus pluribus etiam contrarijs nullus vti prohibetur.*
13 *Exceptio non requirit cauſam.*
14 *Exceptione non veriſimili propoſita quale ſit officium iudicis.*
15 *Excipiens fatetur factum contentum in exceptione, ſed non fatetur intentionem actoris.*
16 *Imo ex rei exceptione non declaratur dubia probatio actoris ad ipſius commodum.*

17 *Limita primo, quia ſuper facto puro exceptionis actor ſe poteſt fundare.*

18 *Limita ſecundo, quando reus pure fatetur intentionem actoris & poſtea excipit.*

19 *Dilatorijs ſuper exceptionibus pronunciatur tacite vel expreſſe.*

20 *Peremptorijs ſuper exceptionibus pronunciatur quando per eas impeditur negocium principale vt ſunt præiudiciales.*

21 *Excommunicationis maioris exceptio ad effectum repellendi eſt anomala & poteſt proponi dilatorie in quacunque parte iudicij contra actorem eiusque procuratorem.*

22 *Ac in cauſa appellationis ſi actor pro ſe reportauit ſententiam.*

23 *A ſciente omiſſa poteſt opponi poſt ſententiam.*

24 *In ea debet exprimi ſpecies excommunicationis, nomen excommunicatoris, aut Canon nomine proprio & probari intra octo dierum ſpatium.*

25 *Ea probata actor in ſequentibus repellitur, ijs quæ præceſſerunt in ſuo robore duraturis.*

26 *Excommunicationis maioris exceptio in vim peremptoriæ propoſita anomala non eſt.*

27 *Exceptio non poteſt opponi ab eo qui poteſt eadem exceptione repelli.*

FVNDATA intentione actoris reus probat ex-
ceptionem dilatoriam oppoſitam ante litis
conteſtationem, aut opponit & probat exceptio-
1 nem peremptoriam, quia in exceptionibus † reus
cenſetur actor, *l. 1. ff. hoc tit. l. in exceptionibus ff. de
prob.* & tenetur probare ſuam exceptionem, &
qualitatem, & neceſſarias circumſtantias ad ip-
ſam exceptionem, *Frant. in c. 1. in 1. not. de præſcript.
in 6. & ibi Can. per illum textum l. quinquaginta ff. de
prob. Rot. diuerſ. dec. 190. num. 2. part. 2. & 628. n. 2.
part. 1. Greg. xv. dec. 278. & dec. 279. num. 2. & vtro-
bique annot.* ideo ſubijcitur titulus de exceptioni-
2 bus, quarum aliæ ſunt † dilatoriæ, aliæ perempto-
riæ, *§. appellantur Inſtit. hoc tit. & ibi gl. mag. vbi vide,*
aliæ quaſi peremptoriæ, vt ſunt exceptiones quæ
contra perſonas teſtium opponuntur, *c. 1. hoc tit.
c. ex parte ff. de teſtib. Pan. in c. finem litibus n. xj. de dol.
& cont. dictum eſt ſupra de teſt. & atteſt.* aliæ præiu-
diciales, quæ actioni intentatæ præiudicium ad-
ferunt, & in quibus reus prius admittitur ad pro-
banda ea, quæ obiecit, quam actor ad fundan-
dam ſuam intentionem: *l. præſes C. ad l. flau. de plag.
Bald. in l. peremptorias n. 31. C. ſententiam reſcindi non
poſſe Iaſ. in §. præiudiciales num. 17. Inſtit. de action. di-
ctum eſt ſupra de ord. cognit.* replicationes † quoq; 3
quædam præiudiciales ſunt, in quibus replicans
prius auditur & admittitur ad probandum, quam
reus excipiens: *l. quoniam Alexandrum C. de adult.
Iaſ. in §. præiudiciales n. 17. Inſt. de action.* regulariter
vbi replicatio elidit exceptionem debet, 1. pro-
bari, quia ea probata manet exceptio inefficax,
Pan. in c. dilecti filij n. 5. hoc tit. Rurſus dilatoriarum
aliæ † ſunt declinatoriæ, quarum aliquæ perſo- 4
nam iudices reſpiciunt, & illius incompetentiam
arguunt, *dictum eſt ſupra de for. compet. & ibi Felin. in
rubric.* vel quæ de ipſo ſuſpicionem ingerunt, quo
caſu ſunt eligendi arbitri ad cauſam recuſationis
cognoſcendam: *c. ſuſpicionis de off. deleg. c. cum ſpe-
ciali de appellat.* Aliæ ſpectant perſonam actoris,
quæ demonſtrant illum non habere legitimam
perſonam ſtandi in iudicio, *§. præterea Inſtit. & c.
exceptionem hoc tit. c. 1 eod. in 6. Greg. xv. dec. 264. &
ibi annot.* Aliæ deducuntur ex perſona rei con-
uenti, vt ſi actorem ex legitima cauſa domum re-
uocet, *l. 2. ff. de iud. c. fin. de foro compet. dictum eſt ſu-
pra tit. de for. compet.* Aut proteſtando excipiat de
loco non tuto, aut contagione infecto, *Rip. de pe-
ſte tit. de priuil. iud. auth. peſt. in princ. Fel. in c. accedens
el 2. numer. 11. & ſeqq. & ibi Can. vt lit. non conteſt.*
qualis exceptio ſemper poteſt opponi, quia habet
grauamen ſucceſſiuum, *Archid. in c. certamur 3. q.
9. Fel. in d. c. accedens el 2. num. 15. & ibi Can. Mynſing.
obſ. 74. cent. 2.* Aliæ actionem & cauſam reſpiciūt,
vt cum excipitur de ineptitudine libelli, aut litiſ-
pendentia, aut quod diuidatur continentia cau-
ſæ, *Iaſ. in l. nulli n. 1. & ſeqq. C. de iud.* vel cum non-
dum diem ſolutionis veniſſe prætenditur, *§. per-
petuæ verſ. temporales & §. præterea Inſtit. & ibi gloſſ.
d. c. exceptionem & ibi glo. in verb. in dilatoriis hoc tit.
& ibi Can. l. exceptione & ibi gl. fin. C. de prob.* & ex-
ceptio tua non intereſt, quæ repellit ab agendo
& excipiendo, *l. 1. ff. de appel. recip. vel non l. ille à quo
§. 1. ff. ad Treb. l. ex conuentione & ibi Dec. in princ. C.
de pact. Greg. xv. dec. 396. numer. 3.* Declinatorias
tangentes † perſonam iudicis, non modo ante 5
litem conteſtatam, verum etiam ante omnem
dilatoriam exceptionem reum oportet oppone-
re & probare; alioquin ſi aliam 1. propoſuerit, in
iuriſdictionem iudicis conſenſiſſe videtur, *c. quo-
niam contra & ibi gl. in verb. recuſationes & verb. ex-
ceptiones de prob. c. exceptionem & ibi gloſſ. in verb. in
dilatoriis hoc tit. c. inter monaſterium de reiud. & ibi*

gloſſ.

gloſſ. in verb. ſubeundo iudicium l. fin. C. de except. & præſcript. & ibi gloſſ. Mynſ. obſ.27. cent. 4. vbi ponit vnam limit. quando ſcit iudicem eſſe incompetentem, alias ſi ignorat, quandocunque poteſt opponere: *gloſſ. 1. in d. l. fin. C. de except. toto tit. C ſi à non compet. aud. iud. eſſe dicatur,* non cenſetur quis conſenſiſſe in iudicem, per petitionem copiæ libelli, aut productorum, *l. non videtur la 2. & ibi Bald. ff. de iud.* ſatisdationem iudicio ſiſti, *Auth. offeratur C. de litis conteſt.* exactionem cautionis de refundendis expenſis, *Capel. Tholoſ. dec. 181. & ibi addit. plures cumulat.* Aut quamlibet exceptionem, per quam ipſo iure negatur iuriſdictio, *Bald. in l. non videtur l. 2. in 2. lect. ff. de iud. Fel. in c. inter monaſterium nu. 6. de re iud. Anch. in c. ſi clericus ſub nu. 3. de for. compet.*
6 *& ibidem But. nu. 5.* Aliæ dilatoriæ † ante ingreſſum litis proponi & probari debent, *l. ita demum C. de procurat. gloſſ. in c. in noſtra ſuper verb. exceptio eod. c. cum cauſam de appell. Fel. in d. c. exceptionem n. 7. & ſeqq.* & poſt litem conteſtatam proponi non poſſunt, *Fel. in d. c. exceptionem n. xi. & num. ſeqq. vbi*
7 *ponit 15. fall.* Dilatoria ſolutionis † ante litem conteſtatam proponi debet, ſed probanda eſt poſtquam actor probauerit intentionem ſuam, *l. exceptionem C. de prob. l. ſi quidem C. de except. c. ſi quis epiſcoporum §. exceptionem 3. q. 6.* In iudicijs in quibus proceditur ſine litis conteſtatione, vnus ex terminis ſubſtantialibus bene ſeruatis excludit dilatorias exceptiones, *Fel in d. c. exceptionem n. 10. plures cumulans hoc tit. Caſ. deciſ. 7. n. 8. & xi. de fide-*
8 *iuſſ.* Poteſt iudex † reo ſtatuere terminum ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias, & poſt terminũ reum nullatenus audiet, niſi in tribus caſibus: Si fuerit proteſtatus, *c. ad diſſoluendum de deſponſ. impub. Pan. in c. ex conqueſtione n. 6. de reſt. ſpol.* Aut aliqua de nouo ſibi competens exorta fuerit, vel ſi iuret poſtmodum ad ſuam notitiam peruenisse, *c. paſtoralis hoc tit. c. ſi quis epiſcoporum §. exceptio & ibi gl. mag. 3. q. 6.* quia in dubio terminus præfixus ad proponendum dilatorias, intelligitur peremptorius licet non exprimatur, *gl. in clem. 1. in verb. peremptorio & ibi Pan. in fine hoc tit.* Ad proponendum omnes exceptiones peremptorias nõ poteſt terminus præfigi ſine iuſta cauſa, & cauſæ cognitione, *Pan. in d. c. paſtoralis nu. 9. & ibi Fel. n. 5. & ſeqq. & Can.* quia maius præiudicium vertitur in omiſſione peremptoriarũ quam dilatoriarum. Illud notandum quod pœna appoſita agenti, vel accuſanti non venit imponenda ei, qui excipiendo contradicit, *l. qui cum natu §. is demum iuncta l. in ſeruitutem ff. de oper. libert.* Peremptoriarum † quædam ſunt litis finitæ quædam 9
ſimpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ poſſunt † opponi, & in vim decli- 10
natoriæ ſiue dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, dicendo, tu non potes agere, quia non habes actionem: ac etiam poſſunt opponi in vim peremptoriæ ad iuſtitiam cauſæ, dicendo, tu non foues iuſtam cauſam, qualis eſt exceptio de re iudicata: tranſacta: finita: *c. 1. de litis conteſt. in 6. & ibi gl. mag. in verb. finita & Franc. n. 5. & Can.* iuriſiurandi; non ſolum quando iuramentum eſt iudiciale, ſed etiam quando eſt extraiudiciale ſeu præſtitum coram ſuperiore, non in forma iudicij, *cap. ſuper hoc & ibi gl. fin. in fine & But. nu. 34 de renunciat. Alex. in l. 1. ff. de iureiur.* præſcriptionis: *Franc. in d. c. 1. num. 7. de lit. cont. in 6. cont. gl.* Idem iuris eſt in omnibus alijs peremptorijs exceptionibus, per quas concluditur actori actionem non competere, vt non implementi contractus, *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Rot. diuerſ. dec. 236 part. 2. Crau. conſ. 151. num. 10. & ſeq. Gail. obſ. 17. in prim. lib. 2. Greg. xv dec. 361. & ibi annot. limitat 2. mod. & deciſ. 541. & ibi annot.* quæ impedit exercitium actionis, non tollit actionem, & ſufficit quod implementum ſuperueniat pendente iudicio: *Rot. diuerſ. dec. 277. part. 2. Put. deciſ. 136. libr. 2. l. ſi rem alienam §. fin. ff. de pignor. act. & ibi gloſſ. fin. Bald. & DD. in d. l. non poteſt ff. de iud.* reſtitutionis acceptorum oppoſitæ agenti ad reſciſſionem contractus, *l. ſi diuerſa C. de tranſact. Rot. diuerſ. deciſ. 121. part. 1.* ſolutionis: acceptilationis: *l. cum quærebatur & ibi Bart. num. 3. ff. iud. ſol. l. ſi pupilli §. videamus ff. de negot. geſt. l. ſi poſtea in princ. & Laſ. in l. ait prætor 2. nu. 15. & num. ſeqq. ff. de iureiur. & ibi DD. Bald. in l. eleganter §. ſi quis poſt princ. & numer. 15. & ſeqq. ff. de cond. indeb. idem in l. poſtquam num. 7. C. de pact. pulchre Franc. in cap. 1. de litis conteſt. in 6. numer. 18. qui ponit regulam, quod peremptoria non debet opponi ante litis conteſt. & ſi opponatur eam non retardat quam limitat 43. modis Fel. in c. exceptionem nu. 34. & ſeqq. & num. 37. & ſeqq. ponit aliquas exceptiones de quibus dubitatur an retardant litis ingreſſum hoc ti.* exceptio rei non liberæ traditæ: *l. ex iis prædijs C. de euict. Alc. conſ. 65. num. 4. & 5. vol. 5. Greg. xv. deciſ 295. & ibi late annot.* quæ ceſſat vbi nullum verſatur damnum, aut intereſſe emptoris. *Bald. poſt gloſſ. in l. ſi pater in verb. liberentur C. de collat. Sal. in l. 2. num. 3.*

C. de ſent. quæ ſine art. quant. prof. Rot. Far. deciſ. 350. num. 3. part. 2. Card. Seraph. deciſ. 1243. num. 5. vel ſi venditor diues in ſe litem ſuſcipiat, Afflict. deciſ. 171. aut ſatiſdet, Bald. in l. ex iis prædiis C. de euict. Alex. d. conſ. 65. numer. 4. & ſeq. vol. 5. aut reus pretium retineat, Bald. in l. ex iis prædiis Card. Seraph. d. deciſ. 1243. ſub num. 2. Impediunt autem litis conteſtationem, quando poſſunt probari incontinenti, alias ſi requirunt maiorem indaginem reſeruantur poſt litem conteſtatam, Bartol. in l. cum quærebatur numer. 3. & in l. ille à quo §. 1. ff. ad Trebell. Iaſ. in d. l. ait prætor 2. num. 23. & ſeqq. quia quando opponuntur in vim dilatoriæ, non fit remiſſio ad partes pro teſtibus vel aliis probationibus, ſicut non fit ſuper aliis dilatoriis, ſecus tamen eſt ſi opponuntur in vim peremptoriæ, & ita eſt de Stylo Curiæ. Ioan. And. in c. exceptionis in gloſſ. ſuper verb. veniens de litis conteſt. quod ipſe legit. ſub tit. de iud. in 6 Imo ſi oppoſitæ fuerint ante litem conteſtatam, licet ſuper eis examinati fuerint teſtes, nec plene fuerit probatæ, nihilominus poſt litem conteſtatam iterum poterunt opponi in vim peremptoriæ, teſteſque rurſus examinari, & publicari, Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummarie n. 24 25. Myſing. obſ. 24. cent. 4. Simpliciter perempto-
11 riæ † ſunt cæteræ, quæ litis conteſtationem minime impediunt, c. 1. & ibi Franc. num. 18. ponit regulam cum limit. de litis conteſt. in 6. & Can. & regulariter reo ſi intentionem actoris probatione deficere confidit, nulla defenſio neceſſaria eſt, l. ſi quidem C. hoc tit. quia etiam in ſpiritualibus, & beneficialibus reus & poſſeſſor, licet de eius iure non conſtet, poteſt actorem per obiectus excludere: c. cum ad noſtras de conceſſ. præb. c. olim in fine de reſcript. Rot. dec. 4. de re iud. in nou. & deciſ. 6. eod. in antiq. Ioan. And. in c. mandatum numer. 41. & ſeq. de reſcript. ſi de intentione actoris confitetur, & exceptione ſe munitum aſſeuerat, de hactantum agi conuenit, d. l. ſiquidem 2. reſp. cap. præterea de tranſact. l. 2. l. exceptionem C. de prob. Pan. in c. cum venerabilis ſub num. 26. verſ. 4. opinionem poſuit & c. hoc tit. eſt enim ſeparata confeſſio ab exceptione, ſi vero de intentione actoris dubitat, tunc peremptoriæ, ſi quas habeat, ab eo conditionaliter, c. ex tenore de teſtib. Bart. in l. non vtique ff. hoc tit. Pan. in d. c. cum venerabilis ſub num. 26. poſt gloſſ. in verb. confeſſus, ſunt proponendæ quandocunque antequam feratur ſententia, ſiue ſit concluſum in cauſa, probari autem debent poſtquam actor monſtrauit intentionem ſuam c. finem litibus de dol. & contum. d. l. ſiquidem in 3. reſp. l. peremptorias C. ſententiam reſcind. non poſſe c. exceptionem & ibi poſt glo. in verb. in dilat. Can. hoc tit. l. exceptionem & ibi poſt gloſ. in verb. in dilatoriis Can. hoc tit. l. exceptionem & ibi glo. C. de prob. plene, non præſumptiue, aut ſemiplene, Rot. diuerſ. dec. 628. num. 3. & ſeqq. part. 1. Bart. in l. admonendi num. 15. & ſeq. & numer. 50. & ſeq. de iureiur. etc. l. ob carmen & ibi gloſſ. in verb. impari numero ff. de teſt. & DD. c. in noſtra & ibi gloſſ. & Pan. num. 3. et ſeqq. de teſt. ante publicationem atteſtationum, niſi poſtea poſſet probari per inſtrumenta, vel confeſſionem aduerſarii, d. l. peremptorias & ibi gloſſ. in verb. feratur glo. in d. l. exceptionem ante fin. gloſſ. pen. & fin. in d. l. ſiquidem & ibi DD. Excipe ab iſta regula certos caſus, in quibus peremptoriæ opponi poſſunt etiam poſt ſententiam 1. ſi opponantur à minore beneficio reſtitutionis in integrum, d. l. peremptorias, ſecundo à milite, l. 1. C. de iur. & fact. ignor. tertio in exceptionibus SC. Macedoniani & SC. Velleiani, l. tamen ſi ff. ad Maced. vt latius dicetur, in titul. de ſent. & re iud.

Nullus pluribus † vti exceptionibus prohibetur 12
etiam contrariis ſiue vno & eodem inſtanti ſiue diuerſis temporibus proponat, c. nullus & ibi gloſſ. 1. Dyn. num. 8. qui pulchre diſtinguit & Can. de reg. iur. in 6. Gabriel. tit. de act. concl. 1. num. 9. & plur. ſeqq. plures citans. fallit in exceptione cuius contrarium reus obtinuit canonizari, quia tunc non poteſt contrarium in iudicium deducere etiam contra aliam perſonam, Roman. cent. 347. n. 9. per c. cum olim. de cenſib. l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoff. teſtam. Gregor. xv. deciſ. 556. num. 7. & 8. & ibi annot. Actor debet concludere cauſam ſuæ actionis, l. 1. ff. de edend. l. edita C. eod. Butr. in c. dilecti de iud. numer. 10. dictum eſt ſupra tit. de libell. oblat.
exceptio regulariter † non exigit cauſam, quia 13
ſola nuda voluntas ſufficit ad dandam exceptionem fauore liberationum; l. tale pactum ff. de pact. l. cum de indebito & ibi poſt gloſſ. pen. DD. ff. de prob. Bald. in l. 1. num. 13. ff. de interrog. action. & ibi DD. Can. in c. ſi cautio de fid. Inſtrum. quod ſi exceptio
non veriſimilis † proponatur; licet reus ad peti- 14
tionem actoris non cogatur exprimere cauſam nec iudex poſſit huiuſmodi exceptionem repellere, quia veritas poſtea reſeruatur in probationibus faciendis circa merita, poteſt tamen iudex ex officio (ſi voluerit, quia ad id nō neceſſitatur) compellere reum ad cauſæ expreſſionem, per

quam

quam exceptio iuſtificetur: *Imol. poſt gloſſ. in verbo reſignationis in c. ſuper hoc num. 14. Butr. num. xj. & Can. communiter de renunciat.* vel hoc caſu, aut ſi poſt probatam actoris intentionem, reus ad impediendum vel differendum proceſſum per excogitatam malitiam, aliquam opponat peremptoriam, poteſt iudex arctare reum ad promittendum certam pœnam in euentum in quo exceptio non apparet vera: *c. cum dilectus de elect.* vel ſtatuere terminum, infra quem ipſam probabit, *c. paſtoralis hoc tit.* aut aggrauare excipientem duriore probatione, *c. quia veriſimile de præſumpt. l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſ. &c.* aut ad ſoluendas alteri parti moderatas expenſas, ex tunc; cum inducias receperit ad probandam exceptionem, in iudicio faciendas, ſi forſan in probatione defuerit, non expectata ſententia definitiua, condemnare, & ſi ſoluendo non fuerit, iuxta arbitrium ſuum etiam corporaliter punire, *d. c. finem litibus & ibi Pan. & Can. de dol. & cont.* vt hoc timore perterritus non facile quis in grauamen alterius falſas exceptiones opponat, tum etiam quia commutatio pœnæ pecuniariæ ad corporalem fit non ſolum quando pœna eſt applicanda fiſco, *Innoc. in c. Odoardus de ſolut.* verum etiam quando pecunia ſoluenda eſt pœna ex parte vtriuſque, aut cum ex parte rei eſt pœna, & ex parte actoris, cui pecunia ſoluenda venit, eſt intereſſe, *d. c. finem litibus in fine & ibi Pan. num. 5. per illum text. de dol. et cont.* vel quando originem habet ex maleficio, *Ioan de anan. in d. c. finem num. 4. & ibi Can.* præterea iudex debet repellere exceptionem iuſtam oppoſitam ex malitia, *Felin. in c. ex parte el. 2. nu. 1. de off. deleg.*

15 Excipiens † fatetur factum contentum in exceptione, ſed non fatetur intentionem actoris, quia non confitetur id, quod iure eſt tacite compræhenſum, in ipſa exceptione: vnde excipiens de permutatione, fatetur permutationem interueniſſe, ſed non fatetur, quod res ſpectabat ad compermutantem, quia poteſt eſſe quod de facto fuit permutatio, & non de iure: ſimiliter in exceptione pacti de non petendo debitum, quia per hoc non confitetur debitum, quia poteſt eſſe quod non de iure debuit, *d. c. cum venerabilis & ibi gl. in verbo confeſſus hoc tit. & ibi fuſe Pan. num. 26.* nam cum proponat factum repellendo actorem ab intentione ſua, non poteſt dici, quod fateatur intentionem actoris, ne vna & eadem confeſſio contrarios operatur effectus, *c. exceptionem & ibi gloſſ. & Can. de reg. iur. in 6. l. non vtique ff. hoc tit. Bald. in l exceptionem numer. 22. contra Bart. C. de prob. & ibi DD.* quin imo ex rei exceptione non † declaratur dubia probatio ipſius actoris ad ipſius commodum, *Pan. in d. c. cum venerabilis in fine.* vnde niſi actor plene probet intentionem ſuam, reus venit abſoluendus. 16

Limita primo, quia † ſuper facto puro exceptionis actor poteſt ſe fundare, vt ſi reus excipiendo dicat ſe procuratorem reuocaſſe, actor ſuper illa reuocatione ſe poteſt fundare: *c. ex parte Decani de reſcript.* In rem actionem pati non compellitur, qui excipiendo negat ſe poſſidere, ita tamen vt ſi conuincatur mendacij, actor fundando ſe in exceptione rei, ab eo ad ſe transfert poſſeſſionem per iudicem, licet rem ſuam eſſe non probauerit: *l. fin. ff. de rei vend. ſuit l. cum de indebito ff. de prob. cum ſimilibus.* quando actor; contra quem excipitur, factum in exceptione compræhenſum fatetur, nam in exceptione negata ſe non poteſt aliquo modo fundare, etiam ſuper eo quod explicite continetur in ipſa exceptione. *Pan. in d. c. cum venerabilis n. 27. in fine hoc tit. qui ita explicat Bart. in d. l. non vtiq; ff. eod.* 17

Limita ſecundo, quando reus pure fatetur obligationem † & intentionem actoris, & deinde excipit, *l. ſiquidem in 2. reſp. C. hoc tit. c. præterea de tranſact.* eſt enim ſeparata confeſſio ab exceptione, & niſi exceptionem reus probauerit, venit condemnandus, *l. 1. C. de prob. l. in exceptionibus ff. eod.* Alias ſex limitationes ponit Fel. in d. c. cum venerabilis num. 12. & 13. hoc tit. quem vide: eadem obtinent in actore replicante, vt non videatur fateri intentionem aduerſarij, *Felin. in d. c. cum venerabilis nu. 12.* 18

Super exceptionibus † dilatorijs pronunciatur tacite, nam eo ipſo quod lis conteſtatur, tacite intelliguntur omnes dilatoriæ reiectæ, *c. cum inter monaſterium de iud.* vel expreſſe, alias non poſſet procedi ad expeditionem principalis negocij, *Anch. in Clem. fin. ſub 2. not. & ibi Can. de appell.* 19

Super † peremptorijs exceptionibus eſt pronunciandum, quando per eas impeditur principale negocium; ſicut ſuper præiudicialibus, *c. tuam de ord. cognit. Zab. in Clem. fin. in 2. oppoſ. de appell. & ibi Can. c. cum dilectus de elect.* quando autem principale negocium poteſt expedire ſine exceptionibus peremptorijs, non expedit ſuper eis pronunciare, ſed ſi pronunciatur, tenet ſententia, *cap. 1. de ord. cognit. Zab. in d. Clem. fin. in 2. oppoſ. & ibi Can. Greg. xv. deciſ. 280. num. 8.* ſenten- 20

Digitized by Google

ſententia autem ſuper peremptoria lata eſt interlocutoria non definitiua, *gloſſ. in d. Clem. fin. in verbo repulſione & Can. communiter.* Excommuni-
21 cationis † maioris, ſiue latæ ab homine, ſiue à iure. *Zab. in Clem. 1. in 2. quaeſt. hoc tit.* exceptio ad effectum repellendi, anomala eſt: nam poteſt proponi dilatorie in quacunque parte iudicij etiam poſt terminum datum ad proponendum omnes dilatorias, & declinatorias, & ſic in modo opponendi ſapit naturam peremptoriarũ, *Clem. 1. & ibi Zab. in 3. quaeſt. in fin. hoc tit.* contra ipſum actorem, eiuſque procuratorem, *gl. in d. Clem. 1. in verbo dilatoria & ibi Boniſac. n. 8. 23. & ſeqq.* etiamſi nominatim de exceptione excommunicationis terminus dictus eſſet, quia non poteſt iudex beneficium iuris auferre reo, *gloſſ. pen. in d. Clem. 1. & ibi Can.* & admiſſa differt proceſſum negocij principalis, antequam de ea conſtet, quamdiu de ea cognoſcitur, *Franc. in c. 1. ſub num. 3. hoc tit. in 6.* quia de dilatoria & principali ſimul cognoſci non debet: *c. exhibita de iud. cap. prudentiam §. ſexta & ibi gloſſ. in verbo donec de off. deleg.* ac etiam in ſecunda inſtantia & qualibet eius parte contra actorem, eiuſque procuratorem, poteſt opponi, ſi
22 actor † pro ſe reportauit ſententiam in prima inſtantia, quam defendit in ſecunda, quia ſicut fuit actor originarius in prima, ita eſt in ſecunda inſtantia: *l. appellatione l. hi qui ad ciuilia & ibi not. C. de appell.* ſi vero reportauit ſententiam contra ſe, à qua appellauit, non poteſt ei opponi excommunicationis exceptio; quia appellatio defenſio eſt, quæ excommunicato permittitur, *c. cum inter c. cum eccleſiaſtica c. ſignificauit c. dilecta & c. fin. hoc tit. late Franc. in c. pia in princ. eod. in 6. & ibi Can.*
23 Præterea à ſciente omiſſa † poteſt opponi poſt ſententiam, à qua non fuit appellatum, & ea probata iudicium ſiue proceſſus iure decretalium eſt nullus, *c. exceptionem hoc tit. & ibi gloſſ. & DD.* ſed actio ſalua remanet: *c. ad probandum de re iud.* iure nouo ſi quis excommunicationem opponit, ſpe-
24 ciem † illius, & nomen excommunicatoris, (quando opponitur de excommunicatione hominis) & in excommunicatione canonis, ipſum canonem, nomine proprio, vel competentibus indicijs æqui pollentibus nomini proprio, aut ſufficientem cauſam, ita quod tollatur incertitudo, *Franc. in c. 1. § ſi quis igitur ſub nu. 4. & ibi Can. hoc tit. in 6.* exprimitur quam à die oppoſitionis & per iudicem admiſſionis, *Put. deciſ. 150. num. 1. lib. 1. Franc. in c. 1. §. ſi quis igitur numer. 6. poſt Hoſt. Ioannes Andreas & alios hoc tit. in 6.* die in quo proponitur minime computato, intra octo dierum ſpacium probare valeat apertiſſimis documentis; alioquin iudex in cauſa procedit, & reum in expenſas condemnat, quas actor ob hoc diebus illis ſe feciſſe docuerit: ſi poſtmodum, inſtantia durante, de eadem excommunicatione, vel alia iterum excipiatur, & probetur; actor in ſequen-
tibus † repellitur, ijs, quæ præceſſerunt, in ſuo ro- 25
bore duraturis: vltra duas vices non opponitur, præterquam ſi noua excommunicatio emerſerit; vel euidens, & prompta probatio ſuperuenerit de antiqua: poſt rem iudicatam oppoſita executionem impedit ſed ſententia robur obtinet: *d. c. pia.* Non admittitur probatio ſuper ea extra Curiam, nec decernitur remiſſio, *Boniſ. in d. Clem. 1. num. 7. in fine hoc tit.* & poteſt ab actore peti abſolutio ad cautelam, *c. apoſtolica hoc tit. c. venerabilis §. pen & fin. de ſent. excomm. in 6.* Non habet locum *d. c. pia.* eiuſque dilatio, vbi negatur iuriſdictio, vt ſi dicatur reſcriptum impetratum per excommunicatum, *cap. 1. de reſcript. in 6.* aut excommunicatio opponitur iudici: *c. ad probandum de re iud.* quia iſtis caſibus non principaliter de actoris perſona quæritur, ſed de iudicis iuriſdictione: *gloſſ. in d. c. pia in verbo oppoſuit & ibi Franc. num. 3.* nec etiam habet locum quando excipitur de excommunicatione teſtis: *c. decernimus de ſent. excom. in 6. c. veniens el. 2. in fine de teſtib.* ſed iſtis caſibus aſſignabitur dilatio congrua ponderatis circumſtantijs, *gloſſ. in d. c. pia in verbo opponit & ibi Can. licet Boniſ. in d. Clem. 1. num. 8. & 21. & ſeqq. hoc tit. videatur ſentire contrarium.* Quando excommunica-
tionis † exceptio in vim peremptoriæ proponi- 26
tur anomala non eſt, *Zab. in d. Clem. 1. in 3 quaeſt. in fine hoc tit.* neque tunc obſeruanda eſt forma d. c. pia, *gl. in d. c. pia in verbo differat & ibi Franc. n. 3. et Can.* vt ſi opponatur ad perimendam electionem propter excommunicationem eligentium, vel electi, & dabitur competens dilatio ad probandum, *gloſſ. in d. Clem. 1. in verbo dilatoriæ gloſſ. in d. c. pia in verbo opponit & vtrobique Can.* quia hic perit ius opponentis, exceptione non probata, & econtra: ac exceptio operatur ſuum effectum, etiam obtenta abſolutione ad cautelam, ratione principij vitiati, *Zab. in d. Clem. 1. in 3. quaeſt. et ibi*
Can. Non poteſt † exceptio opponi ab eo, qui 27
poteſt eadem exceptione repelli, vt ſi plura poſſidens

Digitized by Google

dens beneficia, de eadem pluralitate aduerſus alium excipiat, *c. cum eccleſiaſtica hoc tit.* vel ſi periurium, aut excommunicationem is obijciat, qui peierauit vel eccleſiaſtica ſententia innodatus eſt, *c. dilecti filij hoc tit.* niſi pro defenſione eccleſiæ ſuæ tales exceptiones oppoſuerit, *d. c. dilecti filij Felin. in d. c. cum eccleſiaſtica.* quia criminoſus excipiens pro eccleſia, etiam non prouocatus, dicitur reus neceſſarius.

De præſcriptionibus.

Titulus XXVI.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio canonica requirit curſum quadraginta annorum, poſſeſſionem continuam, bonam fidem & iuſtum titulum duobus caſibus.*

2 *Præſcriptio quadraginta annorum currit contra omnes eccleſias.*

3 *Siue eccleſia præſcribat contra eccleſiā ſiue priuatus præſcribat contra eccleſiam.*

4 *In caſibus in quibus ius ciuile ſtatuit minus tempus ad præſcribendum.*

5 *In caſibus in quibus contra priuatum requiritur maius tempus quadraginta annorum puta in acquirenda ſeruitute diſcontinua in qua requiritur tempus cuius initij non extat memoria, non præſcribitur contra eccleſiam minori tempore.*

6 *Quando contra priuatum requiritur tempus duplicatum vt in ſeruitute habente cauſam diſcontinuam amittenda quæ duplicato tempore amittitur non debet contra eccleſiam tempus quadraginta annorum duplicari.*

7 *Contra eccleſiam non præſcribitur minori tempore quadraginta annorum.*

8 *Fallit in vſucapione mobilium eccleſiæ.*

9 *Fallit 2. in omnibus præſcriptionibus annalibus, ſemeſtribus vel temporalibus quibus circumſcribuntur actiones prætoriæ, pœnales, de dolo, quanto minoris redhibitoria & ſimiles.*

10 *Eccleſia in præſcribendo res laicorum vtitur eodem iure quo laici inter ſe.*

11 *Clericus in patrimonialibus cenſetur vt laicus.*

12 *Curſus quadraginta annorum omnem prorſus actionem excludit.*

Summa in Decreta'es.

13 *Poſſeſſio continua requiritur quando præſcriptio inducitur ad quærendam rem ſeu ius in re.*

14 *Præſcriptio omnis certum debet habere initium, quod multis declaratur exemplis.*

15 *Præſcriptio dormit in certis caſibus.*

16 *Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, tamen quoad effectum vſucapionis complenda tranſit effectus poſſeſſionis in hæredem, etiamſi non apprehendatur de nouo.*

17 *Præſcriptionis interruptio, alia eſt ciuilis, alia naturalis.*

18 *Ciuilis interruptio quibus modis fiat.*

19 *Exceptio ſpoliationis* / *Cauſa alienationis interueniens* } *præſcriptionem cæptam non interrumpunt.*

20 *Naturalis interruptio quibus modis fiat.*

21 *Interruptio ciuilis & naturalis diuerſo iure cenſentur.*

22 *Bona fides requiritur omni tempore in omni præſcriptione.*

23 *Actus quilibet qui aptus eſt inducere malam fidem interrumpit præſcriptionem quando agitur de re adepta præſcribenda.*

24 *In præſcriptione iuris quærendi non conſideratur mala fides.*

25 *Iuſtus titulus requiritur quando præſcribenti contrarium eſt ius commune, vel contra eum præſumptio habetur.*

26 *Præſcriptio vetita eſt iure communi ratione perſonæ aut rei.*

27 *In Præſcriptione centenaria quæ currit contra Eccleſiam Romanam, requiruntur omnia requiſita in canonica præſcriptione.*

28 *Probatur per teſtes & inſtrumenta.*

29 *In Præſcriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria non requiritur quod poſſeſſio iuſtificetur ex titulo.*

30 *Probatur per teſtes qui debent eſſe ſexaginta annorum aut quinquaginta quatuor, vel ſaltem tantæ ætatis vltra quadraginta annos quod fuerint doli capaces tunc cum cœperunt videre poſſidere.*

31 *Non probatur per ſcripturas.*

32 *Replicatio eſt temporalis ſicut & actio & eodem curſu temporis tollitur.*

Exceptio perpetua eſt quæ non poteſt deduci in iudicio agendo.

Eccleſia reſtituitur aduerſus quadragenariam præſcriptionem.

Digitized by Google

Præſcriptio non opponente parte, an in ferenda ſententia ſit attendenda.

FREQVENTER ex præſcriptione obijcitur exceptio, ideo merito poſt præcedentem ſequitur hic titulus. Omiſſis traditis *in Inſt. Imper. lib. 2.*
1 *hoc tit.* in præſcriptione † canonica, quando priuatus præſcribit rem eccleſiæ, vel vna eccleſia contra aliam, requiruntur quatuor: curſus 40. annorum, *c. de quarta c. ad aures hoc tit.* poſſeſſio continua non interrupta, *c. illud c. quia iudicante hoc tit.* bona fides, *c. vigilanti c. ſi diligenti c. fin. hoc tit.* & iuſtus titulus duobus caſibus, quando ius commune eſt contrarium præſcribenti, vel præſumptio eſt contra ipſum, alias regulariter ſufficit ſola bona fides abſque titulo, *cap. 1. hoc tit. in 6.* de quibus ordine videamus, & circa curſum 40. annorum ſeruandæ ſunt infraſcriptæ regulæ. Præ-
2 ſcriptio † 40. annorum currit contra omnes eccleſias, *c. ad aures hoc tit.* & alia loca pia, *l. omnia priuilegia C. de epiſcop. & clericis & ibi Bart c. volumus 16. queſt. 4. Ioan. And. in c. 2. num. 1. de in integr. reſtit. in 6. Pan. in d. c. de quarta num. 7. hoc tit.* legata pia, *c. fin. 16. queſt. 4.* Epiſcopi bona, *c. poſſeſſiones 16. qu. 4. c. de quarta & ibi Pan. num. 5. hoc tit.* bona capituli debita canonicis, *Pan. in d. c. de quarta num. 5. in fine,* ſola Romana eccleſia excepta, *c. pen. in fine c. fin. 16. quaſt. 3. c. cum nobis hoc tit.* in iuribus habentibus cauſam continuam, & rebus immobilibus, tam incorporatis, quam delatis nondum incorporatis, *Pan. in c. cum nobis num. 9. & xi. hoc tit. licet Franc. in c. 2. num. 5. & Gemin. ibidem §. fin. numer. 5. in vlt. quaſt. hoc tit. in 6. reſtringant d. c. 2. ad bona quæ ab eccleſia tenentur delata & apprahenden. & in alijs bonis ſeruanda dicunt iura ciuilia notata in §.*
3 *res fiſci Inſtit. de vſucap. & praſcript.* ſiue † eccleſia præſcribat contra eccleſiam, *c. placuit §. hac de praſcript. 56. quaſt. 3. c. poſſeſſiones 16. quaſt. 4.* ſiue priuatus contra eccleſiam, *c. fin. 16. qu. 4. d. c. de quarta & ibi Pan. num. 56. & Can. c. 2. hoc tit. in 6.* etiam in fundo dotali ipſius eccleſiæ, *Fel. in c. ad aures in princ. hoc tit.* non quidem in vita ipſius Pręlati, qui male alienauit rem eccleſiæ, ſed incipit currere tempore ſui ſucceſſoris, *c. poſt quingentos & ibi Archid. numer. 2. & c. ſi ſacerdotes 16. quaſt. 3. l. qui fundum §. ſi tutor & ibi Bart. ff. pro empt. glo. fin. in d. c. 1. de reſt. in integ. in 6. & ibi Franc. Bald. in l. 1. num. 1. in*
4 *fin. C. de bonis matern.* In caſibus in † quibus ius ciuile ſtatuit minus tempus ad præſcribendum, vt in præſcriptione longi, & longiſſimi temporis, *Auth. quas actiones & ibi Iaſ. in 1. notab. & num. 2. limitat 2. mod. & DD. communiter C. de ſacroſ. eccleſ. d. c. de quarta c. illud hoc tit.* In caſibus † in quibus 5
contra priuatum requiritur maius tempus quadraginta annorũ, puta in acquirenda per præſcriptionem ſeruitute diſcontinua, in qua requiritur tempus, cuius initij non extat memoria, *l. ſeruitutes la 3. ff. de ſeruitut.* non præſcribitur contra eccleſiam minori tempore, ne ſit deterioris conditionis, quam priuatus, quia non debet priuilegium præſcriptionis quadragenariæ introductum in fauorem eccleſię, in eius odium retorqueri: *c. quod ob fauorem de reg. iur. in 6. l. quod fauore C. de legib.*
vbi vero † requiritur tempus duplicatũ, vt quan- 6
do agitur de ſeruitute habente cauſam diſcontinuam amittenda, quę duplicato tempore, nempe viginti annis inter abſentes, & præſentes amittitur, *l. ſi ſit ff. quemadm. ſeruit. amitt. l. fin. C. de ſeruit. & aqua,* non debet contra eccleſiam tempus 40. annorum duplicari, priuilegium enim non debet excedere proprios terminos, *Pan. in d. cap. de quarta num. 18. & ibidem Felin. num. 37.* Altera re-
gula negatiua eſt, contra † eccleſiam non præ- 7
ſcribitur minori tempore quadraginta annorum
d. c. de quarta c. illud hoc tit. quæ fallit 1. in † vſuca- 8
pione mobiliũ eccleſiæ, quæ vſucapiuntur triennio, ſicut res priuati, *Auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccleſ. Pan. in c. 1. de reſtit. in integ. num. xi. & 15. vbi dicit hanc opinionẽ communiorem & veriorem Imol. num. 14.* dummodo non ſint res mobiles directe ad diuinum cultum Deo dicatæ, quæ non ſunt in dominio eccleſiæ, *§. nullus inſtit. de rer. diuiſ. §. ſed aliquanto & ibi Faber numer. 2. & Can. Inſtit. hoc tit.*
Fallit 2. in omnibus † præſcriptionibus annali- 9
bus, ſemeſtribus, vel temporalibus, quibus circumſcribuntur actiones prætoriæ pœnales, *l. in honorarijs ff. de act. & oblig.* actio de dolo, *l. fin. C. de dolo,* actio quanto minoris, *l. ſi prædium & ibi gloſſ. 1. C. de ædil. edict. etc.* & redhibitoria, *l. cum ſex ff. de ædil. edict.* & ſimiles, in quibus omnibus ita præſcribitur contra eccleſiam, ſicut contra priuatum, *Pan. in c. cum cauſa numer. 10. de empt. & vend. Iaſ. in d. auth. quas actiones num. 4. & ibi gloſſ. in verb. durantibus & ibidem Faber Fel. in d. c. de quarta in fi-*
ne, Tertia regula eſt, eccleſia † in præſcribendo 10
res laicorum vtitur eodem iure, quo laici inter ſe, dummodo cum bona fide, *c. facultates 13. queſt. 2. & ibi gloſſ. in verb. triginta Pan. in c. ſanctorum nu. 5.*

Digitized by Google

Boich in c. illud num. 2. & ſeqq. hoc tit. & Ioan. Andr.
11 num. 4. & Can. Quarta eſt, clericus † in patrimonialibus cenſetur vt laicus, c. cum dilectus & ibi Pan. num. 5. de Iurepat. gloſſ. 1. in c. poſſeſſiones 16. quaſt. 4.
12 Quinta eſt, curſus † 40. annorum omnem prorſus actionem excludit, c. ad aures in fine hoc tit. & ibi Can. ac etiam remedium c. reintegranda 3. qu. 1. Card. Seraph. deciſ. 1360. l. ſicut & l. omnes §. quidquid autem C. de praſcript. 30. vel 40. annor. c. ad aures hoc tit. hinc infertur ſi tutus præſcriptione ſoluit ignoranter, poteſt ſolutum repetere; quia ſoluit indebitum, cum curſus 40. annorum tollat directam, & vtilem actionem, Rot. diuerſ. dec. 242 num. 6. in fine part. 1. Pan. in c. ad aures num. 4. hoc tit. per illum text. c. inter memoratos ibi ſit æternum dominium 16. quaſt. 3. gloſſ. in fine Archid. in c. 1. in fine hoc tit. in 6. mag. in ſumma 16. quaſt. 3. vel ſaltem erat tutus exceptione perpetua gloſſ. fin. in l. fin. §. fin. ff. rem rat. hab. & ibi Bart. et DD. communiter Fel. late in d. c. ad aures, fauorabili, quia præſcriptio acquiſita dicitur ſecundum ius, Felin. in rub. huius tituli num. 2. Pan. in c. fin. nu. 37. & ibi Can. hoc tit. Creſc. deciſ. 1. nu. 8. & 9. eod. Rot. diuerſ. deciſ. 364. num. 3. part. 1. De poſſeſſione eiuſque continuatione tradunt DD. Inſtit. Imper. hoc tit. quorum dicta non
13 tranſcribo: requiritur quando præſcriptio † inducitur ad quærendam rem, ſiue ius in re, ſi præſcriptio inducitur ad extinguendum ius alterius, vel quærendam defenſionem contra ius alteri competens, non eſt neceſſe quod præſcribens poſſideat vel quaſi, vt debitor præſcribit 40. annis actioni directæ hypothecariæ, etiamſi non poſſideat ius ipſius creditoris, l. ſequitur §. ſi viam ff. de vſucap. etc. Salic. in l. cum notiſſimi §. 1. num. 3. & 4. C. de praſcript. 30. vel 40. annor. & ibi DD. Angel. in l. ſicut in rem num. 9. C. eod. & ibi Bart. num. 6. Oldrad. conſ. 254. n. 2. Franc. conſ. 111. nu. 20. Rot. diuerſ. deciſ. 242. n. 4. & dec. 264. n. 4. & ſeqq. & dec.
14 286. ſub num. 3. part. 1. Omnis præſcriptio † certum debet habere initium, & illud debet conſiderari, l. ſicut C. de praſcript. 30. vel 40. annor. verſ. qua ergo antea Rot. diuerſ. 314. nu. 5. part. 1. præſcriptio bonorum, pignoris & hypothecæ, incipit à die adeptæ poſſeſſionis: l. ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6. l. ſicut in rem verſ. eod. & iure & l. cum notiſſimi §. ſed cum illud C. de praſcript. 30. vel 40. annor. actionum perſonalium, ſi puræ ſint, ab ea die, qua ſunt productæ: ſi ſub aliqua conditione, aut die certa vel incerta ponantur, poſt conditionis exitum, aut præſtitutę diei certæ vel incertæ lapſum: d. l. cum notiſſimi §. illud autem plus Rot. diuerſ. deciſ. 286. part. 1. niſi talis conditio eſſet, cuius implementum in poteſtate creditoris foret, vtpote quia poteſtatiua, tunc enim ſi implementum per creditorem negligentem differatur, præſcriptio ſumit initium etiam conditione pendente, l. 1. §. prætermittere verſ. fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. etc. & ibi DD. Bald. in l. eum qui C. eod. Colonus non incipit præſcribere contra dominum à tempore finitæ locationis, ſed denegatæ reſtitutionis: l. male agitur et ibi poſt gloſſ. Angel. num. 5. & 6. C. de praſcript. 30. vel 40. annor. Rot. diuerſ. deciſ. 314. & 315. part. 1. Præſcriptio iuris agnoſcendi fideicommiſſum, & illud acceptandi currit à die purificati fideicommiſſi: Rot. diuerſ. dec. 286. num. 3. & deciſ. 308. part. 1. l. fin. §. ſin autem auaritia C. comm. de legat. l. cum notiſſimi §. illud autem plus & ibi gloſſ. in verb. contractibus C. de praſcript. 30. vel 40. annor. Actiones orientes ex duobus pactis, quæ non competunt ſucceſſiue, præſcribuntur vnico ſpacio: vt actio perſonalis & hypothecaria, d. l. cum notiſſimi §. 1. Salic. in l. vſucapio num. 3. C. de pign. Rot. diuerſ. deciſ. 242. nu. 1. part. 1. etiamſi competant duabus perſonis ex duobus pactis; c. fin. de conſuet. in 6. & ibi Can. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloſſ. 1. nu. 65. & ſeqq. Rot diuerſ. dec. 264. numer. 2. part. 1. ſecus ſi competant ſucceſſiue, vt querela falſi, & querela inofficioſi: l. contra maiores C. de inoffic. teſtam. obligationes annuæ & menſtruæ, quæ oriuntur ex contractu puro, tolluntur vnica præſcriptione, quæ incipit à tempore quo eſt ceſſatum, nec quælibet annua præſtatio requirit ſuam præſcriptionem: ſecus eſt in obligationibus annuis & menſtruis ortis ex contractu conditionali, ac etiam in legatis annuis, in quibus requiruntur plures præſcriptiones; d. l. cum notiſſimi §. in his & ibi Bart. & DD. l. vbi autem §. qui ſortem & ibi poſt gloſſ. DD. de verb. oblig. Iaſ. in l. de pupillo §. ſi in pluribus num. 3. & 4. ff. de nou. oper. nunc. & ibi Alex. Mohed. deciſ. 4. hoc tit. Mynſ. obſer. 13. cent. 3. quia cum ante euentum conditionis, & exiſtentiam diei, non ſit nata obligatio, & actio, non poteſt tolli; l. ſi in ſingulos ff de ann. leg. Put. deciſ. 253. nu. 5. & 6. lib. 1. ideoque ſi legato, poſt præcedentem diſpoſitionem puram, certum tempus ætatis adijciatur, quo ſolutio fieri debeat, quia non ſuſpenditur natiuitas actionis, ſed executio differtur, idem iuris eſt in legatis, quod in ſtipulationibus: l. ex his C. quand. dies

Digitized by Google

leg. eod. l. ſi cum præfinitione ff. eod. Bartol. in d. l. cum
notiſsimi §. *in his etiam in fine*, quãdo donatio mor-
te confirmatur, præſcriptio incipit à die confir-
mationis non retro à die traditionis: *Bald. in l. fin.*
num. 3. *C. de vſucap. pro donat.* Si Titius iurauit dare
centum Antonio, Titius non præſcribit contra
Antonium ratione iuramenti, *c. ſi diligenti in fin.*
hoc tit. & ibi Ioan. And. num. 5. ſed bene eius hæres
& pręſcriptio incipit à die obitus Titij: *Capel. Tho-*
loſ. quæſt. 221. *Card. Seraph. deciſ.* 718. *Bart. & Ang.*
in l. nam & poſtea §. *ſi is qui pro temporali ff. de iureiur.*
Præſcriptio 30. annorum per Dominum qui rem
feudalem pro libera poſſederit contra vaſallum
incipit à die adeptæ poſſeſſionis per Dominum,
quia præſcribit ex ſola proprietate amotionem
vtilis dominij & conſolidationem proprietatis,
Bald. in c. 1. §. *ſi quis per triginta nu.* 11. *ſi de feud. fuer.*
cont. inter D. & agn. Mynſ. obſ. 38. *cent.* 4. Præſcri-
ptio quoque vaſalli qui per triginta annos rem
Domini liberam pro feudo tenuit incipit currere
à die ſemel præſtiti ſeruitij, ſi poſtea triginta an-
ni ſequantur in feudis ſecularibus ſecus in re Ec-
cleſiaſtica & Rerumpublicarum bonis quia tunc
40. anni requiruntur, *Iſern. in d.* §. *ſi quis per trigin-*
15 *ta & ibi Aluar. Mynſ. obſ.* 39. *cent.* 4. Præſcriptio † a-
liquando dormit, aliquando interrumpitur: dor-
mit tempore hoſtilitatis humanæ, & diuinæ, quæ
tanta eſt quod nõ redditur ius in loco: *c. ex tranſ-*
miſſa & ibi Pan. num. 4. *hoc tit. vbi alios octo caſus cu-*
mulat, Schiſmatis: *c. cum nobis hoc tit.* vacationis ec-
cleſiæ: *c. audiuit c. de quarta hoc tit. Fel. in c. cum depu-*
tati num. 7. *de iud.* quando Prælatus eſt hæreticus,
c. 1. *& ibi gloſſ. fin. hoc tit.* vel alias inutilis, vel inha-
bilis ad agendum, *cap. quia diuerſitatem de conceſſ.*
prab. Pan in d. c. ex tranſmiſſa num. 8. & in pupillari
ætate præſcriptio triginta annorum dormit: *cap.*
ſicut & ibi gloſſ. in verb. ſeruanda ſunt C. de præſcript.
30. *vel* 40. *annor.* Dicitur autẽ dormire, quia tem-
pora pupillaris ætatis, hoſtilitatis, & ſchiſmatis,
&c. ſubducuntur, & poſtea præſcriptio ſe excitat,
& coniungitur tempus ſequens præcedenti, & ſic
perficitur præſcriptio, *gloſſ. in l. ſicut in verb. ſeruan-*
da ſunt Pan. in d. c. ex tranſmiſſa numer. 4. *& ibi Can.*
16 Poſſeſſio † defuncti non tranſit in hæredem, *l.* 1.
§. *ſcæuola ff. ſi quis reſt. liber eſſe iuſſus fuerit &c. l. cum*
hæredes in princ. l. qui vniuerſas §. *colonum ff. de acquir.*
poſſeſ. tamen quoad effectum vſucapionis com-
plendæ, tranſit effectus poſſeſſionis, etiamſi non
appræhendatur poſſeſſio de nouo, *l. cæptum l. nun-*
quam l. a 2. §. *vacuum ff. de vſucap.* quia vacuum tem-
pus, quod ante aditam hæreditatem vel poſt adi-
tam hæreditatem ante appræhenſam per hære-
dem poſſeſſionem interceſſit, prodeſt hæredi ad
vſucapionem complendam, non inchoandam,
d. l. nunquam §. *vacuum & ibi poſt gl. DD. l. cum hære-*
des & ibi gloſ. in verb. non pertinet & DD. ff. de acquir.
poſſeſſ. Interruptio † præſcriptionis alia eſt ciuilis, 17
alia naturalis, *d. l. cum notiſsimi* §. *imo & illud in verb.*
innouati c. illud & ibi gloſſ. in verb. interruptio hoc tit.
& ibi Can. Ciuilis † fit per litis conteſtationem, 18
& ita non interrumpitur vſucapio, quia mere fa-
uorabilis eſt, ſtricto iure, niſi in effectu; *l. ſi poſt ac-*
ceptum ff. de rei vend. & ibi poſt gloſſ. DD. ſed præſcri-
ptio decem vel viginti annorum, quia mixta eſt,
& currit fauore poſſidentis, & odio negligentis,
l. mota litis C. de rei vend. & ibi gloſſ. & DD. modo a-
gens in cauſa non ſuccubuerit, eo omni ſuccum-
bente non interrumpitur præſcriptio per litis cõ-
teſtationem, *Fel. in c. illud num.* 17. *verſ.* 14. *conclu-*
ſio & ibi Can. de præſcript. Couarr. in reg. poſſeſſor. a.
part. §. 12. *num.* 4 *verſ. hanc item ſecundam concluſio-*
nem & ibi limitat aliis 2. *mod. Greg. xv. deciſ.* 467. *in*
princ. & ibi annot. Secundo per citationem, ſeu
miſſionem ſolam executoris, & ita interrumpi-
tur odioſa, & quæ currit ſolum ex negligentia nõ
petentis, præſcriptio 30. vel 40. annorum: *l. ſicut*
& ibi gloſſ. add. & Bart. & DD. d. l. cum notiſsimi in
princ. C. de præſcript. 30. *vel* 40. *ann.* quæ diſtinctio
procedit iure ciuili: de iure canonico, quilibet a-
ctus, qui inducit malam fidem, interrumpit præ-
ſcriptionem, *c. veniens hoc tit. dicetur inferius in* 3. *re-*
quiſito, Tertio per denunciationem factam Do-
mino per eius colonum, ſeu inquilinum de lite
mota, *l.* 2. *C. vbi in rem actio &c. c. quoniam frequen-*
ter §. *in aliis vt lit. non conteſt. &c. gloſſ.* 1. *in c. edoceri*
de reſcript. Quarto per pignorum dationẽ: Quin-
to per vſurarum ſolutionem, vel aliam debiti a-
gnitionem, *d. l. cum notiſsimi* §. *imo & illud*, Sexto
per libelli oblationem factam principi: *l.* 1. *&* 2. *C.*
quand. lib. princ. datus &c. Septimo per ſynodalem
proclamationem: *c. ſanctorum hoc tit.* Octauo
quando præſcribens non poteſt conueniri pro-
pter abſentiam, vel potentiam, aut infantiam, fu-
roremve, ac tutore caret, interrumpi poteſt præ-
ſcriptio & vſucapio per denunciationem factam
præſidi, epiſcopo, vel defenſori loci, vel per ſo-
lemnem proteſtationem factam publice, vbi do-
micilium habet poſſeſſor, cum tabulariorum, aut
cum

Digitized by Google

cum trium teſtium ſubſcriptione, *l. vt perfectius C.*
19 *de ann.except.* Illud notandum eſt, quod † exceptio
ſpoliationis, quia qui excipit nihil perit, *c. cum dilectus, & ibi gl. in verbo in modum exceptionis verſ. illud
poteſt de ord. cogn. & ibi Canon.* aut cauſa alienationis interueniens, præſcriptionem iam cœptam
non interrumpit; *l. ſi fundum ff. de fundo dotali*, vt ſi
fundum, quem ego bona fide poſſidebam, & longi temporis poſſeſſione poteram quærere, mulier, vt ſuum, dedit in dotem, eumque vir repetere neglexerit, nam licet lex Iulia etiam pertineat
ad huiuſmodi acquiſitionē, non tamen interpellat eam poſſeſſionem, quæ per longum tempus
fit, ſi antequam conſtitueretur dotalis fundus,
iam eſſe cœperit, *d. l. ſi fundum*, Naturalis interru-
20 ptio † fit per inundationem, *l. 3. §. labeo ff. de acquir. poſſeſſ. §. alia ſane & ibi gloſſ. fin. & DD. Inſtit.
de rer. diuiſ.* Per poſſeſſoris expulſionem, rei mobilis ereptionem, & qualitercunque poſſeſſor deſierit poſſidere, *l. naturaliter & ibi gloſſ. 2. ff. de vſucap. d. l. cum notiſſimi §. imo in princ.* Item interrumpitur, & amittitur poſſeſſio ciuilis, quando monachi timore militum, qui alio tendebant, derelinquunt eccleſiam vacantem, quæ à filijs patrimonialibus fuit occupata, *l. non ſolum §. ſi Dominus
ff. de vſucap. l. 1. § eum qui verſ. vi poſſidere & verſ. ſeq.
& l. 3. §. ſi quis autem ff. de vi & vi arm.* quia vulgaris regula quod poſſeſſio ſolo animo retinetur,
nec ſolo curſu temporis tollitur, intelligitur alio
non ingrediente, vel occupante, *Achil. deciſ. 4. hoc
tit. l. ſi id quod §. fin ff. de acq. poſſeſſ. Salic. in l. li. et n.
15. 16. & ſeq. vbi pulchre diſtinguit C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* Eiſdem modis interrumpitur præſcriptio ſeruitutum & iurium incorporalium, *Bart. in
l. 2. C. de ſeruitut. & aqua in fine.*

21 Diuerſo iure † cenſentur iſtæ interruptiones;
quia naturalis prodeſt omnibus contra quos
currebat præſcriptio, *d. l. naturaliter ff. de vſucap.*
ciuilis prodeſt ei tantum, qui actum interruptionis exercuit: *l. 1. C. de præſcript. long. temp.* præterea
moleſtia facti & interpellatio extra iudicialis interrumpit præſcriptionem, ſed non impedit eam
de nouo inchoari, ex quo moleſtia extraiudicialis durat durāte facto, & ceſſat eo ceſſante vt denuo præſcriptio initium capiat, cuius contrarium
eſt in iudiciali, quæ durat donec lis finiatur,
*Caſſad. deciſ. 6. n. 7. & 8. ſuper regul. Cancell. Card. Seraph. deciſ. 718. n 5. et 6. arg. l. ſi is qui pro emptore §. ſi
quis bona fide ff. hoc tit.*

Bona fides † requiritur omni tempore in o- 22
mni præſcriptione canonica, ciuili, conſuetudinaria, *c. ſi diligenti & ibi gloſſ. in verbo bona fides & c.
fin. hoc tit. c. poſſeſſor de regul. iur. in 6. & correcta eſt
l. ſi alitna ff. hoc tit. & §. diutina Inſt. hoc tit. & ſimiles*
ſtatutaria, *Card. Seraph. deciſ. 614. & 740. c. fin. hoc
tit. & ibi Can. Couarr. in c. poſſeſſor 2. part. relat. § xj.
num. 5.* ac immemorabili, *Card. Seraph deciſ. 707.
c. fin. ponderando verbo nulla & ibi Pan. num. 15. &
ſeq. hoc tit. & Can. Mynſ. obſ. 6. cent. 4.* ſiue res ſpiritualis præſcribatur ſiue temporalis, *c. vigilanti &
d. c. fin. hoc tit.* tam in præſcriptione actionis realis,
*Caputaq. deciſ. 360. & 362. part 2. c. poſſeſſor malæ fidei de reg. iur. in 6. Inſtit. hoc tit. in princ. l. longi temporis l. emptor C. de præſcript. long. temp. 10. vel 20.
annor.* quam actionis perſonalis, *Pan. in d. c. fin.
nu. 15. & ſeqq. hoc tit. poſt relatas num. 8. & ſeqq. aliorum opiniones Lanfr. deciſ. 148. cent. 2. Card. Seraph.
d. deciſ. 614.* ſiue verba ſtatuti directa ſint in ipſum
debitorem, ſiue creditorem, & ſtatutum ſit à
Papa confirmatum, *Card. Seraph. deciſ. 632 atteſtans
de communiori Butr. in c. fin. num. 8. hoc tit. & ibi
Imol. num. 24. & Can.* Præſumitur in præſcribente, *gloſſ. pen. in c. ſanctorum & in d. c ſi diligenti in
verb. bona fides gloſſ. 2. in c. fin. & vtrobiq; DD. hoc tit.
l. pen. C. de euict. l. ſuper long. & ibi gloſſ. in verbo probetur C. de præſcript. longi temp. &c.* etiamſi non alleget titulum, *Franc. in c. 1. num. 2. hoc tit. in 6. Rip. in
c. cum Eccleſia ſutrina num. 95. & ſeqq. & num. 100.
de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Scientia rei alienæ, etiam
abſque mala fide, *Bald. in l. nec creditores C. de pign.
action. num. 4 Fel. in c. illud ſub num. 1. verſ. adde etiam
Bald. hoc tit. Caputaq. deciſ. 360. part. 2.* ac mala fides
impedit, aut interrumpit præſcriptionem, *c. poſſeſſor de reg. iur. in 6.* ſiue ſuperueniat mala fides in
toto quia incipit habere conſcientiam rei alienæ, ſiue cum aliqua dubitatione, *cap. 1. 16. quæſt. 3.
licet Pan. in c. fin. num. 39. & 40. hoc tit. aliter ſentiat.*
aut etiam ſuperueniat mala fides quoad vnum,
& non quoad alium, *Pan. in c. illud num. 8. & ſeqq.
hoc tit. & ibi Felin. num. 1.* imo quilibet † actus, 23
qui aptus eſt inducere malam fidem interrumpit
præſcriptionem, *c. veniens hoc tit. in fine Bart. in d. l.
naturaliter num. 8. Put. deciſ. 385. lib. 2.* quando agitur de re adepta præſcribenda, in præſcriptione
iuris † quærendi, non conſideratur mala fides, 24
etiam de iure canonico. *An. h. in c. ſine poſſeſſione
num. 7. in fine de reg. iur. in 6. Mohed. deciſ. 2. hoc tit.
Rot. diuerſ. deciſ. 180. num. 6. & 8. part. 2. Put. deciſ.*

124.lib.2.Mynſing.obſ.6.Cent.4.vbi ponit alias limit.
Mala fides prædeceſſoris prælati non nocet ſuc-
ceſſori, c.iura & ibi gloß. & Pan.num.5.de Iurepat.
gloſſ.in d.c.de quarta in verbo ſe poße tueri hoc tit.& in
c.inprimis 2.quæſt.1.& in c.ſi ſacerdotes 26.quæſt.1.
quia ſucceſſor in dignitate non eſt eadem perſo-
na cum defuncto, & habet omne ius à ſuperiore,
25 qui eum promouet, Dyn.in d.c.poſſeſſor. Iuſtus † ti-
tulus, aut putatiuus, vel inualidus iuſto errore
cauſatus, Rot.deciſ.3.de præſcript. in nou.c.de quarta
& ibi gloſſ.pen. & Can. hoc tit. Caputaq.deciſ.361.
part.2.Greg.xv.deciſ.289.& ibi annot.Felin.in d.c.de
quarta à num.24.vſque ad nu.36. requiritur, quan-
do præſcribenti contrarium eſt ius commune,
vel contra eum præſumptio habetur, c.1.hoc tit.
in 6. propter præſumptionem malæ fidei, l.bona
fides la.2.ff.de reg.iur.c.qui contra eod.in 6. vt exem-
plis clarius demonſtrabitur, priuatus præſcribit
rem eccleſiæ, intentio eccleſiæ non eſt fundata
iure communi, ideoq; præſcribenti ſufficit bona
fides abſque titulo, quia licet illa præſcriptio ſit
contra ius Eccleſiæ, non tamen eſt contra ius
commune. notabiliter autem textus. d.c.1. hoc tit.
in 6. dicit ius commune. Eadem ratione ſi Eccle-
ſia præſcribit contra locum pium priuilegiatum
non habet neceſſe probare titulum, quia illæ non
iure communi ſed ſpeciali fundat intentionem
ſuam. Quod ſi vnus Epiſcopus in diœceſi alterius
poſſidet aliquas eccleſias, vel percipit quartam
decimatum, non poteſt ſe tueri præſcriptione ni-
ſi probet titulum, qui præbuit iuſtam cauſam poſ-
ſidendi, quia Epiſcopus contra quem præſcribi-
tur ſuper ſubiectione eccleſiarum ſuæ diœceſis,
& ſuper perceptione quartæ decimarum fundat
intentionem ſuam de iure communi. c. omnes ba-
ſilicæ 16. qu. 7. c. de quarta hoc tit. c. dudum de decim.
Similiter ſi epiſcopus allegat ſe præſcripſiſſe ius
exigendi angarias & indictiones à clericis, debet
probare titulum, cum præſumptio iuris ſit pro
clericis, quia epiſcopus nihil poteſt petere à cle-
ricis niſi oſtendat ſibi debitum per canones, c.co-
gnouimus 10.quæſt.3. & ibi gloſſ.fin. prout latius poſt
gl.in verbo titulum. perſequitur Franc. in d.c.1. n.8.
& ſeqq.hoc tit.in 6. per tres caſus principales cum
aliquot limitat. & ibi Anch. num.3. & 4. & Can.
Ignorans ſe habere titulum, licet habeat, non
præſcribit, quando titulus eſt neceſſarius. Felin.in
c.illud ſub num.1. verſ. dixit etiam Bald. hoc tit. poſt
Bald. et Salicet. ibid. allegatos l.1.C.de acquir.poſſeß.l.
poſſeßio quoque §.fin.ff. de acquir. poſſeß. Vltimo † re- 26
quiritur, quod iure communi non ſit vetita præ-
ſcriptio ratione perſonæ, aut rei, Prohibetur ra-
tione perſonæ, quia coloni precario poſſidentes,
vſufructuarius, creditor, & omnes, qui alieno
nomine poſſident, nullo tempore præſcribunt,
ſi ergo vſque ad centum annos poſſes probare in-
itium poſſeſſionis, quod nomine tuo poſſeſſum
eſt, non obſtat tibi aliqua præſcriptio, l.male agitur
C.de præſcript.30.vel 40.annor.c.clerici 16.quæſt.3.et
ibi gloß.1. c.ſi diligenti hoc tit. laici ſpiritualia poſſi-
dere, aut præſcribere non poſſunt, c.cauſam quæ
hoc tit.c.placuit in fine 16. quæſt.3. præſcriptio quæ-
libet cõtra ordinarium tacitam habet conditio-
nem, dummodo inferior, qui præſcripſit, ſit dili-
gens, ſecus ſi ſit negligens, nam iuriſdictio non
poteſt præſcribi priuatiue contra epiſcopum, vt
non remaneat penes ipſum habitu, Pan.in c.irre-
fragabili num.1. & 2. de off. ord.Rot.deciſ.259.part.2.
diuerſ.dictum eſt ſupra tit.de off. ord. Res impræſcri-
ptibiles cenſentur functiones publicæ: l.comperit
C.de præſcript.30.vel 40.annor. viſitatio, & procu-
ratio debita à ſubdito contra ſuperiorem: c. cum
ex officij §. nos igitur hoc tit. Clem.1.de cenſib. pulchre
Cap. Tholoſ.qu.333.& ibi addit.quæ diſtinguit, quam-
uis alius Prælatus vtramque poſſit præſcribere:
c.cum ex officij hoc tit. §. nos igitur, obedientia con-
tra Prælatum; c. cum non liceat hoc tit.& ibi gloſſ.fin.
mag. plures caſus cumulat in quibus prohibetur præſcri-
ptio, Procurationes debitæ legatis, & nuncijs ſe-
dis Apoſtolicæ: c. accedentes hoc tit. contra matri-
monium; c. quod Deo 33. quæſt.5.l. iuſto ff. de vſucap
legitimitas à ſpurio, Bald.in rub. huius tit.in fine, li-
mites & fines parochiarum, & prouinciarum; c.
quicunque 16. quæſt. 3 & ibi gloſſ. ius offerendi, l.nec
creditores & ibi Cyn.num.2.C.de pign.act. l.Paulus §.
fin. ff. quib.mod.pign. vel hypoth.ſol.l.pure §. fin.ff. de
dol.mal.& met.except. Gail.obſ.18.lib.2. Prædicta
omnia requiruntur in præſcriptione † centena- 27
ria, quæ currit contra eccleſiam Romanam, c. ad
audientiam & ibi Fel.num.22. & ſeqq. ampliat & li-
mitat hoc tit. auth. quas actiones C.de ſacroſ. eccleſ. &
ibi DD. quo nomine cenſetur eccleſia Lateranen-
ſis, & Dominus Apoſtolicus, non autem eccle-
ſia S. Petri, l.nemo & ibi Archid. 16. q. 4. d. c. ad au-
dientiam hoc tit. Gemin. in c.2. num. 7.eod.in 6.Bald.
in d.auth.quas actiones num.16. tam in rebus mobi-
libus, Gemin.in d. c. 2. §. fin.nu. 5. hoc tit. in 6. & ibi
Franc. in princ. immobilibus, corporalibus, in-
corpo-

Digitized by Google

corporalibus, *Pan. in c. cum dilecta num. 11. de conſ. vtil. vel inutil.* incorporatis, quam delatis nondum incorporatis, *d. c. 2. & ibi Ioan. And. & Can. Pan. in c. cum nobis n. 9. & 10. hoc tit.* Principaliter ad eam pertinentibus, non ſecundario: *d. c. ad audientiam & ibi Pan. num. 12. & ſeqq.* hinc contra eccleſiam & monaſteria exempta currit præſcriptio communi tempore, quatenus præiudicatur illi eccleſiæ, & monaſterio, ſed non quatenus præiudicatur Papæ, & eius iuriſdictioni, *c. volumus 16. quæſt. 4. & ibi gloſſ. in verb. eccleſia c. dilectus, & ibi gloſſ. in verb. generetur de Capell. Monach. c. cum dilecta verſ. quia vero de confirm. vtil. vel inutil.* Excipe vnum caſum, quando bona ſunt delata ad Romanam eccleſiam propter hæreſim, quæ poſt mortem hæreticorum, qui dum viuerent, catholici putabantur, à catholicis eorum filijs, nepotibus, aut extraneis quibuſcunque ſpacio quadraginta annorum bona fide poſſeſſa præſcribuntur, ità vt vlterius in illis non ſint moleſtandi, quanquam illi quorum bona fuerunt, tunc & poſt completos quadraginta annos deteguntur hæretici fuiſſe: *c. 2. §. ſi*
28 *poſt mortem hoc tit. in 6.* Probatur † hæc centenaria præſcriptio per teſtes & per inſtrumenta, *Pan. in d. c. cum nobis numer. 5. & 6. hoc tit. Bald. in d. auth. quas actiones num. 17.*

29 In præſcriptione † tanti temporis, cuius contrarij non extat memoria, non requiritur quod poſſeſſio iuſtificetur ex titulo, ſi ius commune, vel præſumptio ſit contra præſcribentem; quia præſumitur titulus ex tanto tempore, *c. 1. in fine hoc tit. in 6 & ibi Franc. num. 3. c. ſuper quibuſdam §. 1. & ibi gloſſ. in verb. non extat memoria & Can. de verb. ſignif. Alex. conſ. 6. vol. 1. Spec. de prob. §. 1. ſub nu. 31. Mynſing. obſer. 30. cent. 1.* & excluditur omnis præſumptio malæ fidei. *Oldr. conſ. 244. ſub nu. xj. verſ. præterea cum quis poſſidet l. 1. §. fin. verſ. ſi tamen & l. ſeq. ff. de acq. pluu. arcen. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſt. Greg. xv. deciſ. 467. num. 14.*

30 Probatur per † teſtes, qui debent eſſe ſexaginta annorum, aut quinquaginta quatuor annorum, vel ſaltem tantæ ætatis vltra 40. annos, quod fuerint doli capaces, tunc cum cœperunt videre, poſſidere, & ſic probent poſſeſſionem 40. annorum de viſu, ſubducto tempore litis motæ, *Rot. Far. deciſ. 248. numer. 4. part. 2. Card. Seraph. deciſ. 1450. num. 2.* & cum ad eam probandam requiratur certa ætas, neceſſe eſt quod de tempore dictæ ætatis præciſe & concludenter appareat: *l. mater C. de prob. l. actum vbi gl. Bart. & alij ff. de neg. geſt. Greg. xv. deciſ. 298. num. 2. & ibi annot.* quia non ſufficit teſtimonium de auditu à maioribus, qui dicebant vidiſſe & audiuiſſe à maioribus eorum, & quod nunquam audiuerint, vel viderint contrarium, & quod ſit publica vox & fama, & communis reputatio; niſi à quadraginta annis ſupra, *gloſſ. fin. in c. relatum 37. diſt. & ibi Can. gl. fin. in d. c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. nu. 16. Anch. nu. 9. Gemin. nu. 16. Caputaq. deciſ. 344. part. 3. late Couarr. in c. poſſeſſor 2. part. relect. §. 3. nu. 6. 7. & ſeqq. vbi tradit differentias inter centenariam & immemorabilem præſcriptionem Mynſ. pulchre obſ. 30. cent. 1. vbi ponit dicta requiſita Greg. xv. deciſ. 51. & 15. num. 3. & deciſ. 196. nu. 1. & deciſ. 298. & ibi annot.* Non
probatur † per ſcripturas. *Io. And. in c. 1. in fine Ge-* 31
min. n. 16. Franc. ſub num. 15. hoc tit. in 6. Greg. xv. deciſ. 51. num. 4. Memoria contrarij actus per teſtes & per inſtrumenta probari poteſt, quia eſt actus affirmatiuus, qui recipit probationem per inſtrumentum: *gloſſ. add. ad gloſſ. fin. in d. c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. n. 15. Anch. num. 9.* cæteris paribus probatio per teſtes memoriam extare præfertur probationi memoriam non extare; quia licet quando negatiua eſt coarctata, ita credatur teſtibus negantibus, ſicut affirmantibus, *c. clerici 18. diſt. & ibi gloſſ.* tamen data paritate præferuntur affirmantes. *Franc. poſt gloſſ. fin. nu. 17. in d. c. 1.*
hoc tit. in 6. Replicatio † eſt temporalis, ſicut & 32
actio, illius naturæ, cuius eſt actio, & eodem curſu temporis tollitur: *l. quæſitum §. in dolo ff. de pecul. Bart. in l. exceptio ff. de except. & in l. ſi pactum C. eod. Put. deciſ. 293. num. 2. lib. 2.* exceptio perpetua eſt iuxta regulam, annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, *l. pure §. fin. ff. de dolo mal. & met. except. Felin. in c. ſi autem num. 6. de reſcript. vbi ponit 5. fall.* quæ procedit in illis quæ non poſſunt deduci in iudicio agendo; ſecus ſi agendo deduci poſſunt, vt querela inofficioſi teſtamenti, à qua lapſus quinquennij excludit tam per actionem quam exceptionem. *Paul. de Caſtro in l. Papinianus §. ſi filius ff. de inoffic. teſtam. Bart. in l. exceptio 1. num. 3. & 4. ff. de except.* Eccleſia reſtituitur aduerſus quadragenariam præſcriptionem ſubſiſtente iuſta cauſa, & læſio non conſideratur reſpectu rei, quæ præſcribitur, nam eius reſpectu præſcriptio ſemper lædit, ſed habito reſpectu ad totum patrimonium, vt puta quando dempta re præſcripta, parum aut nihil ſupereſt eccleſiæ, cō-

tra quam

Digitized by Google

tra quam eſt præſcriptum. *Rot. diuerſ. deciſ. 428. num. 3. part. 1. atteſtans ita ſeruare Rotam gloſſ. fin. in fine in cap. 1. de reſt. in integrum in 6. & ibi Can. c. pen. & ibi gl. & Can. de reb. eccleſ. non alien. Soc. ſen. conſ. 266. num. 24. & ſeqq. vol. 2.* Præſcriptio non opponente parte in ferenda ſententia eſt attendenda, ſi manifeſte appareat probata. *c. ad aures hoc tit. l. 1. §. 1. C. de annali except. & c. Mynſ. obſ. 28. cent. 3.* præterquam in criminalibus quia tempus non tollit crimen. *Bart. in l. cum qui §. qui ita ſtipulatus ff. de verb. oblig. Mynſ. obſ. 35. cent. 4.*

De ſententia & re iudicata.

Titulus XXVII.

SVMMARIA.

1 *Sententia eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponens.*

2 *Sententiæ tres ſunt ſpecies, Interlocutoria, definitiua, præceptum.*

3 *Interlocutoria eſt quæ ſuper quæſtionibus incidentibus & emergentibus fertur cauſa principali durante.*

4 *Poteſt reuocari quando per eius prolationem iudicis officium non finitur.*

5 *Ab ea non appellatur niſi quando per appellationem à definitiua non poteſt eſſe conſultum cōtra grauamen illatum.*

6 *In huiuſmodi interlocutoria poteſt Iudex ſibi reſeruare condemnationem vel abſolutionem expenſarum.*

7 *Interlocutoria per quam iudicis officium finitur habet vim definitiuæ.*

8 *Interlocutoria poſtquam non ſperatur ſententia definitiua reuocari non poteſt quando iudex aditur actione propoſita.*

9 *Interlocutoria quæ fertur officio iudicis nobili principaliter intentato poteſt cauſa cognita reuocari.*

10 *Differentia inter interlocutorias continētes irreparabile grauamen per appellationem à definitiua & interlocutorias habentes vim definitiuæ.*

11 *Præcepti ſententia eſt cum iudex ſine cauſæ cognitione præcipit alicui vt ſoluat alij decem quæ petit.*

12 *Sententia definitiua debet eſſe abſolutoria vel condemnatoria.*

13 *Abſolutoria in dubio præſumitur data definitiue & non ab inſtantia.*

14 *Condemnatoria debet eſſe certa.*

15 *Pura.*

16 *Sub conditione intrinſeca cohærente negocio vel cauſæ ferri poteſt.*

17 *Sub conditionibus de præſenti vel præterito lata tenet.*

18 *Item debet eſſe ſolemnis & iuſta.*

19 *Pro ſolemnitate & rectitudine proceſſus etiam narrati in ſententia non præſumitur niſi certis caſibus.*

20 *Pro iuſtitia ſeu rectitudine ſententiæ præſumitur, dummodo interuenerit cauſæ cognitio, alias non, quam præſumptiuam iuſtificationem Rota admittit in ſententiis antiquis & in quibus clara eſt obſeruantia.*

21 *Pro decreto interpoſito per viam voluntariæ iuriſdictionis, præſumitur quoad ſolemnitates requiſitas quando in inſtrumento fit mentio ſolemnitatum particulariter ac etiam quoad iuſtitiam & cauſæ cognitionem quæ enunciantur interueniſſe.*

Limita 1. vt procedat in decretis maiorum iudicum.

Limita 2. quando vrgentior probatio eſt in contrarium deducta.

Differentia inter decretum & ſententiam.

22 *Sententia definitiua cum quibus ſolemnitatibus ſit proferenda.*

23 *Interlocutoria ſententia quomodo ſit proferenda.*

24 *Definitiuæ ſententiæ nihil poteſt addi nec detrahi nec eadem poteſt reuocari à iudice.*

25 *Limita dictam regulam duobus modis.*

26 *Iudicibus duobus diuerſas ſententias proferentibus quænam præualere debeat.*

27 *Sententia intra decem dies datos ad appellandum habet effectum in his in quibus fit executio à iure in his quæ requirunt factum hominis lapſu decem dierum tranſit in auctoritatem rei iudicatæ.*

28 *Sententia pro veritate accipitur inter illos inter quos eſt lata, alijs vero non præiudicat aut nocet.*

29 *Fallit vltima pars regulæ in cauſa inofficioſi teſtamenti, filiationis & aliis.*

30 *Fallit 2. in eo qui paſſus eſt litigare illum cui ſecundo loco actio & defenſio competebat.*

Digitized by Google

31 3. *In ſententia lata ſuper iure reali.*

32 4. *In caſibus notatis per gloß. in cap. quamuis hoc tit.*

33 *Ex ſententia datur ei pro quo lata eſt aduerſus eum contra quem lata eſt, eiusque hæredem actio, licet vetus actio fuerit temporalis & non tranſitoria.*

34 *Reo abſoluto datur exceptio.*

35 *Sententia eſt ſtricti iuris & tantum importat quantum verba ſonant neque limitatur ſecundum naturam obligationis aut libelli.*

36 *Limita quia ex vi attractiua trahitur ad aliud ſine quo illud ſuper quo lata eſt non poteſt ſortiri effectum.*

37 *Sententia ſimpliciter prolata declaratur ex actis.*

38 *Sententia non reſcinditur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*

39 *Sententia condemnatoria & abſolutoria ſunt eiuſdem naturæ.*

40 *Sententiæ plures quarum vna plus continet quam alia in parte in qua ſunt conformes executioni demandantur quoties tot ſunt quæ executionem merentur.*

41 *Sententia ſui natura eſt indiuiſibilis.*

42 *Ex ſententia transfertur dominium ſecuta traditione.*

43 *Sententiæ executio quomodo fiat in prophanis traditur remiſſiue.*

44 *Sententiæ executio in cauſa beneficiali ſi quidem lata eſt pro reo non videtur neceſſaria, ſed ſufficit ei abſolutio cum ſumptibus & expenſis.*

45 *Aut lata eſt pro actore & tres proponuntur viæ exequen. ex officio iudicis qui ſententiam tulit nobili, quod coram alio iudice proponi non poteſt abſque litteris iudicis qui ſententiam tulit.*

46 *Vna per deputationem executoris.*

47 *Altera vt condemnatus citetur ad videndum decerni litteras executoriales.*

48 *Tertia vt parte citata decernatur mandatum executiuum.*

49 *Sententia lata in electionibus, iuriſdictionibus & aliis iuribus incorporalibus in quibus nihil corporale attingitur, reus ſtatim poſſeßionem amittit & actor illam ingredi poteſt abſque alia executione, ſecus quando incorporalia corporalibus ſunt annexa.*

50 *Sententias à ſe latas exequuntur iudices ordinarij & delegati à Papa extra Curiam infra annum.*

51 *Auditores Rotæ de ſtylo veteri non ſolent ſine ſpeciali commißione ſuas ſententias exequi, hodie iuxta reformationem Pauli Quinti ſufficit in Rota vnica commißio & iſtius vigore poſſunt ad finalem ſententiæ executionem procedere.*

52 *Delegatorum ſuorum ſententias exequitur ordinarius.*

53 *Delegatus à principe exequitur ſententias eorum qui vice eius cognouerunt.*

54 *Sententiæ executio peti poteſt per actionem iudicati quæ poteſt intentari vbicunque reus ſortitur forum ſine litteris iudicis qui ſententiam tulit.*

55 *Super fructuum & expenſarum liquidatione non requiritur pronunciatio in materia executiua ſed ſufficiunt probationes.*

56 *Diſtributiones quando veniant in condemnatione fructuum.*

57 *Intereſſe quando petitur quomodo procedatur in ſententiando & exequendo.*

58 *Executoriales decreta vel brachium ſæculare obtentum contra prædeceſſorem poſſunt mandari executioni contra ſucceſſorem in beneficio qui cauſam habuit à collitigante.*

59 *Executoriales decreta & intimata per prædeceſſorem ſuffragantur ſurrogato ad cauſam.*

60 *Tertius aliunde cauſam habens quam ab ipſo condemnato comparens quando impediat executionem ſententiæ.*

61 *Executioni quænam exceptiones opponi poſſunt.*

62 *A mandato de exequendo rem iudicatam dato inter perſonas inter quas fuit lata ſententia vel ab ipſa executione non datur appellatio niſi modus excedatur.*

ORDINATO proceſſu, & cauſa inſtructa, ac facta concluſione, quæ tamen non eſt de ſubſtantia proceſſus, vt abſque vitio nullitatis omitti poſſit, *gloſs. in clem. ſæpe* §. *ſententiam in verb. concluſione de verb. ſignif. & ibi Can. Gail. obſer.* 107. *lib.* 1. *Myn ſ. obſ.* 17. *cent.* 3. datur ſententia, *l.* 2. *C. de ſent. ex breuil. recit. l. prolatam C. de ſent. & interloc. omn. iud.* quæ ſi non appelletur, tranſit in rem iudicatam, ideo &c. Sententia † eſt diffinitio iudi- 1
cialis controuerſiæ finem imponens, *l.* 1. *ff de re iud. c. ei qui appellat.* §. *diffinitiua* 2. *qu* 6. *late Rom. in rub. ff. de re iud. nu.* 1. *& per tot.* Tres eius ſunt † ſpe- 2
cies, interlocutoria, diffinitiua, *Clem. vnic. in verb. definitiua de ſequeſt. poſſeſ. etc. Franc. in c. cum ceſſante num.* 36. *& ſeqq. vbi ponit quaſdam ſententias de quibus dubitatur an ſint interlocutoria vel diffinitiua hoc tit.*

Digitized by Google

tit. late Fel. in rub. huius tit. qui etiam ponit plures ſententiarum formas, & Præceptum, *gloſſ. in ſumm.* 2. *quæſt.* 1. *gloſſ. in ſumma* 11. *quæſt.* 3. Interlocutoria eſt
3 quæ † ſuper quæſtionibus emergentibus, & incidentibus fertur, cauſa principali durante, ſic dicta, quia inter principium & finem principalis cauſæ fertur, *Clem.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. definitiua & Can. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. l. quod iuſsit ff. hoc tit.*
4 *& ibi poſt gl. DD.* Poteſt reuocari † quando per eius probationem iudicis officium non finitur, *c. qualiter & quando el* 1. *& ibi glo. in verb. corrigere de accuſ. Bart. in d. l. quod iuſsit numer.* 9. *& ibi Iaſ. in princ. vbi ponit* 9. *ampl. &* 10. *fall. Bald. in l. eleganter* §. *ſi quis poſt num.* 31. *& ſeqq. ff. de cond. indeb. Franc. in c. cum ceſſante num.* 8. *& ſeqq. vbi ponit* 12. *fall. de appell. late Rom. permulta exempla in rub. ff. de re iud.* A quolibet iudice ordinario, *d. l. quod iuſsit*, delegato, *c. cum ceſſante de app. l.* ac etiam arbitro, *l. dicere ff. de arbitr.* Poſt decem dies datos ad appellandum, quia tranſiuit in iudicatum quoad litigantes, vt eius reuocationem non poſſint petere, non quoad iudicem, *gl. in d. c. cum ceſſante & ibi Can.* Ac poſt appellationem infra decem dies ab ea interpoſitam ſi appellans non fecit ſumptus ad proſequendam appellationem, vel dictis ſumptibus refectis, *d. c. cum ceſſante & ibi gl. in princ.* re integra, nam poſt eius executionem non poteſt reuocari niſi cauſa cognita, vel de partium voluntate; *l.* 1. §. *fin. & ibi gl. fin. & Bart. ff. de prætor. ſtipul.* & ab huiuſmodi
5 interlocutoria non † poteſt appellari, niſi quando per appellationem à definitiua non poteſt eſſe conſultum contra grauamen illatum, *l.* 1. *in princ. verſ. quæſitum de appel. Bart. in l.* 2. *n.* 2. *& in l. eius qui n.* 2. *& ſeqq. ff. de appel. recip.* In huiuſmodi interlo-
6 cutoria poteſt † Iudex ſibi reſeruare condemnationem vel abſolutionem expenſarum, ſecus eſt in definitiua vel interlocutoria quæ dirimeret totam litem in quibus non poteſt iudicationem de expenſis ſibi reſeruare, ſed tãtum taxationem, quia primo caſu non expirat officium iudicis in illa cauſa, ſecundo caſu expirat, *Fel. in c. ſignificauerunt n.* 6. *& ibi Can. de excep. l. terminato & ibi Can. num.* 3 *& DD. C. de fruct. & lit. expenſ. Mynſ. obſ.* 45.
7 *cent.* 1. Interlocutoria per quam † iudicis officium finitur habet vim diffinitiuæ, & non poteſt reuocari, vt ſi pronunciet non eſſe procedendum, ſe non eſſe iudicem competentem, *c. ſignificantibus de off. deleg. l. dicere in fine ff. de arbitr. Iaſ. in d. l. quod iuſsit num.* 23. *& ſeqq. Gail. obſ.* 34. *&* 132. *lib.* 1. quia finitum eſt iudicis officium in illa cauſa: *l. poſt ſententiam & ibi glo. fin. & add. & DD. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. l. iudex ff. de re iud.* Eadem ratione interlocutoria † poſt quam non ſperatur ſenten- 8
tia definitiua, reuocari non poteſt, quando iudex aditur actione propoſita, & pronunciat iubeo quod ſoluas, non eſt procedendum ſuper libello, &c. quia talis pronũciatio fit iudicis officio mercenario quod per talem pronunciationem finitur, nec amplius ſe poteſt intromittere: *d. l. iudex c. iudex in fine de offic. deleg. in* 6. *Bart. in d. l. quod iuſsit num.* 20. *Gail. d. obſ.* 132. *lib.* 1. ſed quando interlocutoria † fertur officio iudicis nobili principali- 9
ter intentato, vt quando dat tutorem, vel interponit decretum in alienatione rei minoris, quia per eam non finitur officium iudicis nobile, poterit cauſa cognita illud reuocare, *l. quamuis ff. de reb. eor. qui ſub tut. etc. & ibi gloſſ fin. l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. fac. & ibi gl. fin. l ſi quis cum procuratorio* §. *fin. & ibi gl. fin. ff. de procurat.* niſi tranſierit in formam contractus, *Bart. in d. l. quod iuſsit nu.* 6. *& ibi DD.* ex quo infertur, quod interlocutoria ſecundi decreti, poſſit per iudicem, qui eam tulit reuocari, cauſa cognita, *Iaſ. poſt Ioan. de Imol. & Alex. in d. l. quod iuſsit ſub num.* 29. cum dicta miſſio fiat officio iudicis nobili, & ſit mixti imperij: *l. iubere cauere & ibi Bart. & DD. ff. de iuriſd. omn. iud.* quodque iudex poſſit ſuam ſententiam mandare executioni, & aduerſus eam reſtituere in integrum, quia & ipſa expediuntur officio iudicis nobili, *Bart. in l. iudex poſteaquam in princ. ff. de re iud.* Magna diſtinctio eſt † inter interlocutorias conti- 10
nẽtes irreparabile grauamen per appellationem à definitiua, & interlocutorias habentes vim diffinitiuæ; *pulchre Franc. Aret. conſ.* 20. *adducens plura exempla Bart. in l. eius qui ff. de appel. recip. Bald. in* 1. *addit. ad Speeul. de appel. verſ. caſus in quibus appellatur ab interlocutoria*, nam licita eſt appellatio ab interlocutoria, quæ infert grauamen quod per appellationem à diffinitiua ſententia non poteſt retractari, ſeu reſtaurari, & in euentum victoriæ, tota cauſa deuoluitur ad ſuperiorem, *Bartol. in l.* 2. *ſub n.* 11. *ff. de appel. recip. & num. ſeqq. qui perſequitur exempla per omnes partes iudicij*, ſed in huiuſmodi appellationibus debet inſeri cauſa: *Bart. in d. l. eius qui num.* 2. Vim vero diffinitiuæ habet omnis interlocutoria, quæ non ſpetat aliam diffinitiuam poſt ſe, vel per quam finitur officium iudicis, aut quæ definit vnum articulum ſubſtantialem cauſæ prin-

Digitized by Google

principalis, *Franc. in c. cum ceſſante num. 9. de appell. Fel. in rub. de re iud. num. 3. & ſeqq. Marant. in Specul. iud. in 3. part. 6. part. princip. & demum fertur ſententia num. 42. & ſeqq. ponens exempla Mynſing. obſ.* 88. *cent. 3. Gail. obſ. 136. lib. 1. ponentes exempla Alu. Valaſſ. luſit. conſtit. 47. ponens exempla clem. fin. & ibi pulchre Anch. ſub nu. 5. Zab. num. 1. & Can. de appell.* quæ non ſolum quoad effectum interponendæ appellationis, verum etiam quoad alios iuris effectus, præterquam quod ſolemnitatem tituli C. de ſent. ex breuil. recit. *Anch. in clem. fin. nu. 1. verſ. ſed hic quæro et n. 5. de appel.* & quoad effectum reuocationis, *Rom. in l. ſtipulationum n. 36. ff. de verb. oblig. qui deciſ. Rota & alios citat.* veræ diffinitiuæ per omnia æquiparantur, *Gail. d. obſ. 130. n. 5. Rom. in rub. ff. de re iud. n. 2. Mynſ. obſ.* 88. *cent. 3.* maxime quando ſimilibus pronunciationibus adijcitur deciſio negocij principalis, quia tunc ſimpliciter eſt diffinitiua, *Zab. in clem. fin. n. 1. in fine de appel. & ibi Anch. ſub num. 5. & Can.* Decretum executorialium eſt interlocutoria habens vim definitiuæ, & appellatio ab eo operatur etiam effectum ſuſpenſiuum: *late Mandoſ. in for. comm. execut. in 3. & 4. q. dicens ſic fuiſſe in Rota iudicatum de vtroque Bald. in 1. addit. ad Specul. de appel. verſ. à pronunciatione ad exequendum gl. 1. in l. ab executione ff. de appel. contrarium decidit Caputaq. deciſ. 40. part. 1. late Franc. Marc. quæſt. 392. nu. 5. & 6. part. 1.* Certi iuris eſt, quod ſententia lata primam fore executioni demandandam, vel non, eſt interlocutoria habens vim definitiuæ: *Bart. in l. ab executione ſub nu. 1. C. quor. appel. non recip. & ibi DD. Roman. in rub. ff. de re iud. n. 10. Roman. conſ. 41. in 1. dubio.* moderatio ſiue reuocatio inhibitionis eſt interlocutoria habens vim definitiuæ, quæ per appellationem, aut extinguitur, aut ſuſpenditur, *Pan. in c. tuam ſub nu. 13. de ord. cognit. Angel. de Peruſ. in l. ſi præſes numer. 3. C. quom. & quand. Iud. Fel. in c. cauſam quæ nu. 2. de reſcript. Innoc. in c. auditur ſub num. 2. de procur. Felin. in c. quoad conſultationem n. 13. & ſeqq. de re iud. Roman. conſ. 41. in 1. dubio,* moderatio & reuocatio vſurpātur pro eodem, *Quint. Mandoſ. de inhib. q. 41.*
11 *n. 5. & 6.* Sententia † præcepti eſt, cum iudex ſine cauſę cognitione, præcipit alicui vt ſoluat alij decem, quæ petit, *l. fin. §. fin. ff. quod met. cauſ. c. ex parte el 1. & ibi gl. fin. de verb. ſignif. glo. in c. dudum 2. in verb. reſponſionem de elect. glo. fin. in fine in l. 1. C. de litis conteſt. late Rom. in rub. ff. de re iud. n. 11.* Senten-
12 tia diffinitiua debet eſſe † abſolutoria vel condemnatoria, *§. 1. Inſt. de off. iud. l. 1. ff. de re iud. l. præſes & l. cum iudex C. de ſent. & interloc. omn. iud.* Abſolutoria in dubio præſumitur † data diffinitiue, 13
& non ab inſtantia; *Pan. in c. examinata n. 10. & 12 de iud.* in abſolutoria ab inſtantia iudex vtiliter inſerit cauſam abſolutionis, ne videatur definitiue abſoluiſſe, ſi tamen non exprimit, tenet abſolutoria, & actori agenti ex alia cauſa non obſtat exceptio rei iudicatæ; *l. properandum §. illo C. de iud. & ibi poſt gl. in verb. ſententiis DD. l. 1. & ibi gl. in verb. nec temere & DD. ff. mens ſalſ. mod. dix. Pan. in cap. examinata num. 8. & 9. de iud.* quia iudex non tenetur in ſententia cauſam exprimere ſiue abſolutoria ſit, ſiue condemnatoria, *c. ſicut 1. & ibi poſt gl. in verb. exprimantur Can. hoc tit.* aut interlocutoria ſiue definitiua, *Pan. in d. c. ſicut n. 9. & 10. vbi ponit hanc regulam quam limitat 6. mod. hoc tit. & ibi Can.* Condemnatoria † debet eſſe certa, *c. 2 de lib. oblat.* 14
§. curare Inſtit. de action. l. hac ſententia 1. et 3. C. de ſent. quæ ſine art. quant. &c. in acceſſorijs tolleratur ſententia incerta, ſed debet iudex ſibi vel ſuo ſucceſſori reſeruare liquidationem, *l. 2. & ibi glo. fin. & DD. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. etc.* Pura, *l. 1. §. biduum ff. quand. appel. ſit,* nam † lata ſub con- 15
ditione reſolutiua eſt ipſo iure nulla, *d. l. Iudex poſteaquam 55. & ibi Bart. n. 5. & DD. ff. de re iud. Pan. in c. in litteris n. 4. de off. deleg.* quia iudex ſuam ſententiam non poteſt retractare, ſub conditione de futuro caſuali extrinſeca, vt ſi nauis ex Aſia venerit, nō debet ferri, nec lata tenet, abſurdum enim eſſet ſententiam ſtare in ſuſpenſo: *Card. Seraph. dec. 701. n. 4. & 5. & in d. l. 1. §. biduum poſt gl. Bart. & DD.* Alij tenent eam valere quia lex procedit vltra ſuſtinendo ſententiam ſub conditione latam, ſub conditione † intrinſeca cohærente ne- 16
gocio vel cauſæ ferri poteſt, *l. cum iudex & ibi poſt gl. fin. Bart. & DD. C. de ſent. & interloc. om. iud. c. biduum 2. q. 6. Pan. in c. quod ad conſultationem n. 2. Fel. in princ. & Can. hoc tit. Gail. de pace publ. c. 4. n. 5. libr. 2. plures quotas citant.* vt ſi eſt probatum, capiantur immobilia, ſi non reperiantur mobilia, *l. à Diuo Pio §. 2. & ibi poſt in verb. capiantur DD. ff. de re iud.* condemno reum, ſi actor iurauerit, quod iuramentum præſtandum eſt ſub ipſo iudice ſtatim non obſtante appellatione, *l. generaliter C. de reb. cred. & ibi DD.* ab eo, cui fuit delatum, eoque defuncto, ab eius hęrede non poteſt præſtari, *Bal. in d. l. generaliter n. 2.* alijs etiam ſub † conditioni- 17
bus de præſenti vel præterito lata tenet, *Pan. in d.*

Digitized by Google

c. in litteris num. 4. quia per rerum naturam certa ſunt, §. conditiones Inſtit. de verb. oblig. omnibus autem caſibus quibus ſententia tenet, ſtatim à dicta ſententia tempora ad appellandum computari debent propter auctoritatem rei iudicatæ, l. 1. §. biduum l. duo iudices ff. de re iud. c. præterea de appell. et ibi Ioan. And. & Franc. c. quoad conſultationem de appel. DD. in l. generaliter §. omnis igitur C. de reb. cred.
18 Mynſ. obſ. 95. cent. 5. Item † debet eſſe ſolemnis, c. quoniam contra de prob. l. prolatam C. de ſent. & interloc. omn. iud. & cauſa, Inſtit. de off. iud. in princ. l. nemo
19 C. de ſent. & interloc. om. iud. Pro ſolemnitate † & rititudine proceſſus etiam narrati in ſententia non præſumitur, & qui dicit ſe non fuiſſe citatum, talem non fuiſſe eius procuratorem, impedit ſententiæ executionem, c. tenor hoc tit. gl. fin. in c. quoniam contra & ibi Fel. num. 34. & Can. de prob. Pan. in c. ad reprimendum ſub nu. 13. de off. ord. Bart. in l. 4. §. condemnatum in princ. ff. de re iud. ſiue fuit appellatum à ſententia, aut pendeat tempus interponendæ appellationis, c. non ſolum de appel. in 6. l. poſt rem ff. de tranſact. ſiue ſententia lata ſit contra abſentes, non per contumaciam, l. ea quæ C. quom. & quand. iud. etc. ſiue ſit lata de recenti partibus præſentibus, & non appellantibus, Rot. deciſ. 196. n. 5. part. 2. Card. Seraph. dec. 615. n. 5. & 6. Hoſt. in c. cum inter de re iud. n. 11. & 12. d. c. quoniam contra in fine, & licet Pan. in hoc caſu in d. c. quoniam contra ſub n. 23. verſ. ſecundo vero membro, recenſeat quinque opiniones, quas diſtinctione conatur concordare, ac Rom. in l. ſciendum ſub n. 6. ponat ſex opiniones, & dicat præſumi pro ſententia, quando non eſt appellatum per cap. cum inter vos hoc tit. vbi præſumitur rite per omnia celebrata, tamen à me poſita opinio verior videtur, & vſu curiæ approbata, quia præſumptio, quæ facit pro ſententia, potiſſimum oritur ex acquieſcentia partis, quæ tollitur ex reclamatione & oppoſitione, Card. Seraph. dec. 381. n. 8. per c. quoniam contra & ibi not. de prob. de tempore recenti infra biennium à tempore ſententiæ numerandum, Hoſt. in c. præſentia n. 3. & ſeq. de renunc. & ibi Can. tum quia ius ad probationem actorum exigit ſcripturã, ideo ſolemnitas probanda eſt per eum, qui ſtat pro ſolemnitate & non per excipientem: c. legum 2. q. 1. Innoc. in c. innotuit n. 4. & 5. de eo qui fuit ord. ſuſcep. Et in d. c. inter vos hoc tit. non fuit oppoſitum de aliqua nullitate, ſed de iniuſtitia ſententiæ, vt patet ex eius inſpectione. Præterea Rota non attendit ſententias & adiudicationes ſine proceſſibus, neque eas exequitur directe vel indirecte, Mohed. dec. 11. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 84. part. 1. & dec. 196. num. 5. part. 2. l. præſcriptione & l. et ſi non cognitio C. ſi cont. iu vel vtil. publ. niſi deducantur per viam exceptionis, Rot. diuerſ. dec. 143. n. 6. & 7. part. 2. atteſtans de vſu ſacri pallatij arg. l. iurigentium §. ſed cum nulla ff. de pact. et not. per Felin. in c. lator ſub n. 1. verſ. et dicit Bald. plures citantem, vel ad effectum reprobandi teſtes contrarios ſententijs, Cæſar dec. 1. n. 6 & 9. de locat. et cond. l. 2. §. 1. in fine ff. de pæn. l. 1. in fine ff. ad Tertul. l. ſi pater & ibi gl. fin. DD. C. ne de ſtat. defunct. qui Stylus iuri communi conformis eſt, Rot. diuerſ dec. 85. n. 1. part. 1. per l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. et ibi gl. allegat concord. Quod ſi ſententia lata fuerit partibus præſentibus, (in dubio præſumitur lata contra abſentem, niſi notarius in eius prolatione atteſtetur de partium præſentia) Pan. in c. tenor n. 1. et ibi Can. de re iud. fueritque appellatum, ac appellatio ſit deſerta, transfertur onus probandi in excipientem, propter auctam negligentiam, quia pendente cauſa nullitatis, præſumitur pro actis donec probetur contrariũ, Imol. in d. c. quoniam contra nu. 24. circa finem & ita intelligendus videtur Innoc. in c. cum in iureperitus de off. deleg. nu. 4. et videtur innuere Rot. dec. 9. de prob. in nou. Rot. diuerſ. dec. 438. n. 1. part. 1. Præterea ſolemnitas & rititudo præſumitur, quando concurrit antiquitas temporis, & enunciatio ipſarum ſolemnitatum in ſententia, ſaltem in genere per clauſulam, ſeruatis ſeruandis, Rot. diuerſ. dec. 145. n. 8. part. 2. Caſt. in auth. ſi quis in aliquo nu. 7. C. de edend. vbi diuerſas DD. opiniones conciliat. Put. dec. 318 lib. 2. Caſſad. dec. 3. de procurat. vel ſi probetur perditio actorum, gloſſ. fin. in d. c. quoniam contra & ibi Pan. n. 19. poſt princ. Fel. n. 32. verſ. idem de eo & Can. communiter, vel lata ſit ſuper crimine hæreſis, quia inquiſitores non conſueuerunt alicui dare proceſſum, Caſſad. dec. 1. de præſumpt. c. per hoc §. l. ibi teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus de hæret. in 6. ac aſſertioni notarij creditur de actu, qui potuit interuenire tempore ſententiæ, Iaſ. in l. ſciendum ſub n. 12. & ibi DD. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 516. n. 2. part. 1. diuerſ. Idem obtinet vt præſumatur pro ſententiæ rititudine, ſi ſententia lata ſit contra abſentem per veram contumaciam, Imol. in d. c. quoniam contra n. 24 circa finem et ibi DD. Rot. dec. 9. de prob. in nou. cum eius abſentia tunc Dei præſentia repleatur, l. properandum §. ſin autem C. de iud. Aut

etiam

Digitized by Google

etiam contra abſentem per fictam cōtumaciam, vt quia citatus fuit ad domum & apparet illum habuiſſe notitiam ſententiæ & non appellauiſſe infra decem dies à tempore ſcientiæ, *Imol. in d. c. quoniam contra numer.24. circa fin. & ibi DD. Card. Seraph. dec. 290. num.5. Rot. d. dec. 9. de prob.* Pro iu-
20 ſtitia † ſeu rititudine ſententiæ præſumitur, *c ſicut hoc tit. auth. generaliter & ibi gloſſ. in verb. iniuſte C. de epiſcop. & cleric. Bald. in l. rem non nouam numer.5. C. de iud.* dummodo interuenerit cauſę cognitio, alias non *Fel. in c. eccleſia S. Maria num. 12. & 17. de conſtit. Bald. in l. prolatum num. 7. C. de ſent. et interloc. omn. iud. & ſecundum Bart. num. 8. & 10.* quam præſumptiuam iuſtificationem Stylus Rotæ non admittit, niſi in ſententijs valde antiquis, puta, centum annorum, & in quibus clara eſt obſeruantia, *Rot. diuerſ. dec. 438. num.3. et ſeq. part.1. c. cupientes §. denique ibi nihil de veteris iuris obſeruantia immutamus de elect. in 6. c. ex ore §. 1. in fine de priuil.* & quando de contrario non apparet ex inſpectione actorum, quia præſumptioni non poteſt eſſe locus, cum conſtet de veritate, *l. fin. ff. de prob.*

21 Pro decreto † interpoſito per viam voluntariæ iuriſdictionis præſumitur non ſolum quoad ſolemnitates requiſitas, quando in inſtrumento fit mentio ſolemnitatum particulariter & præciſe, & non in genere: *l. ab ea parte in fine ff. de prob. §. fin. Inſt. de fideiuſſ. & ibi Fab. n. 4. & 5. Bald in l. ex his verbis ſub num. 3. verſ. item oppono quod verb. C. de teſt. milit. Felin. in c. quoniam contra ſub num. 37. verſ. 7. concluſio de prob. & ibi Can.* ſed etiam quoad iuſtitiam, & cauſæ cognitionem, quæ enunciatur interueniſſe. *l. actor & ibi gloſſ. in verbo omnimodo ff. rem. rat. hab. l. 1. & ibi gloſſ. in verbo omni & DD. C. de fid. Inſtrum. haſt. fiſc. lib. 10. Alex. in l. ſciendum nu. 26. & 27. ff. de verb. oblig. Greg. xv. deciſ. 406. & ibi late annot.* hinc creditur iudici ſuper requiſitis ad exemplandum inſtrumentum, nec reperitur quod iudex in exemplando habeat facere proceſſus in ſcriptis, ſed quod ipſe debet, dato termino contradictori, ſi comparuerit ad iuſtificandam contradictionem, *Bald. in add. ad Specul. de appll. col. 10. verſ. lata eſt ſententia de conſilio per l. 2. in fine iuncta l. fin. C. de relat.* de requiſitis ſe informare, & decretum interponere, *Rot. diuerſ. deciſ. 193. num. 6. part. 2. Pan. in c. fin. num. 2. & ſeq. de fid. Inſtrum. & ibi Can. Salic. in auth. ſi quis in aliquo n. 4. C. de edend.* licet non idem ſit in contentioſis vt dictum eſt; ratio diuerſitatis eſt, quia decreta interponuntur extraiudicialiter, & omnes ſolemnitates enunciatæ tunc poſſunt interuenire, ſolemnia vero iudiciorum tempore ferendæ ſententiæ non poſſunt interuenire, quia requirunt dilationem & competentem ordinem, *d. c. quoniam contra de prob.* Limita primo, vt procedant in decretis maiorum iudicum, ſecus eſt in decretis minorum iudicum, *Bald in l. tutores in princ. ff. de confirm. tut. Iaſ. in l. pacta nouiſſima C. de pact. n. 6. & 9. in fine Iaſ. in rub. C. qui adm. ad bonor. poſſeſ. n. 7. Rot. deciſ. 193. num. 1. & ſeqq. part. 2. diuerſ.* Secundo, niſi vrgentior probatio ſit in contrarium deducta ex defectiua narratione facti, & ex falſa ſuggeſtione, *Bald. in c. ſicut in fine de re iud. Ioan. de Imol. in l. ſi quis cum aliter num. 7. ff. de verb. oblig. Rot. diuerſ. deciſ. 529. num. 1. & 2. part. 1.* In multis alijs diſcrepat decretum à ſententia: decretum interpoſitum ex falſa cauſa regulariter non valet, *l. 1. §. hac verba ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſ. l. cum vero §. ſubuentum ff. de fideicom. libert. l. iuſte & ibi Bart. & Alex. num. 11. & 13. & ſeq. vbi ponit 6. fall. ff. de acquir. poſſeſſ.* interpoſitum partim ex vera cauſa partim ex cauſa falſa eſt ipſo iure nullum in toto, *Bart. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num. 6. ff. de cond. indeb. Bald. in l. certi condictio §. quoniam ſub num. 8. verſ. ſecundum ff. ſi cert. pet. Alex. in l. iuſte num. 20. & plurib. ſeqq. Afflict. deciſ. 218.* quia decretum eſt indiuiduum, ſicut quælibet ſententia, *l. in hoc iudicio ff. famil. erciſc.* ideo ſi creditor accipit tenutam ex primo decreto pro maiori quantitate, quam vere ſit debitum, tota tenuta eſt nulla ipſo iure, *Pulchre Aretin. in d. §. quoniam num. 21. & ſeqq. qui diſtinguit & ibi DD.* niſi plura contineat capitula ſeparata, tunc enim pro capitulis in quibus debitum verum eſſet, decretum & datio in ſolutum ſuſtinentur, etiamſi tenuta ſit accepta pro tota ſumma, quæ reſultat ex pluribus capitulis: *l. ædiles §. fin. cum gloſſ. ibi poſita ff. de ædil. edict. l. vbi fideiuſſor. ff. de ſolut. Bart. in l. lucius §. quæ habebat ff. ad Trebell. pulchre Rot. diuerſ. deciſ. 33. num. 6. 7. & ſeqq. part. 1.* idem obtinet ſi decretum ſit interpoſitum per obreptionem, *l. cum vero §. ſubuentum ff. de fideicom. libert. l. etſi præſes C. de præd. & alijs reb. min. Bart. in l. ius pluribus ſub num. 2. ff. de iuſt. & iur.* aut contra ius partis, *l. cum ij. §. ſi prætor aditus & ibi Caſtr. n. 6. ff. de tranſact. l. magis puto §. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. & c. l. ſulcinius §. cum hoc ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Iaſ. in d. l. ius pluribus num. 8.* aut in decreto ſubſit error iuris aut facti, *Rot. diuerſ. deciſ. 458. num. 3. &*

529.*part.1.l. etſi præſes C.de præd.& alijs reb.min.l.1. §.hæc verba ff. ne vis fiat ei qui &c. Caſtr. in l. cum ij §. ſi prætor. n.6.ff. de tranſact.* Sententia vero definitiua lata ex falſa cauſa rugulariter non redditur nulla, *l. ſi per imprudentiam ff.de euict.l.cum putarem ff. famil. erciſc. Alex. poſt Bart. in l. iuſte poſſidet nu.8. & xj.& ibi DD.ff. de acquir.poſſeſſ.Felin.in c.inter cæteras num.1. hoc tit.* & lata contra ius partis valet, *l.1.verſ. quod ſi de iure ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Bart. in d.l. ius pluribus n.2. vbi pulchre diſtinguit & ibi DD.* & poſtquam tranſiuit in iudicatum de eius iniuſtitia, non poteſt amplius allegari etiam in alio iudicio, *l.qui Romæ §.duo fratres & ibi Bart. in 2 not.Iaſ.num.5.& 6. de renunc. & DD.communiter ff. de verb.oblig.* item lata ex duabus cauſis in ea expreſſis quarum vna eſt vera, altera falſa, ſuſtinetur ex cauſa vera, *Alex.in d.l.iuſte num.24.ff.de acquir.poſſeſſ. poſt Innoc. in c.præſentia de renunc.* lata vero ex vnica falſa cauſa in ea expreſſa, eſt ipſo iure nulla, *c inter cæteras & ibi Felin. ſub nu.1.& n.5. & Can. hoc tit. Rot. deciſ.27. hoc tit. in antiq. Clem. paſtoralis §.rurſus & ibi glo. in verb non habebat Zab. in 5.not.& Can.hoc tit.Greg.xv.deciſ.2.in princ.* Sen-

22 tentia definitiua † ferri debet præcedente citatione ſpecifica ad audiendum ferri ſententiam, *Greg.xv. deciſ.209.num.4. Rot. deciſ.17.de re iud.in nou. Felin. in c. conſuluit.num.16. de offic. deleg.& ibi Can. Rom. ſing.372.& ibi add. Gail.obſ.109. libro 1.* vel ſine dicta citatione, vtraque parte præſente, *Ang. in l. de vnoquoque ſub numer. 5. Imol. circa finem Alex. & DD. ff. de re iud. Greg.xv. deciſ.576.& ibi annot.* & peremptoria, *l.1.verſ.item cum ex edicto ff. quæ ſent.ſine appell.reſcind.Rom.in l.ſi finita §.Iulianus num.14.& 15 vbi ponit.12. fall ff. de damn.infect.c.1. de cauſ.poſſeſſ. Clem.paſtoralis de re iudic.Pan.in c.venerabilem nu.5.de elect.* à iudice pro tribunali in loco maiorum, *l.ius pluribus in fine & ibi Iaſ. in 2.not. ff.de iuſt.& iur.l.ſi vt proponis la.2.C.quom.& quand. Iud.&c.* ſedente, non ſtante, *d.l.§.diei bonorum & §.ſeq. ff. quis ord. in bonor.poſſeſſ. ſeruand.* quæ duo non ſunt neceſſaria in definitiua ferenda in cauſis ſummarijs vigore reſcripti apoſtolici, aut per clem.diſpendioſam de iud.*Clem.ſæpe § ſententiam de verb.ſignif.* de die, & non de nocte, *c.conſuluit de offic.deleg.& ibi Felin.num.18. ponit 4.fall. Bart.in l. non minorem C. de tranſact. gloſſ. in §.omnis ſtipulatio in verbo tribui debet Inſt. de verb.oblig.* de antiquo ſtylo Curiæ Romanæ ſententiæ feruntur de nocte, *Hoſt.in ſumma de iud. num. xj. Felin.in c. conſuluit ſub num.18. de off. deleg. Iaſ. in l.non minorem ſub numer.3.C.de tranſact. Greg.xv.deciſ.131.n.3.et ſeqq.* ſuper toto eo quod petitur, alias non valet, *l.in hoc iudicio ff. famil.erciſc.Felin.in cap.cum inter num. 5. 6. & ſeqq. ponens 14.fall. hoc tit. Rom. in l. ſi conſtante §.ſi bona nu. 2.ff.ſolut. mat. ponens vnam fall.* partibus præſentibus, vel altera per contumaciam abſente, *l. ea quæ C. quom. & quand.iud.&c. l.properandum in princ.& ibi glo.in verbo triennij verſ. item nota ad euidentiam C. de iud.* lata vtraque abſente eſt nulla, *d. l. properandum §. et ſi quidem & ibi gl. in verbo licentia.* in dubio præſumitur lata contra abſentem, *Felin.in c. tenor. nu.1.et 2.hoc tit. et in c. cum Bertho...as num. 10. eod. et ibi num. 21. et ſeqq.limitat.5. mod.* Item eſt ipſo iure nulla, ſi non apparet quod ſit lata parte inſtante, *d. l. properandum §. et ſi quidem & ibi Iaſ. n.5. & 6. qui limitat.4. mod.& DD.communiter de iud.* niſi lata ſit ambabus partibus præſentibus in fauorem actoris, licet aliter non appareat ex proceſſu, quod actor petierit à iudice ſententiam ferri, quia ſufficit petitio generalis facta in libello per actorem, vbi petijt ſententiam pro ſe ferri, quæ petitio ſemper durat, *Bald.in l.vnica C. vt quæ deſunt ad part.&c ſub nu.9. verſ.vidi dubitari Caſ. deciſ.9. num.4.& 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* In dubio ſententia præſumitur lata ad inſtantiā partis, quando pars aduerſa fuit citata, *Rot.diuerſ.deciſ.516.num.2.part.1.c.1.& ibi gl. mag.& Can. per illum text. de iud.* Et debet iudex eam recitare ex ſcriptis, etiam in cauſis ſummarijs, ex reſcripto apoſtolico, aut per Clem. diſpendioſam de iud. *Clem. ſæpe §.ſententiam de verb. ſignif.* alioquin recitata ſine ſcriptis, vel ſcripta, & edita partibus, & non recitata, non valet, *c.fin.de re iud.in 6.l.1. C.de ſent. ex breuil. recit.* & non confirmatur per deſertionem appellationis, *Franc.in d. c. fin. num.7. de appell. & ibi Can. communiter l.ſi expreſſum ff de appell.* niſi breues ſint lites, & maxime vilium perſonarum vel cauſarum, & niſi epiſcopus cognoſcat inter ſuos ſubditos, *l.1.& 2.et auth. ibi poſit.C. de ſent. ex breuil. recit.* aut præſes conueniatur finito officio ſuo, vt reddat rationem adminiſtrationis. *Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio §. neceſſitatem collat.2.* Sententia † inter- 23
locutoria poteſt ferri in ſcriptis, & ſine ſcriptis à Iudice ſedente pro tribunali quando requirit cauſæ cognitionem alias non, *Bart.in l.2.nu.5.C. de ſent.ex breui. recit. & ibi DD.* & poteſt ferri ſub conditione, *gloſſ. in l. à diuo Pio §. in venditione in*

verbo

Digitized by Google

verbo capiantur Bart. & DD. ff. de re iudic. Sententiæ
24 definitiuæ † nihil poteſt addi, nec detrahi, nec eadem poteſt reuocari à iudice, poſtquam eam tulit, l. dicere cum l. ſeq. & ibi gl. fin. & DD. ff. de arbit. l. 1. C. de ſent. reſciud. non poſſe Franc. in c. cum ceſſante poſt num. 7. de appell. ſiue ordinario, l. iudex ff. de re iud. ſiue delegato, c. in literis de off. deleg. etiam infra decem dies, eſt de conſenſu partium: l. ſi diuerſa & ibi gloſſ. fin. C. de tranſact. & ibi DD. Bald. in l. 1. n. 6. C. ſent. reſcind. non poſſe. ſemel enim ſiue male, ſiue bene officio functus eſt, l. iudex ff. de re iud. c. literis 6. venerabili de off. deleg. c. ſi compromiſſarius §. ſi
25 vero de elect. in 6. niſi ſententia † ſit ipſo iure nulla, quæ tunc ordinarius iterum poterit pronunciare, l. ſi præſes C. quom. & quand. iud. & c. l. 1. & ibi gl. 1. & fin. C. de ſent. ex breui. recit. in delegato vero impetrabitur à ſuperiore, vt ipſe vel alius ex integro iudicare poſſit: l. ſi vt proponis la. 1. C. quom. & quand. iud. & c. c. qualiter & quando el. 1. & ibi Pan. pulchre diſtinguit num. 4. & ſeqq. de accuſ. item ordinarius poteſt adiri per beneficium reſtitutionis in integrum, c. cum Bertholdus & ibi gloſſ. in verbo decernerent hoc tit. & ibi Can. Secundo, fallit in fructibus, & expenſis, & alijs acceſſionibus conſimilibus, in quibus eadem die poteſt ſententiam definitiuam ſupplere non tamen minuere tam ordinarius, l. Paulus la. 1. ff. de re iud. & ibi DD. quam delegatus, c. in literis de off. deleg. & ibi Can. c. cum appellationibus de appell. in 6. & ibi glo. in verbo eadem die & Can. gl. fin. in l. quia arbiter ff. de arbit. etiamſi actor fructus, intereſſe, vſuras aut alias acceſſiones vel expenſas non petierit, l. fin. et ibi glo. in verbo confiteatur C. quando prouocare non eſt nec. Mynſing. obſ. 55. cent. 4. In interlocutorijs vero poterit poſtea & ſemper vſque ad ſententiam definitiuam ſupplere, quia per definitiuam expirat officium iudicis, non ſic in interlocutorijs. Franc. in c. ſæpe num. 54. hoc tit. Bart. in l. terminato num. 5. C. de fruct. & lit. expenſ. Tertio, fallit ex pluribus alijs caſibus notatis per gloſſ. 1. in l. 1. C. ſent. reſcindi non poſſe & c. gloſſ. fin. in l. iudex ff. de re iudic.

26 Duobus iudicibus † diuerſas ſententias proferentibus, ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo non pro actore ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, pro ipſo fuerit promulgata: ſi vero ex delegata poteſtate, vtraque pendet ſententia ex arbitrio delegantis: quod ſi ex compromiſſo, neutra habet vigorem: c. duobus hoc tit. & ibi gl. & Can. l. duo 1. ff. de re iud. gl. in l. diem proferre §. ſi plures in verb. diuerſas ff. de arbit. ratio diuerſitatis eſt, quia plures iudices ordinarij habent iuriſdictionem eiuſque exercitium in ſolidum: Bart. in l. ſi vni ex pluribus alias pomponius ff. de re iud. n. 1. plures delegati habent quidem iuriſdictionem in ſolidum, Bart. in d. l. ſi vni ex pluribus num. 7. ſed eius exercitium tantum pro parte: c. cauſam matrimonij c. vno delegatorum & c. prudentiam & ibi gl. in verb. teneantur de off. deleg. arbitri vero nullam habent iuriſdictionem, ſed cognitionem, eorumque poteſtas pendet ex compromiſſo. dictum eſt ſupra tit. de arbit. Sententia intra † 27
decem dies, qui dantur ad appellandum, habet effectum incontinenti in his, in quibus fit executio à iure ſine facto hominis, vt condemnatus furti, fit infamis &c. l. furti in princ. & ibi Bald. in §. 1. per tot. ff. de his qui not. infam. l. quod ad ſtatum l. qui vltimo ff. de pœn. l. ſi quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. in his quæ requirunt executionem & factum hominis, intra decem dies non dicitur res iudicata, quia interim executioni mandari non poteſt, l. 1. ff. nil. nou. appell. pend. & ibi not. Bart. in l. litigatoribus nu. 5 & 6. C. de appell. ſed lapſu dictorum decem dierum tranſit in auctoritatem rei iudicatæ, c. quoad conſultationem hoc tit. omneſque clauſulæ in fine & in eodem inſtanti concluduntur, & non tranſit in iudicatum, prius vna clauſula, quam altera, ſed omnes eodem tempore. Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior in 2. lect. ſub num. 20. verſ. item non eſt verum ff. de his qui not. infam. Rot. diuerſ. deciſ. 756. num. 6. & ſeqq. part. 1. Multiplices ſunt effectus
ſententiæ, primus eſt, ſententia pro veritate † accipitur, quantum ad illos inter quos lata eſt, 28
poſtquam tranſiuit in iudicatum, d. l. res iudicata ff. de reg. iur. alijs vero non præiudicat, c. quamuis hoc tit. & ibi gl. mag. & Can. aut prodeſt; l. res inter
C. quib. res iud. non nocet. fallit in cauſis † inoffi- 29
cioſi teſtamenti, l. papinianus §. fin. & l. eum qui §. fin. ff. de inoffic. teſtam. filiationis, l. 1. in fine & l. 2. ff. de lib. agnoſc. nullitatis proceſſus, & inſtrumentorum, Innoc. in c. in noſtra num. 8. & ſeqq. de procurat. Iaſ. in l. ſed etſi poſſeſſori §. ſi cum de hæreditate nu. 3. ff. de iureiur. ingenuitatis, l. ingenuum ff. de ſtat. homin. Felin. in c. ſuper eo el 1. num. 2. de teſtib. puritatis ſanguinis. Greg. xv. deciſ. 498. num. 5. & 9. vbi plures quota allegantur. ſtatus & qualitatis Caſtro-

rum ex

Digitized by Google

rum ex primogenitura. *Gregor. xv. deciſ. 535. nu. 3. arg. d. l. ingenuum.* in quibus ſententia facit ius, quoad omnes, quando cauſæ actæ fuerunt citato legitimo contradictore, cuius principaliter intereſt, & ſententia lata eo præſente, *l. ſi proluſorio §. fin. ff. de appell. & ibi Bart. notat. & Angel. de Peruſ. num. 2. Bart. in d. l. ingenuum & ibi Bald. in 2. lut. recenſet octo & plures cauſas in quib. ſententia facit ius quoad omnes Bald. in l. 2. num. 4. vbi plures ſimiles cauſas enumerat C. quib. res iud. nō nocet Mohed. deciſ. 8. hoc tit.* ſed ſententia lata ſuper declaratione ſeruituris, non facit ius quoad omnes, *gloſſ. in d. l. ingenuum Mohed. deciſ. 8. in fine hoc tit.* aut ſi declaret eum non eſſe actoris libertum, non eſſe actoris ſeruum, *l. diui fratres & l. ſi ſeruum ff. de liberal. cauſ.* ratio diuerſitatis deſumi poteſt ex definitione ingenui Inſt. de ingen. in princ. & definitione ſeruitutis, *§. 1. Inſtit. de ijs qui ſui vel alien. iur. ſunt.*

30 fallit ſecundo in eo qui † paſſus eſt litigare illum, cui ſecundo loco actio & defenſio competebat, veluti ſi debitor experiri paſſus eſt creditorē de proprietate pignoris, aut paſſus eſt eum experiri, à quo cauſam habuit, vt ſi poſſeſſor patiatur venditorem experiri de proprietate rei emptæ, *c. quamuis hoc tit. l. ſæpe ff. de re iud. & c. late Couarr. pract. quæſt. cap. 13. num. 4. & ſeqq.* aut is ad quem ſpectat præſentatio, electio, collatio, patiatur experiri præſentatum, electum, vel inſtitutum, de cuius veritate vide Couarr. *pract. quæſt. cap. 14. per totum & Can. in c. cum olim. de cauſ. poſſeſ. et propriet.*

31 fallit tertio, in ſententia † lata ſuper iure reali non perſonali, quod ſcilicet beneficium ſit grauatum, aut ſuper ſeruitute reali, quæ nocet ac prodeſt alijs, ac vniuerſali, & ſingulari ſucceſſori, *Alex. in l. ſæpe num. 48. ff. de re iud. Caſ. deciſ. 2. num. 4. & 5. de iudic.*

32 fallit quarto, in † caſibus notatis per gl. mag. *in c. quamuis hoc tit. & ibi Can. & in l. 2. C. quib. res iudic. non nocet in verbo irrogare. & in l. 1. C. res inter alios actas vel iudic.* Quibus autem caſibus ſententia alijs nocet, & prodeſt, nocent & proſunt etiam acta, *Alex. in d. l. ſæpe num. 125. plures cumulans Caſ. d. deciſ. 2. num. 3.* Rota prout alia ſuprema tribunalia, non attendit res iudicatas; quandocunque apparet de errore, aut iniuſtitia ſententiarum, etiam non notoria. *Guid. pap. quæſt. 215. ſub num. 9. & quæſt. 368. Caſ. de graſſes deciſ. 10. num. 12. & ſeqq. de re iud. Greg. xv. deciſ. 317. num. 1.* De ſtylo ſignaturæ non datur clauſula parito iudicato, niſi vbi adſunt tres conformes, non autem ſolet dari vbi adeſt vnica tantū ſententia, aut etiam duæ, quæ ex ſtatuto loci faciunt rem iudicatam, niſi cum clauſula arbitrio Rotæ, *Greg. xv. deciſ. 361. nu. 1. vbi alias deciſiones allegat & ibi annot. Gab. de execut. rei iud. concl. 1. num. 37.* operatur autem dicta clauſula, vt quis non ſit audiendus, niſi prius doceat ſe integre paruiſſe iudicato, *Greg. xv. deciſ. 566. num. 2. & ibi annot. limitat. vno modo.*

Secundus, datur † etiam actio ex re iudicata ei, 33 pro quo lata eſt ſententia, aduerſus eum contra quem lata eſt, eiuſque hæredem, licet vetus actio fuerit temporalis & non tranſitoria: *l. miles §. fin. & ibi gl. fin. ff. de re iud. l. licet §. idem ſcribit ff. de priuil.* nam executioni ſententiæ præſcribitur ſpacio 30. annorum, *Bald. in rub. de præſcript. nu. 22. in fine Fel. in c. inter monaſterium num. 30. hoc tit. Pan. in c. fin. num. 30. & ſeqq. de præſcript.* niſi eſſet cæpta executio, & non finita, quia tunc illa actio in factum quæ datur pro executione, eſt effecta litigioſa, & pendente lite non currit præſcriptio; quia lis in Curia Romana & inſtantia eſt perpetua, *Achil. deciſ. 5 de præſcript. dictum eſt in tit. de iud. c. pen. & ibi Can. de iud.*

Reo abſolutio datur † exceptio contra eum qui ſuccubuit, & omnes alias perſonas, 34 quæ rem in iudicium deducere poſſent, ſiue vniuerſalis, ſiue ſingularis ſit ſucceſſor, *l. rei iudicatæ l. cum hoc cum l. ſeq. ff. de except. rei iud.* quia non tollitur actori actio ipſo iure, vt latius dictum eſt *in §. item ſi in iudicio Inſtit. de except.*

Tertius, ſententia eſt † ſtricti iuris, *c. dilectus de offic. ordin.* & tantum 35 importat quantum verba ſonant, *Rot. diuerſ. deciſ. 217. num. 4. part. 2. l. res iudicata ff. de reg. iur. gloſſ. 1. in l. 1. verſ. item fallit hæc regula C. plus valere quod agitur & ibi DD. Cepoll. in rub. de verb. ſignif. n. 19. et ſeq.* neque limitatur ſecundum naturam obligationis, aut libelli præcedentis, *l. Paulus reſpondit la. 2. & ibi Bart. num. 1. ff. de re iud. Bart. in l. miles §. decem num. 3. ff. de re iud.* ideo ſi plures in ſolidum obligati & conuenti vna & certa quantitate poſt litem conteſtatam ſimpliciter condemnati ſint, nec additum vt quod ab altero ſeruari non poſſit, id alter ſuppleret, effectus ſententiæ pro virilibus portionibus eſt diſcretus: *d. l. Paulus reſpondit l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſent. condem. l. ſi qui ſeparatim §. fin. 1. reſp. ff. de appell.* ſecus in præcepto facto ante litem conteſtatam, pluribus obligatis in ſolidum quod ſoluant, quod in ſolidum factum cenſetur ſicut contractus loquitur cum fiat in eius executionem, *Bald. in l. 1. num. 2. & 3. C. ſi plures vna ſent. condem. &c.*

Digitized by Google

eondem. &c. ratio diuerſitatis eſt, quia per interlo-
cutoriam non fit nouatio, ſed per litis conteſta-
tionem, *l. aliam & ibi Bart. ſub num. 1. ff. de nouat.*
ac per ſententiam definitiuam. *l. fin. C. de vſur. rei
iud.* In dubio ſententia eſt interpretanda in fauo-
rem condemnati, vt minus cenſeatur condem-
natus, quam ſit poſſibile: *l. hæ enim cauſæ ff. de
ſuſpect. tut. & curat. Crauett. conſ. 74. nu. 10.* & licet
in ea verba aliquando improprientur ad euitan-
dum abſurdum, non tamen impropriantur, vt
verba latius intelligantur, *l. & puto & ibi gl. in verb.
communicare & DD. ff. famil. erciſcund. Felin. poſt
Pan. in c. auditis. num. 3. de præſcript.* & nunquam
accipiuntur improprijſſime, quia eſt magis ab-
uſio, *Creſc. deciſ. 6. hoc tit. l. item prætor ff. de ſuis &*
36 *legit. hæred.* Limita primo, † quia ex vi attractiua
trahitur ad aliud, ſine quo illud, ſuper quo lata
eſt, non poteſt ſortiri effectum, *l. fin. C. de vſur. rei
iud. l. aduerſus l. ſi duo ff. de arbit.* vt ſententia decla-
rans fideicommiſſarium eſſe immittendum in
bonorum poſſeſſionem in neceſſariam antece-
dentiam, declarat hæreditatem debere reſtitui,
*Rot. diuerſ. deciſ. 450. part. 1. arg. l. fin. §. fin. C. de vſur.
rei iud. l. aduerſus l. ſi duo ff de arbit. l. ſi ſtipulatus fuero
ff. de verb. oblig.* Quartus eſt, Sententia ſimpliciter
37 prolata † declaratur ex actis, *l. ſi quis ad exhiben-
dum & ibi Bart ff. de except. rei iud.* & eſt interpre-
tanda ſecundum ius commune. *l. miles §. decem ff.
de re iud. Bart. in l. ſi fundus §. in vendicatione ſub n. 4.*
38 *& 5. ff. de pign. & hypoth.* Quintus, non † reſcindi-
tur prætextu inſtrumentorum de nouo reperto-
rum, *c. inter monaſteria hoc tit.* niſi ſit lata aduerſus
fiſcum, quæ infra triennium retractatur. *l. vnic. C.*
39 *de ſent. aduerſ. fiſc. retract. lib. 10.* Sextus † Sententia
abſolutoria & condemnatoria ſunt eiuſdem na-
turæ ideo ſicut appellatio ſequens non ſuſpendit
excommunicationē ita nec abſolutionem. *Imol.*
40 *in Clem. fin. nu. 10. de appell.* Septimus, plures † ſen-
tentiæ, quarum vna plus quam alia continet in
parte, in qua ſunt conformes, executioni de-
mandantur, quoties ſunt tot, quæ executionem
merentur. *Clem. 1. hoc tit. & ibi Can. Rot. diuerſ.*
41 *deciſ. 241. num. 4. part. 1.* Octauus, ſententia † ſui
natura eſt indiuiſibilis, *glo. fin. in l. fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. & ibi Bart. & DD. l. in hoc iudicio ff. famil.
erciſc.* ideo in ea ſub maiori ſumma non includi-
tur minor, *Iaſ. in l. 1. §. ſi ſtipulanti num. 8. & ſub nu.
9. verſ. 5. limita ff. de verb. oblig. & ibi DD. Put. deciſ.
315. lib. 1.* ſecus eſſet quando petitio, & ſententia
haberet plura capitula ſeparata: *gloſſ. in l. etiam §. 1.
in verbo audiendus & ibi DD. ff. de minor. l. quadam
mulier ff. famil. erciſcund. Greg. xv. deciſ. 552. num. 1.
cap. 2. & ibi gloſſ. in verbo eadem ſententia & Can.
de ord. cognit.* immo plures ſummæ ex pluribus
cauſis debitæ vna actione compræhenſæ cumu-
lantur, & pro vna reputantur, & non pro pluri-
bus, *l. ſi quis ſeparatim §. 1. de appell.* vt appellatio ad
principem interpoſita valeat, Nonus per ſenten-
tiam † transfertur dominium ſecuta traditione 42
propter rei iudicatæ auctoritatē licet aliqui di-
ſtinguant inter actionem perſonalem & realem,
*Iaſ. in l. ex hoc iure num. 44. ff. de iuſt. & iur. & ibi DD.
Bart. in l. Pomponius §. ſi iuſſu ff. de acquir. poſſ. & ibi
DD. Cyn. in l. 1. num. 4. C. com. vtr. Iud. Felin. in c. cum
venerabilis num. 28. & ſeqq. de except.* Executio ſen-
tentiæ † in prophanis fit iuxta tradita per glo. & 43
DD. *in §. 1. Inſtit. de offic. iud.* quæ non tranſcribo &
per Gail. *obſ. 113. & pluribus ſeqq. & obſ. 181. & ſeqq.
lib. 1.* & quando cauſa per Procuratores ſine mā-
dato tractata fuit tenenda eſt obſ. Mynſing. 79.
cent. 1. & obſ. 49. cent. 5. Notandum eſt, quod ordo
datus in executione ſententiæ condemnatoriæ
latæ in actione perſonali ſuper debito, vt primo
fiat in mobilibus, deinde in immobilibus, non
eſt ſubſtantialis, ſed pro vtilitate partis, vnde ſi
contra fiat debet appellari, quia peruerſio ordi-
nis adhibiti ſiue à iudice, ſiue à nuncio, vel execu-
tore, non inducit nullitatem, ſed iniuſtitiam.
*Bart. in l. à diuo pio §. in venditione num. 8. & 9. ff. de
re iud. Bald. in auth. ſed hodie ſub num. 3. verſ. quæro
nunquid C. de act. & oblig. Pan. in c. quoad conſulta-
tionem num. 27. hoc tit. Mohed. deciſ. 7. eod.* Idem iu-
ris eſt ſi executio non ſit facta iuxta motum pro-
prium ſummi pontificis, *Mohed. deciſ. 7. Iaſ. in d. §.
in venditione num. 19.* In cauſa † beneficiali aut 44
ſententia eſt lata pro reo, & reus non poteſt præ-
tendere executionem in poſſeſſione, ſed tantum
abſolutionem cum expenſis & ſumptibus: *§. 1.
Inſt. de off. iud. & ibi Fab. num. 1. in fine Innoc. in c. cum
noſtris in gl. in verbo irritum verſ. & idem dicimus in
omni ſent. de conceſſ. præb. & ibi Anchar. ſub num. 16. et
Can. communiter.* aut pro actore † contra reum, & 45
tres proponuntur viæ exequendi, ex officio iudi-
cis qui ſententiam tulit nobili. quod coram alio
Iudice fieri aut proponi non poteſt niſi median-
tibus literis Iudicis qui ſententiam tulit, quia in
ciuilibus ſententia poteſt ferri in vno loco & in
alio executioni demandari, *l. properandum §. fin*

autem reus C. de iud. c. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6. Bart. in l. à diuo Pio §. ſententiam nu. 1 & ibi Iaſ. nu. 2. & ſeqq. ff. de re iudic. Mynſing. obſ. 68. &
46 *69. cent. 5.* Vna per † deputationem executoris, *c. de cætero hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 33. part. 2. Pan. in c. paſtoralis §. quia vero num. 3. & ſeqq. de off. iud. deleg.* executor mixtus datus, non cognito nec diſcuſſo negotio executionis, habet cognitionem exceptionum non deciſionem, quam refert iudici à quo datus eſt executor: *d. c. de cætero & ibi Pan. & Can & Felin. limitat 3. mod. c. dicenti §. item Imperator Conſtantinus & ibi gloſ. in verbo cognoſcatur 25. quæſt. 2. c. ei qui appellat. §. ab executore & ibi glo. in verb. non poteſt & Can. 2. quæſt. 6. Gemin. in c. ſicut num. 7. 2. quæſt. 1.* executor merus datus poſt liquidatam materiam executionis, vt nuncius datus ad tradendam poſſeſſionem, nullam exceptionem audit, *gl. in d. c. de cætero l. ſi vt proponis & l. executorem C. de execut. rei iud.* niſi in quinque caſibus notatis per Felin. *in d. c. de cætero poſt num. 4.* Altera
47 eſt, quam † ſtylus Rotæ hactenus in omnibus cauſis obſeruauit, vt condemnatus citetur poſt rem iudicatam, domi dimiſſa copia, aut per affictionem abſque alia diligentia, ad videndum decerni litteras executoriales, *Rot. diuerſ. deciſ. 688. ſub num. 3. & 4. part. 1. l. minor vigintiquinque annis cui fideicommiſſum ff. de minor. Rot. deciſ. 25 de re iud. in nou. l. 4 §. ſi ex conuentione ff. de re iud.* quæ obtentæ debent intimari condemnato perſonaliter & litteræ originales ei porrigi, vel legi, & ſi petat dari copia ſuis expenſis, *Caputaq. deciſ. 332. & ſeq. part. 1. Creſc. deciſ. 7. de dol. et cont. qua ita explicant. Clem. cauſam de elect.* ſi perſonaliter intimari non poſſent, conſtito de non tuto acceſſu, intimentur per edictum, *Caputaq. deciſ. 334 part. 1. d. Clem. cauſam §. verum et ibi Can.* quia requiritur certa, & indubitata, nec ſufficit præſumpta ſcientia, decreti executorialium; vt procedi poſſit ad declaratoriam incurſus cenſurarum in executorialibus comminatarum, *Caſſad. deciſ. 6. de cauſ. poſſeſſ. et prop. in fine Innoc. in c. fin. ſub nu. 3. de eo qui mittitur in poſſeſſ. Rot. deciſ. xj. de dol. et cont. in nou. Mobed. deciſ. 7. num. 1. vt lit. pend.* niſi is cui fieri debet executorialium intimatio malitioſe latitet, quia tunc ſufficit intimari ad domum, & alia loca, cum malitioſe latitans, ne citetur, habeatur pro perſonaliter citato, *c. quoniam §. porro vt lit. non conteſt. & c. Creſc. deciſ. 18. hoc tit.* & dicta intimatio reproduci debet iudici in actis, ac ſeruari debent quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe, *Felin. in c. ad probandum hoc tit. Mandoſ. in 29. commiſſ. execut. in 1. & 2. quæſt. Greg. xv. deciſ. 43. num. 13. & ſeq.* declaraturque, ſi non paruerit, aut ſe legitime excuſauerit, incurriſſe excommunicationis &c. ac alias pœnas in executorialibus contentas, ac ſucceſſiue proceditur ad aggrauationem, reaggrauationem, interdictum, & vſque ad brachium ſæculare, *Franc. Marc. quæſt. 771. part. 1. Gail. obſ. 115. lib. 1.* incluſiue: & ita habetur canonice poſſeſſio & non alias, *Caſſad. deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. et prop. Felin. in c. ad probandum num. 6. de re iud.* quæ non ſeruatis iſtis quatuor, poſt intimationem executorialium ſeruari ſolitis, terminis eſſet attentata, *Creſcent. deciſ. 2. vt lit. pend. &c. & deciſ. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Mandoſ. in 29. cõmiſſ. execut. quæſt. 24. Greg. xv. deciſ. 43.* In his executorialibus ad dimittendam poſſeſſionem beneficij, aſſignatur à die intimationis executorialium terminus ſex dierum, & alij triginta dies ad ſoluendum expenſas, & fructus, poteſt tamen ſeruatis quatuor terminis, de quibus ſupra, infra illos ſex dies, quia non dimittit poſſeſſionem, & infra illos 30. dies, reſpectu etiam expenſarum procedi ad declarationem incurſus pœnarum, licet partes non conſueuerint petere ante 30. dies: *Mobed. deciſ. 1. de ſent. excomm.* ratio eſt quia in reali res ſtatim reſtituenda eſt cum fructibus. *§. 1. Inſtit. de offic. iud.* Tertia via eſt, quod loco † executorialium parte 48 citata decernatur mandatum executiuum, aut in ipſa ſententia ſimul vnico contextu relaxetur abſq; alia partis citatione: *Caſ. deciſ. 7. nu. 10. & xj. Caſſad. deciſ. 6. nu. xj. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Pan. poſt Innoc. in c. ex ratione num. 14. & ibi Can. de appell. Bart. in l. à diuo pio §. in venditione num. 2. & ſeq & ibi DD ff. de re iud.* quando materia non eſt appellabilis, ſecus ſi eſt appellabilis, *Gregor. xv. deciſ. 545. & ibi annot. l. 1. & l. final. C. de execut. rei iud*: quæ magis videtur conformis Concilio Trid. mandanti, vt à cenſuris abſtineatur, quando poteſt fieri executio perſonalis aut realis, *c. quamuis §. in cauſis ſeſſ. 25.* In electionibus † iuriſdictionibus, & 49 alijs iuribus incorporalibus, in quibus nihil corporale attingitur, ſtatim lata ſententia reus poſſeſſionem amittit, & actor poteſt illam ingredi abſque alia executione, & eligere, ac iuriſdictionem exercere, *Zab. poſt Innocent. in cap. cum noſtris quæſt. 22. de conceſſ. preb. Anchar. numer. 16. Bouk. numer. 6. 7. & 8. et Can. communiter.* quando autem

Digitized by Google

tem incorporalia corporalibus ſunt connexa, vt
in præbendis, quibus inhæret ius eligendi, inter-
eſſendi tractatibus, & ſimilibus, vel in ſeruituti-
bus realibus, quæ adhærent ſolo, tunc debet ſi-
militer interuenire executio, antequam poſſeſſor
condemnatus prohibeatur vti ſua poſſeſſione, vt
prius; Anch. in d.c. cum noſtris ſub n.16. et Can. com-
muniter Rot. diuerſ. deciſ. 70. nu.2. et 8. part.2. Angel.
de Peruſ. in l. qui reſtituere ſub numer.2. ff. de rei vend.
& loco poſſeſſionis eſt patientia aduerſarij, &
cautio quod non impediet victorem vti ſeruitute
& iuribus præbendæ, l. harum l. egi ff. de ſeruit. vend.
50 Præfata procedunt in iudice † ordinario, ac de-
legato à Papa, extra curiam, qui poteſt ſentẽtiam
ſuam exequi, infra annum abſque alia commiſ-
51 ſione, c. ſignificaſti c. quærenti de offic. deleg. In † curia
de ſtylo veteri non ſolent auditores Rotæ ſine
ſpeciali commiſſione ſuas ſententias exequi pro-
pter præſentiam Papæ, Caſſad. deciſ. 13. in fine de
reſcript. et deciſ. 3. in fine de dol. et contum. veſtr. in praxi
lib. 8. cap. fin. nu. 9. 10. et ſeqq. Mandoſ. in for. commiſ.
execut. in gl. cauſarum auditore Rot. deciſ. 39. de appel.
in antiq. ſed ſolebant litigatores qui prætendunt
rem iudicatam, adire ſignaturam iuſtitiæ, & pe-
tere, vt executio rei iudicatæ iudicibus, qui me-
rita cauſæ nouerunt, delegaretur cum clauſula
ſeruatis quatuor terminis ſolitis, vel præfixo illo-
rũ loco aliquo breui peremptorio termino quã
vocabãt cõmiſſionem executorialem, Mandoſ. in
for. commiſ. execut. aut huius loco commiſſionem
mandati executiui. Mandoſ. in for. commiſ. mand.
execut. veſtr. in praxi lib. 8. cap. fin. ſub num. 9. verſ. ſed
hodie. Hodie iuxta reformat. Fel. record. Pauli V.
in Rota ſufficit vnica commiſſio, quoad cogni-
tionem & deciſionem cauſæ, & iſtius vigore au-
ditor poteſt ad finalem ſententiæ executionem
procedere incluſiue, prout de iure ordinarij fa-
cere poſſunt. Pius IV. in bulla ſuper refor. off. Rotæ in
princ. verſ. et idcirco ſub dat. Cal. Ian. 1562. confirmata
per Paulum V. in reformat. edita de anno 1612. ſub rub.
de auditorio Rotæ Rot. Farin. deciſ. 641. ſub numer. 5.
52 Ordinarius exequitur † ſentẽtias ſuorum delega-
torum, quas ipſi non poſſunt executioni deman-
dare: l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud. c. ſi quis contra
clericum de for. compet. l. præcipimus §. hæc ſi appellatio
53 C. de appel. delegatus à principe † exequitur ſentẽ-
tias eorum, qui iure eius cognouerunt: l. fin. & ibi
Bart. n. 1. Iaſ. n. 5. atteſtans de communi C. de iud. Præ-
terea actor, pro quo iudicatum fuit, poteſt inten-
tare actionem iudicati ex ſententia definitiua cõ-
tra reum lata, quę in cauſa beneficiali poſt decen-
dium tranſit in iudicatum, c. cum dilectus in fine &
ibi Pan. nu. 5. & Can. de elect. gloſſ. fin. in fine in c. 1. de
conceſſ. præb. gl. in c. l. fin. in verb. repulſione verſ. præter-
ea natura de appel. Fel. in c. lator n. xj. de re iud. quæ
poteſt † intentari vbicunque reus ſortitur forum 54
ſine litteris iudicis qui ſententiam tulit, l. fin. in fin.
C. de præſcript. longi temp. Bart. in l. à Diuo Pio §. ſen-
tentiam ſub n. 1. & ibi Iaſ. nu. 3. de re iudic. in qua re-
quiritur citatio quoties mutatur perſona Iudicis
Gabriel de citat. concl. 1. numer. 123. plures cumulant
Greg. xv. dec. 546. numer. 3. & 6. & ibi annot. Ang. de
Peruſ. in repet. l. 1. C. de iudic. num. 31. & ibidem n. 26.
& ſeq. ponit 9. concluſ. & in qua neceſſarius eſt li-
bellus, litis conteſtatio, & proceditur ordinarie,
ſed breuiores dantur dilationes, quod cauſa ſit
executiua, Angel. Peruſ. in repet. l. 1. nu. 6. C. de iud.
Bart. in l. intra dies ff. de re iud. Gail. obſ. 113. nu. 9. &
13. & per tot. lib. 1. Greg. xv. dec. 545. nu. 2. & ibi an-
not. ac producta ſententia per actorem, reus ad
nullam defenſionẽ admittetur, niſi ſi qua ei poſt
ſententiam ſuperueniſſet, forma autem ſententiæ
erit, quia iudex præcipiet reo, quod obediat ſen-
tentiæ contra eum latæ, Bald. in l. 2. n. 1. C. de execut.
rei iud. Super liquidatione † fructuum, & expen- 55
ſarum non requiritur, pronunciatio in materia
executiua, ſed ſufficiunt probationes, Iaſ. in l. ſti-
pulatio §. habet n. 6. & ſeqq. ff. de nou. oper. nunc. Ga-
leſ. ad for. oblig. Cam. tit. de liquidatione n. 13. Rot. di-
uerſ. dec. 100. ſub n. 28. & ſeqq. part. 1. Fructus per-
cepti probari debent concludenter per teſtes de-
ponentes de vera & actuali, & non de veriſimili,
aut præſumpta perceptione: percipiendi proban-
tur per coniecturas, Bald. in l. 1. num. 22. & ſeqq. C.
de fruct. & lit. expenſ. & ibi DD. Caputaq. deciſ. 30.
& 31. part. 2.

In condemnatione fructuum veniunt † diſtri- 56
butiones quotidianæ Mohed. dec. 6. de præb. Put. dec.
233. lib. 1. perceptæ, ac etiam illæ, quæ non fuerunt
perceptæ, quando interpoſita fuit proteſtatio à
procuratore habente ſpeciale mandatum, ac ea-
dem fuerit inſinuata ex aduerſo principali, non
eius procuratori, Put. dec. 373. lib. 1. Rot. diuerſ. dec.
618. part. 1. Quando petitur † intereſſe, quod ſtat 57
in æſtimatione iudicis, l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod
intereſt prof. admittitur libellus incertus, ſed fer-
tur ſententia certa: gloſſ. in l. certi conditio in princ.
ff. ſi cert. pet. Bartol. in l. 1. C. de eo. ſent. quod intereſt.

Digitized by Google

prof. quandoque non poteſt intereſſe declarari, nec in petitione, nec in ſententia, & tunc procedit libellus incertus & ſententia incerta; vt quando aliquis, cui promiſſa eſt indemnitas, iam incurrit aliquod damnum, & maius damnum poterit incurrere de futuro, vnde cum non poſſit certificari id, quod dependet ex futuro, iudex pronunciat de indemnitate ſuper futuro, & pro præterito condemnat, *l. 1. C. de ſent. quæ ſine act. quant. prof.* dictaq; ſententia habet executionem paratam facta liquidatione, quæ fit hoc modo: actor petet ſententiam executioni mandari, in qua talis eſt cōdemnatus ad indemnitatem præſtandam, & ad probandum quod ſit damnificatus facit articulos abſq; libello, & litis conteſtatione, & proceditur ſummarie iuxta formam *l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. Bart. in l. 2. n. 4. & 5. C. de ſent. quæ ſine act. quant. prof. & ibi DD. communiter*, exequutio enim ſententiæ non liquidæ peti poteſt, vbicunque liquidatio fieri intenditur in exequutione; *d. l. 2. C. de ſent. quæ ſine act. quant. prof. Bart. in l. 1. n. 8. & ibi DD. ff. de eden. Anchar. deciſ. 129. n. 14. & ſeqq. plures cumulans Greg. xv. deciſ.* 220. exequutio autem facta, nulla præcedente liquidatione, aut de qua ex actis non apparet, ſubſecutaque ſubhaſtatio, ſunt nulla, *l. proinde §. notandum ff. ad l. aquil. & ibi Bartol. & DD. Bald. conſ. 164. lib. 4. & conſ. 99. lib. 5. Natt. conſ. 27. n. 4. Rom. conſ. 211. n. 5. Greg. xv. dec. 224. l. ſi cum nulla. ff. de re iudicat.* quod ſi reus debitis ſatisfecerit ſimplici iuſſione & non cognitione habita, quamuis non extra ordinem fieri exactionem ſed ciuiliter oportuit, quæ tamen ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocare inciuile eſt, *l. fin. §. fin. in fin. ff. quod metus cauſa Lanfr. dec. 249. cent. 2.*

58 Executoriales decretæ † vel brachium ſæculare obtentum contra prædeceſſorem, poſſunt mandari executioni contra ſucceſſorem in beneficio, vel alia re, mediatum & immediatum, præmiſſa eius citatione quæ ſemper neceſſaria eſt quando non eſt idem Iudex vel alia perſona, vel fit executio non in re ſuper qua fuit iudicatum, ſed in alia re, *Bart. in l. à Diuo Pio §. in venditione ſub n. 2. & ibi DD. communiter ff. de re iud. Gabriel. tit. de exe. concl. 1. n. 123. plures cumulans Felin. in c. ex ratione n. 9. & 10. de appell. & ibi Can. communiter*, abſque nouo iudicio, quando per litem beneficium ſiue res fuerunt effecta litigioſa, iuxta diſtinctionem traditam *in tit. vt lit. pend.* &c. & ſucceſſor cauſam habuerit à prædeceſſore collitigante, *Pan. in c. fin. n. 8. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & in c. eccleſiæ S. Mariæ ſ. ſub n. 10. verſ. & hac ſententia lata vt lit. pend. niſi id innou. Bart. in l. creditores n. 23. vbi pulchre diſtinguit C. de pign. & hypoth. Bald. in l. executorem n. 27. C. de execut. rei iud. Mohed. dec. 1. hoc tit.* Onus probandi intruſionem, lite pendente, incumbit ei qui obtinuit executoriales, *Rot. dec. 14. de prob. in nou. Creſc. dec. 16. hoc tit. in princ. c. quamuis hoc tit. l. ſæpe cum ibi not. ff. de re iud Bell. dec.* 708. Limit. 1. quia tertius qui reperitur in poſſeſſione poſt executoriales decretas, tenetur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motam, quando is contra quem obtentæ fuerunt executoriales, eſt probatus poſſeſſor tempore iudicij, per duos teſtes, aut per alias veras probationes, & non per eius confeſſionem vel indicia, *Achil. deciſ. 21. de prob. Bellam. dec. 709. Fel. in c. cum ſuper ſub n. 18. verſ. & ſubdit deciſ. ſeq. hoc tit.* Limita 2. quando probatur tempore ſententiarum illum, contra quem latæ ſunt, fuiſſe intruſum, nam neceſſario ſequitur iſtum tertiū nunc poſſeſſorē poſt illū ſe intruſiſſe: *Creſc dec. 16. hoc tit. qui illud non omnino firmat Bald. in l. ſi duo Patroni nu. 8. & in antiq. lect. ff. de iureiur. & c. l. exceptio ff. de except. rei iud.* iſteque intruſus lite pendente non appellat ſuſpenſiue, nec alias poteſt impedire executionem, *Rot. diuerſ. dec. 100 n. 23. & 25. part. 1. Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 10. & ibi Caſtr. n. 8. & DD. communiter ff. de re iud. Bald. in l. executorem n. 26. & 27. C. de execut. rei iud. Rot. dec. 14. de prob. in nou. Bald. in l. ob maritorum C. ne vxor pro marito*, Quod ſi res non ſit litigioſa, ſiquidem debitor eam alienauit, ſeu dolo deſijt poſſidere poſt litem motam in fraudem executionis ſententiæ, recta via poteſt fieri executio contra illum poſſeſſorem fraudis participem, *l. qui autem §. hoc edictum ff. quæ in fraud. cred. fact. ſunt vt reſtit.* ac facta probatione fraudis in hoc iudicio executionis, fit executio in illam rem, non facta aliter reſciſſione contractus: *Paul. de Caſtro in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 8. & ibi Iaſ. n. 10. plures cumulans ff. de re iud. Bald. in l. ob maritorum n. 8. C. ne vxor pro marito, &c.* Si vero alienauit ante litem motam, in fraudem creditorum, diminuendo bona, agendum eſt ordinarie per actionem Paulianam ad reſciſſionem contractus, *§. item ſi quis in fraudem Inſtit. de action. Paul. de Caſtro in d. §. ſi ſuper rebus n. 8. & ibi Iaſ. n. 10.* Fallit fauore vltimæ voluntatis, vbi etiam contra emptorem fit miſſio,

Digitized by Google

miſſio, & executio non reſciſſo contractu, *l. ſi legatorum ff. vt in poſſeſſ. legat. l. certa forma C. eod. etc.*
59 Præterea executoriales † decretæ, & intimatæ per prædeceſſorem, ſuffragantur ſurrogato, ad cauſam & proſecutionem executorialium tam immediato, quam mediato, vt ad eius inſtantiam decerni poſſit declaratoria cenſurarum, contra reum poſſeſſorem, *Mohed. dec. 2. hoc tit. & dec. 7. vt lit. pend. contra Scaphyl. de ſignat. lic. iuſt. §. ad prædicta facic verſ. nam ſi quis ſubrogetur l. comperimus C. de prox. ſacror. ſcrinior. lib. 12. l. minor §. fin. ff. de procur. l. ſi iudex ff. de iud. l. 1. §. ij quibus in fine ff. de leg. 3. &*
60 *ibi Barc. & DD.* Tertius quilibet † habens cauſam aliunde, quam ab ipſo condemnato, comparens pro ſuo intereſſe docto de eo ſummarie, *Fel in cap. veniens 2. n. 13 de teſt. & atteſt.* & incontinenti, *d. c. veniens & ibi gloſſ. in verb. incontinenti*, ſiue actum ſit petitorio, ſiue poſſeſſorio, *Fel. in d. cap. veniens 2. n. xj.* ſi executio fiat in beneficio, *Pan. in d. cap. veniens 2. n. 7.* ſeu alia repetita à condemnato, quæ à nemine erat poſſeſſa, impedit executionem, *Inno. in d. c. veniens el 2. & ibi Can. Fel. in c. cum ſuper de re iud. Barc. in d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 3. & ibi Iaſ n. 16. & DD. ff. eod. Caſ. dec. 3. n. 4. de verb. ſignif. Cou. pract. quæſt. c. 16.* etiam poſt tres ſententias conformes, quia Clem. 1. hoc tit. procedit inter ipſos litigantes, *Zab. in d. clem. 1. n. 5. Iaſ in d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 16. Fel. in d. c. veniens 2. nu. 13. Rot. diuerſ. dec. 320. part. 1.* Et poteſt iſte tertius producere teſtes ſuper eiſdem articulis, etiam publicatis atteſtationibus, *Fel. in d. c. veniens 2. num. 18. Bart. in l. ſi proluſorio §. 1. n. 3. ff. de appell. Put. dec. 71. libr. 3.* tum quod ſibi ignoranti non præiudicant acta, aut publicatio, tum etiam quia ſua intereſt, ne poſſeſſio ab alio occupetur, cum facilius poſſit conſequi ſuam poſſeſſionem vacantem, quam quando eſt capta, *arg. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. &c.* Quando tertius ſciuit cauſam pendere, & non ſe oppoſuit, nec appellauit, fit ſibi præiudicium in executione ſententiæ, quoad poſſeſſionem, ſaltem præſtita cautione indemnitatis per actorem, qui obtinuit ſententiam. *Franc. Marc. q. 272. n. 2. parc. 1. gl. in c. cum ſuper in verb. non noceat & ibi Innoc. & Can. de re iud. l. pen. ff. de petic. hæred. l. ſi à quo ff. de rei vend.* Si à condemnato erat poſſeſſa tunc tertius non impedit executionem, ſed cauebitur de indemnitate poſſeſſori: *d. l. ſi à quo ff. de rei vend.* quia quando poſſeſſio eſt plena non agitur de præiudicio tertij cum ita poſſit ab alio auocare, ſicut à poſſidente niſi forte ratione durioris aduerſarij, *Pan. in c. veniens el 2. n. 6. in fine Cæſar d. deciſ. 3. n. 4. de verb. ſignif. Couarr. d. c. 16. pract. q. n. 3.* Si vero fit miſſio in alia re, quam petita, tunc quilibet tertius impedit executionem, quia de iure illius rei nunquam fuit cognitum, *d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus & ibi Bart. n. 3. & DD. communiter ff. de re iud.* ideoque contra eum non habet locum via executiua, *Alex. in d. §. ſi ſuper rebus n. 25. & 28. l. 1. & 2. C. quib. res iud. non nocet l. 1. C. res inter alios actas etc. Mynſ. obſ. 73. cent. 3.* & ſi proteſtatus fuerit, ne fieret executio in bonis per ipſum poſſeſſis, executio poſt proteſtationem facta redditur ipſo iure nulla, *Angel. Peruſ. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 1. Caſtr. n. 2. ff. de re iud. Alex. ſub n. 9. Iaſ. n. 9. Bald. in l. ob maritorum n. 4. & 5. C. ne vxor pro marito &c. Greg. xv. deciſ. 22.* Contra executionem † opponi 61
poteſt, 1. quælibet exceptio, etiam poſt quadrimeſtre tempus, quod datur condemnatis ad ſoluendum, *gloſ. in l. ab executione in verb. excedat & ibi DD. C. quor. appell. non recip. Iaſ. in l. 1. n. 20. C. de iur. & fact. ignor.* Per quam dicitur iudicium fuiſſe nullum, ratione iudicis, partis, rei, vel proceſſus inordinati, *Iaſ. n. 21. & ſeq. poſt gl. fin. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor gl. 1. in l. tamen ſi ff. ad Macedon. & vtrobique Can. poſt gl. fin. in clem. 1. de ſeq. poſſeſſ. & fruct. c. in noſtra de procur.* vel ſi iudicatum ſit ex falſis inſtrumentis, *c. cum I. & A. hoc tit. cot. tic. C. ſi ex falſ. inſtrum. vel teſtib. &c.* ex falſis teſtibus, *l. Diuus ff. de re iud. c. lis & cauſa & ibi gloſſ. in verb. ſe aſtringit de prob.* ex falſis allegationibus contra abſentem, *l. ſi prætor §. Marcellus ff. de iud.* vel ſententia dicatur venalis, *l. venales C. quando prouoc. non eſt neceſſe*, aut ſi excipiatur de hoc, quod fuit cõpulſus eo tempore quo compelli non debuit, *l. 1. ff. de ferijs*, vel ſententia ſit lata contra eum, qui venire non debebat, *l. ſi prætor §. fin. ff. de iud.* aut conſtet de iniuſtitia ex eiſdem actis, *cap. 1. de re iud. & ibi Innoc. & Can. Franc. in c. dilecti quæſt. 12. & 54. de appell. Rot. diuerſ. dec. 85. & 165. parc. 1.* Secundo exceptiones quæ opponuntur ad moderandum, & limitandum executionem ſententiæ, & non impugnant ſententiam: *Iaſ. in d. l. 1. n. 15. & ſeqq. & ibi DD. C. de iur. & fact. ignor. plura proponens exempla*, videlicet ne exigatur ab aliquo niſi in quantum facere poteſt, *l. Neſennius ff. de re iud. l. ſi fideiuſſores §. idem reſpondi ff. de fideiuſſ. l. ex diuerſo ff. ſolut. mat.* retentionis, *Bald. in l. peremptorias C. ſi contra ſent. reſcindi non poſſe Rot. diuerſ. dec. 281. num. 12. part. 2.* confecti in-

 uentarij.

uentarij ab hærede, *d.l. Neſennius §. fin. & ibi Bart.* compenſationis, *l. 2. in fine C. de compenſ. Fel. in cap. ſuborta n. 2. de re iud. Afflict. dec. 121. Greg. xv. dec. 342 & ibi annot.* Tertio omnis exceptio peremptoria inducta principaliter odio creditoris agentis poteſt quandocunque opponi, etiam poſt ſententiam, quia ei non poteſt renunciari expreſſe, aut tacite, *Iaſ. poſt Bart. in d. l. 1. num. 22. C. de iur. & fact. ignor.* Quarto exceptiones quę opponuntur contra primam actionem, ſi illæ oriantur poſt ſententiam, *l. poſt rem ff. de tranſact. l. 4. § ſi ex conuentione ff. de re iud.* vel in ipſa ſententia oriantur, vel renouentur, *l. tamen ſi ff. ad SC. Macedon. Bart. in l. Paulus reſpondit 2. nu. 2. & 3. ff. de re iud.* vt exceptio pretij non ſoluti, *Gail. obſ. 17. lib. 2. n. 8. & ſeqq. plures cumulans*, Limita prætacta omnia vt ſi iudex ſtatuiſſet reo terminum ad opponendum omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas, tunc poſt ſententiam iſtæ exceptiones opponi non poſſent, *Bald. in l. ab executione ſub nu. 15. C. ſententiam reſcindi non poſſe Iaſ. in l. 1. nu. 19. C. de iur. & fact. ignor.* Secundo quando iſtæ exceptiones fuiſſent ante ſententiam oppoſitæ & per iudicem reprobatæ *gloſſ. fin. in d. l. Neſennius §. fin. ff. de re iud. & ibi Bart. & DD.* Tertio quando eſſet datus terminus poſt ſententiam ad opponendum, & quidquid, &c. vt executio fieri non deberet allegandum, maxime in vim commiſſionis, *Achil. dec. 4. de except. Bald. in d. l. ab executione ſub nu. 15. C. quor. appell. non recip. c. paſtoralis & ibi gl. in verb. nullatenus & Can. notant de except. Iaſ. in l. 1. ſub nu. 19. C. de iur. & fact. ignor.* Cæteræ exceptiones quæ habēt originem ante ſententiam non poſſunt opponi poſt ſententiam, *l. peremptorias C. ſententiam reſcindi non poſſe*, Fallit in minore petita reſtitutione in integrum, *l. minor 25. annis omiſſam ff. de minor. &c.* Secundo in milite, qui eſt ipſo iure reſtitutus, *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Tertio quando ſententia ſubiacet vitio nullitatis, vt de concordia, & tranſactione facta lite pendente opponi poteſt poſt ſententiam, quia per huiuſmodi tranſactionem actio & inſtantia fuerunt extincta, *Mohed. dec. 3. de tranſact. c. 1 de tranſact. c. 1. de lit. conteſt. in 6. l. fratris tui & ibi DD. C. de tranſact.* Quarto in alijs qui reſtituuntur ex clauſula generali, *l. fin. ff. de in integr. reſtit. Bart. & DD. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Quinto in caſibus, in quibus poſt ſententiam, inſtrumenta, aut teſtes perduci poſſunt notatis, *per Mynſing. obſ. 60. cent. 4.* A pronunciatione ſiue mandato † de exequendo rem iudicatam dato inter 61 eaſdem perſonas, inter quas lata fuit ſententia, aut ab ipſa executione, nō datur appellatio, *d. l. ab executione C. quorum appell. non recip. l. executorem C. de execut. rei iud. l. ab executore ff. de appell. c. nouit eod. Fel. in c. quoad conſultationem, n. 13. & 14. hoc tit. Caputaq. dec. 40. part. 1.* neque etiam à declaratione qualitatis pertinentiarum, non augentium, vel minuentium condemnationem, ſed tantum inducentium interpretationem declaratiuam ſententiæ; quia non eſt noua ſententia interlocutoria, ſed quędam declaratio, quę fingitur vna cum ſententia declarata eodem tempore emanaſſe, *Bald. in l. terminato n. 6. C. de fruct. & lit. expenſ. Bart. in d. l. ab executore n. 7. ff. de appell. Rom. conſ. 45. Rot. diuerſ. dec. 100. n. 14. & ſeqq. part. 1.* niſi excedatur modus, & in ipſa appellatione facta in ſcriptis exprimatur exceſſus; *Clem. appellanti de appel. Mynſ. obſ 32. cent. 3.* excedit autem executor modum non ſeruando iuris ordinem, *gl. in d. l. ab executione in verb. excedunt C. quor. appell. non recip.* inique interpretando ſententiam, *Bart. in l. ab executione num. 15. ff. de appell.* & quot modis dicitur plus vel minus, *Bartol. in d. l. ab executione num. 3 C. quorum appell. non recip.*

De appellationibus, recuſationibus & relationibus.

Titulus XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia impugnatur quinque modis.*
Per appellationem.
2 *Per ſupplicationem quando lata eſt à principe vel ab alio à quo appellare non licet.*
3 *Per querelam in caſibus in quibus ſententia non tranſit in iudicatum.*
4 *Per reſtitutionem in integrum.*
5 *Per viam nullitatis.*
6 *Appellatio alia eſt extraiudicialis, alia iudicialis.*
Extraiudicialis appellatio eſt ab illato ſeu futuro grauamine ſiue ab electionibus, & alijs extraiudicialibus actibus ad ſuperiorem qui poteſt adiri per querelam prouocatio.
7 *Regulariter non eſt licita appellatio ab actibus extraiudicialibus.*

Digitized by Google

8 Non habet regulariter vim citationis interpoſita à futuro grauamine.

9 In ea non requiritur expreſſio cauſæ vel perſonæ.

10 Sufficit quod fiat ex veriſimili cauſa & poſtea ſubſequatur grauamen.

11 Non operatur retractationem attentatorum niſi ſpecialis cauſa grauaminis fuerit expreſſa & probata.

12 Habet vim citationis quando fit à grauamine illato extra iudicium in beneficialibus & aliis actibus in quibus appellatio à iure permittitur.

13 Interponenda eſt infra decem dies in ſcriptis cauſa expreſſa, petitis apoſtolis in præſentia iudicis vel prælati grauamen inferentis, vel eius procuratoris in cauſa ſpecialiter conſtituti, vel eorum alteri legitime intimari.

14 Quod ſi appellatus abſit & procurator ſpecialis non reperiatur, quomodo fieri debeat intimatio.

15 Quando interponitur per procuratorem requiritur ſimilis procuratorij intimatio.

16 Appellans debet eam finire & proſequi intra annum.

17 Multos operatur effectus deuoluit cauſam.

18 Limita quando interponitur cōtra pacificum poſſeſſorem aut eum qui habuit gratiam ſine collationem & ab ea ſuiſque proceſſibus appellatur.

19 Poteſtatem eius à quo appellatur ſuſpendit ſed non ſuſpendit factum de præterito, nec etiam id quod eſt omnino conſecutiuum ad ius explicitum de præterito.

20 Reuocationem attentatorum operatur quæ fiunt poſt & contra appellationem probata veritate cauſæ in fauorem appellati, contra appellantem vero indiſtincte reuocantur.

21 Non inducit litis pendentiam.

22 Proſequenti appellationem extraiudicialem non obſtat exceptio excommunicationis.

Impedit quod alius iudex non cognoſcat de illo ſuper quo fuit appellatum.

23 Iudicialis appellatio eſt à minore iudice ad maiorem prouocatio.

24 Suſpendit omnia quæ ipſam appellationem tangunt.

25 Reſcindit ſententiam & reducit ad ſtatum in quo erat poſt litis conteſtationem.

26 Eximit appellantem à iuriſdictione iudicis à quo in illa cauſa.

27 Tollit præſumptionem iuſtitiæ quæ eſt pro ſententia.

28 Deuoluit cognitionem & executionem ad iudicem ad quem.

29 In ſententiis cenſurarum operatur effectum deuolutiuum non ſuſpenſiuum.

30 A quibus appellare non licet.

31 Appellari debet infra decem dies à die ſententiæ.

32 Ab Interlocutoria iure ciuili non appellatur, ſed à definitiua cuiuſcunque iudicis.

33 à Delatione iuramenti litis deciſorij ab eo contra quem iuratum eſt.

34 Iure Canonico à definitiua interlocutoria & omni grauamine permiſſa eſt appellatio niſi reperiatur prohibita.

35 Quæ regula limitatur octo modis.

36 Appellatio ſemper eſt admittenda quando complicātur duæ cauſæ, quarum vna admittit appellationem, altera non.

37 Appellatio eſt de appenditiis illius inſtantiæ cuius eſt ſententia à qua interponitur.

38 Appellare qui poſſint.

39 Appellatio eſt communis vtrique parti, etiamſi vna pars tantum appellauerit.

40 Limitatur dicta regula tribus modis.

41 Appellans an poſſit renunciare appellationi interpoſitæ à definitiua vel ab interlocutoria ſententia inuito appellato.

42 Appellandum eſt vtroque iure ad ſuperiorem iudicem gradatim.

43 Ad ſummum Pontificem valet appellatio omiſſis mediis.

44 Ad quatuor patriarchas principales in omnibus prouinciis eorundem iuriſdictioni ſubiectis omiſſis mediis prouocatur.

45 Ad legatum à latere in prouintia ſibi decreta.

46 A Delegato appellatur ad delegantem.

47 A Subdelegato à delegato principis, ad quem ſit appellandum.

48 Appellatio interponi debet coram iudicibus vel maiore parte ipſorum ſi plures ſint ſeparatim vel coram iudice qui ſententiam tulit.

49 A Definitiua incontinenti ſufficit viua voce appellare, alias in ſcriptis appellandum eſt.

50 Ab Interlocutoriis habentibus vim definitiuæ poteſt etiam incontinenti appellari.

51 A mere interlocutoriis vel grauamine extrà iudicium à iudice illato vel comminato, cum qua ſolemnitate ſit appellandum.

52 Iudicis à quo appellatur officium.

53 Apoſtoli ſunt pars & de ſubſtantia appellationis.

54 Appel-

Digitized by Google

54 *Appellant continuans iudicium coram iudice, à quo videtur appellationi interpoſita renunciare.*

55 *Annus datur ad inchoandam ac exercendam appellationem, ſed iudex à quo quando admiſit appellationem immo ipſe appellans poteſt ſibi præfigere terminum infra quem ſe præſentet coram iudice ad quem & appellationem proſequatur.*

56 *Appellanti à definitiua iuxta ſtylum Curiæ Romanæ dantur apoſtoli reuerentiales cum termino decem dierum in forma.*

57 *Ex fatalium curſu ſiue à iure ſiue ab homine præfixo quænam deducantur.*

58 *Iudex à quo non poteſt ſtatuere appellanti terminum breuiorem ad finiendam appellationem.*

59 *Appellanti an currant fatalia quando formauit libellum ineptum vel conſtituit procuratorem non idoneum.*

60 *Iudicis ad quem appellatum fuit officium & in appellatione iudiciali diſtinguuntur quatuor caſus circa decernendam inhibitionem & cognitionem principalis negotij.*

61 *In appellatione extraiudiciali quid iuris ſit.*

62 *Secundo ad offitium iudicis ad quem pertinet reuocatio attentatorum.*

63 *Appellationis cauſæ imponitur exordium vna tantum parte præſente, dummodo interueniat citatio alterius.*

64 *Appellans, ſeu alias ob lapſum biennij ad alium iudicem recurrens, tenetur ſuis expenſis acta transferre et reproducere parte citata.*

65 *Appellans appellationem iudicialem et extraiudicialem vſque ad finem peragere debet infra annale tempus et ex cauſa impedimenti in primo fatali infra biennium.*

66 *Appellatus ante vltimum menſem biennij proſequi poteſt, ſed non petere definiri.*

67 *Neutro comparente poſt ſecundum fatale permanet ſententia rata et appellans cadit de appellatorio iuuamine.*

68 *Sententia ſuper deſertione, an ſit definitiua vel interlocutoria.*

69 *Appellationis fatalia an poßint prorogari.*

70 *Appellationis iudex debet pronunciare primam ſententiam iuſtam vel iniuſtam.*

71 *Appellationis iudex, ſiue ordinarius ſit, delegatus principis, aut vnus ex Rota auditoribus, an et quando ſuam ſententiam exequatur.*

72 *De Nullitate cognoſcitur excipiendo et agendo, aut incidenter aut principaliter et de per ſe.*

73 *In cauſa nullitatis quis ſit iudex competens.*

An debeat præmittere cognitionem ſuper nullitate antequam poßit cognoſcere de negotio principali.

74 *Nullitas quandoque principaliter proponitur cum ipſa appellatione vtpote appellans dixit ſententiam nullam et ſi eſt aliqua appellauit, et deſerta appellatione non cenſetur deſerta nullitas.*

75 *Limita tribus modis.*

76 *Appellatione deſerta licet cauſa nullitatis remaneat primi iudicis officium non impeditur in executione ſententiæ niſi ex parte illius qui proponit nullitatem nihil ſit probandum.*

77 *Nullitates quæ attenduntur in Romana Curia.*

78 *De Nullitate trium conformium aut alicuius ex eis nullatenus agi poteſt donec huiuſmodi ſententiæ plenariæ executioni fuerint demandatæ.*

79 *Recuſari qui iudices poßint.*

80 *Recuſationum cauſæ.*

81 *Recuſatio proponi debet in principio.*

82 *Recuſari poteſt Ordinarius etiam ſi cauſam delegauerit in totum antequam fuerit recuſatus.*

83 *Quid iuris ſit in iudice dato à ſede apoſtolica.*

84 *Recuſans Ordinarium aut delegatum à Papa cauſas coram iudice debet allegare et cum aduerſario arbitros eligere, et quomodo ſit procedendum.*

85 *Quid iuris ſi plures ſint delegati à ſede apoſtolica.*

86 *Aut recuſetur ſubdelegatus à delegato Papæ.*

87 *Delegatus ab Epiſcopo vel officiali epiſcopi.*

Vicarius Epiſcopi.

88 *Locus iudicij et notarius poſſunt ſuſpecti recuſari abſque expreßione cauſæ.*

89 *Recuſatio an et quando pariat nullitatem actorum.*

90 *Delatio eſt quando iudex de iure dubitans refert cauſam ad principem vel ad Præſidē de iure conſulens.*

91 *Fieri debet poſtquam eſt concluſum in cauſa.*

92 *In Relatione facienda quænam requirantur.*

93 *A Relatione ſiue literis quæ mittuntur principi poteſt appellari.*

94 *Relatione facta à ſententia lata ſecundum conſilium principis poteſt appellari.*

APPELLATIO effectus ſententiæ & iuriſdictionem judicis in illa cauſa ſuſpendit, cognitionemque cauſæ deuoluit. Similiter recuſatio & relatio iuriſdictionem iudicis ſuſpendunt, eamque

eamque deferunt ad ſuperiorem, ideo poſt titulum de ſent. & re iud. ſubijcitur hic titulus, ad euitandam rubricarum multiplicitatem. Impu-
1 gnatur† ſententia quinque modis, Primo per appellationem, & tertio appellare non licet, *Tit. C. ne liceat in vna eademque cauſa 3. prouocare Franc. in c. directe n. 3. & ſeqq. hoc tit.* Eſt de ordinatorijs iudicij, & propterea in ea ſeruandum eſt forum in quo litigatur, *Mar. in c. quod clericis n. 4. de for. compet. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ n. 42. de conſtit. Iaſ. in l. cunctos populos n. 56. & ſeqq. C. de ſum. Trinit. & fid.*
2 *cath. Achil. dec. 12. de appel.* Secundo † per ſupplicationem videlicet, quando lata eſt à principe vel ab alio à quo non licet appellare, *l. à proconſulibus §. à præfectis C. de appellat. l. 1. ff. à quib. appell. non licet,* & 2. ſupplicare non licet: *l. ſi quis & auth. ibi poſita C. de precib. imper. offer. &c.* porrecta principi deuoluit: *Auth. quæ ſupplicatio C. de precib. imper. offer. &c. Io. And. in c. ex litteris n. 9. 14. & 15. de in integ. reſtit. Achil. dec. 5. hoc tit.* tollitur poteſtas ſupplicandi, non decendio, ſed biennio: *l. 1. C. de ſent. præf. præt.* de lapſu decem dierum diſtinguitur, quoad exactionem cautionis; quia ſi infra decem dies ſupplicatum eſt, non mandatur ſententia executioni, niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit tantum reſtitui cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur: ſi vero poſt decem dies ſupplicetur, ſine fideiuſſione mandatur ſententia executioni, eiuſdem retractationis iure reſeruato, *d. auth. quæ ſupplicatio auth. vt ſponſalitia largitas §. aliud quoque coll. 9. l. vnica C. de ſent. prof. præt. Ioan. Andr. in d. c. ex litteris*
3 *n. 15.* Tertio per† querelam in caſibus in quibus ſententia non tranſit in iudicatum, præmiſſa ſummaria, per iudicem, qui aditur cauſæ cognitione de iniuſtitia & errore commiſſo in ſententia, *Pan. in c. conſanguinei num. 7. in fin. de re iud.* vt ſententia excommunicationis, & cuiuslibet cenſuræ eccleſiaſticæ quoad effectum it retractabilem, poteſt enim retractari etiam poſt mille annos: *cap. fin. de pœn. c. ad reprimendam & ibi glo. in verb. ſuſpendatur & Pan. n. 6. & Can. de offic. ord. Fel. in d. c. conſanguinei n. 2. vbi ponit 4. fall.* Ac lata in quacunque materia, in qua tranſitus in rem iudicatam induceret peccatum, *c. lator c. conſanguinei de re iud. glo. fi. in c. inter monaſterium poſt princ. & Fel. in c. lator nu. 15. eod.* ſeu prætextu iuramenti neceſſarij, *l. admonendi ff. de iureiur.* aut lata ſit ſuper ætate ex aſpectu, *l. minor 25. annis adito ff. de minor. &c.* ſiue in cauſa matrimoniali, *c. non debet in fine de conſang. & affin. Prepoſ. in c. lator nu. 3. qui fil. ſint legit. vbi diſtinguit inter cauſam mat. & legitimit. & Can.* aut beneficiali, *c. conſtitutus de appel. & ibi Franc.* ſiue alijs caſibus cumulatis per Roman. *in repet. l. admonendi n. 34. & pluribus ſeqq. ff. de iureiur. & per Marant. in Speculo aureo part. 6. in verb. & demum fertur ſententia. n. 128. & ſeqq.* vel lata ſit ſuper illicito, & prohibito à iure, non remiſſibili de conſenſu partiũ: *l. ſi ſponſus §. ſi vxor ff. de donat. inter vir. & vxor.* vt ſi vxor vel maritus donationis cauſa exceptione ſummoueri voluerit, aut quis confeſſus fuerit debitum vſurarium eſſe verum debitum, *Bartol. & Bald. in d. §. ſi vxor Fel. in c. lator in fine hoc tit.* Quoad alios effectus ſententia in ſupradictis caſibus tranſit in rem iudicatam, quemadmodum & aliæ ſentẽtiæ: debet enim appellari infra decem dies, alias poſt decendium præſumitur pro iuſtitia ſententiæ, & transfertur onus probandi in querelantem, *Pan. in d. c. conſanguinei n. 10.* & non auditur (verbi gratia) excommunicatus appellando, *gloſſ. in c. ad reprimendam in verb. ſuſpendatur & ibi Can. de offic. ordin.* audietur ergo poſt decendium per viam querelæ, ſed non apud eum iudicem, qui non poteſt adiri, niſi per appellationem, ideo ſi epiſcopus tulit ſententiam in ſubditum ad petitionem alterius ſubditi, non poteſt excommunicatus poſt decendium querelare apud archiepiſcopum, quia archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum epiſcopi regulariter, niſi per appellationem, *c. paſtoralis de off. ord. cap. venerabilibus in princ. de ſent. excommunic. in 6. dictum eſt ſupra tit. de off. ordin.* Quod limita niſi ex nouo grauamine, quia excommunicatus petit abſolutionem poſt decendium, & epiſcopus iniuſte abſolutionem denegat, tunc enim poterit ex nouo grauamine appellari ad archiepiſcopum, *d. c. ad reprimendam de off. ord. Pan. in d. c. conſanguinei ſub n. 9. verſ. quod limita,* Item non audietur poſt decendium ſuper eo propter quod fuit excommunicatus, vnde excommunicatus pro contumacia non audietur, volens ſe defendere ſuper contumacia, ſeu ſuper expenſis, quæ debentur ratione contumaciæ, videtur enim acquieuiſſe ſententiæ non appellando, *Ioan. And. in d. c. venerabilibus in gloſſ. ſuper verb. querimoniam Pan. in d. c. conſanguinei nu. 9.* Quarto
per † inſtitutionem in integrum, *ſuo loco dictum* 4
eſt, de qua idem iudex cognoſcit, *l. perfecti ff. de minor.*

minor. &c. Sed in prioribus caſibus, idem iudex non cognoſcit, l. eos 1. C. hoc tit. quia in illis arguitur ſententia iniuſtitiæ, aut iudex erroris & imperitiæ: in integrum vero reſtitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionis allegationem contiuet, d. l. præfecti ff. de minor. &c. In ea ſeruandus eſt ordo iuris, dandus libellus, & lis conteſtanda, ſi vtraque pars ſit præſens, & iudex altera parte abſente, de reſtitutionis cauſa aduerſus ſententiam non cognoſcit, quia cauſa eſt plenaria ex qua infertur graue præiudicium parti victrici, & requiruntur plenæ probationes, Pan. in c. tum ex litteris n. 15. & 16. de in integ. reſtitut. & ibi Can. Mynſ. obſ. 49. cent. 1. Quinto per
5 viam † nullitatis de qua idem etiam iudex cognoſcit, l. ſi præſes C. quom. & quand. Iud. &c. 35. q. 9 in ſumma & ibi gl. mag. verſ. notandum Bart. in l. eos 1. C. hoc tit. n. 2. & 3. Capic. deciſ. 1. n. 24. & ſeq. Ap-
6 pellatio alia † eſt extraiudicialis, alia iudicialis, inter quas tredecim ſunt differentiæ, Pan. in c. bona mem. num. 7. & ſeq. hoc tit. Prepoſ. nu. 54. & 55. Ancbar. in c. concertationi poſt n. 1. eodem in 6. & vtrobique DD. Extraiudicialis eſt ab illato ſeu futuro grauamine, ſeu ab electionibus poſtulationibus prouiſionibus, & alijs quibuslibet extraiudicialibus actibus, ſiue fiant à iudice, ſiue à priuato, glo. 1. in d. c. concertationi hoc tit. in 6. ad ſuperiorem qui poteſt adiri per viam querelæ, Pan. in c. dilecti filij el 2. n. 6. de appel. & ibi Can. Mynſing. obſ. 43. circa med. cent. 4. Bart. in l. fin. ſub n. 7. verſ. tertio caſu ff. de appel. recip. Prouocatio, cap. cum ſit Romana § ſi vero & ibi gl. in verb. nec ſolent & d. c. concertationi hoc tit. in 6. admittitur generalis & incerta, tam reſpectu perſonarum contra quas appellatur, quam grauaminis, d. c. 60. me: & ibi Pan. nu. 9. verſ. ſexta differentia Rot. deciſ. 32. hoc tit. in antiq. licet à futuro grauamine iudiciali non poſſit quis appellare niſi exprimat grauamen de præſenti, Pan. in c. 1. nu. 3. 46. de dilat. large dicitur appellatio, nam potius eſt quædam prouocatio ad cauſam, d. c. cum ſit Romana §. ſi vero & d. c. bonæ & vtrobique Can. hoc tit. ideo Camera Imperialis non recipit appellationes extraiudiciales contra eos aduerſus quos nõ habet iuriſdictionẽ immediatam quia ſicut non poſſunt citari, ita quoque per appellationem extraiudialem prouocati non tenentur venire, Mynſing. obſ. 43. verſ. quid autem cent. 4. Gail. obſ. 120. lib. 1. vbi diſtinguit, Præpoſitus in c. bonæ memoriæ enumerat duodecim requiſita in hac appellatione, à num. 20. vſque ad num. 32. pro clariori intelligentia diſtinctio eſt adhibenda, ab actibus
extraiudicialibus † qui pertinent ad ſingulos & 7
qui litem non finiunt cæptis & perfectis ſeu cæptis tantum niſi timeantur perfici non eſt licita appellatio ſed prodita ſunt alia remedia vt quod indebite factum eſt tollatur, c. concertationi hoc tit. in 6. & ibi Can. Bart. in l. fin. num. 7. ff. de appel. recip. Innoc. in c. 1. ſub nu. 3. verſ. tamen vt quidam dicunt de his quæ fiunt à maiori par. cap. ſpeciale eſt in nunciatione noui operis quod facta nunciatione extra iudicium ſi quid attentetur contra deſtruatur ſolum ex hoc quia attentatum eſt contra nunciationem abſque alia appellatione ſeu prouocatione, c. 1. § 1. & 2. ff. de nou. oper. nunc. & ibi DD. Bar. in l. fin. ſub num. 4. verſ. hoc premiſſo & ſub num. 7. verſ. ſecundo caſu ff. de appel. recip. In appellatione à futuro comminato grauamine extra iudicium à parte ad ſuperiorem cuius officium poteſt implorari
interpoſita quæ regulariter † non habet vim ci- 8
tationis & non inducit neceſſitatem comparendi, ſeu proſequendi abſque noua citatione, c. cum ſit & ibi gl. in verb. nec ſolent & Can. hoc tit. Innoc. in c. dilecti poſt num. 2. de maior. & obed. Franc. in c. bonæ ſub num. 1. verſ. ſed conclude hoc tit. pulchre Bart. in l. fin. ſub num. 7. verſ. tertio caſu ff. de appel. recip. non
requiritur † expreſſio cauſæ aut perſonæ valetque 9
appellatio generaliter interpoſita ne quis eum ſuper poſſeſſione præſumeret moleſtare appello ad ſuperiorem vt faciat mihi iuſtitiam ac ſufficit
quod huiuſmodi appellatio fiat ex probabili † & 10
veriſimili cauſa, & quod poſtea ſubſequatur grauamen quo ſubſequuto præſumitur appellantem habuiſſe iuſtam cauſam appellandi, cap. bonæ hoc tit. & ibi Prepoſ. num. 5. & 6. & ſub n. 10. Franc. num. 4. & ſub num. 17. & Can. Rot. dec. 32. hoc tit. in antiq. reſpectu validitatis appellationis non requiritur expreſſio cauſæ cum ſit parui effectus
ſed quoad † effectum obtinendi retractationem 11
attentatorum debet ſpecialis cauſa grauaminis exprimi & probari, Pan. in c. cum ſit num. 20. in fin. & ibi Can. de appel. Prepoſ. in d. c. bonæ ſub numer. 20. verſ. fallit & Can. Dec. in l. fin. ſub nu. 1. ff. de app. recip. Appellatio vero extraiudicialis à grauamine extra iudicium illato ſiue à parte ſiue à iudice, d. cap. concertationi & ibi gl. in verb. extraiudicialibus Gail.
obſ. 120. lib. 1. quæ † habet vim citationis in bene- 12
ficialibus, Franc. in c. 60. me: ſub num. 17. hoc tit. & in d. c. concertationi ſub num. 6. & alijs actibus extra-

iudicia-

Digitized by Google

iudicialibus qui fiunt per modum cuiuſdam iuriſdictionis vt electiones ad officia etiam ſæcularia & illis quæ fiunt inter plures ad quos ſpectat aliquid facere vt vniuerſos necnon ab actibus qui pertinent ad ſingulos & qui imponunt finem liti *Bart. in l. fin. n. 4. ff. de appel. recip. vbi oſtendit ius ciuile cum Can. concordare per l. à ſententia §. idemq; reſcripſit ff. de appel. text. in c. concertationi hoc tit. in 6.* à quibus non poſſunt appellare partes quarum conſenſu à lite receditur, ſed alij qui læduntur, à parte, interponenda eſt † infra decem dies
13 à die grauaminis vel à die ſcientiæ illati grauaminis, *d. c. concertationi*, in ſcriptis cauſa appellationis aſſignata & petitis Apoſtolis, *c. conſtitutus el 1. hoc tit. c. cordi eodem in 6. Rot. dec. 54. hoc tit. in nou. c. quamuis de elect. in 6.* in præſentia iudicis vel Prælati inferentis grauamen quando eius præſentia haberi poteſt, *c. appellatio & ibi gl. in verb. iudici hoc tit. in 6. Franc. in d. c. bona in 7. & 8. q. hoc tit.* aut in præſentia appellati vel eius Procuratoris in ipſa cauſa ſpecialiter conſtituti vel coram Capitulo in quo eſt Aduerſarius, *Achil. dec. 16. hoc tit. Clem. cauſam circa fin. verſ. nec cauſa de elect. & ibi Can.* aut eorum alteri in beneficialibus intra menſem ab interpoſitione eius vel poſt lapſum ipſius menſis debet, quam cito commode fieri poterit legitime intimari porrecto ſibi ſub ſcriptura authentica, licet tenor non legatur, vel perlecto & oſtenſo illius tenore & data appellato nuda & ſimplici copia niſi petat eam ſub manu publica ſibi tradi quia tunc requiritur quod ſic ſibi tradatur, in alijs actibus extraiudicialibus in quib. à iure permittitur appellatio, ſed non ſtatuitur certus terminus ad comparẽdum coram iudice ad quem fuit appellatum cautela eſt, quod fiat ſimilis intimatio appellationis tali tempore quod poſſit appellationum ſtatuta tempora obſeruare alias non arctat appellatum ad aliquid ad quod arctaretur ſi eſſet ei intimatio facta, *Lap. alleg. 38. n. x. Imol. in clem. 1. n. 10. & 11. hoc tit.* vel quod appellatione admiſſa Iudex ad quem citet appellatum, *Imol. in*
14 *clem. cauſam n. 38. de elect.* quod ſi appellatus † abſit & Procurator ſpecialis non reperiatur debet intimari in domo ſolitæ habitationis appellati vel ſi domus eadem in remotis exiſtat in eccleſia cathedrali in cuius Ciuitate vel diœceſi conſiſtit beneficium & vtroque caſu in eccleſia ſeu beneficio, de quo agitur publicari tradique appellationis copia authentica ſi petita fuit ipſi appellato & ex interpretatione Rotæ ſi agatur de parochiali, aut beneficio requirente reſidentiã ſufficit appellationem publicari in parochiali & cathedrali Eccleſia, nec alia diligentia fiat de appellato perquirendo, quia tale beneficium pro domicilio reputatur, *Rot. dec. x. hoc tit. in nou. c. ex tua & ibi Can. notant de cleric. non reſid.* Si propter appellati aut ſuorũ metum intimatio fieri nequeat vt præfertur, appellatio ipſa in aliquo loco publico viciniori ſolemniter debet publicari, quod ad appellati vel eius Procuratoris notitiam veriſimiliter poſſit peruenire, intimatio aliter facta omni caret iuris effectu niſi ad appellatum eius plena & certa notitia intra tempus præfatum aliter peruenerit, *l. cauſam de elect. & ibi gloſſ. & Can. Rot. dec. 26. hoc tit. in nou. & diuerſ. dec. 486. num. 4 & 5. par. 1. & diuerſ. deciſ. 2. & 3. lib. 1. part. 3.* Præterea requiritur † ſimilis procuratorij ſub forma 15
authentica intimatio, quando appellatio extraiudicialis interponitur per Procuratorem, *Rot. diuerſ. dec. 2. par. 3. lib. 1. Creſcent. deciſ. 34. hoc tit. Bellam. dec. 58. ſas tol. dub. 35. d. clem. cauſam §. verum & §. ſeq.* & ſi mandatum non eſt validum non valet appellatio etiamſi poſtea oſtenderet validũ mandatum, *Achil. dec. 10. hoc tit. Felin. in c. cum de officij num. 35. de præſcript.* Intimatio appellationis interpoſitæ & mandati Procuratoris poteſt fieri per quemcunque dummodo appellatio ſit legitima, etiam per non habentem ſpeciale mandatum, quia per intimationem, quod acquiſitum eſt ad effectum perducitur, *arg. l. mora poſt princ. ff. de vſur. l. item veniunt §. petitam ff. de petit. hered. Rot. dec. 18. in nou. & Achil. dec. 9. hoc tit. licet Rot. dec. 3. eodem in antiq. videatur tenere contrarium*, Debet appellans † eam proſequi & finire intra annum 16
à die interpoſitionis ipſius vel à die illati grauaminis vbi à futuro grauamine appellatum fuit alioquin impedimento ceſſante appellatio cenſetur deſerta, *c. conſtitutus hoc tit. cl licet de appel.* Plures producit † effectus enumeratos à Præpoſit. *in* 17
c. bon. men. num. 32. hoc tit. deuoluit cauſam ad Romanam Curiam vel alium ſuperiorem proximũ ad quem fuit appellatum, nam quoad effectum deuolutionis & quoad cæteros alios effectus, quos operatur appellatio de quibus per DD. *in c. bona hoc tit.* actus extraiudiciales tranſeunt in iudicatum poſt decem dies, ſed lapſus decem dierum non nocet quando per alia remedia poterit quis retractare grauamen extraiudiciale coram

ſuperiore, *c. concertacioni & ibi Franc. ſub numer. 6. verſ. ſuper quo aduerte hoc tit. in 6. & Can. l. ſicut hoc tit. Innoc. in c. 1. de hiis qua fiunt à maior. parc. Cap. & Can. Bart. in l. fin. num. 6. ff. de appel. recip.* item habet vim peremptoriæ citationis, ita quod non veniens in termino iuris habeatur contumax & poſſit procedi per contradictas, *d. l. cauſam §. pen. & ibi gl. in verb. deuoluta & Pan. in cap. cum nobis ſub num. 8. verſ. ſed dicas tu de elect. c. 1. eodem in 6. c. ſæpe de appel.* in cauſis beneficialibus & prophanis in quibus d. l. cauſam locum non habet, *Pan. in cap. cum ſit num. 23. hoc tit. & ibi Can. Achil. deciſ. 17. de dol. & contum.* Sed obſeruantur tempora appellationis, iuxta Clem. *ſicut appellationem hoc tit. Bart. in d. l. fin. nu. 6. ff. de appel. recip.* infra annum quandocunque tam contra appellatum non venientem quia quoad eum appellatio habet vim citationis & arctat eum ad eundum & mittendum Procuratorem ad Curiam, *d. cl. cauſam §. pen. & ibi gloſſ. in verb. deuoluta & Can. Roc. dec. 21. hoc tit. in nou.* quam contra appellantem non venientem quem c. 1. de elect. in 6. citat & arctat ad eundum & mittendum, imo appellatus appellationem ſibi non intimatam inuito appellante proſequi poteſt dummodo de appellatione conſtare faciat, & procedere in abſentia appellantis per audientiam contradictarum, quia intimatio introducta eſt in fauorem appellati & non appellantis qui propriam appellationem ignorare nō poteſt, *Rot. dec. 1. de elect. in nou. & dec. 6. hoc tit. in nou. quæ approbat opinionem Ioann. Andr. in d. cl. cauſam in verb. deuoluta caſtol. dub. 12.* Appellans condemnatus non poteſt ab huiuſmodi ſententia appellare, *Rot. dec. 53. hoc tit. in nou. c. cum in fin. princ. iuncto c. fin. § ſunt etiam 2. q. 6.* & condemnatur in expenſis, *c. reprehenſibilis & ibi poſt gloſſ. Franc. num. 10. & Can. hoc tit.* Appellatus in contumaciam condemnatus non prohibetur appellare, *Rot. dec. 22. hoc tit. in nou. gloſſ. pen. in cl. cauſam de elect. & ibi Zab. in §. intimatio num. 8. & Can. gloſſ. fin. in cl. ſi ante de dol. & contum. & ibi Can.* quia maior eſt contumacia appellantis quam appellati, *c. cauſam c. proue de dol. & contum. c. 1. eod. in 6.* Idem obtinere videtur in appellatione extraiudiciali ab actibus extraiudicialibus prophanis in quib. ea permittitur in præſentia appellati interpoſita vel eo abſente, ſed ſibi legitime intimata tali tempore quod poſſit appellationum ſtatuta fatalia obſeruare, *Lap. alleg. 38. numer. 10. in fin. Bartol. in d. l. fin. numer. 4. & ſeqq. ff. de appel. recip. Gail. obſ. 120. lib. 1.* Limita quia appellatio extraiudicialis etiam intimata, &c.

Limita quia appellatio extraiudicialis etiam intimata non deuoluit, nec habet vim citationis, quando is contra † quem interponitur erat pa- 18
cificus poſſeſſor, aut habuit gratiam, ſiue collationem, & ab ea & ſuis proceſſibus appellatur, quod poſt collationem, aut pacificam poſſeſſionem forma vel perſona non poteſt per modum exceptionis impugnari, ſed tantum perſona poteſt accuſari. *Ach. deciſ. 5. hoc tit. Oldrad. conſ. 275. c. conſtitutis §. fin. hoc tit. c. accedens de accuſ. Rot. deciſ. 44. hoc tit. in nou.* Secundo, appellatio extraiudi-
cialis ſuſpendit poteſtatem † eius, à quo appella- 19
tur, *Prapoſ. in c. bona mem. num. 33. hoc tit. & ibi Can.* ſed non ſuſpendit factum de præterito, nec etiam id quod eſt omnino conſecutiuum, ad ius explicitum de præterito, *c. conſtitutis el. 2. hoc tit. & ibi DD. Pariſ. conſ. 172. nu. 12. vol. 4.* & ideo in appellatione extraiudiciali inhibitio non eſt decernenda quia reſpicit tantum futura ne indebite moleſtetur, *Gail. obſer. 120. ſub num. 5. in fine lib. 1.* vt ſi ordinarius extraiudicialiter, & ſummarie inſtituit, vel confirmat electionem ex officio, nullo contradictore apparente, quia talis ſententia cenſetur interlocutoria, appellatio ab ea interpoſita non facit poſſeſſionem poſtea captam eſſe attentatam, ſecus quando ante inſtitutionem lis pendebat ſuper inſtitutione, & confirmationi faciendæ ſe oppoſuit coelectus vel contradictor, quia tunc cenſetur definitiua & poſſeſſio capta tanquam attentata reuocatur. *Gemin. in c. auaritiæ ſub nu. 7. verſ. ſecundus caſus & verſ. ſeq. de elect. in 6. & Ioan. And. in gl. ſuper verb. pœnam & Can Franc. in c. conſtitutis el. 2. num. 9. hoc tit. Cancell. de attent. cap. 12. limit. 49. allegans deciſ. Rota*
parc. 1. Tertio, omnia attentata † poſt appellatio- 20
nē extraiudicialem, quæ fiunt poſt & contra appellationem, *Pan. in c. cum nobis num. 7. & ſeqq de elect. per illum text. & Can.* reuocantur non indiſtincte, ſed iuſtificata appellatione, & probata veritate cauſæ, *c. non ſolum §. illa hoc tit. in 6. c. conſiderauimus & ibi not. c. cum inter el. 3. de elect. & ibi Can. Innocent. in c. dilecti ſub num. 3. de maior. & obed. Dec. in c. bona numer. 17. & 18. hoc tit. & ibi Franc. numer. 29 & ſeqq. Achil. deciſ. 32. & 34. & Rot. deciſ. 38. in fine eod. in nou. Couar. pract. quæſt. cap. 24. nu. 5.* aut eiuſdem veriſimilitudine & probabilitate.

Pan. in

Digitized by Google

Pan. in c. cum nobis ſub nu. 8. verſ. item eſt alius effectus de elect. Pan. in c. bona memoria numer. 7. hoc tit. in fauorem appellati, contra appellantem etiam ante iuſtificationem cauſæ appellationis, quia non poteſt dare de iniuſtitia appellationis propriæ: Achil. deciſ. 34 n. 5. hoc tit. Innoc. in c. 2. de reſcript. num. 3. in fine. geſta autem poſt appellationem iudicialem indiſtinctè reuocantur: ratio diuerſitatis eſt quia in factis poſt, ſed non contra appellationem extraiudicialem, appellans non opprimitur in iure ſuo imo opprimitur appellatus, ſi non poſſet vti iure ſuo, Pan. in d. c. cum nobis num. 7. & 8. de elect. & ibi Can. Speciale eſt in electionibus cathedralium, & regularium eccleſiarum, vt quidquid factum fuerit poſt, & cõtra appellationem, etiam extraiudicialem ex cauſa probabili emiſſam, ſit ipſo iure nullum, c. ſi poſtquam de elect. in 6. ſecus eſt in electionibus inferiorum eccleſiarum, Ioan. Monach. in d. c. poſtquam num. 1. & ibi Ioan. Andr. & Can. Quarto, non indu-
21 cit † dummodo cauſa non ſit commiſſa, eaue commiſſa & poſtea deſerta. Mohed. deciſ. 7. & 8. de cauſ. poſſeſ. & prop. Clem. cauſam & ibi gl. in verb. deuoluta in fine ibi vel ſi Papa ad Curiam citare vellet. appellata de elect. litiſpendentiam, quoad Clem. 2. vt lit. pend. regulam de ſurrogandis; impediendam collationem ordinarij; Ioan. Andr. in c. 2. in gl. ſuper verbo. ad ſedem in fine de præb. in 6. Franc. in c. bon. mem. nu. 27. hoc tit. Rot. deciſ. 69. eod. in antiq. & deciſ. 25. num. 2. & 5. de reſcript. in non. Caſſad. deciſ. 1. num. 6. hoc tit. Bellam. deciſ. 748. aut regulam de triennali, ſi poſt deſertionem poſſeſſor maneat in poſſeſſione per triennium, Mohed. d. deciſ. 8. in fine de cauſ. poſſeſ. & propriet. Clem. ſicut appellationem in fin. de appell. l. fin. §. illud C. de temp. & reparat. appell.
22 l. quoniam 1. C. hoc tit. Quinto, proſequenti † appellationẽ extraiudicialem non obſtat exceptio excommunicationis, c. cum inter de except. ſi autem non appellaſſet ſed tantum per ſimplicem quærimoniam iret ad ſuperiorem, obſtaret ſibi exceptio excommunicationis. pulchre Innoc. in c. dilecti ſub n. 3. de maior. & obed. Sexto, impedit quod inferior iudex non cognoſcat de illo ſuper quo fuit appellatum & quod non valeant litteræ ab aliqua partium ſuper eodem negocio impetratæ niſi fecerit mentionem de appellatione, Innoc. in c. 1. poſt num. 1. de his quæ fiunt à maior. par. cap.
23 Iudicialis † appellatio eſt à minore iudice ad maiorem, c. omnis oppreſſus. c. placuit. 2. quæſt. 6. prouocatio operatur duos effectus ſuſpenſiuum, c. venientes de iureiur. c. paſtoralis §. præterea & c. fin. de offic. deleg. c. paſtoralis §. fin. hoc tit. & ibi glo. in verbo dormitaſſe. & deuolutiuum, c. non ſolum c. ſi à iudice de appell. in 6. Prapoſ. in rub. de appell. à num. 69. vſq; ad 82. enumerat 12. effectus appellationis. fuſius me explico. Suſpendit † omnia quæ ipſam appella- 24
tionem tangunt, & inde dependent, c. ſuper eo 1. hoc tit. d. c. venientes. nedum ea quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed etiam voluntariæ, vnde bonorum poſſeſſio pendente appellatione à ſententia lata in cauſa falſi teſtamenti non poteſt agnoſci: l. 1. & ibi Bald. n. 1. & ſeqq. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. l. generaliter §. 1. verſ. ſin autem & verſ. ſeqq. C. de reb. Cred. ſecus ſi eſſent omnia ſeparata, l. creditor mandatorum ff. mandati l. chyrographis §. fin. ff. de adminiſt. tut. Secundo, reſcindit † ſenten- 25
tiam & reducit ad ſtatum, in quo erat, poſt litis conteſtationem, effectum autem litiſconteſtationis non reſcindit, vnde in cauſa appellationis exceptiones dilatoriæ non poſſunt opponi, peremptoriæ omnes poſſunt opponi, l. ita demum & ibi Bart. n. 3. C. de proc. 1. ad audientiam el. 2. & ibi Pan. n. 9. de reſcr. & vtrobiq; Can. & pōt ſententia impugnari, & iuſtificari ex nouiter deductis. c. per tuas Clem. appellanti hoc tit. & ibi DD. notāt. l. eos 1. §. 1. C eod. l. per hanc. C. de temp. appell. Tertio, † eximit 26
appellantẽ à iuriſdictione iudicis à quo, in ea cauſa tantũ, in qua fuit appellatũ, c. adhæc 1. hoc tit. tot. titulo ff. eum, qui appell. in prou. def. deb. Quarto, tollit 27
præſumptionẽ † iuſtitiæ, quæ eſt pro ſententia, l. erennius in fine ff. de euict. gl. in l. 1. in verbo locupletiorẽ in fine C. ſi aduerſ. creditorẽ & ibi DD. Imol. in c. fin. ſub n. 8. verſ. ſeptimus de empt. & vend. Quinto, non ſolũ
deuoluit † cognitionem, ſed etiam executionem 28
ad iudicem ad quem, c. vt debitus hoc tit. c. cum appellationibus eod. in 6. etiamſi appelletur à ſententia nulla, c. exhibita de iud. c. dilecto hoc tit. cum omnibus dependentijs & acceſſorijs, c. dilectis filijs Decano in fin. hoc tit. Limita quia effectus ſuſpenſiuus
non habet locum † in ſententijs cenſuratum, 29
c. paſtoralis 1. hoc tit. licet in dictis ſententijs appellatio operetur effectum deuolutiuum ad ſuperiorem. c. cum contingat de offic. deleg. gl. mag. in c. ad reprimendam de off. ord. Appellare † fas non eſt 30
à principe, l. 1. ff. à quib. appell. non licet. aut à ſenatu toto, l. 1. verſ. ſciendum ff. à quib. appell. non licet. ab aliquo ſenatore, vel aliquibus ſenatoribus iudicibus deputatis, licet appellare, gl. & DD. in l. non

Digitized by Google

ambigitur ff. de leg. Prapoſ. in rub. de appell. nu. 39. &
ſeq. item non appellatur à præfectis, prætorio,
l. vnica ff. de off. praf. prat. l. 1. C. de ſentent. praf. prator.
l. a proconſulibus §. à præfectis C. de appell. in quorum
locum ſucceſſerunt reges Romano imperio ſub-
diti, Bald. in l. vnica §. 1. nu. 7. ff. de off. praf. prat. Prapoſ.
in rub. de appell. num. 43. ac in Germania Camera
Imperialis vicem præfecti pretorio obtinet,
Mynſ. obſ. 42. cent. 1. in fine. in qua nulla criminalis
accuſatio admittitur excepta condictione ex
conſtitutione pacis publicæ, Mynſing. obſ. 98. ante
finem cent. 2. & obſ. 52 58. & 78. cent. 5. In Eccleſia
Dei eſt ſenatus, cætus Cardinalium, c. conſtantinus
96. diſt. ſed nemo ſimilis eſt præfecto prætorio,
Bald. in d. l. vnica num. 6. in fin. ff. de Off. Praf. Prator.
Prapoſ. in rubr. de Appellat. nu. 29. & ſeqq. quia ab o-
mnibus appellatur, qui ſub Papa ſunt, etiamſi
ſententiam dixerint, vt vicemgerentes Papæ
l. eos 2. C. hoc tit. Franc. in c. dilecti el. 3. num. 41. & 42.
hoc tit. ſub communi forma, dicendo ſententiam
iniuſtam & iniquam, l. ſi quis prouocatione C. de
appell. niſi ſpeciale reſcriptum Papæ aliud ordi-
naret: Bald. in d. l. vnica §. 1. ſub nu. 6. ff. de off. praf.
prator. quod notandum eſt pro congregationi-
bus Dominorum Cardinalium inſtitutis Ro-
mę, à quibus appellari poteſt, niſi clauſula appel-
latione remota in inſtitutione congregationis
appoſita ſit à Papa, Bald. in l. 1. §. 1. ſub nu. 6. ff. de off.
præfect. prat. Franc. Marc. quaſt. 345. lib. 1. à toto col-
legio vetita eſt appellatio, Herm. Manfred. de ſacroſ.
colleg. deciſ. 5. Mar. Laud. de Card. quaſt. 4. Alban. de
Cardinal. quaſt. 42. verſ. 3. ſi antiſtites. ab omnibus
alijs iudicibus tam ordinarijs quam delegatis re-
gulariter poteſt appellari, c. licet c. omnes c. ad Ro-
manam el. 2. & c. ſeq 2. quaſt. 6. d. l. à proconſulibus & l.
ſeq. C. de appell. Bald. in l. vnica §. 1. in princ. ff. de off.
præfect. prat. abſque vllo metu carceris, cuſtodiæ,
aut retentionis, vel excommunicationis, exſpo-
liationis, aut damnationis, c. ad Romanam el. 1. 2.
quaſt. 6. l. imperator ff. hoc tit. & in maioribus &
minoribus cauſis, quia non facit iudici iniuriam,
qui ab eius ſententia appellat, l. & in maioribus C.
de appell. gloſſ. fin. in l. qui reſtituere ff. de rei vend.
& ibi DD. Iaſ. in l. 1. num. 17. ff ſi quis caut. Appellari
31 debet † infra decem dies, à die latæ ſententiæ,
Auth. hodie C. hoc tit. Gail. obſ. 139. lib. 1. Mynſ. obſer.
xj. cent. 3. ita vt dies illa, qua lata eſt ſententia pa-
riter computetur, gloſſ. in c. 1. in verbo proponitur de
reſtitut. ſpoliat. in 6. & ibi Can. c. biduum 2. quaſt. 6.
Mynſ. obſ. 2. cent. 2. vel à tempore ſcientiæ infra
decem dies, quando contra abſentem non de-
fenſum per procuratorem, iudicatum eſt, l. 1. §.
fin. ff. quand. appell. ſit & inter quæ tempora l. ab eo C.
quom. & quan. iud. &c. pulchre Gail. obſ. 139. in princ.
& nu. 7. lib. 1. quando grauamen eſt momenta-
neum, ſecus ſi cauſam continuam & ſucceſſiuam
habeat, quia tunc tanquam à præſenti, & conti-
nuo grauamine ſemper poteſt appellari, c. ex parte
el. 1. & ibi Franc. nu. 8. & ſeqq. hoc tit. pulchre Gail.
obſ. 139. n. 13. & 14. vbi ponit duas limit. libro 1. De-
cendium quod datur ad appellãdum non poteſt
prorogari per partes etiamſi hoc fieret per mo-
dum compromiſſi, Mynſing. obſ. 68. cent. 2. Per ap-
pellationem non datur iuriſdictio, quia poteſt
appellari ab eo, qui non habet iuriſdictionem ſi
actus eius tenet, & habet effectum iuris: l. à ſenten-
tia §. idem reſcripſit ff. de appell. Iaſ. in l. nemo poteſt nu.
62. & ſeqq. ff. de leg. 1. omiſſio appellationis non
purgat vitium ſententiæ, quo minus pars poſſit
habere regreſſum contra iudicem, Pan poſt glo. in
d. c. paſtoralis §. quia vero nu. 5. de off. deleg. Si pluries
appellatum fuerit ſtat in arbitrio appellantis quã
velit proſequi vna tamen electâ reliquæ conci-
dent, Pract. Pap. in foro app. à ſent. diff. in verbo in his
ſcriptis & ibi add. Mynſing. obſ. 7. cent. 1. Sed Rota
deciſ. 23. hoc tit. in antiquioribus videtur tenere
quod prima deſerta non iuuetur ex ſecunda, Fel.
in c. perſonas num. 2. verſic. amplia hoc titul. Iure ciuili
ab interlocutoria † non appellatur, l. ante ſenten- 32
tia C. quor. appell. non recip. & ibi gloſſ. mag. & DD.
l. fin. C. de ſent. et interlocut. omn. iud. Gail. obſer. 129.
libro 1. & obſeru. 130. eod. lib. etiam in cauſis capita-
libus, l. eos 1. §. ſuper eis C. hoc tit. à definitiua cuiuſ-
cunque iudicis, c. placuit 2. quaſt. 6. l. à proconſulibus
C. hoc tit. tam in maioribus quam minoribus cau-
ſis appellatur, l. & in maioribus l. ſi quis prouocatione
C. hoc tit. glo. fin. in fine in l. qui reſtituere ff. de rei vend.
ac etiam à delatione iuramenti litis deciſorij, per
iudicem, vel partem alterutri litigantium, ab eo
contra quem iurandum eſt, qui ſi à delatione in-
tra † decem dies non appellauerit, & elapſo de- 33
cendio altera pars parata ſit iurare, poterit ab iſta
præſtatione iuramenti appellare, ac etiam à ſen-
tentia definitiua, quæ poſt præſtitum iuramen-
tum fuit à iudice lata: l. generaliter §. 1. C. de reb. cred.
& iureiur. Mynſing. obſ. 39. cent. 1. & obſ. 14. cent. 2.
litigatori vero qui ſacramentum intulit, nullum
in hoc ſeruatur appellationis remedium, d. l. gene-
raliter

Digitized by Google

34 *raliter* §. 1. *in fine*. Iure † canonico non ſolum à definitiua ſed regulariter ab omni ſententia interlocutoria, & ab omni grauamine etiam minimo iudiciali, *c. de appellationibus c. cum ceſſante hoc titul.* vel extraiudiciali, *c. 1. c. bona hoc tit.* illato, vel cominato, *c. concertationi & ibi gloſſ. hoc titul. in 6.* cenſetur permiſſa appellatio, niſi reperiatur prohibita, & dicens non poſſe appellari ab aliqua ſententia, vel aliquo caſu, tenetur hoc probare, *Franc. in rub. huius tit. num* 18. *&* 19. Limita 1. quia
35 ex † decretis Concilij Trid. ab interlocutoria vel alio quocunque grauamine epiſcopi vel illius in ſpiritualibus Vicarij generalis, ante ſententiam definitiuam, non licet appellare, tam in cauſis ciuilibus, *c. cauſæ omnes in princ. ſeſſ.* 24. quam criminalibus, *c. 1. §. in cauſis ſeſſ.* 13. niſi habeat vim definitiuæ, aut eius grauamen per appellationem à definitiua reparari, *c. fin. §. vbi vero & ibi Franc. hoc tit. in* 6. vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit, *d. c. cauſæ omnes d. c. 1. §. in cauſis Mynſ. obſ. 43. cent.* 4 quos caſus proſequitur Bald. *in addit. primis ad Specul. tit. de appel. verſ. caſus. & Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. Felin. in rub. de ſent. & re iud. num. 3. & ibi Pan. & Can.* Limita 2. in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, *c. epiſcopi ſeſſ.* 24. niſi exceſſus dubius exiſtat, quo caſu cauſa probabilis in appellatione eſt exprimenda, quæ debeat legitima reputari. *c. cum ſpeciali § porro hoc tit.* Limita 3 in cauſa habilitatis ſicut inhabilitatis, *d. c. 1. §. in cauſis ſeſſ.* 13. Si in dictis, alijſque ſimilibus caſibus iudex à quo appellationi non detulerit, & appellator nihilominus eam proſequatur, ſuperior de ea cognoſcens cauſam ad priorem iudicem ſine difficultate debet remittere, eadem die condemnationem faciens expenſarum: *c. cum appellationibus hoc tit. in* 6. imo poteſt iudex à quo ea appellatione & quacunque inhibitione non obſtante, ad vlteriora procedere, ac ſententiã exequi nõ ſolum ante appellationem intra decem dies, ſed etiam poſt appellationẽ nec reuocabitur tunc executio per viam attentati, *c. non ſolum & ibi Franc. numer. 4. hoc tit. in 6. d. c. cauſæ omnes in princ. & fine ſeſſ. 24. d. c. 1. §. in cauſis ſeſſ.* 13. Si vero detulerit appellationi poterit nihilominus appellanti præcipere, ne attentet id, propter quod appellauit, *Pan. in c. 2. num. 4. de matrim. cont. interd. eccl. poſt Ioann. And. in d. c. cum appellationibus hoc tit. in* 6. quia appellatio non tuetur appellantem, vt poſſit facere id, propter quod appellauit, & deuoluitur ad ſuperiorem iuriſdictio, & eius exercitium etiam quando appellatum eſt ab interlocutoria friuole, *d. c. cum appellationibus §. ſi vero hoc tit. in* 6. licet tam appellatio, quam iudicis à quo delatio, ab eo valeant refutari non ſolum ſuper eo ſuper quo fuit appellatum, ſed etiam quoad totam cauſæ cognitionem, *Franc. in d. c. cum appellationibus §. ſi vero num. 2. per illum text. & ibi Can. Myn ſ. obſ. 4. cent.* 2. quando pars non opponit, alias ſecus: *Rot. diuerſ dec. 774. part 1. Decius in l. 1. ſub num. 6. verſ. 1. ſi non opponatur C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* ratio eſt, quia in appellatione ab interlocutoria cadit illa delatio, quæ facit deuolui negotium, ſecus in appellatione à definitiua, in qua non delatio, ſed appellatio deuoluit, *Bald. in l. appellatione numer. 6. C. hoc tit. Achil. dec. 2. eod.* Limita 4. quia à pœna legis vel canonis non poteſt appellari, *c. quia vos hoc tit. l. ſi qua pœna ff. de verb ſignif.* Poteſt tamen appellari à ſentẽtia declaratoria iudicis aliquem incidiſſe in pœnam legis vel canonis, *gloſſ. in c. cupientes §. quod ſi per viginti in verb. priuatos de elect. in 6. c. ſuper his & ibi Pan. numer. 17. de accuſ. c. peruenit 1. & ibi Pan. hoc tit. Zab. poſt gloſſ. in clem. 1. §. ſi quis autem in xj. quæſt. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Franc. in c. is qui §. fin. in 3. limit. de ſent. excommun. in* 6. Limita 5. in ſponte confeſſo & teſtibus conuicto, *l. 2. C. quor. appel. non recip.* in cauſis criminalibus & ciuilibus, *gloſſ. Bart. & Bald. in d. l. 2. C quor. appel. non recip. Gemin. in c. Romana §. ſin autem num. 6 hoc tit. in* 6. ex conſuetudine Germaniæ in criminalibus illicita eſt appellatio ac etiam dictio de nullitate, *Mynſ. obſ. 41. & ſeq. cent.* 4. Limita 6. in notorijs, *c. cum ſpeciali §. porro hoc tit.* niſi allegetur cauſa quæ reddat appellationem probabilem, *Dec. in d. §. porro num.* 13. Sed vbi permiſſa eſt appellatio, notorium reſultans ex probationibus non tollit beneficium appellationis, *Dec. in d. §. porro num.* 13. quia in cauſa appellationis attenditur poſſibilitas, quod non deductum & probatum poſſibile ſit, quod deducatur & probetur, *l. per hanc C de temp. appel. c. per tuas hoc tit.* Limita 7 in non deferẽte appellationi ſui aduerſarij, prius interpoſitæ, qui non poteſt allegare ſuam appellationem in eadem cauſa poſtea interpoſitam, ſed prior appellans bene poteſt ſe fundare ſuper appellatione prius à ſe interpoſita, licet ipſe non detulerit appellationi poſtea interpoſitæ ab aduerſario, quia Aduerſarius non detulerat ſuæ appellationi: *c. bon. mem. mag. de elect. & ibi Can. cap.*

conſtitutis

conſtitutis c. an ſit hoc tit. in alia vero cauſa non debet à beneficio appellationis à quopiam repelli is, qui non detulit appellationi in vna cauſa, quia ſufficit quod ſemel punitus eſt, *gloſſ. fin. in d. c. an ſit hoc tit. & ibi Can.* Octauo à conſilio ſapientis non appellatur, ſed ei contradicitur debetque contradicenti dari terminus ad iuſtificandam ſuam contradictionem, *Bald. in addit. ad Speculat. de appel. col. 10. verſ. lata eſt ſententia de conſilio per l. 2. C. de relat. in fine,* Alias limitationes vide apud gl. in c. Romana §. ſin autem in verb. conſimilibus, & ibi Ioan. And. num. 16. in fine & num. 17. hoc tit. in 6. & ibidem Can. Illud notandum eſt,
36 vbi duæ † cauſæ complicatæ ſunt, & vna admittit appellationem, altera non, in vtraque admittendam eſſe appellationem, vt ſi agenti poſſeſſorio oppoſita fuerit exceptio proprietatis, *Bald. poſt gloſſ. 2. in l. vnica num. 7. C. ſi de moment. poſſeſſ. Auffr. in addit. dec. Cap. Tholoſ. poſt princ. Bald. in cap. ex conqueſtione num. 5. de reſtit. ſpoliat. Mohed. remed. 9. recup. poſſ. num. 321. plures cumulans Ripa in c. ſæpe in col fin. verſ. 2. fuit opinio de reſtit. ſpoliat. l. momentanea & ibi gloſſ. 1. C. vnde vi & ibi DD.* Poſt cum prehenſo ſpolio complicetur cauſa falſitatis inſtrumenti venditionis, *Rot. diuerſ. dec. 323. part. 1. Bald. in l. vnic. num. 6. verſ. & nota in materia Salic. in 4. q. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appellat.* & cauſam ſemel effectam appellabilem, ſemper debere manere appellabilem, *Rot. diuerſ. dec. 132. num. 1. part. 2. c. non licet actor de reg. iur. in 6.*

37 Appellatio eſt † de appenditijs illius inſtantiæ cuius eſt ſententia à qua interponitur, ſed non proſecutio appellationis, *c. non iniuſte & ibi poſt gl. Can. & l. inuitus C. de procur. & ibi Iaſ. ſub num. 3. & 4. vbi 1. partem regulæ limitat vno modo & ſecundam partem 4. modis ac Innoc. in d. c. non iniuſte ante num. 1. multis modis,* quia appellatio interponitur coram eodem iudice, ſed proſecutio fit coram diuerſo, *l. cum apud Sempronium ff. iudic. ſolui,* ſubiacetque ſtatutis illius fori, in quo lata eſt ſententia, quia eſt de ordinatorijs ſeu præparatorijs iudiciorum, *Pan. in c. eccleſia S. Mariæ numer. 24. & 25. & ibidem Felin. num. 55. Dec. num. 42. de Conſtit. Iaſ. in l. cunctos populos numer. 57. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol. Achil. dec. 12. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 330. part. 2.* Ap-
38 pellare tantum poteſt † ille, cuius intereſt, *c. cum ſuper de ſent. & re iud.* vel cui mandatum eſt, vel qui alienum negocium gerit, quod mox ratum reus habeat, *l. 1. ff. de appel. recip.* tertius qui non interfuit iudicio, pro intereſſe ſuo expreſſa cauſa grauaminis; *c. cum ſuper & ibi Pan. num. 5. de re iud. l. à ſententia ff. de appel. Gail. obſ. 122. ſub numer. 5. libr. 1.* Ac quilibet pro eo qui ducitur ad ſupplicium: *l. non tantum ff. de appel. Fel. in d. c. cum ſuper numer. 2. & ſeqq. vbi ampliat 6. modis & limitat 2. de re iud. l. addictos C. hoc tit.* Victoria appellantis, prodeſt litis conſorti, etiamſi non appellauerit, *l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appel. c. pen. hoc tit.* quando vna eademque cauſa fuerit defenſionis ſecus ſi diuerſa, *l. ſi qui ſeparatim §. fin. verſ. quod eſt ff. de appel.* Ac vna ſententia condemnati ſint, nam ſi plures ſeparati fuerint condemnati, quamuis ex eadem cauſa, pluribus opus eſt appellationibus, niſi vna probatio eſſet contra eos, *d. l. ſi qui ſeparatim iuncto §. 1. verſ. ſed cum aduerſus ff. de appel.* Ac tertij appellantis, pro ſuo intereſſe, prodeſt victo, *Fel. in c. cum ſuper numer. 6. & ſeqq. vbi ponit 8. fall. de re iud.* Sed tertius appellans à ſecunda ſententia, & ab intimatione executorialium, facit illam ſecundam ſententiam ſuam, vt ſequens ferenda ſententia contra ipſum ſit tertia: *cap. fin. in fine vt lit. pend. &c. in 6. c. vbi periculum §. 1. in fine de elect. in 6. Achil. deciſ. 13. hoc tit. per notata à Felin. in d. cap. cum ſuper in fine Put. deciſ. 71. lib. 3.* idem obtinet ſi tertius pro ſuo intereſſe dicat de nullitate ſententiæ, *Rot. Farin. deciſ. 98. num. 5. & 6. part. 1.*

Appellatio † eſt communis vtrique parti, et- 39
iamſi vna tantum pars appellauerit, *l. ampliorem C. hoc tit. Mynſ. obſ. 21. cent. 2.* ſiue ſit extra iudicialis, vt ſi fiat ne traderetur poſſeſſio aduerſario, non poteſt tradi appellanti, *Achil. deciſ. 18. & 34. hoc tit. vbi reſpondet doctoribus aliter ſentientibus Præpoſ. in c. bona n. 33. & 34. hoc tit.* ſiue iudicialis, vnde ſi à definitiua continente plura capitula vna pars in totum appellauerit, poterit iudex appellationis ad inſtantiam partis appellatæ pronunciare ſuper omiſſis in ſententia & eam ſupplere, *Rot. deciſ. 23. de re iud. in nou. l. per hanc C. de temp. & repar. app. c. cum Ioannes de fid. Inſtrum.* quia ſicut petitur per appellantem totaliter infirmari, ita pars appellata petere poteſt eam confirmari, & ſuppleri omiſſa, quæ forte in prima inſtantia non fuerunt plene probata, ſicut in ſecunda, *l. per hanc C. de temp. appell. c. cum Ioannes de fid. Inſtrum. Gail. obſer. 122. nu. 3. libro 1.* niſi appellans reſtrinxiſſet ſe in appellatione ad capitula facientia contra eum duntaxat, *Pan. in d. c. cum Ioannes ſub nu. 17. verſ. ego limitarem de fid. inſtrum.* quia regulariter appellatio in-

Digitized by Google

tio interpoſita ſuper vno capitulo non ſe extendit ad aliud, quam connexum; *l. etiam t. §. 1. ff. de minor. & c. l. quid tamen ff. de arbit gloſ. in l. ampliorem in verbo iudicatis C. hoc tit. Franc. in c. ſi duobus num. 4. & 5. eod. Greg. xv. deciſ. 223. n. 5. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 552. & ibi annot.* ideo ſi aliqui canonici appellent, ne electio fiat per compromiſſum, poterunt eligentes procedere per ſcrutinium. *Pan. in c. cum nobis poſt nu. 7. de elect. Achil. deciſ. 18. in fine hoc tit.* Limita primo, quia appellatus non poteſt adhærere appellationi, quatenus contra etiam commiſſa cauſa, ſi pro appellante in omnibus eſt pronunciatum, *Fel. in c. ſignificauerunt n. 5. de except. & ibi Can. Franc. in d. c. ſi duobus num. 8. verſ. ſecundo quæritur & Achil. deciſ. 1. hoc tit.* Secundo, limita in omni appellatione conditionali, vt ſi quis appellauerit quatenus ſibi auferretur poſſeſſio, quia nihil ponit in eſſe niſi ablata poſſeſſione, *Achil. deciſ. 14. num. 3. hoc tit. Clem. ſicut hoc tit. & ibi gl. in verbo à futuro & Can. Pan. in c. bona mem. numer. 7. hoc tit.* Tertio, in omni appellatione extraiudiciali à futuro grauamine, etiam cum clauſula ex nunc prout ex tunc, & ante illatum grauamen appellatus præcurrat appellantem, quia appellatio extra iudicialis à futuro grauamine non habet effectum, niſi à tempore illati grauaminis, & tunc incipit currere tempus, *d. Clem ſicut hoc tit. Rot. deciſ. 32. hoc tit. in antiq. Achil. deciſ. 14. nu. 4. & ſeqq. eod.*

40 Ex his infertur quod appellans non † poſſit renunciare appellationi inuito appellato; *l. ampliorem verſ. ſancimus C. hoc tit. Bald. in l. per hanc n. 2. C. de temp. appell.* quod indubitatum eſt in appellatione à definitiua, re non integra, quando per aliquem actum geſtum in cauſa appellationis illa eſt effecta communis, *d. verſ. ſancimus C. hoc titu. Pan. in c. interpoſita §. ille denique ſub nu. 4. verſ. ſecundo membro hoc tit. & ibi Can.* re vero integra poteſt renunciare, *l. ſi quis libellos C. hoc tit. c. ab eo c. vt ſuper eod. in 6.*

41 Limita † quando per appellationem appellatus fuerit excluſus à facultate appellandi, vt ſi victus appellauerit ſuper ſorte, victor non appellat ab abſolutoria, vel omiſſa aut inſufficienti condemnatione expenſarum, ſiue victus proſequatur appellationem ſiue non, quia iudex ad quem, ſumptuum condemnationem ſupplet ex officio, victo vero non appellante, permiſſa eſt victori huiuſmodi appellatio, *l. fin. C. quand. prou. non eſt neceſſ. Rot deciſ. 47. hoc tit. in nou. Myſing. obſ. 22. cent. 2. Specul. de appell. §. in quibus nu. 24. et ſeqq.* quando expenſæ fuerunt petitæ. *Mynſ. obſ. 22. in fin. cent. 2. Pan. in c. ſignificauerunt n. 8. & 9. & ibi Felin. & Can. de except.* Limita ſecundo, in beneficialibus & maioribus cauſis, *d. l. ampliorem in princ. Bart. in d. l. ſi quis libellos.* quia per appellationem incontinenti dicuntur deuolutæ ad Papam, *Franc. in d. §. ille denique nu. 18.* Si vero appellatum fuerit ab interlocutoria, & iudex detulit appellationi, *c. vt debitus in fine hoc tit. & ibi Can.* quia tota iuriſdictio per delationem translata eſt in ſuperiorem, *c. dilectis §. præterea hoc tit. c. cum appellationibus eod. in 6.* non poſſunt de communi conſenſu ad priorem iudicem redire, *gl. in d. c. cum appellationibus in verbo remittenda & Can. Rot. deciſ. 49. hoc tit. in nou.* ſi iudex non detulit, poteſt re integra, & re non integra appellans appellationi renunciare, quia nihil intereſt appellati, cum cauſa remittatur ad priorem iudicem, *Pan. in c. interpoſita §. ille denique num. 4. hoc tit. & ibi Can.* Appellatio valet ſi appellans ſimpliciter dicat appello, vel
appello ad ſuperiorem † iudicem competentem, 42
Bart. in l. 1. §. ſi quis nu. 8. per d. §. & l. 2 ff. hoc tit. quia vtroque iure eſt appellandum ad ſuperiorem iudicem gradatim, *l. Imperatores ff. hoc tit. c. Romana §. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Gemin. ponunt 12. fall. & Can. c. placuit c. anteriorum § illud etiam 2. quæſt. 6. Boic. in c. vt debitus num. 6. vbi ponit ſex fall. hoc tit. c. dilecti filij el. 2. prior hoc tit. Mynſing. obſer. 67 cent. 1.* ſi quis parem vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea cauſa eſt, vt error ei non noceat ſed ſi minorem, nocet, *l. 1. §. ſi quis ff. hoc tit Franc. in d. c. dilecti 3. numer. 13. in fine & Can.* exceptione oppoſita, alias tenet appellatio & iudicium, *c. dilecti el. 3. hoc tit. & ibi glo. mag. et Can.*
Iure canonico † appellatio ad ſummum pontifi- 43
cem omiſſis medijs valet, *l ſi quis veſtrum c. ſi quis putauerit c. ideo 2. quæſt. 6. c. antiqua in fine de priuil. Mynſing. obſeru. 22. circa medium cent. 3.* iure ciuili ſi appellatio fiat ad principem omiſſis medijs, princeps remittit ad eum ad quem debuit appellari, *d. l. Imperatores ff. hoc tit.* præterea iure cano-
nico ad quatuor † patriarchas principales, in o- 44
mnibus prouincijs eorundem iuriſdictioni ſubiectis, omiſſis medijs prouocatur, *c. antiqua §. in o-*
mnibus de priuil. & ibi Can. nec non ad † legatum 45
à latere in prouincia ſibi decreta, *Pan. in c. 1. nu. 8. de off. leg. cont. gl. 1. in c. quod tranſlationem verſ. item ad ipſum ſolum de off. leg. Pan. ſequitur Bald. in d. c. quod tranſlationem num. 10.* de ſtylo Rotæ appellatio al-

Digitized by Google

latio alternatiua valet, *Rot.deciſ.33.hoc tit.in nou.*
46 *Capell.Tholoſ.quæſt* 475. A delegato † appellatur ad delegantem, *l.percipimus verſ. hoc ſi C.hoc tit.l. Imperatores verſ. ijdem reſcripſerunt ff. eod.Bart.in l.1.*
47 *§.ab eo ff quis & à quo appell.* à ſubdelegato † à delegato principis, ſi delegatus commiſit ei in totum vices ſuas, appellatur ad ipſum principem ſi reſeruauit ſibi aliquid delegatus, appellatur ad eum, *d.c.ſuper quæſtionum §.porro de offic.deleg.* quod ſi duo ex tribus à ſede apoſtolica delegatis duobus alijs non in totum ſubdelegauerunt vices ſuas, ipſique ſubdelegati cum delegato Tertio in cauſa proceſſerint delegata, ſi appellatur ab ipſis, ad primum delegantem appellari debebit, & nõ ad condelegatos, *c.ſi duo de off & poteſt deleg. in 6.* quia vbi duo permiſcentur, quorum vnum eſt potentius altero, potentius attrahit ad ſe naturam minus potentis, etiamſi minus potens numero excedat potentius: *c.aquâ de conſec. eccleſ.vel altar.* ſi appellatur ad ſedem apoſtolicam, Legatus adire non poteſt, *gloſſ in c.ſi poſtquam in verbo ad ſedem apoſtolicam de elect. in 6. c.conſtitutus de appell. c.ſtuduiſti & c. licet de off. leg. Gamb. in tract. deleg. lib.8.numer.105.late Aluar.Velaſc.conſult.tab.62.*
48 Appellatio † regulariter interponi debet coram Iudicibus vel maiori parte ipſorum, ſi plures ſint ſeparatim, *Clem.1.hoc tit.* vel iudice, qui ſententiã tulit, *c.vt debitus c.ſuggeſtum & ibi gloſſ.1. in fine & late Pan.numer. 4. & ſeqq. & Can. hoc titul.* cuius copia in publico ſi haberi non poſſit, decem dies dati ad appellandum non currunt, *l.1.§.dies ff. quando appell ſit l.biduum §.dies & §§.ſeqq 2.quæſt.6.* vel appellari tunc poterit coram notario cauſæ ad domum ſolitæ habitationis ipſius iudicis, *Rot. deciſ.50.hoc tit.in nou.c. biduum §.dies & §.ad eundi 2.quæſt.6. & ibi gloſſ. in verbo an imputetur c.ſuggeſtum hoc tit.& ibi poſt gloſſ.1.Can.c.appellatio & ibi gl. in verbo iudici & Can.hoc titul.in 6.* in abſentia iudicis, & ſine rationabili cauſa interpoſita valet, ſed non habet ante intimationem inualidare proceſſum iudicis. *Pan.in d.c.ſuggeſtum n.6.et ſeq. hoc tit. Mynſing.obſer.85.cent.2. & obſer.44.cent.4.* Appellato quoque ignoranti, appellationis nec non delationis & termini præfixionis ſi ſubſecutæ fuerint intimatio legitime eſt facienda, *Clem.1 §.fin. hoc tit.& ibi gl.fin.& Can. Mynſ.d.obſ.*
49 *12.cent 2.* A definitiua † incontinenti ſufficit viua voce appellare ſine ſcriptis, *l litigatoribus C. hoc tit.l.2.& l.à ſententia in fine ff. eod.* vnde dici poteſt tota ea die, qua ſententia lata eſt, dummodo ſit iudex ibidem in eadem figura iudicij, poſſe viua voce appellare, *gl. in d l.2.ff.hoc tit.Bart in l.1.§. fin. nu.3. dicens ita ſeruari ff. eod. Mynſing.obſ.12.in princ.cent.2* Cæterum ſequenti die in ſcriptis appellandum eſt, & porrigendus libellus appellatorius infra decem dies à ſententiæ recitatione, *Auth. hodie C. hoc titul. Mynſing obſeru. 45. cent. 4.* etiam die feriata quia appellatio non eſt actus Iudicialis, *Zab.in d.2.§.ſimiliter num.3.hoc tit. Bart. in l.1.§.Dies ff.quando app.ſit Mynſing.d.obſ.12.cen.2.* & non eſt neceſſe quod coram eo legatur, *c.appellatio hoc tit. in 6.* qui continere debet nomina appellantis, aduerſarij, iudicis à quo, & ad quem, & à qua ſententia appellatur, *l.1.§.fin.ff.hoc tit.& ibi Bart.num 4.& DD.* alias non valet etiamſi illi per iudicem fuerit delatum, *Achil.deciſ. 2. hoc tit. l.eos §.ſin autem & ibi gloſſ.in verbo libellos & auth.ibi poſita l.litigatoribus & ibi gl.C.hoc tit.* cauſa non eſt exprimenda, ſed ſi exprimatur cauſa friuola, appellatio eſt ipſo iure nulla. *Ioan. Andr. in c.1.ff.col. fin. verſ. in gl. ſcilicet quod ibi exprimere hoc tit. in 6.*
Ab interlocutorijs † habentibus vim definitiuæ, 50
poteſt etiam incontinenti appellari viua voce non obſtante c. cordi hoc tit.in 6. quia loquitur in mere interlocutoria, & ad habentes mixtam naturam cum definitiua non debet extendi, *Bald. in l. minoribus numer. 7. in fine C. de his quib.vt indig. Pan. in c. ad diſſoluendum num.2 in fin.de ſponſ. impub. Creſcent. deciſ.6. num.5.hoc tit.Gail obſ.130. num.5.& ibidem nu.6. & 8 enumerat interlocutorias habentes vim definitiua. Mynſing.obſeru.66. cent.1.* ſed neque Clem. appellanti hoc tit. habet locum in appellationibus ab huiuſmodi interlocutorijs, *Rot.deciſ.xj. hoc tit. in nou. Clem.fin. et ibi gl.in verb.repulſione in fine hoc tit.& Can.*

In appellatione † à mere interlocutoria plura 51
requiruntur, *Imol. in c. vt debitus num.16. hoc tit.& ibi Can.* cauſa appellationis admittendæ, *c.1.& ibi gl.in verb.appellationis & Can. hoc tit. in 6.* aut iniuſti grauaminis extra iudicium à iudice illati, vel comminati; *c.cum ceſſante hoc tit. pulchre Bart.in l. ait prætor numer.3. & ſeqq.per illum text.ff. de minor. & c. c. cordi & ibi gloſ.in ver. vel extra Franc.in princ. & Can.hoc tit.in 6.* legitima, *c.vt debitus c.vt ſpeciali hoc tit.* vera, *d. c. vt debitus c. interpoſita hoc tit.* quæ non poteſt iuſtificari niſi ex allegatis coram iudice à quo. *Clem. appellanti hoc tit. quam limitat 4. mod. Roman. ſing. 282.* expreſſa clare & ſignanter, & non

Digitized by Google

& non per relationem ad acta, *Bald. in d. l. minoribus num. 5. & ſeqq. Gail. obſ. 130. numer. 2. vbi ponit vnam fall. & num. ſeqq.* in appellatione, *l. cum cauſam hoc tit.* interpoſita in ſcriptis, *c. cordi hoc tit. in 6.* intra decendium, *c. quoad conſultationem de re iud.* ob non admiſſam petitionem, vel exceptionem; nam ante repulſam exceptionis non eſt licitum appellare: *c. dilecto hoc tit. c. ex parte & ibi not. de teſtib.* Et ſi Iudex non admittat appellationem tanquam ex friuolis cauſis interpoſitam vt ab iſta non admiſſione ſeu denegatione appellationis interpoſitæ appelletur, *Zab. in cl. vnica ſub num. 9. in 4. quæſt. verſ. & ex hac gl. de dol. & cont. Myn. obſ. 49. cent. 2. Inno. in c. paſtoralis in fine, de off. deleg.* ac quando ad ſedem apoſtolicam appellatur, vel quemlibet alium iudicem ordinarium qui per ſimplicem querelam cognoſcere poſſit, *c. 1. & ibi gloſ. in verb. ad nos hoc tit. in 6. & Can.* ſi appellatione approbata, appellatus hoc petierit, vel iudex, appellatione recepta, præfixerit terminum competentem; quod partes veniant inſtructę cum rationibus & munimentis ad articulum appellationis, ac etiam principalem cauſam pertinentibus ad ſedem apoſtolicam, ad quam appellatum fuit, in termino præfixo; qui vices peremptorij obtinet: *c. 1. hoc tit. in 6. c. ſæpe hoc tit. & ibi Can.* alioquin contra appellatum & appellantem non venientes proceditur tanquam contumaces; *gloſſ. in d. c. ſuper in verb. abſentem hoc tit. & ibi Can.* appellator præmiſſa non obſeruans reputatur non appellans, ad prioris iudicis redibit examen, & condemnatur in expenſas; *d. c. 1. verſ. fin. & pen. hoc tit. in 6.* ſi autem appellatus venire contempſerit, in eum tanquam in contumacem tam in expenſis, quam in cauſa proceditur coram iudice appellationis: *c. 1. verſ. fin. hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. in verb. procedatur & Can.* quod ſi altera partium tacito de approbatione, vel delatione, & termini præfixione, impetret iudicem ad partes; impetratio & proceſſus habitus per iudicem appellationis eſt ipſo iure nullus; quia cauſa deuoluta ad curiam, non poteſt extrahi niſi de ſcientia Papæ: *Rot. deciſ. 48. de reſcript. in antiq. contra Innoc. ibidem allegat. proinde de elect. in 6. & ibi poſt gl. Can. c. ſæpe in fine hoc Rot. deciſ. 13. de reſcript. in antiquior.* quod ſi forſan interpoſita appellatio, malitioſe à iudice recepta, vel ab appellato approbata non fuerit, cum conſtiterit legitime prouocatum fuiſſe, eadem vigorem obtinet quoad retractationem attentatorum, ſuſpenſionem iuriſdictionis iudicis à quo, & alios ſimiles effectus; ſed non habet vim peremptorij; vnde non tenetur appellatus comparere niſi citetur. *c. ſæpe §. quod forſitan & ibi Pan. num. 20. hoc tit. Præpoſ. num. 19. & Can. cõmuniter.* Iudex à quo † appellatur, ſi appellatio 52
ſibi appareat euidenter legitima, debet ei deferre, dicendo appellationi defero, & apoſtolos reuerentiales concedo; *c. poſt appellationem §. forma 2. quæſt. 6. c. dilectus filius §. præterea & ibi Can. hoc tit. l. vnica ff. ad libell. dimiſſ. ſpecul. in 4. parte de appell. §. tertius ſequitur Rot. deciſ. 61. hoc tit. in antiq. Caſſad. deciſ. 7. num. 6. hoc tit. vbi explicat hæc verba dominus dedit reuerentiales in forma.* alias ſecundum leges punitur pecunialiter 50. pondo auri, *l. quoniam la 2. C. hoc tit.* ſecundum canones deponitur ab officio: *c. de priore & ibi g'oſſ fin. C. hoc tit.* ſi ſibi euidenter fruſtratoria videtur, & appellatum fuit ab interlocutoria, non debet ei deferre, ſed ea non obſtante procedere ad vlteriora, dicendo, appellationi non defero, & apoſtolos refutatorios concedo; *c. cum appellationibus hoc tit. in 6. Bald. in l. à procedente in 3. not. C. de dilat.* ſi appellatum ſit à definitiua, licet appellatio non ſit recepta, nec ei ſit delatum per iudicem à quo, tamen ceſſat executio ne appellationi fiat præiudicium. *l ſi quis à filio §. fin. & ibi DD. per illum text. ff. de iniuſt. rupt. irr it. fact. teſtam. l. 1. ff nihil. nou. appell. pend.* quod ſi dubitet an ſit legitima, vel fruſtratoria, tunc debet ei deferre & dare apoſtolos dimiſſorios, *c. cum ſpeciali § fin. hoc tit. c. ſacro ad finem de ſent. excomm.* vel admittere conditionaliter, dicendo admitto, ſi & in quantum de iure teneor, vel vti verbis negatiuis nõ admitto niſi ſi & in quantũ de iure teneor: *Frãc. in c. ſæpe n. 5. hoc tit. Benintend. concl. 1.* quæ verba nõ habent vim delationis. *Zab. in Clem. quamuis §. q ſi iudex in 5. qu. hoc* 53
tit. Benintend. d. concl. 2. n. 2. & 3. Apoſtoli † ſunt pars & de ſubſtantia appellationis, *Rot. deciſ. 41. & 50. n. 3. hoc tit. in nou. Veſt. in pract. li. 7. c. 3. n. 37. c. cordi c. vt ſuper c. ab eo hoc tit. in 6.* ſiue in iudicio ſiue extra appelletur, dantur in ſcriptis, *in rub & nig ff. de lib. dimiſſ. Specul tit. de appell. §. 3. ſequitur nu 15. in fine de appell. part. 4.* & intra terminum triginta dierum à die latæ ſententiæ ſunt inſtanter ab appellante petendi, *l vnica ff. de libell. dimiſſ. Myn. obſ. 36. cent. 4.* quos iudex à quo intra dictos triginta dies arctatur concedere vna cum actis, *l. eos §. fin. & l. iudicibus C. hoc tit. c. vt ſuper eod. in 6. c. cauſæ omnes §.*

Digitized by Google

nimis §. præterea ſi quis ſeſſ. 24. ideo iudex à quo appellanti ſolet dare terminum iuris, infra quem tenetur redire pro apoſtolis; alias appellatio cenſetur deſerta, *Clem. quamuis hoc tit. Greg. xv. deciſ.* 573. *num* 1 *& ibi late annot.* niſi appellatum fuerit à definitiua, & appellans interim fecit cauſam committi in curia, quæ commiſſio valet & virtute eiuſdem auditor poteſt procedere antequam lapſus fuerit terminus ad dandum apoſtolos, quia in tali appellatione dantur apoſtoli reuerentiales ſecundum ſtylum palatij, *Rot. deciſ.* 61 *de appell. in antiq. Creſcent. deciſ.* 2. *hoc tit. atteſtant ita ſeruare Rotam Rot. deciſ.* 51. *de reſcript. in antiq. & deciſ.* 54. *hoc tit. in antiq. c. oblata hoc tit.* quando autem appellatum eſſet à grauamine, non valet commiſſio ſi impetretur pendente termino ad dandum apoſtolos, quia iudex à quo poteſt reuocare grauamen, *Rot. d. deciſ.* 54. *de appell. in antiq. d. c. oblata hoc tit. & ibi Can.* poteſt etiam iudex dictum terminum legalem abbreuiare, quia eſt præfixus in fauorem iudicis, vt deliberet quos apoſtolos dare debeat, *Anch. in d. Clem. quamuis in* 5. *not. Dec. in c. cum ſit in* 4. *not. num.* 10. *& ſeqq. hoc tit.* Variæ aliæ reſponſiones à iudicibus dantur appellantibus petentibus apoſtolos, quæ varios producunt effectus, vt legitur & notatur in d. Clem quamuis hoc tit. quæ negligentiam iudicis notat in tribus, & negligentiam partis in quatuor caſibus, & notatur per Franc. in c. perſonas num. 3. & 4. hoc tit. Alberic. in rub. C. de temp.
54 & repar. appellat.

Appellans † continuans iudicium coram iudice à quo, videtur appellationi interpoſitæ renunciare, *c. cum veniſſent de teſt. c. ſollicitudinem hoc tit. & ibi Franc. nu.* 10. *& ſeqq. imitat* 5. *mod. c. gratum de off. deleg. & ibi Dec. nu.* 17. *& ſeqq. ponit* 5. *fall.* vt ſi petat à iudice quod pronunciaret ſiue interloqueretur ſuper executione non facienda, citaret partem aduerſam ad dicendum contra, acceptaret dilationem in monitionibus &c. quia non ſunt actus negatiui aut ſonantes in pati, ſed affirmatiui, *Pan. in c. veniens ſub num.* 7. *poſt princ. de fil. presbyt.* ſunt actus, qui non poſſunt fieri ſine iuriſdictione quæ per appellationem eſt ſuſpenſa, ideo ratione contrarietatis videtur appellationi renunciare, *d. c. ſollicitudinem & Achil. deciſ.* 19. *hoc tit. Rot. deciſ.* 63. *eod. in nou.* dummodo illi actus geſti ſint validi, *Iaſ. in l.* 3 *§. condemnatum ff. de re iud. num.* 35. neque à iudice à quo paſſus fuerit repulſam: *Bald. in l. nihil intereſt in addit. ff. de inoff. teſtam.* ſecus ſi compareat coram iudice à quo, & producat ſua iura per ſimplicem informationem, ipſique oſtendat ſuam ſententiam fuiſſe iniuſtam, ad finem vt à ſententiæ latæ executione recedat, quia iſte actus poteſt fieri coram non iudice, & extra iudicium, & ad eundem finem tendit ad quem appellatio ad declinandam iuriſdictionem iudicis à quo, *d. c. cum teneamur hoc tit. & ibi Franc. nu.* 4. *&* 5. *c. ſi à iudice & ibi gl. in verbo teneri eod. in* 6. *& ibi Can. Rot. d. deciſ.* 63. aut ſi appellans turbatus in ſua poſſeſſione, ſuper qua fuit appellatum, petat à iudice à quo illam ſibi reformari, *d. c. cum teneamur.* quia iudex à quo poteſt prohibere attentata contra appellationem, & attentata reuocare, *gloſſ. in c.* 2. *in verbo diſtrictius interdixit de mat. contract. cont. edict. eccleſ. & ibi Can. Franc. in d. c. cum teneamur numer.* 2. *&* 3. *& ibi Can.* vel ſi poſt appellationem interpoſitam citatus ad videndum grauari ſe, & reaggrauari, metu cenſurarum compareat, & petat terminum prorogari, *Innocent. in c. olim el.* 3. *in fine de reſtit. ſpoliat. Achil. deciſ.* 21. *hoc titul. Dec. in c. gratum num.* 27. *& ſeqq. de off. & poteſt. iud. deleg.* Appellationi vero interponendæ, grauatus per ſententiam, non cenſetur renunciare, ſi pendente tempore decem dierum ad appellandum compareat coram iudice qui ſententiam tulit, quia poteſt interim deliberare, *Felin. in cap. gratum ſub numer.* 7. *verſ. abbas hic limitat & ibidem Can. de offic. deleg. Innocent. in cap. ſollicitudinem num.* 5. *hoc tit. Ioannes Andreas in c. ſi* [illegible] *num.* 2. *eod. in* 6. niſi actus quem ſponte gerit, veniret executiue ad implementum præcepti iudicis, *l. ad ſolutionem C. de re iud. Dom. in cap. fin. §.* 1. *ſub numer.* 2. *verſ. in fine gloſſ. hoc titul. in* 6.

Iure communi datur † annus ad inchoandam, 55
ac etiam exercendam appellationem, *c. oblatæ in princ. hoc tit. late Pan. in c. perſonas numer.* 7. *hoc tit. Clem. ſicut & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. gloſſ. in c. cum ſit in verb. reiiſſus ante finem hoc tit. Bartol. in l. vni. a ſub num.* 6. *ff. d. libell. dimiſſor. Gail. obſ.* 141. *lib.* 1. Sed iudex à quo, quando admiſit appellationem (ſecus ſi reiecit, *Dec. in d. c. cum ſit numer.* 18. *& plurib. ſeqq. hoc tit. & ibi Can. Rot. dec.* 16. *de appel. in antiq.*) etiam delegatus, *c. ad aures hoc tit.* Poteſt appellanti ab interlocutoria, grauamine, vel definitiua. (Præterquam in cauſa beneficiali in qua canon ſtatuit terminum vnius menſis *cap. ſtatuimus de elect. in* 6. *Clem. cauſam eod. tit.* quem iudex, in partibus, à

Digitized by Google

tibus à quo appellatur, non poteſt immutare, niſi vtraque parte conſentiente, & per lapſum breuioris termini à iudice aſſignati appellatio non cenſetur deſerta. *Prapoſ. in c. cum ſit numer. 22. & ibi Franc. in fine & Can. communiter hoc tit. Granat. ad prax. Veſt. in c. fin. lib. 7. num. 24. in fine,)* Præfigere terminum pro ſuo arbitrio cum congruo ſpatio; alioquin ipſo iure appellans ſeruatur illæſus. *Bald. in l. præſes numer. 2. C. hoc tit. Franc. in c. perſonas ſub num. 3. verſ. 3. poteſt hoc tit. Veſt. in praxi cap. fin. lib. 7 num. 6. verſ. quod tamen limita.* imo appellans poteſt ſibi ipſi præfigere terminum congruum & conuenientem infra quem iter arripiat, & ſe præſentet coram iudice ad quem, & appellationem proſequatur, ſi appellans in termino ſe non præſentat, appellatio cenſetur deſerta, *d. c. ad aures c. reprehenſibilis c. cum ſit c. ſæpe c. perſonas & ibi gloſſ. & Pan. num. 4. & Can. hoc tit. l. præſes & ibi glo. in verb. præſcriptam C. eod. Caſſad. deciſ. 4. hoc titul. Rot. deciſ. 25. & 66. hoc tit. in nou. & deciſ. 48. hoc titul. in antiq. Caputaq. dec. 31. & 32. part. 1.* niſi iuſta cauſa excuſetur, *d. l. præſes C. hoc tit. c. ex ratione & ibi Franc. & Can. communiter hoc tit.* Aut à iudice à quo obtinuerit termini prorogationem: *Rot. dec. 36. hoc tit. in antiq. Natt. in repet. Clem. ſæpe numer. 130. & ſeq. iuncto num. 204. & 211. & 223. de verb. ſignif. Dec. in c. cum ſit num. 45. in fin. hoc tit. c. oblata & ibi gloſſ. in verb. prorogari quæ alias quotas allegat hoc tit. Franc. in c. ſæpe num. 27. & ſeqq. hoc tit. Gail. obſ 140 lib. 1. num. 3.* Neutra pars poteſt dictum terminum præuenire, *cap. ex inſinuatione c. ſæpe c. oblata hoc tit. Rot. dec. 43. de reſcript. in antiq.* ſi vult impetrare iudicem extra curiam, ſed appellans bene poteſt præuenire dictum terminum impetrando iudicem in Curia Romana, *Rot. deciſ. 64. de appel. in antiq. per c. prouida de elect. in 6.* intra vero terminum iuris appellatus poteſt præuenire, & litteras commiſſionis impetrare, dummodo nimium non præcurrat, vt appellantis diligentiam captioſe præueniat, *c. oblata §. ſi vero & ibi poſt gl. Can. hoc tit.* quo caſu proceſſus eſt nullus parte opponente; quia tales litteræ ſunt ſubreptitiæ, quæ tribuunt iuriſdictionem, ſi pars non opponit, ſecus quando opponit, *Put. deciſ. 235. lib. 2. Fel. in c. ad audientiam el 2. numer. 17. de reſcript.* Sed & in curia datis Apoſtolis appellatus poteſt impetrare commiſſionem ſuper appellatione, & appellantem præuenire, *Rot. deciſ. 16. de appel. in nou.* Appellatus non poteſt præfigere terminum præſentandi ſe coram iudice ad quem, ſicut appellans, *Pan. in d. c. perſonas num. 6. Rot. dec. 32. hoc tit. in nou.* ſed bene poteſt petere, quando appellatum fuit ab interlocutoria ad Cur. Romanam, quod principales perſonæ per ſe aut Procuratores cum rationibus, & munimentis ad articulum appellationis, & cauſam principalem ſpectantibus accedant ad ſedem Apoſtolicam, *c. 1. §. poſt hoc tit. in 6.* vel appellationem à definitiua vel interlocutoria approbare: *c. oblata c. Nicolao hoc tit.* ratio diuerſitatis eſt, quia appellans præfigit ſibi legem terminum iuris reſtringendo, & ſi ſtatuit terminum nimis prolixum, poteſt iudex eum reſtringere, *d. c. perſonas hoc tit.* Appellatus autem appellanti beneficium legis non poteſt auferre, ius enim indulget annum ad proſequendam appellationem, & finiendam à tempore appellationis interpoſitæ, *l. fin. §. illud & ibi gloſſ. in verb. inchoatam C. de temp. & repar. appel. Clem. ſicut hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. à die Bart. in auth. de appel. numer. 2. per illum text. coll. 8. Gail. obſ. 140. in princ. lib. 1.* & dati iudicis, *Put. deciſ. 156. libr. 2. l. ſi in diem & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. l. 3. §. ſi quis hæredi ff. de ſtatulib.* & ex cauſa biennium, *d. Clem. ſicut c. ei qui appellat. 2. q. 6. auth. ei qui & ibi Bart. C. de temp. & repar. appell.* ſiue ante ſiue poſt ſententiam fuerit appellatum, *c. cum ſit Romana & ibi gloſſ. mag. Ioan. de Anan. ſub numer. 2. & Can. hoc tit.* De Stylo Curiæ datur biennium, quando in primo anno cauſa eſt commiſſa, & deuentum ad citationem cum inhibitione, *Achil. dec. xj. hoc tit. licet Pan. in c. ex ratione num. 4. eod. plures caſus diſtinguat & ibi Can. c. ſignificante hoc tit. ibi intra annum ad huiuſmodi appellationem miſerat proſequendam,* Vltra dicta tempora hæredi appellantis ad proſequendam appellationem dantur quatuor menſes, qui incipiunt currere poſt tempus ad deliberandum conceſſum, *l. fin. C. ſi pend. appel. mors interuen.* Hinc inoleuit mos † palatij Apoſtolici, quod appellanti à 56
ſententia definitiua dentur Apoſtoli reuerentiales non ſimpliciter in forma, cuius extenſionem tradit Veſt. *in praxi libr. 7. cap. fin. in princ.* Caſſad. *dec. 7. nu. 5. hoc tit.* quia tunc iudex retulit legem, ſiue formam à lege traditam, de qua *in l. vnica ff. de lib. dimiſſ. c. poſt appellationem § forma 2. quæſt. 6.* & non ſtatuit terminum de nouo, *Fel. in terminis in c. cauſam quæ num. 6. de reſcript. Prapoſ. in c. cum ſit ſub num. 22. verſ. quid ſi ab homine hoc tit.* Sed cum termino decem dierum in forma ſolita, ita quod ſi

Digitized by Google

infra decendium cauſa appellationis non reperiatur commiſſa, deſerta eſt appellatio, ſed præſentata commiſſione cauſæ appellationis iudici ad quem vndecima die, appellatio non eſt deſerta, dummodo decima die probetur data curſori, vt eam præſentaret, *Caſ. dec. 3. de reb. eccl. alien. vel non in princ. Caſſad. deciſ. 4. & Creſcent. deciſ. 1. & 8. hoc tit. atteſtantes de vſu Curiæ c. cum ſit hoc tit. c. perſonas & ibi late Pan. hoc tit. Caputaq. deciſ. 31. & ſeq. part. 1.* quia dicti decē dies dantur ad proſequendum, id eſt, ad proſecutionem inchoandam, *c. perſonas c. cum ſit Romana hoc tit. Rot. dec. fin. eod. in nou.* imo ſufficit docere de interpellatione Vicecancellarij, aut locum tenentis, vel eius qui pro tempore ad ſignaturā commiſſionum eſt præfectus, *Bart. in l. mora num. 15. ff. de vſur. Ioann. de Imol. in l. Titia Seio ſub num. 6. ff. de leg. 2. Caſſad. dec. 4. ſub nu. 2. hoc tit. Veſt. in praxi lib. 7. c. fin. num. 5. Put. deciſ. 221. libr. 1. Bellam. deciſ. 592. Prapoſ. in c. exaratione num. 9. circa finem hoc tit.* vt apponunt diem præſentationis commiſſionis, *Put. dec. 379. lib. 2. quam nota quia ex ea conſtat ob præſentationem non dari alium menſem. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innouat. appel. pend. num. 65. & ſeqq.* nam auth. ſi appellatione C. de temp. & repar. appel. permittit appellanti alternatiue, vt poſſit præſentiam ſuam manifeſtare iudici futuro, vel eius conſiliarijs, aut ijs qui lites intromittunt, ideoque hi omnes & ſinguli propter alternatiuas poſſunt dare præſentata, *c. cum plures 1. reſp. & ibi gloſſ. 1. & Can. de off. d. leg. in 6. c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. §. pen. Inſtit. de hered. inſtit.* vel quod congruo loco fuit quæſitus, qui ſignat commiſſiones, & non potuerit loco congruo reperiri, *Caſſad. d. dec. 4. in fine hoc tit. l. 3. §. nerua ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. dec. 20. hoc tit. in antiquior. & deciſ. 48. eod. tit. in antiq. & dec. 25. & 26. eod tit. in nou. Bell. dec. 592 dicens quod vnum modicum impedimentum reſtituit terminum decem dierum datum per iudicem à quo ipſo iure Innoc. in cap. exratione hoc tit. ſub nu. 2.* quia impedimentum præſtitum ab habente ſignaturam commiſſionum non debet appellanti præiudicare, *Auth. ſi appellatione C. de temp. & reparat. appel. & ibidem Bald. & DD. Pan. in c. ex inſinuatione in 2. not. hoc tit. & Can. Bol. conſ. 15. num. 8. & 9. & per tot. vol. 2. Put. deciſ. 221. libr. 1.* etenim omnes dies quibus commiſſio appellationis per officiales ſignaturæ iuſtitiæ retenta fuit, vel ipſo iure ſubducuntur ex termino reuerentialium, *c. ex inſinuatione de appel. Pan. in c. exaratione dicens appellanti non currere tempus etiamſi per mille annos retineretur & ibi Prapoſ. nu. 22. Franc. num. 44. & Can. hoc tit. Prapoſ. in c. perſonas ſub nu. 12. verſ. aliud eſt tempus ſcilicet donec cauſa pendet in Conſiſtorio Principis hoc titul. Ant. Bard. de temp. vtili cap. 4. num. 3. Gram. deciſ. 13. num. 2. 3. & 4.* vel ob dictam retentionem debetur reſtitutio in integrum, *Auth. ſi appellatione C. de temp. & reparat. appel. & ibi poſt gl. fin. DD. gl. in l. ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect. Mynſ. obſ. 98. cent. 5.* quia fatalia appellationis, vel ſunt vtilia, vel continua cum reintegratione reſpectu impedimenti, *Bald. in d. auth. ſi appellatione in princ. Bell. in c. anteriorum num. 142. queſt. 6. Ant. Bard. de temp. vtil. cap. 4.* & currunt tantum negligentibus: *c. reprahenſibilis c. peruenit el 2. c. ſæpe de appel.* Sed & feriæ paſchales aut natalitia, quas ſubinde contingit in terminum reuerentialiū incidere, ex dicto termino, quem excedunt, vel ſubducentur, *l. quibus diebus ff. de cond. & demonſtr. Lanfr. de Oriano in repet. c. quoniam contra in verb. dilationes numer. 95. & ſeqq. & Can. de prob. Hoſt. in c. licet cauſam num. 5. Anch. num 10. But. nu. 30. de prob. Lanf. de Auadno in tract. de dilat. num. 13. & ſeqq. Gail. obſ. 140. num. 4. lib. 1.* vel præſtant reſtitutioni iuſtam cauſam, quia appellans ex præcepto iudicis à quo, de ſe præſentando coram iudice ad quem, quod præuidere non potuit, in ferias incidit, *arg. l. ſed etſi per prætorem §. ſi feria ff. ex quib. cauſ. maior. &c. Bartol. in auth. ſi appellationem num. 2. C. de temp. & reparat. appel. l. præſes C. de appel.* & quia in dubio pro non deſertione eſt iudicandum, *Paul. de Caſtro in l. 1. num. 3. in fine ff. ſi quis cautionibus, &c.* & ſi appellans ſuper impedimento non habet teſtes, ſtabitur eius iuramento inſpecta cauſæ & perſonæ qualitate, *Specul. de appel. §. 7. nunc breuiter num. 6. part. 2. l. ſiue oportet §. conſequens verſ. ſufficit & verſ. ſeq. ff. de excuſ. tut. Guid. Pap. quæſt. 205. Franc. Marcus quæſt. 283. num. 3. part. 1. Salicet. in l. præſes ſub num. 2. C. hoc tit. Mynſ. obſ. 92 cent. 3.* & eius Procuratoris, *Fel. in c. perſonas ſub nu. 1. circa finem verſ. & pro hoc vltimo de appel.* ex dicto

curſu † fatalium, ſiue ab homine ſiue à iure præ- 57

fixo deducenda ſunt tempora compromiſſi, vel quando alias de partium expreſſo conſenſu proſecutio differtur, *Clem. quamdiu hoc tit. auth. ſi tamen C. de temp. & reparat. appel. Gail. d. obſeru. 140. numer. 8. & ſeq. libr. 1. Mynſ. obſ. 68. cent. 2. & obſ. 14. cent. 3.* remiſſoriarum, *Rot. deciſ. 2. de dilat. in nou. Caſſad. deciſ. 9. hoc tit. Rot. deciſ. 15. hoc tit. in nou. l. 1.*

§. fin. C.

Digitized by Google

§. *fin. C. de annal. except. Clem. ſicut in fin. hoc tit.* Cõpulſorialium, et generalium, quando appellans ſine culpa ſua nequit habere inſtrumenta, quia forſan ſunt penes appellatum, *Specul. de appel.* §. 7. *nunc breuiter ſub n.* 8. & ſedis vacãtis. *Card. Seraph. deciſ.* 362. *n.* 2. *c. de quarta c. cum nobis de præſcript.* Itẽ ſuſpenditur eorum curſus per mortem vnius ex collitigantibus, ac hæreditate iacente donec detur curaror bonis, *Bald. in l. ſi vnus C. ſi pend. appell. mors interu.* Præterquam in beneficialibus, in quibus poſt mortem collitigantis durat lis, & ſuperſtes debet prorogare fatalia citatis intereſſe habentibus, etiamſi ipſe ſuperſtes gratioſe ſit ſurrogatus in ius defuncti, *Mobed. deciſ.* 8. *hoc tit. c. fin. vt lit. pend. &c. in* 6. *& ibi Can. notant Bald. in l. ſi pater C. ſi pend. appel. mors interuen. Rot. deciſ.* 8. *vt lit. pend. &c. in nou.* & alijs caſibus notatis in l. 2. & auth. 15.
58 ibi poſitis C. de temp. & reparat. appel. Iudex † à quo licet poſſit appellanti præfigere terminum breuiorem termino iuris ad proſequendam, vt dictum eſt, non poteſt tamen ſtatuere terminum breuiorem ad finiendam appellationem, quia ſuperiori legem dicere non poteſt, *c. ex inſinuatione gl. in d. c. cum ſit Romana in verb. reuiſius tempus & ibi Pan. num.* 3. 12. *&* 17 *& Can. hoc tit. gl. in c.* 1. *eod. in* 6. *in not.* Currunt † fatalia appellanti, qui for-
59 mauit libellum ineptum, aut conſtituit Procuratorem non idoneum, ſuper quibus fuit diſputatum diu, & tandem pronunciatum ſuper ineptitudine libelli, *l. accuſaturum ff. de adult. arg. l. quod ſi nolit* §. *ſi mancipium ff. de ædil. edict. l. ſi pater de ſtat. defunct. Bald. in terminis in auth. ei qui appellat num.* 2 *C. de temp. & repar. appel.* vel mandatum non eſſe idoneum propter appellantes culpam, *c. Nicolao de appel. l. ſi procuratorem* §. *ſi tutores ff. mand. l.* 2. §. *ſi mater ff. ad SC. Tertull. Bald. in terminis in d. auth. qui appellat ſub num.* 2. *verſ. quæro ſi appellans miſit facit l. Seruius ff. quod vi aut clam, &c.* Sed non currunt appellãti, ſi eſt pronunciatum libellum eſſe aptum, aut ſufficiens eſſe mãdatum, quia tunc nulla culpa aut negligentia appellanti poteſt imputari, qui mora contradictionis impeditus fuit, *l. ſi cum ipſe ff. de excuſ. tut. l. intra vti'e ff. de minor. &c. l. petenda C. de temp. in integ. reſtit. arg. not. per Cagn. in l. contra maioris numer.* 4. *Bald. in fine & DD. C. de inoffic. teſtam.* An pauperi currant fatalia tam introducendæ, quam finiendæ appellationis, vide Gail. *obſ.* 124. *lib.* 1. & Mynſing. *obſ.* 97. *cent.* 4. Iudex ad
60 quem † non debet audire appellantem, nec ad citationem, vel inhibitionem procedere, niſi facta fide de appellatione, *c. cum in eccleſia hoc tit. & ibi Can. notant c. Romana* §. *ſi vero eod. in* 6. *c. exhibita verſ. fin. ibi appellatum conſtiterit de iud. Bart. in l. bi qui ad ciuilia num.* 3. *C. hoc tit. Caſ. dec.* 2. *de reſcript.* & ſi appellatum fuerit ante ſententiam definitiuam, niſi cauſa probabilis ſeu legitima in appellatione ſit expreſſa: *d. c. Romana* §. *cum autem & ibi poſt gl in verb. expreſſa Can.* Sed debet citatis partibus aſſignare terminum ad opponendum contra appellationem, antequam procedat vlterius, *Franc. in d. c. Romana* §. *ſi vero in princ. Rot. deciſ.* 6. *hoc titul. in antiq. Gail. obſ.* 119. *lib.* 1. *Mynſ. obſ.* 15. *cent.* 3. Iudex autem qui ſententiam tulit à qua eſt appellatum non eſt citandus, *c. venerabilibus in princ. verſ. ſed ſi excommunicatus de ſent. excomm. in* 6. *Fel. in c. dilectus el* 1. *num.* 3 *de reſcript. Fel. in c. facto num.* 9. *de ſent. excomm. & Pan. num.* 6. *Mynſ obſ.* 82. *cent.* 3. *& obſ.* 87 *d. cent.* 3. quoniàm tueri hanc cauſam non ad ipſum iudicem, ſed ad eum pro quo lata eſt ſententia, ſpectat, *d. c. venerabilibus in princ. verſ. ſed ſi excommunicatus.* In appellatione iudiciali diſtinguendi ſunt quatuor caſus, ſiue iudex qui de appellatione cognoſcit, ſit metropolitanus, vel Epiſcopus, legatus, nuncius, aut delegatus à ſede Apoſtolica, *Archid. in d. c Romana ſub num.* 5. *in gloſſ. ſuper verb. prohibere Gemin. ibidem in* §. *quod ſi ſub n.* 2. *verſ. oppono quod iudex c. legati ſeſſ.* 22. Primus eſt communis appellationi interpoſitæ ab interlocutoria, & definitiua, vt quando opponitur nullatenus, vel non intra decem dies fuiſſe appellatum, vel non appellatum in ſcriptis, eo caſu quo debuit in ſcriptis appellari, vel appellationem eſſe deſertam, *l.* 2. §. *fin. cum ibi not. C. de temp. & repar. appel. Rot. dec.* 24. *hoc tit. in nou.* vel aliud quid ſimile, qualia poſſunt opponi in vim declinatoriæ exceptionis, & iudex appellationis non poteſt inhibere iudici à quo, aut de principali cauſa cognoſcere, niſi prius ipſe appellans probauerit legitimam appellationem, & cauſam ipſam ad eum totaliter eſſe deuolutam, *d. c. Romana* §. *ſi vero & ibi Franc. num.* 2. *& Can. Ioan. And. in c.* 1. *num.* 2. *hoc tit.* quia legitimatio perſonę iudicis, & cognitio an ſit iudex debet præcedere exercitium iuriſdictionis: *c. ſuper litteris de reſcript. Rot. dec.* 24. *hoc tit. in nou.* quod ſi pronunciet appellationem deſertam, & appelletur doceaturque de diligentia appellãtis, poteſt reponere, quia quoad hoc cenſetur interlocutoria, *c. ſi à iudice de appell. in* 6. *Rot.*

dec. 9.

Digitized by Google

dec. 9. hoc titu. in nou. Rot. deciſ. 42. & 43. hoc titul. in antiq. Pręterea poſſunt opponi in vim peremptoriæ exceptionis, & ſuper illius probatione fit remiſſio, & dabitur dilatio extra Curiam, quia peremptoriæ exceptionis, probationes non cogitur appellans ſecum ad Curiam ferre, niſi citatio ipſum arctet. *Ioan. And. in c. 1. num. 2. & 3. hoc tit.* Secundus caſus eſt, quando conſtat appellationem eſſe interpoſitam à ſententia definitiua in caſibus regulariter permiſſis, vel ab interlocutoria vim definitiuæ habente, *gloſſ. in fin. in verb. inanes & ibi Can. de elect. in 6. Gail. obſ. 130. num 5. & obſ. 144. in princ. lib. 1.* quæ ſuſpendit & deuoluit, *dictum eſt ſupra Gail obſ. 144. in princ. lib. 1.* Articulus appellationis non eſt diſcretus à cauſa principali, poteſt iudex ad quem ſtatim inhibere, & cognoſcere de cauſa principali, *c. cum cauſam & ibi gloſſ. fin. verſ. ſi vero aliquis appellat. & l. 2. in fine ff. hoc titul. & ibi Bart. & DD. c. 1. verſ. ijs quæ in appellationibus eod. in 6 & vtrobique Can. l. Titianus in fine ff. quod cum eo qui in alien. poteſt. &c.* Tertius caſus eſt, quando appellatio à definitiua in caſibus à iure notatis *in l. fin. ff. de appell. recip. Franc. in rub. de appell. num. 17. & 18.* vel ab homine, *Myn*ſ*. obſ. 3. cent. 1.* Prohibitis, vel à tertio pro intereſſe ſuo, *Pan. in c. cum ſuper num. 5. de re iud. & ibi Can. l. à ſententia ff. hoc tit.* Apparet interpoſita cauſa expreſſa; *Franc. in d. c. Romana §. ſin autem num. 6.* & iudex non debet inhibere niſi poſtquam cœperit cognoſcere, an appellatio ſit recipienda vel non; *d. c. Romana §. ſin autem,* quia licet in appellationib. à definitiua in caſibus permiſſis, iudex debeat cognoſcere de meritis cauſę, & videre an bene vel male ſit iudicatum, *c. fin. in fine 2 quaſt. 6. l. eos 1. C. hoc tit.* tamen hoc caſu cognitio de legitimitate appellationis ſeparata eſt ab articulo, & meritis cauſę principalis; *Gemin. in d. c. autem num. 3.* quo diſcuſſo, & appellatione admiſſa, ſicut in appellationibus à definitiua in caſibus permiſſis, poteſt etiam altera parte contumaciter abſente, iudex ad quem principale negotium, ſi liquet, definire, *c. per tuas hoc tit.* Quartus caſus eſt, quando appellatum eſt ab interlocutoria, & obijcitur quod non ſit emiſſa ex cauſa iuſta, & legitima, tunc ſi apparet patenter legitima, quia in iure eſt expreſſa, poteſt inhibere antequam cognoſcat, an ſit vera, ſi vero dubitat an ſit probabilis, non debet inhibere, niſi poſtquam cœperit cognoſcere de veritate cauſæ: *d. c. Romana §. quod ſi,* ratio diuerſitatis eſt, quia exceptio (cauſam expreſſam in appellatione ab interlocutoria non eſſe legitimam) eſt declinatoria, ſed ſi excipiatur quod cauſa non ſit vera, tunc eſt exceptio peremptoria: *Franc. in d. c. Romana §. quod ſi num. 1. & 2. & ibidem Can. Gail. obſ. 144. num. 4. lib. 1.* & altera parte per contumaciam abſente, etiam lite non conteſtata in appellatione, vel cauſa principali, iudex ad quem definit actum appellationis, *c. interpoſita §. fin. hoc tit.* quia in hoc caſu prioris iudicis iniquitas principaliter arguitur, atque aliter decretæ inhibitiones, proceſſus, & inde ſecuta quæcunque ſunt ipſo iure nulla, ex diſpoſitione Concilij Trid. *c. legati ſeſſ. 22.* De principali negotio Archiepiſcopus, ad quem appellatum extitit ante definitiuam, etiam in cauſa eccleſiaſtica inter laicos acta, *Franc. in c. 1. ſub num. 2. verſ. in glo. in verb. clericorum de for. compet. in 6. & ibi Bellam. in repet. d. c. num. 3. & 4. & Can.* quando ſuffraganeus non detulit appellationi, *c. 1. & ibi Anch. n. 1. poſt gl. in verb. prætermiſſo & Can. communiter de for. compet. in 6. c. cum appellationibus §. ſi vero de appell. in 6. Collect. in c. 1. num. 3. de for. compet.* cognoſcere non poteſt, etiam de conſenſu partium, *c. Romana in princ. de for. compet. in 6. c. Romana §. 3. & 4. hoc tit. in 6. Franc. Marc. deciſ. 177. part. 1. c. 1. §. poſt hoc & ibi gl. in verb. omiſſo hoc tit. in 6.* niſi finito articulo appellationis pronunciet bene appellatum, quo caſu non habet locum remiſſio, ſed ipſemet iudex appellationis de cauſa principali cognoſcere poteſt, *c. vt debitus in fine & ibi gl. in verb. alioquin Franc. num. 46. & Can. hoc tit. Gail. obſ. 131. lib. 1. Bart. l. eos 1. num. 4. C. hoc tit. Mynſ. obſ. 79. cent. 3. & obſ. 46. cent. 4.* Secus eſt in epiſcopo, ad quem appellatum extitit ab Archidiacono, vel alio inferiore prælato, quia epiſcopus à ſubditis adiri poteſt per ſimplicem querelam: *gl. in d. c. 1. in verb. prætermiſſo in fine & ibi Bellam. in repet. d. c. ſub nu. 1. 2. & ſeq. Anch. in fine 1. not. & Can. communiter de for. compet.* Item in Papa; ac delegato ab eo ad cauſam appellationis, & principalem; & Rotæ auditoribus, & quolibet iudice ordinario qui per ſimplicem querelam cognoſcere poteſt, *gloſſ. in cap. 1. in verb. ad nos hoc tit. in 6.* qui, omiſſo articulo appellationis, de partium voluntate procedunt in negocio principali, niſi appellatus contradicat, & velit quod prius procedatur in negocio appellationis: *Rot. deciſ. 67. hoc tit. in antiq. cap. 1. §. poſt hoc & ibi poſt gloſſ. Franc. numer. 6. & Can. hoc titul. in 6 Franc. in cap. 1. numer. 2. de for. compet. in 6. & ibi*

Can.

Can. De conſenſu vero appellati, inuito & con-
tradicente appellante, omiſſo appellationis arti-
culo in cauſa principali procedunt, & definitiue
pronunciant, *c. cordi de appell. in 6. & ibi Ioan. Andr.
num. 6. & Can. communiter Gail. obſ. 136. lib. 1. Mynſ.
obſ. 79. cent. 3.* quia in eo quod primo cognoſca-
tur ſuper articulo appellationis, verſatur fauor
ſolius appellati, cui fauori ſi renunciet, non po-
teſt appellans conqueri; quia appellationē ſuam
aſſerit legitimam, & per conſequens totam cau-
ſam ad iudicem appellationis deuolutam, qui
cauſam non remittit, ſed incipit ipſe de ea cogno-
ſcere, *c. vt debitus & ibi Can. de appell. Gail. d. obſ. 136
pulchre Dec. in d. c. vt debitus num. 74. & ſeqq. ponens
dictas tres concluſiones*, & ita paſſim ſeruatur in Ro-
ta, vt commiſſa cauſa appellationis ab interlocu-
toria lata in partibus, vna cum negocio principa-
li, non conſtito de appellatione, procedatur in
principali, *gloſſ. in c. 1. in caſu poſ. in vlt. not. hoc tit.
in 6. Achil. deciſ. 17. num 3. & 4. de reſcript.* Imo de-
legatus, cui à ſede Apoſtolica ſimpliciter com-
miſſa eſt cauſa appellationis huiuſmodi, pronun-
ciato quod bene fuit appellatum, poteſt abſque
noua commiſſione cognoſcere de cauſa princi-
pali, *gloſſ. in c. ex tenore in verb. terminetis de ſer. com-
pet. d. c. vt debitus & ibi Franc. num. 49. dicens ita pra-
cticari*, cauſa principalis (iuſtificata cauſa appella-
tionis ab interlocutoria) non poteſt remitti ad
iudicem à quo inuito appellante, cum ſit ſuſpe-
ctus, ex quo ſemel grauauit, *c. ad hac ſi vna hoc titul.
& ibi gl. c. vt debitus & ibi Franc. numer. 46. & DD.
communiter de appell. Bald. & DD. in l. tot 1. C. eod.
Gail. obſ. 131. lib. 1.* Cauſa appellationis pronun-
ciata illegitima, appellans condemnandus eſt in
expenſas, *c. cum appellationibus hoc tit. in 6.* & iudex
à quo immediate, poſtquam pronunciatum eſt
male appellatum, recuperat facultatem cogno-
ſcendi de cauſa principali; nec requiritur aliqua
verbalis remiſſio iudicis ad quem, *Franc. poſt Ioan.
And. in d. c. vt debitus num. 47.* niſi iudex à quo de-
tuliſſet appellationi, tunc enim tota cauſa eſt de-
uoluta ad iudicem ad quem, etiamſi pronuncia-
ret male appellatum, ideo index à quo non po-
teſt cognoſcere niſi cauſa ſibi remittatur per iu-
dicem ad quem, *d. cap. cum appellationibus §. ſi vero*,
quæ remiſſio eſt noua commiſſio, *Rot. deciſ. 49.
numer. 4. hoc tit. in nou. d. cap. cum appellationibus §.
ſi vero iudex hoc tit. in 6. Gail. obſ. 131. libr. 1. per tot.*
61 In appellatione extraiudiciali, † propter hoc,
quod ſuperior iudex appellationis incipit co-
gnoſcere, de appellatione ſiue in principali, ſiue
alio modo; non debet impediri officium, vel ius
primi, vel alterius hominis, quin illud exequatur
ſicut primo; quia reſcripta vel appellatio non
debent quemquę priuare ſua poſſeſſione, quam-
uis & hoc ipſum ſit in iudicio: *Archid. in d. c. Roma-
na ſub numer. 5. in gl. ſuper verb. prohibere circa finem
gl.* Secundo † ad officium iudicis ad quem perti- 62
net, quando appellatum fuit à ſententia defini-
tiua, reuocare attentata quæcunque facta infra
decem dies ad appellandum datos, ac etiam
poſt appellationem interpoſitam. *l. per hanc & ibi
Angel. num. 3 limitat 6. mod. C. de temp. appell. c. non
ſolum hoc tit. in 6. Fel. in c. cum 1 & A num. 5. de re iud.
c. ſollicitudinem & c. dilectū hoc tit. Gail. obſ. 146.
lib. 1.* Perpetrata infra decem dies, quamuis et-
iam appellatum non eſſet, ac appellatione de-
ſerta, non per viam attentatorum, ſed nullitatis,
*Caſ. deciſ. 2. hoc tit. atteſtans hanc diſtinctionem ſerua-
re Rotam Franc. in c. ſæpe ſub num. 30. in gloſſ. in verb.
rata hoc tit.* ideo priuationis impetratio obtenta,
& collatio intra decendium datum ad appellan-
dum eſt nulla, cum omnibus decretis & deroga-
tionibus in ea appoſitis, nec reconualeſcit, licet
poſtea non fuerit appellatum. *Mohed. deciſ. xj. de
præb. & deciſ. 17. ſub num. 1. verſ inſuper in hac cauſa
de cauſ. poß. & prop. Put. deciſ. 27. lib. 1. fuſe Franc. A-
retin. in l. qui à latronibus §. ſi quis in capitali col. 2.
verſ. extra gl. quæſiuit hic ff. de teſtam. & DD. Greg.
xv. deciſ. 339. nu. 4. & ſeq. & ibi annot. & deciſ. 513.*
Perpetrata poſt appellationem emiſſam, & poſt
decem dies, per viam ordinariam, aut extraordi-
nariam vt dictum eſt in titulo vt lit. pend. &c.
quæ appellatione deſerta non reuocantur, *Caſ.
d. deciſ. 2. hoc tit. Franc. in d. c. ſæpe ſub num. 30. in gl.
in verb. rata hoc tit. in nou.* Excipe, ſi ſint perpetra-
ta à procuratore generali, (quia in generali man-
dato non venit delictum,) *Bart. in l. ſi procurator
num. 6. & 7. ff. de cond. indeb.* Si non probatur ſci-
entia principalis, ſine qua non inducitur ratifi-
catio, quæ à principio non ſunt purganda, et-
iamſi principalis inhibitus nō certificauerit pro-
curatorem, quod ſe amplius non intromitteret.
*Caſar. deciſ. 3. hoc tit. Bellam. deciſ. 550. Bart. in l. ſi
procuratorem num. 6. & 7. ff. de cond. indeb.* Quan-
do appellatum eſt ab interlocutoria ante defini-
tiuam attentata reuocari non debent, donec ap-
pellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, *c. non*

ſolum §. *illa hoc tit. in 6. Rot. deciſ.* 44. *hoc tit. in nou. Achil.deciſ.*30.*hoc tit.*fauore appellati, ſed contra appellantem reuocantur ante iuſtificationem cauſæ appellationis, quia non poteſt dare de iniuſtitia propriæ appellationis, *Achil.deciſ.*34.*nu.*5. *hoc tit. Innocent. in c.*2. *nu.*3. *in fine de reſcript.per c.ex parte el.*2. *de reſcript.iuncto c.oblata de appell.* niſi iudex appellationis inhibeat canonice iudici à quo extitit appellatum, aut parti, licet inhibitio iudici non fuerit præſentata, *Lancell.de attent.part.*2.*cap.* 20 *ampliat* 19.*Gregor.xv.deciſ.*360.*nu.*2. ne procedat. tunc enim quidquid poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatum, eſt, licet cauſa eadem non ſit vera per eundem appellationis iudicem ante omnia in priſtinum ſtatum reducendum, *d. c. non ſolum* §. *illa Achil. deciſ.* 29. *hoc tit. Rot. deciſ.* 20.*hoc tit.in nou.& ibi addit.Rot.deciſ.*1.*de offic.deleg. & ibi add. Greg.xv. deciſ.* 435. *& ibi annot.* ne aperiatur via inferioribus iudicandi ſuper inhibitionibus ſuperiorum: de attentatis poſt appellationem extraiudicialem eorumque reuocatione dictum eſt ſupra hoc tit. Pendente cauſa attentatorum, & executione ſententiarum ſuper eis latarum, non currunt fatalia appellationum, *Rot. deciſ.*15.*hoc tit.in nou. Creſcent.deciſ.*10.*nu.*2.*de cauſ. poſſeſ. & prop. c.non ſolum ibi ante omnia hoc tit.in* 6. ſecus ſi ſuper attentatis ſuccubuiſſet, quia tunc ipſemet ſibi impedimentum præſtitit, *Rot.d.deciſ.* 15.*hoc tit.hoc tit.in nou. Bald. in l.contra maiores n.*4. *C.de inoff.teſtam.* Notandum eſt, quod non cenſetur attentaſſe, qui poſt inhibitionem rotalem iuit ad concilium regium pro manutentione ſuæ poſſeſſionis, quam poterat propria auctoritate defendere, *Achil.deciſ.*36.*hoc tit.Pariſ.conſ.fin.vol.* 4.§ *fera beſtia verſ.nec intereſt Inſtit. de rer.diuiſ.l.iniuriarum* § *fin. ff. de iniur.* quodque in dubio præſumitur inhibitionem ſubſecutam eſſe, & non præceſſiſſe eadem die attentatum, ad euitandum delictum, *Achil.deciſ.*37. *hoc tit. l.Titia* §.*idem reſpondit ff.de verb.oblig.Crauett.conſ.*25.*nu.*7. *l.quoties*
63 *ff.de reb.dub.* Imponitur † exordium cauſæ appellationis vna tantum parte præſente, dummodo interueniat citatio alterius, licet in alijs requiratur litis conteſtatio, *l.fin.*§. *illud & ibi gl. in verbo exordium & DD. C. de temp. & reparat. appell. c. per tuas hoc tit.Mynſing.obſ.*1.*&* 38. *cent.*1. Citatio abſentis neceſſaria non eſt, quando appellatio interpoſita fuit ab interlocutoria ad curiam Romanam, & recepta à iudice, vel per partem appellatam approbata, & fuit ſtatutus terminus, ſiue à iudice vel ab appellante ad proſequendam appellationem, quia talis terminus habet vim peremptorij ad cauſam totam, adeo quod abſq; alia citatione poterit procedi contra abſentem ad inſtantiam alterius partis, *c.ſæpe & ibi Pan.n.*6. *&* 9.*Franc.n.*3.*&* 13.*& Can.hoc tit.* Idem obtinet in appellatione à definitiua ſententia ex ſtylo, *Rot.deciſ.*48.*hoc tit. in nou. c.Nicolao c.oblata hoc tit. Rot. deciſ.* 26. *de reſcript. in antiq.* alij vero tenent quod appellatio à definitiua cum præfixione termini, quam pars appellata approbauit, deuoluit cauſam ad curiam, & habet vim peremptoriæ citationis, & hoc caſu nulla eſt differentia in appellatione à definitiua vel interlocutoria, ſed quod in appellatione à definitiua ſola delatio iudicis cum aſſignatione termini ſine approbatione partis non deuoluit, nec habet vim peremptoriæ citationis ex eo quod in appellatione à definitiua, delatio iudicis nihil operatur; quia non poteſt iudex non deferre, *c.non ſolum hoc tit. in* 6. & hoc caſu ponunt differentiam inter appellationem ab interlocutoria, & appellationem à definitiua, *Franc.in c. ſæpe n.*30. *hoc tit. & ibi Pan. poſt Specul. nu.* 2. *& Can.* Appellationem extraiudicialem habere vim peremptoriæ citationis dictum eſt ſupra §. appellatio alia eſt extraiudicialis. Appellans ſeu † alias ob lapſum biennij ad 64
alium iudicem recurrens, tenetur omnia acta coram epiſcopo geſta, ad iudicem appellationis, expenſis ſuis, epiſcopo prius admonito transferre, & reproducere parte aduerſa citata, etiam quando cauſa eſt commiſſa prout in prima inſtantia. quia hoc non tollit, *Greg.xv. deciſ.*320.*& ibi annot.* quod acta, quæcunque illa ſint, etiam criminalia, quæ in eam influunt, non ſint tranſportanda, alias ſecunda ſententia, actis primæ inſtantiæ non reproductis coram iudice appellationis, eſt nulla, etiamſi prima ſententia ſit iuſta: *l.*2.*& ibi Bart.num.*2.*Iaſ. nu.*15. *Dec.num.*33.*&* 34. *C.de edend. Fel.in c. Eccleſia S. Mariæ n.*16. *circa fin.de Conſtit.*ſed ſi appellatus compareat, tunc is quoq; cogitur actorum, quæ tranſlata ſunt, expenſas pro portione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, porro ipſam actorum copiam tenetur notarius congrua mercede accepta appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem exhibere, qui ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij administratione ſuſpenditur, & ad dupli pœnam,

quanti

quanti ea lis fuiſſet inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam, compellitur: Iudex vero ſi & ipſe impedimenti huius conſcius, particepſue fuerit, aliterue obſtiterit, ne appellanti integra acta, intra tempus, traderentur; ad eandem dupli pœnam tenetur, *c. cauſa omnes §. præterea ſi quis ſeſſ.* 24. In criminalibus reus ab epiſcopo, ſeu eius vicario appellans, coram iudice ad quem appellauit acta primæ inſtantiæ omnino tenetur producere, is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibere, alioquin abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi terminatur. *c. reus ſeſſ.* 13. Proceſſus tranſportatus præſumitur integer, quamdiu contrarium non docetur, *Crauett. de antiq. temp. part.* 2. *num.* 85. *arg. l. cum de lege ff. de prob. Bald. in l.* 25. *ſi is qui ff. de teſtam. Iaſ. in rub. ff. de nou. oper. nunc. circa fi. verſ. vlt. in quantũ Greg. xv. deciſ.* 59. *nu.* 1. *et deciſ.* 72. & in forma probanti, quando fuit extractus à notario actuario, etiam ſine citatione partis: & compulſoria, *Rot. deciſ.* 1. *de fid. Inſtrum. in nou. Rot. deciſ.* 4. *de fid. Inſtrum. in antiq. Felin. in c. fin. numer.* 7. *de fid. Inſtrum. Caputaq. deciſ.* 170. *part.* 1. *Greg. xv. deciſ.* 59. *nu.* 4. *& deciſ.* 58. *n.* 11. *dicens conſ. Trid. habere locũ in cauſa Eccleſiaſtica & non prophana & ibi annot.*

65 Appellator † appellationem iudicialem & extraiudicialem neq; ad finem peragere, & finire debet infra annale tempus, & ex cauſa impedimenti in primo fatali infra ſecundum fatale, ſeu biennium, *c. ex ratione hoc tit.* vt ſupra dictum eſt, non à tempore ſententiæ, ſed à die interpoſita appellationis, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro grauamine appellatur, numerandum, *Clem. ſicut hoc tit. Pan. in c. ex ratione in* 2. *not. hoc tit.* Appellatore ceſſante, cum vnus menſis ſupereſt ex biennio, licet victori ingredi, vt quæratur, quo ſiue

66 inuento, ſiue non, ſuas adferre poteſt † allegationes, vt vel confirmetur, vel reſcindatur ſententia: in omni caſu abſente in expenſis condemnando, ſecundum tempora fatalium dierum: *Auth. ei qui appellat §. appellatore C. de temp. appell. c. reprehenſibilis & c. ſæpe in princ. hoc tit.* ante vltimum menſem biennij pars appellata proſequi poteſt, ſed non petere definire, *Franc. Marc. quæſt.* 147. *vbi diſputat in vtramque partem part.* 2. Appellator abſens, vltima die citandus eſt ad audiendam ſententiam, *Bald. in d. auth. ei qui appellat ſub num.* 4. *per illum text.* niſi à iudice à quo, vel ipſo appellatore, terminus appellationi fuerit præfixus, iuxta dicta in principio huius §. qui vim edicti peremptorij obtinet, ita vt ex tunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorio ad iudicium vocatus extitiſſet, *c. Nicolao c. ſæpe §. quia tamen hoc tit. Bald. in d. auth. ei qui appellat ſub num.* 4. Neutro † occurrente, poſt ſecundum fa- 67
tale, permanet ſententia rata: *d. auth. ei qui appellat. in fine.* appellans cadit de appellatorio iuuamine, *l. fin. §. illud in fine C. de temp. & repar. appell.* & ſi appellatum fuerit à ſententia definitiua, poteſt talis exceptio opponi in vim declinatoriæ, quia concludit defectum iuriſdictionis iudicis ad quem, *Butr. in c. reprehenſibilis ſub n.* 17. *hoc tit.* & amplius adiri non poteſt etiam vtraque parte conſentiente. *Clem. ſi appellationem hoc tit. & ibi gl. in verb. appellatus & Can. Bald. in l. eos* 1. *nu.* 5. *C. eod. tit. Pan. in c. ſæpe nu.* 10. *hoc tit. Mynſing. obſ.* 59. *cent.* 2. Stylus curiæ habet, quod pars appellans tantum citatur ad docendum de diligentia ad proſequendum, de quo ſi non doceatur, expeditum eſt, quia ſolum lapſus temporis excludit, *Rot. deciſ.* 2. *hoc tit. in antiq. Clem. ſicut appellationem hoc tit. l. quoniam* 1. *C. hoc tit. Clem. ſi appellationem & ibi gl. in verbo deſerta hoc tit.* ideo non prorogatis fatalibus, remiſſoria eſt nulla, propter defectum iuriſdictionis, *Felin. in cap. inter monaſterium ſub num.* 23. *in fin. verſ. tempora tertio de re iud. Rot. diuerſ. deciſ.* 199. *part.* 1. appellans cadit ab inſtantia, & cauſa: nec amplius ſuper eodem negorio audietur, *Auth. item ſi appellatione & ibi Bart. in fine nu.* 2. *C. de temp. et reparat. appell. Bart. in l. petenda C. de temp. in integr. reſtit.* & firma remanet ſententia iudicis à quo, etiam lata contra ius litigatoris, *Clem. ſi appellationem & ibi gloſſ. fin. & Can. c. in præſentia & ibi Zab. & Can. de renunciat.* qui poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, non aſſignato quadrimeſtri, poſt fatalia decurſa, *gl. in l.* 2. *in verbo executioni & ibi DD. C de temp. & reparat. appell. Franc. in c. ex ratione num.* 86. *hoc tit. Mynſing. obſ.* 70. *cent.* 2. appellante citato, *Felin. in d. c. ex ratione numer.* 9. *& ibi Can. communiter hoc tit.* abſque eo quod iudex ad quẽ pronunciet ſuper deſertione, vel confirmet primam ſententiam, *l. fin. §. illud C. de temp. & reparat. appell. l. eos la.* 1. *& ibi gloſſ. in verbo vel iniuſtum C. hoc tit. Bart. in l. tale pactum § qui prouocauit n.* 3. *& ibi DD. ff. de pact.* ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus: *Mohed. deciſ.* 3. *de re iud. dicens ita obtentum fuiſſe in Rota Clem. ſi appellationem hoc tit. & ibi Can. l. quoniã* 1. *C. hoc tit.* quia iudex à quo pronunciat appellationem

Digitized by Google

rionem deſertam, Clem.ſi appellationem c.perſonas
c.cum ſit Romana & Butr.in c.reprahenſibilis nu.17.et
Bald.in l.eos 1. n.5. C. hoc tit. niſi appellatio fuerit
coram iudice ad quem introducta, & coram eo
facta aliqua proſecutio, quia tunc iudex ad
quem, etiam delegatus datus in cauſa appella-
tionis, abſque alia noua commiſſione, Rot.deciſ.
24. hoc tit. in nou. per c.ſuper literis de reſcript. & cap.
ſignificantibus de off. deleg. pronunciat appellatio-
nem deſertam, & abſoluit ab obſeruatione iudi-
cij, l.ſi præſes & ibi Bald. C. quom.& quand.Iud.& c.
Bart.in d l.eos 1.n.8.C.hoc tit. & condemnationem
expenſarum poſtea quandocunque ſupplet, quia
expenſæ ratione deſertæ appellationis debentur
condictione c. repræhenſibilis §. ſi autem hoc
tit. Franc.in c.ſæpe num.46.& ſeq.hoc tit. appellante
citato, etiamſi cauſa deſertionis fuerit ſpecialiter
commiſſa, alias ſententia ſuper deſertione lata,
eſt ipſo iure nulla, Rot.deciſ.22.de re iud.in nou. Rot.
deciſ. 59. hoc tit. in nou c.nos in quemquam 2. quæſt.1.
c.Eccleſia S. Mariæ & ibi gl. in verbo non conuenti alle-
gat concord. de Conſtit. vel ſi voluerit confirmat
primam ſententiam: Rot. deciſ.14. hoc tit.in nou.
Caſ.deciſ.1.nu.4. & Mohed.deciſ.9.eod. Put.deciſ.115.
lib.1. Innocent. in c.1. in fin. de confirm.vtil.vel inutil.
& c.auth ei qui C.de temp.& repar.appell.Rot.deciſ.41.
hoc tit. in antiq. nam ex quo tempora appellatio-
nis ſunt elapſa, & ſic ſententia per ius eſt confir-
mata, c.cum ſit hoc tit. iudex non male facit con-
firmando ſententiam per legem iam confirma-
tam, Rot.d.deciſ.14. glo.in l.eos 1.in verbo iniuſtam C.
hoc tit. Mynſing obſ.60.cent.2. vbi addit alium caſum
ſed non poteſt eam infirmare, quia caret iuriſ-
dictione, Put.d.deciſ.115.lib.1.Clem.ſi appellationem
hoc tit. Capell.Tholoſ. quæſt.244. Mynſ.obſ.59.cent.2.
quando ab vtraque parte appellatio eſt deſerta,
licet vtraque pars appellationem poſtea ſit pro-
ſecuta quia hoc caſu partes etiam expreſſe non
poſſunt prorogare Iuriſdictionem. Si ante ſen-
tentiam appellatum fuerit, ab aliqua interlocu-
toria, & appellatio fuerit deſerta, cogitur appel-
lans ſtare iudicio iudicis à quo, ſed poterit ite-
rum appellare, ſi iterum grauetur, quia per hoc
non cenſetur verus contumax, d.c.cum ſit Romana
in fine princ. & c. directa & vtrobique Can. hoc titul.
Si vero à grauamine extraiudiciali appellatum
fuerit ea deſerta, iterum auditur appellans per
viam querelæ, tum quia facta extraiudicialia non
tranſeunt in iudicatum, c.concertationi hoc tit.in 6.
& quia non ſolet dici appellatio, ſed quædam
prouocatio ad cauſam, d.c.cum ſit Romana in prin.
verſ.ſi vero & ibi glo.in verbo nec ſolent & Pan.n.18.et
ſeqq.c. bona hoc tit: per viam autem appellationis
non eſt vlterius audiendus, d.c.concertationi Pan.
in d.c.cum ſit Romana n.19. Sententia † ſuper de- 68
ſertione dicitur interlocutoria, c.ſua ibi interlocu-
tus hoc tit. Rot.deciſ.xj.eod.in nouis Fel.in rub.de re iud.
num.xj. Ioan.Monach.in c.cupientes num.69.et ſeq.de
elect. in 6. nec tranſit in rem iudicatam quoad iu-
dicem, c.ſi adhuc hoc tit. in 6.c. cum ceſſante eod.late
Rot.deciſ.42.hoc tit. in antiq. tamen habet vim de-
finitiuæ, & in appellatione ab ea non habet lo-
cum Clem.appellanti hoc tit. Rot.deciſ.42. & 43.
hoc tit.in antiq. vel eſt interlocutoria, quando pro-
nunciatur deſerta appellatio ab interlocutoria,
& definitiua, quando pronunciatur deſerta ap-
pellatio à definitiua, Fel.in rub. de re iud.nu.xj.Rot.
deciſ. 21. de re iud. in nou. Rot.diuerſ.deciſ.300.nu.7.
& 8.part. 2. Gail.obſ.138. lib.1. Mynſ.obſ.36.cent.3.
in dubio pronunciandum eſt pro non deſertio-
ne, ſi res non eſt omnino clara, Rot.diuerſ.deciſ.32.
num.3.part.2. Iaſ.in auth.adhuc C. de iud.nu.3.& ibi
DD.Paul.de Caſtro in l.1.ff. ſi quis cautionibus num.4.
& ibi DD.l.ſi contra & ibi pulchre Bald.& DD.C.hoc
tit. Mynſ.obſ.22. cent.5. Appellans iuſte impeditus
infra ſecundum fatale, reſtituitur abſque libelli
oblatione, Bald. in auth ei qui appellat nu.4.C.de
temp. & reparat. appell. per l. defendente ff. de auct. &
conſenſ.tut.vel curat. incidenter, aduerſus eius la-
pſum, Rot deciſ.2. & 3. de reſtit.in integ.in antiq.&
deciſ.1.eod.in antiquiori Innocent.in c.ſuſcitata ſub n.1.
de in integ. reſtit. cap.2. de off. iud. à iudice ad quem,
l.præſes C.de appell. & ibi Bart. & DD. Franc. in c ex
ratione numer.75.eod.tit.Gail.obſ.143.lib.1. ad illud
tempus tantum, in quo iuſte fuerit impeditus,
c.ex ratione hoc tit. & ibi Innocent. circa fin. num.2.
& DD.Rot.deciſ.60.eod.in antiq. Mynſ.obſ.42 cent.1.
& obſ.98.cent. 5. & debet tria probare impedi-
mentum, tempus per quod durauit, & diligen-
tiam vt remoueret impedimentum, Dec.in d.c.ex
ratione num.48.& 53.61. & ſeqq.& ibi Can.Oldr.de
reſt.in integ.part.2. quæſt. 71. art.3. aut ſi peruenit
à iudice ſe fuiſſe proteſtatum, Bald.in d.c.ex ratione
numer.10.& xj.

De prorogatione † fatalium exercendæ & fi- 69
niendæ appellationis, non reperitur iure ff. in
ſtatutum, vnde ſtandum eſt l. nemo C. de temp.
& repar.appell.ibi. neque ſub prætextu quodam

alieto

Digitized by Google

altero &c. per quæ videtur, prohiberi protoga-
tio. Bald. in l. fin. num. 12. C. ſententiam reſt. non poteſt.
Mynſ. obſ. 49. cent. 3. tenet Iure ciuili poſſe prorogari.
Iure canonicò videntur poſſe arctari & prorogari
ri ex cauſa; c. oblatæ §. ſuperior hoc tit. c. ex ratione &
ibi Can. hoc tit. Addit. ad ſpecul. hoc tit. §. 7. nunc bre-
uiter part. 3. num. 10. in verb. ex ratione late diſputat
in vtramque partem an hæc fatalia poſſint per partes
conſentiente iudice prorogari Gail. obſ. 140. num. 7. &
obſ. 141. num. 6. & ſeqq. eod. quorum protogatio
poteſt fieri à Rota, quoties ſibi videtur, etiam ſi-
ne partis citatione, vigore Innocentianæ; Creſ-
cent. deciſ. 3. de off. deleg. gl. in l. ſed & interpellatur &
in l ſic in proferre ff. de arbit. Iaſ. in l. nec quicquam nu.
23. ff. de off. proconſ. & leg. atteſtans de communi & ibi
DD. gl. in l. recuſarem in princ. ff. de iud. c. conſuluit de
offic. deleg. ſimpliciter conceſſa prodeſt tam in
cauſa appellationis, quam reſtitutionis in inte-
grum; ſecus ſi reſtringatur ad cauſam appellatio-
nis: Rot. diuerſ. deciſ. 82. part. 2. facit l. 2. verſ. quod ſi
ita contigerit C. de temp. & repar. appell. facta in cau-
ſa acceſſoria porrigitur ad cauſam principalem.
Rot. diuerſ. deciſ. 66. part. 2. arg. l. fin. §. fin. C. de v-
ſur. rei iud. Protogationes obtentę ab aſſertis pro-
curatorib. dicuntur ratificatæ per vlteriores pro-
rogationes obtentas à legitimis procuratoribus;
Card. Seraph. deciſ. 362. num. 3 & ſeqq. l. quo enim &
ibi gl. in verb. comprobare & eſt textus in l. paulus re-
ſpondit ff. rem rat. hab. protogatio fatalium facta in
primo anno incipit à fine biennij, non autem à
fine anni, Put. deciſ. 385. lib. 1. quia inducta ad v-
num finem, ſcilicet vt quis ſit diligentior, ne pro-
pter lapſum biennij fatale expiret, non debet o-
perari contrarium effectum. l. legatum inutiliter ff.
de adim. leg. l. 2. ante finem C. de iureiur. propter cal.
70 dand. cum ll. vulgar. Iudex appellationis † debet
pronunciare primam ſententiam iuſtam, vel in-
iuſtam: d. l. eos 1. C. hoc tit. gl. fin. in l. 1. ff. de re iud. l.
ſi prætor in princ. ff. de iud. l. in ratione §. imperator
verſ. cum quidam ff. ad leg. falcid. & ſi pronunciat
confirmando primam ſententiam, non eſt ne-
ceſſe quod addat verbum, abſoluo, vel condem-
no; ſi pronunciat contra ſententiam: ſiquidem
prima fuit abſolutoria: conſultius eſt, licet de iu-
re non ſit neceſſarium, vt addat, & ideo reum
condemno ſi vero fuit condemnatoria, & ideo
reum abſoluo: d. c. Romana & ibi Anch. num. 8. &
Can. hoc tit. in 6. Bart. in d. l. eos 1. num. 7. per l. cum
apud ſempronium ff. iud. ſolui gl. in l. Offidius & ibi
DD. ff. de leg. 3. Prepoſ. in rub. de appell. nu. 83. & ſeq.
Et ſi ſententia ſeparabilia, & diuerſa continet ca-
pitula, poteſt eam partim confirmare, & partim
reformare, etiamſi hoc à parte nec allegatum,
nec petitum ſit. l. quadam mulier ff. famil. erciſ. l. et-
iamſi à patre §. 1. ff. de minor. 25. ann. & ibi gl. in verb.
audiendus l. fin. ff. de Iure pat. Gail. obſ. 110. lib. 1. c. vt
debitus & ibi gl. in verb. alioquin in fin. & Can. de ap-
pell. Appellans ſuccumbens ſemper condemna-
tur in expenſas, c. omnino 2. quaeſt. 6. c. 1. & ibi Io.
Mon. ſub num. 17. hoc tit. in 6. Bal. in l. fin. in fin. C.
quando prouoc. non eſt nec. Appellatus qui obtinuit
in cauſa principali & ſuccumbit in Cauſa Appel-
lationis tunc condemnatur in expenſas quando
ex primis actis ſuccumbit, Iaſon in l. properand. §.
ſiue autem nu. 23. & 24. C. de Iud. Mynſ. obſ. 89. cent.
2. Pan. in c. finem litibus num. 25. de dol. & cont. Iu-
dex appellationis ſiue ordinarius ſit, delegatuſue
principis, c. ſignificaſti c. in litteris c. querenti de offic.
deleg. aut vnus ex Rotæ Romanæ auditoribus,
(qui hodie etiam quoad finalem ſuarum ſenten-
tiarum executionem ordinarijs æquiparantur,)
Paul. V. in Conſtit. edit. ſuper reformat. trib. vrb. tit. de
audit. Rotæ in princ. exequitur ſententiam ſuam nó
ſolum, quando retractauit primam ſententiam,
forte abſolutoriam, & ipſe condemnauit, c. paſto-
ralis §. præterea de off. deleg. & ibi gloſſ. in verb. diſcuſ-
ſa & Can. late Angel. Peruſ. in repet. §. qui prouocauit
l. tale pactum ff. de pact. num. 17. & ſeqq. Sed etiam
quando factis per appellantem diligentijs, pri-
mam etiam nullam, ex defectu iuriſdictionis, Iaſ.
in l. 3. §. condemnatum num. 16. & 17. ff. de re iud. A-
chill. deciſ. 4. eod. vel alias, cognito, quod male fuit
appellatum, confirmauit, l. præcipimus §. officijs C.
hoc tit. l. fin. in fine C. de iud. auth. ſi quis litigantium
C. de epiſcop. audient. Mynſ. obſ. 94. cent. 4. & obſ. 94.
cent. 5. Poſt tempus quod datur iudicatis, l. 2. C. de
vſur. rei iud. Franc. in c. ex ratione num. 86. hoc titul.
nec non quando de conſenſu partium ab appel-
latione receditur, & appellans ſe obligauit iudi-
catis ſatisfacturum: §. l. tale pactum §. qui prouoca-
uit ff. de pact. & ibi DD. Iaſ. in l. à Diuo Pio ſub nu. 26.
verſ. fallit ff. de re iudic. quando vero appellatione
deſerta, vel non pronunciat ſuper deſertione, vel
moderatur ſuam inhibitionem, aut pronunciat
appellationem deſertam, vel non potuiſſet tertio
prouocari, alio non pronunciato, tunc primus ſi-
ue iudex à quo exequitur ſententiam, l. ſi contra
maiorem l. quoniam nonnulli C. hoc tit. l. fin. §. illud

 C. de temp.

*C.de temp. & reparat appell. Anch. in d.c. Romana in 9 quæſt. Bartol. in l. præcipimus §. officijs num. 2. Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. Gail. obſ.*137 *& obſ.*138. *lib.* 1. *Bald. in c. paſtoralis §. præterea n.xj. & ibi Fel. ſub numer.*14. *verſ. ſecunda concluſio de offic. deleg. late Franc. in d.c. ex ratione num.* 95. *& ſeqq. hoc tit. Mynſ. d. obſ.* 94. *cent.* 5. & non iudex ad quem, ſiue appellationis: *l.* 2. *in fine & auth. ei qui appellat. & ibi gl. in verb. manet ſententia & l. fin. §. illud verſ. ſed ſi per eum ſteterit C. de temp. & reparat appell. l. quoniam nonnulli C. hoc tit. Iaſ. in l. à Diuo Pio num.* 26. *ff. de re iud. Iaſ. in l. fin. num.* 9. *C. de iud. Iaſ. in l. fin. n.* 9. *C. de iud. Fel. in c. ex parte* 2 *numer.* 8. *&* 9. *de reſcript. Prapoſ. in c. ex ratione num.* 64. *& ſeqq. & ibi Franc. num.* 95. *&* 96. *hoc tit.* quia deſerta appellatione iudex appellationis cater exercitio ſuæ iuriſdictionis, *Clem. ſi appellationem hoc tit.* & ex lapſu fatalium iuriſdictio, & executio reuertuntur ad iudicem à quo fuit appellatum: *l. eos l. ſi contra maiorem C. hoc tit. Gail. obſ.* 137. *in princ. &* 138. *numer.* 8. *lib.* 1. *Mynſ. d. obſ.* 94. *cent.* 4. Excipe quia iudex ap-
71 pellationis, quando ſimul † pronunciat appellationem deſertam, & confirmat priorem ſententiam, prout ex Stylo Rotæ poteſt confirmare, *Rot. deciſ.* 14 *hoc tit. in nou. & deciſ.* 2. *hoc tit. in antiq. Fel. in c. ex parte* 2. *num.* 10. *de reſcript.* hanc ſuam ſententiam exequitur, *l. præcipimus §. in his autem omnibus C. hoc tit. Auth. ſi quis litigantium C. de epiſcop. aud. Bart. in l. tale pactum §. qui prouocauit num.* 3. *ff. de pact. Prapoſ. in c. ex ratione numer.* 65. *& ſeqq. hoc tit. Iaſ. in l. à Diuo Pio nume.* 26. *ff. de re iud. Bald. in l. eos num.* 6. *C. hoc tit. contrarium tenet Franc. in d. cap. ex ratione num.* 97. *& ſeqq.* Ex his infertur, cum de Stylo Rotæ ſententia ſuper deſertione prætermitti ſoleat, & de ea per ſaltum ſaltem cognoſci, quod auditor Rotæ, qui moderatus fuit ſuam inhibitionem, non poſſit ſententiam iudicis à quo appellatum extitit, demandare executioni aut taxare expenſas coram iudice à quo etiam in curia factas: *Rot. deciſ.* 44. *hoc tit. in antiq. Mynſ. obſ.* 94. *cent.* 5. quia ordinarij iudicis appellationum in tali caſu ſententiam iudicis à quo non poſſunt exequi, vt patet ex præmiſſis; ſed ſecundum Stylum antiquum impetrandæ ſunt, à ſignatura iuſtitię, commiſſio executorialis, aut commiſſio mandati executiui: *Paul. V. in Conſtit. ſuper reform. trib. vrb. tit. de audit. Rot. §. item Decanus dixi in tit. prox. de ſent. & re iud. §. executio ſententia verſ. præfata procedunt*, Quales commiſſiones ex Stylo ſignaturæ iuſtitiæ diriguntur iudici, qui vltimo iudicauit, indiſtincte, ſiue confirmauit priorem ſententiam, tanquã bene latam, vel ex alia cauſa, ſiue ex lapſu fatalium pronunciauerit tacite vel expreſſe appellationem deſertam, *Caſſad. deciſ.* 13. *in fine de reſcript. Veſt. in praxi libr.* 8. *c. fin. ſub numer.* 9. *verſ. ſed hodie mand. in form. commiſs. execut. & in form. commiſſ. mand. execut.* Illud regulare eſt, quod deſerta appellatione appellans ad ſoluendum non habet tempus, quod datur iudicatis, ſed incontinenti cogitur ad ſoluendum, & ſic inter deſertionem, & executionem, nullum eſt medium tempus neceſſarium, *gl. in l.* 2. *in verb. executioni C. de temp. & reparat. appell. & ibi DD. l. quoniam nonnulli in fine illi moxq; debitum exigatur C. hoc t. Franc. in c. ex ratione num.* 86. *& Can. hoc tit.* Quando appellatio ab interlocutoria pronunciatur deſerta, ius exequitur, & diſponit quid ſit agendum; quia ſtatim eſt recurrendum ad iudicem à quo; qui procedit in cauſa ad vlteriora, nec de alia executione huius interlocutoriæ eſt tractandum, quod cauſa non ſit finita, *c. cum ſit in fine princ. c. conſuluit* 1. *& c. ſæpe hoc tit.* De nullitate † cognoſcitur exci- 72
piendo, & agendo, excipiendo, quando executio ſententiæ poſtulatur, & per partem, contra quam lata eſt, fore nullam allegatur, *l. ſi eum nulla & ibi gl.* 1. *ff. de re iud. l. ſi prætor §. Marcellus ff. de iudic. l.* 1. *& ibi Bart. num.* 12. *& ſeqq. & DD. C. quand. prouoc. non eſt neceſſe.* Agendo, aut incidenter, quia nullitas venit incidenter ad appellationem, *l.* 1. *& ibi gloſſ. fin. circa finem C. quando prouoc. non eſt neceſſe l. ſi expreſſim ff. hoc tit. Mynſing. obſ.* 63. *cent.* 4. & deſerta appellatione cenſetur deſerta inſtantia nullitatis; *Bald. in l. qui teſtamento in fine ff. de excuſ. tut.* Sed non ipſa lis & cauſa nullitatis, adeo vt denuo nulla dici poſſit: *Bald. in d. l. tale pactum §. qui prouocauit num.* 26. *& ſeqq. Franc. in c. fin. quæſt.* 57. *hoc tit. in* 6. *Bart. in l. ſi vt proponis* 1. *nume. xj. C quom. & quand. iud.* quia ea quæ veniunt in vno iudicio incidenter, ſi plene non examinantur, non nocent in alio: *l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. l. ſed ſi ante ff. de except. l. pen. ff. de his quæ ſui vel alien. iur. ſunt. Mynſ. obſ.* 77. *cent.* 2. *& obſ.* 63. *cent.* 1. Aut principaliter, & de per ſe petendo ſententiam pronunciari nullam, *l.* 1. *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Mynſ. obſ.* 91. *cent.* 5. officio iudicis nobili, *c. fin. de off. iud. & ibi gloſſ.* 1. *ff. de ferijs in fine princ. & ibi gloſſ. in verb. infirmabitur Bartol. in l.* 1. *num.* 14. *C. quand. prouoc. non eſt neceſſe.* vel actione in factum, vſque

ad 30.

Digitized by Google

ad 30. annos, 35. *quaſt.* 9. *in ſumma & ibi glo. in fine. Put. deciſ.* 188. *num.* 4. *lib.* 2. incipitque pendere à tempore commiſſionis, non citationis, *Achil. dec.* 2. *de in integ. reſtit. l. vbi captum ff. de iud. l. pen. in prin. verſ. ſed etſi poſt ſuſceptum ff. de iuriſd. om. iud.* eaque pendente non currunt agenti de nullitate, tempora appellationis interponẽdæ, aut proſequendæ, ſi probabili ratione mouetur, ſecus ſi improbabili & temeraria: *Franc. in c. dilecto nu.* 13. *hoc tit. & ibi Prapoſ. num.* 22. *Iaſ. in l. contra maiores num.* 8. *& ibi Caſtr. num.* 3. *C. de inoffic. teſtam. Rot. diuerſ. deciſ.* 81. *num.* 3. *part.* 2. Si prima ſententia, quæ nulla † dicitur, lata eſt à delegato, de nullitate non ipſe, ſed ſuperior cognoſcit: *l. ſi vt proponis la* 2. *C. quom. & quand. iud. & ibi poſt gloſſ. fin. DD. Pan. in c. qualiter & quando el* 1. *de accuſ. vbi pulchre diſtinguit gloſſ. in l. cum querebatur ff. de re iud.* Si ab ordinario iudice lata ſit, & principaliter petatur, quod iterum ſententietur, ſicque nullitas veniat incidenter, idem ipſe iudex deberadiri, *l. ſi preces C. quom. & quand. Iud. &c. l. ſi accuſatoribus C. de accuſ. l.* 1. *C. de ſent. & interloc. om. iud.* nec eſt neceſſe, hoc caſu ſuper nullitate pronunciare: *Bart. in d. l. ſi vt proponis* 1. *in fine & in d. l. cum querebatur num.* 4. quod ſi ſimpliciter & principaliter ſententia dicatur nulla, liberũ eſt agere, vel corã primo iudice, vel corãm ſuperiore, *l. abſentem C. de accuſ. l.* 1. *§.* 1. *&* 2 *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Fel. in c. in litteris nu.* 4 *&* 5. *vbi ponit* 4. *declarat. & duas limit. de off. deleg. Bart. in l. ſi expreſſum nume.* 12. *&* 14. *ff. hoc tit. Gail. obſ.* 135. *libr.* 1. *Myn ſ. obſ.* 92. *cent.* 5. Iudex aditus præmittit cognitionem ſuper nullitate, antequã poſſit cognoſcere de negotio principali, quia cauſa nullitatis eſt præiudicialis: nam ſi ſententia non foret nulla, tranſiſſet in rem iudicatam, ex quo non deducitur per viam appellationis, vnde non poſſet inuito, & excipiente eo, pro quo lata eſt, amplius de eius iuſtitia cognoſcere: & proceſſus ſuper negotio principali, non definito articulo nullitatis, eſſet nullus; quod iudex antequam de nullitate cognoſcatur, nõ poſſet eſſe certus, an ſit iudex: *Bartol. in d. l. cum querebatur numer.* 2. 3. *&* 4. *ff. de re iud. & in d. l. ſi vt proponis la* 1. *numero ſexto, Franc. in cap. dilecto numer.* 25. *hoc tit.* Quia cognitione præmiſſa, non ſolum poterit ſuper nullitate pronunciare, ſed etiam ſuper cauſa principali; *l. abſentem C. de accuſ. l.* 1. *§.* 1. *&* 2. *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* quia ſicut cauſa appellationis, docto de ea, deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem, vt poſſit ſententiam reformare etiam ex noua cauſa, *l.* 1. *in princ. ff. hoc tit. l. eos* 1. *C. eod. l. per hanc C. de temp. & reparat. appell.* ita cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem, vt poſſit primam ſententiam reformare, *Bart. in l. ſi expreſſim num.* 14. *&* 15. *ff. hoc tit. Franc. in c. dilato nu.* 24. *eod. Bart. in d. l. ſi vt proponis* 1 *nume.* 4. *C. quom. & quand. iudex &c. Gail. obſ.* 127. *lib.* 1. & confirmare, *Caputaq deciſ* 114. *part.* 3. *Dec in rub. huius tit. num.* 34. *& ſeqq. Mynſ. obſ.* 72. *cent.* 3. *& obſ.* 63. *cent.* 4. ex eiſdem actis, quando nullitas reſpicit ſolum ſententiam, *gloſſ. in d. l. ſi vt proponis* 1. *in verb. denuo gloſ. fin. in d. l. ſi expreſſim. & ibi Ioannes Imola num.* 9. vt quia forte die feriata fuit lata ſententia, vel non fuit condemnatus Procutator, *l.* 1. *C. de ſent. & interlocut. &c. Mynſ. obſ.* 39. *cent.* 2. vel non fuit expreſſa quantitas: *l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. &c.* ſi nullitas reſpicit vniformiter acta, & ſententiam, vtpote litigatum eſt cum minore nõ habente curatorem, omnia acta ſunt reintegranda: *d. l. cum querebatur & ibi gl. ff. de re iud.* quandoque nullitas reſpicit partem actorum, & ſententiam, verbi gratia, deceſſit reus poſt litem conteſtatam, & proceſſum eſt contra mortuum ad ſententiam, & acta, à die quo eſt mortuus, ſunt nulla, *l. pen. & fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* & ideo acta quæ nulla ſunt, debent de nouo ſeruari, *gl. in d. l. ſi vt proponis* 1. *& ibi Bart. & DD.* Et non eſt neceſſe ſeruare terminos nouos de per ſe, aut ſententiare in cauſa nullitatis, vt ſentit Bart. *in d. l. ſi vt proponis* 1. *C. quom. & quand. Iudex &c. in principio & in d. l. cum querebatur num.* 4. *ff. de re iud.* ſed ſufficit terminos ſeruari in negocio principali, *Bald. in l. eos §. ne temere autem ſub num.* 1. *C. de appell. &c. Mar. Socin. in c. quoniam contra num.* 75. *verſic. octuageſimo fallit vt lite non conteſtata &c. Mynſing. obſ.* 63. *cent.* 4. Ac vna & eadem ſententia poteſt iudex pronunciare ſuper nullitatibus, & negocio principali, etiam quod diceretur in commiſſione primius, & ante omnia de nullitate cognoſcas: *Achill. poſt Franc. in c. dilecto hoc tit. deciſ.* 16. *de reſcr. Mynſ. obſ.* 63. *cent.* 4. *vbi diſtinguit*, niſi pars petat omnino prius ſuper oppoſitis nullitatib. pronunciari; *Bartol. in d. l. ſi vt proponis* 1. *in fine Caſ. deciſ.* 9. *poſt num.* 12. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. deciſ. xj. nu.* 3. *&* 4. *de re iud. Ioan. de Imola in d. l. ſi expreſſim nu.* 14. *circa finem*, Quia tunc iudex non poteſt primam ſententiam confirmare, & confirmando faceret iniuſtitiam, & notoria iniuſtitia ex actis facit nullitatem:

Digitized by Google

litatem: *Caſ.d.deciſ. xj.num.3.& 4. Franc.in c. dilecto num.25. hoc tit. Bald.in l.tale pactum §.qui prouocauit ſub nu.24. verſ. 12. quaro in fine ff. de pact. Bart. in l. cum quæreretur nu. 2.ff. de re iud.* nullitatis cauſa ſimilis eſt actioni reali, ideo ſi ſententia fuit dicta nulla ſimpliciter, non expreſſa cauſa aliqua, licet tantum in vna cauſa fuerit proſecutus, præiudicat ſibi in omnibus, ſecus ſi vnam tantum cauſam expreſſerit in libello, *Bart. in d.l.ſi expreſſim num.16.ff. hoc tit. Bart.in l.1. num.10. C. quand.*
74 *prouoc. non eſt neceſſe,* Quandoque nullitas † æque principaliter proponitur cum ipſa appellatione, vtpote appellans in libello appellationis dixit, dico ſententiam nullam, & ſi eſt aliqua, appello, *late Franc. in c.fin.num.56.& numer.60.& ſeqq. hoc tit.* & deſerta appellatione non cenſetur deſerta nullitas, *Franc.in d.c.fin. num.171.& ſeqq. Bartol.in*
75 *d. l.ſi expreſſim num.16.* Limita 1. † quando notorium eſt non adeſſe nullitates, *Achil.deciſ.15. de reſcript.ex d.per Franc. in c.ex ratione in 6. quæſt. hoc tit.* Secundo limita quia Rota in commiſſione continente cauſam nullitatis, & appellationis æque principaliter tenet contra communem, de qua per Franc. *in c. dilecto 58. quæſt.& Can. hoc tit.* quod deſerta vna, deſerta ſit alia: *Achil. deciſ.17. de reſcr. Paul. de Caſtro l.1.num.5. C.quand.prouoc.non eſt neceſſe,* ſecus ſi commiſſa erat cauſa appellationis à ſententia in poſſeſſorio lata, vna cum negocio principali, nam deſerta appellatione, non cenſetur deſertum negocium principale: ratio diuerſitatis eſt, quia nullitas & appellatio proueniunt ex eodem fonte, & agitur de facto eiuſdem iudicis, quæ rationes non militant in negocio principali, *Achil.deciſ.17.l. naturaliter §.1.& ibi poſt gl. DD.ff. de acq.poſſeſſ. l.& an eadem §.fin.& ibi DD.ff. de except.rei iud.* Tertio limita quando per ſtatutum eſt præfixum tempus ad appellandum, & dicendum de nullitate, *Put.deciſ.188.& deciſ.293.lib.2. Achil. deciſ.5.6.7.8.9.10.11.& 16. de Conſtit. Franc. in cap. dilecto 58.quæſt. in fine hoc tit. Ioan. de Imol. in l.ſi expreſſim ſub num.16. circa finem verſ. ſed certe quod obſeruatur & ibi DD.ff. de appell.* Aduertendum eſt quia pendente appellatione, officium primi iudicis quieſcit, *l.1.ff. nihil nou. appell. pend.* Sed appel-
76 latione † deſerta, licet cauſa nullitatis remaneat, iudicis primi officium non impeditur in executione ſententiæ, *Bart. in d.l.ſi expreſſim, num.10.& xj. & in l.4.§.condemnatum ff. de re iud. Innoc. in c. cum in iure num.2.& 3. de off. deleg. Gail. obſ.135. ſub num.7.lib.1. Myn.obſ.64.cent.4.* niſi ex parte eius, qui proponit nullitatem, nihil ſit probandum: aut quia dicit non fui citatus, non fuit meus Procurator; *d. l. 4. §. condemnatum l.ſi cum nulla ff. de re iud. l.1. C. de execut. rei iud. l. licet C. de procurat.* Aut ſi quid probandum ſit, poſſit probari incontinenti, *l.iudicati C.ſi ex falſ. inſtrum. l. prætor §. Marcellus ff. de re iud.* Aut nullitas reſultet ex iiſdem actis, *Alex.in l.4. §.condemnatum num.7.& ſeqq. l.ſi cum nulla ff. de re iud. l.1. C. de execut. rei iud. Caputaq. deciſ.264.part.2.Rot. diuerſ.deciſ.666.num.3.part.1.*
In Romana Curia † attenduntur nullitates qua- 77
tuor, citationis omiſſæ, (quod intellige de deuolutiua tantum) *Achil. deciſ.4.de dolo & contum. c.fi. de dolo & contum. c.1. eod. tit. in 6. & vtrobique Can.* mandati, iuriſdictionis, & notoriæ iniuſtitiæ, quę probatur ex eo, quod ſententia non iuſtificatur ex actis: *c. inter cæteras & ibi Fel. numer.10. de re iud. l. ſi pars & ibi Angel. in fine num.1. ff. de inoff. teſtam. Greg.xv. deciſ.330.num.3.& 4.* quæ dicuntur nullitates inſanabiles; reliquæ nullitates proceſſus, ante latam ſententiam ſanantur, vt dictum eſt *in tit. de iudic.* Nullitas citationis ad producendum omnia, dicendum contra producta, *Put.dec. 114. lib.1. c.dilecti & ibi poſt gloſ.1. Can. de iud. Myn. obſ.27.cent.1.& obſ.93.cent.5.* item ad ſententiam, per commiſſionem ſanantur, *Caſ. deciſ. 4. de reſcr. add.marg. ad d.deciſ. Put.114. lib.1. Staphyl. de ſignat. litt.iuſt.§.poſtremo quoad.* niſi citatio ad ſententiam fuerit circumducta; quia non fuit ſeruatus terminus, nec per actorem accuſata contumacia partis aduerſæ non comparentis, *Caſ.deciſ.xj.nu.2.& 9. de re iud. Iaſ.in l. properandum §.et ſi quidem n.7.C. de iud. per illum textum Alex. in l.ſi finita §. Iulianus nu. 24.poſt Bart.ff. de damn. infect.* In Camera quoque Imperiali nullitate proceſſus non attenta ſi de meritis cauſæ principalis conſtet de meritis ſolet diffiniri, *Myn.obſ.93.cent.5.* Qui in beneficiali, vel alia quauis cauſa, contra ſe in petitorio vel poſſeſſorio tres ſententias reportauit, ad agendum
de nullitate † ipſarum, vel alicuius ex eis, nulla- 78
tenus admittitur, donec huiuſmodi ſententiæ plenariæ fuerint executioni mandatæ, *Clem. vt calumniis de re iud.& ibi gloſſ.& DD.* ſed neque tertius earum executionem poteſt impedire, niſi ante ſententias ſe oppoſuiſſet, & ſuum intereſſe declaraſſet, *Rot.deciſ.9.de re iud. in antiq. Innocent. in c. quod ſuper nu.3. & ſeqq. & ibi Hoſt.& Can. de re iud. Clem.1.& ibi Zab. num.5.& Can. de re iud.* excipe ſi date-

Digitized by Google

ſi daretur de nullitate ex defectu iuriſdictionis
iudicis, Zab. in d. clem. vt calumnijs num. 6. verſ. ſexto
quæro & ibi Can. Alex. in l. 4 §. condemnatum num. 6
ff. de re iud. Creſc. deciſ. 22. eod. vbi ponit vnam limit.
aut ex eo quod eſſent latæ in cauſa reſtitutionis
poſt lapſum quadriennij: vel quia latæ poſt inhi-
bitionem, dummodo conſtet ex eiſdem actis, A-
lex. in d. §. condemnatum numer. 6. Achil. deciſ. 2. de re
iud. aut lata ſit contra defunctum, & tunc in re-
rum natura amplius non exiſtentem, l. in ſumma
§. fin. ff. de re iud. l. pen. ff quæ ſent. ſin. app. reſcind. C.
ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd cog. Mynſ. obſ. 85. cent. 1. Aut
etiam pro tunc defuncto, Iaſ. in l. eius qui in prouin-
cia §. quod ſi ſtipulatus num. 1. ff. ſi cert. pet. vbi limitat
2. modis l. Neratius & ibi Dec. & DD. ff. de reg. iur.
Mynſing. d. obſ. 85. dicens in Camera Imp. pro firma ha-
beri, niſi fauore libertatis aut eccleſiæ, l. cum quaſi
in princ. ff. de fideic. liber. Bal. in l. vnica §. in primo n.
17. C. de cad. toll. aut à iudice ſciente contra abſen-
tem ex iuſto impedimento, l. quæſitum ff. de re iud.
79 Mynſing. obſ. 57. cent. 4. Recuſari non poteſt † iu-
dex ordinarius de iure ciuili, ſed ſi apparet ſuſpe-
ctus, ipſi eſt epiſcopus ſociandus, Auth. ſi vero con-
tigerit C. de iud. Mynſing. obſ. 52. cent. 2. Aut iuxta
communem totius orbis Chriſtiani interpreta-
tionem, alius quiſpiam bonus vir, Couarr. pract.
cap. 26. nu. 1. Iure canonico tam ordinarius quam
delegatus, poſſunt tanquam ſuſpecti recuſari, cap.
ſuſpicionis de offic. deleg. c. cum ſpeciali c. ſecundo requi-
ris hoc tit. c. 4. de for. compet. Gail. obſ. 33. lib. 1. Mynſ.
obſ. 63. cent. 3. etiam Cardinalis legatus à latere, c.
ad petitionem de accuſ. à procuratore habente ſpe-
ciale mandatum, quia cauſa ſuſpicionis reſidet in
animo, Caputaq. deciſ. 168. part. 1. Pariſ. conſ. 31. nu.
112. vol. 1. plures cumulans Greg xv. dec. 368. num. 1.
80 & ibi annot. Iuſtæ cauſæ † recuſationis expreſſæ in
iure ſunt, lis cum iudice, c. cum ſuper & ibi poſt gloſſ.
Pan. num. 3. Fel. num. 3. de offic. deleg. arg. l. propter li-
tem ff. de excuſ. tut. Franc. in c. poſtremo ſub nume. 20.
in 38. cauſa & ibi Præpoſ. num. xj. in 37. cauſa hoc tit.
ſi iudex habet ſimilem cauſam, c. cauſam 2. de iud.
familiaritas aduerſarij cum iudice, c. inſinuante ff.
de off. deleg. intereſſe ſecundarium, licet regulari-
ter non ſit in conſideratione, tamen facit, quod
iudex tanquam ſuſpectus ex tali intereſſe poſſit
recuſari: c. cum R. Canonicus & ibi Pan. num. 2. & 5.
& ibi Can. de offic. deleg. Rot. dec. 93. part. 1. diuerſ. ſi
delegatus neceſſarius ſit in teſtem, c. dilicto de te-
ſtib. & aliæ enumeratæ per Ioan. Andr. in c. legiti-
ma hoc tit. in 6 Pan. in c. inſinuante de off. deleg. Franc.
in c. poſtremo num. 20. vbi recenſet quadraginta
cauſas & ibi Præpoſ. num. xj hoc. tit. Cæteræ cau-
ſæ recuſationum in caſibus à iure non expreſſis;
relinquuntur arbitrio iudicis, & admittuntur et-
iam cauſæ leues, Pan. in c. cum ſpeciali num. 7. & ibi
Felin. & Can. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 2. numer. 10. &
13. part. 2. Franc. Marc. dec. 324. p. 2.

Recuſatio † opponi debet in principio, dictum 81
eſt ſupra tit. de except. Gail. obſ. 33. n. 11. libro 1. Couar.
pract. c. 26. numer. 2. & ſeqq. Mynſing. obſ 59. cent. 4.
quia poſt litis conteſtationem, l. apertiſſimi C. de
iud. aut primum actum, qui habet effectum litiſ-
conteſtationis in ſummarijs, Bart. in l. nulla C. de
procur. & ibi DD. non niſi ex noua cauſa iudex
poteſt recuſari, Iaſ. in l. apertiſſimi ſub num. xj. et 12.
C. de iud. gl. in c. inſinuante in verbo conſenſerit de offic.
deleg. Achil. deciſ. 1. de except. Iudex † ordinarius ſuſ- 82
pectus poteſt recuſari, licet cauſam delegauerit
in totum, antequam fuerit recuſatus, ex quo a-
pud eum remanet iuriſdictio, cum poſſit eam
reuocare, quando vult, l. iudicium ſoluitur ff. de iud.
Franc. in cap. iudex ſub num. 7. verſ. ex quo tene de offic.
deleg in 6. Iudex à ſede † apoſtolica datus ſuſpe- 83
ctus, poteſt licite vices ſuas committere, ante-
quam recuſatio contra ipſum proponatur, & ſi in
totum commiſerit, recuſari vlterius, aut facta per
ipſum commiſſio impugnari nequibit, quod
poſſet, ſi ſibi de iuriſdictione aliquid reſeruaſſet,
aut ſi delegationem facere non vellet, d. c. iudex de
off. deleg. in 6. De iure ciuili ſufficit delegatum iu-
rare † ſuſpectum, Iaſ. in l. apertiſſimi numer. 10. & 84
ſeqq. C. de iud. de iure canonico ordinarium, aut
delegatum à Papa vt ſuſpectos recuſans, debet
cauſam ſuſpicionis coram iudice allegare, ac
præſtito iuramento quod recuſatio calumnioſe
non proponatur, cum aduerſario, vel ſi aduerſa-
rium non habet, cum iudice communiter arbi-
tros iuris eligere, vel ſi conuenire non poſſint, i-
pſe vnum, & alius alium eligit, quibus iudex po-
teſt terminum certum præfigere, infra quem de
cauſa ſuſpicionis cognoſcant, & ſi nequiuerint in
vnam conuenire ſententiam, tertium aduocent
vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat,
cauſa non probata, aut elapſo termino arbitris
dato, iudex in cauſa principali procedit: c. cum ſpe-
ciali c. ſecundo requiris hoc tit. c. legitima eodem in 6.
Couarr. pract. quæſt. cap. 26. ea probata, ſi iudex or-
dinarius fuerit recuſatus, etiamſi deſuper fuit

Digitized by Google

pronunciatum, *Franc. in cap. iudex poſt nu. 3. & in c. ſi is cui in fine de offic. deleg. in 6. Pan. in c. ſi quis contra clericum num. 1. & num. 14. & ſeq. de for. compet. Pan. in d. c. cum ſpeciali num. xj.* poteſt dare delegatum partibus non ſuſpectum, aut ſi actor hoc refugerit, deputare aliquem qui partes ſibi mutuo conſenſu iudicem compellat eligere, cuius ſententiam poterit ordinarius, per ſe mandare executioni, *c. ſi quis contra de foro compet.* Delegatus à ſede apoſtolica poſt recuſationem propoſitam committere non poteſt alteri, niſi de recuſatoris aſſenſu procedat, ſed eo volente hoc poteſt, etiamſi recuſatio eadem iam ſit probata, *d. c. cum ſpeciali in fine princ. d. c. iudex verſ. 1. & ibi gl. in verbo recuſatoris.* vel de conſenſu vtriuſque partis, *gloſſ. in d. c. cum ſpeciali in verbo de recuſatoris & ibi Can.* dummodo pronunciatum non fuerit ſuper ea, ex tunc enim, cum omnino iudex eſſe deſierit, nulla etiam cum recuſatoris, aut partium aſſenſu poteſt fieri per eundem commiſſio, *d. c. iudex verſ. fin. & ibi Can.* ſed remittit cauſam ad ſuperiorem inuitis partibus, *d. c. cum ſpeciali in fine princ. & ibi Ioan. Andr.* Sententia, qua iudex declaratur ſuſpectus, eſt interlocutoria, per quam extinguitur in totum iuriſdictio delegati, ita vt eam etiam de conſenſu partium exercere non poſſit, & priuatur ordinarius exercitio iuriſdictionis, & cognitionis cauſę principalis, *Gemin. in d. c. iudex nu. 8. in fine & ibi Franc. numer. 3. Anch num. 4. in fine & num.*
85 *5. in 7. notab.* Quando † plures ſunt delegati à ſede apoſtolica, ſi cum clauſula, quod ſi ambo intereſſe non poſſint, alter eorum in cauſa procedat, vel ſimili; cauſa recuſationis proponenda eſt coram ambobus, & probanda eſt coram collega non recuſato, & non coram arbitris viris; quia ex vi dictæ clauſulæ, cognitio ipſius cauſæ ad eum pertinet: vbi vero non eſt dicta clauſula, vel ſimilis in reſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros haberi recurſus, *c. ſi contra de offi. deleg. in 6.* Quando
86 recuſatur † ſubdelegatus à delegato Papæ, qui ſibi aliquid reſeruauit de iuriſdictione, cauſa recuſationis coram ſubdelegante eſt probanda. *c. ſuper quæſtionum §. fin. de off. deleg.* Quando dele-
87 gatus † ab epiſcopo, vel officialis epiſcopi recuſantur, cauſa recuſationis coram ipſo epiſcopo eſt probanda, *d. c. ſi contra in fine.* idem iuris ſi vicarius epiſcopi recuſatur, *Pan. in repet. d. c. ſi quis contra nu. 20. & 21. & ibi Can.* Locus iudicij, *d. c. cum R. Canonicus de offi. deleg. & ibi late Fel. ampliat & limitat.*

& † Notarius poſſunt tanquam ſuſpecti recuſari 88
abſque expreſſione cauſæ, & ſufficit ſolum iuramentum, *Rot. diuerſ. dec. 93. nu. 3. & dec. 604. part. 1. per rationem l. apertiſſimi C. de iud. Anch. conſ. 263. Alex. conſ. 104. num. 2. & 3. & ſeq. vol. 5.* Recuſa-
tio patit † nullitatem actorum ipſo iure ex com- 89
muni opinione Doctorum. *Franc. in d. c. iudex poſt num. 4. & ſeqq. & ibi Can. Gail. obſ. 33. numer. 12. & ſeqq. lib. 1. Mynſ. obſ. 59. poſt prin. cent. 4.* Sed Rota ſolita eſt ſeruare opinionem Innocentij *in c. cum ſpeciali num. 6. hoc tit.* tenentis proceſſum non eſſe ipſo iure nullum poſt recuſationem, niſi appelletur ab vlteriori proceſſu in ſcriptis: *Rot. diuerſ. dec. 563. num. 1. & 2. part. 1. & fuſius dec. num. 6. & ſeqq. part. 2. Achil. dec. 1. de except. Franc. in c. cum ſpeciali num. 6. numer. 47. & Can. de appell. c. legitima & ibi Franc. ſub num. 3. & Can. de appell. in 6.* imo quando ſunt dati iudices duo in ſolidum, & eorum alter eſt recuſatus, proceditque ſimul cum non recuſato, proceſſus tenet, *Achil. deciſ. 2. de except. Dec. poſt Pan. in c. cum ſpeciali numer. 29. & ſeqq. hoc tit. & ibi Franc. num. 47. & Can. communiter.* Appellatione interpoſita per recuſatorem, proceſſus coram iudice non recuſato inſimul cum recuſato non tenet, *c. cum ſuper & ibi Abb. Felin. & DD. communiter de offic. deleg.* etiamſi recuſans non fuerit proſequutus appellationem, *Achil dec. 3. de except. Franc. in d. c. cum ſpeciali num. 47. in fine & in c. interpoſita num. 2 hoc tit. Lap. alleg. 9 num. 9.* aut expreſſe appellationi renunciauerit, *Bellam. deciſ. 622. & 623 c. licet de ſent. excomm. in 6. & ibi poſt gloſſ. 2. Can.* Limita 1. quando iudex recuſatus procederet in cauſa de conſenſu recuſantis, expreſſo vel tacito, *Franc. in d. c. iudex numer. 7. verſ. quam tamen limita per illum text. Caſ. dec. 9. numer. 7. de re iud. Greg. xv. dec. 292. num. 1. & ibi late annot. & dec. 368. num. 2. & ibi annot.* Limita 2. quando exceptio recuſationis eſt notorie iniuſta, *Franc. in d. c. iudex n. 7. verſ. ſecundo limita Caſ. d. dec. 9. num. 8.* Limita 3. quando electi fuerunt arbitri, & in termino eis à iudice præfixo nihil fuit circa recuſationum cauſas probatum, ita vt prætendi poſſit valide proceſſum fuiſſe ad vlteriora, *d. c. c. cum ſpeciali & alijs ſupra alleg.* Relatio eſt † quando iudex de iure dubitans, 90
refert cauſam ad principem vel præſidem de iure conſulens: de facto conſulentibus ſuperior conſilium non impartitur, *l. eum quem §. iudicibus ff. de iud. l. 1. C. de relat. l. 1. in princ. verſ. quæſitam ff. hoc tit.* quia ea res nonnunquam infamat, & materiam gra-

Digitized by Google

riam gratiæ vel ambitionis tribuit, *d. §. iudicibus & ibi gloſſ. fin.* Fieri debet † poſtquam eſt concluſum, in cauſa lapſu omnium terminorum, vel conſenſu partium, & tunc ex actis elicitur punctus dubius,
91 bius, *l. ſuper C. de relat.* Relationis † ſeries debet comprehendere omnes omnino cauſas, vt recitata conſultatione propemodum actorum recenſione opus non ſit, *l. fin. C. de relat.* acta neceſſario ſunt ſocianda, *d. l. fin. in fine*, & litigatoribus prius exemplum relationis eſt exhibendum, vt vel allegationibus repellatur, vel probetur aſſenſu, quia non ſtatur verbis conſultatiuis ipſius iudicis, *d. l. 1. & ibi Bald. enumerat octo requiſita & d. l. ſuper C. de relat. c. intimaſti hoc tit. & ibi Pan. tradit modum conſultationis partibus præſentibus conſentien-*
92 *tibus aut altera abſente,* Quæ requiſita † non ſunt ſeruanda, quãdo iudex refert negotium ſuperiori ex natura ipſius cauſæ reſeruatæ ſuperiori, *c. maiores de bapt. c. vt debitus hoc tit.* quia cauſa relinquitur auditorio principis, aut quando fit relatio virtute delegationis factæ à principe, qui delegauit cauſam cognoſcendam, & inſtruendam, & inſtructam remittendam ad eum, vel ſimpliciter commiſit, vt intra certum tempus cauſa remitteretur, inſtructa, vel non inſtructa, vel ita commiſit vt delegatus, ſi de partium voluntate fuerit, pronunciet, vel ad ſuperiorem cauſam remittat, *c. ex parte el 3. de reſcr.* quia totus proceſſus remittitur ad ſuperiorem, *Pan. in d. c. intimaſti n. 2. hoc tit. & ibi Can.* Pendente relatione iudicis officium conquieſcit. A pronunciatione de principe conſulendo non appellatur, quia per eam nemo grauatur: *l. 1. §. quæſitum ff. hoc tit. & ibi Bart. numer. 5.*
93 ab ipſa relatione † ſiue litteris, quæ mittuntur principi pro conſilio, poteſt appellari, (ſi iudex in eis mendacium inſeruerit, vel veritatem tacuerit) cum expreſſione cauſæ grauaminis ſicut in appellatione ab interlocutoria, *d. l. 1. §. quæſitum & ibi gloſſ. in verb. non eſſe appellandum in fine & Bart.*
94 *ſub num. 5. ff. hoc tit.* A ſententia † lata ſecundum conſilium ſeu reſcriptum principis poteſt appellari, ſiue pars appellans non conſenſit relationi, ſiue conſenſit, & fuit decepta in tenore relationis, ſiue etiam conſenſerit non decepta, vt cauſa reparetur ex nouis probationibus ſeu allegationibus, *Bart. in d. §. quæſitum numer. 5. & 6. & ibi DD. communiter l. eos §. 1. C. hoc tit.*

De clericis peregrinantibus.

Titulus XXIX.

SVMMARIA.

1 *Itineris arreptio ad ſummum Pontificem habet ſe inſtar appellationis.*

2 *Suſpendit iuriſdictionem iudicum ordinariorum.*

3 *Iudicis delegati à ſede apoſtolica ſi reus ante notitiam delegationis, vel citationis à delegato decretæ iter arripuit.*

4 *Prælati quicunq; ad Romanam Curiam veniunt, papale palatium primitus viſitant, & nullatenus recedunt, niſi obtenta licentia.*

5 *Pœna laicorum dominium temporale obtinentium capientium aut detinentium clericos, ne citati ad ſedem apoſtolicam, ad ipſam venire valeant.*

ARREPTIO itineris † ad ſummum pontifi- 1
cem, habet ſe inſtar appellationis, & conſtituit peregrinantem ſub eius protectione, & operatur eundem effectum, quem appellatio; *c. cum o'im in fine de dol. & contum.* quia contra proficiſcentem ad ſedem apoſtolicam nihil eſt innouandum: *c. dilecti filij 2. de appell. & ibi poſt gl. Can.* Et quidquid poſt iter arreptum ſublatum, vel ſubtractum eſt, debet ei reſtitui: *c. vnico hoc tit. & ibi Can. c. ſi quis Romipetas cum cc. ſeqq. 24. quæſt. 3. concordat. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo abſ. ſit perturb. poſſeſſ.* quando verbo appellatum eſt, iter arreptum ad vrbem, non habetur pro petitione apoſtolorum, *c. ab eo & ibi gl. in verb. vadat de appell. in*
6. Suſpendit † iuriſdictionem iudicum ordina- 2
riorum, *d. c. dilecti el 2.* Quibus diſtrictius inhibetur, ne contra officiales curiæ Romanæ, quocunque nomine nuncupentur, & in obſequijs ſummi pontificis, & ſedis apoſtolicæ exiſtentes, nec non quoſcunq; alios pro ſuis, & eorum cauſis, vel negotijs proſequendis ad ſedem prætactam venientes ac in ea, durante negociorum & cauſarum huiuſmodi proſecutione, moram trahentes, & recedentes ab ea, procedere, aut in eos excommunicationis &c. aut priuationis officiorum, vel beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant: ſi contrafecerint ſinguli proceſſus, & ſententiæ, & quæcunque inde ſecuta, irrita, nulliuſque roboris exiſtunt: &

Digitized by Google

ſtunt: & ſi beneficia præſatorum alijs ſint colla-
ta, tam conferentes, quam recipientes ipſo facto
ſunt excommunicati, & abſolutio reſeruatur
ſummo pontifici, ex conſtitutione Eugeniana à
practicis nuncupata. *extrauag. diuina de priuil. inter*
3 *communes.* Præterea ſuſpendit † iuriſdictionem
iudicis delegati à ſede apoſtolica, ſi reus ante no-
titiam, litterarum delegationis, vel citationis à
delegato decretæ, iuit ad curiam; ſecus ſi poſtea;
*c. meminimus c. ſuggeſtum c. ad hæc ſicut aſſeris de ap-
pell.* quia priuilegia peregrinantibus conceſſa
ſunt, non ad reprimendam cuiuſque iuſtitiam,
ſed ad grauamen remouendum. *d. c. ſuggeſtum in
fine c. quod nonnullis in fine de priuileg. c. nonnulli de*
4 *reſcript.* Prælati † quicunque ad Romanam cu-
riam non debent venire mutato habitu, aut la-
tenter more noctuæ, ſed papale palatium primi-
tus viſitant, ad Papam ſi hoc patiatur temporis
óportunitas, intraturi, & reuerentiam debitam
exhibituri eidem; nullatenus receſſuri à Curia
niſi ab ipſo ſuper hoc petita licentia, & obtenta;
alias ipſi accedentes & recedentes & eos rece-
ptantes notam infidelitatis incurrunt, ac excom-
municationis ſententiæ ſubiacent. *Extrauag. 2. &
3. de maior. & obed. inter communes l. ſi quis decurio*
5 *C. de decur. lib.* 10. Laici † dominium temporale
obtinentes capientes, aut detinentes viros eccle-
ſiaſticos, ne citati ad ſedem apoſtolicam ab ho-
mine, vel à iure, venire ad ipſam valeant procu-
ranteſque huiuſmodi captiones, & detentatio-
nes, incurrunt ſententiam canonis, ſi quis ſuadē-
te 17. quæſt. 4. quia manus eſt ſæua & iniurioſa
ſedi apoſtolicæ, & ordini clericali: *c. contingit de
ſent. excommun.* procurantes ipſi, perſonæ eccle-
ſiaſticæ exiſtentes à perceptione fructuum eccle-
ſiarum ſuarum, ſi fuerint prælati, triennio ſunt
ſuſpenſi; ſi inferiores extiterint, eo ipſo obtentis
beneficijs ſunt priuati; ſed ad obtinenda non in-
habilitantur. Eandem pœnam incurrunt, qui ne
citati ad ſedem apoſtolicam veniant, vt ſe ſub
obtentis huiuſmodi à veniendo excuſent, à po-
teſtate ſæculari ſe capi procurant: *Clem. multorum
de pœnis & ibi gl. & Can.* ac locorum ordinarijs
iniungitur, vt poſtquam eis conſtiterit, aliquos
ſibi ſubiectos pœnam & ſentētias incurriſſe præ-
miſſas, ipſas publicent; ac executioni deman-
dent, *d. Clem. multorum in fine.* quia ſententia non
requiritur, quando pœnam incurritur ipſo facto.
gloſſ. fin. in d. Clem. multorum & ibi Can.

De confirmatione vtili vel inutili.

Titulus XXX.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio eſt prioris iuris habiti corroboratio & eſt actus ſuperioris.*

2 *Confirmatio duplex eſt vna quæ dicitur fieri in forma communi ſuper qua eſt duplex via expediendi, vel per expeditionem in forma gratioſa.*

3 *Vel expeditionem in forma Communi & Commiſſaria.*

4 *Confirmationis in forma Communi effectus tres.*

5 *Altera dicitur fieri ex certa ſcientia.*

6 *Effectus & operationes eius octo.*

7 *In dubio præſumitur confirmatio in forma Communi.*

8 *Neutra extendit actum confirmatum aut lædit ius tertij vtraque valet ex nunc.*

9 *Confirmatio & mandatum de confirmando differunt.*

10 *Confirmari quæ non poſſint.*

11 *Priuilegia papalia aut ſedis apoſtolicæ proprie non confirmantur, ſed innouantur.*

12 *A Concordia facta in beneficialibus ſub beneplacito ſedis apoſtolicæ poſſunt partes ante confirmationem reſilire & procuratores datos renocare.*

13 *A Statuto vel actu facto poſtea à ſede apoſtolica confirmato poſſunt ſtatuentes vel actum facientes ſine alio conſenſu recedere.*

14 *Quæ regula limitatur tribus modis.*

VICTVS appellat, vt dictum eſt, victor poteſt petere ſententiam confirmari, tam iure canonico, quam iure ciuili: ſiue victus appellauit, & non fuit proſecutus appellationem, *l. fin. in fine C. quand. prouoc. non eſt neceſſe, Auth. de ijs qui ingredi ad appell. &c. in princ. verſ. volumus,* ſiue victus non appellauit, vt ei imponatur perpetuum ſilentium: *l. fin. C. vt lit. pend. &c. vel poſt prouoc. ante de fin. ſent. &c.* Probatur ratione neceſſaria; pone quod victus in executione oppoſuit de nullitate ſententiæ, & habita ſummaria cauſæ cognitione fuit contra victorem pronunciatum, certe quando ipſi victori remanet ius integrum & ordinarium,

l. à Diuo

Digitized by Google

l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. niſi principaliter poſſet per ſententiam confirmari, non reperiretur iudicium ordinarium, quo huic victori ſuccurratur, iudex qui aditur ſuper confirmatione, poterit ſententiare ſententiam nullam, ſicut dictum eſt, in iudice appellationis, *Bart. in l. ſi expreſſim num. 17. & 18. ff. de appel.* ideo poſt titulos de appell. & de cleric. peregrin. adiecit titul. de
1 confirmat, &c. Confirmatio † eſt prioris iuris habiti corroboratio, *c. inter dilectos §. cæterum de fid. inſtrum. l. Aurelius §. teſtamento ff. de lib. leg. c. ex parte & ibi poſt gloſſ. DD. de conſtit.* & eſt actus ſuperioris, *Bald. in l. fin. num. 4. C. de leg.* qui nec ab inferiore, nec à pari fieri poteſt: quando enim fit à pari, eſt quædam approbatio, *Pan. in c. 1. numer. 3. in 2. not. de loc. & conduct. & in c. 1. num. 5. poſt gloſſ. de treug. & pace*, Confirmatio, quam princeps facit, de diſpoſitione ab alio celebrata, denominatur ab ipſo confirmante, & non ab eo qui actum geſſit, *Anch. in c. Apoſtolica in 4. not. de preb. in 6.* Du-
2 plex eſt, † vna, quæ dicitur fieri in forma communi, *c. quia diuerſitatem §. mandamus de conceſſ. preb. c. illa ne ſed vacant.* Super qua eſt duplex via expediendi, vel per expeditionem in forma gratioſa, quando inſeritur totus tenor concordiæ examinatus per officiales Cancellariæ, vel per expedi-
3 tionem † in forma communi, & commiſſaria, quæ fiat cauſa cognita, & ſi hæc adhibita fuerit, confirmatio dicitur ex vera certa ſcientia: aut ſuſpenditur & differtur cognitio vigore expeditionis in forma commiſſaria, & inſpicitur tempus adhibitæ cauſæ cognitionis, ſicut in formula reſcriptorum, ſi in euidentem: aut omittitur cauſæ cognitio, quando videlicet facta fuit conditionaliter, non cognito de cauſa, vt ſi dicatur, confirmamus poſſeſſiones, quatenus iuſte poſſidetis, *c. cum acceſſiſſent & ibi gl. in verb. confirmatum in fine de Conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 31. num. 6. part. 2. Pan. in c. cum inter vos numer. 19. & ſeqq. de re iud.* ſtatuta quatenus ſunt iuſta & rationabilia, *late Rot. diuerſ. deciſ 780. part. 1 Dec. in rub. huius tit. num. 2. 3 & pluribus ſeqq. & Can. communiter cap. inter dilectos §. cæterum de fid. Inſtr. & ibi Can. Bal. in l. aduerſus C. ſi ad verſ. rem iud.* quæ clauſulæ licet ſonent in con-
4 ditioné de præſenti † & alias non ſuſpendunt expreſſe, vel tacite ſubintellectæ reſcripta, *clem. 1. & ibi Zab. n. 17. poſt gl. & Can. de off. deleg. Lap. alleg. 60. n. 2. & ſeqq.* qñ gratiæ, in expeditione, nullã requirunt cauſæ cognitioné, ſed eas Dñi expeditores ſine alio examine expediunt in forma gratioſa, ſi ſupplicatio ſub illa forma concepta fuit: in præſenti caſu tam ratione futuræ expeditionis, & cognitionis, quam poſt ſe exſpectant, reſoluuntur in ſuſpenſiuas, *late Seraph. deciſ. 775. ſub nu. 5. & 6. vbi explicat notabile Cancellaria glo. fin in c. examinata & gloſ. pen. in c. venerabilis hoc tit. & vtrobiq; Can.* & confirmatio, ſi cauſæ cognitio adhibita non ſit ius nouum non tribuit, *c. 1. c. cum dilecta hoc tit. cap. quia intentionis de priuileg.* quia qui confirmat non dat, *d. c. inter dilectos l. & quia ff. de iuriſd. omn. iud. Anch. in c. ſi apoſtolica numer. 2. & 4. hoc titul. in 6.* niſi eadem confirmet, & donet ſub conditione, *Pan poſt Ioann. Andream in d. c. inter dilectos num. 8. verſ. dic etiam quod in priori caſu & ibidem Boich. n. 6.* ſed vetus ius conſeruat, facitq; maioris auctoritatis, *c. quis neſciat & ibi gloſſ. in verbo auctoritate 11. diſt. gl. in d. c. quia diuerſitatem in verbo forma communi & ibi Can.* Secundo iuſtam cauſam ſiue titulum præſcribendi præbet, *c. dudum §. cæterum de decimis.* Tertio de iuribus confirmationis, an valeat & rite facta ſit, cognoſcit ſolus ſummus pontifex, vel qui ab eo mandatum habet ſpeciale, *c. cum veniſſent de iud. gl. in c. frater in verbo auctoritate 17. quæſt. 4.* niſi ſit per ſub & obreptionem aut per falſi ſuggeſtionem elicita, *cap. 1. & 2. hoc titul.* De re vero confirmata non impeditur cognitio iudicis ordinarij, aut actio alterius, *Pan. in c. bonæ ſub nu. 4. hoc tit.* quia per talem confirmationem Papa non intelligit iuri alicuius derogare, *gl. in c. ex parte in verbo confirmatione & ibi Can. de Conſtit.* In dubio refertur ad actum validum, & ex ea actus nullus non confirmatur, *d. c. dudum & ibi Can. d. c. ex parte Dec. in rub. huius tit. n. 12 & 14.* Altera dicitur † fieri ex certa ſcientia, quando in confir- 5
matione apponitur dicta clauſula ex certa ſcientia, *Pan. in c. 1. ſub n. 6. & in c. examinata in fin. hoc tit. Put deciſ. 334. num. 3. libro 1.* quæ etiam per teſtes probari poteſt, *Bald. in c. 1. in princ. per quos fiat inueſt. Rot. deciſ. 27. de reſcript. in nou. Afflict. deciſ. 253. nu. 8.* aut quando in literis ſeu bullis apoſtolicis, *c. pen. hoc tit. & ibi Butr. numer. 6. Imol num. 1. Zab. in fine hoc tit. Pan. in cap. paſtoralis §. præterea num. 5. de offic. deleg. Caſ. deciſ. 1. num. 7. de preb. Archid. in c. præſentium in princ. 7. quæſt. 1. Innocent. in c. 1. in fine de tranſact. late Fel. in c. cum inter priorem in princ. per duas columnas de except. late Dec. in c. porrecta hoc tit. vbi refert quinque modos probandi certam ſcientiam.* tenor rei confirmatæ exprimitur ad ſupplicatio-

Digitized by Google

tem omnium quos tangit ſecus ſi ad inſtantiam
vnius ex eis, *Vital in cl. dudum n. 28. & ſeq. de ſepult.*
per extenſum, *c. pen. hoc tit. c. veniens & ibi poſt gloſſ.*
Can. de tranſact. c. paſtoralis §. præterea & ibi poſt glo.
Can. de off. deleg. & non per relationem. *Ioan. Bald.*
Ferret conſ. 38. numer. 6. & 8. libro 1. nam vt dica-
tur confirmatio expedita, ex certa ſcientiæ Papæ,
Rot. dec. 20. de reſcript. in nou. l. omnes in princ. & ibi
Bald. num. 2. Angel. numer. 2. & DD. communiter C.
de præſcript 30. vel 40. annor. &c. in ſupplicatione
ſufficit, narrata ſubſtantia, etiam quoad ea quæ
ſunt contra ius, cum clauſula quorum tenores,
Caputaq. deciſ. 72. part. 1. atteſtans abbreuiatores con-
ſultos ita reſpondiſſe & not. per Felin. in c. cum inter in
princ. de except. Bald. in l. fin. in princ. C. de prec. Imp.
offer. vel parte capitulorum illicitorum cum dicta
clauſula relatiua, quorum tenores, *Caputaq. deciſ.*
204. part. 1. per not. à Iaſ. in l. ait prætor §. ſi iudex n. 2
& ſeqq. ff. de re iud. Caputaq. deciſ. 121. part. 1. Afflict.
dec. 210. n. 17. & ibi Vigil. n. 17. & ſeqq. plures cumu-
lans, Petere quod totus inſtrumenti tenor in litte-
ris ſeriatim inſeri poſſit: *c. pen. hoc tit. ibi ad maiorẽ*
rei euidentiam litteris confirmationis tenor inſertus c.
ſtatutum in princ. & ibi glo. in verb. litterarum Gemin.
& Can de reſcript. in 6. Gabr. conſ. 200. num. 7. vol. 1.
Roman. conſ. 327. ſub num. 7. Item confirmatio fit
ex certa ſcientia, quando apponitur clauſula non
obſtante: *Bald. in l. fin numer. 5. C. ſent. reſcindi non*
poſſe, vel ſecunda iuſſio emanauit: *glo. in c. 1. in verb.*
noſcatur & ibi Can. de conſtit. in 6. glo. 1. in c. reſcripta
25. queſt. 2. c. ſi quando & ibi Fel num. 14. & Can. de
reſcript. aut apponitur clauſula cauſa cognita, &
parte citata, & audita: *late Alex. conſ. 123. num. 22.*
& pluribus ſeqq. vol. 4. Afflict. in conſt. Neapol. libr. 3.
rub. 4. de iure ſuo Curiæ obſ. ſub num. 4. & num. 5. ac
præſumitur diſcuſſio facta in Cancellaria, quia
pro illa præſumitur, *c. porrecta hoc tit. c. ex parte el 1.*
6 *de reſcript. & vtrobique DD.* Hæc operatur † pri-
mo quod de iuribus confirmationis, aut de re ſeu
beneficio confirmato, non poteſt cognoſcere,
aut etiam declarare inferior, niſi ſolus Papa, vel
cui ſpecialiter hoc commiſit; *Pan. in c. 1. ſub nu. 6.*
verſ. quædam confirmatio & Dec. in d. c. de confirma-
tionibus num. 26. & ſeqq. & ibi Can. hoc tit. & ſic au-
fert inferiori cognitionem, & parti aduerſæ peti-
tionem: quæ non auditur niſi per modum ſuppli-
cationis: nam vbi Princeps confirmat, idem eſt
ac ſi iterat ſententiam, *l. 1. §. ſed neque verſ. omnia*
noſtra facimus C. de vet. iur. enucl. glo. in d. c. dilecto in
verb. clauſula de præb. reſpectu prætentorum, ſed
eorum reſpectu, quæ de nouo orta ſunt, vtputa, ſi
accuſatur de crimine, propter quod priuari me-
retur iure confirmato, non eſt inferioribus iudi-
cibus ſublata poteſtas, *Pan. in c. 1. num. 10. & Dec.*
in d. c. de confirmationibus num. 57. & ſeq. & Can. hoc
tit. Secundo, probat priuilegium confirmatum
abſque ipſius priuilegij exhibitione, *c. ſi Romano-*
rum & ibi poſt gl. Prapoſ. num. 17. & Can. 19. diſt. Iaſ.
in auth. ſi quis in aliquo num. 8. C. de edend. & ibi DD.
Rot. diuerſ. dec. 63. part. 2. Tertio facit præſumi
principem vti poteſtate abſoluta, *glo. in c. adhuc in*
verb. elegerint in fine de reſcript. Bald. in l. eos nu. 1 C.
de appell. Quarto ſupplet omnem defectum iuris
& facti, ac ſolemnitatis, *cap. 1. in fine de tranſact. &*
ibi gloſſ. fin. & DD. Puta partis vocationem, & alia
ſolemnia, ſed non ſubſtantialia, videlicet defe-
ctum inhabilitatis perſonæ, vel alium defectum
naturalium, *Pan. in cap. 1. num. 5. de tranſact. & ibi*
Can. aut poteſtatem legati diſmembrantis, & fal-
ſitatem cauſarum expreſſarum; niſi facta ſit cum
cauſæ cognitione, & parte vocata; *Rot. deciſ. 2. hoc*
tit. in nou. Felin. in cap. 2. num. 42. & ſeqq de reſcrip.
aut Princeps defectum intellexerit, *Rot. diuerſ. de-*
ciſ. 455. nu. 4 part. 1. c. Anomanenſem & ibi Archid.
in princ. & Can. 56. diſt. Fel. in c. 2. de reſcript. ſub nu.
42. arg. c. conſtitutus & ibi gloſſ. pen. & Can. de con-
ceſſ. præb. Quinto facit tranſlationem perſonalem
realem, *c. veniens de tranſact. c. niſi eſſent de præb.* Sex-
to Concil. Trid. præſeruat concordias à ſede A-
poſtolica confirmatas ex certa ſcientia, non au-
tem confirmatas in forma communi, *c. quia diuer-*
ſitatem §. mandamus & §. ſeq. & ibi gloſſ. & Can. de
conceſſ præb. c. conſtitutus & ibi Can. de reſcript. Card.
Seraph. deciſ. 775. in princ. & per totam deciſionem
Clem. dudum §. antepen. & ibi poſt gloſſ. in verb. pacta
Can. de ſepult. c. veniens & ibi poſt gloſſ. in verb. confir-
matam in verb. de tranſact. Garz. de benef. part. 3. c. 2.
§. 1. num. 221. & ſeqq. Nomen concordiæ genera-
le eſt, *Iaſ. in l. de fideicommiſſo nume. 3. C. de tranſact.*
Fel. in c. cauſam quæ el 2. in princ. de teſt. Franc. Aretin.
in l. cum filium in fine C. de inoff. teſtam. ac compræ-
hendit pactum gratuitum, quod etiam per Con-
cil. Trid. cenſetur præſeruatum, *c. conſtitutus de reli-*
lig. domib. & ibi Pan. & DD. Septimo quando to-
tus tenor inſtrumenti inſeritur confirmationi,
non eſt neceſſarium, quod de cætero oſtendatur,
vt dictum eſt, ex quo eſt publicatum, quando cõ-
firmatio expedita eſt in præſentia partium, vel
ipſis

Digitized by Google

ipſis inſtantibus, aliter non obeſt confirmatio non vocatis, *Hoſt. in c. pen. num. 3. hoc tit. & ibi Can. Alex. d. conſ. 173. lib. 4. num. 22. & ſeqq. c. 1. in fine vbi in curia vel imperitia de tranſact. & ibi Can. numer. 5. & Can.* Octauo, quod ſi tranſactio vel pactum ab initio inualidum ſit, per confirmationem Papæ ſumit vigorem, *c. 1. de tranſact. & ibi poſt gl. fin. Can.* ſecus quando confirmatio eſt facta in forma cõmuni, in qua habet locum regula, ſi non valet actus, confirmationes, vel priuilegia, quæ ipſum confirmant, non valent: quia ab ipſo cauſam & originem ſumunt, & ſublato principali tollitur acceſſorium, *c. cum inter vos & ibi per illum textum gloſſ. Pan. num. 19. & ſeq. & Can. de re iud.* De reliquis confirmationum actuum iudicialium, extraiudicialium, & contractuum effectibus, vide *Butr. in c. de confirmationibus num. 4. & ibi Imol. n. 3.*
7 *hoc tit. Gail. obſ. 1. lib. 2.* In dubio præſumitur † confirmatio in forma communi, *Pan. in c. ex parte in 2. oppoſ. per illum text. de conſtit. Dec. in rubrica huius tit. num. 5. Rot. diuerſ. dec. 780. num. 5. part. 1.* Neutra
8 extendit † actum confirmatum, *Pan. in c. 1. nu. xj. hoc tit.* lædit, minuit, aut tollit ius tertij, *c. fin. hoc t.* dummodo tale præiudicium non ſit narratum, *Dec. in c. ſua nobis num. 26. hoc tit. & ibi Can.* Vtraque valet ex nunc, non ex tunc, *l. obſeruare in fine ff. de off. procon. & leg. Pan. in c. 3. num. 5. in fine de his quæ fiunt à præl. ſine &c. Dec. in l. quod initio num. 12.*
9 *ff. de reg. iur.* Differt confirmatio † à mandato de confirmando, quia hoc & clauſulæ in eo appoſitæ nihil operantur niſi ſecuta ſit confirmatio, ſed requirit factum executoris, & cauſæ cognitionem, ſicut dictum eſt in mandato de conferendo, & in mandato de diſpenſando: *Supra tit. de reſcript. Rot. diuerſ. dec. 202. num. 9. verſ. non obſtante part. 1.* & licet ſtante mandato de confirmando partes non poſſint pœnitere, ex ſola voluntate, poſſunt tamen intentare remedia de iure competentia contra talia mandata, nam ſi de iure non ſubſiſtunt, non præſtant impedimentum, *Rot. d. deciſ. 102. num. 9. & 10. part. 1. diuerſ. 1. non præſtat.*
10 *de reg. iur. in 6.* Non confirmantur † litigioſa, *c. 1. hoc tit.* & confirmatio obtenta nullo modo præiudicat liti motæ, quo minus inferior procedere poſſit, *Dec. in d. c. de confirmationibus num. 7. vbi ampliat & limitat 3. mod. num. 15. & ſeqq.* Sententia à qua fuit appellatum: *cap. bona hoc tit.* Sententia & laudum contra formam iuris aut compromiſſi lata, *c. examinata hoc tit.* Penſiones ab ordinario impoſitæ: ſed Papa denuo eas concedit, quia ordinarius non poteſt beneficium diuidere, ſicut Papa: *cap. prohibemus de cenſib. c. paſtoralis de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. cap. 1. extirpanda in fine de præb.* Prioratus & adminiſtrationes regularibus, *cap. ad noſtram c. porrecta hoc tit.* quia fieret præiudicium ſuperioribus, quibus cõpetit ius libere religioſos ſuos ad clauſtra reuocãdi, ſed poſt confirmationẽ Papæ ex certa ſciẽtia ipſius intẽdentis perpetuare prioratum, nam motus proprius non ſufficit, *Fel. in c. per tuas num. 4. de maiorit. & obed. plures citans,* non poſſent amoueri ſine cauſa: & ſi de facto forent expulſi, nec conſtaret de cauſa poſſent petere ſe reſtitui ad ſtatum, *Put. deciſ. 2. de regul. Fel. in c. conſtitutus num. 10. de reſcript. Card. in clem. 1. §. præmiſſa num. 4. late & ibi Can. de ſuppl. negl. præl.*

Priuilegia † papalia, aut ſedis apoſtolicæ proprie non confirmantur, eadem enim eſt auctoritas prædeceſſoris, & ſucceſſoris ſummorum pontificum, & eadem eſt auctoritas ſedis apoſtolicæ, quæ conceſſit, & confirmauit priuilegium, vnde nullum nouum vinculum poteſt dici adiectum, ſed eſt potius quædam innouatio priuilegiorum, quæ parum aut nihil operatur datur ſine citatione, *Franc. Marc. quæſt. 456. n. 4. parte 1. Panorm. in cap. ex parte l. 1. nu. 3. de priuileg. Fel. in c. fin. num. 8. de fid. Inſtrument.* & nullum ius de nouo tribuit, *c. cum dilecta hoc tit. c. innotuit de elect. c. fin. de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 702. ſub numer. 5. & 6. & ſeqq. part. 1. diuerſ. c. ex parte abbatiſſæ in fine de priuileg. & c. quia intentionis de priuilegijs.* fierique poteſt ad depoſitiones teſtium de tenore priuilegij deperditi, & quod erat ſine vitio, *c. cum olim. el. 1. & cap. ſeq. de priuileg. &c. Bald. in l. fin. num. 21. C. de edend.* Priuilegium innouatum probat ſicut antiquum, *Hoſt. in c. pen. nu. 3. & n. 4. hoc tit. vbi reddit rationem diuerſitatis inter priuilegia & alia inſtrumenta.* Contractus nullus ſuper rebus Eccleſiæ, ex poſt facto validari non poteſt, niſi per Papam confirmetur, *Collect. in c. veniens de tranſact. Cap. Tholoſ. quæſt. 98. in fine.* A concordia † facta in beneficialibus ſub beneplacito ſedis apoſtolicæ, poſſunt partes ante confirmationem reſilire, & procuratores datos reuocare; quia concordia in beneficialibus eſt reprobata ante confirmationem, *c. ſuper eo de tranſact. cap. fin. de rer. permut. dictum eſt ſupra tit. de tranſact. Put. deciſ. 343. lib. 1. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſſ. 12. numer. 81. & ſeqq.* tum quia ex facto à iure reprobato non poteſt naſci obligatio aliqua, *l.*

11 (right margin, beside "Priuilegia † papalia") · 12 (right margin, beside "A concordia †")

Digitized by Google

quis, *l. cum lex. ff. de fideiuſ. pulchre Pan. in c. ſuper eo num. 8. & ibi Can. de cond. appoſ. Achil. deciſ. 2. de pact. Caſ. deciſ. 3. num. 7. & 8. de ſent. excomm.* & conceſſo confirmationem valere, ante reuocationem procuratorum, tamen ex illa agi tantum poteſt ordinarie non executiue, quia in concordia non ineſt obligatio cameralis, ſed tantum in ipſo conſenſu præſtito per procuratores, *Caſ. d. deciſ. 3. in princ. & nu. 6. de ſent. excomm. l. in concedendo l. in diem verſ. ideo autem & l. ſeq. ff. de acq. plur. arc.*
13 *Caſſad. deciſ. 4. num. 6. de penſ.* A ſtatuto † vel actu facto, poſtea à ſede apoſtolica confirmato, poſſunt ſtatuentes vel actum facientes ſine alio conſenſu ſuperioris recedere: quia confirmatio facta permiſſiue non denominat confirmatum à confirmante, ſed à ſpecifico efficiente, cuius fauore fit confirmatio, *c. cum acceßiſſent de Conſtit. & ibi Fel. nu. 3. & ſeqq. Bald. in l. ex placito ſub nu. 12. in fine & num. ſeqq. C. de rer. permut. Paul. de Caſtr. in l. omnium num. 6. C. de teſtam. Pan. in c. dilecto ſub n. 10. de preb. & Can. Bart. in l. omnes populi n. 33. ff. de iuſt.*
14 *& iure.* Limita primo, quando † confirmatio ſuperioris fuit neceſſaria, non poſſunt inferiores recedere ab actu confirmato ſine eius beneplacito, *Auth. econtra ſi filij familias C. de repud. Felin. in c. cum acceßiſſent num. 4.* ſecundo quando actus tendit ad cultum diuinum augendum, *c. ex parte de Conſtit. Creſc. deciſ. 1. de pact.* Tertio, quando verba confirmantis ſonant in præceptum, vt ſi Papa ad obſeruantiam vtramque partem cogi, & compelli decernat; *Creſc. deciſ. 1. in fine de pact. c. conqueſtus de foro compet. cap. 1. §. 1. & §. fin. de foro compet.* aut in confirmatione appoſitum ſit decretũ irritans, ſi ſecus factum fuerit, *c. dilecto verſ. procurator in fine & ibi poſt gloſ. in verbo clauſula Pan. & Can. de preb. Fel. in d. c. cum acceßiſſent num. 7.* vel ſtatuentes fecerint ſtatutum, non propria auctoritate, ſed vice, & auctoritate ſuperioris, *Bart. in l. 2. §. data nu. 8. ff. de opt. leg. & in l. ambitioſa nu. 29. C. de decret. ab ord. fac. C. ſi quis verſ. fin. de preb. in 6. Felin. in d. c. cum acceßiſſent numer. 9. & vtrobique Can.*

(o)

LIBRI SECVNDI FINIS.

Digitized by Google

IOAN. HONORII AB AXEL SVMMÆ DECRETALIVM.

LIBER TERTIVS.

De vita, & honeſtate clericorum.

Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Clericorum appellatione qui veniant.*
2 *Clericatus probatur vere & præſumptiue.*
3 *Clerici continenter viuere debent, & incontinentis pœna.*
4 *A Crapula, & ebrietate abſtinere, & ebrij pœna.*
5 *A Negotiis, perſonis, locis, ludis & veſtibus inhoneſtis.*
6 *Clericus aleator excluditur à beneficio obtinendo.*
7 *Clerici debent abſtinere à negotiis ſæcularibus, & negociatoris pœna.*
8 *Non debent frequentare monaſteria monialium.*
9 *Clericorum habitus conſiſtit in tonſura & clerica & ſæcularium in veſtibus clericalibus extrinſecis & intrinſecis, monachorum in cuculla.*
10 *Tonſura quid eſt.*
11 *Clerica quid ſit.*
12 *Clericus quilibet ſæcularis an teneatur deferre tonſuram.*
13 *Clericalis veſtis ſæcularis eſt talaris.*
14 *Clerici ſæculares an omnes teneantur deferre veſtem clericalem, & pœna eam non deferentium.*
15 *An perdant priuilegium fori.*
16 *Clericorum ioculatorum & hiſtrionum pœna.*
17 *Clericorum qui macellariorum & tabernariorum officium publice exercent pœna.*

POST explicita officia Prælatorum, circa collationem Ordinum, negotia, & iudicia *in lib. 1. & 2.* præmittit *in lib. 3.* ante tractatus de rebus ad clericos, & eccleſias ſpectantibus titulum generalem, *De vita & honeſtate clericorum,* quia nemo recte monitoris ſuſcipit perſonam, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, *c. nemo 81. diſtinct.* & ille iudicat de alterius errore, qui non habet in ſeipſo quod condemnet, *c. qui ſine c. iudicet c. poſtulatus 3. quæſt. 7.* tum quia clerici in grauibus peccatis poſiti, dum ſuis premuntur, aliena non diluunt vitę merito, ſed ex officio; *c. ſciſcitantibus 15. quæſt. 8 c. ipſi Sacerdotes, & c. neque 1. quæſt. 1.* Cunctis enim liquet, quia cum is diſplicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur. *c. in grauibus 3. quæſt. 8*
Appellatione † clericorum largo ſumpto vocabulo veniunt omnes, qui habent ordines in quacunque dignitate ſint aut ordine, etiam in prima tonſura, *c. clericum verſ. fin. 72. diſt. c. cleros 21. diſt. c. clericus, & c. duo ſunt genera 12. quæſt. 1. cap. per exemptionem de priuileg. in 6. c. clerici hoc tit. c. cum contingat, de ætat. qualit. & ord. præf. c. cum tibi, de verb. ſignif. & ibi Panor. Panorm. in c. bona el 1. num. 2. de poſt prælat.* ideo priuilegium tributum clericis ſimpliciter conceditur omnibus etiam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, & religioſis, qui nomine clericorum in fauorabilibus comprehenduntur, *Panor. in c. cum tibi de verb. ſignif. & in c. 2. numer. 6. de cohabit. cleric. & mulier. & in c. 1. num. 7. ne clerici vel monachi & c. Felin. in c. non dubium num. 1. de ſent. excomm. & in c. licet in corrigendis num. 8. & 9. de off. ordin.* Sed in materia odioſa, & ſtricta ſignificatione appellatione clericorum non comprehenduntur Epiſcopi, nec alij exiſtentes in dignitate, 1

nec etiam canonici Cathedralium Eccleſiarum, nec monachi, ſeu religioſi, *c. quia periculoſum de ſent. excomm. in 6. c. ſedes & ibi not. de reſcript. Panorm. in d. c. bona el 1. num. 2. de poſtul. prel. & in d. c. 1. num. 7. ne clerici, vel monachi.* &c. quia vbicumq; ſpecies ponit aliquid vltra genituum, appellatione generis non venit illa ſpecies, *c. ſtatutum de elect. in 6. Felin. in d. c. non dubium ſub num. 1. Innoc. in d. c. ſedes ſub num. 2.*
2 Clericatus † probatur verè & præſumptiue; verè probari debet, quando agitur de beneficij adiudicatione alicui facienda tanquam clerico, quia iura mandant ſuper ordinis collatione litteras fieri: *c. fin. 71. diſt. & diſt. 73. per totam c. legum 2. quaſt. 1. Panorm. in c. quoniam contra num. 20. de probat. & ibi Can.* Probatur autem ſolo ſigillo Epiſcopi, *c. extraneo 71. diſt. l. ſi qua per calumniam in fin. C. de epiſc. & cler. c. inter quatuor, de cler. peregr. c. poſt ceſſionem de probat.* Per teſtes, *c. tua de cleric. peregr.* imo per vnicum teſtem, *Mohed. deciſ. 21. de renunciat. Bald. in c. licet 1. ſub num. 4. de teſt. & ibi Felin. in fin. & Can. Iaſ. in l. admonendi num. 98 in fin. ff. de iureiur.* Per ſufficientia indicia, & idonea argumenta, *c. inter quatuor, & ibi gloſſ. in verb. per argumenta Pan. num. 3. & Can. de cler. peregr.* communem reputationem, *Innoc. in c. innotuit numer. 1. de eo, qui furt. ord. ſuſcep.* in poſſeſſorio, & petitorio, *Pariſ. de reſig. benef. lib. 4. quaſt. 2. num. 7. qui allegat deciſiones Rota*, ac in iudicio poſſeſſorio ex cōfeſſione partis: *Crauett. conſ. 93. num. 4. late Garz. de benef. par. 7. c. 1. §. 1. num. 138. vſque ad finem*, Fallit in clericatu illegitimi, qui probari debet per litteras cum diſpenſatione, & non ſufficit communis reputatio, aut poſſeſſio habitus clericalis: *Mandoſ. de ſignat. grat. titul. prouiſiones, verſ. clericatus illegitimi. atteſtans ita deciſum in Rota Maſcard. de probat. concluſ. 302. c. clericatus an probetur &c. n. 18. & ſeq. vbi limitat.* Præſumptiue probatur, quando clericus fuit in poſſeſſione beneficij per aliquot tempora, & vixit vt clericus, quia præſumptio eſt pro poſſeſſore niſi contrarium probetur, *Roca dec. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in antiq. glo. in c. ex inſinuatione in verb. clerici, de procurat. & ibi Can.* Item poſſeſſor beneficij non plene probato titulo beneficij poteſt agere nomine ſui beneficij pro penſione ſoluta prædeceſſoribus, & poſtmodum ei detracta, licet ipſe non fuerit in poſſeſſione percipiendi eamdem, *Rot. deciſ. 9. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. Innoc. in cap. in litteris de reſtit. ſpol.* Quando conſtat de ordinatione facta etiam ab alieno Epiſcopo, ea præſumitur bene, & rite facta ex circumſtantijs, *Archid. in c. Lugdunenſ. num. 3. 9. quaſt. 2. Lap. alleg. 138. num. 18. & 19.*

Continenter † & caſte debent viuere clerici, 3
quatenus in conſpectu Omnipotentis Dei puro corde, ac mundo corpore valeant miniſtrare: cōprehenſi incontinentiæ vitio laborare ſuſpenduntur ab officio, & beneficio, *c. vt clericorum hoc titulo*, vt quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non reuocant, correctionis medicina compellat, *l. vnica C. de emend. propinq. c. cum in cunctis in fin. de elect. c. docendus 62. diſtinct.* ſi quis ex cauſa libidinis ſuſpenſus præſumpſerit celebrare diuina, eccleſiaſticis beneficijs ſpoliatur, & pro duplici culpa perpetuo deponitur, *d. c. vt clericorum. verſ. ſi qui igitur c. clerici c. latores de cler. excom. depoſ.* Secundo debent à crapula, & † ebrietate 4
diligenter abſtinere, *diſt. 35. per tot.* quia ebrietas & mentis inducit exilium, & libidinis prouocat incentiuum. In his culpabilis & monitus non deſiſtens ſuſpenditur ab officio, & beneficio, *c. à crapula hoc tit. c. vnum horarium, verſ. & quamuis Apoſtolus, & ibi gl. in verb. ebrietas 25. diſt. & Can. cap. fin. diſt. 35.* Tertio debent abſtinere à negotijs, † per- 5
ſonis, locis, ludis, veſtibus inhoneſtis: *d. cap. clerici hoc tit. c. 1. eodem in 6. c. hi igitur, & c. ſeq. 23. diſtinct. c. cum dignitates §. veſtitu ſeſſ. 24.* non poſſunt deferre anulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis, *d. c. clerici, verſ. fibulas.* Clericus † aleator 6
excluditur ab obtinendo beneficio, ſed non ab obtento niſi ſit incorrigibilis, *c. inter dilectos, & ibi Panor. num. 6. de exceſſ. prel. d. c. clerici, & ibi gloſſ. in verb. ad aleas, & Can.* Quarto debent abſtinere à negotijs † ſæcularibus, & qui tertio monitus ne- 7
gotiationibus inſtiterit, interim quoad facultates & bona perdit priuilegium clericale, & ita ſuſpenditur priuilegium quoad tempus propter delictum, quia facto abijcit priuilegium clericale, dum illis ſe implicat, *c. fin. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. & Can. c. fornicari 88. diſt. c. clerici 14. quaſt. 4.* Negociator eſt, qui rem comparat vt integram, & immutatam vendendo lucretur, qui vero rem comparat, vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi, non eſt negociator, *c. ejiciens verſ. quicunque 88. diſtinct.* Quinto non debent frequentare monaſteria † monialium ſine rationabili, & manifeſta 8
cauſa iure decretalium: *d. c. monaſteria hoc titul. & ibi gloſſ. & Can.* Ex ſanctione Concilij Tridentin. ſine cauſa neceſſaria, *c. 5. §. ingredi ſeſſ. 28.* & clericus

Digitized by Google

cus monitus non deſiſtens deponitur, *d. c. Monaſteria*, Concilium Tridentinum ſtatuit, vt quæ alias à ſummis Pontificibus, & à ſacris Concilijs de clericorum vita & honeſtate, cultu, doctrina retinẽda ſalubriter fuerunt ſancita, eadem in poſterum ſub eiſdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obſeruentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet ſuſpendat, *c. 1. ſeſſ. 22.*

9 Habitus † clericorum conſiſtit in tonſura,& clerica, *c. clerici verſ. coronam & tonſurā, c. ſi quis, & tribus cc. ſeqq. hoc tit. cap. 1. de cler. coniug. in 6.* & ſæcularium in veſtibus clericalibus extrinſecis, & intrinſecis, quando intrinſeca appareret, *Franc. in c. 1. ſub numer. 1. & ibi Anchar. in 5. notab. ponderat Verbum, publice, & Can. de cler. Coniug. in 6. Clem. 2. hoc tit. c. ſi iudex Laicus §. idem eſſet Cenſendus, de ſent. excomm. in 6.* & ſic in clauſis indumentis deſuper deferendis nimia breuitate, vel longitudine non notandis: *d. c. clerici hoc tit. verſ. clauſa da. d. c. ſi iudex Laicus §. idem eſſet Cenſendus, de ſent. ex c. in 6. Bald. in l. ſi qua per calumniam nu. 3. C. de Epiſc. & cler. cap. 1. de cler. coniug. in 6.* Monacorum vero in cuculla, *c. intelleximus de at. & qualit. & c. Clem. 1. §. 1. de ſtat. Monach.* nulla coloris habita ratione: *c. fin. 20. qu. 1. Arc bid. in c. 2. ſub num. 1. ne Clerici, vel Monach. in 6.*

10 Tonſura proprie † eſt illa abſciſſio capillorum, quæ eſt in parte inferiori, vt aures pateant, *c. pen. 23. diſtinct.*

11 ſed clerica † eſt abſciſſio capillorum in parte ſuperiori, & circuitus abſciſſionis illorum capillorum vocatur corona, *gloſſ. in c. 1. in vlt. nota. de cler. coniug. c. vnico eod. in 6. c. vnico de bigam. in 6.*

12 *& ibi Can.* Quilibet clericus ſæcularis † beneficiatus, vel in ſacris exiſtens tenetur de præcepto deferre tonſuram: *c. Ioannes, & ibi poſt 2. Can. de cler. coniug. d. c. vnico eodem in 6. d. c. vnico de Brigam. in 6. & ibi Can.* in minoribus ordinibus conſtitutus non habens beneficium non tenetur deferre tonſuram, *c. fin. & ibi gloſſ. 1. 50. diſt. d. c. vnico de bigam in 6.* Ex decretis Concilij Tridentini, non gaudet priuilegio fori, niſi clericalem habitum & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, ſeu vniuerſitate de licentia epiſcopi verſetur: *c. nullus ſeſſ. 23.* Veſtis cle-

13 ricalis ſæcularis † eſt talaris, *c. pen. 23. diſt.* ordini, & dignitati clericali congruens, quæ dependet ex ordinatione, & mandato ipſius epiſcopi. *cap. nullus ſeſſ. 14.* quia certa forma in iure non exprimitur clericis ſæcularibus, ſed quidam habitus,& quidam colores ſunt illis interdicti, *Pan. in c. 1. in 2. notab. de apoſt. Clem. 1. & ibi gloſſ pen. in fin. de elect. Pan. in cap. transmiſſam. ſub num. 2. in verb. habitu de elect. & ibi Can.* recenſiti in c. pen. hoc tit. & in Clem. 2. eod. De cuculla Monachorum ſub proprio titulo dicemus. Tenentur omnes † Clerici 14 ſæculares etiam exempti deferre veſtem clericalem, ſi in ſacris fuerint conſtituti, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica obtinuerint, & ex conſtitutione Sixti V. *in ordine 30. part. 2.* in illis vel ad ea ius habuerint ſub pœna priuationis ipſo facto, & ſi poſtquam ab epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum moniti fuerint, habitum clericalem non detulerint per ſuſpenſionem ab ordinibus, ab officio,& beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon, ſi ſemel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem beneficiorum, & officiorum huiuſmodi coercere poſſunt,& debent, *c. quia vero ſeſs. 14. quod innouat, & ampliat Clem. quoniam hoc tit.* Præterea clericus dimittens habitum,& tonſuram in criminibus, ſiue enormitatibus deprehenſus per cenſuram Eccleſiaſticam non liberatur, *c. 1. de Apoſt.* id eſt, laici eum deprehendentes, & percutientes non incidunt in canonem, ſiue excommunicationem, ſed non perdit † priuilegium fori, *Panorm in d. c. 1. in 2. lect. &* 15 *num. 6. de Apoſt.* ſi vero incedit,& viuit vt laicus,& tertio ab ordinario monitus non reſipiſcat, perdit priuilegia clericalia, & auctoritate iuris habetur pro degradato, *c. in audientia c. contingit 2. de ſent. excomm.* quia cum monitus ſeipſum contempſerit emendare, illius immunitatis efficitur exiorris, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercẽda dignoſcitur inſtituta, *d. c. contingit 2. & ibi poſt glo. fin. Can.* ſi captus detineatur à iudice ſæculari, cognitio an veſtis ſit clericalis ſpectat ad iudicem laicum, *Guid. Pap. quæſt 138. num. 2. & ſeqq. per cap. ſi iudex laicus de ſent. excomm. in 6.* cognitio vero an ſit clericus, ad iudicem Eccleſiaſticum, *c. ſi iudex laicus de ſent. excomm. in 6. Bald. in l. ſi qua per calumniam num. 4. C. de Epiſc. & Cler.* quia probatio tituli clericalis eſt quid ſpirituale, *d. c. ſi iudex laicus in fin. princip. & ibi Can. notant.* ſed probatio habitus eſt quid temporale, & prophanum, *arg. cap. ad nuptiarum, & ibi gl. & Can. de Conſecr. diſt. 1. Bald. in l. ſi qua per calumniam num. 3. & 4. C. de Epiſc. & Cler.* Eadem ratione clerici,

Digitized by Google

16 rici, qui † ſe ioculatores, ſeu goliardos faciunt, aut bufones, ſeu hiſtriones, ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint, ipſo iure; ſi autem tempore breuiori, & tertio moniti non reſipuerint, carent omni priuilegio clericali: *c. vnico*
17 *hoc tit. in 6.* illi vero qui macellariorum, aut † tabernariorum officium publice & perſonaliter exercent, ſi nominatim & tertio moniti ab his non deſtiterint, aut ipſa exercenda reaſſumpſerint, coniugati omnino, non coniugati in rebus, & ſi omnino incedant vt laici, in perſonis, priuilegium clericale, quamdiu præmiſſis inſtiterint, eo ipſo amittunt, *Clem. 1. hoc tit. Capr. concl. 49. recenſens plures caſus, in quibus Clerici perdunt priuilegia clericalia.*

De cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Titulus II.

SVMMARIA.

1 *Clericus peccat mortaliter cohabitando cum quacunque muliere de qua poteſt eſſe rationabilis ſuſpicio.*
2 *Clericus poteſt cohabitare aſcendentibus, deſcendentibus, & ex linea tranſuerſali mulieribus conſanguineis vſque ad ſecundum gradum, vxoribus fratrum, vxoribus ſeruorum.*
3 *Mulier delinquens cum clerico efficitur de foro eccleſiaſtico.*
4 *Clericorum concubinas tenentium pœnæ.*
5 *Cuius ſit cognitio.*
6 *Quid ſi beneficia aut penſiones non habeant.*
7 *Epiſcoporum concubinas tenentium pœna.*
8 *A Clericis & presbyteris fornicarijs an licite diuina miniſteria audiantur & recipiantur ſacramenta.*

COHABITATIO mulierum cum clericis reddit vitam clericorum aut inhoneſtam, aut ſuſpectam, ideo poſt præcedentem titulum
1 ſubijcitur hic titulus: nam clericus † peccat mortaliter cohabitando cum quacumque muliere, de qua poteſt eſſe rationabilis ſuſpicio, *c. 1. hoc tit. c. interdixit 32. diſt.* aut accedendo, vel frequentando domos quarumcumque mulierum ſuſpectarum, *c. clericus ſolus cap. clerici c. legitur, & c. in omnibus 8. c. diſt. c. ſi quiſquam hoc tit.* ſunt quædam de quibus rationabilis ſuſpicio † non habetur, vt 2
aſcendentes, deſcendentes, & in linea tranſuerſali conſanguineæ ad ſecundum gradum, & ex affinitate vxores fratrum, *c. fœminas c. cum omnibus 81. diſt. gl. in c. 1. in verb. canones, & ibi Can. hoc titulo.* & in eis non requiritur ſenectus, *Panorm. in c. A nobis in fin. hoc tit.* quia fœdus naturale non permittit aliquid ſæui criminis cum iſtis ſuſpicari. *c. A nobis hoc tit. l. eum qui C. de epiſc. & Cler.* præterea vxores ſeruorum, *d. c. cum omnibus 81. diſt.* quæ tamen omnes, ſi ſuſpectæ fuerint, non debent cum clericis remanere. *cap. quorumdam 34. diſt. gloſſ. in c. 1. in verbo canones hoc titulo.* Mulier delinquens cum † clerico ſubijcitur foro Eccleſiaſtico, vnde 3
poteſt per iudicem eccleſiaſticum puniri, quia committit quaſi ſacrilegium, *c. eos, & ibi gloſſ. 1 32. diſt. c. virginibus 27. q. 1. Panorm. in c. 2. num. 5. hoc tit. per illum textum.* tum quia concubinatus eſt crimen Eccleſiaſticum, & ſecundum leges non eſt crimen, *l. in concubinatu ff. de concub. l. vnica C. eod. Panorm. in c. cum ſit generale n. 25. de for. comp.*

Clerici † concubinas, aut alias maiores, de 4
quibus poteſt haberi ſuſpicio in domo, vel extra detinentes, aut cum ijs vllam conſuetudinem habentes pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis puniuntur: *c. quam turpe ſeſſ. 25.* datur † electio epiſcopo quam pœnam velit 5
imponere, *Panor. in c. 2. nu. 7. hoc tit.* quod ſi ab epiſcopo, ad quem infraſcriptorum cognitio pertinet ſine ſtrepitu &c. & ſola facti veritate inſpecta, & non ad archidiaconos, aut alios inferiores, *d. c. quam turpe §. nec quæuis ſeſſ. 25.* Semel non ſecundo, aut tertio moniti, vt Decretales requirũt, *c. 2. c. ſi autem hoc tit.* ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſunt priuati, quæ fabricæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Si in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes ſecundo moniti adhuc non paruerint, omnes fructus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo abſque alia ſententia, quam Decretales requirunt, *c. ſicut c. ſi autem hoc tit.* amittunt, & à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad Ordinarius arbitrabitur, ſuſpenduntur: & ſi ita ſuſpenſi nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam verſentur, tunc beneficijs omnibus eccleſiaſticis, & penſionibus

Digitized by Google

nibus priuantur perpetuò, ac inhabiles, atque indigni quibuſcumque honoribus, & beneficijs in poſterum redduntur, donec ab eorum ſuperioribus cum eis fuerit ex cauſa emendatæ vitæ diſpenſatum: Sed ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter præfatas pœnas, excommunicationis gladio plectuntur: *cap. 2. & 3. hoc tit. d. c. quam turpe ſeſſ. 25 Garz. de benef part. 11. cap. 10. §. 2. à num. 181. vſque ad num. 191.* nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impedit, aut ſuſpendit.

6 Clerici beneficia, aut † penſiones non habentes puniuntur arbitrio Epiſcopi carcere, ſuſpenſione ab ordine, inhabilitate ad beneficia. Reuerendiſſimi † Epiſcopi ſi ab huiuſmodi crimine ſe non abſtinuerint, & à Synodo Prouinciali admoniti ſe non emendauerint, ipſo facto ſunt ſuſpenſi, *d. c. quam turpe ſeſſ. 25.* & ſi in eo perſeuerent, ab eadem Synodo deferuntur ad ſummum Pontificem, qui pro qualitate culpæ etiam per priuationem in eos aduertat. *Auth. episcopo C. de epiſc. & Cler.* Si Concubinæ publicæ clericorum fuerint notatæ cenſura eccleſiaſtica, eoſdem concubinarios non eſt dubium ſententia maioris excommunicationis inuolui, qui poſt latam ſententiam communicant in eodem crimine criminoſis, ſecus ſi communicant locutione, vel alias quam in crimine, quia tunc incidunt in minorem excommunicationem, *c. ſi Concubinæ, & ibi gl. & DD. de ſent. excomm. not. in c. nuper eod.* Quando Clerici ſeparantur à Concubinis, non compelluntur ad eas abiurandas, ne in eandem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraudis redeuntes periurij reatum incurrant, *c. clericos de cohabit. cler. & mul. & ibi gloſſ. in verb. redeuntes, & Canon.*

8 A Clericis, & Presbyteris fornicarijs † licite diuina miniſteria audiuntur, & alia recipiuntur Sacramenta, quandiu ab Eccleſia tolerantur, *c. veſtras c. fin. hoc tit. c. ſi ſcitantibus 15. quæſt. 8. & ibi gl. 1. & Can.* quia ſunt ſuſpenſi quoad ſeipſos, non quantum ad alios in caſu propoſito, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, cõfeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit, *cap. tua nos in princ. & c. fin. hoc tit. Panor. in d. c. noſtra num. 3. & ibi Doct. c. cum olim de verb. ſignif.* & hoc vltimo caſu ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab officio, & beneficio, & ſi celebrent, incurrunt irregularitatem, *Panorm. in c. veſtra num. 7. & 8. & ibi Can. hoc tit. c. fin. hoc tit. Garz. de benef. par. 7. cap. 14. à nu. 7 vſque ad finem late diſputat in vtramque partem*, etiam quod nulla monitio interuenerit, *Panormit. in d. c. fin. num. 4. & in d. c. tua nos num. 3.* & poteſt Iudex procedere ad pœnam imponendam ſine accuſatione, & ſine teſte: *d. c. tua nos, & ibi Can. c. euidentia de accuſat.* quando ergo conſtat de notorietate Concubinatus clerici per ſententiam, aut confeſſionem ſponte factam, non eſt licitum ab eo audire diuina, aut recipere Sacramenta: non quod Sacramenta non ſint vera in ſe, ſed quia Eccleſia prohibet, quod nullus eorum præſumat audire officium: *c. nullus, & c. ſeq. 32. diſt. c. ſi qui 81. diſt. c. fin. & c. veſtra, & ibi Panor. num. 5. & Can. hoc tit.* Vnde dicit Canon, quod benedictiones talium clericorum conuertuntur in maledictionem, *d. c. ſi qui 81. diſtinct.* Idem obtinet, quando conſtat de fornicatione ex euidentia facti, ita quod nullam habeat dubitationem, ſicut videmus in pluribus clericis, qui tenent ita publice Concubinas ſicut vxores, & publice nutriunt filios, *d. c. veſtra in fin. gloſſ. in d. c. tua nos, in verb. ex euidentia hoc tit. c. manifeſta 2. quæſt. 1. gloſſ. in c. Michael de filijs presb. in verb. conſtiterit, & Can.* Ratio præmiſſorum eſt, vt peccandi licentia cæteris clericis auferatur, & huiuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur; neque enim poteſt aliquis, quantumcumque pollutus fuerit, diuina polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt; *d. c. veſtra in princ. in verſ. item aliud, c. præter ad hoc 32. diſt. c. Chriſtus, & cap. ſeq. 1. quæſt. 1. Pan. in cap. 1. ſub numer. 4. circa princip. de ſchiſmat.* Si vero fornicatio non habet operis euidentiam, ſed poteſt probabiliter tergiuerſari, quia Concubina habitat cum matre clerici, & dicit ipſam pediſſequam matris, vel quid ſimile, tunc requiritur monitio clerici, & eius contemptus, vt quis poſſit habere indubitatam ſcientiam de concubinatu, & eum euitare in diuinis, cum clericus poſſit habere excuſationem, *d. c. ſi qui in verb. ſi qui vero in peccato ſuo perſeuerare maluerint &c. 81. diſt. d. cap. nullus, & cap. ſeq. in verb. indubitanter 32. diſt. Panor. in d. cap. veſtra numer. 5. & 6. & ibi Zab. in 6. oppoſ. & ibi Can.*

De clericis coniugatis.

Titulus III.

SVMMARIA.

1 *Clerici in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinibus conſtituti ſi vxores accepiſſe noſcantur coguntur eas dimittere & ipſo facto perdunt beneficia.*

2 *Clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti coguntur ad retinendas vxores, ſed beneficia penſiones, & adminiſtrationes eccleſiaſtica ipſo iure vacant.*

3 *Nec deinceps matrimonio durante ad beneficia vel ſacros ordines admittuntur.*

4 *Inuiti non coguntur portare tonſuram aut habitum clericalem.*

5 *Coniugatus qui contraxit cum virgine & vnica & volens defert tonſuram & veſtes clericales et alicuius eccleſiæ ſeruitio eſt deputatus gaudet priuilegio canonis* ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. *& quod pro aliquo crimine non poßit trahi ad iudicium ſaculare.*

6 *In eccleſia orientali clerici in minoribus ordinibus conſtituti contrahunt matrimonia & in ſuperioribus ordinibus vtuntur matrimonio iam contracto.*

Poſt ſuſceptum ſacrum ordinem non poſſunt contrahere matrimonium.

7 *Clericus miles et ſaua exercens perdit priuilegia clericorum.*

SVPERIORI titulo dictum eſt, de cohabitatione clericorum, & mulierum illicita, nunc ſubijcit de licita clericorum & mulierum cohabitatione: nam † clerici in ſubdiaconatu, & alijs
1 ſuperioribus ordinibus conſtituti, ſi vxores accepiſſe noſcuntur, coguntur eas dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, *cap. 1. hoc tit. cap. presbyterum 28. diſtinct.* & ipſo facto perdunt be-
2 neficia obtenta: *Late Panorm. in d. c. 1.* Infra † ſubdiaconatus ordinem conſtituti coguntur ad retinendas vxores, ſed beneficia eorum antea obtenta per contractum matrimonij per verba de præſenti ipſo iure vacant, *d. c. 1. & ibi gl. 1. & Can. c. quod te c. diuerſis c. cum decorem hoc tit.* ac etiam penſiones, quæ eis fuerunt aſſignatæ vt clericis, *Caſ. deciſ. 2. numer. 4. de except. Put. deciſ. 449. lib. 1. contra Sarnenſ. in reg. de annot. q. 21.* & quælibet adminiſtrationes eccleſiaſticæ, *Panorm. in c. ſane num. 2. hoc tit. Caſ. deciſ. 3. num. 4. & 5. de præb.* nec ea recuperant, etiamſi ſponſi eo per verba de præſenti ante carnalem copulam ingrediantur monaſterium, *Panorm. in d. c. 1. num. 6.* ſane ſi eccleſijs, quibus intitulati fuerunt, de poſſeſſionibus, aut alijs bonis aliqua contulerunt, cum ab earum eccleſiarum miniſterio fuerint, & beneficia amoti, ad ipſos recta via debent abſque contradictione redire, *c. quod à te & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc titulo.* nec deinceps matrimonio † durante ad 3
eccleſiaſtica beneficia, vel ſacros ordines, aut adminiſtrationes eccleſiaſticas admittuntur, *c. 2. c. decorem hoc tit.* quia cythara cum pſalterio male concordant, cum vir cogitet, quomodo placere poſſit vxori, & ideo minus quæ Dei ſunt valeat cogitare, cum quaſi diuiſus in duo plenam ſui non habeat poteſtatem, *c. diuerſis hoc titul.* Imo collatis poſtea beneficijs per epiſcopos, appellatione remota, ſunt priuandi, quia per tales rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia ſolet perire, *c. de ſiracuſana 28. diſtinct.* niſi forſan talibus epiſcopus ſcienter contulerit beneficia, quibus eos non per epiſcopum conferentem, ſed per ſuperiorem conuenit ſpoliari, *d. c. diuerſis in fin. & ibi gl. pen. & fin.* Inuiti non † coguntur portare tonſuram, aut 4
habitum clericalem, nec gaudere poſſunt priuilegio clericali in perſona, vel rebus, aut delegati iudices in cauſis ſpiritualibus, *c. Ioan. c. ex par. tua c. fin. hoc tit. c. vnico eod. in 6. in fine.* quia cum eos oporteat ſæcularibus negotijs immiſceri, tonſura ipſorum in miniſterij clericalis vituperium redundaret, *d. c. Ioannes in fin.* ſed ſi clericus infra ſubdiaconatus † ordinem conſtitutus, & coniu- 5
gatus contraxit cum virgine, & vnica, & volens defert tonſuram, & veſtes clericales, ac iuxta Concilium Tridentinum alicuius eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab epiſcopo deputatus eidem eccleſiæ ſeruiat, & miniſtret. ſolum gaudet duobus ex tot priuilegijs clericali ordini conceſsis, non obſtantibus ſpecialibus priuilegijs, & conſuetudine immemorabili contrarijs, quæ per Concilium Tridentinum tolluntur, ſcilicet priuilegio, *ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* & quod pro aliquo crimine non poſſunt trahi criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſæculare, nec Iudex ſæcularis prætextu cuiuſque exceſſus poteſt eum

punire

Digitized by Google

punire pecunialiter, aut perſonaliter: *d.c. vnico hoc tit. in 6. c. nullus primo §. in clericis ſeſſ. 23. Ioan. Andr. in d. c. vnico in gl. ſuper verbo in cateris, & Anch. in 6. notab.* In orientali † eccleſia, clerici in minoribus ordinibus conſtituti contrahunt matrimonia, & in ſuperioribus ordinibus vtuntur matrimonio iam contracto, ac filij ex eo nati licite inter latinos promouentur ad ſacros ordines, & dignitates eccleſiaſticas, *c. cum olim. hoc tit. gl. 1. in c. Diaconi 28. diſt. c. noua c. fin. 31. diſt.* ſed Græco in ſacris ordinibus conſtituto, & vxorato, ſi matrimonio contracto vti voluerit, non eſt conferenda eccleſia, aut beneficium eccleſiaſticum inter latinos, ne varijs ritibus coinquinetur honeſtas eccleſiæ, *c. cum ſecundum, de temp. ord. & qual. ord. Panor. in d. c. cum olim. num. 2.* poſt ſuſceptum ſacrum ordinem clerici etiam in orientali eccleſia non poſſunt contrahere matrimonium, *c. cum in præterito 84. diſt. & ibi poſt gl. Can. c. de ſiracuſane, & ibi glo. in verbo ſuſceperat, & Can. 28. diſt. Couarr. in epit. 4. lib. decret. 2. par. cap. 6. §. 3. ſub num. 1.* Clericus in minoribus factus † miles, & exercens ſæua, ipſo facto perdit omnia priuilegia Clericorum, *c. fin. hoc tit. & ibi Panorm. n. 1. c. ſi quis poſt, & ibi gl. 52. diſt. cap. præſens & ibi gl. 1. 2. quæſt. 3.*

6 (margin, line "notab. In orientali")
7 (margin, line "noribus factus")

De clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.

Titulus IIII.

SVMMARIA.

1 *Reſidentia eſt perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio.*
2 *Præſentia, Reſidentia, Intereſſentia quomodo differunt.*
3 *Clericus tenetur reſidere in eccleſia ſua vel beneficio in quo eſt intitulatus.*
4 *Eccleſia contra clericum petentem fructus beneficij poteſt excipere tu non feciſti reſidentiam.*
5 *Tertius autem opponere non poteſt niſi quando cum non reſidentia concurrit priuatio tituli ipſo iure.*
6 *Epiſcopi & his ſuperiores ex quibus cauſis poſſint abeſſe à ſuis eccleſiis.*
Epiſcoporum non reſidentium pœna.
7 *Curatorum non reſidentium pœna, & qualiter liceat eis abeſſe ad bimeſtre.*
8 *Beneficiatorum in cathedrali vel collegiatis eccleſiis non reſidentium pœna & quanto tempore liceat eis quolibet anno abeſſe.*
9 *Beneficia ſimplicia quæ dantur in titulum iure communi requirunt reſidentiam & ea obtinentes non poſſunt abeſſe ſine prælati ſui licentia.*
10 *De conſuetudine generali non requirunt reſidentiam.*
11 *Laici quibus diebus non poſſunt abeſſe à parochia.*
12 *Diſpenſatus ad plura beneficia incompatibilia non cenſetur diſpenſatus ſuper reſidentia vtriuſque beneficij ſed in vno tenetur perſonaliter reſidere & in altero per ſubſtitutum deſeruire.*
13 *Diſpenſatus ſuper pluralitate plurium incompatibilium an percipiat fructus in abſentia.*
14 *Diſpenſatus de non reſidendo an & quando recipiat fructus beneficij.*
15 *Quinam concedant indulta de non reſidendo.*
16 *Indultum de fructibus in abſentia percipiendis debet facere mentionem de indulto præcedente pendente ſeu finito.*
17 *Non capit diſtributiones quotidianas neque tertiam partem præbendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini conuerſa fuit in diſtributiones quotidianas.*
18 *Diſtributiones quotidianæ dandæ ſunt illis qui ſtatutis horis diuinis in eccleſia interfuerunt.*
19 *Qui aliter eas receperint tenentur ad earum reſtitutionem.*
20 *Diſtributiones quæ abſentibus ſubtractæ eis non fuerunt ſolutæ quibus accreſcant.*
21 *Cenſentur diſtributiones ſi in ſolutione earum habetur ratio ad ſingulas horas.*
22 *Tertia pars fructuum & quarumcunque obuentionum in cathedralibus & collegiatis eccleſiis in diſtributiones quotidianas debet conuerti, vbi vel nulla vel ſunt tenues.*
23 *Duplices diſtributiones non debentur vni habenti plura beneficia in eadem eccleſia.*
24 *Indultum de percipiendis fructibus in abſentia quomodo tollatur.*
25 *Abſens certis caſibus habetur pro præſente & reſidente, qui hic enumerantur quinque.*
26 *Habens indultum vt poſſit percipere fructus in abſentia non habetur pro præſente quoad alios effectus.*
27 *Abſens certis caſibus habetur nedum pro præſente & reſi-*

& reſidente, ſed etiam intereſſente qui hic enu-
merantur ſeptem.

28 Capitulum non poteſt ſtatuto aut alias habilitare abſentem vt lucretur diſtributiones.

29 Abſens à beneficio requirenic reſidentiam & non habente curam animarum quomodo compellatur ad reſidendum.

30 Quid iuris ſi beneficium habeat curam animarum.

31 A quo compellatur & quibus remedijs.

32 An licita ſit appellatio ab huiuſmodi compulſione.

33 Quid iuris ſi ſint priuilegiati ſuper abſentia & eccleſia patiatur miniſtrorum defectum.

34 Fructus amiſſi ob non reſidentiam quibus accreſcant vel applicentur.

IN Clericis præter honeſtatem vitæ, requiritur
reſidentia in beneficijs, vel dignitatibus per eos
obtentis: c. 2. c. inter quatuor, & c. fin. hoc tit. Ferret.
conſ. 32. vol. 1. in princ. ideo ſubnectitur hic titulus,
de Clericis non reſidentibus, &c. quia qui acce-
ptauit beneficium ſibi collarum, videtur per qua-
ſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem
illius, c. niſi cum pridem §. verum de renunc. Felin. in
c. quoniam frequenter numer. 12. vt lit. non conteſt. etc.
1 Reſidentia † eſt perſonalis ſolutio proprij officij in
proprio beneficio, c. tenere, ibi, diuini myſterij quoti-
diani neceſſitatibus occupantur, c. nam ſicut, ibi, orandi,
& ſacrificandi iuge ſacrificium eſt, 31. diſt. c. fi. 92. diſt.
c. peruenit, & ibi Can. 7. quæſt. 1. cap. quia nonnulli §.
cum igitur hoc tit. ſtricte tamen accipiendo diffe-
2 runt † præſentia, reſidentia, & intereſſentia, d. c. vnico
hoc tit. in 6. c. licet nobis & Caſ. deciſ. 1. in princ. de præ-
ben. Caſſad. deciſ. vnica num. 5. hoc tit. Clericus dici-
tur eſſe præſens in eccleſia, qui eſt in ciuitate, vel Ca-
ſtro, vbi eſt Eccleſia, licet non habitet in eius cœ-
meterio, d. c. vnico hoc tit. in 6. ibi qualitercumque in
Ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quib. ipſæ conſiſtunt eccle-
ſiæ, ſunt præſentes facit l. præſens ff. de procur. ſiue Ec-
cleſiæ atrio, in quo nulla ædificia poſſunt poni ni-
ſi tantum clericotum, c. nulla 12. quæſt. 1. Reſidere di-
citur in Eccleſia qui habitat iuxta Eccleſiam, vel
in eius cœmiterio: c. ex geſtis c. quia nonnulli hoc tit.
c. præter hoc §. præcipientes 32. diſt. c. epiſcopus vilem 41.
diſt. c. neceſſaria, & conſeq. 12. quæſt. 1. Franc. in c. vni-
co §. ſtatuimus num. 3. hoc titul. in 6. poſt gloſſ. in verb.
adfuerint. Intereſſe dicuntur, qui diuinis officijs in
ipſis Eccleſijs adſunt, d. c. vnico, vbi, qui eiſdem offi-
cijs in ipſis Eccleſijs adfuerunt, c. ſuper ſpecula, & ibi poſt
gloſſ. Can. de magiſt. & c. cap. 1. verſ. porro de off. ord.
in 6. Caſſad. deciſ. vnica hoc titul. Archid. in d. c. vnico
hoc tit. in 6. num. 1. extrauag. poſtulaſti §. licet de præb.
inter communes Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 13. n. 3.
Quilibet Clericus tenetur † reſidere in Eccle- 3
ſia ſua, vel ſuo beneficio, in quo eſt intitulatus, c.
conquerente, & ibi gloſſ. fin. Panor. & DD. hoc tit. cap.
ſuper inordinata, & ibi Pan. num. 5. de præben. Zab in
clem. 1. num. 21. de for. compet. Sub pœna priuatio-
nis, vel ipſo iure, vel per ſententiam, Late Hoieda
de benef. incomp. par. 1. cap. 18. num. 4. & pluribus ſeqq.
tam iure veteri, c. quia nonnulli c. relatum c. conque-
rente hoc tit. quam ex decretis Concilij Tridenti-
ni, c. 2. ſeſſ. 6. quod tollit priuilegia, & indulta perpetua,
c. cum dignitates §. præterea ſeſſ. 24. quod tollit ſtatuta
& conſuetudines, etiamſi ex eo vix poſſit vitæ ne-
ceſſaria percipere, quia tempore collationis illud
poteſt opponi, non poſtea, ex quo enim conſen-
tit in eam, licet paupertate laboret, non poteſt
amplius diſſentire, c. dilectiſſimi 8. quæſt. 2. gloſſ. in c.
clericus in verb. neceſſitatem 21. quæſt. 1. c. clericus 91.
diſt. gloſſ. in cap. quanto in verb. indulgemus de cenſib.
Rot. diuerſ. deciſ. 230. par. 1. & deciſ. 60. par. 2. Greg.
15. deciſ. 215. num. 7. & ibi annot. aut ſibi aſſignatus
ſit ſtallus, ſiue ſedes honoraria in Cathedrali Ec-
cleſia, ſine fructuum perceptione, quia ea arguit
talem reſidentiam eſſe facultatiuam, & volunta-
riam, non neceſſariam, Seraph. deciſ. 1452. cap. licet
Can. §. is etiam de elect. in 6. & ibi DD. cap. quia non-
nulli §. cum igitur & c. relatum 1. de cleric. non reſid. &
Eccleſia contra clericum † perentem fructus ſui 4
beneficij, poteſt excipere, ru non feciſti reſiden-
tiam in beneficio, nomine autem Eccleſiæ veni-
unt Prælatus, & Capitulum: Butr. in c. fin. num. 6.
& ibi Zab. & Can. de verb. ſignif. c. cum clerici de verb.
ſignif. c. relati el 2. §. nomine de teſtam. nam licet ad
priuationem beneficij non poſſit deueniri ſine
admonitione propter non reſidentiam, tamen
per viam exceptionis videtur quod poſſit exclu-
di ſine aliqua admonitione à iuribus Eccleſiæ: Io.
de Anan. in c. conquerente num. 4. hoc tit. Tertius au-
tem † opponere non poteſt, Panorm. in d. c. con- 5
querente num. 4. niſi quando cum non reſidentia
concurrit defectus, ſiue priuatio tituli ipſo iure,
ſecus ſi titulus eliderertur ope exceptionis, Anchar.
in c. conquerente in 4. not. in fin. Panor. ſub num. 4. &
Can. hoc tit. opponenti non incumbit onus pro-
bandi d ctam negatiuam, ſed clerico, qualiter fe-
cit reſidentiam: Zab. in c. extirpanda §. qui vero in 3.
quæſt.

Digitized by Google

quæſt. ſub vlt. oppoſ. & ibi Rebuff. in repet. verſ. vndecimo eſt animaduertendum de prab. l. quacumque §. fin. ff. de pub. in rem act. quare ordinate dicendum eſt de reſidentia Epiſcoporum, Curatorum, Cano-

6 nicorum, beneficiorum. Epiſcopi † & his ſuperiores ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam obligantur, *c. 1. §. ſi quis ſeſſ. 6. c. 1. ſeſſ. 23. quod d. c. 1. ſeſſ. 6. innouat, & ampliat.* neque abeſſe poſſunt, niſi cum Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Eccleſię, vel Reipublicæ vtilitas poſtulat, cauſaque abſentiæ, ſi non acciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium epiſcopatibus adiunctum, à ſummo Pontifice, aut Metropolitano, aut eo abſente, à ſuffraganeo Epiſcopo antiquiore reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit, in ſcriptis approbata: *facit l. vnica C. de ijs qui à princ. vacat. accept. lib. 20.* Interea meminerint diſceſſuri ita ouibus ſuis prouidendum, vt quãtum fieri poterit, ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, *Zab. in Clem. 1. ſub n. 21. de for. Comp.* quia ſtatim reuerſuri ſunt, ſtatuit Concilium Tridentinum, quod illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue continuum, ſiue interruptum extra præfatas cauſas nullo modo duos, aut ad ſummum tres menſes excedat, & illos hortatur, ne per illius temporis ſpatium Dominici Aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, item & corporis Chriſti diebus, ab Eccleſia ſua Cathedrali vllo pacto abſint, niſi epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos aliò vocent: quod ſi contra diſpoſitionem decreti Concilij Tridentini abfuerint, præter alias pœnas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrunt, pro rata temporis abſentiæ fructus non faciunt ſuos, nec tuta conſcientia, etiam alia declaratione non ſequuta, illos ſibi detinere poſſunt, ſed tenentur, aut eis ceſſantibus compelluntur à ſuperiore fabricæ eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, *d. cap. 1. ſeſſ. 23. con-*

7 *cordat, cap. ſi quis in clero 7. quæſt. 1.* Curatis † & alijs quibuſcumque, qui beneficium aliquod eccleſiaſticum curam animarum habent, obtinent, quia tenentur in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam exercere, *d. c. inferiora ſeſſ. 23.* non licet abeſſe à ſuis Eccleſijs, *Late Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſib. & altern. gloſſ. 6. num. 249. & plurib. ſeqq.* Citra peccati mortalis reatum, prætetquam ex cauſa prius per Epiſcopum cognita, probata, ac obtenta in ſcriptis licentia, quæ gratis concedi debet, & vltra bimeſtre tempus, *gloſſ. in c. præſentium in verb. poſt duorum 7. quæſt. 1.* (Imo, ſecundum aliquos, iure Decretorum vltra tres hebdomadas, *d. c. ſi quis in clero 7. quæſt. 1.*) niſi ex cauſa, extendi non debet, atque relicto Vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbando cum debita mercedis, aut congruæ portionis fructuum, *c. epiſcopus in fin. ſeſſ. 6.* aſſignatione, alioquin eaſdem ſubeunt pœnas, quas epiſcopi ſine cauſa abſentes: *d. c. 1. §. eadem omnino ſeſſ. 23. cap. 1. in fin. ſeſſ. 6. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 19. vbi ponit 12. quæſt.* Præcipitque Concilium Tridentinum dicta decreta publicari in Concilijs prouincialibus, & epiſcopalibus, vt in poſterum nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut deſuetudine aboleantur, *d. cap. 1. in fine ſeſſ. 23.* Obtinentes in Cathedralibus † maiorem poſt Pontificalem, aut 8

Collegiatis principalem, aut alias dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, Capellanias, aut beneficia, etiam quæ nullos fructus habent in abſentia, præter diſtributiones quotidianas, quæ inter præſentes tantum diſtribuuntur, *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter gloſſ. 5. numer. 108. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. §. 1. numer. 187. & ſeqq.* non poſſunt vigore cuiuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis etiam immemorabilis, *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. §. 1. num. 189. & num. 193. & ſeqq. Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 5. & 9.* vltra tres menſes quolibet anno abeſſe, ſaluis nihilominus earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt, alioquin primo anno priuatur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fecit ſuos, quod ſi iterum eadem vſus fuerit negligentia, priuatur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, creſcente vero contumacia, contra eos iuxta ſacrorum Canonum, de quibus infra dicetur, conſtitutiones proceditur: *c. cum dignitates §. præterea ſeſſ. 24. c. ad audientiam hoc titul. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. §. 1. & §. 2. per 26. quæſt.* Abſentes per tempus à Concilio permiſſum non percipiunt diſtributiones quotidianas, etiamſi conſuetudo eſſet in contrarium, *Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 10. nu. 65.* nec tenentur dimittere

Digitized by Google

Vicarium, quia in Collegiatis attenditur præiudicium Eccleſiæ ex defectu miniſtrorum abſentium, non legitimitas cauſæ, *c. cum ad hoc & Panor. in c. fin. num. 2. in fin. hoc tit.* & multo minus dimittit Vicarium, ſi abſit cauſa ſtudiorum, *Panor. in c. licet num. 9. de præb.* Omnes tamen, tempore Concilij Tridentini ipſis permiſſo, ſimul abeſſe non poſſunt, ne Eccleſia ſuo ſeruitio debito deſtituatur, quæ autem pars ſimul abeſſe poſſit relinquitur arbitrio epiſcopi & capituli, *l. in ambiguis §. quoties ff. de reg. iur. l. neque & ibi gloſſ. fin. & DD. ff. de*
9 *legib. &c.* Beneficia ſimplicia, † quæ dantur in titulum iure communi requirunt reſidentiam, & clerici ea obtinentes non poſſunt abeſſe, niſi cum epiſcopi, vel Prælati ſui, *c. relatum, & ibi Panorm. num. 4. hoc titulo, gloſſ. in c. cum ex eo, in verb. Epiſcopi de elect. n 6.* vel per recurſum in caſu iniuſtę denegationis ſuperioris ſui Prælati, *Panor. in d. c. relatum numer. 2. in 5. not. c. pen. hoc tit. c. ſuper ſpecula de magiſtr.* Licentia, quæ ex vi ſermonis præcedere debet abſentiam, *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. c. cum olim c. cum venerabilis de conſuetud. Bald. in l. 1. numer. 61. in fin. C. qui admitti &c. Imol. in c. cum conſuetudinis in fin. de conſuet. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum n. 37. & seq. ff. de acq. & am. hered. Pan. in c. licet num. 11 de regul. & tranſ. ad relig.* alias dicitur temeritate propria receſſus, *c. qualiter hoc tit.* obtenta & conceſſa ex cauſa iuſta, & rationabili, quia debet eſſe expreſſa, & non ſufficit tacitus cõſenſus: *gl. in Clem. 1. in verb. obtentæ, & ibi Can. de teſtam. Ioan. And. in c. ſi Abbatem in princ. de elect. in 6. Rom. in l. 2. §. 1. n. 11. ff. ſol. matr. Gonz. ſuper reg. de menſ. &c. gloſſ. 47. nu. 50. & 51.* aut ratihabitio, *Bal. in l. fin. numer. 3. C. ad Maced. Bartol. in l. ſi autem ff. de aqu. pluu. arcen.* & quod deſeruiat per Vicarium ab ipſis, & non ab Epiſcopo eligendum, *c. inter quatuor c. relatum, & ibi Panor. Idem in c. cum ad hoc num. 4. & 5. & in cap. clericos num. 1. 2. & 3. hoc tit. c. epiſcopis ſeſſ. 6.* Secus
10 ſi dentur in ſtipendium, aut de † conſuetudine, quæ generalis eſt antiquiſſima. *Pan. de res. ben. lib. 1 quæſt 10. num. 67. Garz. de benef. par. 3. c. 2. num. 3. & seqq. plures cumulans. Alph. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 17. num. 26. & seqq. gloſſ. fin. in c. cum omnes, & ibi Can. de Conſt.* vel alias non requirunt reſidentiam, quia talia obtinentes, ex quo non tenentur reſidere poſſunt ſe abſentare ſine licentia, *Pan. in d. c. clericos num. 3. & ibi Anchar. numer. 3. & Collect. in princ. & Can.* & non tenentur relinquere Vicarium, quia de eo iura nullam faciunt mentionem, *Panor. in c. tua in fin. hoc tit.* Sed non poſſunt vagari, imo ſolum vagationis delictum eſt ſufficiens ad iſtorum priuationem, *c. non oportet, c. peruenit 7. quæſt. 1. Panor. in c. ex tua num. 14. hoc tit.* niſi Eccleſia velit eos repetere, *gloſſ. in d. c. non oportet,* Nulli laicorum, † Paſchæ, Natalis Domini, 11
Epiphaniæ, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Natalis Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Quadrageſimæ ſolemnitatem in villa, aut Oratorio licet celebrare, ſed in parochia, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe *c. nullo de conſecrat. diſt. 3. cap. ſi quis etiam de conſecr. diſt. 1.*

Papa diſpenſans † ad plura incompatibilia nõ 12
cenſetur etiam diſpenſare ſuper reſidentia beneficij vtriuſque, *c. non poteſt, & ibi gloſſ. in verb. retinere eod. in 6. Franc. ibid. in §. illud num. 5. Card. in clem. 1. in princ. in 9. quæſt. de præb Franc. in c. ordinarij na. 3. de off. ord. in 6. licet aliter ſentiat in c. ſi quis in clero, gloſſ. in verb. ſolemnibus 7. quæſt. 1. c. quia in tantum, & ibi gloſſ. in verb. plures, de præben.* ſed tenetur diſpenſatus in vno beneficiorum perſonaliter reſidere, & in altero per ſubſtitutum deſeruire, *Alph. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 17. ſub num. 29. & par. 2. cap. 12. num. 7. & seqq. Iaſ. in l. fin. num. 45. ff. de conſtit. princip.* imo diſpenſatus ſuper reſidentia tenetur per ſubſtitutum, ſeu Vicarium deſeruire, *Lapus alleg. 35. num. 4. & ibi add. mand. in reg. Canc. 20. de idiomate quæſt. 7. num. 4. & seqq.* teneturque diſpenſatus in parochiali Eccleſia, ſi quam habet, ex Conſtitutione Pij V. data Idibus Iulij 1568, Pontificatus anno tertio, alias in digniori reſidere, in altero deſeruire per Vicarium, *c. extirpandæ §. qui vero, & ibi Can. de præb.* Præpoſituræ collegiatarum eccleſiarum digniores cenſentur canonicatu Cathedralis Eccleſiæ, *d. c. ſtatutum §. ſancimus, & ibi gloſſ. & DD. de reſcript. in 6. c. fin. de off. deleg. in 6. & ibi gloſſ. in verb. obtinentes,* aut ſi beneficia ſint æqualia, & loca ſunt ita vicina, quod poſſit vtrique commode deſeruire poteſt viciſſim reſidere in ambobus beneficijs, ſed vbi loca eſſent remota, ita quod vtriq; non poſſet commode deſeruire, tunc poterit in quo vult reſidere, & in altero deſeruire per Vicarium, *gl. in c. non poteſt in verb. retinere, & ibi Franc. num. 5. Gemin. num. 11. Ioan. Andr. in c. fin. ſuper verb. diſpenſatione de reſcrip. in 6.* In curatis epiſcopi deputant idoneos Vicarios, eiſque congruam portionem fructuum aſſignant, appellationibus, priuilegijs, exemptionibus quibuſcumque, etiam cum iudicum ſpecia-

lium

Digitized by Google

lium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus, *c. 2. in fin. ſeſſ. 6. cap. 5. & 7. ſeſſ. 7. c. cum ex eo, de elect. in 6.* Item diſ-
13 penſatus ſuper † pluralitate plurium incompatibilium non debet percipere fructus in abſentia, etiamſi in altero ipſorum reſideat, niſi id ex priuilegio ſit ſibi conceſſum, vel ibidem deſeruiat per alium, aut in diſpenſatione fuerit expreſſum, *Fr. in c. fin. in 3. not. & num. 8. de reſcript. in 6. & ibi Can. c. 2. ſeſſ. 6. vbi pro diuerſis ponuntur indultum non reſidendi, & indultum percipiendi fructus, Rebuff. in prax. par. 2. tit. diſpenſat. de non reſid. nu. 60. & ſeqq.* Præterea ſi Papa diſpenſat, quod quis poſſit tertium beneficium obtinere, cum duobus quæ poſſidet, non videtur diſpenſare ſuper illis duobus, ſi ea tenet ſine iuſto titulo, *Bald. in c. dudum el 2. num. 1. de elect. & ibi Collect. numer. 14. & Can.* Priuilegiatus,
14 ſiue diſpenſatus † de non reſidendo, nequaquam recipiet fructus beneficij, niſi concedatur expreſſe hoc in priuilegio, ſeu diſpenſatione, vel niſi fauore ſtudij Theologiæ, *c. fin. de magiſt. & ibi Can.* aut minoris ætatis ſic eſſet diſpenſatus, quia diſpenſatio abſentiæ non reſpicit directe perceptionem fructuum, niſi in dictis duobus caſibus, *Ioan. Andr. in c. cum ex eo verb. iuſta de cauſa de elect. in 6. poſt Arch. & ibi Can. Rebuf. in pract. par. 2. t. diſpenſatio de non reſid. n. 60. & ſeq.* Sola licẽtia epiſcopi exiſtendi in ſtudio, nõ ſufficit, niſi eſſet ſtudiũ priuilegiatum, aut ſtatutum, vel conſuetudo Eccleſiæ exiſteret, aut in diſpẽſatione exprimeretur, quod exiſtens in ſtudio poſſet percipere præbendam, *c. tua, & ibi per illum tex. Ioan. Andr. ſub num. 1. hoc tit. c. cum de diuerſis, & ibi gloſſ. fin. de priuil. in 6. & Can. Franc. in c. fin. in 2. notab. de reſcript. in 6.* & ſi opponatur quid operabitur talis diſpenſatio de non reſidendo, reſpondeo quod operatur, quia non poterit priuari beneficio propter nõ reſidentiam, quod alias fieri potuiſſet, *Gemin. in c. de quibuſdam ſub num. 2. verſ. Ioan. Andr. 37. diſt. Felin. in c. fin. ſub num. 3. verſ. 6. Limita de magiſt. & c.* Concedunt †
15 huiuſmodi indultum Papa, *c. tua, & ibi gloſſ. 1. hoc titul. Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpenſatio de non reſidendo num. 53. & 75. & ſeq.* Epiſcopus, *c. relatum hoc tit. gloſſ. 1. in c. 1. gloſſ. 1. in c. tua hoc tit.* quilibet Prælatus, *Pan. in d. c. relatum num. 4. hoc tit. & ibi Can.* Capitulum, *c. cum dilectus, c. ad audientiam hoc titul. extrauag. cum nonnulla §. præterea de præb. inter communes, Garz. de benef. par. 3. cap. 2. §. 2. num. 402. & num. 417.* ex cauſis in canonibus expreſſis, vel his ſimilibus, quia non poſſunt gratiam facere contra Canonem Concilij Lateranenſis, qualis eſt Canon de reſidendo, *c. 3. & 4. hoc tit. c. 12. ſeſſ. 24. in Trident.* Priuilegia, ſiue indulta perpetua de nõ reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis non dantur à ſummo Pontifice, & data non ſuffragantur, *cap. 2. §. nulliq́ue ſeſſ. 6.* Perpetua cenſentur, quorum terminus eſt incertus, *Franc. in c. fin. nu. 5. & ibi Can. de reſcript. in 6. poſt gloſſ. in verb. perpetuas,* & ſublata videtur diſtinctio, quam facit *c. fin. de reſcript. in 6. & c. cum non doceat. & ibi poſt gloſſ. in verb. reſidentes Monach. de elect. in 6.* an huiuſmodi indulta ſint conceſſa perſonis, an vero eccleſijs, & dignitatibus: indulgentiæ vero, & diſpenſationes temporales huiuſmodi ex veris, & legitimis cauſis conceſſæ, coram ordinario legitime ſunt probandæ, *d. c. 2. §. nulliq́ue ſeſſ. 6.* & ex Conſtitutione Pij V. publicata 24. Nouembris 1564. indulta & diſpenſationes ſedis Apoſtolicæ de non reſidendo, & percipiendo fructus in abſentia etiam ratione ſtudij, & deſuper confectæ, & conficiendæ litteræ, proceſſuſque habiti, & habendi per eaſdem dictis abſentibus nullatenus ſuffragantur, niſi ſingulorum ordinariorum locorum, in quibus ſingula huiuſmodi beneficia conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, quæ conſtitutio iuri communi eſt conformis, *c. tua, & ibi Zab. in 2. quæſt. Imol. num. 3. hoc tit. c. inter quatuor, & c. pen. hoc tit.* & ita ſublata videtur differentia inter indulgentiam ſuper non reſidentia, quam iure Decretalium ſummi Pontifices concedebant ſine cauſa, & licentiam ſe abſentandi, quæ ab inferioribus ex cauſa concedebatur, *Pan. in c. cum ad hoc n. 4. per illum tex hoc tit.* In eis ſubintelligitur clauſula, quod interim beneficium debitis non defraudetur obſequijs, *cap. cum ex eo de elect. in 6. c. pen. & Panor. in c. tua nu. 6. hoc tit.* & propter ſeruitij negligentiam in loco beneficij, poteſt beneficio iuſte priuari præmiſſa monitione: *c. relatum & ibi not. hoc tit. poſt gloſſ. in verb. amoueri,* Indultum de fructibus † in abſentia 16
percipiendis debet facere mentionem de indulto præcedenti pendente, ſeu finito, *Ioann. And. in addit. ad ſpecul. ſuper rubr. de cler. non reſid. verſ. item quæro de 2. quinquennio impetrato & c. & verſ. quia ſupra dixi hæc verba procedere & c. Felin in c. veniens ſub num. 2. de præſcript. & ibi Canon.* ac de limitatione, & moderatione primi indulti, *arg. c. 2. § ſtatuimus, de decim. in 6. & not. per gloſſ. in c. non poteſt in*

Digitized by Google

verb. modicum, & ibi *Franc. & Gemin. de præb. in 6.*
ac de ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ: *Franc.*
in c. cum ex eo ſub num. 4. verſ. in gloſſ. ibi caueant de
elect. in 6. & ibi Can. per c. 1. de conſtit. in 6. gloſſ. fin.
in c. cum non deceat, de elect. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ.
8. de reſcript. in antiq. nam huiuſmodi indulta ſunt
magis ambitioſa, quam reſcripta gratiæ, quia per
ea minuitur cultus diuinus, & omittitur officium,
propter quod datur beneficium, *c. fin. de reſcript. in*
6. afficit Capitulum in fructibus diſtributis à die
intimationis indulti, *Put. deciſ. 169. lib. 1. l. 2. in verb.*
eoque ad notionem eius perducendum C. vbi in rem actio
&c. & ibi Bald. l. labeo, & ibi Bart. ff. de iureiur. & c. l.
generaliter §. his de præſentibus C. de reb. cred. in fru-
ctibus non diſtributis à die datæ indulti, *Put. dec.*
407. libr. 1. §. ſed ex conſtitutione. Inſt. quib. mod. ius
patr. pot. ſolu. l. fin in princ. & §. fin. C. de ſent. paſſ.
&c. Iaſ. in l. fin. num. 46. & 51. vbi circa finem cogitan-
dum relinquit. ff. de conſtit. princip. quia bonæ fidei
poſſeſſor tenetur de fructibus penes eum extan-
tibus. & non conſumptis, *l. certum C. de rei vendic.*
§. ſi quis à non Domino, & ibi poſt gloſſ. DD. Inſtit. de
rerum diuiſ. Abſentes vigore huiuſmodi indulti
percipiunt fructus menſæ, non autem diſtribu-
17 tiones † quotidianas, neque tertiam partem præ-
bendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini con-
uerſa fuit in diſtributiones quotidianas, *cap. cum*
beneficia ſeſſ. 22. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. §. 1. nu.
185. verſ. ſecunda, etiamſi deſeruiant per Vica-
rium, *Calderin. conſ. vnico hoc titul. cap. de cætero,*
cap. ad audientiam hoc titul. cap. vnico hoc titul in 6.

Idem iuris eſt in priuilegiatis de iure commu-
ni, aut ſtatuto circa abſentias, *c. licet de præb. c. fin. de*
magiſt. gl. fin. in c. 2. de priuil. in 6. quia requiritur
perſonalis intereſſentia in diuinis ad hoc vt quis
percipiat diſtributiones quotidianas, vnde fa-
ciendo id per alium non ſatisfacit iuri communi:
c. 3. & ibi gl. pen. hoc tit. c. extirpanda §. fin. de præben.
facit lex vnica §. ne autem C. de cad. toll. Etenim di-
18 ſtributiones quotidianæ dandæ † ſunt illis, qui
ſtatutis horis diuinis in eccleſia interfuerunt, *c.*
dilectus, & ibi gl. fin. de præb. late Couar. var. reſol. lib. 3.
cap. 13. reliqui, quauis conſuetudine, *Couar. Var.*
reſol lib. 3. cap. 13. num. 2. 4. & 5. colluſione, aut re-
19 miſſione excluſa, his carent, & qui aliter † eas re-
ceperunt, non faciunt eas ſuas, imo tenentur ad
earum reſtitutionem, *c. vnico, hoc tit. in 6. cap. cum*
dignitatis §. diſtributiones ſeſſ. 24. quia inſtitutione
facta, fabricæ eccleſiæ, quatenus indiget, aut al-
teri pio loco, arbitrio epiſcopi, applicantur, *c. E-*
piſcopi in fin. princ. ſeſſ. 22. Illæ vero diſtributiones
quæ † abſentibus ſubtractæ eis non fuerunt per- 20
ſolutæ, accreſcunt intereſſentibus diuinis, *glo. in*
Clem. 2. in verbo dimidia pars, de æt. & qual. quando
ſimpliciter pro indiuiſo aſſignantur intereſſen-
tibus, ſecus quando aſſignatur certa quantitas
per capita intereſſentium, quia hoc caſu nulla eſt
inter eos communio, ſed portiones abſentium
ponentur ad vtilitatem eccleſiæ pro recompen-
ſatione ſubtracti officij, *Zab. in d. Clem. 2. §. illi vero*
num. 21. & Im. ſuper gl. in verbo dimidia. Pan. nu. 19.
Prob. ad Monach. in cap. vnico n. 61. de Cler. non reſid.
Couar. Var. reſ. lib. 3. cap. 13. num. 7. gl. in Clem. 2. in
verbo ſuſpenſus, & ibi Zab. & Can. de vit. & honeſt.
Cleric. exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta &
rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens
Eccleſiæ vtilitas excuſat, vt infra dicetur. Idem
obſeruatur de diſtributionibus pro defuncto-
rum anniuerſarijs largiendis, *d. c. vnico in fine hoc*
titul. in 6. c. nullus presbyterorum diſt. 44. repetitus de
Conſecr. diſtinct. 5. & ibi Can. & ijs quæ dantur in-
tereſſentibus officio funeris, *Lap. alleg. 42. Milis in*
repert. Verſ. diſtributionum quotidianarum appellatio-
ne. Cenſentur † diſtributiones quotidianæ, ſi in 21
ſolutione habetur reſpectus ad ſingulas horas,
ſiue aliquid dietim ſoluatur, ſiue poſt longum
tempus, *Achil. deciſ. 12. de præb. Caſ. dec. vnica nu. 8.*
hoc tit. cap. vnico §. ſtatuimus hoc tit. in 6. ponderans
verb. tribuantur, late Pariſ. Conſ. 33. vol. 4. quando
diſtributiones aſſignantur particulariter propter
intereſſe illi actui, vt quia intereſſenti Veſperis
tantum, quando vero diſtributiones aſſignantur
ſimul pro toto die, non ſufficit intereſſe parti ho-
rarum ſed oportet quod omnibus interſit, *Clem.*
1. in fin. & ibi gl. pen. de reliq. & vener. ſanct. Lapus d.
alleg. 42. æquari debent diſtributiones in his tri-
bus, Matutino, Miſſa, & Veſperis, etſi in illis dan-
tur decem, in alijs debent dari quatuor, *d. Clem. 1.*
in fin. & ibi gl. in verbo totidem, & Can. de reliq. &
Vener. ſanct. gl. in Clem. vt ij qui, in verb. certis horis: de
æt. qual. & ord. præf. Ad eſſentiam diſtributionum
non requiritur quotidiana tributio, ſed quod
dentur intereſſentibus diuinis, dato quod illis
interſunt, & quod alias priuarentur eis in totum,
Clem. 1. verſ. ipſiuſq; diſtributionum iuncta gl. in verbo
interſunt, de æt. qual. &c, Lap. alleg. 42. Extrau. po-
ſtulaſti, §. licet autem quotidiana de præb. inter commu-
nes c. licet de præbend. & quotidianæ dicuntur apti-
tudine

Digitized by Google

tudine, etiamſi cum intermiſſione temporis, menſium, vel dierum diſtribuantur, *arg. l.1. §. quotidiana. & ibi gl. in verbo tempore ff. de aq. quod & aſt.* ſic actio legis Aquiliæ aptitudine dicitur pœnalis, licet non ſemper ſit ibi pœna, *§. his autem verb. Inſt. de leg. Aquil.* tum quia frequentius quotidie diuiduntur, *arg. c. ſignificatum de præb. Fel. in proœm. decret. Rex pacificus num. 3. & ibi Panorm. nu. 1. & 3. & Canoniſt.* Ideo non cẽſentur diſtributiones illæ, quæ ſoluuntur præſentibus in ciuitate, vel caſtro, vbi ſita eſt Eccleſia, *Extrauag. poſtulaſti, §. licet de præb. inter communes.* quantitas bladi, aut pecuniæ ſumma, quæ ſingulis menſibus, aut hebdomadis, miniſtratur, *Extrauag. nonnulla §. præterea. de præb. in communibus.* aut fructus quos canonici reſidendo, aut intereſſendo pro parte anni lucrantur in toto, *c. propoſuiſti, & ibi gl. in verbo quod in templo 82. diſt. & ibi Can. Caſ. deciſ. 5. num. 7. & 8. & ſeqq. de præb. Prapoſ. in c. tenere num. 7. & ibi Gemin. numer. 5. & Can. 31. diſt. Late Pariſ. Conſ. 32. vol. 4.* emolumenta quæ quilibet lucratur intereſſendo diuinis vna hora diei per ipſum eligenda ad libitum ſuum per nouem menſes, & poſtea dantur tres menſes recreationis, quibus habentur pro intereſſentibus: *Puteus in vtramq; partem deciſ. 365. lib. 2. Extrauag. cum nonnulla 1. §. præterea de præb. in Communib. gl. pen. in c. vnico verſ. ſed quid. dices de eccleſiis, quæ non habent. & c. de cler. non reſid. in 6. & ibi Can. Caputaq. deciſ. 29. part. 2.* In Eccleſijs cathedralibus, aut collegiatis, in quibus nullę ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, vt cultui diuino debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, tertia
22 pars † fructuum, & quarumcumq; obuentionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, portionum, & officiorum ſeparari debet; & in diſtributiones quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis intereſſentes proportionabiliter diuidatur, ſaluis tamen conſuetudinibus earum eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes nihil aut minus tertia parte percipiunt: *c. cum beneficia ſeſſ. 21.*
23 *cap. Epiſcopi ſeſſ. 22.* non debentur † duplices diſtributiones vni duo beneficia habenti in eadem Eccleſia, licet ſi in illa beneficiati eſſent duo, deberentur cuilibet eorum ſimplices diſtributiones: *c. felicis §. adijcientes de cenſib. in 6. Butr. in c. cum*
24 *olim de re iud. n. 10. cir. fi.* tollitur † indultũ de fructibus in abſentia percipiendis per negligentiam, ſi habens indultum eo non vtatur, *Oldrad. Conſ. 56. Put. deciſ. 196. lib. 1.* vel ſaltem non eſſet agendum Contra capitulum, ſed contra particulares, in quos fructus ſunt diſtributi; *Put. d. deciſ. 196. lib. 1. l. fin. in fin. cum legib. ſeqq. ff. de condict. indeb. l. ſcimus § etſi præfatam C. de iur. delib.*

Abſens † certis caſibus habetur pro præſente, 25
& reſidente. Primo, quando eſt in ſeruitio Papæ, quia familiares Papæ ſe exhibent obſequiales vniuerſis, *c. cum dilectus hoc tit. l. iuris peritos ff. de excuſ. tut.* ſecus ſi in Romana Curia ſit ſcriptor Bullarum, aut procurator, quia tales lucri ſui cauſa abſunt. *l. ſcriniarios, & ibi Iaſ. C. de teſt. mil. l. inter eos cum l. ſeq. l. reipublicæ, & l. non vere ff. ex quib. cauſ. maior. &c. Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpenſatio de non reſidendo num. 33. gl. pen. in c. 2. de priuil. in 6. & ibi Monach. & Can.* Secundo, ſi duo canonici cathedralis eccleſiæ ſint in ſeruitio ſui epiſcopi, *c. ad audientiam, c. de cætero hoc tit.* etiamſi obtineant canonicatum doctoralem, & magiſtralem: *Put. deciſ. 293. lib. 3. c. ad audientiam in fin. de cler. non reſi.* idem obtinet in omnibus prælatis reſpectu ſubditorum, *Panormit. in d. c. de cætero numer. 3. Nauar. Conſ. 2. hoc tit.* quia præſentes cenſentur, qui cum epiſcopo pro ſuo, & ipſius eccleſiæ ſeruitio commorantur: *d. c. ad audientiam in fin.* aliud eſt in inferioribus clericis abſentibus pro ſeruitio epiſcopi, niſi communis neceſſitas, vel vtilitas vrgeret, *Panorm. in d. c. de cætero, & d. c. ad audientiam nu. 8. hoc tit. Put. deciſ. 293. lib. 3. Rota diuerſarum deciſ. 222. part. 2.* ac canonicis Cathedralium Eccleſiarum, & alijs clericis exiſtentibus in ſeruitio legati in Prouincia, aut Archiepiſcopi, *Panormit. in d. c. ad audientiam, & in d. c. cum dilectus n. 6. & 3. Put. d. deciſ. 293. lib. 3. Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpenſatio de non reſid. num. 4.* Tertio, quando eſt abſens cauſa ſtudiorum Theologiæ, & iuris canonici, *cap. ſuper ſpecula, & ibi Panorm. ſub num. 6. de Magiſt. Panorm. in c. tuæ ſub num. 5. hoc tit. Panorm. in c. licet n. 5. de præb. & dig. cap. fin. de magiſtr.* in vniuerſitate publica, *c. tuæ c. relatum hoc tit. c. licet de præb. gl. fin. in c. 2 de priuileg. in 6.* ad quinquennium, *c. ſuper ſpec. de magiſtr.* quod per epiſcopum non poteſt prorogari, *Lap. ad pract. crim. Can. Dias c. 52. verſ. primus, Steph. Quaranta in ſumma Bullarij in add. Verſ. & quoniam hæc conceſſio.* aliorum ſtudiorum cauſa abſens non percipit fructus beneficij, niſi concurrente vno ex tribus, vel quod ad huiuſmodi abſentiam ſit diſpenſatus, vel quod conſuetudo

id velit, vel quod ſtatuto eccleſiæ id cautum ſit. *Mandoſ. de ſign.grat.tit. indultum percip.fruct. in abſ. col. 2. verſ. contrarium concluſerunt per gl fin.in c.2. de priuileg.* Quarto, ij qui iuxta *c. cupientes de elect.in 6.* ad ſedem apoſtolicam venerint, eam circa imminentium electionum ad eccleſias Cathedrales vel regulares virorum negotia inſtructuri, ad ſedem propterea veniendo eamdem, ibidem hac de cauſa morando, & ad ipſas eccleſias redeundo cenſentur in eiſdem eccleſijs reſidere, *c. cum non doceat de elect. in 6. & ibi glos. & Can.* non autem electi, qui ire tenentur in caſibus dicti cap. cupientes, aut etiam opponentes, qui ſimiliter aſtringuntur, quia veniunt ad ſedem ratione proprij commodi, licet ſecundario proſequantur vtilitatem eccleſiæ, *Anchar. in d. c. cum non doceat poſt gl. in 1. quæſt. & ibi Can. communiter.* Quinto, obtinentes ex quacunque diſpenſatione apoſtolica parochialem eccleſiam, ac canonicatum, aut dignitatem etiam poſt pontificalem maiorem, ſeu principalem, in quibuſcumque Cathedralibus, ſeu collegiatis eccleſijs, ſeu aliud quodcumque beneficium eccleſiaſticum tenentur, & compelluntur ad reſidendum, & deſeruiendum in parochiali eccleſia, & habentur pro præſentibus, & reſidentibus in alijs beneficijs ex diſpenſatione, prædicta obtentis, *Pius V. Conſtit. ſua data Romæ Idib. Iulij 1568. Pontiſ. an 3.* qui omnes percipiunt corpus præbendæ, nõ diſtributiones, aut victualia, illa enim non dantur præſentibus, aut reſidentibus, quia non interſunt diuinis, *gl. in d. c. cum dilectus in verbo fructus, gl. pen. in d. c. ad audientiam, gl. fin. in d. c. 2. de priuil. in 6. cap. vnico hoc titul. in 6.* quod ſi in diſtributionibus quotidianis omnes eccleſiæ reditus conſiſtant tunc percipient etiam diſtributiones dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit. *c. licet & ibi gloſſ. fin. & marg. Innoc. de præbend. arg. c. cum beneficia ſeſſ. 21.* & gaudent omni prorogatiua præſentium, non ſolum in his, quæ competunt præſentibus de iure communi, ſed etiam in competentibus de iure ſpeciali, puta, ſtatuto, vel conſuetudine; is vero cui conceſſum eſt indultum, vt poſſit percipere fructus in abſentia, non habetur pro præſente quoad alios effectus. *Panormit. in c. ex parte in fin. hoc tit. idem in c. cum dilectus in 3. not. eod. vide Butr. in c. fin. n. 10. & ſeqq. & ibi Arechid. num. 1. de conſuet. in 6. qui videntur paulo aliter ſentire.*

26 Præterea certis caſibus† abſens habetur nedum pro præſente, & reſidente, ſed etiam intereſſente. Primo, ſi eſt abſens ex euidendi vtilitate eccleſiæ (quod licet, etiamſi iurauerit reſidere) *cap. ex parte hoc tit.* non in genere, ſed in ſpecie: Non ſufficit vtilitas totius epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas eccleſiæ in ſpecie: *Ioan. And. in c. vnico ſub num. 3. in verbo euidens, & Prob. ad Monach. ſub num. 24. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 222. nu. 5. & ſeq. part. 2. diuerſ.* alterius vero eccleſiæ vtilitas non iuuat, *Anchar. in d. c. vnico nu. 4. hoc titul. in 6.* percipit diſtributiones, & victualia, *c. vnico §. qui vero, & ibi Franc. numer. 3. hoc titul. in 6.* Secundo, quando non poteſt intereſſe ex cauſa infirmitatis, ſeu iuſtæ, & rationabilis corporis neceſſitatis, id eſt, iuſti impedimenti, puta, quia medicinam ſumpſit, aut expulſus fuit ex ciuitate propter partialitates, *Calder. Conſ. 17. de præb.* & ante infirmitatem, ſeu corporalem neceſſitatem ſolitus erat deſeruire, alias ſecus; *d. c. vnico §. qui vero, & ibi Gem. in. nu. 5. & ſeqq. Ioan. And. ſuper verb. infirmitas, & Can. hoc tit. in 6. Panorm. in c. ad audientiam nu. 5. & ibi Boick. in fin. & Can. hoc tit.* & intellige præfatos tres caſus ſtante conſuetudine eccleſiæ, quod abſentes infirmi, & impediti habeant diſtributiones, & victualia, quæ in dictis tribus caſibus toleratur, alias autem ceſſante dicta conſuetudine, nihil de diſtributionibus percipiunt, *Archid. in c. vnico in gl. ſuper verbo vtilitas hoc tit. in 6. Franc. ſub n. 4. verſ. & intellige prædicta Anch. ſub n. 4. verſ. oppon. & Can. communiter per c. cum non doceat de elect. in 6. c. licet de præb. c. alma §. adijcimus de ſent. excom. in 6.* Concordat Concilium† Tridentinum in c. cum 27
dignitates §. diſtributiones ſeſs. 24. quod innou. cap. fin. hoc tit. in 6. cum clauſula non obſtantibus quibuſcumq; ſtatutis, & conſuetudinibus. Tertio, ex decreto Concilij Tridentini, ſi alicui ex dignitatibus in eccleſijs Cathedralibus, vel collegiatis iuriſdictio, adminiſtratio, vel officiũ non competat, ſed extra ciuitatẽ in diœceſi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in Eccleſia curata reſederit, ac miniſtrauerit tanquam præſens ſit, & diuinis interſit, habetur in eccleſijs cathedralibus, & collegiatis, *c. epiſcopi §. quod ſi ſeſſ. 22.* Quarto Pœnitentiarius cathedralis eccleſiæ, dum confeſſiones in eccleſia audit, interim præſens in choro cenſetur, *c. Apoſtolus in fin. ſeſſ. 24.* ac etiam in proceſſionibus, & exequijs defunctorum, *Garz. de beneſ. part. 5. c. 4. §. 1. num. 125.*

Digitized by Google

num. 115. Quinto Archidiaconus viſitando Archidiaconatum, percipit diſtributiones, cum viſitando ſeruiat eccleſiæ, *Ioan. Andr. in c. vnico nu.* 1. *hoc tit. in* 6. Sexto Vicarius deputatus, ſede epiſcopali vacante, à Capitulo, *Panin. de off. & pot. cap. ſed vac. x. quæſt. 2. par. princ. ſub nu. 5. Rebuff in prax. tit. de Vic. epiſc. num. 4. & 5.* Licet ſecus in Vicario deputato ab epiſcopo. *Rot. diuerſ. deciſ. 222. par. 2. Panor. in c. ad audientiam num. 3. hoc tit. Ioann. Andr. in c. vnico ſub nu. 3. in gloſſ. in verb. euidens, verſ. item intelligendum eſt hoc tit. in 6.* Ratio eſt, quia Vicarius deputatus à Capitulo ſede vacante eſt in ſeruitio Eccleſię, cum magni ſit commodum Eccleſiæ, vt deputetur vnus, & non exerceatur iuriſdictio per totum Capitulum, propter difficultatem congregandi Capitulum & diſcordias, quæ poſſunt oriri inter ſingulos Canonicos, quæ ratio non militat in Vicario deputato ab Epiſcopo, quia eius officium eſt merè voluntarium, *Rot. diuerſ. d. deciſ. 222. num. 5. & 6. dictum eſt ſupra libr. 1. tit. de off. Vic. §. Vicarius generalis epiſcop.* Septimo quando abſentia contingit generalis Concilij gratia, nam qui Concilio interfuerint, omnes fructus, & quotidianas diſtributiones lucrantur, etiamſi Eccleſiarum ſtatuta ſint in contrarium: *Concil. Conſta t. ſeſſ. 19. Dias in pract. crim. can. cap. 52. & ibi add. ſub littera C. verſ. quartus caſus, Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpenſatio de non reſid. numer. 34.* idemque defendi poteſt, ſi interfuerint Concilio Prouinciali, vel Synodo, eadem enim publica vtilitas verſatur, necnon neceſſitas parendi Sacrorum Canonum decretis, maxime nouiſſimi Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 2. de reform. nam proprium munus non debet eſſe damnoſum eis, qui intereſſe tenentur, *L. videlicet ff. ex quib. cauſ. maior. l. ſi ſeruus communis §. idem euidentius ff. de tut.*

28 Capitulum † non poteſt ſtatuto, aut alias habilitare abſentem, vt lucretur diſtributiones, *Archid. in c. vnico in gloſ. ſuper verb. faciendum hoc tit. in 6. Greg. 15. deciſ. 154. & deciſ. 183. num. 2. & vtrobique annot. Rot. Farin. deciſ. 61. nu. 2. par. 1. Nauar. de orat. & hor. Can. cap. 22. miſcell. 14. nu. 48. & ſeqq.* ſed vt abſens lucretur diſtributiones requiruntur duo coniunctim, iuſta cauſa probata, & præcedens licentia ordinarij obtenta cum cauſæ cognitione. *c. relatum & ibi gl. in ver. prelatorum. Panor. num. 1. & 5. & Pan. in c. inter quatuor nu. 4. hoc tit. Felin. in c. fin. circa fin. verſ. 6. Limita de magiſtr. Archid. in c. vnico in gloſ. ſuper verb. faciendam hoc tit. in 6. Rot. Farin. deciſ. 608. par. 1. Greg. xv. deciſ. 154. & ibi annot.*

Clericus abſens † à beneficio requirente reſidentiam, poteſt compelli ad reſidentiam in eo, iuris remedijs; ſi beneficium non habeat curam animarum, & ſciatur vbinam ſit beneficiatus, & commode citari poſſit, tunc debet perſonaliter moneri & reuocari, quia citatio ſolemnis non eſt neceſſaria, *c. ex parte veſtra hoc tit. & ibi Panormit. per illum tex. & Can. Franc. Marc. quæſt. 679. par. 2.* ab epiſcopo, vel ſuperiore, & non à capitulo, *Panormit. in d. c. ex parte veſtra nu. 5. & 6.* Et ipſi præfigi terminus congruus ad redeundum determinandus ſecundum viarum diſtantiam, & qualitatem perſonæ ac temporis, & toto præfixo tempore debet expectari: *d. c. ex parte veſtra, cum duobus cc. ſeqq.* Quando abſens commode citari non poteſt, aut ignoratur vbi ſit, tunc debet citari ad valuas Eccleſiæ ſuæ, quia præſumitur fraudulenter abeſſe, per edictum trinæ citationis, nec ſufficeret vnum peremptorium; *c. ex tua, & ibi Panor. num. 4. & 11. hoc tit.* Et abſens expectatur per ſex menſes poſt citationes; præſumptio enim iuris eſt, vt intra hoc tempus citationes perducuntur ad notitiam ſuam. *c. ex tua hoc tit. & ibi Panor. nu. 5. & 13. Anch. in 2. not. & Can. communiter.* Si beneficium † curam habeat animarum, & id obtinens abſens ſit, non requiritur perſonalis citatio, ſed ſufficiunt citationes per edictum cum præfixione termini ad redeundum ex decretis Concilij Tridentini, *c. 1. §. eadem omnino, verſ. quod ſi per edictum ſeſſ. 23.* quod in eo corrigit iura Decretalium. In omnibus prædictis caſibus, ſi abſentes contumaces fuerint, liberum eſt † ordinarijs (nam licet quilibet prælatus poſſit concedere licentiam abſentandi ex iuſta cauſa, tamen non poteſt quilibet Prælatus apponere pœnam non reſidentiæ, ſed oportet quod ille ſit ſuperior, in cuius manibus poteſt fieri renunciatio, vel qui poſſit alias inuitum deſtituere, *Panor. in c. relatum num. 4. hoc tit. Panor. in c. ex parte el 1. nu. 5. & in c. qualiter in principio hoc ti.*) per cenſuras eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem; quia non requiritur ſolemnis citatio priuatiua, eos compellere ad redeundum, & reſidendum, *d. c. 1. §. eadem verſ. quod ſi ſeſſ. 23. Panormit. in d. c. ex tua num. 6. in 6. & 7. notab. & ibi Anchar. in 4. & 5. notab. & Can.* vel petere reſtitu-

Digitized by Google

tionem ipſius clerici ab ipſo epiſcopo, cuius diœceſim intrauit, & eum habitum aliter de abſentia punire, quam priuatiue, *c. placuit* 21. *quæſt.* 2. nec executio hæc, ſi beneficium habet curam animarum, quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate firmato, conſuetudine etiam immemorabili, ſiue appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ conſtitutionis decreta ſuſpenditur. *c.* 1. *§. fin. ſeſ.* 23. In cæteris beneficijs requirentibus
32 reſidentiam, appellationis † diffugium, ſi fuerit interiectum, non ſuffragatur contra huiuſmodi canonum decreta; *c. relatum hoc tit. c. peruenit el* 2.
33 *de appellat. & ibi Canoniſt.* Si vero ſuper † abſentia fuerint priuilegiati, & eccleſiæ patiantur miniſtrorum defectum, poſſunt ordinarij, non obſtantibus apoſtolicis indulgentijs & prædeceſſorum ſuorum, aliorumue prælatorum licentia abſentes reuocare ad reſidendum in eccleſijs ſupradictis, & ſi non venerint, de ipſorum beneficijs, dum abſentes fuerint, ipſis eccleſijs facere congrue deſeruiri in vtilitatem earumdem, quod ex præfatis beneficijs ſuperfuerit conuertendo: *c. cum ad hoc tit. & ibi Anchar. num.* 3. *Io. Andr. n.* 4. *& Can.* conſultius tamen eſt & cautius recurrere ad ſummum Pontificem. *Panormit. in d. c. cum ad hoc num.* 7. *in fine.* Clericus abſens non tenetur venire ad reſidentiam tempore peſtis, quando Eccleſia non patitur defectum in miniſtris: *Io. de*
34 *Imol. in c. fin. num.* 7. *hoc tit.* Fructus amiſſi † ob non reſidentiam, quando ex patrimonio, & bonis eccleſiæ dantur præbendæ, & redditus miniſtris, pertinent ad eccleſiam; ſi menſa, ſiue maſſa capitularis canonicorum, ſeu beneficiatorum, quæ inter reſidentes pro ſuis præbendis diuiditur, eſt diſtincta à patrimonio eccleſiæ, ſiue fabricæ, tunc portio non reſidentium amiſſa remanet in maſſa capitulari cum reliquis eiuſdem fructibus inter reſidentes diuidenda: *Couar. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 13 *ſub num.* 7. *verſ. quod vero diximus. Garz. de benef. part.* 3. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 449. *& ſeqq. obiter Boick. in c. cum ad hoc numer.* 4. *de cler. non reſidend.* quando vero præbendæ realiter ſunt diſtinctæ, ita quod quælibet præbenda eſt domina ſuæ dotis, tunc fructus amiſſi applicantur fabricæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio ordinarij. *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. *cap. cum ad hoc de cl. non reſid. Garz. de benef. par. tert. cap. ſecundo, §.* [illegible] *mer.* 450.

De præbendis, & Dignitatibus.

Titulus V.

SVMMARIA.

1 *Præbenda quomodo accipiatur.*
2 *Beneficij eccleſiaſtici definitio.*
3 *Beneficium eccleſiaſticum ſumitur large & ſtricte.*
4 *Beneficium & eccleſia differunt.*
5 *Beneficium eccleſiaſticum cognoſcitur ex quatuor ſignis.*
6 *In beneficio ſibi collato clericus dicitur intitulari.*
7 *Titulus in beneficio eſt multiplicabilis, non ad effectum conſequendi ius ex varijs cauſis, ſed ad effectum ſe defendendi.*
8 *Beneficium ſicut res prophana poteſt ex pluribus cauſis poſſideri.*
9 *Clericus agens petitorio ad beneficium debet docere de titulo.*
Idem iuris eſt ſi agat poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ.
10 *Quando clericus eſt in poſſeſſione beneficij, extraneus moleſtans eum ſuper beneficio non poteſt vllo modo eum aſtringere vt oſtendat titulum ſuum.*
11 *Prælatus poteſt eum cogere ad oſtendendum titulum ex officio.*
12 *Quando agis pro viribus ſui beneficij ſatis eſt quod doceat de poſſeſſione & communi reputatione.*
13 *Beneficiorum quædam ſunt ſimplicia quædam curata.*
14 *Beneficia ſimplicia ſunt quæ non habent populum vel clerum.*
15 *Simpliciorum quædam ſunt mere ſimplicia.*
16 *Seruitoria.*
17 *Sacerdotalia vel alium ordinem annexum habentia.*
18 *Stipendia.*
19 *Ætas quænam requiratur in ſimplicibus beneficijs.*
20 *Simplicia plura beneficia in titulum an clericus poſſit obtinere.*
21 *Cura conſideratur dupliciter large & ſtricte.*
Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi.
22 *Stricte cura dicitur poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali.*

23 *Benefi-*

Digitized by Google

23 *Beneficiorum quædam ſunt ſæcularia, quædam regularia.*
Beneficium omne præſumitur ſæculare.
24 *Status præcedens alterius qualitatis beneficij quando non probatur ſufficit impetranti probare ſtatum præſentem per decem annos, ſed quando conſtat de ſtatu præcedenti regulari tunc neceſſe eſt quod ſtatus regularis ſit legitime præſcriptus.*
25 *Et in dicta præſcriptione non requiritur titulus.*
26 *Eadem ratione in preſcriptione ſupra ſtatu regularis beneficij ſufficit adminiſtratio regularis per quadraginta annos ſine titulo ad repellendum impetrantem.*
27 *Beneficij ſubſtantia controuertitur quando quæritur an ſit beneficium eccleſiaſticum.*
28 *Beneficij ſtatus controuertitur quando quæritur quale ſit ſæculare vel regulare.*
29 *Beneficij vſus ſiue ſtatus ipſius vſus controuertitur quando queſtio eſt de modo conferendi beneficia & attenditur ſtatus ſiue poſſeſſio quæ pro tunc eſt*
30 *Aliquando controuertitur quaſi poſſeſſio conferendi ſeu prouidendi, & ſufficit quaſi poſſeſſio tunc temporis.*
31 *Clerico ſæculari prioratum ſimpliciter impetranti, non prouidetur de conſueto regi per ſæculares.*
32 *Monacho vel religioſo non poteſt conferri, neque etiam idem preſentari ad beneficium ſæculare etiam ſpectans ad ius patronatus monaſterij.*
33 *Regulare beneficium eiuſdem ordinis ſiue religionis & monaſterij religioſo expreſſe profeſſo conferri poteſt.*
34 *Religioſus in abbatem vel prælatum alterius religionis vel habitus eligi non poteſt.*
35 *Monachi eiuſdem religionis licet diuerſorum monaſteriorum inuicem in Abbates eligi poſſunt.*
36 *Præceptoria ſunt beneficia regularia quæ militibus ordinis ſancti Ioannis aut beatæ Mariæ teuthonicorum profeſſis commendantur.*
37 *Beneficiorum quædam vocantur dignitates.*
38 *Perſonatus.*
39 *Officia.*
40 *Canonicatus.*
41 *Præbenda.*
42 *Epiſcopus & capitulum vtrum poßint numerum præbendarum minuere augere vel dignitatem erigere.*
Summa in Decretales.

43 { *Vicaria.* / *Capellania.* / *Altare.* / *Oratorium.* }
44 *Hoſpitale, quod duplex laicale vel religioſum.*
45 { *Operaria.* / *Fabrica.* / *Elemoſinaria.* }
46 *Beneficiorum quædam ſunt perpetua vt ſæcularia.*
47 *Manualia vt regularia.*
48 *Pleno iure ſubiecta quoad temporalia & ſpiritualia vt fructus omnes in proprios vſus conuertantur ſiue de menſa.*
49 *Spectantia ad menſam quoad temporalia tantum.*
50 *Pleno iure ſubiectionis ſpectantia ad aliquem.*
51 *Temporalia.*
52 *Beneficiorum ſæcularium quædam ſunt libera.*
53 *Patrimonialia.*
54 *Affecta vel ratione eius qui habet conferre vt ſummi Pontificis*
55 *Vel reſpectu eius cui ſunt conferenda.*
56 *Aut reſpectu eorum quibus conferri non poſſunt.*
57 *Beneficiorum alia ſunt conſiſtorialia.*
58 *Alia non conſiſtorialia.*
59 *Beneficiorum quædam ſunt principalia.*
Subiecta, dependentia.
Annexa.
60 *Quoddam eſt monoculare.*

CLERICI, vt honeſte viuant, debent habere præbendas, ſtipendia, ſiue titulos in aliqua Eccleſia, *c. non liceat, c. cum epiſcopus, c. cum ſecundum Apoſtolum hoc tit. c. ex his 12. quæſt. 1.* ne in opprobrium clericatus aut mendicent, *c. Diaconi el grande 93. diſt. arg. c. Ioannes in fin. de cler. coniug.* aut negotiari cogantur, *c. cum clerici de vit. & honeſt. cler. c. clericus el 2. in fin. 91. diſt.* Ideo ſubijcitur *Rubrica de Præbendis, &c.* Præbenda† generaliter accipitur 1 pro omni beneficio eccleſiaſtico, *c. ſi quis dator, c. ſi quis epiſcopus 1. quæſt. 3. c. pen. de verb. ſignif. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 4. verſ. tertia concluſio de reſcript.* Beneficium † eſt ius percipiendi fructus ex bonis 2 Deo dicatis perſonæ Eccleſiaſticæ propter diuinum officium, vel obſequium competens, *gloſſ. 1. in ſumma, 1. quæſt. 3. & ibi Can. c. dilecto hoc tit. Felin. in c. conſulere num. 1. & ibi Can. de Simon.* Nomen beneficij † large, & ſtricte ſumitur, ſecundum 3 ſubiectam materiam: prolatum à Canone, ſiue

 in con-

Digitized by Google

in conſtitutione generali comprehendit maiora,
& minora beneficia, curata, & dignitates etiam
in materia ſtricta, *gloſſ. 1. in c. beneficium de reg. iur.
in 6. cap. ſi gratioſe & ibi gloſſ. in verb. beneficia de re-
ſcript. in 6. cap. 1. & ibi gloſſ. in verb. beneficia de rer.
permut. in 6. Clem. auditor & ibi gloſſ. in verb. benefi-
cio de reſcript. gloſſ. 1. in Clem. vnica de cauſ. poſſ. &
propr. Vitall. in Clem. 1. numer. 38. & ſeqq. de ſequeſtr.
poſſeſſ. & fruct. Felin. in c. poſtulaſti numer. xj. ad fin. de
reſcript.* Item in litteris gratioſis non ambitioſis,
ac materia fauorabili comprehendit curata, ac
etiam canonicatus, & beneficia cathedralis Ec-
cleſiæ, non autem in litteris ambitioſis, *c. dudum,
& ibi gl. in verb. beneficia, & Gemin. in gloſſ. 3. Franc.
ſub num. 3. in fin. hoc tit. in 6. c. fin hoc tit. c. quamuis*
4 *hoc tit. in 6.* Differunt eccleſia † & beneficium,
*Clem. cauſam, §. quod ſi forte, vbi ponitur alternatiua
inter eccleſiam & beneficium de elect.* appellatione
eccleſiæ veniũt obuentiones ipſius eccleſiæ pro-
uenientes occaſione eccleſiæ, *c. fin. ne Prælati vices
ſuas, vel eccleſ. & ibi gl. fin. glo. in c. cum clerici de verb.
ſignif.* tamen eccleſia proprie dicitur prælatura ip-
ſius eccleſiæ, *c. quoniam 2. ne præl. vices ſuas, &c.* Co-
5 gnoſcitur beneficium † eccleſiaſticũ ex quatuor
ſignis, *c. 1. & ibi Anchar. num. 3. de reg. iur. in 6. Felin.
in c. in noſtra, num. 9. de reſcr. Rot. diuerſ. deciſ. 508. &
509. par. 1. Caſ. deciſ. 13. & 16. hoc titul. Barbat. in d.
Clem. cauſam §. quod ſi forſan num. 27. & ſeqq. Zab. in
c. in noſtra in 2. quæſt. de reſcript.* Primo ex perſona
conferentis, quia illud conferens eſt perſona ec-
cleſiaſtica, *c. dilectus hoc tit. c. bene quidem diſt. 96. c.
Sacramenta c. Meſſana, & ibi Can. de elect.* ad laicum
non poteſt illud ius pertinere, niſi ex priuilegio
Papæ, quale habet Rex Apuliæ, *glo. 1. in fin. in ſum-
ma 16. q. 7.* Hiſpaniarum, *Gonz. ſuper reg. de menſ.
& alter. gl. 23. num.* 18. Reges Vngariæ, & Angliæ,
*Bald. in l. reſcripta ſub numer. 8. verſ. item committit
ſpiritualia C. de precib. Imp. off. late Reſt. Caſtall. de Im-
peratore quæſt.* 100. & ſi donauerint ius conferen-
di eccleſiæ, ſiue clerico contemplatione eccleſiæ,
ſtatim conſequitur naturam collationis eccleſia-
ſticæ, *c. dilectus el 3. de preben.* Secundo ex qualitate
eius cui confertur, quod de eo non poteſt proui-
deri, niſi clerico: *c. cum adeo de reſcript. c. 2. de inſtit.
c. ex litteris de tranſact. Clem. quia contingit, §. vt au-
tem de relig. dom. Rot. diuerſ. dec. 509. nu. 2. p. 1.* Lai-
cus etiamſi ſit regularis, conuerſus, & religioſus,
eſt incapax beneficij, *Butr. in c. 2. num. 6. de inſtitut.
c. Laicis 16. quæſt. 7.* An conuerſi poſſint præſcribe-
re iura ſpiritualia, *vide Felin. in c. cauſam numer. 9. de
præſcript.* Tertio ex qualitate beneficij, quod ha-
beat aliquid ſpiritualitatis annexum, quia datur
propter diuinum officium, *c. fin. & ibi gloſ. in verb.
datur, & Can. de reſcript. in 6. c. ſi quis ſacerdotum 81.
diſt. c. cum ſecundum Apoſtolum hoc tit. c. ex his 12. q. 1.*
Quarto ex forma, ſiue modo in collatione ſer-
uandis, quia debet prouideri pure, ſine pacto, ſi-
ne cõditione, ſine retentione, *c. conſulere de Simon.
c. ordinationes, & cc. ſeqq. 1. quæſt. 1. c. ſaluator c. pen.
& c. fin. 1. q. 3.* Si igitur prædictæ conditiones con-
currant, beneficium eſt eccleſiaſticum, nec eſt cu-
randum, quo nomine vocetur, *d. c. Saluator, verſ.
in nomine vero procuratoris cap. fin. in princ. de conceſſ.
præb. in 6.* quia multiplex eſt beneficiorum diſtin-
ctio, vt patebit ex infra deducendis. Dicitur cle-
ricus † in beneficio ſibi collato intitulari: *c. dudum* 6
*el 2. & ibi gloſſ. in verb. intitulatam, de elect. & ibi Pa-
nor. numer. 32. in fin. c. epiſcopus c. cum ſecundum verſ.
licet hoc tit. c. accepimus de ætat. qualit. &c.* varia eſt
ſignificatio dicti verbi, tituli, *glo. in d. c. dudum 2. in
verb. intitulatam glo. in c. fin. in verb. titulos de off. ar-
chipresb.* hic accipitur pro omni cauſa acquirendi
iuris in ipſo beneficio: *c. ſi diligenti, & ibi gloſſ. in
verb iuſtus titulus de præſcript. 2 quæſt. 4. in ſumma, &
ibi gl. fin. & Can. c. ex inſinuatione, & ibi poſt gloſſ. fin.
Can. de procurat.* Tribuitque intitulato admini-
ſtrationem ipſius beneficij etiam ſimplicis, ac ca-
nonicatus, cui eſt aſſignata certa dos, *Gemin. in c.
fin. num. 12. in fin. de off. ord. in 6. & ibi Franc. num. 6.
Inn. in c. ex litteris num. 2. de probat, & in c. tranſmiſ-
ſam ſub num. 1. verſ. quidam tamen de elect.* operatur-
que acquiſitionem dominij fructuum, & reddi-
tuum ipſius beneficij quos beneficiatus facit ſuos
*c. vnico in fin. de cler. non reſid. in 6. c. 1. §. ſi quis autem
ibi pro rata temporis abſentia fructus ſuos non facere
ſeſſ. 23. in refor. c. cum dignitates §. præterea, ibi quos
ratione etiam præbendæ, & reſidentiæ fecit ſuos ſeſſ. 24.*
In eodem beneficio titulus † eſt multiplicabilis, 7
non ad effectum conſequendi ius ex varijs cauſis,
quia agendo, & petendo inſtitutionem ex præ-
ſentatione de ſe facta, aut confirmationem ele-
ctionis, non poteſt quis ſe fundare ſuper duabus
præſentationibus, *Lap. alleg. 8. Franc. in c. 2. ſub n. 6
in fin. de elect. in 6. & ibi Can. Panor. in c. cum olim 2.
ſub num. 17. de priuil.* aut electionibus: requiritur
enim decretum inſtitutionis, *c. ſuggeſtum c. cum au-
tem de iurepatr. Lap. alleg. 8. num. 4. in fin. & num. 5.*
aut confirmationis, quod debet fieri ſuper certo,
c. vt qui

Digitized by Google

c. vt quis duas, & ibi Prob. ad monach. numer. 1. & 2. de elect. in 6. l. quod in herede §. eligere ff. de tribut. act. & beneficium quod actoris eſt, magis eius fieri non poteſt, §. ſic itaque diſcretis Inſt. de act. & ibi poſt gloſ. Doct. l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſ. l. non vt ex pluribus ff. de regul. iur. Sed ad effectum ſe defendendi, & non dicitur mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, ſed cauſam, & titulos cumulare: c. poſt electionem de conceſſ. preb. & ibi Pan. in 3. notab. Felin. in cap. in noſtra num. 2. de reſcr. qui lim. trib. mod. Caſſad. deciſ. 21. numer. 5. & ſeqq. ſuper reg. Canc. Rot. diuerſ. deciſ. 205. per tot. par. 1. immo in incorporalibus poſſeſſio quæritur, etiam abſque ſcientia mutationis tituli & patientia, quando quis in veritate habet bonum titulum, Put. deciſ. 8. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ. 224. par. 1. diuerſ. §. interdum, & ibi gloſſ. inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. certi condictio §. depoſui ff. ſi cert. pet. & quoties ſuperuenit titulus validus, vbi quis prius poſſidebat ex titulo inualido, abſque alia declaratione voluntatis cenſetur mutata cauſa poſſeſſionis, Put. deciſ. 441. libr. 1. Cont. Alex. in l. qui bona ff. de acq. poſſ. num. 13. Socin. ſen. in l. poſſideri §. ex pluribus numer. 6. & 12. ff. de acq. poſſ. & ibi DD. l. non ſolum §. quod vulgo ff. de vſucap. quando expeditus fuit in forma gratioſa: nam ſi in forma commiſſaria, ante executionem non dat titulum, aut ius in beneficio, etiam tunc vacante. Bell. deciſ. 163. Gomez. in reg. de iur. quæs. non toll. quæſt. 1. n. 34. Mandoſ. de ſign. grat. titul. mand. de prouidendo in fine,

8 Etenim beneficium, † ſicut res prophana, poteſt ex pluribus cauſis poſſideri, d. l. 3. §. ex pluribus, & ibi poſt gl. DD. ac cauſa poſſidendi ex ſuperuenienti titulo etiam abſq; alia animi declaratione mutari, l. quod vulgo ff. pro empt. Achill. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Creſc. deciſ. 5. numer. 2. & 3. de reſt. ſpol. Greg. xv. deciſ. 546. numer. 1. & ibi annot. §. interdum etiam Inſt. de rer. diuiſ. niſi ſuperueniens noua cauſa ſit contraria primæ, quia tunc neceſſe eſt, vt dimiſſa poſſeſſione prima eiuſdem rei, denuo ex hac noua cauſa poſſeſſionem nanciſcatur: l. qui bona fide §. fin. ff. de acq. poſſ. Creſc. deciſ. 5. numer. 3. & 4. de reſt. ſpol. & ad adipiſcendam poſſeſſionem beneficij poteſt quis vti diuerſis gratijs, Rot. deciſ. 59. & 63. de reſcript. in antiq. Mohed. deciſ. 18. hoc tit. l. Aurelius §. fin. ff. de lib. leg. l. habebat ff. de inſtit. l. eum qui ff. de inoff. teſtam. Siue eodem contextu, & ſub eadem data ſint impetratæ ab eodem, Rot. deciſ. 59 in fin. & d. deciſ. 63. d. l. Aurelius §. fin. cap. in noſtra, & ibi Ioan. Andr. in princ. de reſcript. ſiue habitæ à diuerſis, Prob. ad mon. in d. c. vt quis duas num. 3. & ſeq. Pan. in c. cum olim 2. ſub num. 17. de priuil. c. poſt electionem §. cum igitur in fin. de conceſſ. preb. Anch. in c. ſi Apoſtolica in 3. not. hoc tit. in 6. Clericus † agens 9
petitorio ad beneficium, debet docere de titulo, ſicut ille qui ageret rei vendicatione ad aliquam rem prophanam, l. in rem actio ff. de rei vend. Anch. in c. 1. num. 9. & ſeqq. de reg. iur. in 6. & ibi Can. Io. de Anan. in c. licet Heli nu. 32. & ſeqq. de Simon. Idem iuris eſt, ſi agat poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, Innoc. in c. tranſmiſſam ſub nu. 1. in fin. verſ. & idem de elect. Rot. deciſ. 1. de reſt. ſpol. in nou. vt debeat probare titulum, Rot. d. deciſ. 1. numer. 2. & 7. c. beneficium de reg. iur. in 6. notant DD. in l. cogi C. de petit. hered. quia eſt actor, & non habet pro ſe præſumptionem iuris, quæ eum releuet ab onere probandi: c. vt noſtrum, vt eccl. benef. ſin. dimin. conf. Rot. deciſ. 5. & 20. de reſt. ſpol. in antiq. Innoc. in c. nihil eſt ſub num. 4. de elect. nec ſufficit probatio, quod Aduerſarius fuerit beneficio priuatus propter ſuum delictum: c. olim de reſcr. c. fin. & ibi Pan. n. 5. de crim. fal. probatur autem titulus habitus à ſummo Pontifice per litteras, c. inſtitutionis 25. quæſt. 2. c. ex diligenti in fin. de Simon. Ioan. And. in proem. lib. 6 in princ. numer. 7. & ibi Can. qui plures quotas allegat. Felin. in rub. de conſt. numer. 5. vbi lim. trib. mod. Caſ. deciſ. 1. de prob. Mohed. dec. 3. de reſcript. Rot. deciſ. 27. eod. in nou. Franc. in c. duobus numer. 8. eod. in 6. Inferiorum gratiæ poſſunt probari etiam per teſtes: Bal. in l. ſi qua per calumniam num. 7. C. de epiſ. & cler. Bal. in l. humanum in fin. C. de leg. Rot. deciſ. 27. de reſcr. in nou. & ibi Add. Franc. in proem. 6. §. fin. ſub n. 2. & ibi Can. Ratio diuerſitatis eſt, quia collatio ſummi Pontificis donatio eſt, c. gratia, & ibi Fr. in princ. de reſcript. in 6. Collatio vero inferiorum non eſt proprie donatio, ſed eſt debiti officij executio, Bald. in d. l. ſi qua per calumniam ſub num. 7. c. fin. & ibi gl. in verb. libera, de off. Vic. in 6. c. quamuis; & ibi gl. in verb. penſione hoc tit. in 6. non probatur per confeſſionem partis, quamuis ex ea poſſit coadiuuari, & iuſtificari: c. duobus & ibi glo. in verb. non appareat num. 7. & ibi Franc. numer. 9. & Can. de reſcr. in 6. Præſumptiue probatur ex antiqua, pacifica, & præſenti poſſeſſione, c. illud, & ibi Ioann. And. num. 7. in fin. & numer. 8. & Can. de præſumpt. Felin. in d. c. licet Heli num. 10. & 11. de Simon. Dicitur autem antiqua poſſeſſio, quando poſſedit per triennium completum, Ioan. de Anan. in d. cap. licet Heli numer. 35. per Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. &

ſruct. Felin. in d. cap. illud num. 6. quæ præſumptio ceſſat, vbi non datur viſitatio ſuperioris, *Felin. in d. c. illud num* 8. & interrumpitur per litem motam, niſi finita ſit per tranſactionem, *Felin. in d. cap. illud ſub num.* 10. *verſ. & ſtias vnum caſum Rot. deciſ.* 534. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſ.* aut terminata fuerit ad fauorem poſſidentis, *Felin. in d. c. illud ſub num.* 17. *verſ.* 14. *concluſ. Rot. diuerſ. deciſ.* 534. *ſub numer.* 6. *par.* 1. admittitque probationem in contrarium, *c. dilecto, & ibi Panor. per illum text. num.* 8. *hoc tit. & ibi Can. Felin. in c. illud num.* 7. *de præſumpt.* Quando
10 clericus † eſt in poſſeſſione, extraneus eum moleſtans ſuper beneficio, non poteſt vllo modo eum adſtringere, vt oſtendat titulum ſuum, *cap. olim in fin. de reſcript. gloſſ. fin. in c. vnic. de eo, qui mitt. in poſſ. &c. in 6. l. loci corpus §. competit. ff. ſi ſeru. vend. l. fin. de rei vend. Felin. in d. c. licet Heli num.* 16. Præ-
11 latus † vero poteſt eum cogere ad oſtendendum titulum ex officio per ſubtractionem fructuum, aut alias, *c. ordinarij, & ibi Franc. numer.* 5. *de off. ord. in* 6. *& ibi Can. Anchar in c* 1. *ſub num.* 10. *de reg. iur. in* 6. *Felin. in d. c. licet Heli, qui limitat, & declarat à num.* 7. *vſque ad num.* 17. *& ibi Can. Nauarr. conſ.* 4. *de off. ordin.* niſi tacite, vel expreſſe viſus ſit in eum conſenſiſſe, *c. ex ore, de his quæ fi. à maior. part. capit.* & talis ſit inſtitutio, quæ poſſit expreſſo conſenſu ordinarij ratificari: *c. dilecto, & ibi Panor. num.* 13 *&*
12 *Can. hoc tit.* Si vero ipſe agat † contra extraneum pro iuribus ſui beneficij, ſat eſt, quod doceat de poſſeſſione antiqua & communi reputatione, nec oportet de titulo diſputare, quia non ſuo, ſed nomine eccleſiæ, quæ poſſidet, agere videtur, *cap. cum ſuper & ibi Innoc. numer.* 3. *&* 4. *de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ.* 9. *eod. Rot. deciſ.* 1. *de iurepat. in nou. & deciſ.* 1. *de reſt. ſpol. in nou. quæ diſtinguit latius, & deciſ.* 423. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diuerſ. Tiraq. in tract. le mort ſaiſi le viſ. in præf. declar.* 5. *late Franc. in c. ordinarij ſub num.* 5. *de off. ord. in* 6. *& ibi Can.* niſi poſſeſſioni ius commune reſiſtat, *c. conſtitutis de elect. gl. fin. in c. beneficium de reg. iur. in* 6. *cap. ordinarij, & ibi Gemin. in* 2. *not. & §. quod ſi forte ſub num.* 7. *verſ. gl. ſuper verb. exhiberi & Can. de off. ord. in* 6.

Multiplex eſt beneficiorum diuiſio. Prima eſt,
13 quod beneficiorum quædam ſunt † ſimplicia, & quædam curata, ſimplicia ſunt, quæ non habent populum, vel Clerum; ideo aſſerenti beneficio curam non imminere animarum, non incumbit probatio talis negatiuæ, quia ius commune præſumit nullum beneficium habere curam, niſi ha-
beat † populum, vel clerum. *c. fin. hoc tit. c. cum il-* 14
lis eod. in 6. *Bellam. deciſ.* 675. *Rot. diuerſ. deciſ.* 17. *nu.* 1. *par.* 1. *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl.* 6. *n.* 91. *Greg.* 15. *deciſ.* 108. *num.* 2. *& ſeq.* Simplicium quædam ſunt mere † ſimplicia, qualia obtinen- 15
tes tenentur ad horas canonicas, ſed de conſuetudine non requirunt reſidentiam, quicquid ſit de iure. *c. conquerente & ibi gl. in verb. deſeruiat de cler. non reſid. & Can. Pan. in c. quia nonnulli poſt gl. pen. ſub num.* 7. *eod. Caſ. deciſ* 4. *hoc tit. Greg. xv. deciſ.* 175. Alia ſimplicia ſeruitoria, † quæ habent 16
aliquod onus annexum, puta, dicere Miſſam, quam non aſtringitur celebrare per ſeipſum, ſed poteſt cuiquam alteri delegare. *arg. c. ſignificatum hoc tit. Rot. per Farin. deciſ.* 366. *ſub n.* 2. *tom.* 1. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 1. §. 1. *in princ. & num.* 85. *& ſeqq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. &c. gl.* 5. *nu.* 74. *& ſeq. Lap. alleg.* 35. *Rot. Farin. deciſ.* 635. *nu.* 2. *& ſeq. par.* 2. iuuare curatum in canendo. *c. ſignificatum hoc tit.* Quædam ſunt ſacerdotalia, † vel alium ordinem 17
habent annexum, altero ex tribus modis: Primo, quando per ſtatutum, priuilegium, vel primæuam inſtitutionem, vel conſuetudinem conferri non poſſunt niſi ſacerdoti. Secundo quando promotus ad illa tenetur fieri ſacerdos, aliter eis priuatur. *Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora nu.* 10. *de elect. Clem. vt ij qui, & ibi gl. in verb. præbendas, de ætat. & qual. &c. & ibi Can. Pariſ. Conſ.* 50. *num.* 16. *& ſeq. vol.* 4. Tertio quando tenetur fieri ſacerdos, & ſi non ſit ſacerdos, non percipit fructus: *c. ei cui, & ibi gl. in verb. ſacerdotalis Franc. n.* 6. *Io. And. & Can. communiter hoc tit. in* 6. Et hoc caſu ſacer ordo neque actu, neque aptitudine dicitur annexus: *Io. Andr. in c. ei cui ſub nu.* 6. *& Can. communiter Rot. Farin. deciſ.* 421. *nu.* 1. *in fin. & num.* 2. *par.* 1. Si beneficium alias ſimplex ſit collatum vni, vel pluribus ſacerdotibus, & per eos ſucceſſiue rectum ſit per quadraginta annos continuos, tamen poſtea poterit conferri non ſacerdoti, cum ſtatus ſecularis clerici ſit compatibilis cum ſtatu ſacerdotis. *Franc. in c. cum de beneficio in fin. hoc tit. in* 6. *facit Conſ. Cald.* 19. *hoc tit.* Quædam ſunt † ſtipendia, 18
& in mera temporalitate conſiſtunt, vt ſunt præſtimonia in Hiſpanijs, & oblagia, & obedientiæ in Germania, quæ non dantur in titulum, neque de illis eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali; *Io. Andr. in c. vnico nu.* 3. *de rer. permut. in* 6. *Gemin. Conſ.* 89. *in fin.* Quia non cenſentur beneficia Eccleſiaſtica, niſi ſolita ſint dari Clerico in

rico in

Digitized by Google

rico in titulum. *Io. Andr. in c. poſtulaſti nu. 7. de reſcr. Gemin. in d. conſ. 89. in fine, qui ita diſtinguit. Creſc. deciſ. 8. de conceſſ. præb.* aut habeant annexum aliquod onus. vel ſeruitium ſpirituale. *c. fin. de conceſſ præb. in 6. Achill. deciſ. 7. de conceſſ. præb. Caſſad. deciſ. 3. hoc tit. in fin. Staphyl. de lit. grat. tit. de qualit. & ſtat. benef. nu. 4. & 5.* Iure Decretalium maior
19 ſeptem † annis, & minor quatuordecim annis idoneus reputatur ad ſimplex beneficium, etiam ad canonicatum cathedralis eccleſiæ. *c. ex eo de elect. in 6. c. ſi eo tempore, & ibi gl. in verb. ætatem & Can. de reſcr. in 6. c. ſuper inordinata, & ibi Panor. n. 8. & ſeqq. de magiſtr. diſtinguit hoc tit. Rot. deciſ. 1. & 2. de ætat. qualit. &c. in antiq.* Ex decretis Concilij Tridentini nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poteſt obtinere, *c. nullus 1. ſeſſ. 23.* aut ante ætatem viginti duorum annorum Canonicatum, vel portionem in Cathedrali Eccleſia obtinere, quia in omnibus eccleſijs Cathedralibus omnes Canonicatus, & portiones habent annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel ſubdiaconatus, *c. cum dignitates §. in omnibus ſeſſ. 24.* Et nullus ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum annum poteſt promoueri. *c. nullus el 2. ſeſſ. 23.* Iuxta ſan-
20 ctiones Decretalium poteſt Clericus plura † habere beneficia ſimplicia in titulum, quæ de conſuetudine, vel ſtatuto reſidentiam non requirũt, & ſingula per ſe non ſufficiunt ad ſuſtentationem honeſtam Clerici: *c. gratia, & ibi gloſ. in verb. de iure teneri, & ibi Dominic. ſub nu. 8. circa finem, verſ. ſed Dominus meus Ant. de reſcriptis in 6.* Nullus vero clericorum poteſt habere duo beneficia quamuis ſimplicia, quorum alterum ſufficit per ſe ad vitam beneficiati; *c. ad hæc hoc tit. c. is cui eod. in 6. c. dudum 2. & ibi gl. pen. de elect. c. cum adeo c. poſtulaſti c. proponente de reſcript. 21. quæſt. 1. & ibi gl. in verb. ſumma, & c. 1. & 2. & c. quia in tantum hoc tit. Hoied. de benef. in comp. par. 1. c. 19.* immo poteſt altero priuari; *c. conquerente, & ibi Panor. nu. 2. de cler. non reſid.* niſi ſuper retentione vtriuſque obtinuerit diſpenſationem, quæ in hoc caſu neceſſaria eſt, etiamſi alterum non requirat perſonalem reſidentiam: *d. c. is cui c. cum teneamur, & c. ſuper inordinata, & ibi gl. fin. hoc tit. gl. pen. in d. c. dudum el 2.* ac etiam neceſſaria eſt, quando alterum per ſe non ſufficit, & vtrumque requirit perſonalem reſidentiam; *Pan. in c. quia nonnulli num. 5. de cler. non reſid. Staphyl. de litt. grat. tit. de ſtat. & qual. benef. n. 6. & ſeqq. Hoied. de benef. in compat. par. 1. c. 17.* Quæ iura Concilium Tridentinum approbauit, & innouauit, quia eccleſiaſticus ordo peruertitur, quando vnus plurium officia occupat clericorum, *c. quia in tantum c. referente, & ibi gloſſ. fin. hoc tit. c. cum ſingula eod. in 6.* Et ſtatuit vt vnum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre, & mandat dictum decretum, quoad effectum retentionis plurium beneficiorum in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiam cardinalatus honore fulgeant, obſeruari, & non modo ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia tam ſecularia, quam regularia, quęcumque etiam commendata pertinere, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. *c. cum eccleſiaſticus ſeſſ. 24. quod late explicat Garc. de benef. par. xj. cap 5. §. 3. à nu. 279. vſque ad finem.* In iſta ſufficientia conſiderantur plura, nobilitas, ſcientia, quia tales perſonę maioribus redditibus ſunt honorandæ, *c. de multa in fin. hoc tit. Panor. in c. cum adeo num. 5. de reſcript.* dignitas. *l. ſed & ſi quid §. 1. ff. de vſufr.* Et quod poſſit ſufficere ſibi & ſuis, hoſpitalitatem ſeruare, & iura epiſcopalia ſoluere, *c. de monachis, gl. in c. extirpanda in verb. ſufficiens hoc tit. & ibi Pan. nu. 4. & Can. c. ſtudeat in fin. & ibi gl. fin. & Can. 50. diſt. c. ſicut de ſuppl. neglig. prælat.* oneribus fabricæ, receptionis legatorum, & nunciorum ſedis Apoſtolicæ, & reliquis ſimilibus ſatisfacere. *c. 1. & ibi gl. in verb. neceſſitatem 21. quæſt. 1. c. præſenti, & ibi gloſ. in verb. oneribus, & Can. de off. ord. in 6. c. 1. hoc tit. in 6. & ibi late Io. Andr. nu. 3. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 19. num. 23. & ſeqq.* Beneficium valoris viginti quatuor ducatorum cõputatis diſtributionibus quotidianis non dicitur ſufficientes redditus habere. *Caput. deciſ. 65. par. 1. cap. 1. & ibi gloſſ. in verb. neceſſitatem 21. quæſt. 1. & ibi Can. c. de monachis, & ibi Doct. notant hoc titul.*

Cura † conſideratur dupliciter, large & ſtricte, 21
Innocent. in cap. cum ſatis ſit nu. 2. de offic. Archid. Ioan. Andr. num. 8. Pan. ſub n. 2. & Can. Rot. diuerſ. deciſ. 52. nu. 5. & ſeqq. part. 2. Extrauag. execrabilis §. fin. hoc tit. inter Communes. Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi; prout eſt, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia huiuſ-

Digitized by Google

medi, quæ tendunt ad correctionem morum,
etiam per ſubtractionem fructuum, & præben-
dæ tantum, & non alias, Rot. deciſ. 18. hoc tit. in
antiquior. Felin. in c. in noſtra in 10. Corol. de reſcr.
quam habere poſſunt Archidiaconi, qui non co-
guntur eſſe ſacerdotes, & alij inferiores Prælati,
cap. dudum el. 2. verſ. ſed cum in iure confeſſus, & ibi gl.
in verbo ſuſpendit. de elect. c. 1. de off. archid. c. cum con-
22 tingat in fin. de foro compet. Stricte † cura dicitur
poteſtas ligandi, atq; ſoluendi in foro pœniten-
tiali, & hæc in nullo poteſt eſſe niſi ſit ſacerdos,
c. in nono 21. diſt. c. omnis de pœnit. & remiſſ. & exer-
cetur in ſubditum populum, vel clerum, cap. 1. 9.
q. 2. c. nullus de paroch. c. quod autem de pœnit. & remiſſ.
c. cum ab Eccleſiarum de off. ord. gl. in Clem. dudum in
verbo impendenda de ſepult. & ibi Can. qualem Epiſ-
copi habent, & regulares Prælati, c. ne pro defectu de
elect. Prælati qui habent iuriſdictionem genera-
lem in collegiatis eccleſijs, c. quia propter, & ibi gl. 1.
de elect. c. ſicut in vnaquaque 21. q. 2. ac parochi, c. licet
canon de elect. in 6. & ibi Can. c. cum ab Eccleſiarum de
off. ord. De ætate, & alijs requiſitis neceſſarijs ad
curata beneficia dictum eſt ſupra, lib. 1. Tit. de ætat.
qualit. & ordin. præfic.

Altera beneficiorum diuiſio eſt. Quædam
23 ſunt † ſæcularia, quædam regularia, c. cum de bene-
ficio, & c. cum ſingula hoc tit. in 6. Omne benefi-
cium præſumitur ſæculare ex primæua inſtitu-
tione, quia D. Petrus fuit ſæcularis: Prob. ad Mona.
in d. c. cum de beneficio n. 5. hoc tit. in 6. & ibi Can. Rot.
deciſ. 2. poſt princ. eod. in nouis Franc. Marcus deciſ. 481.
nu. 12. part. 1. Bellam. in c. dilectiſſimis num. 11. & 12.
Cauſa 12 quæſt. 1. & ibi Præpoſ num. 15. Is qui nititur
ſtatu, debet probare ſtatum, ſi probabiliter ex
aduerſo negatur, c. fin. de verb. ſign. l. ſi ex poſſeſſione
C. vbi cauſa ſtatus &c. l. liberis §. fin. ff. de liber. cauſ. l.
circa ff de probat. Rot. diuerſ. deciſ. 114. num. 11. part. 2.
24 Quando † non probatur ſtatus præcedens alte-
rius qualitatis beneficij, ſufficit impetranti pro-
bare ſtatum præſentem per decem annos: quan-
do conſtat de ſtatu præcedente regulari, tunc ne-
ceſſe eſt, quod ſtatus ſæcularis ſit legitime præ-
ſcriptus, quodque beneficium ſpatio quadragin-
ta annorum ab vno, vel pluribus clericis ſæcula-
ribus conſtitutis in eo Rectoribus, non com-
mendatarijs, Prob. ad Monach. in d. c. cum de beneficio
num. 13. ex collatione Epiſcopi, non abbatis, vel
alterius inferioris: (nam ſtatus eccleſiarum,
quoad ipſarum mutationem, pendet à poteſtate
Epiſcopi, Clem. ne in agro § adbat de Stat. Monach.
Franc. in cap. cum de beneficio, & ibi Archid. nu. 2. &
Can. communiter de præb. in 6.) extitit continue, &
pacifice gubernatum, etiamſi ante vel poſt reli-
gioſi quandoque miniſtrauerint in eodem, d. c.
cum de beneficio, & ibi Franc. num. 5. & Can. Zab. in
Clem. 1. num. 18. & ſeqq. de ſuppl. neglig. præl. Rot. dec.
2. hoc tit. in nou. & diuerſ. deciſ. 208. in princ. part. 1.
Dec. Conſ. 126. quia vltimus ſtatus attenditur, in
iudicanda beneficij qualitate, legitime præſcri-
ptus, qui non tollitur per vnicum actum præſcri-
ptioni contrarium, ante vel poſt completam præ-
ſcriptionem interuenientem, quando eſt modici
temporis, Franc. in d. c. cum de beneficio nu. 3. Dec. d.
conſ. 126. Bald. in l. ſi Mater tua num. 2. C. ne de ſtat. de-
funct. Card. Seraph. deciſ. 1120. Non † requiritur 15
titulus, quia talis præſcriptio non eſt contra ius
commune, ſed contra ius priuatum, in præſcri-
ptione cauſanda ſuper ſtatu ſæcularis beneficij, vt
ſic dicatur conſuetum regi per ſæculares, imo
habet pro ſe præſumptionem iuris, cum in prima
inſtitutione omne beneficium ſit ſæculare, vt
dictum eſt, Franc. in d. c. cum de beneficio nu. 9. & ibi
Can. hoc tit. in 6. Eadem ratione in præſcriptione
cauſanda † ſuper ſtatu regularis beneficij, ad re- 26
pellendum impetrantem ſufficit adminiſtratio
regularis per quadraginta annos continuos ſine
titulo, Franc. in d. c. cum de beneficio ſub nu. 9. Gonzal.
ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 8. à nu. 30. vſq; ad fin.
Garz. de benef. part. 7. cap. 10. num. 34. & ſeqq. ſed
quoad præiudicandum diœceſano loci requiri-
tur titulus, vel præſcriptio, in cuius contrarium
non ſit memoria, cap. 1. de præſcript. in 6. ex quo
ius commune reſiſtit ſaltem quoad ea, quæ ſunt
legis diœceſanæ, à quibus loca regularia ſunt ex-
empta, cap. 1. de Stat. Monach. c. cum pro vtilitate 16.
quæſt. 1. cap. fin. de cenſ. Pro maiori intelligentia
ſciendum eſt, quod ſunt diuerſa: an controuerta-
tur ſubſtantia beneficij, an ſtatus beneficij, an
vero vſus, ſiue ſtatus ipſius vſus: Bald. in l. bonorum
numer. 1. 2. & 3. verſ. triplex C. de bon. poſſ ſecun. tab. et
in l. omnium num. 1. C. de teſtam. Controuertitur
ſubſtantia, † quando quæritur, an ſit beneficium 27
eccleſiaſticum, vnde ſi probatum ſit, quod eccle-
ſia ſit erecta auctoritate Epiſcopi, & conſequen-
ter quod eſt beneficium eccleſiaſticum, qui vult
dicere illud fuiſſe ſuppreſſum per vnionem, de-
bet id probare per litteras, vel per immemorabi-
lem, Rot. diuerſ. deciſ. 509. in fin. par. 1. quæ eſt Ceſer.
deciſ. 6.

Digitized by Google

deciſ.6.num.16.& ſeqq.de præben.Put.deciſ.232.lib.1.
num.2.& 3.Pan.in c.auctoritate n.4.de cenſib. Clem.
ſi vna,de reb.eccleſ.non alien.Rot.deciſ.9.& 10.de reb.
Eccleſ.non alien.in antiq. Is qui poſſidet beneficium
non tenetur probare eius erectionem,ſed ſufficit
ei probare ſtatum beneficij, & de eo tanquam de
beneficio fuiſſe factas collationes per ordina-
rium, & effectum fuiſſe ſortitas, licet in contra-
rium producatur mala erectio contra formam
mandati Pontificij, *Creſc.deciſ.12. de præbat.Bald.in*
l.non nudis nu.5.& 6.C.eodem. Controuertitur ſta-
28 tus † beneficij,quando quæritur, quale ſit, ſæcu-
lare,vel regulare : *l. ſi ſeruum § fin. ff. de act.empt.*
Iaſ in rubr.inſt.de act.nu.1. Rot.d deciſ.509.in fin.par.
1.diuerſ. Sententia ſuper ſtatu facit ius quoad o-
mnes,quando fuit citatus is , cuius principaliter
intereſt,puta,Dominus Epiſcopus, *l.ingenuum,&*
ibi DD.ff.de ſtat.hom. Mohed.deciſ.8.de re iud. Con-
29 trouertitur † vſus, ſiue ſtatus ipſius vſus,quando
quæſtio eſt de modo conferendi beneficium,vt
puta , an parochialis de menſa conferenda ſit per
concurſum , *Rot.Farinac.deciſ.646.num 6.part.1.*
Rot.deciſ.2.n.2.hoc tit. in nou.arg.c.ſi iudex de ſen.exc.
in 6. & ibi not. & ſolum debet attendi ſtatus,vel
poſſeſſio,quæ pro tunc eſt : *cap.querelam de elect.c.*
conſultationibus, de Iurepatr.c.ſi iudex de ſent excom.
30 *in 6.& ibi not.* Aliquando † controuertitur quaſi
poſſeſſio conferendi , præſentandi, eligendi,&
ſufficit quaſi poſſeſſio tunc temporis ad ſuſtinen-
dam prouiſionem , vel electionem iam factam,
nec attentitur præcedens ſtatus contrarius, ideo
ſi vltimus ſtatus beneficij ſit de libero , ſuſtinetur
collatio facta ab Epiſcopo , non obſtante exce-
ptione iuriſpatronatus, ſicut è contrario collatio
vti de iurepatronatus facta ad præſentationem
patronorum ſuſtinetur ex ſolo vltimo ſtatu,*c.con-*
ſultationibus, de iurepatr. c. querelam de elect.cap.cum
olim.de cauſ.poſſeſs.& propr. Greg.15.deciſ 77.in fin.et
ibi annot. & deciſ. 112. num. 2.& ibi annot. Gonzal.
ſuper reg. de menſ. & alter gloſſ.45. § 2.à n 3.vſq.14.
Garſ. de benef. part. 5. cap. 5. numer.2. & plurib.ſeqq.
quia iſti actus vt fructus pertinent ad bonæ fidei
poſſeſſorem , prouiſio quoque apoſtolica de be-
neficio vti de principali dignitate, & eius vigore
capta poſſeſſio declarat ſtatum beneficij , vbi de
alio anteriori non conſtat , *c. cum de beneficio de*
præb.in 6.Greg.15.deciſ. 482.& ibi annot. Nunc re-
deundo ad materiam,ponendæ ſunt duæ regulæ.
31 Prima,eſt quod clerico † ſæculari prioratum ſim-
pliciter impetranti, non prouidetur de conſueto
per religioſos gubernari , *c.poſſeſſione de reb. Eccleſ.*
alien. &c. c. cum cauſam de elect. cap.cum de beneficio
§.fin.hoc tit.in 6.cap. regularia in fin.ſeſſ.14. c.perni-
cioſam §. fin.18. q.2. quia gratia ſimplex eſt inter-
pretanda ſecundum qualitatem perſonæ impe-
trantis,*d.c.cum de beneficio §.fin.& ibi gl.in verb.prio-*
ratu;& Panorm.in d.c.poſſeſſiones n.4. Imo collatio,
aut commenda cuiuslibet eccleſiæ, vel beneficij
regularis facta clerico ſæculari eſt ipſo iure nulla,
cap.poſſeſſiones de reb.Eccleſ.alien. &c.Clem.1 de ſuppl.
neglig.Prælat. Franc. Marc. deciſ.1274.part.1. ſed
conferens non priuatur ea vice poteſtate ordi-
nandi, aut fit deuolutio ad Diœceſanum, neque
recipiens redditur ineligibilis , *Gemin.in cap.cum*
ſingula, § prohibemus ſub num.5.verſ.quæro, an quod
hic dicitur,& ibi Franc.n.2. hoc tit.in 6. Franc.Marc.
deciſ.1272.in fin.part.1. ſecunda eſt, Monacho, vel
Religioſo † non poteſt conferri, neque etiam i- 32
dem præſentari ad beneficium ſæculare , etiam
ſpectans ad iuſpatronatus Monaſterij, *Pan.in cap.*
ſicut num.4.& Zab.in Clem 1. num.19. de ſuppl.negl.
prælat. & collatio facta etiam Canonico regulari
de beneficio conſueto ſolum clericis ſæcularibus
aſſignari, eſt nulla , nec excuſat negligentiam
conferre , vel præſentare habentis, quominus
habeat locum deuolutio ad ſuperiorem , *Bellam.*
deciſ.172.d.c.ſicut in fine. Quod Ioannes Andreas
credit verum eſſe in non curatis, *in d.c. ſicut nu.4.*
quia Monachis non eſt permiſſum extra Mona-
ſterium intitulari, niſi propter animarum curam,
Gloſſ. in Clem. quia contingit §. vt autem in verbo ſæ-
cularibus de relig. domib. de quo dicemus, *ſub titulo*
de Stat. Monach.& cler.reg. Regulare † beneficium 33
einſdem ordinis, ſiue religionis , & monaſterij
religioſo expreſſe profeſſo, *Clem.1.§.ſane 2.de rel.*
domib. Bellam. dec.76. conferri poteſt in titulum,
Clem. 1.de ſuppl.neglig.præl.Rot.diuerſ. deciſ.772.p.1.
Beneficium alterius religionis , vel habitus non
poteſt , niſi canonice ad eam fuerit translatus,
cum diſtinctione, an ſit paris, largioris, vel ſtri-
ctioris religionis, *gl.in Clem.1.in verbo prælatum de*
elect.c. cum ſingula §.fin. & ibi gloſſ. & Can.eod.in 6.
quia nō licet illis aliorum monaſteriorum prio-
ratus,adminiſtrationes, vel officia gubernare,*d.*
c.cum ſingula in fine. Ratione minoris inſtructio-
nis alterius religionis, eadem ratione prohibetur
Religioſus aliquis † in Abbatem , vel Prælatum 34
alterius religionis , vel habitus eligi ſub pœna
nullitatis

Digitized by Google

nullitatis electionis, niſi in Epiſcopum ſæcularis, vel cuiuslibet regularis Eccleſiæ, *Clem.1.de elect.* tum etiam quia rationi non congruit, vt homines diſparis profeſſionis, vel habitus, ſimul in eiſdem monaſterijs ſocientur, *d. element.1.* An autem eligi poſſit in Prælatum inferioris ſæcularis Eccleſiæ Vide, *gl. in Clem.1. in verbo ſecularis de elect. & ibi Can. Lambert. de iurepatr. art. 19. 7. quaſt. princ. 1. par. lib. 2. num. 6. & ſeqq. Pan. in c. quod Dei timorem numer. 5. de ſtat. Monach. & Canonic. reg. & ibi Can.* Prioratus quoque Eccleſiæ, adminiſtrationes, ſeu officia, & beneficia vnius monaſterij, etiam eiuſdem ordinis, ſiue religionis abſque ſedis apoſtolicæ auctoritate religioſis alterius monaſterij conferri non poſſunt, quia non licet illis habere locum in diuerſis monaſterijs, quorum vnum ab alio non dependet, nec inuicem ſunt connexa, *c. fin. in fin. de relig. domib. c. conſtitutis, & ibi gl. fin. & Can. de elect. c. vnum 21. quaſt. 1.* Qui alienis monachis ſiue eiuſdem, ſiue alterius religionis præfata commiſerint, ea vice ordinandi de ipſis ſunt poteſtate priuati, quæ deuoluitur ad diœceſanum in non exemptis, in exemptis ad ſummum Pontificem: ij autem qui ea ſuſcipere, vel ſuſcepta præſumpſerint retinere, redduntur ineligibiles ipſo iure, *cap. cum ſingula. §. fin. hoc titul. in 6.*

35 Monachi eiuſdem † religionis licet diuerſorum monaſteriorum inuicem in abbates eligi nó prohibentur, & *in eo c. nullus de elect. in 6.* non corrigitur per *Clement. 1. de elect.* Color diuerſitatem non inducit, niſi ſit de ſubſtantia, quia regulares Canonici Sancti Auguſtini variant in colore, & inuicem eligi poſſunt in Prælatos Monaſteriorum, & in quibuſdam religionibus eſt duplex color, vnde videmus, quod Ciſtercienſes, & Griſeo, & albo colore, prout placet, vtuntur, *gloſſ. in d. Clem.1. in verb. religionis & ibi in verb. vel habitus, & ibi Can.* Concordat Concilium Tridentinum, quod ſtatuit, vt regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, cum vacare contigerint, religioſis illius ordinis tantum, vel ijs, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non alijs, conferantur, *c. regularia ſeſſ. 14. Garc. de benef. par. 7. c. 10. n. 8. & vſque ad num. 16.* Idem ſanxit, vt monaſteria commendata, quæ ſuos Conuentus habent, vacantia non niſi regularibus eiuſdem ordinis expreſſe profeſſis conferantur, & ne fraus aliqua fieri poſſit, mandat vt in prouiſionibus dictorum beneficiorum qualitas ſingulorum nominatim exprimatur, aliterque facta prouiſio ſubreptitia eſſe cenſeatur, nullaque ſubſequenti poſſeſſione etiam triennali adiuuetur, *c. cum pleraque ſeſſ. 25.* Concordat quoque Stylus Curiæ, iuxta quem beneficia regularia cathedralium eccleſiarum nó cóceduntur clericis ſæcularibus, niſi ad ſex menſes à die adeptæ poſſeſſionis computandos, & deinde in titulum cum opportuna habitus ſuſceptione, & profeſſionis regularis emiſſione, *Mandoſ. de ſig. grat. tit. prouiſiones verſ. beneficia regularia,* quæ probatur ex mandato ad reſignandum Canonicatum, quem reſignans dicebat ſe obtinere, *Achil. deciſ. xj. de probat. Bellam. deciſ. 76. c. cum ſingula § prohibemus de præb. in 6. & ibi Can.* Præceptoria † quoque ſunt beneficia regularia, quæ mili- 36
tibus ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, aut B. Mariæ Theutonicorum profeſſis commendantur ad nutum magni Magiſtri, & Conuentus manualia, quia iſti verè ſunt religioſi, ſe ſuaque dedicant Deo, tenentur ſtare obedientiæ, & diſpoſitioni ſuperioris, & non poſſunt tenere propria, *c. cum deputati, & ibi Can. de iud. Mohed. deciſ. 10. de cauſ. poſſ. & propr. per c. cum ad monaſterium §. tales, & ibi Can. de ſtat. Monach. Bald. conſ. 170. numer. 2. libr. 2.* idem obtinet in Præceptorijs, ſiue Commendis ordinum diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & ſimilium, in quibus milites profitentur caſtitatem coniugalem, *Nauarr. de reddit. & eccleſ. quaſt. 1. monit. 55. per tot. & monit. 56. Garz. de benef. par. 1. cap. 4. num. 6. & ſeqq.*

Tertia diuiſio eſt. Beneficiorum quædam † di- 37
gnitates, perſonatus, officia ſunt, quædam canonicatus, præbenda, *c. de multa hoc tit. c. 1. de conſuet. in 6. & ibi late Gemin. num. 6. & ſeqq.* Vicaria, Capellania, altare, oratorium, *c. fin. in princ. de conceſſ. præb. in 6. & ibi Canon.* vocantur. Dignitas eſt quædam præeminentia cum adminiſtratione, & iuriſdictione, & eam obtinens proprie, & ſtricte appellatur Prælatus, *c. cum ab eccleſiarum de off. ord. c. niſi eſſent hoc titul. l. honor. ff. de mun. & hon.* vt eſt prior Collegiatæ, vel Conuentualis Eccleſiæ, Abbas, Præpoſitus, Decanus, Archidiaconus, Archipresbyter, *c. 1. de æt. qual. & c. c. quamuis de verb. ſig. clem. 1. & ibi gl. in verb. Prælatum de elect. Clem. ne in agro §. 1. verſ. rurſus de ſtat. mon. Pan. in d. c. de multa num. 21. & ſeqq. & Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. Archid. in c. 1. numer. 1. & 2. de conſuet. in 6. Franc. Aret. conſ. 23. in princ. vbi ponit tria ſigna dignitatis,* Perſonatus minus

Digitized by Google

38 minus † dicit quam dignitas, quia eſt quidam honor ſine adminiſtratione, vt quia habet ſtallum in choro honorificum præ alijs: *l. ad Rempublicam, verſ. annuus ff. de munir. & hon. c. audita de reſt. ſpol. in princ. & ibi Can. c. fin. ne clerici, vel Monach. & c. Archid. in d. c. 1. num. 1. & 2. de conſuet. in 6.* Officium
39 eſt † adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, & abſque prærogatiua ſiue præeminentia, quale habent Sacriſta, Theſaurarius, &c. *c. 1. de conſuet. in 6. & ibi Archid. num. 6. & Can. Panor. in d. c. de multa numer. 21. & ſeqq. & ibi Can. Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. Staphyl. de litt. grat. de mod. & form. impetr. tit. dignit. perſon. & off. diſt. Panor. in Clem. diſpendioſam num. 3. de iudic.* In his attendenda eſt conſuetudo eccleſiarum, & communis reputatio, vt tradunt Doct. *in locis citatis.* Verbum beneficium comprehendit dignitates in diſpoſitione iuris, *Clem. auditor & ibi glo. in verb. beneficio, & Zab. num. xj. de reſcript.* & Priuilegijs, *c. tua nobis de verb. ſignif. c. ſi tibi conceſſo hoc tit. in 6.* ſecus in impetrationibus, *c. fin. hoc titul. c. quamuis eodem in 6.*
40 Canonia † eſt ius, quod oritur ex receptione in fratrem tribuens ius ad ea, quæ ad canonicatum pertinent, cum ſtallo in choro, & loco in Capitulo, & perceptione diſtributionum, & victualium, quæ præſentibus dantur, etiam antequam conſequantur præbendam, *c. dilectus 1. c. pro illorum in fin. & ibi gloſſ. & vtrobique Can. hoc tit. c. fin. §. in illis, de conceſſ. præb. in 6. Felin. in c. cum N. num. 23. de conſtit. late Staphyl. de lit. grat. tit. de for. expectat. in princ. numer. 2. & ſeqq. Zab. in clem. fin. in 15. quæſt. hoc tit. Archid. in c. ſi quis numer. 3. 1. quæſt. 3.* nomen confratrum eſt proprium Canonicorum, *c. relatum hoc tit. notant Can. poſt gloſſ. in verb. receperunt in d. c. cum N. de conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 684. num. 2. & 3. par. 1.* ſoli habentes ius canoniæ faciunt capitulum, & vnum corpus cum epiſcopo, *cap. nouit. cap. quanto. de his quæ fiunt à Prælat.* obtinentes dignitatem vel perſonatum in eccleſia abſque canonicatu, non habent vocem in capitulo, *Panor. in c. ſcriptum num. 4. per illum text. de elect. Felin. in c. cum*
41 *olim, & ibi Panor. & Can. de re iud.* Præbenda † eſt quid temporale debitum canonico ratione officij, & canoniæ, *c. relatum c. dilectus 1. & 2. hoc tit. c. ſi clericus c. ſi poſtquam eodem in 6. c. cum ſuper quæſtione de conceſſ. præben. Alph. Hoieda de beneſ. in comp. part. 1. cap. 12.* ſi habet annexum canonicatum ratione canoniæ dicitur ius ſpirituale, *c. dilecto hoc tit. & ibi Pan. num. 6.* ſingulariter conſiderata conſiſtit in mera temporalitate, & laicus eam habere poteſt, *d. c. cum M. & ibi gl. in verb. receperunt & Can. Caputaq. deciſ. 356. par. 2.* licet laicus non ſit capax canoniæ, *c. cum in eccleſia de inſtit. Felin. in d. c. cum M. num. 13 14. 15. & 16.* ius autem monachatus cadit in laicum: *Innoc. in c. 2. de inſtit. & ibi Pan. num. 6 & ſeqq. Vitall. in Clem. vt hi qui nu. 13. de æt. qual. & c.* omnis Canonicus debet habere præbendam, ſed non conuertitur, quia poteſt quis eſſe præbendarius, & non Canonicus, *c. ſuper ſpecula de magiſtr. & c.* Sola enim perceptio Salarij non facit decurionem, *l. ſola Salarij ff. de decurion. alias incipit l. Herennius,* Præbendarum aliæ ſunt diſtinctæ à canonicatibus, *c. fin. de conſuetud. in 6.* aliæ ſunt annexæ canonicatibus, *c. ſi clericus hoc tit. in 6. c. quia ſæpe in fin. & ibi poſt gl. Can. eod. tit. & lib.* Primo caſu ſi Canonicus præbendatus impetrat gratiam de aliquo beneficio facta mentione de præbenda, & non de Canonicatu, gratia valida eſt, nec cenſetur ſubreptitia, ſed ſubreptitia eſt, ſi fecerit mentionem de Canonicatu, & non de præbenda, habet plus commodi, & temporalitatis, quam Canonicatus, *Felin. in c. cum adeo num. 1. de reſcript. Rot. dec. 33. de reſcript. in nou. & dec 72. eod. in antiq. Rot. Biſign. deciſ. 2. hoc titul.* Secundo caſu quando quis conſequitur præbendam, eo ipſo, quod habet Canonicatum, non eſt opus facere mentionem de præbenda, quia ſunt annexæ Canonicatibus, & ſunt de iure, & pertinentijs ipſorum, *Felin. in d. c. cum adeo ſub num. 1. & in d. c. cum M. nu. 16. Rot. d. dec. 33. de reſcript. in nou.* In eadem eccleſia quis duas præbendas non poteſt obtinere, *c. litteras veſtras de conceſſ. præb. Clem. ſi iuxta de præb.* & per aſſecutionem ſecundæ vacat prima, *cap. fin. de conſuet. in 6.* In quibuſdam Eccleſijs non eſt certus portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio, ſed procedunt in redditibus communibus, quæ ſolent diuidi inter canonicos, & beneficiatos, *c. ſtatuimus & ibi gl. & DD. de maior. & obed. c. ex parte, & ibi gl. in verb. diſtinctæ de conceſſ. præb. cap. dilectus 1. & ibi Panor. num. 8. hoc tit.* ſiue in domibus ſuis, ſiue in congregatione viuentes: *c. Sacerdos 1. quæſt. 2.* & harum quædam ſunt numeratæ, quia habent certum Canonicorum numerum, *c. fin. §. præſenti, de conceſſ. præb. in 6.* firmatum auctoritate ſuperioris, iuramento, ſeu conſuetudine, *Ioan. Andr. & Hoſt. in c. ex parte de conceſſ. præb. Rot. deciſ. 9. de probat. in antiq.* aliæ non ſunt numeratæ, *c. dilecto, verſ. præterea, hoc tit. & ibi Pan. nu. 9. & Can.*

Digitized by Google

& Can. pulchre & late Rot. deciſ. 6. in princ. per duas col. de conſuet. in nou. Præbendæ veniunt appellatione beneficiorum, *c. fin. §. fin. & ibi Franc. nu. 2. de conceſſ. præb. in 6.* tam collegiatæ, quam cathedralis eccleſiæ, *Felin. in c. poſtulaſti num. 4. & in fin. 3. fall. de reſcript. Rot. deciſ. 8. de conceſſ. præb. in nou. dicens in fine c. quamuis hoc tit. in 6. ſeruandum eſſe in ſuis terminis*, Limita quia gratia facta alicui de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis ad cathedralem eccleſiam propter ipſius honorem ſe non extendit, gratia vero facta alicui in aliqua eccleſiarum prouinciæ, & metropolitanam & cæteras cathedrales eccleſias includit, quia vberior hoc caſu quã alio eſt gratia, *c. quamuis §. pen. & fin. hoc tit. in 6.* nam diœceſis & ciuitas ſunt correlatiua, ſed prouincia non eſt correlatiua ciuitatum, ſed illarum collectiua, ſiue concluſiua, ita quod propriam ciuitatem etiam includat, *Anchar. in d. c. quamuis in 6. not.* Item in materia ſtricta appellatione beneficij non venit præbenda, *c. 1. de fil. presb. in 6. & ibi monach. & Can. Rot. dec. 2. eod. in nou. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 4. verſ. ſecunda concluſio, de reſcript. vbi ponit quinq; fall.*

42 Epiſcopus & Capitulum † numerum Canonicorum, vel præbendarum minuere, aut dignitatem ſupprimere non poſſunt ſine cauſa, *cap. ex parte de conſtitut.* cum cauſa poſſunt: & ex decretis Concilij Tridentini, in eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, vbi frequentes, adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant, aliquas præbendas poſſunt ſupprimere, ita tamen vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati eccleſiaſticæ valeant reſpondere cum patronorum conſenſu, ſi de iurepatronatus laicorum ſint, quarum prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, non obſtantibus quibuſcumque etiam priuilegijs, reſeruatione etiam ſpeciali & affectione, neque dictæ ſuppreſſiones tolli, aut impediri poſſunt ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis derogationibus, aut ſuſpenſionibus, *cap. in eccleſiis ſeſſ. 24.* Item poſſunt numerum præbendarum minuere ob diminutionem redditnum, *c. quoniam vt ait, de vit. & honeſt. cler. gloſſ. in d. c. ex parte in verb. diminuti Felin. in c. cum acceſſiſſent n. 17 Bald. num. 20. & Can. communiter de conſtit. Greg. xv. dec. 483. & ibi annot.* etiamſi à Papa fuiſſet præfixus numerus, vel dignitas creata, ſicut è conuerſo non obſtante confirmatione Apoſtolica poſſunt numerum augere, quoddam ius ſpirituale de nouo creando, *c. dilecto §. præterea, verſ. quemquam interdum hi de præb. cap. ex parte de conceſſ. præb.* ſine præiudicio præbendarum diuiſarum, *c. cum M. de conſtit. & ibi poſt gloſſ. in verb. nihil perciperent Can. Garz. de benef. par. 12. c. 1. per totum*, auctis facultatibus, *d. c. cum M. & Panor. in c. cum acceſſiſſent num. 4. & ibi Fel. num. 7. de conſtit. Pan. in d. cap. dilecto ſub num. 10. hoc tit.* etiam Canonicatibus, & dignitatibus plenis, *d. cap. cum M.* quia dominium fructuum ſpectat ad eos, & ideo vt domini poſſunt de ipſis diſponere, *l. in re mandata C. mandati Felin. in c. cum omnes ſub num. 9. de conſtit. poſt gloſſ. in verb. induſtriam Greg. xv. dec. 29. c. fin de verb. ſignif.* quod collatio non tollit, *Corn. conſ. 225. num. 2. lib. 1. c. cum olim & ibi gl. in verb. præiudicium & Can. de conſuet. c. 1. & ibi poſt gloſſ. Can. de inſtit.* niſi per ſuperiorem in confirmatione appoſita fuerit clauſula decreti decernentis irritum &c. aut numerus ſit iuramento firmatus: *c. 1. §. ex parte, & ibi gloſſ. in verb. & irritum de conceſſ. præb. in 6. Zab. in Clem. 1. num. 5. & 6. de conceſſ. præb. Pan. in d. c. dilecto nu. 14. hoc tit. per illum text.* nam licet in Cathedrali, ſeu collegiata eccleſia fuiſſent ſolum decem canonici per magnum tempus, non propterea probatur certus canonicorum numerus, niſi alias probaretur auctoritate ſuperioris, vel iuramento, ſeu ſtatuto firmatus: *Ioan. Andr. in c. ex parte numer. 6. de conceſſ. præb. & ibi Can. Rot. deciſ. 9. de probat. in antiq.* præterea epiſcopus, & capitulum poſſunt dignitatem ſemel extinctam reintegrare, & reſtituere cum aſſignatione dotis, *d. c. cum acceſſiſſent, & ibi gloſſ. fin. Felin. num. 14. & 15. & Can.* create vero dignitatem omnino nouam non poſſunt, quia erectio dignitatis nouæ pertinet ad Papam, *c. 1. & ibi gloſ. 1. diſt. 22.* inferiorum beneficiorum erectio ſpectat ad epiſcopum, *cap. nemo eccleſiam de conſecrat. diſt. 1. glo. 1. in fin. & Clem. 2. de decim.* omnes autem erectiones in dataria Apoſtolica dantur cum clauſula *ſine alicuius præiudicio, c. eccleſia antiquitus & c. ſeq. 16. q. 1. c. 1. ante fin. de nou. op. nunc. c. cum olim in fin. de elect. c. ad audientiam 1. de eccleſ. ædif. extrauag. ad Apoſtolatus de conceſſ. præb. inter Ioannis 22.* quæ intelligenda eſt de alio præiudicio, quam in gratia expreſſo; *Bart. in l. fin. §. idem quæſitum eſt num. 3. & 4. ff. de cond. ind. & ibi DD.* quando Decanus, & Capitulum ſupplicant, additur, & do

& de conſenſu ordinarij, *Mand. de ſig. grat. tit. erectiones, verſ. quand. Decanus*, Vicaria † Capellania, Altare, Oratorium, ſunt beneficia eccleſiaſtica, quando dantur clerico in titulum perpetuum, *Clem. 2. & ibi gloſſ. 1. in fin. de decim. Gemin. in cap. 1. num. 14. de conſuet. in 6. Caſ. deciſ. 13. num. 10. hoc tit. Sarnen. in reg. de infir. & c. quaſt. 23. c. ex parte el 2. & ibi Felin. in princ. Dec. num. 2. & ſeqq. & Can. de reſcript.* etiam vbi ſingulis annis Capellanus præſentari Epiſcopo, & ab eo idem vel alius Capellanus ad dictam præſentationem recipi debeat, *Rot. Faſtol. dub. 56. Fel. in c. ex parte el 2. numer. 3. in fin. de reſcript. c. presbyteri de Capel. monach.* Hoſpitale † aliud eſt priuatum, ſiue prophanum, ſeu laicale, aliud eſt publicum, ſiue religioſum: Laicale cenſetur, quando inſtitutio, & deſtitutio Rectoris pertinet ad laicos, *c. inter dilectos de donat & ibi Pan. num. 12. Imol. num. 8. Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. xj. C. de ſacroſ. eccleſ. Felin. in c. de quarta nu. 5. de preſcript. Rom. conſ. 477. numer. 8. & ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 725. num. 1. par. 1.* Collegium in eo tenentium hoſpitalitatem eſt licitum, *Panorm. in c. dilectos num. 10.* Religioſum eſt, quando ædificatum, vel deputatum eſt ad hoſpitalitatem auctoritate epiſcopi, aut rectoris inſtitutio, & deſtitutio pertinet ad epiſcopum, *c. de xenodochijs c. ad hac de relig. domib.* aut impetratur à ſummo Pontifice, vel in eo miſſa publica celebratur: *Clem. per litteras, & ibi gloſſ. in verb. eccleſias, & Can. hoc tit. Felin. in d. c. de quarta nu. 12. de praſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 725. nu. 2. 3. & 4. par. 1. plures cumulans.* indiſtincte ſiue laicale, ſiue religioſum poteſt committi tam clericis ſæcularibus quam laicis viris prouidis idoneis, & boni teſtimonij in regimen, *Clem. quia contingit §. 1. & ibi gl in verb. ſacularib. de relig. dom. & ibi Zabar. nu. 5. & ſeqq. Imol. ſub num. 12. Pan. in d. c. de xenodochijs num. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 725. nu. 6. & ſeqq. plures cumulans*, quia dicta Clem. *quia contingit*, intelligitur in hoſpitalibus in genere, *Zab. in d. Clem. quia contingit in 2. not. Rot. diuerſ. dec. 302. in princ. par. 2.* non tamen vltra triennium vni & eidem perſonæ, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quacumque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, ſeu priuilegijs, & indultis quibuſcumque: *c. admonet §. fin. ſeſſ. 25.* omiſſio iuramenti, Inuentarij, annuæ redditionis rationis, cęterarumque ſolemnitatum dicta Clem. non immutans naturam hoſpitalis, ſed operatur, vt ad illas obſeruandum adminiſtratores poſſint cogi per ordinarium, vel poſſint repelli à iudicio, *Zab. in d. Clem. quia contingit §. illi num. 2. verſ. 6. quaro & ibi Can. Rot. diuerſ. deciſ. 302. num. 3. par. 2. Greg. 15. deciſ. 31. num. 4. & ſeqq.* & annullari geſta in præiudicium hoſpitalis ac proceſſus cum adminiſtratore aut conſtituto ab eo, actore habitus in præiudicium hoſpitalis, *l. legitimos & ibi Bart. in princ. & in fin. ff. de legit. tutor. l. tutor qui repertoriũ & ibi Bart. & DD. ff. de admin. & peric. tut. Caputaq. deciſ. 324. Greg. xv. deciſ. 530. & deciſ. 574. Mynſ. obſ. 37. cent. 2. vbi limitat vno modo*, & ideo licet ſint deſcripta inter beneficia eccleſiaſtica diœceſis, aut in libro collectorum decimarum papalium, *Rot. d. deciſ. 725. num. 10. & 11. Clem. quia contingit §. vt autem, & ibidem Anch. & DD. de relig. dom.* appellatione beneficiorum non veniunt, & in titulum conferri non poſſunt, etiamſi de conſuetudine hoc fuerit obſeruatum, quæ eſt reprobata, niſi in illorum fundationibus ſecus inſtitutum fuerit, ſeu per electionem per ſuperiorem confirmandam ſit de rectore prouidendum, quibus duobus caſibus non includuntur ſub litteris generalibus à ſede Apoſtolica, vel legatis ipſius etiam motu proprio ſuper prouiſione quorumcumque clericorum directis, aut ſuper reſeruatione fructuum beneficiorum, niſi ſpecialiter exprimantur, *Clem. per litteras, & ibi gloſſ. ſuper verb. ſuper prouiſione & gl. ſeq. & gl. in verb. prouideri hoc tit. & ibi Can. communiter.* ſed poſſunt dari in titulum, & veniunt appellatione beneficiorum, ac alias collatio, prouiſio, ordinatio omni caret roboris firmitate. *d. Clem. quia contingit §. 1. & ibi Anch. num. 10. Pan. num. 15. & Can. communiter.* Ratio diuerſitatis eſt, quia redditus hoſpitalium, quando dantur in regimen, ſiue adminiſtrationem principaliter deputantur ad vſum pauperum, ſecundario ad cultum diuinum, & illi, quibus hoſpitalia commiſſa ſunt, tenentur ordinarijs, & alijs, quibus ſubſunt hoſpitalia, vel deputandis ab eis ſingulis annis de adminiſtratione ſua reddere rationem, *d. Clem. quia contingit. Anchar. in Clem. per litteras num. 7. hoc tit. c. adminiſtratores ſeſſ. 22. c. fin. ſeſſ. 7.* Et ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperint, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgetur: *d. c. admonet §. fin. ſeſſ. 28.* Sed quando dantur hoſpitalia in titulum, redditus deputantur acceſſorie ad vſum pauperum, prin-

Digitized by Google

cipaliter autem ad cultum diuinum, & ad officium, quod eſt annexum beneficio, & Rectores faciunt fructus ſuos, nec tenentur ad annuam rationem. *Zab. in d. Clem. per litteras nu.*12. *verſ. decimoquinto quæro. Vital. in d. clem. quia contingit num.* 92. *& ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ.* 714. *num.* 10. *& ſeqq. par.* 1. In dubio quando non conſtat, an ſit hoſpitale, vel beneficium, magis præſumitur hoſpitale; & dicens hoſpitale eſſe beneficium, tenetur illud probare; *Mohed. deciſ.* 18. *de cauſ. poſſ. & propr. Rot. diuerſ. deciſ.* 106. *nu.* 6. *par.* 2. *gloſ. in Clem. per litteras in verb. Eccleſias, & ibi DD. communiter.* Quando autem eſt certa exiſtentia hoſpitalis, ſed dubitatur de eius qualitate, an ſit laicale, an religioſum, ſiue eccleſiaſticum, tunc inſpici debet ſtatus poſſeſſionis ſubſecutæ, *arg. c. cum veniſſent, & ibi gloſ. in verb. probatum, & Can de inſt. Zab. in d. Clem. per litteras in* 2. *opp. Cald. conſ.* 4. *circa medium de relig. dom. Roman. Conſ.* 477. *Rot. diuerſ. deciſ.* 106. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 2. forma conceſſionis, *Gemin. in c. fin. nu.* 20. *de elect. in* 6. *Rot. diuerſ. deciſ.* 714. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 1. *& deciſ.* 154. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 2. Verba & clauſulæ prouiſionis. *Zab. in d. clem. per litteras ſub nu.* 2. *verſ. quæro de ratione huius deciſionis hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ.* 114. *&* 122. *nu.* 4. *& ſeqq. &* 302. *nu.* 2. *part.* 2. Publica hoſpitalia comparantur Eccleſijs in nouemdecim caſibus enumeratis per Felin. *in c. de quarta nu.* 3. *& ſeqq. de præſcript.* Hoſpitalia priuata non gaudent priuilegio Eccleſiarum. *Felin. in d. c. de quarta numer.* 9. *& ſeq.* Hoſpitalia religioſa etiam habentia Eccleſias vel capellas, decimas, aut alia iura ſpiritualia, (quæ hoſpitali priuato non poſſunt accedere) *Felin. in d. c. de quarta num.* 9. *& ſeq.* ita quod veniant iure acceſſorij, & ipſa hoſpitalia ſint principalia, non poſſunt conferri in titulum, ſed tantum debent cõmitti in adminiſtrationem, quia eccleſiæ & capellæ ſequuntur naturam hoſpitalium, *Anch. in d. Clem. per litteras num.* 4. *per l. etſi non ſunt § ſi. in fin. ff. de aur. & arg. mund. in l. in mod. ff. de contrah. empt. & vend.* Si vero Eccleſiæ, & capellæ ſint principales habentes annexum hoſpitale, tunc in totum conferri poſſunt, ſicut & aliæ Eccleſiæ, & hoſpitalia veniunt iure acceſſorij, *c. ſuper eo hoc tit. in* 6. *c. ſuper gratia de off. deleg. c. acceſſorium de reg. iur. in* 6. *& ibi not. gl. in d. Clem. per litteras, in verbo Eccleſias, & ibi Can. communiter.* In dubio quando extat hoſpitale, & Eccleſia, & neſcitur quid ſit principale, & quid acceſſorium, ſi apparet poſſeſſio, vel denominatio, per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequemur, *l. ſi vt habiliter, l. ſi quando ff. de aur. & arg. mund. & c. cap. cum de beneficio, hoc tit. in* 6. *c. per tuas de prob. Pan. in d. Clem. per literas nu.* 5. *Anchar. nu.* 10. *et Can. communiter hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ.* 106. *n.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 114. *num.* 4. *& plurib. ſeqq. part.* 2. ſi de illis non appareat, hoſpitale in titulum non poteſt conferri, conſtat enim de hoſpitali, nec conſtat illud eſſe acceſſorium eccleſiæ: nam etſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa, ita quod neutrum eſſet principale in titulum conferri non poteſt, *c.* 1. *& ibi gl.* 2. *& Can. ne ſed. vac. aliq. in nou. & c. c. ſi capitul. & ibi gloſſ. in verb. factam in fin. de conceſſ. præb. in* 6. *Zab. in d. Clem. per literas in* 17. *quæſt. Rot. diuerſ. deciſ.* 114. *numer.* 7. *& ſeqq. part.* 2. quia quando concurrunt duo, quorum vnum ſe habet prohibendo, aliud permittendo, vel vnum negatiue, aliud affirmatiue, plus operatur negatio, *gl. in d. c. cum dilectus, in verbo à ſuſpenſis verſ. alij dicunt, & melius de conſuet. & Can.* & impetranti hoſpitale, tanquam beneficium in titulum, ſiue ſit actor, ſiue ſit reus, incumbit onus probandi hoſpitale eſſe annexum eccleſiæ iure acceſſionis, vel ex annexione, vel ex ſubſecuta poſſeſſione, quia ius commune militat contra ipſum, *Vital. in d. Clem. per litteras num.* 23. *&* 24. *& ibi Anchar. n.* 10. *in fin. et Can. Rot. d. deciſ.* 114 *numer.* 9. *& ſeqq. part.* 2. Idem iuris eſt † in operaria fabrica, & eleemoſinatijs 45
eccleſiarum, *d. Clem. per literas, & ibi Vital. n.* 30. *&* 31. *Zab. n.* 11. *et* 12. *et Can. communiter Mohed. dec.* 1. *de off. vic. c. admonet § illis ſeſſ.* 25.

Quarta beneficiorum diuiſio eſt. Alia † ſunt 46
perpetua alia manualia † quædam de menſa, 47
quædam pleno iure ſubiecta alteri, licet Epiſcopus aliqua temporalia ibi recipiat, *c. cum venerabilis de Cenſ. gl. in c. quoniam in verbo vtroq. iure in fin. de priuileg.* aliqua temporalia: ſæcularia perpetua ſunt, & perpetuo & non ad tempus collata cenſentur, *c. præcepta* 55. *diſt. c. veniens, & ibi poſt gl. pen. et fin. Can. de fil. presbyt. ord. & c. c. pen. et ibi gl. fin. et Can. de cler. ægrot. Caſſad. deciſ.* 4. *nu.* 2. *hoc tit.* Epiſcopus beneficium ſimplex ſæculare perpetuum ex iuſta cauſa de conſenſu patroni laici poteſt facere manuale, & amouibile ad nutum patroni, *arg. c. laici & c. inuentum* 16 *quæſt.* 7. *Nauarr. Conſ.* 9. *de off. ord.* ſed extinguitur beneficium, quod debet eſſe perpetuum, & ordinarius deſinit habere ius inſtituendi, quod non quæritur patrono, qui etiam

perdit

Digitized by Google

perdit ius præſentandi ad beneficium, quia non eſt tale, ſed libertatem quærit ponendi, & tollendi, quem & quoties voluerit, & eſt ſeruitium manuale temporarium, *Nauar.d.Conſ.9.de off.ord.* Regularia naturaliter manualia ſunt, *cum ad monaſterium §. tales de ſtat. monach. Mand.reg.3.reſeru. quæſt.10.nu.5. & quæſt.11.num.2.& 3. Gonzal.ſuper reg.Cancell.de menſ.& alter.gl.5.§.6.n.5.et plur.ſeqq.* ac etiam præceptoriæ, & commendę militiarum, S.Ioannis Hieroſolymitani Melitenſis, ac B.Mariæ Theutonicorum, *Greg.15.deciſ.109.nu.2.& 3. Gonzal.ſuper reg.de menſ.& alter.gl.8.nu.7.Put.dec.381. lib.1. c.cum deputati & ibi Panorm. in 1.notab. & latius numer. 7. & Can. communiter de iud.* exceptis electiuis vel curatis, quæ ſunt perpetua, & collatiua, licet ſint alteri ſubiecta, *cap.2.§.priores, & ibi gl.in verbo non mutentur de ſtat. monach.& ibi Pan.ſub num 5.gl.in c.cum ſingula, in verb.ineligibilis hoc tit.in 6.Bellam.deciſ.203.Caſſad.deciſ.4.n.3. & deciſ.12. n 9.hoc tit. Imol.in Clem.1.ſub num.44. de ſuppl.neglig Prælat.* Vnde in parochiali Eccleſia ex regularitate non recte infertur ad manualitatem, *cap.conſtitutis, & ibi Panormit.in 2.not.de elect. Felin.in cap.per tuas ſub nu. 4. verſ.ſi tamen eſſet prioratus perpetuus de maior. & obed. Rot.Farin.deciſ.646. part.1.* vt latius ſuo loco dicetur. Poſſunt permutari, *Pan. in c. cum olim. num.2. in fin. de rer. permut.* Vacant per obitum, reſignationem, & amotionem, ſicut ſæcularia beneficia, *gl.in Clem.vnita, in verbo reuocari, verſ.& ſcias &c.de ſuppl.neglig.præl.& ibi Card.in §.promiſſa num.8. Vital.nu.9. Pan.n.17.*

48 Beneficia quæ ſunt pleno † iure quoad temporalia, & ſpiritualia, vt fructus omnes in proprios vſus conuertantur de menſa monaſterij, prælaturæ, dignitatis, non dicuntur vacare per mortem illius, qui conduxit eccleſiam, vel beneficium menſale ad firmam, quia Abbates fructus talium poſſunt vendere, & locare, *gl.in d.Clem. vnita in verbo de menſa, & ibi Can.* Imo non vacant ex perſona Vicarij deſeruientis curæ, *Clem.1.§. quidam etiam Eccleſias curam.de exceſſ.præl.Clem.1.et ibi gl. in verbo de menſa: Vital. in §.præmiſſa nu. 4 & Can. de ſuppl. neglig. præl. Franc. Aret. Conſ.63.nu.3. Clem.1. & ibi gl. in verbo haberent de reſcript. Petr.de Peruſ.de vnion.Eccleſ.c.9.num.2.& ſeqq.* neque per obitum prælati conferentis vicariam, *Vital.in Clem.1.§.præmiſſa, nu.4. de ſuppl. neglig. præl. Æneas de Falcon.de reſeruat. benef.quæſt.3.princ.num.1.& 2.* quando Prælatus ſimpliciter contulit, quia præſumitur durare in eadem voluntate, in qua decedit, ſecus ſi prælatus conceſſit ad beneplacitum ſuum, nam tunc per mortem reuocatur ipſo facto, quia beneplacitum morte extinguitur, *cap.ſi gratioſe de reſcript.in 6. pulchre Panorm.in c.fin.nu.6. de reſcript. Panorm. in cap.fin nu.6.de precar.* ideoq; non veniunt ſub generali reſeruatione, vel affectione etiam, *c.2.de præb.in 6.* tum etiam propter manualitatem, *Æneas de falcon. de reſeru. benef.3. quæſt. princip. num. 25. Felin. in c. per tuas ſub num.4. de maior.& obed.* & titulus curæ animarum, & omnium reſidet in perſona Prælati, cuius dicta Eccleſia eſt menſalis, quam conſequitur eo ipſo quod aſſumit curam prælaturæ, *Anch. in Clem.1. nu.16. de exceſſ.præl. & Vital. numer.82.& Canon. Extrauag.execrabilis §.fin. de præb. inter Communes.* & deſeruit per Vicarium temporalem etiam in curatis, penes quem non eſt cura aliquo modo, *Rot.deciſ.21.de præb.in antiq.gl.in c.cum & plantare §. in Eccleſiis de priuil. C. in Laterranenſi de præb. & ibi Innocent. numer. 3.* ſed nudum curæ exercitium, *gl.communiter approbata in Clem.1.in verbo menſam, & ibi Panormit. numer. 17. & Can. de exceſſ. præl. Rot.deciſ.2. numer.2.de exceſſ.præl.in nou.* & rector vocari poteſt, quia Eccleſia in titulum, ſeu beneficium non confertur illi, ſed nuda adminiſtratio, *Clem.quia contingit, in princ.& §.vt præmiſſa de relig.domib.* & licet manualis, & menſalis ſit, tamen conferri dicitur, *Clem. 1. de ſuppl.neglig.præl. Staph.de lit. grat.tit.de mod.prouiſ.n.16.ver.prædicta*

Si vero † ſpectant ad menſam quoad temporalia, 49
& recipiunt ſuperioris inſtitutionem, quoad regimen Eccleſiæ, vel ſaltem populi, tunc in eis ponitur Vicarius perpetuus aſſignata congrua, *gloſſ. communiter approbata in Clem.1.in verbo ad menſam, in fin.de exceſſ.præl. & ibi Pan.n.17. Anchar.num.16.*

Quando Eccleſia † pleno iure ſubiectionis ſpe- 50
ctat ad aliquos, propterea non dicitur de menſa, licet enim Rector talis eccleſiæ inſtitutionem & deſtitutionem ab illis recipiat, & ab illis viſitetur, etiam quoad temporalia, non tamen poſſunt fructus in ſuos vſus conuertere, niſi illam habeāt in menſam, vel in ſuos vſus conuertendam, *cap. cum & plantare §. in Eccleſiis, & ibi gl. in verbo pleno iure c.quoniam & ibi gloſſ. 1. de priuil. Clem. 1.§. quidam & ibi gl. in verbo ad menſam, verſ.nec putes quod eccleſia de priuil.& vtrobique Can.* Temporalia ſunt,
quæ † ex conſtitutione eccleſiæ poſt annum, aut 51
aliud certum tempus vacare cenſentur, etiamſi confe-

Digitized by Google

cõſerantur à Papa, *Lap.alleg.9.vbi primo recenſet ra-*
tiones cuiuſdam Doct. deinde eas reprobat.

Quinta beneficiorum diuiſio eſt. Sæcularium
52 beneficiorum † quædam ſunt libera, alia patri-
monialia, alia affecta. Libera ſunt, quæ ſpectant
ad liberam diſpoſitionem ipſius Prælati, qualia
omnia præſumuntur. *c.omnes baſilica, & c.ſeqq.16.*
queſt.7. Innocent.in c. cum venerabilis n. 4. de except.
Caſſad.deciſ.4.nu.7.de probat. Garz. de benef.part.5.
53 *cap.4.n.95.* Patrimonialia † dupliciter conſide-
rantur, quia aliqua pertinent ad præſentationem
electionem, ſeu nominationem patronorum, &
ſola inſtitutio pertinet ad epiſcopum, *Put.deciſ.*
158.*lib.*2. alia ſunt quæ pertinent ad liberam col-
lationem ordinarij, ſed ex conceſſione apoſtoli-
ca, vel ſtatutis, aut ſynodalibus conſtitutionibus
natis ſeu degentibus in tali patria, parochia, villa,
vel caſtro &c. conferri neceſſaria debent, ſic di-
cta, quia inſtituta fuerunt à parentibus, ſeu maio-
ribus eorum, quibus poſtea tanquam filijs patri-
monialibus conferenda ſunt; *Caſſad. deciſ.18. hoc*
tit.tex. in l.in Eccleſijs C.de epiſc. & cler.c.bonæ memo-
ria 2.§.intelleximus de poſtul.prælat.gl fin.in c.ſi propo-
nente de reſcript. & ibi Canon. Put. deciſ.158. lib. 2.
Garz. de benef.part.7.cap.9.per totum & c. qualia ſunt
in hiſpanijs, ad quæ, occurrente illorum vaca-
tione, pluribus concurrentibus, filij patrimonia-
les ſiue naturales oriundi ex dictis locis ſe inui-
cem opponunt, & oppoſitio talis habetur loco
acceptationis, ac ordinarius cauſa cognita, &
diſcuſſo quis ſit habilior, declarat talem magis
habilem, & illi beneficium deberi, mandatque
illud in poſſeſſionem mitti, *Mohed.deciſ.12.n.2.hoc*
tit.Mand.in reg.19.reſeruat.n.17.& ſeqq.& num.21.
facit c.nec emeritis c. nullus inuitis, & ibi gl.in verbo
ciuitatis 61.diſt.& ibi Can. late Garc. de benef.part.4.
cap.3.à num. 61. vſque ad fin. inter illos quadrage-
natij, ſi ſint idonei, id eſt, bene legant, aliquantu-
lum cantent, & parum conſtruant, præferuntur
alijs magis idoneis, *Creſcent.deciſ.12.de conceſſ.præb.*
gl.1.in Clem.1.de conceſſ.præb.& ibi Can.communiter.
Agens vt filius patrimonialis debet probare ſe
talem, nec per aſſertionem epiſcopi probat ſe eſſe
patrimonialem filium, *Caputaq.deciſ.308.part.2.*
l.non ignorat, & ibi poſt gl.fin.DD. C. qui accuſ.non
poſſ. Impetrans huiuſmodi patrimoniale à Papa
non tenetur facere mentionem de oppoſitione
per filios patrimoniales coram ordinario facta,
quia per eam non acquiritur ius in re vel ad rem,
cum ex facto proprio ius alicui in beneficio, vel
ad beneficium non poſſit acquiri, *c.fin.de Inſtit.c.*
per noſtras de Iurepatr.cap.cum.in iure, & ibi gl.fin.in
fin.de elect. De ſententia canonizatoria appoſitio-
nis alterius, in qua alter per ordinarium inſtitui-
tur, tenetur facere mentionem, quod per eam
ius in re eſt quæſitum, non obſtante quod à tali
ſententia fuerit appellatum, quia per talem ſen-
tentiam prouidetur de beneficio, *Clem.auditor, &*
ibi not.de reſcript.Caſſad.deciſ.8. hoc tit.poſt numer.6.
Item tenetur facere mentionem de lite, ſi qua eſt
tempore impetrationis apoſtolicæ inter oppo-
nentes bene introductæ, *Felin.in cap.cum noſtra de*
reſcript.15. Corol. quando impetratio cederet in
præiudicium iuris litigatorum, *Caſſad.d.deciſ.18.*
num.6.hoc tit.l.2.§.1.& §.ſi quis à principe ff.ne quid
in loc.publ. Oldrad. Conſ.299. De his beneficijs pa-
trimonialibus iudicatur, vt de alijs, quia & in-
dulta Cardinalium, *Caputaq.deciſ.66.part.1.cap.*
hortamur 71.diſt.cap.fin.de cleric.peregr. & regula de
reſeruationibus menſium eadem comprehen-
dunt, *Pariſ.de reſign.lib.2.queſt.12.mand. in reg.19.*
reſeruat.queſt.15. Sententia declarans beneficium
eſſe patrimoniale, vel non, facit ius quoad o-
mnes, quia lata in cauſa ſtatus, *l.ingenium ff.de*
ſtat.homin. & ibi DD. Achil.deciſ.5.de ſent. & re iud.
Affecta † ſunt aliquando reſpectu eius, qui ha- 54
bet conferre, puta ſummi Pontificis, qualis dif-
fert à reſeruatione, quia in beneficio reſeruato
expreſſa diſpoſitio Papæ reſeruat, quod non eſt
in affecto, *Mohed.deciſ.9.ſub num.1.hoc tit. Æneas*
de falcon.de reſcr.Pap.& leg.in 3.prælud. Affectio-
nem inducunt commenda ſiue ſit temporalis,
ſiue perpetua, ita quod inferior non poſſit ſe
intromittere, *c.vt noſtrum de appell.c.cum nobis olim.*
in fin. de elect.cap. is cui & ibi gl. in verbo Confirmatus
eod.in 6. Caſſad.deciſ.2.de vnion.numer.12.& ſeqq.
Mohed.d.deciſ.9.nu.3.& 4.hoc tit. Siue fuit de bene-
ficio vacante, ſiue Papa det alicui facultatem re-
tinendi in commendam beneficium, quod in
titulum obtinebat, *Creſt.deciſ.4.hoc tit.Felin.in c.in*
noſtra ſub num. 2. verſ.ſecundo intellige de reſcript.&
ibi Can. Roman. Conſ.350.num.13.& 14. datio in
procurationem, *d.c.cum nobis olim.de elect.in fin.*
cap.is cui, & ibi gloſſ.in verbo Confirmatus eod.in 6.
Clauſulæ in gratia poſitæ, quæ ordinarij diſpoſi-
tionem impediunt, aut annullant, *iuxta cap.ſi ſoli*
de conceſſ.præb.in 6. iuncta Clem.1.de conceſſion.præb.
Put.deciſ.149.num.3.lib.1. Card.in Clem.ſi de benefi-
cio in 1.

Digitized by Google

tio in 1. oppoſ. hoc tit. Mandatum factum electori-
bus, ne ad electionem procedant, c. ſi eo tempore de
elect. in 6. Priuatio facta auctoritate, vel iuſſu
Papæ, Æn. de Falcon. de reſer. Pap. & leg. in 3. quæſt.
principali ſub num. 12. Quædam officia ſedis Apo-
ſtolicæ, vt collectorum, ſubcollectorum &c.
duratque affectio, licet quis remoueatur, ſiue
priuetur officio quacumque cauſa, propter quod
eius beneficia fuerunt effecta, Rot. deciſ. 13. 15. 31.
hoc tit. in antiquior. Manus appoſitio Papæ, eo ipſo
quod ſignet ſupplicationem, ſiue prouideat, ſiue
mandet prouideri, vel alias diſponat de vacanti,
vel vacaturo, certo vel incerto, afficit benefi-
cium, & ligat manus inferioris, d. c. vt noſtrum
Panormit. in cap. inter dilectos num. 10. qui Paulo ali-
ter diſtinguit, de exceſſ præl. Rot. deciſ. 10. hoc tit. in nou.
& ibi add. Rot. Biſign. deciſ. 6. de Conc. præb. Rot deciſ.
25. eod. in antiquior. atteſtans de ſtylo Cancellariæ.
Crauet. Conſ. 296. in princ. Rom. conſ. 335. n. 5. & ſeqq.
& num. 11. & ſeqq. c. limitat. late Gonzal. ſuper reg. de
menſ. & altern. gloſſ. 52. per totam. etiamſi prouiſio
facta à Papa non eſſet ſortita effectum, aut alias
eſſet nulla, Innocent. in d. c. inter dilectos n. 4. & ſeqq.
de exceſſ. præl. Rom. d. Conſ. 335. n. 6. Dec. in c. vt no-
ſtrum num. 3. de appell. Dec. Conſ. 393. ſub num. 9. circa
fin. & Conſ. 699. ſub num. 13. Quando vtilis, & va-
lida eſt manus appoſitio, Prob. ad Monach. in c. cum
perſonæ num. 17. de priuil. in 6. & facta in reſigna-
tione, licet operetur, quod nullus inferior poſſit
ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit
prouiſionem per obitum, Achil. deciſ. 14. de reſt.
ſpol. Æn. de Falcon. de reſeru. benef. affect. 16. num. 2.
Rot. deciſ. 4. de rer. perm. in antiq. Per dationem
Coadiutoriæ non inducitur manus appoſitio, aut
affectio, Put. deciſ. 225. num. 18. & ſeqq. lib. 3. c. vnico
in princ. de cler. agrot. vel debil. in 6. Quia in com-
menda beneficium vacat, quando datur coadiu-
tor, beneficium non vacat; neque etiam per ma-
lam expreſſionem valoris, Rot. diuerſ. deciſ. 419.
part. 1. Pan. in c. inter. dilectos num. 10. & ibi Can. de
exceſſ præl. Quia regularia de valore inducit tan-
tum nullitatem gratiæ, in qua verus valor non
exprimitur, non autem vacationem beneficij,
neque per reſignationem ex cauſa permutatio-
nis, quando permutatio non ſequitur, Gemin. con.
136. quia eſt vacatio voluntaria, & Papa non in-
telligitur appoſuiſſe manum, niſi ſolum in finem,
ſi permutatio fiat, Clem. 1. de rer. permut. c. 1. eod. in 6.
& generaliter non inducitur, niſi in caſibus à iure
expreſſis, quia odioſa, Caſſad. deciſ. 2. n. 9. de rution.
cap. præſenti §. cæterum de offic. leg. in 6. & præiudicat
ordinariæ poteſtati. extinguitur autem huiuſmo-
di affectio per ſpecialem prouiſionem papalem
ſubſecutam, Franc. in cap. ſtatutum n. 7. hoc tit. in 6.
Rot. deciſ. 11. eod. in antiq. in fin. Rot. diuerſ. deciſ. 275.
in fin. num. 1 part. 1. etiamſi prouiſus moriatur, an-
tequam habeat corporalem poſſeſſionem, Rot.
deciſ. 24. hoc tit. in antiq. Caſſad. deciſ. 4. num. 2. & 4.
de cauſ. poſſeſſ. & propr. Innocent. in c. inter cætera ſub
num. 3. & ibi Can. Quia in incorporalibus ius
quæritur non apprehenſa poſſeſſione, c. fin. in fin.
de conceſſ præb. & ibi not. in 6. Aliquando ſunt affe-
cta reſpectu eius † cui ſunt conferenda, diciturq; 55
auctoritas epiſcopi grauari, quando collatio be-
neficiorum debet fieri certis perſonis, Rot. diuerſ.
deciſ. 309. nu. 4. par. 1. gl. fin. in c. relatum & ibi Can.
hoc tit. Panor. in c. auctoritate nu. 7. in fin. de inſtit. c.
peruenit in fin. xj. quæſt. 1. Vt quando beneficia ex
fundatione, inſtitutione, conſuetudine, vel pri-
uilegio ſunt debita conſanguineis fundatoris,
ſeu certis alijs perſonis, vel certo generi perſo-
narum, Garc. de benef. par. 7. cap. 15. per tot. Gonzal.
ſuper reg. de menſ. & alternat. gl. 5. num 209. & ſeqq.
Vel ex ſtatuto præſcripto per quadraginta annos
conferri debēt portionarijs, ſeu clericis eiuſdem
eccleſiæ: c. cum in eccleſia hoc tit. in 6. Et aliter facta
præſentatio, ſeu prouiſio de non habente quali-
tatem requiſitam nullius eſt momenti, contradi-
cente aliquo qualificato, & ſibi prouiſionem fie-
ri petente; alias prouiſio altero non qualificato
facta ſuſtineretur, quando qualitas eſt requiſita
ob reſpectum, & fauorem perſonarum, ſecus ſi
dicta qualitas requiratur ob fauorem eccleſiæ,
aut beneficij, vt magis idoneis perſonis proui-
deatur, c. ſignificatum & ibi Dec. nu. 16. & ſeqq. hoc
tit. Butr. num. 8. & 9. & ibi Can. late Garc. de benef.
par. 7. cap. 15. num. 1. 6. 10. & ſeqq. Rota deciſiones cu-
mulans, & per tot. Et huiuſmodi fundatio, priui-
legium, & ſtatutum obſtat prouiſionibus papa-
libus, in gratia de vacaturo, non autem in gratia
de vacanti, quia beneficium vacans Papa, qui o-
mnia poteſt, libere confert, & propter clauſulas
ſpeciales nō obſtantiarum videtur derogare ſta-
tuto, Rot. deciſ. 17. hoc tit. in nou. Franc. in c. ſi poſt-
quam nu. 7. hoc tit. in 6. Sed non poteſt dici, quod
gratia præuentiua de futuro ad tale beneficium
ſe extendat, quia ſic iuri alterius derogaretur, Put.
deciſ. 229. lib. 2. c. cum in eccleſia hoc tit. in 6. & ibi
gloſ. fin.

gloſ. fin. & Doct. Vel ſunt affecta magiſtro capellæ, Theologo, *Put. deciſ. 34. hoc tit. d. c. cum in eccleſia, & ibi gloſ. fin. & Doct.* Sacerdoti. *c. ſignificatum hoc tit. Put. deciſ. 324. lib. 1.* Ex decretis Concilij Tridentini in Cathedralibus eccleſijs, non collegiatis, Pœnitentiario, *c. 8. ſeſſ. 24. late Garc. de beneſ. par. 5. cap. 4. §. 1. num. 109. & plurib. ſeqq. vbi tractat, ad quem ſpectat nominatio, collatio, ac eius abſentia.* Lecturæ ſacræ ſcripturæ, *c. 1. ſeſſ. 5. Garc. de beneſ. par. 5. cap. 4. §. 1 nu. 153. & ſeqq. vbi tractat de competentia nominationis, collationis, & abſentia lectoris.* Vel iuxta tenorem indulti collatio debet fieri ciuibus originarijs, vel oriundis, & perſonis gratis, *Creſc. deciſ. 4. & 14. de priuileg. d. c. cum in Eccleſia & ibi gloſ. fin. & Canon.* quæ quidem ſtatuta, priuilegia, indulta, vel conſuetudines eccleſiarum non tolluntur per non obſtantias generales literarum apoſtolicarum, niſi expreſſa fiat mentio in literis de prædictis: *Rot. deciſ. fin. de conſtit. in antiq. & diuerſ. d. deciſ. 275. ſub nu. 1. par. 1. Put. deciſ. 34. hoc tit. c. 1. de conſt. in 6. Anchar. in c. ſi is cui in 4. notab. & ibi Archid. hoc tit. in 6. l. honores §. is qui ff. de decurion.* beneficium quoque affectum eſt, cuius collatio nondum eſt acceptata ab eo cui fuit collatum, donec præfixo termino ab epiſcopo, ſi ſubdito, vel alio ſuperiore, ſi non ſubdito contulerit, acceptauerit, vel refutauerit. *Mohed. deciſ. 18. hoc tit. in fin. Anchar. in 4. not. in c. ſi tibi abſenti eod. in 6. Collect. in c. Eccleſia veſtra num.*
56 *6. de ſortil.* Beneficia † valoris annui infra ducentos ducatos non conceduntur Cardinalibus in titulum, aut Commendam, obſtante Concilio Lateranenſi, *Caſſad. deciſ. 2. hoc tit. Conc. Later. nouiſſ. ſeſſ. 9.* Neque veniunt in retentione obtentorum ante promotionem ad Cardinalatum, ſi Papa decernat ea non vacare, niſi præfato Concilio ſit ſpecialiter derogatum, quia dicta retentio habet vim prouiſionis. *Put. deciſ. 420. lib. 2. late Rota deciſ. 21. hoc tit. in nou. Bellam. deciſ. 751.*

57 Sexta beneficiorum diuiſio. Alia ſunt † Conſiſtorialia, de quibus Papa diſponit in Conſiſtorio ſecreto præſentibus Cardinalibus, & ſunt deſcripta, & taxata in libris Cameræ apoſtolicæ, & in his requiritur, vt formetur proceſſus ſuper qualitatibus promouendi, & ſtatu eccleſiæ, vt ſunt epiſcopatus, abbatiæ, & monaſteria, de quibus præuia præconizatione in vno Conſiſtorio fit poſtea relatio in alio conſiſtorio per Cardinalem Protectorem. *Lap. alleg. 84. ſub num. 11. Sarnen. de infir. reſig. quæſt. 14. nu. 3. verſ. breuiter puto. Rebuff. ſuper concord. tit. de Reg. ad præl. nomin. in verb. Conſiſtorialiter. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 2. & lib. 8. quæſt. 6.* qui ſignat ſcedulam, & Vicecancellarius Officialis à Papa deputatus ſignat contra ſcedulam, cui ſtatut, & ſuper ea literæ apoſtolicæ expediuntur, quia vt officialis atteſtatur de ijs quæ Papa conceſſit; *Put. deciſ. 320. lib. 1. Lap. alleg. 84. num. 11. & ſeqq.* non poſſunt reſignari niſi conſiſtorialiter, & tunc regulantur legibus loquentibus de renunciatione beneficiorum. *Rot. diuerſ. deciſ. 189. num. 2. par. 2. Sarnen. in reg. de infir. reſig. quæſt. 14. & in reg. de annali quæſtion. 24. mand. in reg. de annali, quæſt. 16.* Alia ſunt
non † conſiſtorialia, de quibus iuxta tempus & 58
modum occurrentium vacationum, & qualitates ea obtinentium, ex quorum perſonis vacare contingit, vel in dataria apoſtolica, vel per ordinarios Collatores diſponitur, vt ex infra dicendis patebit.

Septima beneficiorum diuiſio. Quædam ſunt
principalia, † quædam ſubiecta; alia dependen- 59
tia, *c. 1. §. fin. de priuil. in 6. quod diſtinguit principale à ſubiecto, & ſubiectum à dependenti.* nonnulla annexa. *c. cum ſingula §. præſenti, & §. prohibemus, & ibi gl. in verb. nec dependet, de præb. in 6. quod diſtinguit inter dependens & annexum.* aliud monoculare. *Io. Monac. in c. in generali ſub nu. 16. verſ. ex quibus concludo de reg. iur. in 6. Archid. in c. ſi pro clericis in gloſ. ſuper verb. prouideas hoc tit. in 6. gloſ. in cle. 1. in ver. incerta hoc tit. Rot. deciſ. 13. hoc tit. in no. Rot. faſtoli cauſa 29. dub. 55.* beneficium ſubiectum non cenſetur vnitum; *c. abbate de verb. ſignif. gl. in clem. 1. in verb. ad menſam, de exceſſ. præl. & ibi Can.* beneficium dependens eſt beneficium acceſſorie vnitum. *Franciſ. aret. conſ. 63. num. 3.* Annexa ſunt quando ambo ſimul vniuntur ita quod vtrumque remaneat principale. *Franc. in c. cum ſingula ſub num. 3. hoc tit. in 6. & ibi Can.* Monocu-
lare † beneficium non cenſetur quando collator 60
habet vnum beneficium conferre de per ſe & cum Capitulo vel alia perſona habet plura conferre. *Rot. dec. 40. de reſcr. in antiq. Fel. in c. in noſtra in 24. corol. de reſcript. Gonz. ſuper reg. Cancel. de menſ. & altern. gloſ. 9. §. 4. num. 25. & 26.* Aut in vno alio beneficio præſentationem. *Rot. faſt. cauſ. 29. dub. 56. Felin. in d. c. in noſtra in 24. corol. Gonzal. d. gloſ. 9. §. 4. numer. 25.*

Secun-

Digitized by Google

Secunda pars huius tituli.

SVMMARIA.

1 *Beneficia vacant de iure & de facto.*

2 *De iure & non de facto.*

3 *An vacantia de iure poſſint conferri poſſeſſore non vocato.*

4 *Beneficia quædam vacant apud ſedem Apoſtolicam quæ dicuntur reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iuris.*

5 *Quædam vacant in curia ſed non apud ſedem apoſtolicam.*

6 *Poſſident beneficium vacans apud ſedem apoſtolicam ex collatione ordinarij non facit fructus ſuos quod non procedit in poſſidente beneficium vacans in curia.*

7 *Vacatio non inducitur per obitum eius qui habet ius ad beneficium per obitum prouiſi in forma dignum [illegible] vt prius.*

8 *Vacationum [illegible] plures, primo beneficia vacant per obitum eius cui facta eſt collatio in forma gratioſa ſupplicatione ſignata & relaxata.*

9 *Item per obitum poſſeſſorum ſeu obtinentium quæcunque & qualiacunque ſint beneficia exceptis tribus caſibus.*

10 *Obitus quomodo probatur.*

11 *Secundo vacant per reſignationem ſeu renunciationem.*

12 *Tertio per permutationem.*

13 *Quarto per promotionem ad cathedralem eccleſiam vacant penſiones de ſtylo & beneficia.*

14 *Promoto datur retentio penſionum per viam amotionis ſtyli.*

15 *Et beneficiorum retentio per viam diſpenſationis.*

16 *Beneficia epiſcopi titularis non vacant.*

17 *Promoti ad ſummi apoſtolatus apicem vacant quando Papa decernit ea vacare.*

18 *Per promotionem ad Cardinalatum vacant curata & dignitates, reliqua non vacant niſi ſint valoris annui infra ducentos ducatos.*

19 *Quinto per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis poſtquam habuit vacuam & liberam poſſeſſionem ſecundi cum fructuum perceptione ipſo iure vacat aliud ſimile primo obtentum.*

20 *Incompatibilia beneficia quænam cenſeantur.*

21 *c. de multa, extrauag. execrabilis & c. quicunque Conc. Trid. ſeſſ. 7. quomodo differant.*

22 *Quid iuris ſi duo beneficia incompatibilia concurrant à principio in perſona vnius.*

23 *Habenti plura incompatibilia beneficia an & qualiter poſſit aliud incompatibile per ordinarios conferri.*

24 *Idem iuris eſt in beneficiis regularibus incompatibilibus.*

25 *Plures Eccleſias incompatibiles iure canonico poteſt quis habere ex tertis cauſis abſque diſpenſatione.*

26 *Super pluralitate beneficiorum curatorum Prælaturarum, dignitatum, Perſonatuum, & officiorum diſpenſat ſolus papa.*

27 *Super pluralitate benefitiorum an poſſit diſpenſare epiſcopus & quibus caſibus.*

28 *In impetratione diſpenſationis ſuper pluralitate beneficiorum debet impetrans facere mentionem de obtentis.*

29 *Diſpenſatio ſuper pluralitate eſt odioſa & reſtringenda.*

30 *Ordinarij tenentur ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſia compellere quoſcunque plura incompatibilia beneficia obtinentes diſpenſationes ſuas exhibere.*

31 *Sexto ob non promotionem ad presbyteratum intra annum ipſo iure vacat parochialis eccleſia.*

32 *Non alia beneficia ſacerdotalia aut collegiata parochialis.*

33 *Annus currit à die commiſſi regiminis & habita pacifica poſſeſſionis eccleſia etiam cum minore parte fructuum.*

34 *Quænam excuſent ab hac priuatione.*

35 *Anni prorogationes ſolent concedi à ſummo pontifice cum certis clauſulis.*

36 *Septimo vacant beneficia per contractum matrimonij per verba de præſenti.*

37 *Octauo vacant beneficia per ingreſſum religionis in qua emittuntur tria vota ſubſtantialia poſt profeſſionem expreſſam vel tacitam.*

38 *An vacent poſt biennium nouitiatus & emiſſa tria vota ſubſtantialia ſimplicia in ſocietate Ieſu.*

39 *Beneficium illius qui ingreditur religionem non eſt alicui intra annum vel biennium nouitiatus conferendum.*

40 *Fructus non percipit, ſed dempta congrua vicarij conſeruantur, & ſi reuertatur eos recuperat.*

41 *In beneficiis non habentibus fructus in abſentia vt in canonitatibus fructus non lucratur.*

42 *Nouitio an poſſit conferri beneficium regulare vel ſæculare.*

43 *Nono per adeptionem ſecundi canonicatus aut præbendæ canonicalis vel quaſi capellania altaris beneficij, etiam ſimplicis ſub eodem tecto ipſo iure vacat primum ſimile.*

44 *Taciturnitas quod beneficium primo obtentum ſit ſub eodem tecto, non inducit ſubreptionem.*

45 *Beneficium ſitum in capella, clauſtro, cemiterio, aditu, an cenſeatur eſſe in eadem eccleſia.*

46 *Decimo plures modi vacationum enumerantur remiſſiue.*

1 VACAT beneficium aliquando † de iure, & de facto, vt quando mortuus eſt Rector, vel reſignauit, & nemo in poſſeſſione reperitur, quo caſu vacat de iure quoad titulum, & de facto quoad poſſeſſionem: *c. vacante hoc tit. c. ſuſceptum*
2 *de reſcript. in 6.* aliquando vacat † de iure, ſed non de facto. *c. litteras, et c. cum noſtris de conceſſ. præb. gl. in cap. cum in cunctis §. cum vero in verb. ad quam ſpectant in fin. de elect.* vt quando vacat per aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis cum primo, *c. de multa hoc tit. c. licet epiſcopus eod. in 6.* quod
3 conferri † poteſt, poſſeſſore non citato ab ordinario, & executore Apoſtolico, quando color retinendi caſſatur à iure, *d. c. licet epiſcopus et ibi gloſſ. in verb. conferre, et Franc. num. 2. Lap. alleg. 103. vbi multa iura cumulat.* ad immiſſionem in corporalem poſſeſſionem procedi non poteſt, niſi poſſeſſore vocato, *d. c. licet in fine.* quia non remouetur poſſeſſor à ſua poſſeſſione ſine cauſæ cognitione ſuper canonica collatione petentis, & iniuſta detentione poſſeſſoris, *Ioan. And. in c. cum noſtris n. 17 de conceſſ. præb. c. olim in fin. de reſcript. et ibi Can. pulchre Franc. in c. licet epiſcopus num. 7. et 8. et ibi Gemin. num. 11. et 12. hoc tit. in 6.* Secus ſi color non eſt caſſatus à iure, vel ab homine, quia ante caſſationem collatio fieri non poteſt, *c. litteras c. cum noſtris, et ibi Pan. num. 19. et 23. de conceſſ. præb. vbi ponit duas regulas Garc. de benef. par. 10. c. 1. num. 41. et ſeqq.* Sed ſi collatio facta fuit cauſa cognita, & poſſeſſore vocato, nõ eſt neceſſe eum poſtea vocare in poſſeſſione tradenda, quia datio poſſeſſionis tunc eſſet executio collationis factæ cauſa cognita, *Gemin. in d. c. licet epiſcopus numer. 9. plures citans, et ibi Franc. num. 6. in fin. et Can.*

4 Beneficia quædam vacant † apud ſedem Apoſtolicam, quæ dicuntur reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iuris, & à ſolo ſummo Pontifice conferuntur, *c. 2. hoc tit. in 6.* vt beneficia morientium in Curia Romana, *cap. 2. c. præſenti in fin. princ. hoc tit. in 6.* exceptis iis, quæ pertinent ad præſentationem laicorum quæ ſummus Pontifex vacantia apud ſedem non ſolet conferre. *gl. in c. 1. in verb. collatio hoc titul. in 6. atteſtans de vſu Curiæ, et ibi Monach. Archid. dicens quod Papa poteſt illud reſeruare ſi vult, Franc. num. 8. et Can.* Beneficia, quæ legati, aut nuncij ſedis Apoſtolicæ, vel quiuis alij ad Romanam Curiam venientes, vel ab ea recedentes obtinent, ſi eos in loco vicino Curiæ per duas dietas legales mori contingat: beneficia cuiuslibet Curialis, qui etiam eccleſia Romana vacante, peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu quauis alia cauſa ad locum Curiæ vicinum recedens, in huiuſmodi loco vicino, dummodo ibi, etiamſi erat ad ipſam Curiam reuerſurus, eius domicilium non exiſtat, moritur: beneficia Curialium, cum Curia de loco ad locũ transfertur, in itinere, dum Curiam ſequuntur, vel in loco, vnde ipſa receſſit Curia, in quo remanſerãt infirmi, quantumcumque locus à Curia ſit remotus, decedentium, *d. c. præſenti hoc tit. in 6.* Beneficia per Procuratorem reſignata in Curia, vacant in Curia, *Archid. in d. c. 2. ſub num. 1. in verb. apud ſedem Franc. num. 7. et Can. Put. dec. 38. in fin. lib. 2.* & ex aliquorum opinione ſunt reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iuris: *Ferret. conſ. 93. nu. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 47. num. 29. & ſeqq. vol. 4. dixi ſupra tit. de renunc.* Sed verior eſt opinio, quod non ſint reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iuris. *Put. deciſ. 38. lib. 2. Sarn. in reg. de trienn. quæſt. 31. num. 1. Pariſ. de reſign. benef. lib. 9. quæſt. 14. nu. 6. Couar. pract. quæſt. cap. 36. ſub nu. 4. verſ. cæterum ad hanc Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 13. nu. 29. 42. & 48.* Duobus in Curia Romana ſuper beneficio ſibi collato litigantibus, ſi ambos, vel alterum eorum in eadem Curia, vel extra eam mori contingat, vbi beneficium vacet, & ad quem ſpectat collatio, *vide clem. primam, vt lit. pend. &c.* quam explicat Io. Andr. *in c. dudum el 2. nu. 14. de elect.* Alias ſeptem reſeruationes clauſas in corpore iuris recenſet *Sarn. in reg. de triennali quæſt. 31. num. 13. verſ. prima eſt.* Beneficia omnia vacantia apud ſedem dicuntur vacare in Curia; *c. 2. hoc tit. in 6. vbi in princ. dicit apud ſedem & poſtea in fine dicit in Romana Curia c. ſtatutum, & c. præſenti hoc tit. in 6. Lap. alleg. 96. Couar. pract. quæſt. cap. 36. num. 4. verſ. cæterum ad hanc &c.* Quædam vacant † in 5
Curia, ſed non dicuntur vacare apud ſedem apoſtolicam,

Digitized by Google

ſtolicam, vt puta, reſeruata per extrauag. ex debito, de elect. & Extrauag. ad regimen hoc tit. inter communes, quæ licet vacent extra curiam dicuntur tamen vacare in curia, quia eorum diſpoſitio pertinet ad Curiam: Put. deciſ. 38. lib. 2. Pulchre Sarnen. in reg. de trien. quæſt. 31. in princ. Couar. d. c. 36. pract. queſt. ſub nu. 4. verſ. cæterum ad hanc &c. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 13. nu. 48.
6 & ſeqq. Effectus eſt notabilis, quia † poſſidens beneficium vacans apud ſedem apoſtolicam ex collatione ordinarij, non facit fructus ſuos, ſed tenetur ad reſtitutionem à tempore eorum occupationis, quia non debuit ignorare decretum iuris; c. dilecto, & ibi Panor. nu. 11. & Can. hoc tit. Felin. in c. de quarta num. 29. & 31. de præſcr. Rot. deciſ. 4. de reſt. ſpol. in nou. Sarn. in reg. de trien. quæſt. 31. in princ. c. qui contra iura de reg. iur. in 6. §. ſi quis à non Domino, & ibi not. Inſtit. de rer. diuiſ. Quod non procedit in poſſidente beneficium vacans in curia, quia præſumitur ignorantia decreti Extrauagantium, Felin. in c. paſtoralis nu. 4. & ibi Can. de fid. inſtr. Achill. de reſt. ſpol. deciſ. 13. Rot. deciſ. 3. nu. 4. de reſt. ſpol. in nou. Et non conſiderantur à iudicibus, niſi fuerint productæ: Caſſad. deciſ. 8. nu. 8. de conceſſ. præb. l. cum prolatis, & ibi Bart. & DD. ff. de re iud. c. paſtoralis, & ibi Zab. in princ. & Can. de fid. inſtr. Idem obtinet in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ habentibus decretum, ſed quandocumque in iudicio producta fuerint in ſecunda, aut tertia inſtantia, annullant omnia acta, ac ſententiam antea latam. Caſſad. deciſ. 12. per tot. ſuper reg. Canc. idem deciſ. 1. nu. 5. de reſt. ſpol. in antiquior. & per tot. c. ſi ſoli, & ibi gl. in verb. contra ipſam & Can. gl. in c. 1. in verb. & irritum de conceſſ. præb. in 6. Regulare eſt in omnibus, quod Papa conferendo beneficia vacantia apud ſedem, vel in Curia, non arctatur conſuetudine, vel ſtatuto inferioris in ipſo actu collationis, quia exequitur ius ſuum, Anch. in c. fin. in 1. not. de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 18. de reſcript. in antiq. &c. quodque indulta non cōprehendant vacantia in curia, & apud ſedem, niſi de iſta vacatione expreſſa mentio in indulto habeatur. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nou. & deciſ. 17. eod. in antiq. Simonet. de reſeru. quæſt. 73. num. 1. & quæſt. 83. nu. 4. Per obitum eius, qui ius habet ad
7 beneficium, non † inducitur vacatio beneficij, vt per obitum prouiſi in forma dignum. c. ſi capitulo, & ibi gl. in verb. affectum, & Can. de conc. præb. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 15. §. 2. per tot. Pariſ. de reſig. lib. 2. quæſt. 23. ſed vacat vt prius.

Modi vacationum † plures ſunt. Primo va- 8
cant per obitum eius, cui facta eſt collatio in forma gratioſa, ſupplicatione ſignata, ſibique in Cancellaria Apoſtolica relaxata, qui literas non expediuit, quia ſola ſupplicatio ſignata perficit gratiam, & in beneficialibus ius tranſit per ſolam collationem non apprehenſa poſſeſſione, c. fin. in fin. de conceſſ. præb. in 6. Rot. deciſ. 87. nu. 4. de reſer. in antiq. Caſſad. deciſ. 4. nu. 2. & 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Sarn. in 1. quæſt. reg. de non iud. iuxt. for. ſupp. nu. 12. & 13. aſſerens deciſionem Bellam. 644. hodie in practica non ſeruari. ſupplicatio ſignata non tribuit ius ante quam relaxetur in Cancellaria, Sarn. in reg. de iur. quæſt. non toll. quæſt. 2. in fin. ante huiuſmodi relaxationem beneficium vacat, ſi contingat illum mori, vt prius, daturque gratia adhuc per obitum, ſi vacauerit per obitum. Idem obtinet, quando ſupplicatio expedita fuit in forma dignum, ac prouiſo in Cancellaria relaxata, aut etiam deſuper fuerunt literæ Apoſtolicæ expeditæ, & contingat, verbi gratia, aut ipſum reſignantem, aut prouiſum mori ante habitam collationem, quia vacat, vt prius: nam per obitum reſignantis non vacat, quia per reſignationem, amiſit titulum, & poſſeſſionem, & ex perſona prouiſi vacare non poteſt, cum ei non fuerit ante collationem, plenum ius quæſitum in beneficio, Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 12. §. 2. in princ. & num. 56. Garc. de beneſ. part. 2. cap. 1. num. 130. & ſeqq. & part. 4. cap. 3. nu. 56. & 60. Card. Seraph. deciſ. 1446. num. 3. ſed vacat per reſignationem in manibus Papæ factam; Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 15. §. 2. num. 56. Item vacant per obitum poſſeſ-
ſoris, ſiue † obtinentis, c. ſuſceptum de reſcr. in 6. cap. 9
præſenti hoc tit. in 6. Quæcumque & qualiacumque ſint beneficia, c. dudum & ibi gl. 1. & Can. de præb. in 6. cap. fin. in princ. ibi, & alijs quibuſcumque beneficijs, & §. fin. de conceſſ. præb. in 6. necnon canonicatus in Eccleſia, in qua canonicorum, non autem portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio habetur, quantoque inter pauciores diuiduntur prouentus, tanto maiores fieri poſſunt ſingulorum percipientium portiones, quales portiones habent ſe inſtar præbendarum, d. c. fin. §. præſenti, & ibi Anch. in 8. not. & ibi Franc. in §. in illis in fin. qui eas diſtinguit in Conſecutiuas, & priuilegiatas, & Can. communiter de conceſſ. præb.

in 6. Pan. in cap. de catero ſub num. 3. in gl. de communitatis ſibi beneficio, de cler. non reſid. cap. ſtatuimus & ibi poſt gl. pen. mag. Can. de maior. & obed. exceptis certis caſibus, in quibus beneficium non vacat per obitum clerici, ſcilicet quando annihilatur, *cap. cum acceſſiſſent de conſtit.* Quando Eccleſia non eſt numerata, & in ea non eſt certus canonicorum numerus, nec ſunt diſtinctæ præbendæ, quia nulla etiam vacante, in canonicum quis poteſt aſſumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur, & cum electo in canonicum naſcitur, & deficit cum defuncto, *c. dilecto §. præterea hoc tit. c. ex parte de conceſſ. præbend. §. tandem.* Aut quando quis beneficiatur, de menſa capituli, vel prælati, quia poſt mortem talis clerici reuertitur ad menſam capituli, vel prælati talis portio, ſicut & vſusfructus conſolidatur proprietati poſt mortem vſufructuarij, *cap. cum conſtit. de pignor. §. fin. in fin. Inſt. de vſuf. Abb. antiq. in d. c. cum acceſſiſſent, in verbo cum vacauerit de Conſtit.*

10 Probatur obitus † per publicam vocem & famam, per vnicum teſtem, quia agitur de modico præiudicio, *gl. 1 in l. ſiquidem C. ſol matr. & ibi DD. Bart. in l. 2. §. ſi dubitatur num 1. & 3 ff. quem. teſt. ap. Put. deciſ. 265. in fin. lib. 3. Mohed. deciſ. 1. de prob.* Limita primo, quia tempus obitus de menſe apoſtolico non probatur per publicam vocem, vel famam, etiamſi concurrat præſumptio excluſiua delicti, ac alia validitatis actus, ſed debet concludenter probari, quia agitur de præiudicio ordinarij, *Put. deciſ 265. per tot. vol. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 46. num 3. part. 2. l. matrem C. de probat. l. cum actum, & ibi gloſſ. fin. ff. de neglig. geſt.* Niſi obitus contigerit in mari, quia in his quæ ſunt difficilis probationis, fama ſola facit plenam fidem, *c. quoniam frequenter §. porro verſ. ſi autem de Carnali, & ibi gl. in verbo præſumatur, vt lit. non conteſt. & c. & ibi Can. l. qui ex liberis, & ibi gloſſ. 1. & Doct. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. Iaſ. in l. cum ea quæ n. 5. & 6. C. de tranſact. Rot. diuerſ. deciſ. 53. per tot part. 2.* Sed & ſufficiens eſt probatio, ſi duo teſtes probent annum obitus, non autem diem, nec menſem, & duo alij probent menſem, ſed non annum, *Creſc. deciſ. 3. de prob. c. cum tu de teſt. & ibi Can. l. vbi numerus ff. de teſtib.* quæ dicta teſtium ſunt coniungenda. Limita ſecundo, quādo obitus eſt poſitus ſub cōditione. *l. Lucius ff. de cōd. & demōſt. & ibi DD. Fel. in rubr. de prob. n. 3. & ibi Doct. dictum eſt ſupra tit. de pro. in pr. Rot. dec. 9. n. 20. pa. 2. diuerſ.*

Secundo, per reſignationem, ſeu † renunciationem, de quo ſuo dictum eſt loco. 11

Tertio, per permutationem, de † qua ſuo loco dicetur. 12

Quarto, per promotionem † ad cathedralem Eccleſiam penſiones extinguuntur de ſtylo Curiæ, *Rot. deciſ. 233. num. 1. part. 1. diuerſ. Gig. de penſion. quæſt 56. ſub num. 4.* Reſeruatæ promoto ad eam, ac beneficia eius, alia ſententia non requiſita, vacant, poſtquam conſecratus extiterit, & pacificam adminiſtrationem habuerit, vel per eum ſteterit, quo minus eam aſſequeretur, aut decurſo tempore de conſecrandis epiſcopis à canonibus definito, *cap. cum in cunctis §. cum vero de elect. et ibi Pan. nu 3. Garc. de benef. part. 11. cap. 6. in princ. & numer. 5. plures cumulans, & num. 11. & ſeqq.* Quod ſi promotus ad epiſcopatum facit ſe ſtatim conſecrari, non expectatur tempus trium menſium, vt vacent priora beneficia, ſed ſtatim conferri poſſunt, quia plene tranſlatus dicitur, *gl. in d. c. cum in cunctis, §. cum vero in verbo ad quem ſpectant, & ibi Panormit. num. 6. & Can. dictum eſt in tit. de elect.* Interim conferri non poſſunt, *c. poſt electionem, & ibi gl. 1. de conceſſ. præbend. & Canon.* Quia ante conſecrationem non dicitur pleno iure habere eccleſiam, cum adhuc tempore conſecrationis poſſit excipi contra ipſum, *c. ſuper his de accu.* Poſt conſecrationem non poteſt repelli, niſi per accuſationem directam, *d. c. ſuper his c. qualiter & quando de accuſ. gl. in d. c. cum in cunctis §. cum vero in verbo ad quem ſpectant. & ibi Can.* Quinimo poſt conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus epiſcopatus non percipiat promotus, quia ex cauſa certo tempore alteri debeantur, priora eius beneficia alteri conferri non poterunt, *gl. in c. ſi tibi conceſſo, in verbo vacare hoc tit. in 6. & ibi Can.* In Curia Romana contrarium practicatur, quia beneficia promoti ad Cathedralem, & ibidem conſecrati, ſtatim conferuntur ante adeptam poſſeſſionem epiſcopatus, *Panorm. in d. c. cum in cunctis §. cum vero n. 3 in fin. Rom. Conſ. 345. ſub num 17.* Immo in Curia videtur introductum, vt vacent per promotionem, quia hodie propter reſeruationes ſummorum Pontificum ceſſant electiones, præterquam in Germania, & Papa prouidet ex officio ſuo, vnde illa prouiſio cum pronunciat aliquem Epiſcopum, habet vim electionis, & confirmationis, ſicut collatio beneficiorum, *cap. cum olim. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Vel

quia eo

Digitized by Google

quia eo ipſo, quod Papa aliquem promouet ad
epiſcopatum, decernit beneficia vacare, *Rot. diu.*
deciſ 233. num. 1. part. 1. cap. cum in cunctis §. cum vero
& ibi Pan. num. 3. de elect. Imol. in c. ex ore n. 21. de iis,
quæ fi. à ma. part. cap. Garc. de benef. part. 11. cap. 6. n. 6.
& 9 & ſeqq. & vacant data ſcientia, & expreſſo
conſenſo promoti, nec ſufficit conſenſus tacitus,
Put. deciſ. 15. hoc tit. c. ſi tibi abſenti in princ. & ibi gloſſ.
in verbo habueritis hoc tit. in 6. & Can. l. qui abſenti ff.
de acquir. poſſeſ. & ibi Doct. Promoto aliquando
14 datur retentio † penſionum per viam remotio-
nis ſtyli, & obſtaculorum, quæ poſſent impedire,
quominus penſiones poſſit retinere, *Rot. diuerſ.*
deciſ 233 nu. 21. & ſeqq. & num. 27. & ſeqq. Lamb. de
iurepatr. 3. part. 2. lib. quæſt. 9. art. 19 prope fin. Felin. in
tract. quan. lit. ap. noc. patr. eccl. in 5. limit. Staph. de lit.
grat. tit. de mod. & for. impetr. §. quarto principaliter
num. 8. Quia iure communi penſiones ſunt com-
patibiles cum epiſcopatu; *Card. in Clem. 1. §. eadem*
num. 5 de ſuppl. neglig. prel. In qua debet fieri men-
tio omnium qualitatum, ac facultatis transfe-
rendi, qualis requiritur in impetratione. *Caputaq.*
deciſ. 303 part. 2. c. non poteſt, & ibi gl. in verbo modi-
cum hoc tit. in 6. & ibi Gemin. & Can. c. 2. de fil. presb.
& c. in 6. & ibi Can. Datur præterea retentio bene-
15 ficiorum † per viam diſpenſationis, in qua etiam
debet fieri mentio omnium qualitatum, iuris pa-
tronatus, ac iuris præſentandi ſpectantis ad lai-
cum, *late Rot. deciſ. 21. hoc tit. in nou. c. vnico, & ibi gl.*
in verbo collationem Can. de rer. permut. in 6. Clem.
vnica & ibi gloſſ. in verbo conferantur de rer. permut. c.
ad hæc in fin. de off. archid. & ibi gl. alleg. concord. Com.
pract. quæſt. cap 36. nu. 12. Non ſuffragantur literis
non expeditis propter regulam Cancellariæ;
nulli ſuffragatur diſpenſatio niſi literis expeditis,
Put. deciſ. 18. de penſ. reg. Cancell. 52. Bald. in l. huma-
num in fine C. de legib. Felin. in c. eam te ſub num. 3. de
reſcript. Neque permutanti Cathedralem eccle-
ſiam, ſed requiritur noua diſpenſatio, *Put. deciſ. 1.*
de diſpenſ. quæ reuocat. deciſ. eiuſd. 319. lib. 1. contra-
riam. c. non poteſt 2. reſp. hoc tit. in 6. & ibi gl. & Can.
Niſi dictum fuerit, quod ea, quoad vixerit, vna
cum eccleſia, cui poteſt, vel alia quacumque me-
tropolitana, ſeu cathedrali, ad quam ipſum tranſ-
ferri contigerit &c. poſſit retinere, *Mandoſ. de ſig.*
grat. tit. diſpenſatio ſuper retent. propter promotionem
16 *verſ. Contrarium.* Beneficia epiſcopi † titularis cu-
ius eccleſia populo chriſtiano, ac clerico caret,
Clem. in pleriſque de elect. non vacant per promo-
tionem, *Garſ. de benef. part. 11. cap. 6. n. 24. Mand. de*
ſign. grat. tit. diſpenſ. ſuper retent. propt. promot. verſ. an
beneficia Epiſcopi ſæcularis &c. Idem in reg. 26. de benef.
vacant. per promot. quæſt. 4. per totam. & retentio
beneficiorum conceſſa ſuffragatur illi literis non
expeditis, quamuis de ſtylo teneatur ſoluere an-
natam pro huiuſmodi retentione, *Achil. deciſ. 2. de*
elect. Put. deciſ. 18. de penſ. Panormit. in cap. cum in
cunctis, §. cum vero ſub n. 6. de elect. & ibi Canon. Rom.
Conſ. 335. in princ. & num. ſeqq. Officio Prothono-
tariatus, Clericatus Cameræ, &c. non vacant per
promotionem, *Achil. deciſ. 1. de elect. c. cum in cunctis*
§. cum vero, ibi beneficia quæ habebat, de elect. Benefi-
cia aſſumpti ad ſummi † apoſtolatus apicem non 17
vacant ipſo iure per huiuſmodi aſſumptionem
ſed quando poſtea Papa decernit illa vacare.
Mandoſ. de ſign. grat. tit. diſpenſatio ſuper retent. propt.
promot. verſ. archiepiſcopatus. Beneficia curata, &
dignitates † vacant per promotionem ad Cardi- 18
nalatum, *Put. deciſ. 2. de diſpenſ. Panormi. in c. Eccleſia*
veſtra 2. numer. 3. & ibi Canon. de elect. Reliqua non
vacant, *Panormit. in d. c. Eccleſia veſtra numer. 3. Put.*
deciſ. 18. hoc titul. & deciſ. 428. lib. 2. Niſi ſint valo-
ris annui infra ducentos ducatos, vt ſupra di-
ctum fuit.

Quinto, per † aſſecutionem, ſiue adeptionem 19
ſecundi beneficij, incompatibilis, vacat ipſo iure
primum ſimile, *c. de multa, & Extrauag. Io. 22. hoc*
tit. c. dudum el 2. in princip. de elect. late Boick. in d. c. de
multa. Poſtquam habuit vacuam, & liberam poſ-
ſeſſionem pacificam de facto, licet non de iure,
Archid. in c. licet in verbo pacificam hoc tit. in 6. & ibi
Franc. & Can. Pan. in c. cum noſtris, nu. 6. de conceſſ.
præb. Sed abſque lite, *Caſſad. deciſ. 9. n. 1. de cauſ. poſſ.*
& propr. & deciſ. 6. num. 15. ſuper reg. Cancell. dicens
deciſionem 3. de cauſ. poſſeſ. & propr. in antiq. non ſer-
uari in pract. add. ad deciſ. Rot. 3. hoc tit. in nou. omnino
vidend. c. commiſſo, & ibi gl in verbo pacificam de elect.
in 6. & ibi Ioannes Andreas Archid. & Can. Tituli
beneficij, *Vital. in Clem. ſi plures n. 63. & ſeq. hoc tit.*
gl. in c. commiſſa, in verbo pacificam & ibi Can de elect.
in 6. gl. in Clem. gratia in verbo pacifice, & ibi gl. addit.
de reſcript. Secundi, vel per eum ſtetit, quominus
haberet eamdem, *Clem. gratia, & ibi gloſſ. in verbo*
pacifice & Doct. de reſcript. Clem. ſi plures hoc tit. c. licet
Epiſcopus eod. in 6. c. commiſſa, & ibi gl. & DD. de elect.
in 6. d. c. de multa, & ibi Panormit. num. 16 & Can.
Cum fructuum quaſi omnium perceptiōne,
Panormit. in c. cum in cunctis, §. cum vero ſub nu. 4. de

Digitized by Google

electi. & Can. Vital. in d. Clem. ſi plures numer. 64. & Can. de præb. Garz. de beneſ. part. xj. cap. 5. numer. 42. & ſeqq. & §. 1. num. 100. & ſeqq. vſque ad fin. & amittit ipſo iure titulum & poſſeſſionem primi, Extrauag. Ioan. 22. Execrabilis §. quia vero deincepſ, & ibi gl. in verbo ipſo iure. & verbo dimittere de præb. cap. ordinarij, & ibi gl. in verbo libere, Archid. n. 3. & Can. de off. ord. in 6. c. quarto, ſeſſ. 7. c. de multa de præbend. Immo in primo, cenſetur intruſus, c. dudum el 2. verſ. in ſuæ quoque, & ibi nullatenus pertinebat. Pan. in 6. not. & Can. de elect. Ac fructuum eius furtum committit, vel rapinam, d. c. dudum el 2. verſ. & retinendo Pan. in 5. not. & Can. Rot. diu. dec. 24. par. 2. Qui non poſſunt, aut debent ei ſolui, gloſſ. fin in c. ex inſinuatione de proc. & ibi Can. Rot. deciſ. 1. n. 6 & 7. de reſt. ſpol. in nou. Sed tantum ei cui fructus vacante beneficio debentur, Hoied. de beneſ. incompat. part 1. cap. 13. n. 59. & num. 66. Tiraq. l. ſi nunquam in verbo reuertatur num. 365. & ſeqq. Etiam ante ſententiam declaratoriam, Anchar. in c. ad apoſtolica in 20. notab. de ſent. & re iud. Sed ſi non poteſt habere fructus ſecundi beneficij, quia ex priuilegio debentur alij ad tempus, c. ſi tibi conceſſo hoc tit. in 6. c. licet Epiſcopus, & ibi gl. fin. hoc tit. in 6. c. commiſſa, & ibi gl. in verbo pacificam de elect. in 6. Capra reg. 90. num. 64. Rot. deciſ. 2. de priuil. in antiq. Vital. in d. Clem. ſi plures nu. 60. Non vacat primum vel ſibi mouetur lis ſuper fructibus ſecundi, Vital. in d. Clem. ſi plures num. 63. & ſeqq. hoc tit. Ac decurſo tempore, & finita lite non tenetur reſtituere fructus perceptos ex priori, quia interim prioris ſubit onera, Vital. in d. Clem. ſi plures ſub n. 66. Sed & hoc caſu habens primum, & ſecundum non poteſt durante tempore priuilegij, vel litis poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, dimittere ſecundum ſolo primo retento, quia primum retinet ad tempus ex diſpenſatione, c. ſi tibi conceſſo hoc tit. in 6. & ſic in eo non habet verum titulum, ſed in ſecundo, quod perpetuum habet, Ioan. Andr. in d. c. ſi tibi conceſſo in gl. ſuper verbo vacare, et ibi Franc. num. 2. et Can. communiter de præbend. in 6. Ideo ſi beneficium ſecundum ſit litigioſum, aut eius fructus ad tempus non percipit, non vacat primum, donec pacificus ſecundi poſſeſſor ſit, & ex eo fructus percipiat: ſi autem ſecundum pacifice poſſederit, vacat prius etiamſi ſit litigioſum, Innocent. in c. in noſtra ſub num. 3. et ibi Can. de reſcr. Nauar. Conſ. 14. n. 1. de præb. Clem. gratia de reſcript. et ibi gl. et Can. Garz. de beneſ. par. xj. c. 5. §. 1. num. 107.

Immo ſi obtento titulo vnius talis beneficij abſque poſſeſſione, accipiat ſecundum ſimile litigioſum, & antequam incipiat eſſe pacificus poſſeſſor ſecundi, accipiat poſſeſſionem pacificam primi, non ideo amittit ſecundum litigioſum, Naua. conſ. 14. hoc tit. Zab. in Clem. gratia n. 17. quæſt. de reſcript. et ibi Vital. nu. 40. et 43. et ſeqq. Garc. de beneſ. part. 11. cap. 5. §. 1. num. 107. et ſeq. Idem vacat primum ſimile, quando quis vi, aut ſcienter iniuſte ſe intruſit in ſecundum beneficium incompatibile, c. cum qui hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 366. in antiq. quæ eſt deciſ. 15. de probat. in antiq. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. Gratia quoque ad beneficium incompatibile obtinendum vacat per acquiſitionem ſecundi ſimilis, Panormit. in c. fin. numer. 6. de cleric. non reſiden. per Clem. gratia de reſcript. Pacifica poſſeſſio eſt, quæ non turbatur, Archil. in c. commiſſa in gl. ſuper verbo pacificam Gemin. in §. annus numer. 2. Ioannes Andreas et Canonic. de elect. in 6. In limitibus legitimæ poſſeſſionis, id eſt, ſi infra duos menſes lis non ſuperueniat, Caſſad. deciſ. 9. num. 1. et 2. de cauſ. poſſeſſ. et propr. Alph. Hoied. de beneſ. incomp. par. 1. cap. 18. numer. 80. Garc. de beneſ. part. xj. cap. 5. §. 1. numer. 110. et plurib. ſeqq. Ioannes Andreas in c. ſi tibi Conceſſo hoc tit. in 6. in gl. fin. et numer 5. et 6. late Sar. in reg. de trien. quæſt. 53. in princip. Incompatibilia
cenſentur † plures metropolitanæ, ſeu cathedra- 20
les eccleſiæ, c. nemo ſeſſ. 7. Monaſteria etiam monialium, cap. abbatiſſa §. duobus ſeſſ. 25. de regul. Beneficia curata actu, & exercitio, ſed ſi vnum beneficium eſt curatum in habitu, & potentia, & aliud eſt curatum in actu, tunc ex quo ambo non ſunt in actu curata, poteſt quis retinere illa duo beneficia, donec alterum reducatur ad actum, cap. paſtoralis 7. quæſt. 1. c. licet canon, et ibi gl. in verbo parochialis Eccleſia, de elect. in 6. Duenn. in reg. 71 in 4. fall. plures cumulans Panormit. in cap. de multa num. 24. hoc tit. Gregor. 15. deciſ 179. num. 2 et ſeqq. dignitas, perſonatus, d. c. de multa, d. c. dudum el 2. verſ. ſed cum in iure conſeſſus, et ibi gl. in verbo idem, et vtrobiq. Can. c. inferiora ſeſſ. 7. Officia perpetua etiam non curata, c. 1. de conſuet. in 6. et ibi Can. Vicaria perpetua eccleſiæ, parochialis, Clemen. vnica de off. vicar. Prioratus conuentuales, vel curati; necnon beneficia manualia, ſeu ad nutum amouibilia, quæ dantur in titulum cum aptitudine ſint perpetua, c. cum ſingula et ibi gl. in verbo ineligibilis hoc tit. in 6. Franc. numer. 2. in fin. Gemin. numer. 8. & 9. & Can. Officia vero & dignitates, quæ confe-

runtur,

Digitized by Google

runtur; aut dantur in adminiſtrationem ad certum tempus, non inducunt incompatibilitatem, Imol. in Clem. et ſi principalis numer. 21. de reſcript. Garc. de beneſ. parc. xj. cap. 5. §. 1. numer. 181. Cardinalatus abſque diſpenſatione retentionis cum prioratu, aut alio inferiore beneficio curato, aut habente dignitatem, Put. deciſ. 428. lib. 2. Pan. in c. eccleſia veſtra el 2. num. 15. & ſeq. de elect. Collect. in c. fin. num. 2. de conceſſ. præb. licet dicat contrarium ſeruari, & ex conſtitutione Concilij Tridentini canonicatus, & portiones in cathedralibus & collegiatis eccleſijs, cap. 12. §. præterea obtinentibus ſeſſ. 24. necnon quæcumque ſimplicia beneficia requirentia perſonalem reſidentiam, c. quicumque ſeſſ. 7. fuſe Garc. de beneſ. par. 11. cap. 1. num. 76. & 79. vſque ad fin. præciſam, ſimplicem, & continuam ſub priuatione tituli ex fundatione, ſtatuto, vel cōſuetudine, ſecus ſi requirant reſidentiam temporalem, & certis diebus dumtaxar, c. fin. de cler. non reſid. & ibi Innoc. in fin. Imol. ſub num. 13. & Can. Gonz. ſuper reg. Cancel. de menſ. & alter glo. 15. n. 17. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 129. num. 5. Butr. in c. de multa num. 36. hoc tit. quorum receptio, & retentio iure decretalium non inducit vacationem, aut priuationem ipſo iure, Pan. in c. cum in cunctis §. cum vero num. 9. in fin. de elect. & in c. fin. num. 4. 5. 6. de cler. non reſid. c. eam te, & ibi Panor. nume. 8. Butr. num. 7. de æt. qual. & ord. præfic. c referente, & ibi Pan. num. 3. Butr. num. 11. Imol. in gloſſ. fin. hoc tit. Capra reg. 90. num. 112. & 113. vnde ſi habens perſonatum recipit dignitatem, vel officium perpetuum, aut etiam beneficium curatum, ipſo iure vacat primũ, & è conuerſo, d. c. de multa, per aſſecutionem parochialis vacat canonicatus primo obtentus in collegiata eccleſia, Card. Seraph. deciſ. 1256. licet Rot. diuerſ. deciſ. 483. & 484. par. 1. numer. 4. dicat c. 4. ſeſſ. 7. nihil de nouo addere, à quibus fuit receſſum, per adeptionem ſecundi canonicatus vacat canonicatus primo obtentus, per adeptionem ſecundi beneficij ſimplicis perſonalem reſidentiã requirentis, vacat primum conſimile, c. quicumq; ſeſſ. 7. Alph. Hoieda de beneſ. in comp. par. 1. cap. 17. per adeptionem beneficij ſimplicis etiam perſonalem reſidentiam non requirentis, ſufficientis ad congruam beneficiati ſuſtentationem, vacat primum ſimplex ſimile ſufficiens: Hoied. de beneſ. in comp. part. 1. cap. 19. gl. pen. in c. dudum el 2. de elect. late Garz. de beneſ. par. 11. cap. 5. §. 3. per totum, (ſed per adeptionem dignitatum, vel aliorum beneficiorum non vacat epiſcopatus, c. cum noſtris de conceſſ. præb. Rebuff. in tract. concord. vt de mand. Apoſt. §. ſtatuimus, verſ. nota tamen, Garz. de beneſ. par. xj cap. 6. num. 43. quia epiſcopus ſine Papæ conſenſu epiſcopatum non poteſt dimittere. cap. inter cap. fin. de translat. epiſcop.) quando ſecundi poſſeſſio capta fuit à procuratore habente ſpeciale mandatum, quia generale mandatum, etiamſi vim ſpecialis poſſit obtinere, intelligitur datum ad capiendam poſſeſſionem in caſu licito, non autem in caſu illicito: l. ſi procurator verſ. celſus ff. de cond. indeb. l. 3. §. ſi procurator ff. quod quiſq; iur. l. e. Lucius §. Imperator ff. ad Trebell. Rot. diuerſ. deciſ. 718. par. 1. Quando beneficia ſimplicia requirunt reſidentiam non continuam, ſed ad tempus, puta, trium menſium, aut requirunt continuam reſidentiam non ſimpliciter, ſed cauſatiue, vt quia inducunt priuationem fructuum, niſi reſideatur, tunc per aſſecutionem ſecundi, non inducitur vacatio primi, quia neutro caſu titulo priuari poteſt, Ioan. Andr. in c. fin. numer. 6. de cler. non reſid. & ibi Can. Capra concluſ. 90. numer. 100. & ſeq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 15. num. 19. 20. & ſeqq. Archid. in c. clericus num. 4. 21. quæſt. 1. Put. deciſ. 431. libr. 1. Item duo beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirentia, quorum vtrumque ſimul ſufficiens eſt ad vitam beneficiati honeſte ſuſtentandam, non ſunt incompatibilia, c. cum eccleſiaſticus ſeſſ. 24. Differunt † tamen cap. de multa, [illegible] extrauag. execrabilis, & c. quicumque Concilij Tridentini ſeſſ. 7. quia per c. de multa vacat primum ipſo iure, ſed retinet ſecundum, niſi vtrumque retinere contenderit in iure contentioſo vſque ad litem conteſtatam, quia tunc etiam ſecundo ſpoliandus eſt: d. c. de multa, & ibi gloſſ. in verb. contenderit, & Can. per extrauag. execrabilis. diſponitur plus in hoc, quia conſecutus ſecundi pacificam poſſeſſionem, tenetur renunçiare primo, quo ipſo iure priuatus noſcitur, & illud dimittere abſq; moræ diſpendio verbo & facto in manibus ordinarij, ſub teſtimonio publico, alias ſecundo priuatur ipſo iure propter incompatibilitatem, & vtriuſque prouiſio remanet ſedi Apoſtolicæ reſeruata, Extrauag. Ioan. 22. execrabilis §. qui vero deinceps §. quæ omnia de præb. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alter. gloſſ. 51. num. 38. Pariſ. de reſig. lib. 2. quæſt. 16. num. 22. vel poſteriora tantum, quæ propter indebitam retentionem prioris vacant, per dictam extrauag. ſunt reſeruata, & non prius obtentum,

gl. ind.

Digitized by Google

gl. in d. extrauag. execrabilis, §. quæ omnia in verb. vt præmittitur per d.c. de multa §. 10. quoque Garſ. de beneſ. par. xj. cap. 5. num. 45. & ſeqq. & eſt inhabilis ad ordines eccleſiaſticos ſacros, & quæcumque eccleſiaſtica beneficia obtinenda, non obtenta: *Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de conſtit. gl. in clem. 1. §. ipſius in verb. obtinendis de pœn. & ibi Can. Pan. in Clem. 2. num. 3. de pœn.* Sed gloſ. in extrauag. Ioan. 22. §. *porro in verb. quæcunque,* dicit illum inhabilitari ad quæcunque nedum ſimilia non dimiſſis imo etiam diſſimilia, & inferiora etiam ſimplicia beneficia, ac illa quæ alias præcedente diſpenſatione legitime poterant retineri, ad quæ dimittenda nullatenus arctabatur propter vniuerſale verbũ *quæcunque*, idem repetit in ſeq. §. *qui vero in verb. quæcunque*, remiſſiue & habet tantum locum in recipiente dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens, qui antea ſimile beneficium obtinebat. *d. Extrau. Execrabilis §. qui vero deinceps, d.c. de multa Garſ. de beneſ. par. 11. cap. 5. nu. 30. & ſeqq. Cap. quicunque ſeſſ. 7.* generalius eſt, & per receptionem ſecundi quouis modo incompatibilis inducit vacationem primi, & per ſimultaneam retentionem ipſorum beneficiorum priuationem ipſo iure, nullam vero inhabilitatem, ſed excludit præſumptam diſpenſationem, quæ ex poſſeſſione triennali inſurgit per regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſore iuxta doctrinam Sarnen. *in dicta regula, quæſt. 10. c. quocumque ibi, ipſo iure etiam præſentis canonis rigore ſeſſ. 7. qui geminatam inducit priuationem, & ampliat effectum c. eam te, & ibi Bald. nu. 3. de reſcript. l. Baliſta, & ibi poſt gl. DD ff. ad Trebell. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. tum quia c. cum eccleſiaſticus ibi vnum tantum beneficium, item nec tuta conſcientia &c. fructus retineant ſeſſ. 24. tollit dictas poſſeſſiones, quia ſunt nutritiuæ peccati, c. nouit. de iudic. c. literas §. nos autem de reſtit. ſpol. c. fin. de præſcript. Garz. de benefic. parte 11. cap. 5. §. 4. num. 379.*

22 Quando duo beneficia incompatibilia † concurrunt à principio in perſona vnius, forte vnum impetratum à ſede Apoſtolica, alterum abſenti, & ignoranti collatum à ſuo epiſcopo, tunc electione vnius aliud tollitur, *c. gratia de reſcript. in 6* Præfata locum habent, quando habenti vnum beneficium confertur aliud incompatibile cum primo, *gl. fin. in c. ordinarij de off. ord. in 6.* habenti
23 plura † beneficia incompatibilia non poteſt aliud incompatibile per ordinarios etiam legatum à latere, *Franc. in d.c. ordinarij §. in conferendis in pr. & ibi Can.* conferri, quam eis ſuper obtentis diſpenſatio euidenter ſufficiens] oſtendatur, & appareat per eamdem, quod is cui collatio eſt facienda, huiuſmodi beneficium retinere libere valeat cum obtentis, vel ſi ea omnia, quæ ſic obtinet, libere & ſponte reſignet, alias ſi prius obtenta non dimiſit, vltimi facta collatio nullius penitus eſt momenti: *c. ordinarij verſ. in conferendis de off. ord. in 6.* nam in habente triplex beneficium, non eſt titulus coloratus, *c. is cui in fin. hoc tit. in 6. Achill. dec. 1. de reſti. ſpol.* Verum per acceptationem vltimi non perdit prima obtenta, imo illa retinet, ſi ſano vſus conſilio, videns collationem vltimi non valere, ipſius poſſeſſionem non apprehendat, vt ſic humanitas iuſtæ plenitudinis non auferatur, *gloſſ. in clem. ſi plures in verb. vacare circa fin. hoc tit. & ibi Zab. num. 4. & canoniſtæ communiter.* Si vero poſſeſſionem huius vltimi apprehendit, licet talis poſſeſſio ſit vitioſa, tamẽ poſt adeptam pacificam poſſeſſionem huiuſmodi vltimo collati beneficij, vacant prima omnia, *Clem. ſi plures. hoc tit. Franc. in d §. in conferendis num. 2.* & eſt ineligibilis, & inhabilis non ſolum ad maiores dignitates, puta epiſcopatum, ſed etiam ad minores puta Archidiaconatum, Canoniam, & minora beneficia *c. dudum el 2. & ibi Butr. num. 17. Pan. numer. 22. & 23. de elect.* & alius citra Papam non poteſt cum eo diſpenſare, quia canones reddunt eum inhabilem, & nullam faciunt de diſpenſatione mentionem, *Pan. in c. dudum el 2. num. 23. de elect. per cap. dilectus de temp. ordin.* Diſpenſatus ad tria, quæ fuit aſſecutus, poſtea obtinuit diſpenſationem ad quæcumque & qualiacumque beneficia ad annum, & fuit aſſecutus quartum, quod retinuit vltra annum, propter huiuſmodi retentionem quarti vltra tempus diſpenſationis, vacat tantum quartum, & non priora, quia *d. c. ordinarij, d.c. de multa, & d. clem. ſi plures,* procedunt in eo, qui à principio aſſequitur ſine diſpenſatione incompatibile, & habet malum initium, ſed hic diſpenſatus habet bonum initium, & licet quartum poſt lapſum temporis in diſpenſatione præſcripti retinuerit, non eſt caſus à iure conſideratus, ita quod incidat in priuationem obtẽtorum, quæ non venit imponenda, niſi in iure reperiatur expreſſe impoſita, *c. fin. & ibi Panormit. numer. 8. de iure par. & Can. Alex. in l. etiam §. licet num. 7. ff. ſol. matr. Garz. de beneſ. part. 11. cap. 5. §. 1. numer. 180.*

Idem

Digitized by Google

24 Idem iuris eſt in beneficijs † regularibus, incom-
patibilibus nam religioſus habens prioratum ſi-
ne cura, vel eccleſiam curatam, etiamſi eadem
cura non per ipſum, ſed presbyterum ad eius præ-
ſentationem per epiſcopum inſtitutum habeat
exerceri, ſi ſecundum curatũ, vel prioratum reci-
piat, ipſo iure vacat primus, quem ſtatim omnino
dimittere tenetur, quod niſi fecerit ex tunc eo ip-
ſo efficitur ineligibilis, & ab vtroque penitus re-
pellitur. *c. cum ſingula, & ibi gloß. in verb. prioratibus
hoc titul. in 6. & ibi Can. late Hoied. de benef. in comp.
par. 1. cap. 22.* ſiue huiuſmodi prioratus, aut eccle-
ſia curata perpetua ſint, ſiue manualia beneficia,
*Clem. vn. §. fin. & ibi gloſ. in verb. ſtatutum de ſuppl.
neglig. prælat. & ibi Can.* translatus quoque ad Ab-
batiam alterius Monaſterij eiuſdem ordinis, *cap.
cum ad monaſterium de elect.* perdit vocem & locũ
in priori monaſterio, etiamſi talia iura ab Abba-
te, & monachis prioris monaſterij ſibi fuerint re-
ſeruata: *c. conſtitutis de elect. c. monachum 20. qu. 4.
Lap. alleg. 116.* Idem obtinet in canonice tranſlato
ad Prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, officia,
vel locum monachicum alterius monaſterij, quia
nõ licet monachis habere locum in diuerſis mo-
naſterijs quorum vnum non dependet ab alio,
nec inuicem ſunt connexa: *c. cum ſingula §. prohi-
bemus de præb. in 6. c. fin. in fin. de relig. dom. cap. 1. §.
fin. verſ. niſi forſan de priuil. in 6.* Ex perceptione
fructuum duorum beneficiorum incompatibi-
lium nulla inducitur inhabilitas ad obtinendum
beneficium iuxta opinionem quam ſeruat Rota,
licet contrarium ſeruet Cancellaria *Greg. 15. deciſ.
13. num. 7. Rot. deciſ. 3. de except. in antiq.* Ex certis
25 cauſis poteſt quis † habere plures eccleſias, in-
compatibiles iure communi, quando vna depen-
det ab alia; *c. dudum 2. verſ. ſuggeſſit enim de elect. cap.
eam te, de æt. qual. & ord. præf. c. extirpandæ §. 1. hoc
tit. c. cum ſingula verſ. præſenti eod. in 6. gl. fin. in clem.
fin. hoc tit.* quando eccleſiæ inuicẽ ſunt connexæ,
d. c. cum ſingula verſ. 1. vel ſi habet vnam intitula-
tam, & alteram vnitam ad vitam, *Put. deciſ. 240.
lib. 1. atteſtans de Stylo Curiæ*, vel commendatam,
*d. c. dudum 2. verſ. ſuggeſſit, c. qui plures 21. q. 1. gloſ. in
ſumma 21. q. 1.* quia qui commendauit, poteſt re-
uocare quando vult, nam commendare nihil a-
liud eſt, quam deponere, *l. commendare ff. de verb.
ſignif. l. Lucius ff. depoſ. gl. in d. c. qui plures,* & com-
menda parochialis eccleſiæ nõ durat vltra ſeme-
ſtre tempus, *c. nemo deinceps de elect. in 6.* quando
talis extat conſuetudo, *c. ſi is cui verſ. non ſic hoc tit.
in 6. cap. 1. & ibi gloſſ. in verb. niſi vnicum & Can. de
conſuet. in 6. Achill. deciſ. 6. hoc tit. late Hoied. de be-
nef. incomp. par. 2. per plura capita,* in quibus caſibus
nullius diſpenſatio neceſſaria eſt, *d. c. cum ſingula,
& ibi gloſ. in verb. annexi, c. ſuper eo, hoc tit. in 6. nota-
tur in d. c. dudum 2. de elect. poſt gl. in verb. intitulatam
21. q. 1. in ſumma,* ideo licet diſpenſatus ad plura
beneficia incompatibilia, ſi diſpenſationem ſimi-
lem impetret ad alia incompatibilia obtinenda,
debeat primæ diſpenſationis mentionem facere,
alias ſecunda diſpenſatio eſſet ſubreptitia, *fin. de
fil. presb. in 6. Felin. in c. veniens num. 2. & ibi Pan. n.
14. de præſcript.* non tamen tenetur facere men-
tionem commendæ ad vitam, *Mohed. deciſ. 2. hoc
tit. atteſtans de Stylo Curiæ c. dudum & ibi gl. in verb.
intitulata & Can. de elect.* ſecundum iura decreta-
lium, quæ ſublata videntur circa commendam
per decretum Concilij Tridentini, quo quis pro-
hibetur plura curata, aut alias incompatibilia be-
neficia, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu com-
mendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine,
& titulo recipere, & retinere ſub pœna vacatio-
nis, & priuationis ipſo iure, vt dictum eſt, *c. qui-
cumque ſeſ. 7. cap. 17. §. hæc quoque ibi etiam com-
mendata ſeſ. 24.* quia commendæ noſtri tempo-
ris ſunt irreuocabiles, ex quo fiunt ad vtilitatem
perſonæ, non eccleſiæ: *Rot. diuerſ. deciſ. 791. nu. xj,
par. 1. Sarn. in reg. de public. q. 4. in princ.* Super plu-
ralitate beneficiorum † curatorum, prælatura- 26
rum, dignitatum, perſonatuum, & officiorum
diſpenſat ſolus Papa, *d. c. de multa & ibi gloſſ. fin. &
Can. d. c. cum ſingula verſ. 1. d. c. dudum 2. & ibi glo. in
verb. intitulatam & Can.* non legatus à latere, *Rot.
deciſ. 4. de off. leg. in nou. c. de multa in fin. hoc tit. &
ibi gl. fin. Pan. & Can. communiter.* neque epiſco-
pus quando diſpenſaret ſuper pluralitate curato-
rum, aut dignitatum, propter prærogatiuam per-
ſonæ, ſed propter neceſſitatem, & vtilitatem ec-
cleſiarum poteſt diſpenſare, *Io. And. in d. c. dudum
el 2. nu. 13. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in antiq.* ac propter te-
nuitatem eccleſiarum, *c. eam te in fin. de ætat. &
qualit. &c. c. vnic. verſ. fin. 10. quæſt. 3.* vel propter
penuriam clericorum; *cap. 1. in fin. 21. quæſt. 1. late
Hoied. de benef. incomp. par. 2. cap. 12. c. ſanctorum
& ibi gloſ. magiſt. 70. diſt.* ſuper pluralitate aliorum
beneficiorum, *d. c. dudum, & ibi gloſ. in verb. in titu-
latam in fin. & Can.* curati & præbendæ, cui an-
nexa eſt parochialis Eccleſia, *c. extirpandæ §. qui*

vero & ibi gloſſ. in verb. præbendam hoc tit. curati &c. & ſimplicium, *Pan. in d. c. de multa nu.* 19. plurium canonicaruum, *Archid. in c. clericus nu. 4. 21. quæſt. 1.*

27 Epiſcopus † poteſt diſpenſare in diuerſis eccleſijs ſuæ diœceſis, in diuerſis epiſcoparibus neceſſaria eſt vtriuſque epiſcopi diſpenſatio. *gl. in d. c. dudum, in verb. intitulatam in fin. Archid. in d. c. clericus nu. 4.* Præterea epiſcopus diſpenſat in eadem eccleſia ſuper pluralitate beneficiorũ difformium, vt dignitatis ſine præbenda, & canonicatus, *gl. fin. in c. ſuper eo hoc tit. in 6. Achill. deciſ. 6. hoc tit. Franc. in c. 1. nu. 7. de conſuet. in 6.* quia Rota tenet dignitatem, perſonatum, ac officium etiam ſine præbenda, & canonicatum in eadem eccleſia eſſe incompatibiles, quodque ex diſpenſatione Papæ, epiſcopi, vel conſuetudine retineri poſſunt, & non alias; *gloſ. in c. 1. in verb. niſi vnicum de conſuet. in 6. Achill. d. deciſ. 6. hoc tit. Put. deciſ. 189. lib. 3. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 11.* ita tamen vt diſpenſatus non ſit triplex, etiam ratione annexionis in eadem eccleſia, ſuper quo inferior à Papa non poteſt diſpenſare. *c. 1. de conſuet. in 6. Clem. fin. & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* Ex decretis Concilij Tridentini epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium perſonalem reſidentiam non requirens, quod ſufficit ad eius ſuſtentationem, non poteſt aliud ſimplex ſimile conferre. *c. cum Eccleſiaſticus ſeſſ. 24.* quia beneficiatus non eſt idoneus ad alia beneficia conſequenda, *c. ſuper inordinata hoc tit.* quod ſi primum ad vitam beneficiati honeſte ſuſtendandam non ſufficit, licet epiſcopo aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre, ſed ſi duo non ſufficerent, non poteſt conferre tertium ſimile abſque diſpenſatione apoſtolica. *d. c. cum eccleſiaſticus ſeſſ. 24. c. ic cui hoc tit. in 6. Hoied. de benef. incomp. par. 1. c. 21. Garz. de benef. par. 11. c. 5. §. 3. nu. 305. & 310. vſque ad fin. c. quia in tantum hoc tit. c. dudum el 2. in fin. de elect.* Dictumque *c. cum eccleſiaſticus*, abſtulit epiſcopis facultatem diſpenſandi per ſacros canones permiſſam in præallegatis caſibus; quia ſolus Papa poteſt diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum requirentium reſidentiam, aut vt quis habeat duo beneficia ſimplicia ſufficientia, & non epiſcopus aut legatus à latere, *Garc. de benef. par. 11. c. 5. §. 4. nu. 370. & ſeqq. per c. 17. ſeſſ. 24. c. quia in tantum hoc tit.* licet alij contradicant, vt canonum correctio euitetur. *l. præcipimus in fin. C. de appellat. c. de multa, & ibi gl. in verb. per ſedem apoſtolicam & Can. hoc tit. gl. 1. in l. ſecundum, verſ. ſecundo at hodie ſit correcta ff. qui ſatisd. cog. Iaſ. in auth. ex cauſa ſub nu. 7. in fin. C. de lib. præter. vel exhær.* Cætera difformia in eadem eccleſia ſunt compatibilia abſque diſpenſatione, vt dignitas & portio. *Put. deciſ. 227. lib. 3. Zab. conſ. 3. c. fin. §. in illo vero de conceſſ. præb. vel eccl. non vac. in 6.* Canonicatus & portio, *Put. deciſ. 24. hoc tit. c. 1. de conſuet. in 6. in fin. & ibi Can. Pan. in c. literas in 3. not. de conceſſ. præb. & eccl. non vac.* Rectoria, & Capellania. *Lap. alleg. 116. nu. 5. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. §. 2. nu. 230. & ſeqq. & nu. 235. & ſeqq. c. ex parte el. 2. & ibi Felin. nu. 3. Dec. nu. 4. de reſcript.* vel ex diſpenſatione legati, Nuncij, aut Epiſcopi poſſunt retineri, dũmodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi. *Garc. de benef. par. xj cap. 5. §. 4. nu. 374. & ſeqq. gl. in c. 1. in verb. niſi vnicum, de conſuet. in 6. & ibi Can.* ſuper pluralitate beneficiorum vniformium in eadem eccleſia epiſcopus non poteſt diſpenſare. *gl. fin. in clem. fin. in fin. & ibi Can. hoc tit. Franc. in c. 1. nu. 7. & ibi Can. de conſuet. in 6.* Cum regularibus non poteſt epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare. *Boich. in c. de multa num. 21. & ſeq. hoc tit.* Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non præſumitur iuſta, niſi iuſta oſtendatur, *c. ordinarij §. in conferendis & ibi Franc. nu. 1. Gemin. nu. 2 & Can. de off. ord. Oldr. conſ. 326. nu. 326. cum 5. conſ. ſeqq.* & in ea videtur neceſſaria ſpecialis mentio, & derogatio. *c. 17. cum eccleſiaſticus, ſeſſ. 24.* quod non ſimpliciter innouat ſacros canones, quibus ſancte cautum fuit neminem debere in duabus eccleſijs conſcribi, quia eccleſiaſticus ordo peruertitur, quãdo vnus plurium clericorum officia occupat, *c. cũ iam dudum ibi, & lateranenſis concilij ſtatuta c. de multa, c. ad hæc hoc tit. c. quia nonnulli de cler. non reſid. c. ſanctorum 70. diſt. Hoied. de benef. incomp. par. 2. cap. 12. nu. 84. affirmat ita tenere Vincentium Carocium allegatum in terminis Conc. Trid.* ſed illis addendo videtur præcludere facilitatem diſpenſandi cum ſublimibus, & literatis perſonis permiſſam *per c. de multa. §. fin. hoc tit.* dum mandat obſeruari in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, *d. c. cum eccleſiaſticus, verſ. ſancta ſynodus.* ac eoſdem extendit ad omnia alia beneficia tam ſæcularia, quam regularia, quæcumque etiam commendata cuiuſcunque tituli, ac qualitatis exiſtant: *d. c. cum eccle-*

ſiaſticus

Digitized by Google

ſiaſticus §. hacque. Attamen Rota tenet, quod ſtante clauſula derogatoria non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis &c. videtur ſatis Concilio Tridentino derogatum propter decretum eiuſdem Concilij *ſeſſ. 25. c. 21.* quod in omnibus in Concilio contentis voluit ſaluam ſemper eſſe auctoritatem ſedis Apoſtolicæ: *Rot. Farin. deciſ. 179. nu. 6. & 687. nu. 24. par. 2. iuxta not. per Felin. in c. at ſi clerici §. de adulteriis ſub nu. 2. de iud. Iacob. de Conc. lib. 5. art. 19. nu. 21. Garc. de benef. par. 4. c. 5. nu 25. & 30. & ſeqq. vbi refert motum proprium Pij V.* Præſumitur diſpenſatio ex communi reputatione, & curſu decennij in quacumque materia *l. qui in aliena ff. de acq. her. l. ſi filiusfamilias C. de petit. her. Tyraq. de præſcr. illat. 2. c. illud & ibi Fel. not. de præſump. Achill. deciſ. 1. eod.*

28 In impetratione diſpenſationis † ſuper pluralitate beneficiorum, debet impetrans facere mentionem de obtentis, *c. non poteſt hoc tit. in 6. & ibi gl. 1. & Can. late Butr. in c. de multa num. 35. hoc tit.* & de qualitatibus obtentorum, alias diſpenſatio non valet, *Clem. 1. in princ. hoc tit. & ibi Can. poſt gl. in verbo vel alteri Pan. in c. ad aures nu. 6. & ibi Can. de reſcript. Ioan. Andr. & Hoſt. in cap. poſtulaſti eod.* Quando in eiſdem literis fiunt gratia prouiſiua, & diſpenſatiua, ſurreptio circa vnam non inficit aliam, quia regulariter ſi in eiſdem literis plures continentur gratiæ, nulla inducitur mixtura, *c. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 265. part. 3. lib. 2. Caſ. dec. 3 in princ. hoc tit.* (quamuis aliqui teneant, quod ſurreptio, doloſa, quæ non fuit cauſa obtinendi omnia, vitiet omnia contenta in reſcripto, in pœnã mendacij, *Pan. in c. ſuper literis n. 2. de reſc.*) Niſi ſubreptio fiat nedum reſpectu diſpenſationis, ſed etiam prouiſionis, quia tunc vtraque gratia annullatur, vt ſi dignitatem habenti Papa de alia prouideat, & diſpenſet cum eo, vt ſimul vtramque valeat retinere: de animarum cura, quæ illis, vel alteri earum, nempe primo obtentæ imminet, non habita mentione, gratia nullius penitus eſt momenti, *Clem. 1. hoc tit. & ibi gl. in verbo alteri Rot. diuerſ. deciſ. 650. numer. 1. & 6. part. 1. quæ approbat ſecundum intellectum gl. in d. verbo vel alteri d. Clem. 1. hoc tit.* Quia illa qualitas curæ eſt talis, quæ potuiſſet Papam retrahere à conceſſione ſecundi, & diſpenſatione, *c. cum in illis hoc tit. in 6. Dec. in c. ad aures nu. 11. & 12. de reſcript. latius diſtinguit Bened. Capr. Concl. 50. quæ videatur.* Diſpenſa-
29 tio ſuper pluralitate † eſt odioſa, & reſtringenda, *cap. quamuis el 1. in princ hoc tit. in 6. Houd. de benef. incomp. part. 2. cap. 12. numer. 67. & 68. & ſeqq. cap. requiritis §. niſi rigor 1. quæſt. 7. & ibi poſt gloſſ. Can. Pariſ. Conſ. 88. numer. 20. vol. 4. Panormit. in cap. de multa num. 4. & Can. hoc tit. Oldrad. Conſ. 325. nu. 4. & ſeqq.* Quia ambitioſa, conceſſa ad duo, vel tria intelligitur de duobus, vel tribus primis, *cap. non poteſt §. 1. & ibi Franc. in vlt. notab. hoc titul. in 6.* Non conſiſtentibus ſub eodem tecto, *c. 1. & ibi Franc. nu. 7. de Conſuet. in 6.* Atque illis, vel alteri eorum non immineat cura animarum, *Clem. 1. hoc tit.* Niſi de cura expreſſa fieret mentio, *c. cum in illis hoc tit. in 6.* Eadem ratione, cum alicui, non obſtante quod aliud beneficium obtinere noſcatur, de aliquo beneficio prouidetur, per hoc ſecum vt primum beneficium cum ſecundo retinere valeat, non intelligitur diſpenſatum, ſed præfata expreſſio operatur, quod facta ſibi gratia nequeat ſubreptitia iudicari, *c. non poteſt verſ. gen. & fin. hoc tit. in 6. & ibi Franc. numer. 2. & Can.* Si Papa diſpenſat, quod quis poſſit tertium beneficium obtinere cum duobus quæ poſſidet, non videtur diſpenſare ſuper illis duobus, ſi ea teneat ſine iuſto titulo, quia ſuppreſſit vitium, *Dec. in cap. dudum el 2. num. 1. de elect. & Collect. n. 14. qui ibidem à n. 8. vſque ad num. 17. plura ſimilia affert exempla.*
Ordinarij tenentur, ſub † pœna ſuſpenſionis ab 30
ingreſſu eccleſiæ ipſo facto incurrendæ, *Extrau. 2. de off. ord.* compellere quoſcumque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia obtinentes, diſpenſationes ſuas exhibere, intra tempus, pro facti qualitate, ipſorum ordinariorum arbitrio moderandum. Quod ſi nullam diſpenſationem intra idem tempus contigerit exhiberi, eccleſiæ, & beneficia, quæ ſine diſpenſatione aliqua, eo ipſo illicite detineri conſtat, per eos ad quos eorum collatio pertinet, libere perſonis idoneis conferuntur, amoto eo ſine alia cauſæ cognitione, qui de facto poſſeſſioni incumbit, *Archid. in c. ordinarij numer. 3. de off. ord. in 6. licet Franc. ibi aliter ſentiat ſub numer. 5. verſ. in gloſſ. in verbo libere.* Si diſpenſatio exhibita ſufficiens euidenter appareat, exhibens nequaquam in huiuſmodi beneficijs, quæ canonice obtinet, moleſtatur, prouideant tamen ipſi ordinarij omnino, etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſſignationem, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequijs minime defraudentur, ſub

quibus duabus modificationibus quælibet diſpenſatio ſuper pluralitate intelligitur conceſſa, *Franc. in c. ordinarij in fin. & ibi Can. de off. ord in 6.* Si de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetur, ſuper hoc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, *cap. ordinarij de off. ordin. in 6. Extrauag. 2. de offic. ordin. c. ordinarij ſeſſ. 7.* Item is qui poſſidet plura beneficia incompatibilia, electoribus, confirmatori, præſentatori, patrono, & parochianis cogitur oſtendere titulum, & diſpenſationem, *Franc. in cap. ordinarij ſub numer. 5. vbi late tractat, quando beneficiatus cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis de offic. ordin. in 6. & ibi Gemin. in §. quod ſi forte numer. 7. verſ. gloſſ. ſuper verb. exhiberi, & Can. communiter c. beneficium, & ibi gloſſ. in caſus poſitione verſ. quæritur inſuper, ac etiam gloſ. fin. de reg. iur. in 6. & Can.* Ratio eſt, quia poſſeſſioni eius reſiſtit ius commune, *c. conſtitutis de elect. gl. fin. in cap. 1. de reg. iur. in 6. & ibi Can.*

31 Sexto ob non promotionem † ad presbyteratum intra annum, nulla etiam præmiſſa monitione ipſo iure vacat eccleſia parochialis, *c. licet Can. de elect. in 6.* quæ nullatenus ea vice poterit iterato eidem conferri, ne Canon debito fruſtretur effectu, *c. commiſſa verſ. porro de elect. in 6.* Sed non

32 alia beneficia † ſacerdotalia, aut Decanatus Cathedralis, vel Collegiatæ eccleſiæ, *gloſſ. in d. c. licet Canon in verb. parochialis communiter approbata à Can.* vel eccleſia parochialis Collegiata, *cap. ſtatutum de elect. in 6.* in quibus ſeruari debet *c. cum in cunctis, §. inferiora de electione.* Currit autem annus

33 à † die commiſſi regiminis, & habitæ pacificæ poſſeſſionis eccleſiæ ſiue exercitij curæ, etiam cū minore parte bonorum, vel per eum ſteterit, quo minus habeat, *d. c. commiſſa, verſ. annus & ibi gloſſ. in verb. pacificam & Can. gl. fin. in c. ſi tibi conceſſo, & ibi Can. hoc tit. in 6. Caſſad. deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſſ. & propr. Sarnen. in regula de trienn. q. 53. poſt princip. verſ. & ideo pro vera,* & illa pacifica poſſeſſio non requiritur, quod ſit continua, ſed ſufficit quod ſtatim per vnum, aut duos menſes non fuerit de iure, aut de facto turbata, aut ei mota lis ſuper titulo beneficij: *late Sarnen. in reg. de trienn. quæſt. 53.*

34 *Bellam. deciſ. 83.* excuſant ab hac priuatione † iuſtum impedimentum, *gl. in d. c. commiſſa in verb. iuſto impedimento, & ibi Can. Garz. de benef. par. 3. c. 4. num. 6. & ſeqq.* item cum ex toto annus non fuerit elapſus, quamquam tantum de anno tranſiuerit, quod intra ipſum nequeat ad ſacerdotium promoueri, *d. cap. commiſſa in princ. & ibi Can. Rot. deciſ. 38. hoc tit. in antiq.* quia cum habeat ius ante decurſum anni in beneficio, poteſt illud permutare, *Oldrad. conſ. 203 factum tale eſt, collata fuit etc.* ſed non vltima die anni; *Rota dec. 6. de rer. permut. in antiq. c. vnico ibi ſine fraude de rer. permut. in 6. arg. c. fin. de renunc. in 6.* vel obtinere à ſummo Pontifice diſpenſationem, ſiue facultatem de non promouendo, quæ ad annum tantum ſuffragatur, præterquam in caſibus à iure expreſſis; *c. facultates 2. ſeſſ. 7. Mandoſ. deſign. grat. titul. diſpenſ. de non promoueri in princ. & verſ. nouiſſime,* aut iure Decretalium diſpenſationem epiſcopalem, quod vſque ad ſeptennium litteratum ſtudio inſiſtens, promoueri minime teneatur, niſi ad ordinem ſubdiaconatus dumtaxat, ad quem intra prætactum annum recipiendum conſtringitur ſub pœna priuationis antedictæ, & interim deputatur Vicarius ad curam exercendam, cum aſſignatione cōgruæ portionis, *c. cum ex eo, & ibi gloſſ. in verb. obtinent de elect. in 6. Rot. deciſ. 38. hoc tit. in antiq.* ex decretis Concilij Tridentini epiſcopi talem licentiam non concedunt: *Gonzal in Comment. ad regul. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 6. nu. 151. Steph. Quaranta in ſumm. Bullarij in addit verſ. item limit. 2. in parochu Garc. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 107.* nam cum hodie parochiales eccleſiæ prouideantur per cōcurſum, præſupponitur quod ille qui tanquam idonior cæteris Prælatus eſt, iam prius ita ſtuduerit, quod ſtudiorum cauſa abeſſe non ſit neceſſe, vel potius obtinere poterit à ſummo † Pontifice prorogationem anni, *Mandoſ. deſignat. grat. tit. prorogationes verſ. parochialem,* quales prorogationes in ſimilibus caſibus, vel breuiores, vel ſaltem æquales, non autem longiores primo termino, *l. ſancimus C. de fid. iuſſ. Auth. qui ſemel C. quom. & quand. Iud. & c. c. præſenti 5. quæſt. 2.* de Stylo Curiæ concedi conſueuerunt ex cauſa, cum infraſcriptis clauſulis, ſcilicet nondum elapſi, ſi enim lapſus eſſet terminus non prorogatione, ſed renouatione, aut noua opus eſſet conceſſione, *l. ſed etſi manente ff. de precar. & ibi gloſſ. alleg. concord. Staphyl. de lit. apoſt. in forma breuis in princ. numer. 8.* Item à fine termini à iure præfixi, ſeu per regulam conceſſi, quia tempus prorogatum idem cum primo cenſetur, qualitateſque & conditiones omnes primi termini aſſumit, *l. 2. in fin. in princ. ff. de iudic. l. 4. ff. de dam. infect. l. cum dies in princ. ff. de arbitr. Gail. obſeru. 91. nu. 20. 21. & ſeqq. lib. 1.* quando termi- 35

Digitized by Google

do terminus eſt pluties protogatus, quod debet exprimi ad vitandam ſubreptionem, *cap. 2. de fil. presb. in 6.* ſolet apponi clauſula, ſine ſpe vlterioris protogationis, *c. præſenti 5. quæſt. 2. in fin. Mandoſ. deſignat. grat. titul. progationis verſ. quoties ſuper &c. plura ſimilia cumulans.*

56 Septimo per contractum matrimonij † per verba de præſenti, etiamſi non ſit ſecuta copula carnalis, vacant obtenta beneficia, *c. 1. c. diuerſis, de cler. coniug. Rot. deciſ. 1. eod. in nou.* dictum eſt ſupra *de cler. coniug.* & dicetur infra *lib. 4. tit. qui clerici vel vouent. &c.*

57 Octauo vacant beneficia per ingreſſum † religionis, in qua emittuntur tria vota ſubſtantialia, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, *c. ad Apoſtolicam de regul. & tranſeunt. ad relig. c. cum ad monaſterium de ſtat. monach.* poſt profeſſionē expreſſam, vel tacitam, *c. beneficium de regul. & tranſ. ad religionem in 6. Garc. de bnef. part. xj. cap. 9. n. 1. & 2.* ſecus eſt in ingreſſu earum, quæ non ſunt veræ religiones, vt ſunt militia Sancti Stephani in Turcia, & aliæ militiæ in Hiſpanijs, per quarum profeſſionem, aut clericalem militiam non vacant prius obtenta beneficia, vel penſiones. *Card. Seraph. deciſ. 121. Pan. in rubr. de regul. Pan. in c. quamuis num. 3. de decim. & in c. 2. numer. 10. & 11. de for. comp.* quia poſt profeſſionem clericalis militiæ ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, vt latius dicetur in tit. *de regul. & tranſ. ad religionem, &c.*

58 An vacent poſt biennium † nouitiatus peractum & emiſſa tria vota ſubſtantialia ſimplicia in Societate IESV difficilis eſt quæſtio, videntur vacare, quia tunc Nouitij eſſe deſinunt, & in Societatis Corpus cooptantur, *Gregorius xiij. in conſtit. Aſcendente Domino §. quibus conſtitutionibus & §. ſeqq.* Dicta tria vota ſimplicia ſunt vere ſubſtantialia religionis vota, *d. conſtit. aſcendente Domino §. ad hæc,* & qui illa emiſerunt ſunt vere & proprie religioſi, *d. conſtit. aſcendente Domino §. & quamuis verſ. motu proprio & verſ. neminem & §. non modo.* ac ab ea diſcedentes etiam prætextu melioris frugis, Apoſtaſiæ & excommunicationis pœnas incurrunt: *d. conſtit. aſcendente § porro & §. quamuis in princ.* habere autem ſæculare beneficium & eſſe religioſum ſe non compatiuntur: *Ioan. Monach. in c. beneficium num. 6. de regular. in 6. c. presbyteres 16. q. 1. glo. in clem. 1. in verb. ſocientur & ibi Can. de elect.* nec licet amplius quam vnum Collegium licitū habere, *l. 1. in fin. ff. de colleg. l. ijs quidem in princ. C. qui milit. poſſ. & c. lib. 12. cap. fin. in fin. de relig. domib.* eſt enim profeſſio eorum pura, ſed reſolubilis in vnum caſum, nempe dimiſsionis extra ſocietatem per Generalem, ac interim ligantur canonibus diſponentibus circa religioſos: *arg. l. 2. & ibi not. per gloſſ. & DD. l. 3. & 4. ff. de in diem addict. l. 6. §. fin. cum l. ſeq. ff. eodem l. 3. de contrah. empt. l. 2. §. ſi in diem ff. pro emptor. l. 1. ff. de euict. & ibi gl. & DD.* Nec obſtat quod bonorum ſuorum ius & dominium retineant donec ad gradum profeſſorum ſeu coadiutorum formatorum perueniant, *d. conſtit. aſcendente Domino §. & licet,* quia bona ſua dicuntur in quibus competit dominium & rei vendicatio, *§. cum in ſuo Inſtit. de rer. diuiſ. & ibi gl. l. pupillus la 2. §. cui legatum ff. de aur. & arg. leg. l. 1. C. de Theſaur. lib. 10.* In beneficiis præter titulum qui perſonalis eſt, *c. ſuſceptum & ibi not. de reſcript. in 6. Roman conſ. 374. num. 5.* requiritur reſidentia & perſonale ſeruitium ad lucrādos fructus, *c. quia nonnulli de cler. non reſid. c. fin. 92. diſt. c. 2. ſeſſ. 6. in Trident. c. cum dignitates §. præterea ſeſſ. 24.* quorum proprietatem beneficiati acquirunt poſt perceptionem aut diſtributionem & non antea, *Ioan. And. in c. præſenti numer. 6. & 7. de offic. ord. in 6. Arch. in ſtatutum ſub numer. 13. de reſcript. in 6. & vtrobique Can. Calder. conſ. 21. de præbend.* Pro Societate IESV, quod non vacēt, poteſt allegari, generalitas rationis vt maiorem habeant libertatem illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſione dimittendi, *d. conſtit. aſcendente §. & licet,* quæ ad retentionem beneficiorum extenditur: *l. regula §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater ff. ad S.C. Tertyl. Pan. in c. ſicut num. 8. de teſtib.* quia ſub appellatione bonorum naturali & Ciuili comprehenduntur beneficia, *l. bonorum 1. & 2. ff. de verb. ſignif* cum beneficiati in beneficijs & collatione ſeu inſtitutione ius habeant, *cap. authoritate & ibi gloſſ. pen. & Can. de inſtit. c. beneficium & ibi gloſſ. 1. & Can. de reg. iur. in 6. c. ſi tibi abſenti & ibi Can. de præben. in 6.* Item quod cooptari vt ſcholares approbati in corpus Societatis poſt bienniū nouitiatus completum, ſunt in perpetua probatione vſque ad gradum coadiutorum ſpiritualium formatorum, aut profeſsionem quatuor votorum, *d. conſtit. aſcendente §. ſcholares & §§ ſeqq.* vnde diuerſo ab illis iure cenſentur, *l. ſi idem C. de codic. l. hos accuſare §. omnibus ff. de accuſat. cum ſimilibus,* non de termino quia Gregorius xiij. interpretationem dictæ conſtit. Aſcendente Domino ſumm. Pont. ſedi Apoſtolicæ ac Generali Socie-

Digitized by Google

tatis reſeruauit, *d. conſtit. Aſcendente §. præcipimus*
39 *& §. ſeq.* Beneficium illius † qui ingreditur religionem, non eſt alicui intra annum aut bienniũ nouitiatus, vbi religio eſt dura, *c. monaſterijs 19. q. 3 arg. c. quia in Inſulis de regular. & tranſ. ad relig.* vel ſtatuta id requirunt conferendum, quia bienniũ ſurrogatur loco anni, & ſapit eius naturam, *arg. eorum quæ tradit Bald. in l. ſuperuacuam in 2. not. in fin. C. de temp. in integ. reſtit. Bald. in l. in contractibus in princ. C. de non numer. pecun. Ioan. And. in add. ad ſpecul. tit. de appell. §. nunc breuiter in verb. ex ratione Eucrb. in loco à re ſurrogationis verſ. decimo quinto facit Iaſ. in §. pœnales num. 115. & ſeqq. Inſtit. de action.* ingrediens non perditius, quod habet in beneficio, vel ad beneficium, *c. beneficium, & ibi poſt gloſſ. in verb. conferendum Can. de reg. & tranſ. ad relig.* ſed durante anno probationis, nullos poteſt habere beneficij fructus, *gloſſ. fin. in c. beneficium, & ibi Io. Andr. & Can. de regul. & c. in 6* quia exiſtens in anno probationis debet eſſe in ſumma paupertate, alias non poſſet experiri aſperitates religionis,
40 ſed fructus † conſeruantur, dempta congrua Vicarij, qui pro illo deſeruit, & ſi reuertatur ingreſſus ad ſæculum, ſiue profiteatur, illos recuperabit *d. c. beneficium, & ibi poſt gl. in ult. not. ac glo. fin. Can. de regul. & tranſ. ad relig Garc. de benef. par. xj. cap. 9 num. 28. & ſeqq.* In beneficijs autem non haben-
41 tibus † fructus in abſentia, vt in canonicatibus & præbendis, quorum fructus reſidendo lucri fiũt, nouitius non lucrabitur interim fructus, quia licet ex iuſta cauſa abſit, non tamen habetur pro præſente per canones, *Garc. de benef. par. 11. c. 9. nu. 31.* Præterea non eſt vocandus ad electionem, quamuis ſit in loco, vnde alias vocandus foret, ne detur ei materia vagationis, aut diſtractionis, *Petrus de Baiſio in direct. elect. c. 26. 1. part.* Item con-
42 ſtituto in anno probationis beneficium † regulare non poteſt conferri, quia ad id requiritur expreſſa profeſſio, *Clem. ne in agro §. ſane de ſtat. regul. Clem. quia regulares de ſuppl. neglig. præb.* Beneficium vero ſæculare conferri non debet, *c. beneficium & ibi gloſſ. in verb. conferendum verſ. ſed nunquid & ibi Can. de regul. in 6. c. ſuper eo de regul. & tranſ. ad relig. & ibi not.* quia dubius eſt eius ſtatus, & iam fingitur religioſus quoad priuilegium immunitatis, *c. religioſus de ſent. excomm. in 6. cuſt. Inſtit. maior. lib. 3. tit. de regular. num. 90. & plu. ſeqq.* tum ne inducatur ad religionem deſerendam, *c. quorumdam de elect. in 6.* & licet id fieri non debeat, ſi tamen ei ſæculare beneficium conferatur, vel ad id eligatur, tenet collatio, & electio, ſed acceptando, & conſentiendo religioni renunciat, quia non eſt compatibile cum nouitiatu, *Franc. in d. cap. beneficium ſub num. 1. circa fin verſ. in ea gloſ. poſſideri non poſſet de regul. in 6. & ibi Can. clem. 1. de elect.*

Nono per adeptionem ſecundi † Canonicatus, aut præbendæ canonicalis, vel quaſi, *Vital. in Clem. ſi iuxta num. 42. & ſeqq. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 684. part. 1.* Capellaniæ ſiue altaris, *cap. 1. & ibi Franc. num. 8. Gemin. num. 14. de conſuet. in 6. Garc. de benef. part. 11. cap. 5. num. 221. & ſeqq. & 235. & ſeqq. &c.* Beneficij etiam ſimplicis ſub eodem tecto ipſo iure vacat primum ſimile, *c. literas veſtras de conceſſ. præb. Clem. ſi iuxta hoc tit. Hoied. de benef. incomp. cap. 20. num. 26. part. 1. Pariſ. de reſign. lib. 3. quæſt. 1. num. 106. late Garz. de benef. part. 11. c. 5. §. 2. per tot.* Etiamſi alterum ex eis fuerit dependens, vel annexum, *gl. fin. in d. Clem. ſi iuxta hoc tit. & ibi Canon. c.* Taciturnitas † quod beneficium prius à me obtentum eſſet ſub eodem tecto, non inducit ſubreptionem, aut inualiditatem ſecundæ gratiæ, *Mohed. deciſ. 14. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 650. num. 4. part. 1. c. literas de Conceſſ. præb. & ibi gloſſ. fin. & ibi Can.* Quia quod in vna & eadem Eccleſia vnum, vel aliud ſimile obtineat, nihil intereſt, neque enim poteſt dari maior aptitudo reſpectu vnius, quam alterius. Beneficium ſitum † in capella, clauſtro, cœmiterio, ſeu ambitu contiguis Eccleſiæ cenſentur eſſe in eadem Eccleſia, *Rot. deciſ. 6. de conceſſ. præb. in nou. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 10. nu. 24. & ſeqq. Hoied. de benef. incomp. cap. 20. numer. 27.* Secus ſi non ſint contigua, *cap ſi Ciuitas in fin. de ſent exc. in 6. Garſ. de benef. par. 11. c. 5. §. 2. n 258. & ſeq.* 43 44 45

Decimo: ſunt alij modi vacationum † recenſiti, *per Rebuff. in tract. concord. tit. de reg. ad prælat. nomin. §. Monaſterijs in verbo vacantibus, & per Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern. gl. 15. à princip. vſque ad numer. 134. Staph. in tract. de ſign. grat. tit. de var. mod. vac. Fel. remiſſiue in c. 1. n. 3. de præſcr.* à me ſuis locis annotati. 46

Tertia pars huius tituli.

SVMMARIA.

1 *Priuationis pœna per iudicem imponi non poteſt niſi exprimatur iure.*

2 *Crimen*

Digitized by Google

2 *Crimen nullum inducit priuationem de iure niſi dicatur & iudex ordinarius delicti pronunciat ſuper delicto & priuat delinquentem beneficio quod alibi habet.*

3 *Priuationis pœna expreſſe à lege impoſita non intelligitur ipſo iure ſed per ſententiam.*

4 *Priuatio ipſo iure, & priuatio per ſententiam in quibus differant.*

5 *Priuati ipſo iure beneficijs, recenſentur.*

6 *Priuandi per ſententiam beneficio enumerantur.*

7 *Prælato ſuſpecto poſtulato non eſt interdicta adminiſtratio ſed ſibi adiungitur alius cum quo adminiſtrat.*

8 *Vt priuetur clericus beneficio quatuor requiruntur cauſæ rationabiles, manifeſta grauis quodque priuetur in iudicio datúrque impetranti gratia ſiue reſcripta certo modo nuncupata.*

9 *Priuationes propter crimen non ſignantur niſi in forma iuris.*

10 *Impetrans qui narrat multa delicta per priuandum perpetrata, arctari debet ad probandum ea de quibus iuuit diſſamat.*

11 *Nunquam committuntur in Curia niſi in tribus caſibus.*

12 *In eis non datur ſummarius proceſſus.*

13 *Impetrans tenetur ſeruare ſolemnitates libelli accuſatorij.*

14 *Beneficium non cenſetur litigioſum, ſed perſona.*

15 *Eſt accuſatio ciuilis in qua poteſt interuenire procurator.*

16 *Impetrans tenetur ſe inſcribere in forma iuris, ſed de ſtylo ſatis eſt quod ſe obliget ad pœnam extraordinariam arbitrio Rotæ antequam reus citetur.*

17 *Sententia condemnatoria aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio in quo erat comminata pœna priuationis, non priuat beneficijs irreuocabiliter.*

18 *Sententia priuationis in abſentem vel contumacem lata ſuper ipſo crimine per veras & legitimas probationes eſt definitiua & priuat irreuocabiliter.*

19 *Per priuationem beneficium vacat in loco in quo fit priuatio.*

SVNT certi caſus, in quibus clerici priuantur beneficijs obtentis, vel ipſo iure, vel per ſen-
1 tentiam, Pœna priuationis per iudicem † imponi non poteſt, niſi exprimatur à iure: *cap. cum vos & ibi gl. in verbo minus idonea de off. iud. ord. gl. pen. in cap. fin. & ibi Panorm. de iure pat. Garc. de beneſ. par. 11. cap. 10. in princ.* Negligens in faciendo, puta in procuranda poſſeſſione, non incurrit pœnam priuationis, niſi præfigatur terminus à iure, vel ab homine ad illud faciendum, *c. ex parte de conc. preb. & eccleſ. & c. c. extirpandæ §. quia vero, & Mob. deciſ. 32. hoc tit. Felin. in c. ſi autem num. 4. de reſcript. Franc. in c. ad Apoſtolica §. fin. in fin. de re iud.* aut ſibi fiat denunciatio, quia ſola ſcientia non ſufficit, *Bart. in l. denunciaſſe n. 2. ff. de adul. Mohed. deciſ. 3. n. 3. de ſent. excomm.* Nullum quoque commiſſum, &
nullum † crimen inducit priuationem de iure; 2
niſi dicatur: *gl. in ſumma 15. quæſt. 8. in fin. c. Apoſtolus & ibi gloſſ. in verbo damnatione 81. diſt. c. cum non ab homine, & ibi Doct. de iud. Felin. in c. querelam n. 2. de iureiur. vbi limitat vno modo.* & iudex ordinarius delicti non ſolum pronunciat ſuper delicto, ſed poteſt priuare delinquentem beneficio, quod alibi habet, *Zab. in Clem. paſtoralis §. denique in 2. quæſt in fin. de re iud. Dias in pract. crimen. Can. c. 134.*
n. 4. Quando pœna priuationis expreſſe † eſt im- 3
poſita à lege, vel conſtitutione, non intelligitur ipſo iure in dubio, ſed per ſententiam, *glo fin. in c. 1. de ſagitt. c. ſicut tuis, & ibi gl. in verbo anathematis, & Can. de ſimon. Achil. deciſ. vnica de pœn. Put. deciſ. 129. lib. 3. contra Felin. in d. c. ſicut tuis aliter dicentem.* in-
ter quæ eſt magna differentia, quia † priuatus i- 4
pſo iure, à die incurſæ priuationis, perdit dominium, & ius ipſo facto, nec poteſt alienare, *l. donationes §. perfecta, & ibi DD. ff. de donat. l. ex iudiciorum ff. de accuſ. & inſcript. c. cum ſecundum de hæret. in 6. Anch. in cap. 2. in 6. not. de præſcript. in 6.* teſtari nec facit fructus medij temporis ſuos, *Bald. in auth. inceſtas C. de inceſt. nupt.* Imo ſi fructus recipit, facit eorum furtum, *Bald. in cap. 1. §. iniuria punitur ſub num. 10. verſ. quæro an committat furtum de pac. iur. fir. in vſib. Feud. c. dudum el 2. in fin. princ. verſ. & retinendo beneficia de elect.* & contra eum non eſt neceſſaria aliqua ſententia condemnatoria, ſed tantum declaratoria, *d. c. cum ſecundum in fin. l. eius, qui delatorem verſ. nec enim ff. de iur. fiſc.* Poſt præmiſſam legitimam eius, qui ipſo iure priuatus dicitur, citationem: *gl. in c. præſenti in verbo conſtiterit de cenſ. & ibi Can. Clem. 2. & ibi gl. in verbo Conſtiterit de pœn. c. parochianus, & ibi Panormit. numer. 2. de ſent. excomm.* In foro conſcientiæ tenetur dimittere beneficium, quo ipſo iure priuatus eſt, etiam ante ſententiam declaratoriam, *Garc. de beneſ. part. 11.*

Digitized by Google

part.11.cap.10.numer.7.& ſeqq.& num.18.& ſeqq. Priuandus retinet ius & dominium, poteſt alienare, niſi ſecuta ſit condemnatio, & priuatio, *Felin.in c.inquiſitionis nu.6. de accuſ.l.poſt contractum ff de donat.* Quia per ſententiam latam ſuper crimine non eſt priuatus beneficio, niſi hoc ſententia exprimat, *Rot.deciſ.5.in fin.de re ind.in antiquior. Innoc.in c. qualiter & quando el.2.ſub num.10.verſic. credimus tamen quod ex quo de accuſ. Dias in pract. crim. can.cap.134.nu.3.* & ſoluere, & ei ſolui poteſt. *l.reo, & l.ſeq. ff.de ſolut.* ac facit fructus ſuos, ad quorum reſtitutionem non tenetur. *Fel. in c. de quarta num.32. de praeſcr. Zab.in clem.conſtitutionem §.caeterum nu.10. de elect. Dias in pract.crim.can.*
5 *cap.134.nu.5.* Ipſo iure ſunt priuati, † offendens Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, *c.felicis.& ibi gl.in verb.diſponant, de pœn. in 6.* hæreticus, *c.cum ſecundum de haeret. in 6.* falſificans literas apoſtolicas, *c.ad falſariorum de crim.falſ.* ſchiſmaticus, *c.nos conſuetudinem 12.diſt. & ibi not.c.1.de ſchiſm.* percutiens temere & iniurioſe epiſcopum, ſeu banniens, aut capiens, vel hæc mandans, aut ab alijs facta ratum habens &c. eis beneficijs tantum, quæ ab eccleſia, cui ſic offenſus præeſt epiſcopus, obtinet, *clem.1. de pœn.* & alij plures ſub ſuis titulis annotati relati *per Rebuff. in prax. part.3. tit.1. de mod. amitt. benef. à nu.1. vſque ad 50.* Non poſſunt reſignare, aut permutare, *Pariſ.de reſig. benef.l.3. quaeſt.1.num.21.& ſeqq.* quia quæ ipſo iure amiſſa ſunt, non poſſunt alienari, etiamſi non præceſſerit ſententia declaratoria, *Auth. inceſtas nuptias & ibi Bald. nu.7. C. de inceſt. nupt. d.c.cum ſecundum & ibi gl. in verb. ipſo iure & Can.* is cui eadem conferuntur habet proprietatem & ius in beneficio, & agendo petit priuatum à poſſeſſione amoueri, *gl. in c.2. in verb.finita, vt lit.pend.& c.in 6.Prob.ad Monach. in c.praeſenti nu.16. de off. deleg. in 6. Anfred. ad Capell. Tholoſ. quaeſt.347.* quia in perditis ipſo iure amittitur proprietas, non poſſeſſio: *d.c.cum ſecundum & ibi Franc. nu.2. in vlt. not. & Can. Gonzal. ſuper reg. canc. de menſ. & alter. gloſ. 15. nu.140. & pluribus ſequentibus.* Si inter duos litigatur de beneficio, & vnus propter ſuum delictum fuerit eo priuatus, ſiquidem alter poſſidet, datur ſibi abſolutoria, ſi non poſſidet, non propterea illi aſſignandum eſt beneficium, niſi primo probet ſe habere ius in eo: *c. olim. ex literis in fin. de reſcript. & ibi Can. c. fin. & ibi gl. fin. Io. Andr. & Pan. de crim. falſi.* diciturque cauſa beneficialis, & beneficium ſtatim effectum eſt litigioſum. *Gars. de benef. par. 11. cap.3.nu.75. & ſeq. & nu.80.& ſeq. Prob.ad Monach. in c.praeſenti n.16.de off.leg. Capell.Tholoſ.q.437*

Per ſententiam priuandi † ſunt, Simoniacus 6
notorius in beneficio, necnon publice infamatus de Simonia, qui ſe purgare non poteſt, *c. inſinuatum de Simon. dicetur in tit. de Simon.* concubinarius, *dictum eſt ſupra tit. de cohabitat. cleric. & mul.* periurus, qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra licitum iuramentum, ſecus in eo, qui venit contra fidem promiſſam; *c. querelam de iureiur. & ibi Can.* Signatura tamen non dat pro periurio priuationem, niſi ſit iudiciale periurium. *dictum eſt ſupra tit. de iureiur.* homicida; *dicetur tit. de homic. Garc. de benef. par.11.cap.10. vbi ampl.& limitat quatuor modis.* præterquam quod ex conſtitutione Alexandri Sexti II. litigantes, qui aduerſarios, eorumque procuratores, iudices, teſtes, notarios &c. minis afficiunt, verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu per alios talia procurare, & exequi quomodolibet præſumunt, quamquam mors, vel mutilatio ex hoc forſan non ſequatur, aut tales receptant &c. vel fauorem publice, vel occulte præſtant &c. cauſam ipſam & omne ius tam in petitorio, quam poſſeſſorio, in re vel ad rem, cauſa vel occaſione huiuſmodi quomodolibet competens, eo ipſo perdunt penitus, & amittunt: *Rot. diuerſ.deciſ.639. & deciſ.717. nu.16.par. 1. Put. deciſ.97. & duab. ſeqq. lib. 1. eam explanant facit c. dilectus & c.in quibuſdam de pœn & ibi not.* & multis alijs de cauſis priuandi ſunt beneficijs locis opportunis annotati enumerati *per Rebuff. in prax.par.3.tit.1. de mod. amit. benef. à nu.50. vſque ad finem:* Prælato ſuſpecto † poſtulato non eſt in- 7
terdicta adminiſtratio, ſed ſibi adiungitur alius cum quo adminiſtret: *c. venerabili de offic. deleg.* immo Prælatus propter ſuſpicionem etiam probatam non remouetur, ſed alius ei adiungitur: *c.licet Heli de Simon. & ibi gl. in verb. dilapidatione Pan. n.8.18.& 20.& Can.Bart. in l. quod ſi forte §. ſunt quidam ſub nu.4.ff. de ſolut.& ibi DD.* Tutor vero ſuſpecto poſtulato ſtatim interdicta eſt adminiſtratio, *§ ſi quis autem Inſt. de ſuſpect. tutor. l. eum quem C. de ſuſp. tut.* nulla enim eſt comparatio inter tutores, & prælatos. *c. fin. & ibi gl.pen. in fin. 5. quaeſt.3. Dec. in l. pactum curatoris, ſub nu.1, C. de pact.*

Regulariter quatuor requiruntur † ad hoc, vt 8
clericus licite poſſit priuari ſuo beneficio, cauſa rationa-

Digitized by Google

rationabilis, manifeſta, & notoria, *c. nos in quemquam & cc. ſeqq. 2. quæſt. 1.* quia non creditur iudici etiam epiſcopo, ſi dicat clericum criminoſum, ſed oportet quod legitime conſtet; *c. ſi tantum, c. placuit. 6. quæſt. 2.* grauis, quia pro leui non debet quis priuari ſuo beneficio, *c. inuentum 16. quæſt. fin. & ibi gloſ. in verb. niſi graui.* quodque priuetur in iudicio, ſiue iuris ordine ſeruato: *c. conquerente, & ibi Panor. nu. 2. de reſt. ſpol. c. primates, c. in primis 2. quæſt. 1.* In iſtis caſibus impetranti dantur gratiæ, ſiue reſcripta certo modo nuncupata in Romana Curia, moduſque vacationis expreſſus aliquando datur diſpoſitiue, & tunc nullam aliam vacationem impetrans capere poteſt ex clauſulis generalibus, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. vacet; ex quibus venit alias omnis vacationis modus etiam in impetratione certo modo, *c. ſuſceptum de reſcript. in 6. Caſſad. deciſ. 5. Mohed. deciſ. 17. & Caſ. deciſ. 14. nu. 6. & 8. hoc tit. Put. deciſ. 312. lib. 1. Rot. deciſ. 560. nu. 1. & 2. par. 2. in collect. per Farinac.* aliquando dicitur præterquam per obitum obtinentis, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. certo modo, verſ. fin.* dant titulum coloratum in ſpolio non aliter verificato modo vacandi; *Put. deciſ. 268. lib. 2. c. in literis & duob. cc. ſeqq. de reſt. ſpol.*

9 Priuationes propter crimen † non ſignantur niſi in forma iuris, id eſt, niſi ille de iure ſit priuandus, non tamen apponitur clauſula conditionalis, ſi priuandus eſt, propter honorem Signaturæ; ſi enim conditionaliter reſcriberet, videtur argui poſſe de ignorantia iuris, niſi eſſet articulus valde dubius in iure, An quis propter talem cauſam debeat priuari, quia tunc datur; prout de iure in forma iuris. *Staphyl. de ſign. lit. iuſt. §. verum quia n. 7. Sarn. in reg. de ſubrog. collit. quæſt. 7. verſ. poſtremo.*

10 Quando impetrans † narrat multa delicta per priuandum perpetrata, petitque committi probis viris, vt ſi eis de præmiſſis, vel altero præmiſſorum conſtiterit &c. ſemper ſolent deleri iſta verba, vel altero præmiſſorum, quia impetrans diffamans aliquem de pluribus criminibus debet arctari ad probandum ea, de quibus illum diffamat, & ſi non probet omnia, tenetur ad pœnam talionis, vel ſaltem ad pœnam diffamationis: *Sarnen. in d. reg. de ſubrog. collit. quæſt. 7. verſ. item ſciendum eſt: Staph. de ſign. lit. iuſt. §. verum nu. 2.* nun-
11 quam committuntur in curia, † niſi in tribus caſibus, quando delictum eſt ibi commiſſum, vel cenſuræ, ob quarum incurſum datur priuatio, fuerunt in illa fulminatæ; aut priuandus ſit præſens, & reſidens in curia; *c. poſtulaſti, c. fin. de for. comp. & ibi Can. l. 1. C. vbi de crim. & c. Sarnen. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 7. verſ. inprimis Staphyl. de ſign. lit. iuſt. §. verum nu. 1.* in eis non datur † ſum- 12
marius proceſſus, *Sarnen. in d. reg. de ſurrog. collit. quæſt. 7. verſ. item ſciendum eſt, Staphyl. de ſign. lit. iuſt. §. verum nu. 2.* niſi in atrocioribus: *Bald. in l. obſeruare § proficiſci nu. 15. de off. procon. & leg. Innoc. in c. 1. de conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 12. par. 1.* Circa ſolemnitatem libelli accuſatorij tenetur impetrans
ſeruare † tradita per Præpoſ. *in c. libellorum 2.* 13
quæſt. 8. & Legiſtas *in l. libellorum ff. de accuſ.* quia talis cauſa non eſt beneficialis, nec beneficium
cenſetur † litigioſum, ſed perſona, *gl. in c. 2. in* 14
verb. finita vt lit. pend. & c. in 6. Rot. deciſ. fin. nu. 4. eod. in nou. quæ antequam priuetur poteſt beneficio renunciare, *Felin. in c. per tuas el 1. nu. 5. de Simon. plures cumulans. Creſc. deciſ. 6. nu. 3. de renunc. l. poſt contractum ff. de don. dictum eſt ſupra tit. vt lit. pend. & c. Garc. de benef. par. xj. cap. 3. §. 1. vbi ampliat octo modis, & limitat duobus modis.* & ſtatim eo cedente lis eſt finita, ſicut finitur eo decedente, nec expectatur finis litis cum ſuperſtite, ſed ſtatim illi, ad quos pertinet electio, præſentatio, collatio, vel prouiſio, poſſunt eligere, præſentare, & prouidere, *gl. in verb. finita in c. 2. vt lit. pend. & c. in 6. & ibi Cau. communiter.* & poſt obitum eius non poteſt pronunciari, quod mortuus homicidium, vel ſimile delictum commiſerit, & per conſequens priuari debuiſſet beneficio, *Rot. deciſ. fin. nu. 3. vt lit. pend. & c. in nou. Cap. Thol. quæſt. 437. gl. in ſumma & c. 10. 24. quæſt. 2. c. quorumdam 23. diſt.* quia honores, & delicta cum capite ambulant. *l. ſi pater tuus C. ſi pend. appell. mors interuen. l. 2. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. & c. c. quorumdam 23. diſt. & ibi gl. alleg. concord. l. 1. in fin. ff. de requir. re. & c.*

Eſt enim accuſatio non criminalis, ſed † ciuilis 15
quæ ad priuatam vtilitatem principaliter mouetur, vt ſibi accuſatori conferatur beneficium, *arg. c. tua in fin. de procur. l. poſthumus §. fin. ff. de inoff. teſtam. Pan. in c. cum in tua ante numer. 1. de teſt. Rot. diuerſ. deciſ. 138. num. 4. par. 2. tex. in c. per tuas 1. §. tales de Simon.* & in ea poteſt interuenire Procurator, *c. ſuper his in fin. de accuſ. Rot. dec. 35. de procur. in nou.* Quibus concordant clauſulæ per officiales Datariæ in reſcriptis certo modo apponi ſolitæ, videlicet, poſtquam aduerſarium ſuum accuſauerit, ſeſeque in forma iuris † inſcripſerit, quæ eſt 16
conditio-

Digitized by Google

conditionalis: nam dictio, poſtquam, importat conditionem; *l. inter illam ff. de verb. ſign. l. ſi ita ſcriptum §. fin. & ibi gl. in vtl b. vbi deleg. 2. Bart in l quibus §. Termilius num. 7. ff. de condit. & demonſtr.* De Stylo ſatis eſt, vt impetrans ſe obliget ad pœnam extraordinariam arbitrio Rotæ, *c. ſuper ijs de a cuſ. Rot. diuerſ. deciſ. 138. par. 2. Creſc. deciſ. 2. de Simon.* antequam reus citetur, *l. 2. C. de exhib. & introd. reis Pan. in c. licet num. 2. de accuſat. Prep. in cap. 1. 2. q. 8. num. 13. & 14.* imo tenetur impetrans ſe inſcribere ad huiuſmodi pœnam, etiamſi in litteris nõ expreſſerit crimen, quod poſtea deducit ex clauſulis generalibus ad effectum, vt reus priuetur beneficio, quia Papa non conſueuit dare niſi præcedente inſcriptione, & in forma iuris: *Creſc. dec. 2. de Simon. c. ſuper his verſ. poſt confirmationem de accuſ. Fel. in c. inquiſitionis ſub num. 8. verſ. in gloſſ. 2. de accuſat.* item ſolet apponi clauſula, conſtito de crimine priuet, & in euentum priuationis conferat, *Rot. deciſ. fin. in 1. dub. & lit. pend. & c. in nou. Sarn. in reg. de ann. poſſ q. 42. numer. 8. verſ. & tamen circa hoc aduertendum & numeris ſeqq.* Sententia con-
17 demnatoria † aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, in quo erat comminata pœna priuationis benefi. iorum, non priuat beneficijs irreuocabiliter, eſt enim ſententia interlocutoria, & reuocabilis, & quandocumque contumax comparet, etiam poſt collationem alteri factam, recuperat beneficia, *Achill. deciſ. 2. de dol. & cont. Rot. diuerſ. deciſ. 68. & 369. num. 6. & ſeqq. par. 1. Soc. Sen. in l. 1. §. hoc iudicium numer. 11. & ſeq. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & ibi DD. Felin. in c. ex litteris num. 17. & plurib. ſeqq. & numer. 27. de conſtit. & ibi Canon.* quia iudex non poteſt mulctare contumacem in amiſſione cauſæ, aut ſuorum beneficiorũ, *glo. in l. vnica verſ. fin. in verb. hoc iudicium c. medium verſ. 2. exponitur, & ibi Soc. num. 11. Alex. numer. 8. & DD. communiter ff. ſi quis ius dic. nõ obtemp.* tum quia contumax nulla temporis præſcriptione à cauſæ defenſione ſummoueri poteſt: *l. annus in fin. ff. de requir. reis & c. l. 3. C. eod.* Ideo ſi de Stylo, vel conſuetudine, aut vigore ſtatutorum contrarium ſeruatur, talis probatio ex contumacia reſultans eſt priuilegiata, & ſententia eius vigore lata nunquã tranſit in rem iudicatam, *c. tua nos, & ibi Innoc. nu. 5. de cohab. cler. & mul. & ibi Can. l. abſentem in princ. ff. de pen. Pan. in c. 2. ſub num. 4. verſ. ſecundus intellectus de purg. vulg. Rot. diuerſ. deciſ. 136. num. 3. & 4.*
18 *par. 1.* ſi vero ſententia † priuationis in abſentiam, vel contumaciam feratur ſuper ipſo crimine per veras, & legitimas probationes, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, tunc eſt definitiua, & priuat irreuocabiliter, quia ſententia priuationis beneficiorum abſenti irrogari poteſt, *l. abſentem & ibi poſt gloſſ. Bart. num. 2. & 3. ff. de pan. Rot. diuerſ. deciſ. 68. num. 3. & 4. par. 1.* vacat autem † beneficiũ 19
in loco, in quo fit priuatio, & non in alio, in quo ſitum eſt beneficium, *Rot. deciſ. 35. hoc tit. in antiq. Caputaq. deciſ. 64. par. 1. gloſſ. in cap. cupientes in verb. priuatos & ibi gl. marg. dicit ita ſeruare Curiam de elect. in 6. Franc. in cap. poſſunt §. ſane numer. 4. hoc titulo in 6.*

Quarta pars huius tituli.

SVMMARIA.

1 *Prouiſiui modi aliqui tribuunt ius ad beneficium, quidam ius in beneficio.*

2 *Prouiſiui modi per quos acquiritur ius ad beneficium enumerantur.*

3 *Prouiſiui modi quibus acquiritur ius in beneficio.*

4 *Tranſlatio quæ eſt extraiudicialis & interdum iudicialis.*

5 *Conceſſio beneficij tribuens ius in re.*

6 *Collationes regulariter non ſunt de proceſſu nec pertinent ad proceſſum.*

7 *Iudicialis collatio eſt quando executor ſuper verificatione gratiæ datus eſt cum clauſula vocatis vocandis aut aliquis expellendus eſt à poſſeſſione & alijs caſibus.*

Collationes parochialium Eccleſiarum & beneficiorum quæ in curia prouidentur per cõcurſus ſunt extraiudiciales.

8 *Collatio alia eſt neceſſaria alia voluntaria.*

9 *Collatio valida eſt facta per collatorem ignorantem impetranti etiam ignoranti vacationem dum tamen beneficium in veritate vacet.*

10 *Non poteſt eſſe incerta, alternatiua, clandeſtina, conditionalis.*

11 *Prouiſio, diſpoſitio, ordinatio verba generaliora ſunt collatione.*

12 *Confert beneficia ſummus Pontifex iure proprio, iure præuentionis, & iure concurſus.*

13 *Prouiſionum papalium aliæ fiunt in forma gratioſa, aliæ in forma dignum, quædam motu proprio.*

14 *Literæ gratioſæ diriguntur illi cui facta eſt gratia, & litera*

Digitized by Google

& litera executoria ſub dicta gratia confecta executoribus.

15 *In forma dignum quando dicuntur fieri.*

16 *Motu proprio gratia quando cenſetur ſignata.*

17 *Conferunt beneficia legati à latere.*

18 *Confert beneficia epiſcopus, maiora cum Conſilio capituli minora ſine conſilio.*

19 *Limitatur dicta poteſtas Epiſcopi in dignitatibus canonicatibus & prabendis cathedralis eccleſia ac beneficijs quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum de conſenſu capituli, vel eſt communis Epiſcopo & capitulo ſalua conſuetudine.*

20 *Limitatur ſecundo, in Canonicatibus & prabendis collegiatarum Eccleſiarum quorum collatio ſpectat ad ipſa collegia.*

21 *Limitatur tertio, in beneficijs regularibus exemptis quorum collatio ſi ſint conuentualia pertinet ad pralatum & conuentum, ſi vero conuentualia non ſint ad ipſos Pralatos regulares.*

22 *Omnes predicti ſunt ordinarij collatores ac etiam capitula cathedralis ac collegiatarum Eccleſiarum.*

23 *Epiſcopus quando beneficium vacat, de iure & de facto praſumitur habere notitiam vacationis, ſed non qualitatis vacationis.*

24 *Conſuetudines circa collationes canonicatuum & prabendarum cathedralis Eccleſiæ varia ſunt.*

25 *Collatio beneficiorum facta per epiſcopum ſeu Pralatum putatiuum an & quando ſit valida.*

26 *Collationis pertinentia ad alium epiſcopo inferiorem ad quem de iure communi non ſpectat quomodo probetur.*

17 *Vicarius epiſcopi generalis non poteſt conferre beneficia niſi ipſi beneficiorum collatio ſpecialiter committatur.*

28 *Gratiæ Apoſtolicæ eſſentia in ſola ſupplicatione conſiſtit & eſt matrix & ſcriptura originalis.*

29 *Ad effectum ſub & obreptionis attendenda eſt ſupplicatio.*

30 *Ad effectum iuſtificationis attenduntur litera.*

31 *Breuis matrix eſt minuta habens ſignaturam Cardinalis vel expeditoris.*

32 *Gratia Apoſtolica per ſolam ſupplicationem aut minutam non poteſt probari, ſed per literas ſiue bullas.*

33 *Pœna capientium aut dantium poſſeſſionem beneficiorum ſine literis.*

34 *Quando timor eſt de aliqua intruſione in beneficio reſeruato Papa per breue ſupplicatione introcluſa mandat quod prouiſus apoſtolice ponatur in poſſeſſionem ante expeditionem bullarum & explicantur clauſula ſolita poni in huiuſmodi breui.*

35 *Gratia qualitates poſſunt probari per teſtes.*

36 *Bulle ſiue litera dicuntur expedita quando ſunt in plumbo & praſumuntur debito tempore expedita.*

37 *Habent executionem paratam prout teſtamenta. Qua regula fallit quinque modis.*

38 *Collatio facta per epiſcopum probatur per literas epiſcopi ſigillo ſigillatas ſiue tabellione & teſtibus*

39 *Sed ex ſtylo Rota fidem contra apoſtolicas impetrantes non faciunt abſque notarij & teſtium ſubſcriptione.*

40 *Collator beneficio euicto an & quomodo teneatur.*

41 *Conferens indigno, an & quando poſſit procedere ad ſecundam collationem.*

42 *Ingratijs ſiue literis ad beneficia an debeat fieri mentio valoris annui fructuum beneficij obtenti aut impetrandi.*

43 *Valor conſiſtit in fructibus qui inportatis & libere & in abſentia percipiuntur.*

44 *Valoris probatio incumbit impetranti, etiamſi non negetur, & quomodo probetur.*

45 *Valoris probatio abſque oneribus eſt inſufficiens.*

46 *Valoris ſemiplena probatio ſufficit quoad effectum iuſtificationis gratie, & talis qualis.*

47 *Probatio valoris obtentorum.*
Valor quãdo vere et cõcludenter probari debeat
A mala fructuum expreſſione qua nam excuſent

48 *Poſſeſſionis illicita pracedentis ſiue intruſionis ac fructuum male perceptorum.*

49 *Qualitatum beneficiorum qua impetrantur.*

50 *Affectionis & reſeruationis beneficij.*

51 *Vacationis modi.*

52 *Penſionis ac fructuum reſeruatorum ac quorumcunque redditu um Eccleſiaſticorum.*

53 *Obtentorum beneficiorum & eorum qualitatum.*

54 *Litis, rei iudicata.*

55 *Menſis.*

56 *Colorata poſſeſſionis alterius.*

57 *Collationis & prouiſionis nullitati quando impetrant dat cauſam tunc non poteſt eam allegare Qua regula limitatur ſeptem modis.*

58 *Vnio eſt tertius modus prouiſionis dant ius in beneficio.*

59 *Fit quatuor modis.*

Digitized by Google

60 *An in Eccleſia vnita ſit deſeruiendum per Vicarium temporalem vel perpetuum.*
61 *Vnire poteſt ſummus Pontifex & quæ beneficia.*
62 *Legatus à latere beneficia quorum collatio & diſpoſitio poteſt ad eum pertinere.*
63 *Epiſcopus cum quibus ſolemnitatibus & quænam beneficia.*
64 *Vnio quomodo probetur.*
65 *Quanto tempore præſcribatur.*
66 *Vnionis diſſolutio non poteſt fieri eccleſia vacante et in ea requiruntur omnes ſolemnitates de quibus in c ſint exceptione 12. quæſt. 2.*
67 *Vnione perpetua diſſoluta datur nouum beneficiũ.*
68 *Diſmembratio eſt quando aliqua bona fructus ſeu redditus beneficij ab eo ſeparantur & alteri applicantur.*
69 *Lectio ſiue diuiſio beneficij eſt quando vnum beneficium diuiditur in duo vel plura beneficia.*
70 *Submiſſio ſeu ſubiectio eccleſiæ bonorum immobilium vel iurium eius alicui alienatio eſt*
71 *Commenda eſt quartus modus prouiſiuus & quid iuris tribuat.*
72 *Sola habet vim diſpenſationis vt alia opus non ſit.*
73 *Cathedrales eccleſiæ non dantur in commendam, cætera omnia beneficia dantur in commendam.*
74 *Commenda conceditur à Summo Pontifice.*
75 *Legato à latere.*
76 *Epiſcopo & non ab inferiore Prælato.*
77 *Commenda alia eſt temporalis, quæ fit de Eccleſia parochiali, & alia eſt perpetua.*
78 *Eccleſia commendata an vacet.*
79 *OEconomatus eſt quintus modus prouiſiuus, datur à ſummo Pontifice eccleſiæ cathedrali vacanti.*
80 *Ab Epiſcopo vacantibus Eccleſiis certis caſibus.*
81 *Durat vſque quo eccleſia fuerit ordinata.*
82 *Datio coadiutoris eſt ſextus modus prouiſiuus.*
83 *Deuolutio eſt ſeptimus modus prouiſiuus.*
84 *Adminiſtratio ſiue procuratio eſt octauus modus prouiſiuus quæ eſt quædam palliata diſpenſatio.*
85 *Cathedralis Eccleſiæ committitur à ſummo Pontifice & adminiſtratoris poteſtas pendet ex tenore Bullarum.*
86 *Cæterarum eccleſiarum & beneficiorum adminiſtratio poteſt committi, per epiſcopum.*
87 *Capitulum quoque ſede vacante in beneficijs ſpectantibus ad collationem epiſcopi conſtituit adminiſtratorem.*
88 *Vicariatus ſiue viſitatio eſt nonus modus prouiſiuus.*
89 *Datur cathedrali eccleſiæ vacanti à ſolo Romano Pontifice.*
90 *Non tollit vacationem neque impedit electionem.*
91 *Datur ab Archiepiſcopo ob negligentiam vel malitiam Capituli circa adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus.*
92 *Datur quoque à legato à latere.*
93 *Vicarij ſiue viſitatoris poteſtas.*
94 *Inferioribus eccleſiis à cathedrali vacantibus non collegiatis viſitator datur ab epiſcopo ac etiam à capitulo ſede epiſcopali vacante, collegiatis vero quando capitulum negligenter aut perperam adminiſtrat.*
95 *Optio eſt vndecimus modus prouiſiuus duplex eſt, vna per quam non quæritur aliquid ſpirituale & eius conſuetudine inductum tribuens ius ad beneficium quo antiquiores canonici gradatim meliores, cum vacant, optant præbendas.*
96 *In qua Eccleſia locum habeat.*
97 *Inducitur ſpatio decem annorum.*
98 *In optione nouus titulus non quæritur ſed antiquus quo præbendam nunc dimiſſam tenebat ad optatam extenditur.*
99 *In quibus beneficijs & eccleſiis optio non habet locum.*
100 *Qui optare poſſint, & qui non.*
101 *Debet fieri intra viginti dies optio.*
102 *Optio quomodo tollatur vel differatur.*
103 *Altera optio eſt quando tituli vna cum præbendis mutantur.*
104 *In qua præſcribenda requiritur tempus quadraginta annorum.*
105 *Optio oblagiorum, obedientiarum, domorum, poſſeſſionum, vel aliarum rerum ſingularum quomodo fiat.*
106 *Creatio in canonicum ſuper numerarium eſt vndecimus modus prouiſiuus quando ſummus Pontifex obtinentes dignitates creat canonicos vltra numerum capituli accedente conſenſu.*
107 *Quomodo conſenſus à capitulo ſit præſtandus in creatione canonici.*
108 *Obtinens dignitatem ex creatione in Canonicum quid iuris conſequatur.*

MVLTI ſunt modi prouiſiui † per quos ec- 1
cleſijs, beneficijs, ac clericis prouidetur, ex quibus aliqui tribuunt ius ad beneficium, quidam ius in beneficio. Acquirimus ius ad bene-ficium † non per poſtulationem, ſed per electio- 2
nem,

Digitized by Google

nem, *dictum eſt ſupra tit. de poſtul. & elect. Felin. in c. cum Berthold. num. 3. & ſeq. de re iud.* Per præſentationem, *dicetur infra tit. de iurepatr.* per acceptationem vigore expectatiuæ, *c. fin. de conceſſ. præb. in 6. clem. 1. eod. tit. & vtrobique DD.* per mandatum de prouidendo de prima præbenda vacatura factũ recepto, ſiue creato in canonicum auctoritate Apoſtolica, *c. ſi poſtquam de præb. in 6. & ſeqq.* per reſeruationem factam de certo beneficio, *dicetur infra tit. de conceſſ. eccl. & præb. non vac.* quæ tria vltima Concilium Tridentinum excluſit: *c. decernit ſeſſ. 24. dicetur infra tit. de conceſſ. eccl. & præb. non vac.* per collationem nondum acceptatam, *c. ſi tibi abſenti de præb. in 6.* per optionem, *dicetur infra hoc tit. §. 13. eſt optio.* ob non ſolutam penſionem, propter clauſulas appoſitas in litteris de conſenſu eius, qui ſoluit penſionem & Papæ, *dicetur infra tit. vt eccleſ. benef. ſine diminut. confer.* per priuationem iuris, *dixi ſupra hoc tit. §. decimo ſunt alij modi,* per acceſſum, ingreſſum, & regreſſum, *dicetur infra tit. de conceſſ. eccl. & præb. non vacan. &c.* per mandatum de prouidẽdo de certo beneficio vacante in forma dignum, ſiue commiſſaria: nam per eius obitum beneficium ante collationem non vacat, ſed vacat vt prius, *Vital. in clem. 1. numer. 49. vt lit. pend. &c. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 15. §. 2. num. 59. Card. Seraph. deciſ. 1446. num. 3.* per oppoſitionem ſtante conſtitutione, ſeu conſuetudine, priuilegio, ſeu fundatione dante ius opponendi, *Caſſad. deciſ. 18. num. 5. de præb. Put. deciſ. 229. lib. 2. dixi ſupra hoc tit. in 5. beneficiorum diuiſione*, quos latius perſequuntur Sam. *in regul. Cancell. de iur. quæſ. non toll. quæſt. 1. num. 29. verſ. primus igitur modus, & plurib. numeris ſequen. Garc. de benef. part. 4.*
3 *cap. 3.* Modos, quibus acquiritur ius † in beneficio, ordinate explicabo.

4 Primus eſt † translatio, *dixi ſupra de transl. epiſc. vel elect.*

Secundus eſt collatio, quæ eſt extraiudicialis,
5 & interdum iudicialis conceſſio † beneficij tribuens ius in re, & faciens beneficium eſſe illius, cui confertur, poſt acceptationem à præſente, *cap. gratia & ibi gloſſ. in verb. ignoranti de reſcript. in 6. Lap. alleg. 89. num. 6. & ibi add. gl. 1. in fin. in c. ſi tibi abſenti hoc tit. in 6. & ibi Archid. ſub num. 1. in verb. vt tuum,* vel ſi abſenti fiat, poſt ratificationem, *c. ſi tibi abſenti hoc tit. in 6. & ibi glo. in verb. habueris & Can.* habet vim electionis, & confirmationis: *c. 1. & ibi gloſſ. in verb. prouiſionem de elect. in 6. c. cum olim, & ibi not. de cauſ. poſſ. & propr.* hinc ſuperior, ad quem, negligentibus electoribus, fit deuolutio, poteſt vnico actu collationis ſe expedire, *c. ſi poſtquam in fin. & ibi gl. pen. de elect. in 6. c. cauſam quæ de elect. & ibi Pan. in 6. c. cum inter el 3. & ibi gl. in verb. confirmauit, & Can. eod.* dico *extraiudicialis*, quia collationes, & prouiſiones beneficiorum ſunt actus extraiudiciales: *cap. concertationi de app. in 6. & ibi Franc. num. 3. & Can. Pan. in c. fin. num. 3. & ibi Can. de præſumpt.* imo ſanctiſſimi Domini noſtri Datarius non eſt iudex impetrantium beneficia, ſed extraiudicialiter ſe informat de qualitatib. prouidendorum, & de fumo iuris impetrationum: *Nauarr. conſ. 3. num. 2. hoc tit.* regulariter collationes non † ſunt de proceſſu, nec pertinent ad pro- 6
ceſſum, vnde ſi aliquis petat ab ordinario collationem alicuius beneficij, vel confirmationem electionis de ſe factæ ad aliquam Collegiatam eccleſiam, & ante collationem, vel confirmationẽ fuerit interpoſita appellatio, eaque pendente ordinarius alteri conferat, vel electionem confirmet, vtrumque valet, ea etenim quæ pertinent ad iudicem, ſiue proceſſum, appellatione pendente, facta caſſari debent, tanquam attentata, ſecus in his, quæ non pertinent ad proceſſum, *Rot. deciſ. 3. & ibi add. vt lit. pend. &c. in nou. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. Butr. in c. cum M. ſub n. 88. verſ. ad quod declarandum de conſt. Bald. in auth. litigioſa C. de litig.* Eadem ratione executor litterarum Apoſtolicarum ſuper verificatione gratiæ procedit extraiudicialiter, ſiue eſt datus ſine clauſula, ſiue cum clauſula ſapiente monitionem, vel inſtructionem, videlicet ſi eſt idoneus &c. ſiue cum clauſula ſapiente conditionem, & certam formã, nec tenetur aſſumere, niſi velit, partes iudicis, *Pan. in c. fin. numer. 23 & Fel. numer. 22. de præſumpt. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 9. §. 1. tit. annotationes cont. nullit. & attent. à num. 14. vſq; ad num. 47. Iaſ. in l. certum numer. 11. & ſeqq. C. vnde legit. gloſſ. in Clem. 1. in verb. repererint, & ibi Zab. q. 13. de off. deleg.* Iudicialis eſt † collatio, quando ex- 7
ecutor ſuper verificatione gratiæ datus eſt cum clauſula, vocatis vocandis, *c. exhibita de iud. & ibi Can. Fel. in c. de cætero num. 10. de re iud. Rot. deciſ. 12. & ibi add. num. 12. de off. deleg. in nou.* aut aliquis expellendus eſt à poſſeſſione, quam occupauit, *cap. licet epiſcopus hoc tit. in 6. cap. conquerente de reſt. ſpol.* quando ſponte ſuſcepit partes iudicis, *gl. in Clem. 1. in verb. repererint verſ. dicit tamen Innoc. de off. de-*

leg. & ibi Can. & alijs caſibus notatis *ſupra titul. de off. & pot. iud. dèleg. §. omnes executores,* Collationes Parochialium † eccleſiarum ſæcularium, canonicatuum Doctoralium, & Magiſtralium, necnon omnium beneficiorum, quæ in Curia prouidentur per concurſum, ſunt extraiudiciales, quia tãtum aſſiguntur edicta cum certo termino, ſcribuntur, & admittuntur oppoſitores, examinantur, & de eorum habilitatibus, & qualitatibus inquiritur abſque alia citatione, quibus peractis prouidetur magis idoneus, poteſt tamen de eis fieri collatio iudicialis, ſecundum caſus occurrentes, & prout natura negotij poſtulat: *arg. gloſſ. in §. fin. in verb. inanes, & ibi DD. de elect. in 6. Pan. in c. conſtitutus 46. num. 14. & ibi Franc. nu. 9. de appell. Ioan. And. in c. auaritiæ ſub num. 3. verſ. à contrario de elect. in 6. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. in cauſ. beneſ. num. 40. & ſeqq.*

8 Collatio alia eſt † neceſſaria, alia voluntaria, neceſſaria eſt quæ eſt debita certæ perſonæ ſeu certo generi perſonarũ, *Reb. in prax. lib. 1. tit. de collat. in princ. gl. fin. in c. cum in eccleſia & ibi Can. hoc tit. in 6. Put. deciſ. 229. lib. 2. & deciſ. 99. num. 3. lib. 3.* antiquiori optanti, *c. fin. de conſuet. in 6.* compermutanti, *Clem. vnic. de rer. permut.* conſanguineis fundatoris, *Garz. de beneſ. par. 5. cap. 7. num. 76.* vel illa, quæ fieri debet cum alterius cõſilio, *c. cum in veteri de elect. c. cum olim de arbit. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 46.* conſenſu, *cap. 1. §. cum vero ne ſed. vac. & c. in 6. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 47.* præſentia, vel interuentu, *l. ſed etſi pupillus §. conditio ff. de inſt. act. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 48* aut alterius miniſterio, *Tiraq. de leg. connub. gloſſ. 7. num. 35. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſſ. 49. vbi multos miniſteriorum modos perſequitur, Caputaq. dec. 297. numer. 5. & 6. par. 1. l. in minoribus C. ſi tut. vel cur. etc.* electione, præſentatione: *c. nobis 2. & 3. reſp. de Iurep. at. & ibi poſt gl. DD. c. decernimus 16. q. 7.* voluntaria eſt, quæ ex voluntate, & libere fit de beneficiis, *Rebuff. in prax. lib. 1. tit. de collat. n. 3. Pan. in c. de multa num. 3 hoc tit. Caſſad. deciſ. 3. ſub num. 3. et 4. de priuil. Garſ. de beneſ. par. 5. cap. 7. num. 51. et plurib. ſeqq.* etiamſi in genere ſint affecta qualificatis perſonis, vtputa magiſtris: *c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. venerabilis hoc tit. & ibi Pan. num. 8. et Can. Garc. de beneſ. par. 5. c. 7. num. 76. in fin.*

9 Collatio valida † eſt facta per collatorem ignorantem impetranti etiam ignoranti vacationem, dum tamen beneficium in veritate vacet, *Lap. alleg. 6. n. 2 in fin. Rot. deciſ. 36. hoc tit. in antiq.* aut ſi fiat ipſo die obitus poſſeſſoris beneficii, *Creſc. dec. 13. de reſcr. c. vn. & ibi gl. in verb. occulta & Can. vt eccl. beneſ. ſin. dimin. conf. Pan. in c. 1. num. 2. de cland. deſponſ.* Ac corpore defuncti beneficiati nondum ſepulto, *Pan. in c. bonæ el 2. ſub num. xj. poſt gloſſ. et ibi Can. de elect.* aut ei cui ipſo die prouiſionis prima tonſura fuit collata, quia præſumitur, quod collatio mortem & clericatum fuerit ſequuta, *Creſc. deciſ. 4. de præſumpt. Felin. in c. paſtoralis num. 2. de reſcript. l. cum in teſtamento §. hæc verba ff. de hered. inſtit.* propter vtriuſque actus validitatem, *d. l. cum in teſtamento §. hæc verba ff. de hered. inſt. Iaſ. in l. fin. num. 30. et 35 C. de edict. diu. Adr. toll. Iaſ. in l. qui fideicommiſſarium num. 2. C. de fideiuſſ. Felin. in c. paſtoralis num. 5. et ſeq. de reſcript. plura cumulans,* vel abſenti nullo mediante *c. ſi tibi abſenti in princ. hoc tit. in 6.* neque de iure eſt conſtitutus terminus ad conſentiendum collationi, nam *c. quamuis ſit de elect. in 6.* non habet locum in collationibus beneficiorum, *Gemin. in d. c. ſi tibi ſub numer. 4. Anchar. in 2. not. et Can. communiter,* ac mediante laico procuratore, *Clem. 1. in verb. procuratorem, & ibi Can de renunc. Collect. in c. decernimus numer. 3 de iud. & ibi Can. Rot deciſ. 8. de procurat. in antiq. Creſc. dec. 3. de conceſſ. prab.* de nocte, *cap. vnico, vt eccl. beneſ. ſin. dimin. conf. Pan in c. 1 num. 2. de cland. deſp. Dec. in c. conſuluit numer. 32. de off. deleg. Creſc. dec. 3 de reſcript. num. 2. Garc. de beneſ. par. 8. c. 4. num. 5. & ſeqq.* non poteſt eſſe † incerta 10 alternatiua, clandeſtina, contra quam præſumitur, & eius maior requiritur probatio, *Franc. cap. ſi tibi abſenti ſub num. 1. et Archid. num. 1. hoc titul in 6. Garc. de beneſ. par. 8. cap. 4. num. 1. & ſeqq.* aut conditionalis, niſi talis ſit conditio quæ inſit tacite, vt ſi vacat, ſi es capax, *c. 2. & ibi gloſſ. in verb. incerta de elect. in 6. & ibi Franc. num. 4. & Can. Garc. de beneſ. par. 8. cap. 2 per totum, Bal. in l. 3. numer. 13. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer.* quia collatio beneficiorum non poteſt ſtare in pendenti, *Creſc. deciſ. 15. de cauſ. poſſ. & propr. late Felin. in c. cum ex officij ſub num. 36. verſ. in contrarium de præſcript. c. 2. & ibi gl. in verb. incerta & Can. de elect. in 6. l. actus legitimi ff. de reg. iur.* à ſummo Pontifice in genere, *c. ſi plurib. & ibi Franc. num. 2. hoc tit. in 6.* & ad tempus, vel ſub conditione fieri poteſt, *c. ſi paſtoralis 7. q. 1. c. ſi pro te de reſcript. in 6. c. veniens de fil. presb.* Verba † 11 *prouiſio, diſpoſitio, ordinatio* generaliora ſunt, apta comprehendere omnem modum, per quem de iure ec-

iure eccleſiæ poteſt prouideri: gloſſ. in clem. fin. in verb. prouiſioni de elect. glo. in clem. 1. in verb. diſpoſitionem de ſuppl. neglig. præl. gloſſ. in c. poſt electionem in verb. ordinationem de conceſſ. præb. Gail. de mont. Laud. in repet. extrau. ſedes Apoſtolica n. 5. de off. deleg. hinc ſi Papa reſeruat beneficium ſuæ collationi, per Commendam (quæ ius non tribuit in beneficio) reſeruatio non expirabit, quæ expirat, ſi reſeruauerit ſuæ prouiſioni, diſpoſitioni, aut ordinationi, Rom. conſ. 350. nume. 9. & xj. Staph. de litt. grat. tit. de mod. prouiſ. num. 14. Franc. in c. nemo deinceps ſub numer. 5. verſ. ex his infertur de elect. in 6. Verba, collectio, electio, præſentatio quandoq; confunduntur, & collatio ſumitur pro præſentatione, & præſentatio pro collatione, Rot. deciſ. 27. de præb. in nou. Imol. in c. fin. numer. 1. & 2. de conceſſ.
12 præb. Greg. 15. deciſ. 66. Conferunt beneficia † vacantia ſummus Pontifex, qui in omnibus, & ſingulis diœceſibus totius orbis poteſt conferre beneficia iure proprio, c. 2. in princ. hoc titul. in 6. late Garc. de benef. par. 5. cap. 1. iure præuentionis, c. dudum §. nos igitur attendentes c. quamuis & ibi Can. hoc tit. in 6. Silu. de benef. par. 3. q. 65. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern. §. 3. proœmial. ac iure cõcurſus, c. ſi à ſede hoc tit. in 6. & ibi Can. c. duobus & ibi Can. not. de reſcript. in 6. Quando narratur diſpoſitiue aliquis modus reſeruationis, cap. 2. in fin. hoc tit. in 6. Simenet. de reſeru. quæſt. 48. vel deuolutionis, c. 2. de conceſſ. præb. cap. litteras cap. dilecto de ſuppl. neglig. prælat. tunc Papa non præſumitur velle præuenire ordinarium, Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter. §. 4. proœm. num 75. & 76. & ſeqq. aut velle cum eodem concurrere, Rom. conſ. 335. num. 14. per c. ex parte de conceſſ. præb. ſed præſumitur motus dicta narratiua, nam excluditur ordinarius à poteſtate conferendi, verificata narratiua reſeruationis, c. 2. in fin. hoc tit. in 6. Lap. alleg. 19. ſub num. 2 vel etiam deuolutionis: cap. 2. de conceſſ. præb. c. litteras, c. dilecto de ſuppl. negl. præl. poteſt autem Papa concurrere , & præuenire quemlibet collatorem etiam ordinarium, ac quando capitulum cum eo concurrit in collatione , Greg. 15. deciſ. 221. num. 7. & ſeqq. ex not. per Pan in cap. cum eccleſia num. 8. verſ. 3. opinio de elect. vel delegatum, c. dudum c. quamuis el 2. hoc titul. in 6. Rot. deciſ. 1. ſub num. 2. verſ. ipſe enim conferendo, & deciſ. 17. verſ. præterea Papa hoc tit. in nou. ac eum qui ex indulto cõfert beneficia reſeruata, d. c. dudum §. nos igitur hoc tit. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & al: gloſ. 2. proœm. num. 17. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 291. & addit. num. xj. plures deciſiones cumulans, tex. in c. quamuis el 2 in fin. & Can. hoc tit. in 6. Garc. de benef. par. 5. c. 1 in princ. præuentio, & concurſus probantur ex coniecturis relatis per Gonzal. ſuper regul. de menſib. & alternat. §. proœm. 4. num. 67. & ſeqq. & nu. 89. & ſeqq. vbi loquitur de concurſu, Greg. 15. deciſ. 314. & ibi Add. late, &c.

Prouiſionum Papalium † aliæ fiunt in forma 13
gratioſa, aliæ in forma, dignum arbitramur, ſiue commiſſaria, dictum eſt ſupra tit. de reſcript. Pariſ. de reſig. lib. xj. q 3. nu. 67. & ſeqq quædam motu proprio, litteræ gratioſæ diriguntur ipſi, cui facta eſt gratia, & tranſeunt ſub ſerico rubeo, & croceo,
litteræ executoriæ † ſub dicta gratia confectæ di- 14
riguntur executoribus, Vital. in Clem. fin. num. 10. & 11. de reſcript. ſub cordis canabis, & ſub eadem data, Mandoſ. ad Lap. alleg. 127. in lit. D. qui non tenentur aliquid verificare pro executione facienda: nam ad capiendam poſſeſſionem nequaquã requiritur probatio, Pariſ. de reſign. libr. 10. quæſt. 3. num. 53. atteſtans de communi Garc. de benef. par. 6 c 2. §. 2. num. 156. 181. & plur. ſeqq. ac ſufficit eius perſonam hic Romæ fuiſſe approbatã, & idoneam iudicatam, Pariſ. de reſignat. lib. 10. q. 3. num. 67. & ſeqq. niſi alius ſit in poſſeſſione, vt iam dictum eſt, c. licet epiſcopus hoc tit. & ibi poſt gloſſ. pen. DD. c. cum noſtris, et ibi gloſſ. antep. de conc. præb. & Can. l. vti frui & ibi DD. ff. ſi vſusfructus pet. Garc. de benef. par. 6. c. 2. §. 2. num. 159. & ſeqq. aut adſit legitimus contradictor habens titulum coloratum, de quo docuit l. fin. ibi non autem legitimo modo ab alio detinentur, & ibi gloſſ. Bald. & DD. C. de edict. D. Adr. toll. cap. ex conqueſtione, et ibi gloſſ. pen. de reſt. ſpol. Bald. in l. conſentaneum numer. 20. C. quom. & quan. Iud. Aufr. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 1001. in princ. effectus maximus eſt, cum primo caſu ſint meri executores, à quibus non datur appellatio ſuſpenſiua, ſecundo caſu ſint mixti, à quibus datur appellatio, quoad vtrumque effectum, c. paſtoralis §. quia vero, et ibi poſt gloſſ. in verb. etſi ſciat Can. de off. et poteſt iud. deleg. Pan. in cap. fin. num. xj & ibi pulchre Butr. num. 9 & Can. communiter de præſumpt. late Garc. de benef. par. 6. c. 2. §. 1. num. 106. vſque ad finem plures deciſiones referens, Dicuntur fieri in forma † dignum, 15
quando Papa committit Ordinario diœceſano, aut eius Vicario, ſeu officiali executoribus à ſe deputatis, vt ſi per eum impetrans inuentus fuerit in ſcientia idoneus, & etiam in moribus repertus

fuerit vitæ laudabilis conferant ei beneficium, *facit Clem.1.de conceſſ.preb.Clem.1.de off.deleg.cap.ſi pauper hoc tit.in 6. Rot.deciſ.53. de conceſſ. preb. in antiq.* & litteræ tranſeunt ſub corda canabis, *Vital. in clem.fin.num.9.de reſcript.* dant ius ad rem, *Caſſad.deciſ.1.num.6.vt lit. pend. &c.arg.eorum quæ tradit Iaſ.in l. in bona fidei numer.3. & ſeq.ff. de eo quod certo loco &c. & ibi DD.* litteræ executoriæ ſub filo canabis, *Garc.de beneſ.par.6.cap.2.in princ. & num. 4. Pariſ.de reſignat.lib.8.q.7.ſub num.187.vbi ponit Pij Quinti conſtitutionem*, ac eadem data diriguntur vni ex viciniorібus epiſcopis, ſeu eius Vicario, aut officiali, quibus mandatur, vt ſi Ordinatius intra triginta dies beneficium non contulerit, illis elapſis, ſi impetrantem idoneum repererit, beneficium eidem conferatur, *Mandoſ. ad Lap. alleg. 127.in lit.D. Garc.de beneſ.par.6.c.2. in princ. vbi refert plures deciſ. Rot.* daturque illis iuriſdictio ſub conditione, ſi Ordinarius diœceſanus, eiuſve Vicarius, ſeu Officialis, quibus prouiſio primum cõmittitur, fuerint in mora, ſeu negligentia, quæ probatur ex præſentatione litterarũ requiſitione impetrãtis, & lapſu triginta dierũ, *c.ſi.de ſuppl.negl. præl.c.ſtatutum, & ibi Franc.n.3.& Can. de preb.in 6.* & ex tunc in ipſum executorem poteſtas huiuſmodi prouiſionis transfertur, *c.ſi capitulo & ibi Franc.ſub n.3. poſt gl. in verbo exequatur & Canon de conceſſ.preb.in 6.c.cum plures §.porro de off.deleg.in 6.* conſtito ſibi de mora, vel negligentia Diœceſani, quia agitur de iuriſdictione, vel poteſtate danda, *cap.ſuſcitatus, & ibi Felin.ſub n.12.verſ. limita de reſc. add.fin.ad deciſ.4.de off.deleg.in nou.* Sed ſi Diœceſanus ordinarius denegaret executionem ſub prætextu ſubreptionis literarum, vel inidoneitatis, impetrans grauatus debet appellare ad ſummum Pontificem, non autem recurrere ad executorem, *l.etſi non cognitio & ibi poſt gl. DD. C.ſi contra ius vel vtil.publ.c.paſtoralis §.quia vero, & ibi poſt glo. in verbo etſi ſciat C. de off. deleg. Garc. de beneſ. part.6. cap.2. n.56. vſque ad finem plures deciſ.Rot.cumulans.* dictique executores poſſunt ſubdelegare, *Rot. deciſ.28. de conceſſ. preb.in nou.per c.is cui 1.reſp.de off. deleg. in 6. Garc. de beneſ. part. 6. cap.2. §. 1. n. 97.& ſeq. & num. 106. & ſeq.* & tenentur ex officio inquirere & perſcrutari habilitates ad beneficium requiſitas, & verificationem narratorum in literis vti iam dictum eſt, *c.cum in cunctis in princ. & ibi poſt gl. Can. c. innotuit de elect. c. eam te de æt. qual. & ord.præf.Clem.1.eod.tit. & ibi Vital. & Can.dixi ſupra de off. & poteſt iud. deleg. Garc.de beneſ.part.6. cap.2. §. 2. nu. 231. & plur. ſeqq. Gonzal. ſuper reg. Canc.de menſ. & altern. gloſſ. 4. numer. 108. & ſeqq.* non tamen gratia in forma dignum eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, *c. fin. de præſumpt. & ibi late Felin.nu 1.16.29. & Can.c.accepimus, de æt. qual.& ord. præf. Clem. 1. & ibi gloſſ. in verbo repererint Zab. quæſt.13. & Can de offic. deleg. Bald.in l. neque natales numer.15. & 16. C.de probat.Iaſ.in l.certum numer.9. C.vnd. legit. Bart. in l. muto §. ſub conditione num.3. de tut. Rebuff. in prax. libro 1. tit. for. nou. prouiſ. in 4. parte Bullæ numer.6. & ſeqq.* ſed reſpectu prouiſionis, quæ eſt dilata in tempus, poſtquam repertus eſt idoneus & poſſeſſio ante approbationem capta eſt inualida, *l.qui abſenti §.1. ff. de acquir.poſſeſ. & ibi poſt gl. DD. Greg. xv. deciſ. 441. numer.3.& 4. Garc. de beneſ. part. 2. cap. 1. numer. 130. & ſeqq.* præfata procedunt, quando Bullæ expediuntur per Cancellariam, quod ſi expeditio fiat per cameram, tunc gratioſa, & executoria ſimul in eadem bulla poni poſſunt, *Mandoſ.ad alleg.Lap.127. in lit.D. Garc.de beneſ.part.6. cap.2.in princ.c.non eſt vobis in ſua ſuperſcriptione de ſponſal.* Epiſcopus literas in forma dignum directas officiali, ſeu Vicario ſuo exequi non poteſt, *Zab.in Clem.etſi principalis quæſt. 9. Vital. num. 52 & ſeqq.& Can.de reſcr. Dec.in c.quoniam Abb. n.62.de offi. deleg.* nec Vicarius, aut officialis ſe intromittunt, quando eidem epiſcopo fuerunt directæ, *Dec.in d.c.quoniam Abb. nu.78. & ſeqq. de off. deleg: Garc de beneſ. part. 6.c.2. numer.20 vſque ad numerum 28.* quas ſede epiſcopali vacante vicarius, ſeu officialis capituli expedite, & exequi non poteſt, quia illud non ſuccedit in iuriſdictione delegata defuncto epiſcopo ab homine, vel à canone, *c.ad abolendam §.fin.et ibi Ioan. Andr. contra Heſt. nu. 14. in fin. & n.15. & ſeq. Pan. num. 6. Zab. & Can.de hæret. Zab.in Clem.2.in 4. quæſt. de ſtat. Monach. Garc.de beneſ.part.6.cap.2. numer. 4. vſque ad 59. referens plures deciſiones Rotæ Rot.deciſ.56. de conceſſ.preb.in antiq.* Sed ſucceſſor in epiſcopatu poſt electionem, & confirmationem, & ante conſecrationem executioni demandare poteſt, *Rot.dec.fin.de off.deleg.in nou.per c. ſi gratioſe de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 30. de reſcript.in antiq.per c.eam te eod. tit. & ibi not.per Felin.& Can.* Quod ſi contingat deferri litem ad Romanam Curiam auditor cauſæ ſuccedit loco executorum, examinat, & confert, *Clement.auditor de reſcript. Ceſ.deciſ.14. n.9. hoc tit. Card. Seraph.dec.833.*

ac con-

Digitized by Google

acconđemnat ex officio in fructibus à tempore motæ litis per poſſeſſorem perceptis, etiam in libello non petitis *Rot. deciſ. 6. de re iud. in nou. c. cum dilectus circa finem de iurepat. c. cum cauſa de off. deleg.* Quia fructus ſunt acceſſorij ad beneficium, & veniunt à tempore motæ litis, *l. videamus, & l. mora §. in bonæ fidei ff. de vſur.* Motu proprio † gratia
16 non cenſetur ſignata, quando eſt ſignata per *fiat vt petitur*, etiam quod dicatur in corpore *motu proprio*, ſi motus proprius non eſt expreſſus in ſignatura, prout omnino requiritur, *Sarnen. in reg. de annal. quaſt. 10. verſ. ſed animaduertendum quod iſta diſtinctio cap. ſi motu proprio hoc tit. in 6. Caput. deciſ. 237. part. 2.* Secundo conferunt beneficia le-
17 gati † à latere, non autem legati miſſi, aut nati, niſi eis ſpecialiter indulgeatur. *c. 1. de off. leg. in 6.*
18 *dictum eſt ſupra tit. de off. leg.* Tertio, † epiſcopus confert etiam exiſtens extra ſuam diœceſim, *cap. ſtatutum, & ibi gl. in verbo in remotis hoc tit. in 6. c. poſt electionem de conceſſ. prab. c. qua fronte de appell.* (eſt enim voluntariæ iuriſdictionis, *c. nouit, & ibi gl. in fin. de off. leg. Ioan. de Selua de benef part. 3. q. 40.*) rectorias, ſiue parochiales eccleſias, *Pan. in c. cum Eccleſia ſub n. 8. verſ. tertio, & vltimo caſu de elect. & ibi Canonic.* ac beneficia omnia maiora cum conſilio ſui capituli, minora ſine conſilio, *cap. nouit. c. quanto de his quæ fiunt à Præl. Pan. in d. c. cum eccleſia ſub num. 8. verſ. tertio & vltimo*, etiam regularia nō exempta, *Vital. in Clem. vnica in princ. numer. 16. de ſuppl. negl. prал. c. abbate, & ibi Can. de verb. ſign. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 23. num. 22. & ſeqq.* exiſtentia in ſua diœceſi, *c. ex frequentibus de inſtit. & ibi gloſſ. & Can. c. omnes baſilicæ 16. q. 7. Panor. in c. cum eccleſia Volterrana numer. 8. verſ. 3. & vltimo de elect. Caput. deciſ. 283. par. 2. Greg. 18. deciſ. 291. & ibi late annot.* & eccleſias etiam, quæ ſubſunt plebibus, vel alijs eccleſijs inferioribus, *Felin. in c. cum venerabilis numer. 32. & ſeqq. vbi ampliat & limitat 5. modis de except. c. omnes 16. q. 7. & ibi gl. alleg. concord.* vacantia ex quorumcumque perſonis, quia non impeditur conferre beneficia Cardinalium, niſi per regulas Cancellariæ, & Extrauag. *ad regimen*, quæ erat temporalis ad vitam Benedicti Papæ 12. *Creſc. deciſ. 3. num. 4. de priuil. Caſſad. deciſ. 6. num. 9 hoc tit. Bellam. deciſ. 116. numer. 2. Extrauag. ad regimen §. necnon quæ ad aſſecutionem ibi donec & c. nos vniuerſalis & eccleſiæ regimini præſidere conceſſu de præb. in communibus*, & in quouis tempore ac loco contingit ea vacare, *c. omnes baſilicæ 16. q. 17. & c. 2. §. pen. & fin. de conceſſ. præb. Greg. 15. deciſ. 99. num. 2. & 3.* præterquam apud ſedem Apoſtolicam, quæ ſoli Papæ ſunt reſeruata, *cap. 2. hoc tit. in 6.* quæ Ordinarius, vel eius Vicarius generalis in diœceſi exiſtens conferre non poteſt, etiamſi ſummus Pontifex ea non contulerit intra menſem à die vacationis, quia *c. ſtatutum, hoc tit. in 6.* correctum eſt per Extrauag. *primam piæ ſollicitudinis, hoc titul. in communibus, Gemin. in d. c. ſtatutum num. 8. hoc tit. in 6.* ſed poſſunt ſede Apoſtolica vacante conferre parochiales eccleſias vacantes apud ſedē eamdem, ac illas, quæ ibidem ipſo Romano Pontifice viuente vacabant, ſi de ipſis per eum, ante eius obitum non fuerit ordinatum, *cap. ſi Apoſtolica hoc tit. in 6. Gemin. in d. c. ſtatutum num. 8.* ne ipſarum vacatio diutina periculum animabus valeat afferre, *cap. 1. hoc titul in 6. c. cum ſit de ætat. & qual.* quando autem beneficia vacant apud ſedem apoſtolicam traditur in *c. præſenti hoc tit. in 6.* Iuxta tenorem Concordatorum Germaniæ, quoties aliquo beneficio vacante in menſibus ſedi apoſtolicæ reſeruatis, non apparuerit infra tres mēſes, à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo apoſtolica auctoritate prouiſū fuerit, ex nunc & non antea: ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponere poteſt, *§. quoties vero aliquo in Concord. German. Greg. 13. Conſt. 42. Quæ in eccleſiarum.* & Rota verba Concordatorum, ſi non apparuerit, interpretata fuit, ſi Papa non prouiderit, coram R. P. At corambono tunc Rotæ Decano 13. Ianuarij 1559. in cauſa Colonienſi canonicatus Sancti Cuniberti quā felicis recordationis Gregorius xiij. approbauit per ſuam conſtitutionem datam Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1576. Calen. Nouembris Pontificatus anno quinto receptam per totam Germaniam. Diſpoſitio. *c. fin. de elect. in 6.* non eſt ſeruanda de neceſſitate in collationibus, & prouiſionibus, quia in talibus non eſt medium inter electionem, & confirmationem, nec inferior's actus venit per ſuperiorem confirmandus; *gl. fin. in d. c. fin. & ibi Can.* immo in eis non requiritur citatio, etiamſi lædatur ius tertij, & alter reperiatur in poſſeſſione beneficij, *c. licet epiſcopus hoc tit. in 6. & ibi gl. in verb. conferre, & Can. Franc. in c. conſtitutis 2. nu. 12. de appell. gl. in c. monaſterium 16. quaſt. 7. gloſ. in c. 3. in verb. maioribus, & ibi Can.* aut ex ſtatuto beneficia tantum conferri poſſint certis perſo-

tis perſonis, & id habeat clauſulam ſi inuenerit
&c. *Rot. deciſ.309.nu.2.& 5.par.1.diuerſ. d.c.licet e-
piſcopus hoc tit.in 6.& ibi poſt gl.in verb. conferre Can.
Zab. in clem. vnica nu.17.in fin. verſ. & prædicta pro-*
19 *cedunt, de off. d. leg.* Limita dictam poteſtatem † e-
piſcopi in dignitatibus, *c. cum olim de re iud. Pan. in
c. cum Eccleſia ſub num.* 8. *de elect.* & in Canonicati-
bus, & præbendis Cathedralis Eccleſiæ, aut be-
neficijs, *Franc. in c. à collatione nu.10. de appell. in 6.
& ibi Can. c. poſtulaſtis de conceſſ. præben.* quorum
collatio ſpectat ad epiſcopum de conſenſu capi-
tuli, vel eſt communis epiſcopi, & capituli, ſalua
conſuetudine, & patronatibus exceptis, *c. à colla-
tione de appell. in 6. & ibi Franc. nu.1. & Can. Pan. in
d.c. cum eccleſia Volterana ſub nu.8. de elect. Caput. dec.
283. par.2. Caſſad. deciſ.22. hoc tit. Bald. deciſ.69. late
Garc. de benef. par.5. cap.4. nu.11. & ſeqq.* ad quam
faciendam abſentes Canonici, ſi commodè fieri
poteſt, ſunt citandi, *c. cum in eccleſiis hoc tit. in 6.*
quia præbendæ præſumuntur inſtitutæ ex bonis
communibus eccleſiæ; *c. nulli. 12. quæſt.1. & ibi gl.
fin. & Can.* quod ſi epiſcopus conferat vni, & ca-
pitulum alteri, neutra collatio valet, nam ad in-
uicem ſibi obſtant, *Prob. ad Monach. in rubr. de in-
repatr. nu.*8. ſi ſeparatim vni conferunt, tenet col-
latio, *Achill. deciſ. 4. nu. 9. & 10. hoc tit. Bart. in l.
ſtipulationes non diuiduntur nu.21. ff. de verb. oblig. &
ibi DD. facit l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd.* quia
vbi actus committitur vni nomine collectiuo,
& alteri perſonæ; illud collectiuum eſt pro alia
dimidia, *l. interdum in princ. & ibi Bald. & l. Titius
1. & l. liber homo §. Titius 1. ff. de hæred. inſt. l. ſi quis
actio. ff. de vſufr. accreſc. l. fin. & ibi Bald. C. de impub.
& aliis ſubſtitut. in princ. Felin. in c. paſtoralis ſub nu.
9. verſ. præſ. de reſcript.* ſi ſolus epiſcopus vni con-
ferat, & capitulum non approbet, nec contradi-
cit, vel è conuerſo, valida eſt collatio, quia actus
eſt diuiduus, quo ab vno fieri poteſt, *Zab. in clem.
1. in princ. ſub nu.11. verſ. ſed poſt longam cogitationem,
de ſuppl. negl. præl. Achil. deciſ. 4. nu.11. & ſeqq. hoc tit.*
& decurſo tempore à canonibus ſtatuto capitu-
lum videtur conſentire, *c.2. & ibi Anch. nu.5. Pan.
nu.9. & Can. de his quæ fiunt à præl. ſine &c.* ac impe-
tratio per alium facta à ſummo pontifice de eiſ-
dem præbenda, & canonicata nulla facta men-
tione de huiuſmodi collatione, eſt ſubreptitia,
*Put. deciſ.21. hoc tit. l. ſeruum filij in princ. ff. de leg.1. l.
proponebatur in fin. ff. de caſtr. pecul.* quia de iure pu-
ro quæſito confirmabili, licet in vnum caſum ſit
reſolubile, debet fieri mentio, *c. commiſſa de elect.
in 6. c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. Caſſad. dec.24. nu.
3. ſuper reg. canc.* capituloque ſuo iure non vtente
retro id habuiſſe creditur is, cui collatio facta fuit
ab epiſcopo. *d. l. ſeruum filij in princ. l.2. & l. propo-
nebatur ff. de caſtr. pec. Oldr. conſ.285. nu. 7. & 8.* Si
vero capitulum illi, cui epiſcopus ſolus contulit,
tradat poſſeſſionem canonicatus, & præbendæ,
dicta traditio videtur habere vim collationis, ni-
ſi actus traditionis dirigatur ad obedientiam, &
nihil appareat, quod vellent conferre, *Achill. de-
ciſ.4. hoc tit. in 1. dub.10. Andr. in c. transmiſſam nu.12.
13. & ſeq. de elect. & ibi Can. late Rot. deciſ.16. de con-
ceſſ. præb. in nou.* quia regulariter inductio in poſ-
ſeſſionem beneficij facta ab eo, qui habet pote-
ſtatem conferendi, & inducendi in poſſeſſionem
iure proprio habet vim collationis: *Clem.1. verſ.
quin etiam de conceſſ. præb. c. cum aliquibus de reſcript.
in 6. c. cum in eccleſia hoc tit. in 6. Ib. And. in c. trans-
miſſam nu.7. & nu.13. & ſeq. de elect.* nam in colla-
tione non requiritur certa forma verborum, ſed
eam demonſtrat omnis verbalis, vel realis actus,
per quem poſſit conſtare de mente conferentis.
*c. cum olim de re iud. c. ex ore, & ibi Pan. nu.4. de his,
quæ fi. à maior. &c. Rot. dec.14. de conceſ. præb. in nou.*
Similiter collatio facta per capitulum & canoni-
cos, interueniente Vicario Epiſcopi vti canoni-
co, non tanquam vicario valida eſt; *Put. dec.16.
hoc tit. Achill. deciſ.2. de conceſſ præb. arg. l. ſi conſul. &
l. ſeq ff. de adopt. & c. & ibi gl. alleg concord. & DD. l.2.
ff. de off. præſ. l. fiſtulas §. fundum, & ibi gl. & DD. ff. de
contrah. empt.* quia in his, quæ ſunt voluntariæ iu-
riſdictionis quis poteſt ſuſtinere perſonam plu-
rium circa eumdem actum, vt quia ambo habent
conferre, *c. ſi quis iuſto §. porro de elect. in 6. Felin. poſt
Pan. in d. c. ex literis nu.10. verſ. ſecunda concluſio &
ibi Can. de probat.* ſed non circa diuerſos actus *c.
cum inter vniuerſas de elect. in fin. & ibi Pan. nu.6. &
Can.* Limita ſecundo dictam poteſtatem epiſco-
pi, † in canonicatibus, & præbendis collegiata- 20
rum eccleſiarum, quorum collatio ſpectat ad i-
pſa collegia, ſola inſtitutio ad epiſcopum. *Pan. in
d. c. cum eccleſia Vulterana ſub nu.8. verſ. quoad ſecun-
dum caſum. Rot. deciſ.4. de conceſſ. præb. in nouis. Put.
deciſ.130. lib.1. Mohed. deciſ.27. in fin. hoc tit. Ferret.
conſ.230. numer.1. Rot. dec.8. hoc tit. in antiq. late
Garc. de benef. par.5. cap.4. nu.58. & ſeqq.* Limita ter-
tio † in beneficijs regularibus exemptis, quo- 21
rum collatio, ſi ſint conuentualia, pertinet ad
prælatum,

Digitized by Google

prælatum, & conuentum ſimul: c.fin. de reg. & trans. ad relig. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 23. num. 20. ſi vero conuentualia non ſunt, ad abbates, priores, magiſtros, & alios prælatos regulares. Clem. vnic. de ſuppl. negl. prel. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 23. nu. 20. Quomodo autem probetur eccleſiam eſſe collegiatam, vide Zabar. in clem. 2. nu. 10. de at. & qual. & c. Panor. in c. nobis nu. 8. de iurepatr. Felin. in c. accedentes, in princ. de praſcript. & Can. Greg. xv. deciſ. 482. nu. 4. & ſeqq. & ibi late annot.

22 Prædicti omnes ſunt ordinarij † collatores, quia habent ius conferendi à canone, c. ordinarij de off. ord. in 6. c. is cui de elect. in 6. Rebuff. ſuper concord. tit. de collat. §. 1. in princ. ac etiam capitula cathedralis, aut collegiatarum eccleſiarum, quia in materia collationis appellatione ordinarij venit epiſcopus, non alius, Felin. in c. cum olim. ſub num. 1. verſ. & adde de praſcr. Sarnen. in reg. de trien. quaſt. 37. Fred. Conſ. 291. num. 2. In materia odioſa, & vbi poteſt dari concurſus ordinarij, & extraordinarij collatoris, prout in collatione legati de latere, vel facta ex indultis ſupra inductis, Clem. 2. & ibi poſt gl. in verbo nolumus de off. ord. Zab. num. 12. & 13. Imol. num. 10. & licet poteſtas conferendi ſit penes legatum demandata à iure, c. 1. de off. deleg. in 6. tamen non habet titulum in Eccleſia, ſed extra, eſt ad nutum reuocabilis, poteſt conſtitui ad tempus, ideoque participat plus cum delegato, quam ordinario, Vital. in d. Clem. 2. num. 7. & ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 980. numer. 3. & 5. ſed in materia adaptabili inferioribus collatoribus, ipſi veniunt appellatione ordinariorum, Gemin. in c. ordinarij num. 5. de off. ord. in 6. Franc. ſub numer. 3. verſ. & nota ex gl. Monach. num. 1. & 2. Pan. in c. poſt ceſſionem num. 1. & ibidem Dec. & Can. communiter de probat. Hoſt. in ſum. de offic. ordin. numer. 2. Hinc capitulum cathedralis eccleſiæ in beneficijs ſpectantibus ad ſuum turnum, dicitur ordinarius collator, nam competit ei collatio iure proprio abſque particulari priuilegio, Card. Seraph. deciſ. 1402. cap. fin. de præb. in 6. c. ſi ſoli & ibi gl. 1. de conceſſ. præb. in 6. Clem. 1. & ibi gl. in verbo ordinarius, vt lit. pend. & c. Garc. de benef. part. 5. cap. 4. in princ. illi qui habent ex indulto, & priuilegio apoſtolico poteſtatem conferendi vniuerſitatem beneficiorum, improprie ſunt ordinarij, & quaſi extraordinarij, quia per indultum ſunt ſuperinducti: Achill. deciſ. 1. de off. ord. Fel. in c. poſt ceſſionem ſub n. 1. & ibi Dec. ſub n. 7. & Can. de probl. l. ſi in aliquam in fin. ff. de off. procon. illi vero, quibus eſt conceſſum indultum conferendi beneficia certi numeri, & valoris, ſunt extraordinarij, vt inferius dicetur, Epiſcopus, quando beneficium vacat † de iure, & de 23
facto, præſumitur habere notitiam vacationis, Clem. vn. in fin. de conceſſ. præb. Rot. dec. 6. de iurepatr. in nou. Sed non qualitatis vacationis propter vacationum varietatem, puta quod vacauerit in Curia, Put. deciſ. 35. lib. 2. c. quamuis 2. & ibi gl. in verbo cedentium, vel decedentium, à Canon. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 1. numer. 1. de reſcript. in nou. quia ordinarius tenetur ſcire ex viſitatione, quam ſingulis annis facere tenetur, vacationem, ſed non tenetur ſcire vacandi modum, dictum eſt ſupra de ſuppl. neglig. Prælat. Conſuetudines † variæ ſunt, aliquando 24
collatio canonicatuum, & præbendarum cathedralis eccleſiæ inter epiſcopum, & capitulum alternatim diuiditur per turnum, turnus aliquando per vices, ſiue vacationes, gl. in Clem. 2 in verbo alterius, & ibi Anchar. & Canon. de iurepatr. quo caſu turnus non dicitur conſumptus, quando collatio non fuit ſortita effectum per impedimentum præſtitum per apoſtolicum impetrantem, Rot. deciſ. 21. hoc tit. in antiq. Achil. deciſ. 1. de conceſſ. præb. arg. Clem. ſi de beneficio in princ. hoc titul. quia collator impeditus impedimento facti remanet illæſus, c. quia diuerſitatem de conc. præb. c. imputari de reg. iur. in 6. Interdum turnus diuiditur per menſes, hebdomadas, per choros, ſiue latera, alternatas collationes. gl. in c. fin. in verbo ſtatuto, & ibi Archid. & Can. hoc tit. in 6. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 45. §. 1. & ead. gl. §. 3 qualis autem eſſe debeat huiuſmodi conſuetudo, vel præſcriptio, an quadragenaria cum titulo, vel ſine titulo, aut immemorialis, vide Garc. de benef. part. 5. cap. 4 à num. 72. vſque ad finem. In Tuſcia generalis conſuetudo ſeruatur, vt in cathedralibus ſolum capitulum irrequiſito epiſcopo eligendi canonicos habeat facultatem, d. c. cum eccleſia Vulterrana in fin. ac cenſentur dicti canonicatus collatiui non electiui, ex quo immediate poſt electionem, ſiue nominationem ſine confirmatione, aut alia ſolemnitate ius in eis quæritur, Rot. deciſ. 1. de elect. in antiq. Can. in c. cum in Eccleſiis hoc tit. in 6. eadem conſuetudo viget in Germania. In quibuſdam eccleſijs ipſum capitulum confert in communi, in quibuſdam canonici ipſius Eccleſiæ ſingulares vice, & auctoritate capituli, c. fin. hoc tit. in 6. & ibi

Digitized by Google

Can. Rot. deciſ. 4. de conceſſ. prab. in antiq. c. dilectus 2. de prab. vocanturque Turnarij: interdum collatio ſpectat ad ipſos canonicos ſingulariter ratione ſuarum præbendarum, vel ratione dignitatum, perſonatuum, & officiorum, quæ nonnulli ex canonicis obtinent in ipſis eccleſijs, *d. c. fin. verſ. ad beneficia hoc tit. in 6. c. adhac, c. ad aures, c. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* ideo inoleuit ſtylus ſcribendi, prouideas de beneficio ad collationem Capituli communi et vel diuiſim ſpectante, *cap. fin. verſ. ad beneficia, & verſ. ſequen. hoc titul. in 6. & ibi Can.* Interdum aſcribitur clauſula; quorum Decani, capitula & canonici ordinarij collatores exiſtunt quæ comprehendit beneficia quorum collatio ad Decanum iure Decanatus, *c. dilectus 3. & ibi Zab. in 1. oppoſ. hoc tit.* ad capitulum iure capitulari, *c. ſignificatum de prabend. c. propoſuit iuncta intitulatione de conceſſ. præben. c. cum sec. capitulum de reſ.* & ad canonicos ſingulariter pertinere noſcitur, *arg. cap. fin. §. idem hoc tit. in 6. Clem. 2. & ibi gloſſ. in verbo in capitulo Zab. in 9. quaſt. Anchar. n. 3. & 5. & Can. de atat. quali. & ord. praſic.* quia dicta clauſula intelligenda eſt diuiſim, *Zabar. in d. c. dilectus in 1. oppoſit.* nam copula, &, poſita inter perſonas principaliter copulatas ſtat diſtributiue & reſoluitur in ſuas ſingularitates, *l. 2. § fin. ff. de cond. inſtit. Bald. in c. 1. ſub num. 3. in verbo tenorem inueſtitura de duob. fratr. à capit. inueſt. l. ſape ff. de verb. ſignif. c. clerici 1. & ibi Panor. numer. 1. Zabar in 2. quaſt. de vit. & honeſt. cleric. l. falſa demonſtratio § fin. ff de cond. & demonſtr.*

25 Collatio beneficiorum facta per † epiſcopum, ſeu Prælatum putatiuum; qui ſe gerit pro Prælato & habuit confirmationem, ſeu prouiſionem à ſuperiore legitimo, valida eſt, licet ex aliquo defectu non ſit verus Prælatus, *Panormit. in c. nihil. nu. xj. & 12. de elect. & ibi Can. Rot. deciſ. 7. de iurepatr. in nou. & deciſ. 14. eod. tit. in antiq. Lap. alleg. 89 ſub n. 9. verſ. venio ad ſecundum, & num. 10. & 12. & ibi Man. late Garz. de benef. part. 5. cap. 4. §. 3. numer. 276. & plurib. ſeqq. vbi limitat quatuor modis.* niſi intruſus ſit in dignitate, ſeu beneficio reſeruato, ratione cuius competit ius conferendi, propter decretum irritans in reſeruatione appoſitum, quod inficit titulum & poſſeſſionem, & quod ſequitur ex eo, *cap. ut noſtrum de appell. Rot. deciſ. 20. hoc tit. in antiq. & deciſ. 4. eod. tit. in antiquior.* aut collatio facta fuerit ſcienti defectum, *Panormit. in cap. dilectus el 2. ſub numer. xj. hoc tit. Corſet. in ſign. in verbo error communis Gabr. de prob. conc. 8. n. 30. pl. cumul.* Eadem ratione valet collatio facta ab epiſcopo ſeu Prælato, qui poſt confirmationem, aut prouiſionem ſuperioris commiſit aliquod crimen, ob quod & ipſo facto, & ipſo iure priuatus eſt Prælatura, quamdiu enim priuatio eſt occulta tenet collatio, & omnia ab eo geſta, *c. nomine 8. q. 4. & ibi Canon. Panormit. in cap. nihil ſub numer. 12. verſ. quartus caſus de elect. & ibi Put. numer. 32. & Can. Garz. de benef. part. 5. cap. 4. §. 3. n. 328. vſq. ad finem.*

Pertinentia collationis † ad alium epiſcopo &c. inferiorem, ad quem de iure communi non ſpectat, probatur per famam, & communem reputationem, *Achil. dec. 16. de prob. Rot. dec. 3. eod. in nou. cum Eccleſia Vulterana de elect. & ibi Can. Eg. dec. 50.* & per quaſi poſſeſſionem conferendi, quando Ordinarius non eſt in cauſa, vel ab eo prouiſus, ſed alius habens à Papa, vel aliunde, *c. querelam de elect. & c. cum olim de cauſ. poſſ. & propr. cap. in litteris de reſt. ſpol. cap. cum veniſſent de reſtit. in int. c. inter dilectos & ibi Anchar. num. 1. de exceſſ. pral. l. 1. §. denique ff. de acqu. pluu. arc. Caſſad. deciſ. 1. de probat. Caput. deciſ. 137. par. 1.* Ratio eſt, quia collatio eſt fructus & poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos: *c. conſultationibus de iurepatr. & ibi DD. §. ſi quis à non domino Inſtit. de rer. diuiſ. Franc. Marc. queſt. 140. nu. 3. par. 2.* quaſi poſſeſſio conferendi probatur, quando docetur de collatione, & poſſeſſione eius vigore ſubſecuta, *d. c. conſultationibus l. ſi publicanus §. in omnibus, & ibi Bartol. ff de publ. & vectig. & DD. Pan. in c. bona 2. num. 7. de poſt pral.* aut reſignatione eius, cui collatum fuit beneficium, & poſſeſſione reſignatarij per longiſſimum tempus, *Bald. in l. 2. ſub nu. 3. verſ. ſed quid ſi non apparet C. de com. rer alien. Rot. deciſ. 147. numer. 1. par. 1. diuerſ.* & ex ſucceſſiua prouiſione vnius per mortem, aut per reſignationem alterius: *Oldrad. conſ. 229. Greg. 15. deciſ. 215. in princ. & ibi late annot.* ſed & actus poſſeſſionis conferendi per reſignationem extenditur ad collationem per vacationē ex obitu, quando nullus alius eſt in quaſi poſſeſſione prouidendi per obitum: *c. 1. & ibi Pan. num. 3. in fin. de relig. dom. Felin. in c. auditis num. 19. de reſcript. Mohed. deciſ. 22. hoc tit.* quando agitur contra ordinarium, vel prouiſum ab eo, præter famam requiruntur adminicula, *Caput. d. dec. 137. par. 1. Caſſad. deciſ. 1. de probat. Rot. diuerſ. deciſ. 268. ſub num. 2. par. 1. arg. c. primi in princ. de praſcr. in 6. & c. ad decimas, & ibi not. de reſt. ſpol. in 6.* aut præſcriptio formata, & ſic titulus, bona fides, curſus quadraginta annorum, 26

ordinarij

Digitized by Google

ordinarij ſcientia & patientia, vel præſcriptio im-
memorabilis, quia ius commune eſt pro ordina-
rio, *dictum eſt ſupra tit. de præſcript. Rot. diuerſ. deciſ.*
803. *par.* 1. *Bellam. conſ.* 10. *nume.* 5. *& ſeqq. Crauett.*
conſ. 134. *num.* 14. *& ſeqq. c. cum ex iniuncto §. fin. in*
27 *fin. de heret. & ibi Can.* Vicarius † epiſcopi genera-
lis non poteſt conferre beneficia, quia in confe-
rendis beneficijs eſt liberalitas in cui dando, ſed
non in dando, *c. relatum c. inter cæteras hoc tit. & v-*
trobique not. cap. quamuis & ibi gloſſ. in verb. penſione
eod. in 6. *gloſſ. in c. fin. in verb. libera de off. Vic. in* 6. niſi
ipſi beneficiotum collatio ſpecialitet committa-
tur, quæ per epiſcopum ei genetaliter, non ſingu-
lariter poteſt concedi, eriam antequam dicta be-
neficia vacent, *cap. fin. de off. Vic. in* 6. *& ibi gloſſ. fin.*
Franc. in fin. & Can. c. ſtatutum in fin. hoc tit. in 6. *&*
ibi gl. fin. c. conſtitutus & ibi glo. pen. in verb. conceſſio-
nis, verſ. ſed nunquid epiſcopus de conceſſ. præb. Franc.
Marc. deciſ. 993. *par.* 1. *late Garc. de beneſ. par.* 5. *c.* 8.
num. 112. *& ſeqq.* poteritque conferre etiam digni-
tates, dato quod de eis non ſit ſpecialiter conceſ-
ſa poteſtas, ac etiam beneficia regularia, *c. Franc.*
Marc. deciſ. 994. *par.* 1. quia nomen beneficij lar-
ge ſumi debet, cum non ſit materia ambitioſa, *c.*
tua de verb. ſignif. c. dudum hoc tit. in 6. *& ibi gloſſ. in*
verb. beneficia, & Can. Rot. deciſ. 7. *de off. Vic. in antiq.*
Franc in c. fin. num. 3. *eodem in* 6. *& ibi Can.* etiam
exiſtens extra ipſam diœceſim, quia eſt ordina-
rius, & collatio, ac etiam inſtitutio eſt iuriſdictio-
nis voluntariæ, *c. nouit. & ibi gl. fin. in fin. de off. leg.*
Rot. dec. 5. *de off. Vic. in antiq. licet aliter ſentiat Fran.*
Marc. q. 117. *num.* 17. *& q.* 361. *num.* 3. *par.* 2. & *cap.*
ſtatutum hoc tit. in 6. ſpeciale eſt in beneficijs va-
cantibus apud ſedem Apoſtolicam, dataque Vi-
cario poteſtas non reuocatur per litteras priua-
tas, quia reuocatio Vicariatus publicanda eſt, *l.*
ſed etſi pupillus §. 1. *de inſt. act. l. ſed Iulianus §. quam-*
quam verſ. interdum ff. ad Senatusc. Maced. & ibi gl.
alleg. Concordantias Felin. in c. ex parte Decani num. 7
& ſeqq. de reſcript. & ibi Can. Achil. dec. 1. *de off. Vic.*
non poteſt epiſcopus, vel is qui ius conferendi
habet concedere alicui poteſtatem conferendi
primum beneficium, cum vacabit, quia talis con-
ceſſio fieri poteſt in fraudem canonicæ ſanctio-
nis, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia
concedi, ſiue promitti antequam vacent, *c. conſti-*
tutus de conceſſ. præb. & ibi Can. Vicarius ſimoniace
conferens non facit priuari epiſcopum ſua colla-
tione, *Achil. deciſ.* 2. *de off. Vic. c. in generali de reg. iur.*
in 6. *c. ſi epiſcopus §. in generali de pœnit. & remiſſ. in* 6.
quod in generali mandato non includatur man-
datum ad delinquendum, *l. ſi procurator verſ. celſus*
ff. de cond. ind. l. 3. *§. ſi procurator ff. quod quiſque iur.*
& c. l. Lucius §. imperator ff. ad Trebell.

Gratiæ Apoſtolicæ eſſentia † in ſola ſupplica- 28
tione conſiſtit, *Ioan. Andr. in c. exceptionis num.* 4. *&*
5. *de litis cont. Ioan. Andr. in proœm. lib.* 6. *nu.* 5. *Caſſad.*
deciſ. fin. numer. 8. *de cauſ. poſſ. & propr. Caput. deciſ.*
173. *numer.* 2. *par.* 2. *plures citans, Garc. de beneſ. part.*
4. *cap.* 2. *num.* 10. *& ſeqq. plures citans,* quæ non tri-
buit ius parti, antequam relaxetur, *Gom. in reg. de*
non toll. iur. quæſ q. 20. *in fin. arg. l. contractus C. de fid.*
inſtrum. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 15. *§.* 2.
num. 33. *& ſeqq.* & eſt matrix & ſcriptura origina-
lis cui ſtatur, *l. Sempron. & ibi Bart. & DD. ff. de le-*
gat. 2. *l. ſi quis ex argentarijs §. pen. in fin. ff. de eden.*
Felin. in c. quoniam contra num. 10. *de probat. c. vt ve-*
terum, & ibi gl. mag. Can. 9. *diſt.* tribuitque ius in
beneficio, quando ſupplicatio eſt ſignata in for-
ma gratioſa: ſi in forma dignum, aut alias in for-
ma commiſſaria tribuit ius ad beneficium, *dictum*
eſt ſupra tit. de reſcript. verſ. ſecundo reſcripta gratiæ,
etc. ideo quando bulla diſcordat à ſupplicatione,
corrigenda eſt iuxta ſupplicationem: *Bartol. conſ.*
77. *numer.* 12. *& ſeqq. vol.* 4. *Caput. deciſ.* 75. *part.* 1.
Cancellatura alicuius clauſulæ in ſupplicatione
contentæ operatur conceſſionem aliorum, quæ
non cenſentur conceſſa de Stylo Cancellariæ, à
quo nuda voluntate Papa poteſt recedere, *Rot. de-*
ciſ. 50. *de reſcript. l.* 2. *&* 3. *ff. de iis, quæ in teſt. del. in-*
duct. inſcr. ac ſigna crucis notata in ſupplicatione
ſumpta ex regiſtro denotant deleta fuiſſe aliqua
verba, *Caſ. deciſ.* 10. *ſub num.* 7. *& deciſ. xj. ſub nu.* 1
de præb. Quando in corpore ſupplicationis eſt
clauſula caſſata, quæ non reperitur caſſata in
clauſulis, præſumitur quod per errorem, & inad-
uertentiam in corpore fuerit inducta, & licet
Cancellaria non expediret litteras cum illa clau-
ſula, tamen Camera expediret, *Put. deciſ.* 218. *lit. t.*
Ad effectum † ſubreptionis, & obreptionis at- 29
tendenda eſt ſupplicatio, non autem litteræ ex-
peditæ, *Greg.* 15. *deciſ.* 108. *num.* 10. *&* 11. *& ibi an-*
not. §. fin. & ibi gloſſ. in verb. protocollum, & DD.
Auth. de tabell. l. prætor ait ff. de eden. l. contractus C. de
fid. inſtr. Inſt. de empt. & vend. in princ. Rebuff. in praxi
part. 1. *de reform. & correct. Bullæ num.* 2. necnon ad
effectum ſimplicis abſolutoriæ, *Pariſ. de reſign. lib.*
6. *quæſt.* 5. *num.* 66. *in fin. num.* 67. & quoties non

 agitur

agitur de canonizanda gratia illa, quæ ſupplicatione continetur: *Gabr. conſ. 290. numer. 13. vol. 1. Caſſad. deciſ. 8. num. 14. de reſtit. ſpol. Sarnen. in regul. de infir. reſig. quæſt. 18. num. 6. Greg. 15. deciſ. 540. n. 6*
30 *& ibi annot.* ad effectum † autem iuſtificationis attenduntur litteræ, non ſupplicatio, vt ſi contingat narratiuam ſupplicationis tanquam ſuperfluam ab expeditoribus omitti in litteris, quia nõ ſupplicatio, ſed litteræ ſunt canonizandæ: *Card. Seraph. deciſ. 1446. num. 3. & 4.* etenim litteræ ſunt loco tituli: *Ioan. Andr. in procem. lib. 6. num. 7. & 8. & ibi Can. communiter Felin. in rubr. de Conſt. nu. 5. & ibi Can. Bald. in l. humanum num. 6. in fin. C. de legib. & ibi DD. Rota deciſ. 27. de reſcript. in nou.* ſupplicatio vero inſtar imbreuiaturæ, eſt ſcriptura incompleta, *Bald. in rub. C. de fid. inſtr. num. 40. l. cum pater §. cum imperfecta ff. de leg. 2.* narratiua vero addita in litteris per Officiales Cancellariæ, quæ non legitur in ſupplicatione, forſan ad euitandã ſolutionem annatæ, donec impetrans poſſeſſionem conſequatur, non eſt iuſtificanda, *Greg. xv. deciſ. 577. ſub num. 5. & num. 6. & ibi annot.* quia Officiales Cancellariæ non poſſunt aliquid addendo in litteris præiudicare impetrantibus, aut alterare ſubſtantiam gratiæ, vel eam reſtringere: *Rota Farinac. deciſ. 128. num. 5. in fin. par. 2. & deciſ. 465. num. 4. ead. par. 2. Butr. conſ. 49. ſub numer. 4. verſ. his non obſtantibus, & num. 5. Pariſ. conſ. 112. n. 8. 9. & ſeqq. vol. 4. Bald. in rubr. C. de fid. inſtr. num. 41.* non poteſt dici gratia ſubreptitia, quando in ſupplicatione continentur clauſulæ generales, quarum vigore id exprimitur, quod omiſſum vitiaret, *Greg. xv. deciſ. 150. num. 7. Felinus in cap. poſtulaſti ſub num. 2. verſ. declara prædicta 1. de reſcriptis l. qui rur. militar. ff. de teſtam. milit. & l. 1. §. generaliter ff. de*
31 *legatis præſtandis,* Breuis † matrix originalis, eſt minuta, habens ſignaturam Cardinalis, vel expeditoris, quod ſi minuta non habet aliquam ſignaturam, tunc ipſum breue ſigillatum dicitur originale, quia tunc gratia eſt perfecta, quando per Papam ſigillatur, antea vero conficitur minuta, cui additur, & detrahitur, *Inſtit. de empt. & vend. in pr. verſ. in ijs autem quæ ſcriptura &c. l. contractus C. de fid. inſtr. Put. deciſ. 279. lib. 2.* Breuia æquiparantur bullis per Cameram expeditis vtrumque oraculum appellatur, *l. iubemus 1. & ibi glo. in verb. annotatio C. de ſacroſ. eccleſ.* in legibus breue annotatio bullæ pragmatica ſanctio, *Mandoſ. in reg. 27. de non*
32 *iud. iux. form. ſupp. q. 11. num. 9.* gratia † per ſolam ſupplicationem, aut minutam non poteſt probari, *Felin. in c. in noſtra num. 8. de reſcript. c. legum 2. q. 1 cap. Romana §. poſtquam & ibi gloſſ. cumulat caſus requirentes ſcripturam, & Can. de cenſib. in 6. c. ex diligenti in fin. de Simon. & ibi Felin. n. 3. Felin. in procem. decretalium num. 5 vbi limitat in tribus caſibus, Ioann. And. in procem. lib. 6. num. 5. & ſeqq. & vtrobiq; Can. Pan. in cap. qualiter in princ. de elect. Rot. deciſ. 27. de reſcript. in nou.* ſed per litteras, ſiue bullas, ſine quibus gratia non poteſt canonizari, *Put. deciſ. 337. in fin. lib. 1. Felin. in rubr. de conſtit. num. 5. plures citans Pan. in c. auditis num. 3. de in integr. reſt. pulchre Rot. deciſ. 20. num. 5. de conceſſ. præb. in nou.* niſi in caſu amiſſionis gratiæ, *c. cum olim el 1. de priuil. Pan. in c. ex diligenti num. 3. de Simon. Felin. in rubr. de conſtit. ſub num. 6. verſ. tertius caſus, Greg. 15. deciſ. 471. nu. 2 & ibi late annot. dicens contrarium ſeruari à tota Curia propter regiſtra ſupplicationum & Bullarum,* & prohibitum eſt epiſcopis, & alijs ſuperioribus Prælatis, nec non Abbatibus, Prioribus, & cæteris Monaſteriorum regimina exercentibus, qui apud ſedem Apoſtolicam promouentur, aut cõfirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ne ad commiſſas eis eccleſias, & monaſteria accedant, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem abſque dictæ ſedis litteris accipiant † ſub pœna nullitatis interim a- 33
ctorum, & priuationis prouentuum, Capitulis quoque & Conuentibus, cæteriſque ſubditis, ne eos recipiant, aut eis pareant ſub ſuſpenſione à perceptione ſuorum beneficiorum, donec ſedis Apoſtolicæ gratiam meruerint obtinere: *Extrauag. iniunctæ de elect. inter communes,* verum dictæ Extrauag. iniunctæ diſpoſitione Cardinales non ligantur, & poſſunt beneficia conferre ante adeptam epiſcopatus poſſeſſionem: *Card. Seraph. deciſ. 1148. num. 1.* omnibus vero clericis apud eamdem ſedem prouiſis prohibetur ne audeant abſque litteris Apoſtolicis poſſeſſionem capere, *33. conſtit. Iul. 3. incip. ſanctiſſimus Felin. in c. veniens ſub num. 3. de accuſ. & ibi Can. Cald. conſ. 13. de verb. ſignif. c. ad aures de exceſſ. prel. c. eum qui de præben. in 6. Garc. de benef. par. 4. cap. 2. à num. 46. vſque ad finem,* ſub pœna inhabilitatis ad illa de cætero obtinenda, & reſtitutionis fructuum: Paulus tertius conſtitutione quinta prohibuit prouiſis per ſedem Apoſtolicam, ne audeant capere poſſeſſionem vigore monitorij Auditoris Cameræ, vel aliorum quorumcumque iudicum cum inſerta in monitorio,

Digitized by Google

totio, ſupplicatione, vel eius tranſumpto, ſub eadem pœna inhabilitatis ad beneficia in eiſdem tranſumptis, & mandatis expreſſa, & reſtitutionis fructuum perceptorum: *Achill. deciſ. 3. de conſtit. qui explicat d. conſtitutionem Iulij 3. Felin. in c. veniens ſub nu. 3. de accuſ. & ibi Can. Bald. in l. humanum in fin. C. de legib. Felin. in c. eam te ſub nu. 3. de reſcr.* alias regulariter poſſeſſio capta vigore ſolius ſupplicationis, *Put. deciſ. 223. li. 2. c. cum in noſtris & ibi Pan. numer. 6. per illum tex. de conceſſ. præb. Sarn. in reg. de non iud. iux. for. ſuppl. quæſt. 5. Ferret. conſ. 18. num 3. Caputaq. deciſ. 346. nu. 5. par. 2. Mohed. deciſ. 9. vt lit. pend. &c.* ac capta cum monitorio, & ſupplicatione monitorio non inſerta, ſi quis ea ſpolietur, eſt reſtituibilis, *Achill. deciſ. 3. de conſtit. l. poßideri §. ex contrario verſ. idem Trebatius ff. de acq. poſſ.* quia ad eſſe poſſeſſionis non requiritur expeditio litterarum, quod poteſt eſſe vera poſſeſſio ſine titulo, licet non ſit iuſta. *Pan. in c. cum noſtris nu. 8. de conceſſ. præb. l. naturaliter §. nihil commune & l. permiſcetri ff. de acq vel amit. poſſ. l. & an eadem §. fin. ff. de*
34 *except. rei iudicat.* Quando timor eſt † de aliqua intruſione in beneficio reſeruato, conſueuit Papa per breue ſupplicatione introcluſa mandare, quod prouiſus apoſtolice de beneficio ponatur in poſſeſſionem per executorem ante expeditionem bullarum, *Staphyl. de litt. Apoſt. in form. breuis §. datur num. 3. & 4. late Lancell. de attent. par. 2. c. 4 de attent. lit. pend. à num. 394 vſque ad numer. 448. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter gloſ. 9. §. 1. annot. contr. nullit. & attent. in cauſ. benef à num 246. vſq; ad fin.* quale breue de capienda poſſeſſione duplici modo datur, vel nomine Cameræ Apoſtolicæ, vel ad fauorem litterarum ſub plumbo per prouiſum Apoſtolicum expeditarum, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. §. 7. proœm. num. 208. & ſeqq. Garc. de benef. par. 6. cap. 3. in princ.* per id cauſa, ſiue inſtantia non introducitur, ſed more executiuo procedi mandatur, & in executiuis licet detur lis, non tamen inſtantia: *Bald. in l. 2. numer. 5. C. de execut. rei iud. & ibi DD. Garc. de benef. par. 6. cap. 3. in princ.* nunquam conceditur prouiſo Apoſtolico in forma dignum, quia habet tantum ius ad beneficium, & non poteſt capere poſſeſſionem ante examinationem, approbationem, & collationem ordinarij, *Pariſ de reſig. lib. 3. q. 1. num. 149. l. minus ff. de regul. iur. Dec. in l. qui actionem num. 6. & DD ff. de reg. iur.* ſed prouiſo Apoſtolico in forma gratioſa, quia eius perſona in Curia fuit approbata, ac habet ius in re ſtante reſeruatione & cum eius præſuppoſito, & reſeruatio plene probanda eſt ac aliter, quam per aſſertionem Papæ, licet in conſtit. dicti breuis verificando expreſſe, & neceſſario incluſa non fuiſſet, *Gonz. ſuper reg. de menſib. & altern. gloſſ. 9. §. 1. annot. contr. nullit. & attent. in cauſ. benef. numer. 261. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. &c. num. 442. Caput. deciſ. 77. & 79. par. 3. Greg. xv. deciſ. 53. Garc. de benef. par. 6. cap. 3. & §. 1. eiuſd. cap. 3. per totum; vbi fuſe breue, eiuſque clauſulas explicat.* datur aliquando cum clauſula, amoto quolibet detentore, & intimato breui, & ſi poſſeſſor appellauerit, tenetur executor aſſumere partes iudicis, *Achill. deciſ. 6. ſuper reg. de trien. num. 2. & 3. c. licet Epiſcopus hoc tit. in 6. Felin. in c. fin. numer. 24. de præſumpt. gl. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus in verb. fiat de re iud.* quia dicta clauſula, amoto &c. ſi non ſumus in caſu, in quo fuit lata ſententia, aut in notorijs, requirit ordinem iudiciarium, *c. licet epiſcopus hoc tit. in 6. Panorm. in c. de cætero num. 8. & ibi Felin. nu. 9. de re iud. & Can. Bald. in rubr. de off. deleg. n. 53.* interdum cum clauſula, citra vitium ſpolij, & attentatorum, *Caputaq. deciſ. 71. par. 1. & deciſ. 180. par. 3. Panorm. in c. inter quatuor n. 1. & ibi Canon. de maior. & obed. Panorm. in cap. cum olim numer. 17. de re iud. Hipp. in l. de vnoquoque nu. 113. ff. de re iud.* & tunc executor deputatus nullam exercet iuriſdictionem, neq; aliqua citatio eſt neceſſaria, quia nudũ miniſterium eſt ſibi cõmiſſum, *c. fi. §. fi. de off. deleg.* etiamſi in breui ſit clauſula, conſtito: nam ſufficit poſt captam poſſeſſionẽ verificata eſſe in eo narrata; *Rot. diuerſ. deciſ. 696. par. 3. lib. 3. Bald. in l. non dubium, nu. 13. vbi Magiſt. diſtinguit, verſ. aut loquimur in literis gratiæ C. de legib. c. venerabilem §. obiectioni verſ. exercuit de elect. Innoc. in c. dudum nu. 3. & ibi Can. de præſumpt. Dec. in l. certum nu. 13. C. vnde legit.* & ſubijciuntur variæ exceptiones, non tamen à ſede apoſtolica prouiſo, & breue non habet executionem paratam contra poſſeſſorem prouiſum à Cardinale legato, vel Nuncio poteſtatem legati habente, quia tales dicuntur prouiſi à ſede apoſtolica: *c. ſi abbatem, & ibi Gemin. num. 5. Franc. num. 4. de elect. in 6. Imol. in clem. quia contingit ſub nu. 9. verſ. iuxta prædicta quærit de relig. domib. & ibi Zab. in 8. quæſt. l. ita tamen §. geſſiſſe ff. de admin. tut. c. mulieres de ſent. excom. c. ſi ea. 28. quæſt. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 206. num. 5. par. 1.* item, non tamen à nobis prouiſo, quæ excludit prouiſiones Cardinalium

Digitized by Google

dinalium legatorum, & nunciorum cum poteſtate Legati, non tamen prædeceſſorum Papæ: *c.2. & ibi not. de feud. c. ſi gratioſe, & ibi gl. in verb. ſua Io. Andr. & Can. de reſcr. in 6. Gemin. & Franc. in d. c. ſi abbatem de elect. in 6.* Inſuper, non tamen à nobiſmetipſis prouiſo, quæ excludit prouiſiones prædeceſſorum Papæ: *l.1. §. adipiſcimur, & ibi Aret. & DD. ff. de acq. poſſ. Natt. conſ. 163. nu. 8. Bald. conſ. 304. vol. 5. Iaſ. in l. filiusfamilias §. Diui num. 151. in 2. repet. ff. de leg. 1. Rot. Farin. deciſ. 201. num. 6. & 7. par. 2.* Expulſus vigore huiuſmodi breuis omnem amittit poſſeſſionem, *Mohed. deciſ. 4. num. 4. & 5. de reſt. ſpol. l. qui vniuerſas § item cum prætor. ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas nu. 20. ff. de acq. poſſ.* quam vigore dicti breuis acquirit prouiſus apoſtolicus; idem obtinet, ſi non ſit capta poſſeſſio vigore breuis, ſi breue ſuperueniat, quia mutat ſibi cauſam poſſeſſionis, ſi hodie breui vtatur: *l. ſi à Titio ff. de rei vendic. & ibi Bart. & DD. Put. deciſ. 19. vt lit. pend. &c.* Aliquando dicitur etiam lite pendente citra vitium ſpolij &c. *Lancell. de attent. c. 4. de attent. lit. pend. &c. nu. 394. & plurib. ſeqq. qui ampliat & limitat.* quia ſi breue non habet clauſulam, etiam lite pendente &c. poſſeſſio capta vigore talis breuis lite pendente, debet ex officio ſequeſtrari, *Caputaq. deciſ. 70. par. 1. l. 2. C. vt lit. pend. auth. in medio litis non fieri ſacras formas &c. per totam.* etſi contingat appellari, cauſa committitur parito breui; quæ clauſula tribuit iuriſdictionem conditionaliter, ita vt nec iudex procedere, nec pars audiri poſſit, niſi prius facta paritione, & obſtat cuicumque tertio venienti ad cauſam, etiamſi ad ipſum non ſpectet paritio. *l. à teſtatore ff. de cond. & demonſtr. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſ. 9. §. 1. tit. annot. cont. nullit. & attent. num. 247. & ſeqq. & Greg. xv. deciſ. 36. Rot. Farin. deciſ. 68. par. 1.* Interdum ſubijcitur arbitrio Rotæ, quod datur ad ſuſpendendam, non retractandam executionem iam factam, *Greg. 15. deciſ. 70. in princ. Gonzal. ſuper reg. de menſib. & alter. gl. 9. §. 1. tit. annot. contra nullit. & attent. nu. 295. & ſeqq.* & remittit aliquid de rigore iuris, prout ſubiecta materia patitur, *Greg. 15. deciſ. 361. nu. 2. & ibi annot.* eſtque ei parendum quoad dimiſſionem poſſeſſionis, & reſtitutionem fructuum, ſed non quoad refuſionem expenſarum, *Rot. Farin deciſ. 319. part. 2. Garc. de benef. par. 6. cap. 3. §. 1. nu. 112. & plurib ſeqq. Greg. xv. deciſ. 36. num. 4. & deciſ. 50.* & practica Rotæ eſt, quod petens procedi ad vlteriora liquidet ipſe fructus, vel impetretur cõmiſſio, vbi conſtaret de calumnia liquidare negligentis, quæ pta figitur ordinario terminus ad liquidandum, quo elapſo procedatur in negotio principali, *Card. Seraph. deciſ. 655. Pariſ. conſ. 45. n. 5. & 6. lib. 4. Put. deciſ. 419. lib. 1. Rot. Farin. deciſ. 142.*
part. 2. Qualitates gratiæ † poſſunt probari per 35
teſtes. puta quod Papa fuit informatus, fecit gratiam ex certa ſcientia, ſciuit eum, cui fecit gratiã, eſſe minorem, petitio ſua primo eadem die fuit lecta, & admiſſa per Papam, *cap. duobus, & ibi glo. in verbo ſi non appareat de reſcript. in 6. & ibi Can. Add. ad Rot. deciſ. 27. nu. 8. de reſcript. in nou. Felin. in c. ex diligenti n. 4. de Simon.*

Bullæ, ſiue litteræ † dicuntur expeditæ, quan- 36
do ſunt in plumbo, *c. licet de crim. falſ. Sarn. in reg. de iur. quæſt. non toll. quæſt. 1. n. 9. verſ. & tamen vlterius Rot. deciſ. 674. n. 1. par. 1. diu. Greg. xv. deciſ. 440. numer. 5.* præſumuntur debito tempore expeditæ, *Sarnen. in reg. de non iud. iuxta form. ſuppl. quæſt. fin. Caſſad. deciſ. 3. ſuper regul. Cancell.* concurrentibus duabus bullis ab eo, qui gratiam retentionis habebat vſque ad ſummam 600. ducat: vel quod valorem poſſit habere pro expreſſo, expeditis ſub eadem data, in quarum vna valor habetur pro expreſſo, in altera facta ſit expreſſio 600. ducat: præſumitur prius expedita, in qua habetur valor pro expreſſo, *Creſc. deciſ. 2. de præſumpt. l. quoties in ſtipul. ff. de verb. oblig. l. ſemper in dubijs ff. de reg. iur. l. quoties in actionibus l. cum in teſt. ff. de reb. dub.* ac fundans ſe in tempore anteriori, vel poſteriori, tenetur illud probare, *l. qui iuraſſe, §. ſi Pater, & ibi gl. in verbo acquiſiſti & DD. ff. de iureiur. l. eum actum, & ibi gloſſ. fin. & DD. ff. de neg. geſt. l. non ſolum §. ſed vt probari, & ibi Bart n. 2. ff. de nou. op. nunc. cap. venerabilis §. fin. & ibi gl. pen. & Can. de ſent. excomm. in 6. Rota diuerſ. deciſ. 674. numer. 2. & ſeqq. parte 1. Panormit. in cap. conſtitutus num. 2. & 3. de reſcriptis.*
Habent litteræ apoſtolicæ † paratam executio- 37
nem prout teſtamenta, vbi non adeſt legitimus contradictor, *Greg. 15. deciſ. 221. dicens capitulum non eſſe legitimum contradictorem, & ibi annot.* etiamſi ex aduerſo objiciatur, quod non concordent cum ſupplicatione, *Caput. deciſ. 80. parte 1. & deciſ. 174. part. 2. Bart. in l. 1. §. & parui refert. nu. 4. ff. quod vi, aut clam.* & in remedio adipiſcendæ poſſeſſionis intentato proceditur executiue, *ad inſt. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. c. accedens, & ibi gl. in verbo publice & Can. de accuſ. Pan. in c. paſtoralis numer. 14. in fin.*

Digitized by Google

in fin. de cauſ. poſſeſ. & propr. Ioannes Fab. *in §. ſequens num. 12. inſt. de interd. Bald. in l. 2. n. 65. C. de ſeruit. & aq. Pan. in c. conſtitutis el 2. n. 15. & ibi Franc. & Can. de appell. Gregor. 18. deciſ. 335. numer. 15. & ſeqq.* vetificatis narratis per impetrantem, *c. quia circa, & ibi Pan. num. 3. & 4. de conſang. & affin. c. 2. & ibi Ripa num. 29. de reſcript. c. ſuper litteris eod. Caſ. deciſ. 12. nu. 4. de probat.* quia omnis ſubreptio in gratioſis vitiat ipſo iure, *Clem. 1. hoc tit. & ibi Can. in verb. velut ſubreptitia nullius eſt penitus momenti c. ſi motu eod. in 6. Felin. in c. ad audientiam n. 22. plures cumulans de reſcript. vbi ampliat, & limitat. Caput. dec. 49. part. 2.* Quæ regula † fallit primo, quando defectus apparet ex lectura bullarum, *arg. l. fin. ibi ſine omni vituperatione C. de edict. D. adr. toll. Achill. deciſ. 18. de probat. Franc. Marc. q. 164. par. 2.* Secundo quando datur concurſus ſimilium gratiarum habentium eamdem datam, *gl. in d. l. fin. in verb. miſſus eſt, & ibi DD. C. de ed. diu. Adr. toll. l. 1. & ibi glo. in verb. veteres & Doct. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & ibi Bart. §. 1. dat tres limitationes, Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. & c. Caput. deciſ. 329. num. 2. par. 1.* Tertio quando ex verbis bullæ apparet de conditione, verbi gratia, ſub beneplacito ſedis Apoſtolicæ, quæ prius eſt verificanda, *c. ſuper eo de cond. appoſ. & c. Mohed. dec. 35. de renunc. verſ. fuit reſolutum,* Quarto quando Rota ſuccedit in locum executoris, quæ non ſolet immittere niſi omnibus verificatis, *Card. Seraph. deciſ. 85. num. 2. Clem. auditor, & ibi Zab. n. 6 dicens, Stylum Curiæ eſſe attendendum, & ibi Can. de reſcript.* Fallit quinto quando opponitur falſitas vel mendacium in ſubſtantialibus, & per partem narratis, aut alia allegatur legitima cauſa, *c. ſi quando, & ibi Felin. num. 1. 2 & ſeq. Anchar. nu. 1. & Can. de reſcript.* ſed reijciuntur exceptiones, quæ contra perſonam executoris, aut illius, cui eſt prouidendum, opponuntur, & aliæ ſimiles, quæ extrinſecus obijciuntur, *Innoc. in c. de cætero ſub n. 2 verſ. item eſt & alia executio de re iud. & ibi Can.* ac cauſa appellationis ab executoribus interpoſita, quæ non operatur effectum ſuſpenſiuum, committitur cum clauſula ſine retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, per quam cenſetur reſeruata executio iudici à quo, & executori, quatenus de iure ſit locus executioni, & executio rite, & recte fiat, alias iudex appellationis poteſt per viam attentati, & per viam manutentionis reuocare executionem factam à iudice à quo, & executore, *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. l. non putauit §. non quæuis ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. filium §. ſi quis ff. de leg. præſt. Iaſ. in l. cauſas num. 7. & 8. C. de tranſact. & ibi DD. Creſc. deciſ. 1. de reſcript. Garc. de benef. par. 1. cap. 5 §. 4. num. 573. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 9. § 1. tit. annot. cont. null. & attent. num. 220. & ſeq. Greg. 15. deciſ. 91. numer. 10. & 11 & ibi late annot.* Capitulum quod nititur prouiſum à poſſeſſione vigore ſtatuti repellere, debet probare in repulſo deeſſe qualitates requiſitas à ſtatuto, quia prouiſus habet fundatam intentionem in bullis, *Rot. diuerſ. dec. 176. num. 1. & 5 par. 1. Greg. xv dec. 455.* & an expenſæ litis deſumi debeant ex maſſa capitulari, *vide gloſſ. primam, & Pan. in c. cum inter el 3. ſub num. 6. verſ. & nota bene, gloſſ. & Can. de elect. c. vt præterita, de elect. Greg. xv. deciſ. 263. & ibi annot. c. cum pro cauſa, & ibi Can. de elect.* Quod ſi iniuſte canonico fuit negata poſſeſſio, debet haberi pro admiſſo ad effectũ gaudendi prærogatiuis, & emolumentis aliorum canonicorum, *l. ſi cum ipſa ff. de excuſ. tut. l. intra vtile & ibi Bald. in 2. not. & DD. ff. de minor. 25. an. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. §. 3. procem. num. 23. & 38. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 341. & ibi annot* Collatio fa-
cta † per epiſcopum probatur per litteras epiſco 38
pi ſigillo ſigillatas ſine tabellione, & teſtibus, eſt enim authenticum ſigillum, *cap. 2. & ibi gloſ. fin. c. cum dilectus de fid. inſtr. c. poſt ceſſionem de probat. dictum eſt ſupra titul. de fid. inſtr. Rot. deciſ. 16. de prob. in antiq. & deciſ. 1. eod. in nou. in princ. c. ſi canonici de off. ord. in 6. & ibi gl. & DD.* inferiorum quoque collatorum prouiſiones probantur per litteras eorum ſigillo munitas: *c. poſt ceſſionem, & ibi gloſſ. 1. in fin. de probat. Archid. in c. ſi à ſubdelegatis de off. deleg.*
in 6. in princ. ſed ex Stylo † Rotæ fidem contra A- 39
poſtolicos impetrantes non faciunt, abſque Notarij, & teſtium ſubſcriptione, *Rot. deciſ. 17. de probat. in antiq. & d. dec. 1. num. 2. eod. in nou. c. placuit 6. q. 2. in rubr. & nigr. C. ne quis in ſua cauſ. iud. vel ius ſibi dicat, c. ſi teſtes §. nullus 4. q. 2. & 3. Franc. Arct. in c. poſt ceſſionem num. 46. & ſeq. de probat.* idem obtinet in quocumque alio collatore etiam Cardinalatus honore fulgente, *Achil. dec. 8 de probat. atteſtans de extenſione Rotæ c. quod ſuper his de fid. inſtr.* ac nuncio Apoſtolico, *Rot. dec. 10. de probat. in nou. atteſtans de Stylo Curiæ: in rub. & nig. C. ne quis in ſua cauſ. iud.* ac etiam legato à latere, *Achil. deciſ. 7 de prob. atteſtans de extenſione Rotæ, c. ſi teſtes §. item nullus 4. q. 3. & ibi poſt gl. Can. late Garc. de benef. par. 8. cap. 4. num. xj. & ſeqq. & nu. 28. & ſeqq. Gonz. ſuper*

reg. de menſ. & altern. §. 3. procem. num. 147. vbi amplitat ſex modis, & limitat quinque modis, & num. 52. & ſeqq. Ratio Styli eſt præſumpta fraus, & calumnia non ſolum in antidatione, ſed etiam in clauſulis per quas auferri poſſet beneficium prouiſo Apoſtolico, Achill. d. deciſ. 7. Rot. d. deciſ. 1. & 10. de probat. in nou. Rip. in l. admonendi nu. 141. de iure iur. Crauet. conſ. 171. num. 7. Franc. Aret. in d. c. poſt ceſſionem num. 9. in fin. & ibi Can. poſt gl. de prob. Excluditur dicta præſumptio calumniæ per aliam prouiſionem eiuſdem diei ſubſcriptam à Notario, & teſtibus, Mohed. deciſ. 2. de off. deleg. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium, & ibi Bald. notat, & DD. ff. de eden. l. cum pater §. cum imperfecta ff. de leg. 2. quia plures collationes ſub eadem data ab eodem collatore vni fieri poſſunt de eodem beneficio, & vna corroboratur, & declaratur per aliam, ac clauſulas in ea poſitas, Rot. dec. 59. in fin. & dec. 63. de reſcript. in antiq. dictum eſt ſupra hoc tit. in princ. l. habebat ff. de inſtit. act. l. Aurelius §. fin. ff. de lib. legat. Præterea ceſſat timor antidationis, ſi poſt primas litteras prouiſionis, ille cui erat prouiſum, reſignaſſet, & de conſenſu reſignantis conſtet per duos teſtes, Achill. d. deciſ. 8. in fin. l. cum poſt ff. de iur. dot. Bald. in l. multum intereſt num. 5. in fin. & num. 6. C. ſi quis alteri &c. ac quando prouiſus ab Ordinario fatetur prouiſionem Apoſtolicam eſſe anteriorem, ſed dicit inualidam ex eo, quod cum Papa Ordinario indultum conceſſiſſet, ſibimet manus ligauit, tunc enim cum conferre beneficia ſpectet ad ordinarium, creditur eius litteris cum ſolo eius ſigillo, Nauar. conſ. 1. de fid. inſtr. Milis in repert. verſ. litteris epiſcopi Garc. de benef. par. 8. cap. 4. numer. 24.
40 & ſeqq. Collator † qui ſcienter alicui ignoranti confert beneficium, quod de iure non potuit aſſignare, tenetur beneficio euicto, ei aliud conſimile conferre, c. inter cætera hoc tit. & ibi gl. fin. Panor. num. 9. & DD. c. præſentium 7. q. 1. & ibi gl. fin. & Can. ne beneficium illi fraudulenter viſus ſit aſſignaſſe: l. Ariſt. §. fin. ff. de donat. ſi vterque aut is, cui beneficium collatum eſt, ſciuit beneficium eſſe alienum, nulla competit ei actio, quia contrahens mala fide non habet regreſſum ad euictionem, §. loca Inſtit. de empt. & vend. c. de iure &
41 ibi gl. fin. de Iurepatr. Indigno † conferens ignoranter, quando indignitas non priuat ipſo iure, non poteſt procedere ad ſecundam collationem, niſi prius reprobetur prima, ſub pœna priuationis facultatis conferendi prima vice: c. inter dilectos de exceſ. præl. & ibi Pan. & Can. ſi prima eſt nulla ipſo iure, is qui eam fecit, ſecure poteſt procedere ad ſecundam, niſi prima confirmata fuerit, aut aliud interuenerit, quod vicem obtineat confirmationis, vt inueſtitura beneficij, inductio in poſſeſsionem, Hoſt. in d. c. inter dilectos ſub num. 13. in verb. præceſſerit, & num. 14. Anchar. numer. 13. & Can. quia iuſte poſſidet, qui auctoritate ſuperioris poſſidet: l. iuſte ff. de acquir. poſ. cum vulgar. ſcienter indigno conferens ipſo iure priuatur poteſtate conferendi illa vice, & ideo ſecundo conferre non poteſt, c. cum in cunctis §. fin. c. cum Vintonienſis cap. ſcriptum in fin. de elect. c. licet c. fin. de ſuppl. negl. præl.

Ea, de quibus fieri debet mentio in litteris ad beneficia, poſt Rip. in c. ad aures à numer. 12. vſque ad num. 34. de reſcript. omiſſis generalibus, traditis in tit. de reſcript. paucis & ſigillatim attingam.

Valor fructuum † annuus beneficij obtenti, 42
aut impetrandi, de iure communi non eſt exprimendus, gloſſ. in clem. 1. in verb. vel alteri hoc titul. & ibi Can. c. ad aures, & ibi Panor. ſub numer. 4. verſ. de quantitate, & Felin. ſub num. 4. verſ. 1. concluſio de reſcript. quia beneficium debet principaliter conferri propter ſpiritualia, ideo expreſſio falſi valoris non vitiat impetrationem factam ab ordinario, arg. clem. 2. de off. ord. Felin. in d. c. ad aures nu. 15. quia non ſolent, quæ abundant, vitiare: l. non ſolent ff. de regul. iur. l. vſuras l. placuit ff. de vſur. tum quia Ordinarij naturales, & Originarij, vt Epiſcopus, & Archiepiſcopus &c. Put. dec. 293. lib. 1. ſub num. 2. Zab. in clem. 2. de off. ord. ſub num. 13. verſ. & per hoc habes ſingulariter notare, ſemper videntur prouidere motu proprio, & ipſi prouident eccleſijs, gl. in c. fin. in verb. mentio de off. leg. in 6. Zab. in d. clem. 2. numer. 13. de off. ord. c. ſi poſtquam h. c tit. in 6. & ibi Canon. Rebuff. ſuper concord. in for. mand. apoſt. in 29. effectu, verſ. imo iſta clauſula magis conuenit ordinarijs. Per regulam 54. Cancellariæ valor eſt exprimendus in impetrationibus, quæ fiunt tam à ſummo Pontifice, ac etiam in gratijs, quæ ab eo motu proprio emanare contigerit, quam à legato ſedis apoſtolicæ, late Rot. diuerſ. deciſ. 206. par. 1 Creſc. deciſ. 10. de reſcr. Franc. in c. fin. in vlt. not. de off. leg. in 6. Vital. in clem. 2. num. 20. & 21. de off. ordin. poſt gl. in verb. facta, quorumcunq; beneficiorum tam obtentorum, quam eorum, de quibus impetrantibus prouiſum fuerit, vel conceſſum, aut mandatum prouideri, alioquin gratiæ ſunt nullę,

etiamſi

Digitized by Google

etiamſi beneficium ſit minoris valoris, quam ſit dictum: *Felin. in c. ad aures num. 13. verſ. decima concluſio de reſcript. & ibi DD. Anchar. in clem. vnic. verſ. quanto oppono de conceſſ. præb. & ibi Canon.* Ratio eſt, quia Papa eiuſque legatus prouident perſonis, & expreſſio veri valoris poſſet eos reddere difficiliores ad concedendum, cum adminiſtratio temporalium iuxta qualitatem perſonarum ſit concedenda: *Pan. in d. c. ad aures ſub num. 4. & ibi Can. Cap. Tholoſ. q. 436.* altera ratio eſt, vt excludatur fraus, quæ fieri poſſet circa ſolutionem annatæ, *Sarnen. in præf. reg. de exprim. val. ben. num. 5. Creſc. deciſ. 10. de reſcript.* Limita primo, quia non habet locum in obtentis beneficijs, quæ impetrantes iuxta ipſorum oblationes, aut alias dimittere tenentur, *Rot. dec. 20. hoc tit. in nou. Felin. in c. ad aures num. 10. & ibi Can. de reſcript.* Secundo in impetrationibus adminiſtrationum Capellaniarum, id eſt, certorum fructuum relictorum, pro dicendis miſſis, etiamſi id quod ſupereſt conuertatur in vtilitatem dictorum adminiſtratorum; aut hoſpitalium (niſi ſoluant annatam) *Rot diuerſ. dec. 182. par. 1. & dec. 264. par. 2. Felin. in c. ad aures in fin. & in c. in noſtra num. 10. in 1. coroll. de reſcr. Sarn. in reg. de val. expr. q. 4. Extrauag. poſtulaſti verſ. porro hoc tit. in commun.* monaſteriorum monialium, *Sarn. in præf. reg. de exprim. Val. beneſ. numer. 5.* canonicatuum, quorum annuus valor exprimitur ad viginti quatuor ducatos, quia eorum redditus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quæ ſoluuntur ratione certi miniſterij perſonalis, *cap. licet hoc tit. c. vnico de cler. non reſid. in 6. & ibi Can. c. fin. §. in illis vero de conceſſ. præb. in 6.* & de eis non ſoluitur annata, ſed applicantur eccleſiæ, aut dantur deſeruientibus pro abſentibus, *Caſſad. deciſ. 6. n. 6 hoc tit. dictum eſt ſupra in tit. de cler. non reſid. in eccl. & c. Felin. in c. ad aures in 13. concluſ. & ibi Can. de reſcript.* Dicta regula de valore inficit gratiam, non à die factæ impetrationis, ſed à die quo litteræ fuerunt male expeditæ, & non antea, ſtante clauſula ſolita augendi, & minuendi, quæ eſt facultatiua, & reddit gratiam conditionalem, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. prouiſiones verſ. Melchior & verſ. ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 417. & 418. par. 1. Put. deciſ. 94. lib. 3.* ſed dicta regula non inducit vacationem beneficij, aut ejus reſeruationem, aut aliquam manuum appoſitionem, *Rot. diuerſ. deciſ. 419. par. 1. Panor. in c. inter dilectos num. 10. de exceſſ. prælat.* nec inhabilitat perſonam ad beneficium, cuius falſum valorem expreſſit, per gratiam nouæ prouiſionis, aut aliam ſimilem, in qua narratur vitium primæ gratiæ, ſed non poterit illud obtinere, vigore clauſularum poſitarum in prima gratia continente falſam expreſſionem valoris, ſuper quibus ſecundas litteras expediuit, quia ſecundæ litteræ dependent à primis, & hæc gratia quæ ſumpta eſt ex ventre primæ, eſt vitioſa ſicut prima, *Rot. diuerſ. deciſ. 541. part. 3. libr. 3. Gonzal. in reg. de menſ. & altern. gloſſ. 15. §. 2. num. 77. & ſeq.* Valor beneficiorum conſiſtit † in fructibus, *l. ſed & ſi* 43
quid ff. de euict. l. pretia rerum in princ. & §. nonnullam ff. ad l. falcid. & ibi DD. c. ſi pluribus & ibi poſt gl. in verb. maioris & Franc. & Can. hoc tit. in 6. deductis expenſis pro eorum recollectione factis, *l. fructus ff ſol. matr. & ibi Bart. & DD. Felin. in cap. ad noſtram il 1. poſt gloſſ. 1. num. 3. & 4. de iureiur. plures cumulans, & Can.* qui in portatis & libere, & in abſentia à loco de tempore prouiſionis, *Felin. in c. ad aures num. 17. & ibi Rip. num. 27. & ſeqq. & Can. de reſcript. Idem in c. eam te num. 22. de reſcript. Oldr. conſ. 58. Caput. deciſ. 330. part. 3. l. pretia rerum §. fin. ff. ad leg. falcid. cap. cum cauſa de teſtib.* percipiuntur, *Put. deciſ. 455. lib. 2. num. 2. & 3. Staphyl. de litt. grat. tit. de form. expec. §. noua forma nu. 44 & ſeqq. Oldr. conſ. 118. ex virtute gratiæ c. licet hoc tit. c. fin. §. in illis de conceſſ. præb. in 6.* non ſecundum monetam cōſuetam, & currentem in loco beneficij, ſed in Curia, id eſt, quoad valorem monetæ attenditur quanti ducatus de Camera valet in curia, non quanti valerent illi redditus tranſlati ad curiam, quia non deducuntur cambia, *vt voluit gloſſ. in clem. 2. in verb. conſuetam, de decim.* &c. *Put. deciſ. 210 lib. 3. Achill. dec. 1. ſuper reg. de valor. expr. Caſar dec. 7. num. 5. & ſeqq. hoc tit. Oldr. conſ. 168. Felin. in cap. ad aures ſub xj. concluſ. circa fin. de reſcript. & ibi Can. c. licet hoc tit. ibi, prouentus ſuos,* Infertur, quod non computantur in valore diſtributiones quotidianæ, *Anch. in clem. 1. num. 39. & ſeqq. de conceſſ. præb. Caſſad. deciſ. 6. num. 5. hoc tit. Rot. deciſ. 8. eod. in nou. & deciſ. 39. eod. in antiq. Greg. xv. deciſ. 540.* fructus quos lucrantur reſidentes in ciuitate, tertia pars fructuum, quæ per ſtatutum, vel conſuetudinem tollitur abſentibus, quia non debetur abſentibus in portatis, & libere, *Put. d. deciſ. 455. in fin. iuribus proxime allegatis,* licet computetur in valore, quoad facultates conferendi conceſſas nuncijs, & nominationes vniuerſitatum, *Rebuff. in prax. libr. 1. in 3. part. ſig. verb. necnon verus valor num. 7.*

Digitized by Google

num.7.in fin. & latius in tract. nominat.q. 9.n. 32.& 33 Greg.15 deciſ.540. numer.4. ac vniones, c. expoſuiſti hoc tit. Felin in c. ad aures numer. 16. de reſcript. & diſpenſationes, Rebuff. in prax. lib.1.in 3. part. ſig. in verb. necnon verus valor num. 7. plures citans, c. poſtulaſti de reſcr. & ibi poſt gl. DD. quia eſt de corpore beneficij, licet per accidens abſentibus tollatur, Caſ.deciſ.7.& deciſ.9. hoc titul. repetit. in 1. part. diuerſ.deciſ.335 & 402. Extrauag. poſtulaſti verſ. cæterum hoc tit. in communib. anniuerſaria ſiue ſint voluntaria, ſiue ab inuito exigi poſſint, Anch. in clem. 1. num.41. in fin. de conceſſ. præb. & incerta, c. quoniam de vit. & honeſt. cler. Anch. in d. clem. 1.n.42. de conceſſ. præb. Fel. in c. ad aures num.14. tertia decima concluſio &c. verſ procedit iſta concluſ. etiam in mortuarijs &c. de reſcript. Hinc ex generali conſuetudine, & Stylo Curiæ fructus canonicatuum annui exprimuntur ad viginti quatuor ducatos, Gomeſ. in reg. de val. exprim. quæſt.8. verſ. nec obſtat, quod fructus canonicatus ſint expreſſi Put. deciſ. 455. libr. 2. Præterea deducuntur ex valore expenſæ pro vno clerico in parochiali eccleſia, c. vt quiſque, de vit. & honeſt. cleric. ſalaria cæterorum miniſtrorum, vbi eſſent neceſſarij duo clerici, vel tres, vel vlteriores presbyteri vltra rectorem, Caſſad. deciſ. 19. hoc tit. l. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſign. l. mulier ff. de iur. dot. gloſſ. fin. & ibi DD. in l. non amplius ff. de leg.1. omnes expenſæ, quæ fiunt in colligendis fructibus, Bald. in l. 1. ſub nu. 8. verſ. pone C. de fruct. & lit. expen. Paul. de Caſtr. in l. non amplius per illum tex. & ibi add. ff. de leg. 1. Mandoſ. in reg. 22. de vnion. & vnion. confir. q.5. omnia onera perpetua & penſiones perpetuæ, l. fructus eos ff. ſ. l. matr. l. fundi Trebatiani ff. de vſ. & vſufr. leg. Felin in d. c. ad aures verſ. duodecima concluſio Caput. deciſ.311. num.3. par. 2. & deciſ. 328. part. 3. ſed non penſiones temporales, Put. deciſ. 201. lib. 3. Belenc. poſt Ioan. Andr. de carit. ſubſid. q.37. in fin. reprobata opinione ſig. de penſion. q. 89. neque Salarium Vicarij, per quem rector deſeruit, cap. extirpandæ §. qui vero hoc titul.

44 Probatio valoris † incumbit impetranti, etiamſi non negetur, Rot. deciſ.20. in princ. hoc tit. in nouis. quia eſt pars gratiæ, Felin. in d. c. ad aures verſ. 3. concluſio, Rot deciſ.6. hoc tit. in antiq. Caſſad. deciſ. 20. nu.4. ſuper reg. Cancell. de eodem anno factæ impetrationis, Caſ. deciſ.4. num.3. de re iud. Capuc. deciſ. 330. part. 3. l. cum actum, & ibi gl. fin. ff. de neg. geſt. l. matrem C. de probat. Clement. fin. & ibi gloſſ. in verbo creatum de reſcript. Felin. d.c. ad aures num. 17. Oldrad. conſ. 58. & Conſ. 168. quod ea quæ ſunt mutabilia curſu temporis, non præſumuntur eſſe in eodem ſtatu, l. pretia § fin ff. ad leg. Falcid. Secundum ſtylum Rotæ adhibetur diſtinctio iuri cõmuni conformis, an fuerit expreſſus per modum affirmatiuum, ſiue aſcenſum, l.1. C. arb. tut. Auth. de iuram à mor. præſt. coll.5. l. cum furti ff. de in litem iur. l. aſſeueratio C. de non numer. pecun. an per modum negatiuum, vel non exceſſum, d. l. aſſeueratio, & ibi gl. pen. & DD. l. actor C. de probat. l. cum in lege ff. de probat. Pan. in c. ad aures ſub n.4. verſ. hodie ita communiter de reſcript. nam valor in gratia narratus per non exceſſum non iuſtificatur per teſtes deponentes per aſcenſum, quia ſtat ſimul, quod valor aſcendat ad ſummam expreſſam, & nihilominus non ſit verum, quod non excedat, Iaſ. in l. ſi conſtante numer.121. & nu.128. in fin. & 133. & ſeq. ff ſolut. matr. Greg.15. deciſ.147. Rot. Farin. deciſ.186. part.1. & deciſ.443 numer.1. part.2. Greg.15. deciſ.13. num.5 & deciſ.147. & probatur per quinque annos ante, per quinque annos poſt impetrationem computato anno fertili cum ſterili, Sarnen. in reg. de val expr quæſt. fin. d. l. pretia §. fin. & ibi Bar. & DD. l. in l. falcidia 4. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Quem limita primo, quando poſt vacationem non datur quinquennium, quia tunc ſufficit probare de decem annis ante, computato anno fertili cum ſterili, & oneribus deductis communi æſtimatione valuiſſet tantum in portatis, Achill. deciſ. 24. de probat. Rota diuerſ. deciſ.189. numer. 4. part.1. l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. & oportet quod teſtis reddat rationem ſui teſtimonij, etiamſi non interrogetur, alias non valebit dictum ſuum, quia valor non percipitur ſenſu corporeo, Panormit. in cap. cum cauſa ſub nu.3. de teſtib. Caſſad. deciſ.19. n.3. ſuper reg. Cancell. Secundo limita, quando adeſt aliquod augmentum extrinſecum, quia tunc ſufficit, quod tempore vacationis probetur, l. ſed etſi quid ff. de euict. Achill. d. deciſ.24. in fin. de prob. Felin. in c. eam te numer.22. de reſcript. Limita tertio, quia Rotæ ſtylus antiquus eſt, vt expreſſio valoris minor ſexta parte quam debuerat, facta, valida habeatur, nec regulæ de valore ſit locus, quando Camera læditur ſolum in ſexta parte, quia ſexta pars dicitur parua quantitas, Mandoſ. de ſign. grat. cit. prouiſiones verſ. Rota ſtylus, & verſ. ſeq. Barc. in l. ſi
ſocietatem §. arbitrorum numer.25. ff. pro ſoc. Valoris 45
probatio † abſque oneribus eſt inſufficiens, cap. præſenti de off. ord. in 6. Rot. deciſ.60. de conceſſ. præb. in antiq.

in antiq. & diuerſ. deciſ.381. in fin.part.1. reiecta opinione Ripæ in l.1.§.ſi hæres nu.29.ff. ad Trebell. Caput. deciſ.328. numer.1.part.3. niſi quod dictum teſtis deponentis de certo valore annuo eccleſiæ parochialis intelligitur deductis oneribus, quæ de iure communi competunt parocho, vt lampadis, & aliorum, & ſi dicat ſe neſcire onera, intelligitur præter iſta, *Rot. diuerſ. deciſ.293.ſub num.2.& 3.part.1. c.vt quiſque de vit. & honeſt. cleric. cap.cum ſicut.& ibi gl.1.& Can. de conſecrat. eccl.vel altar.c.2. de ſuppl. neglig.prel. c. de Monachis hoc tit. Felin. in c. ad noſtram num.3. & 4. de iureiur.Felin.in c.ad aures numer.12.concl. & c.cauſam quæ de reſcript.numer.7.* per arrendamenta, ſiue locationes valor non probatur, quia potuerunt fieri ex affectu, *Ruin. conſ.35.num. 36. vol.1.per not.à Bart. & DD.in l.2. C.de reſcind.vend.Rot.Farin.deciſ.186.nu.4.& deciſ. 742. numer. 4.parte 2. Ferret. conſ.354.numer. 16.*

46 Quoad effectum iuſtificationis gratiæ, † ſufficit ſemiplena probatio valoris, *Rot.diuerſ.deciſ.436. numer.1.parte 1. & deciſ.46.numer.5 part.2.Mohed. deciſ.3. de teſt. Caſ deciſ.3. numer.7.de probat.Rip.in d. l. ſi conſtanter num.17.* per vnicum teſtem, *Caſ. deciſ.2.num.1.de except.Ioannes Andreas in c.exceptionis de litiſcont.& ibi Can. & in cap. infamibus de reg. iur.in 6.* per publicam vocem & famam, *Rot.diu. deciſ.293.part.3. Bart.in l minore § plurium num.30. ff.de quæſt.Franc.in c.dilecti 1.num.6 & ſeqq.de appll. Caputaq deciſ.277.num 7.par.1. Put.deciſ.26.lib.1.* Sicut etiam ſummaria ſufficit probatio, per famam, aut reputationem, magiſterij, presbyteratus,& aliarum qualitatum expreſſarum, *Menoch. remed.vlt.adipiſc.numer.44. Bellam.deciſ.113.& ſeq. Ferret. conſ.15.num.3.& ſeqq.Caput.deciſ.277.par.1. Rota deciſ.14.de probat. in antiquior.Greg.15.deciſ.35.* & ita intelligenda ſunt notata, *per Franc.poſt Ioan. Andr.in cap.1.n.17. & Can.de litiſcont.in 6. Panorm. in c. dudum numer.6.7. & 8. & Can. de præſumpt.* Ratio ſtyli eſt, quod bullæ apoſtolicæ habent executionem paratam inſtar teſtamentorum, *& l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* implorato officio iudicis, *Bald in l.2.num.65. C.de ſeruit. & aq.Fab.in §. ſequenti num.1. inſtit de interd. c.accedens §.1.de accuſ. Panormit.in c.paſtoralis num.14. verſ.& ſcias de cauſ. poſſeſ.& prop.c.conſtitutis el 2.§.pen.& fin.de appll.et ibi Pan.ſub num.14.& 15 Franc. & Can.communiter Late Menoch.remedio vlt.adipiſc.à nu.34.vſque ad fin.* circa valorem obtentorum ſufficit talis qualis probatio, *Card.Seraph.deciſ.962.& deciſ.1192.n.2. Greg.15.deciſ.13.78.89.& deciſ.490.* valor † vere 47 & concludenter probari debet, quando eſt expreſſus per modum conditionis, videlicet quatenus talis valoris exiſtat, *l. Lucius ff. de cond. & demonſt.& ibi Bart.Dec in rub decretal.de probat.n.153. & ſeqq.Rot.diuerſ.deciſ.381.numer.1 part 1.*vel affirmatiue fuerit expreſſus, *l.aſſeueratio,& ibi DD.C. de non num.pecun. Rot.Farin.deciſ.444.parte 2.* aut habeat directo probationem contrariam, videlicet atteſtationem ordinarij in collatione alteri facta, *Rot.deciſ.381.num.7.part.1.diuerſ.c.ea naſcitur & ibi gl.in verbo debet, de his quæ fiunt à præl. Felin in c. poſt ceſſionem numer. 15. de probat. & ibi Can.* aut poſſeſſor eſt amouendus à ſua poſſeſſione, *Rota deciſ.381. circa fin. Put. deciſ.21. in fin.l.1.c.licet Epiſcopus,& ibi poſt gl. in verbo te non vocato Can. hoc tit.in 6. Ioannes Andreas in c.cum noſtris ſub num.15. de conceſſ.preb. c. olim,& ibi Can.de reſcript.* Siue ex aduerſo impugnatur valor per impetrantem expreſſus de exceſſu, *Clem.conſtitutionem,& ibi gl.in verbo opponentis, & Zab. in 8. quæſt. & Can. de elect. Caput deciſ. 280. parte 2. per l.final. C. de probat.* Excuſant à mala fructuum expreſſione, hæc tria, arrendamenta præcedentia, impetrationes prædeceſſorum, & publica fama, quod beneficium tantum valeat, *Puteus deciſ.134. libro 1. Caſſad.ſuper reg. Cancell. deciſ.19.& 20. n.5. Sarnen. in reg.de val. exprim. quæſt. xj.* item valor expreſſus iuxta taxam Cameræ, *Sarn.in reg.de val.expr.quæſtione 10.Caſſ. ſuper reg. Cancell. dec. 19.* ac expreſſio valoris ad taxationem decimæ, etiamſi ad duplum valoris expreſſi aſcenderet beneficium, *Achill. deciſ.2.ſuper reg. Cancell. de val. Staphyl. de litt. grat. in 9.ſor. expect. in fin.l fin. C.de alluuion. & c.c.cum M.de conſt.* Præterea poteſt iuſtificari ex deductis, vel deducendis in ſecunda inſtantia, quando in prima inſtantia non fuit ſufficienter probatus, *Caput.deciſ. 332.part. 3. l. eos qui 1.§.ſi quid autem, & l.in afferendis C. de appell.* præterquam in iuſtificatione cenſurarum, *Caſ.deciſ.8. hoc tit. in fin. Panormit. in cap. prudentiam n.6. de off.deleg.*

Poſſeſſionis † illicitæ præcedentis, ſiue intruſionis debet fieri mentio, *Felin.in c.poſtulaſti n.14. & ſeq.& in c. in noſtra in 2.coroll.de reſcr.l.auctoritatem C.vnde vi l.2. & ibi gloſſ. in verbo profeſſio & DD. C.de fund.ſalt. rei dom. l.11.* ac fructuum male perceptorum, *c. dudum el 2. in princ. verſ. vnde cum in eodem de elect. & ibi Panormit. num.19.& Can.Hoſt. in c.poſtulaſti ſub num.12.verſ.ſed etſi qui ſemel de reſc.* 48

Digitized by Google

late Garc. de beneſ. par. 11. cap. 10. §. 3 à n. 224. vſque ad fin. etiam modicorum, arg. c. ſi proponente de reſc. cap. ſi motu proprio hoc titul. in 6. & ibi not. per DD. Bart. in l. ſi proprietarius num. 2. ff. de damn. infect. dicetur infra hoc tit. verſ. noua prouiſio. intruſus in beneficio dicitur ille, qui obtinet illud ſine auctoritate eius, ad quem de iure ſpectat collatio, Pan. in c. quia diuerſitatem in 2. not. de conceſſ. preb. cap. ex frequentibus de inſtit. Gemin. in c. propter nu. 4. ponens ſex modos intruſionis 19. diſt. Felin. in cap. veniens ponens octo modos in 2. not. de accuſ. & c. Rebuff. in add. in reg. Cancell. de ſubrog. collitig. in verbo dummodo præfatus collitigans. inhabilitatur dumtaxat ad illud beneficium, cui ſe intruſit, & non ad alia beneficia, Rebuff. in add. in reg. Cancell. de ſubrog. collit. in verbo dummodo præfatus collitigant in fin. plures citans. intruſio vero laicalis inhabilitat conſentientem electioni de ſe factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis non ſolum ad illam dignitatem, ſed etiam ad aliquam dignitatem, c. quiſquis de elect. c. ſi quis deinceps 16. quæſt. 7. Felin. in c. poſtulaſti ſub numer. 16. de reſcript. ſed non inhabilitat ad canonicatum, eccleſiam curatam, aut alia minora beneficia, Pan. in c. quiſquis numer. 2. & 3. de elect. & ibi Canon. Item intruſus eſt, qui primum incompatibile retinet poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis, c. dudum el 2. in princ. verſ. in ſuo quoque ibi nullatenus pertinebat. Panormit. in 6. not. Butr. num. 13. & Can. de elect. quia dictio nullatenus importat nullitatem actus ipſo iure, gloſſ. in auth. ſi qua mulier, & ibi DD. C. ad Velleianum. habet vim decreti irritantis, Clem. 1. & ibi glo. & Can. de ſeq. poſſ. & fruct. l. ſcriniarios, & ibi poſt gl. Iaſ. nu. 9. C. de milit. teſt. & operatur etiam reſpectu fructuum, Auth. de inceſt. nupt. in princ. & ibi gloſſ. in verbo imminere, & DD. Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur n. 268. & plurib. ſeqq. C. de reu. donat. d. c. dudum el 2. in princ. verſ. et retinendo Pan. ibi in 5. not. Rot. deciſ. 24. part. 2. diuerſ.

49 Qualitatum beneficiorum, † quæ impetrantur, mentio non eſt neceſſaria in impetratione, quæ fit ab epiſcopo, quia ipſe præſumitur ſcire, Felin. in c. in noſtra in 29. coroll. de reſcript. in collatione, quæ fit a Capitulo, debet fieri mentio de cura, alias collatio eſt nulla, Puteus deciſ. 44. hoc tit. arg. c. annis ſingulis 18. diſt. c. Epiſcopum 10. quæſt. 1. c. Patriarchæ ſeſſ. 24. ac de cæteris qualitatibus, quia in illo ceſſat præſumptio ſcientiæ, cum ad illud non ſpectet viſitatio: idem obtinere puto in cæteris inferioribus collatoribus: In impetrationibus quæ fiunt à Papa, vel eius legatis, Rot. diuer. deciſ. 206. part. 1. Clem. 2. de off. ord. & ibi Zab nu. 10. & 13. & Can communiter. debet impetrans facere mentionem de omni qualitate notabili obtinendorum, niſi tale ſit beneficium, quod de iure communi haberet illas qualitates, vt Archidiaconatus, c. ad hæc de off. Archid. Rot. deciſ. 13. hoc tit. in antiquioribus Rot. deciſ. 37. de reſcript. in antiquiorib. cura, Felin. in c. in noſtra coroll. 10. de reſcript. Clem. 1. de preb. Dec. in c. ad aures num. 4. Rip. num. 19. de reſcr. Rot. deciſ. 1. n. 3. de off. archid. in antiq. Gonzal ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 6. nu. 3. etiam habitu tantum ob receſſum parochianorum, Ioan. Andr. in c. quia nonnullis nu. 5. de cler. non reſid. Staphyl. de lit. gr. tit. de ſtat. & qual. beneſ. § circa ſecundam numer. 2. & 3. c. cum in illis hoc tit. in 6. Puteus deciſ. 293. libro 1. Zab. in Clem. vnica, quæſt. 21. de off. vicar. Gregor. xv. deciſ. 450. & ibi annot. num. xj. Vel quia ex ordinatione ſummi Pontificis, vel epiſcopi in eccleſia duæ ſunt perſonæ, vnus Vicarius, & alter Prior, ita quod ipſe Vicarius curam haberet: Rot. ſaſtel. dub. 25. Vital. in Clem. 1. ſub nu. 7. de off. vic. Zab. n. 10. in 9. quæſt. Felin. in cap. poſtulaſti ſub n. 1. verſ. & vid. Card. in Conſ. 33. nam prior habet curam ſaltem habitu, ſi non actu, & cenſetur prælatus, c. expoſuiſti, & ibi gl. in verbo neceſſitas, & Can. hoc tit. c. extirpanda in princ. eod. tit. & iurib proxime alleg. reſidentia, dignitate, Panormit. in c. ad aures num. 3. de reſcript. & ibid. Dec. numer. 10. & ſeqq. ordine ſacerdotio, Gemin. in c. ei cui n. 5. & 6. hoc tit. in 6. Io. And. n. 1. Anchar. in 2. & 3. not. & Can. Rip. in c. ad aures n. 22. de reſcript. Rot. deciſ. 41. de reſer. in ant. licet contrarium teneant DD. in d. c. ad aures nu. 25. Garc. de beneſ. part. 7. cap. 1. n. 45. electione, conuentu, & alijs qualitatibus, quæ inſunt ipſi beneficio, cap. cum olim de re iud. c. cum in illis hoc tit. in 6. Felin. in cap. in noſtra nu. 9. verſ. Theorica mentionum & c. de reſcript. Rot. deciſ. 41. eod. in antiquior. Menoch. de arbitrar. Caſ. 201. centur. 3. & niſi de illis fiat mentio, gratia eſt ſubreptitia, non attento, an Papa facilius, vel difficilius conceſſiſſet; Garc. de beneſ. p. 8. cap. 3. n. 20. plures cumulans. Rot. deciſ. 32. n. 5. de reſcr. in nou. Caput. deciſ. 310. n. 3. part. 1. Felin. in c. poſtulaſti ſub n. 1. verſ. declara etiam notabiliter de reſcr. Felin. in c. in noſtra in 3. coroll. de reſcr. gl. in Clem. 1. de preb. & ibi Can. quo vero ad alias qualitates in iure non expreſſas pendet ex probabilibus coniecturis, an Papa facilius, vel difficilius conceſſiſſet,

quæ

Digitized by Google

quæ ſunt probandæ, & attenditur communis ſtylus datariæ, & Cancellariæ, *Felin. in c. ſuper literis nu. 8 de reſcript. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. hoc tit. Greg. 15. deciſ. 150. nu. 4. & ibi annot. Menoch. de arbit. Caſ. 201. num. 24. & ſeqq. Lap. alleg. 89. ſub num. 6. & ibi add.* Falſæ vero expreſſiones, quæ potuerunt mouere Papam ad facilius concedendum, vitiant gratias, quia litteræ habent tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, *Rot. deciſ. 22. de reſcript. in nou. dixi ſupra tit. de reſcript. Garc. de benef. part. 6. cap. 6. §. 2. numer. 161. & 197.* & expreſſio, vel omiſſio tacendæ, vel exprimendæ qualitatis in dubio præſumitur doloſa, *Rot. deciſ. 4. n. 5. de reſcript. in antiq. Innocent. in c. dilectus 1. in gl. ſuper verb. viribus de reſcript.* ratio eſt quia qualitatibus, vel ordinibus requiſitis, vel oneribus iniunctis in erectione, ſeu fundatione; aut ex alijs conſtitutionibus, in beneficiorum collatione, ſeu alia quacumque diſpoſitione non poteſt derogari, aliterque facta prouiſio ſubreptitia cenſetur, *cap. ratio ſeſſ. 25.* & nulla, *Mohed. deciſ. 7. nu. 4. de conceſſ. preb. Dictum eſt ſupra tit. de reſcript. in prin. c. ad aures c. conſtitutus c. ad audientiam el. 2. de reſcr. & ibi Canon.* Per regulam Cancellariæ. 57. debet fieri mentio, an ſint dignitates, perſonatus, vel officia, eiſque immineat cura animarum, & ad illa conſueuerit quis per electionem aſſumi, alias gratiæ deſuper factæ ſunt nullæ, etiamſi ſint conceſſæ motu proprio; *c. cum in illis, c. is cui hoc tit. in 6. Panormit. in d. c. ad aures num. 5.* de iure communi non tenetur quis exprimere qualitates beneficiorum obtentorum, *Clem. 1. et ibi gl. in verbo vel alteri hoc tit. cap. cum in illis hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 7. hoc tit. in nou.*

50 Affectionis, & † reſeruationis beneficij debet fieri mentio, *Felin. in c. in noſtra ſub nu. 15. Quintum corollarium verſ. incidenter de reſcript. Caſſad. deciſ. 9. & Mohed. deciſ. 9. n. 3. hoc tit. Rot. deciſ. 30. eod. in ant.* de affectione dictum eſt ſupra hoc titulo in quinta diuiſione beneficiorum: de reſeruatione dicetur infra, *titul. de conceſſ. prabend. & eccleſ. non vacant.*

51 Vacationis modus † non eſt exprimendus, & nullo expreſſo, omnis vacationis modus comprehenditur: *c. 2. de renunc. in 6. gl. in clem. 1. in verb. quamuis hoc tit. Rot. deciſ. 11. eod. in nou. Fel. in c. in noſtra 37. Coroll. de reſcript. Io. Andr. Gemin. & Can. in c. ſuſceptum eod. in 6. Lap. alleg. 6. Garc. de benef. par. 11. cap. 1. num. 3. & ſeqq. & per totum,* hinc inoleuit ſtylus, vt in reſignationibus beneficiorum apponatur clauſula præterquam per obitum; *Mand. de ſign. grat. tit. reſignationes, verſ. in ſupplicationib. &c.* quando vnus modus vacandi exprimitur, alter non continetur; *c. ſuſceptum de reſcript. in 6. Pan. in d. c. ſuper literis num. 7. & ibi Felin. num. 3. de reſcript.* niſi adijciatur clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. per quam venit omnis modus vacandi ex perſona expreſſa tantum, *Rot. deciſ. 14. de reſcript. in antiq. & deciſ. 1. nu. 2. eod. in nou. gl. in c. cupientes in princ. in verb. vacationibus de elect. in 6. gl. in c. ſi propter in verb. vacabunt de reſcript. gl. in clem. 1. in verb. quemquam hoc tit. Lap. alleg. 6. nu. 5. Franc. in c. ſuſceptum in 2. not. de reſcript. & ibi Can. Felin. in c. in noſtra Coroll. 37. de reſcript.* etſi adiecta ſit dictio, alias, vel alias quouis modo, tunc ea comprehendit vacationem ex alterius perſona, *l. denique §. vtrum ff. de pecul. leg. l. 1. §. illud tamen ff. de aq. quot. & aſt. Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de cond. & demonſtr. Rot. deciſ. 52. de conceſſ. prab. in antiq. & diuerſ. deciſ. 791. nu 6. par. 1.* vel ſi adiecta ſit clauſula, ex alterius cuiuſcumque perſona, *Franc. in c. ſuſceptum num. 8. 9. & 10. de reſcript. in 6. Mohed deciſ. 5. hoc titul. Mandoſ. in reg. 19. reſeruat. quaſt. 17.* etiam eam quæ contingit per priuationem, *Mohed. deciſ. 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Garc. de benef. par. xj. cap. 1. nu. 32. & ſeqq. & §. 1. nu. 128. & ſeq.* de præſenti, ac tempore datæ, non eam quæ poſtea in futurum occurrat, *Sarn. in reg. de publ. reſig. quaſt. 16. Pariſ. de reſig. lib. 8. quaſt. 7. num. 133. & ſeqq.* iuſtificata primo narrata, vacatione de facto, vt puta, quia ille, ex cuius perſona vacatio narrata fuit, habebat poſſeſſionem, vel aliquod ius in beneficio; *Put. deciſ. 390. lib. 1. & deciſ. 267. nu. 5. lib. 3. Par. de reſig. lib. 10. quaſt. 3. nu. 11. & 12. Add. ad deciſ. Rot. 1. de reſcr. in nou. Garc. de benef. part. 11. cap. 1. n. 36. & ſeqq.* quia non probata narrata vacatione omnes generales clauſulæ acceſſoriæ, tanquam nullæ, nihil operantur, *gloſſ. in l. ſi patronus §. patroni in verb. fauiana ff. ſi quid in fraud. patr. &c. c. ſignificantibus circa medium de off. deleg. Tiraq. de iur. conſtit. par. 3. limit. 7. num. 32. & ſeqq. 1.* ſed dictæ clauſulæ ſe non extendunt ad reſeruata beneficia, *Pariſ. Conſ. 138. num. 11. & ſeqq. vol. 4. Mandoſ. in reg. 19. reſeruat. quaſt. 17. nu. 8.* niſi fiat mentio reſeruationis per hanc vel ſimilem clauſulam, etiamſi quouis modo generaliter, vel ſpecialiter ſint reſeruata, & tunc venit omnis reſeruatio, *Rot. deciſ. 17. de preb. in antiq. Garc. de benef. par. xj. cap. 1. num. 26. & pluribus ſeqq.* præ-

ter reſer-

Digitized by Google

ter reſeruationem, quæ inſurgit per obitum apud ſedem, quæ requirit ſpecialem mētionem, *Franc. in c. 2. in fin. de præb in 6. & ibi Can. Staphyl. in tract. de litt. grat. tit. de form. mand. de prouid. in 1. form. n. 11. Aen. de falcon de reſeru. benef. off. 36.* neque includunt beneficium, quod vacauit in menſe reſeruato, nulla facta expreſſione menſis, obſtante reg. 9. reſeruat. menſ. *Pariſ. de reſig. libr. 8. queſt. 7. num. 144. & ſeqq. Put. dec. 1. & 4. ſuper reg. de menſ. Garc. de benef. par. 5. cap. 1. num. 654. & 661. & ſeqq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. glo. 32. num. 3. & num. 26. & 32. per totum, Put. deciſ. 165. lib. 2.* probatio vacationis in certo menſe ad effectum reſeruationis, quia agitur de præiudicio ordinarij collatoris, & prouiſi ab illo, debet eſſe plena, & concludens, *Put. deciſ. 265. lib. 3. Ferret. conſ. 2. num. 13. vol. 1. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 11. nu. 98. & ſeqq. vbi limitat quatuor modis*, quando vero intruſus non docet de titulo ordinarij, ſufficit probatio de publica voce, & fama, *Greg. 15. deciſ. 394. num. 6. & ibi annot. Gonz. in d. reg. de menſ. & alter. gloſſ 11. numer. 107. & ſeqq. plures deciſiones cumulans.*

52 Penſionis, aut † fructuum reſeruatorum, ac quorumcumq; reddituum eccleſiaſticorum debet fieri mentio, *Hoſt. in c. dudum el 2. ſub num. 56. ſub verb. benef. de elect. aſſerens ſic iudicatum, Hoſt. in c. poſtulaſti ſub num. 9. de reſcript.* quando dantur in titulum, ita vt ſint beneficium eccleſiaſticum *cap. conquerente & ibi Pan. in 1. not. per illum tex. de cler. non reſid. Rot. deciſ. 39. de reſcript. in antiq. Gig. de penſ. q. 20. verſ. 4. limita Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 5. §. 5. num. 42.* aliorum vero quæ moriente penſionario, aut reſeruatario expirabunt. *Rot. deciſ. xj. hoc tit. in antiquior. Gemin. in c. non potuiſt ſub num. 5. hoc tit. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter gloſ. 5. §. 5. num. 15. & plurib. ſeqq.* aut eorum, quæ dantur pro aliquo ſeruitio, vel mercede laborum, etiam ſpiritualium, non debet fieri mentio, quia non dantur in titulum, ſed ſtipendium; *Zab. in clem. 2. nu. 7. de off. ord Felin. in c. in noſtra in 1. coroll. de reſcript. Cald. conſ. 6. eod. Greg. de penſ. quæſt. 67.* ideo magiſter ſcholarum non tenetur facere mētionem de redditibus eccleſiaſticis, quos habet in ſtipendium, *c. quia nonnullis de magiſt. & c. & ibi Can. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 5. § 5. num. 15. & ſeqq.* nam huiuſmodi penſiones non inducunt incompatibilitatem aliquam cum beneficijs, *Imol in clem. grat. ſub nu. 20. & ibi Can. de reſcr. Alph. Hoied. de benef. incomp. part. 2. cap. 7. per tot. Duen. reg. 71. in 5. limit. Cap. reg. 90. numer. 90.* etiamſi conſiſtant ſub eodem tecto, *Greg. de penſion. qu. 32* & in earum reſeruatione quis non examinatur, nec in ea datur forma dignum, quia examen & forma dignum locum habent, quando beneficium confertur in titulum, *Hier. Paul. in prax. Cancell. tit. notabilia penſionum in princ.*

Obtentorum beneficiorum † mentio non eſt 53
neceſſaria in impetratione beneficiorum à quocunque ordinario collatore vel eius delegato, ſiue iure proprio, ſiue deuoluto conferat: *Clem. 2. de off ord. & ibi gl. in verb. quibuslibet, & in verb. habentibus & Can.* ſed habetur diſtinctio, an is cui collatio facta fuit de iure communi, vtrumque retinere poſſit, vel diſpenſatio ſit neceſſaria, *cap. quia in tantum c. præterea, c. cum ignores hoc tit.* Fallit in habente pluralitatem dignitatum, aut beneficiorum curatorum, etiam cum diſpenſatione ſufficienti, cui non poteſt aliud tale conferri, niſi diſpenſatio extendatur ad illud, vel prius habita reſignet, aliter facta collatio eſt nulla, non ex vi ſuſpenſionis, ſed cuiuſdam inhabilitatis, quam cauſat pluralitas plurium dignitatum & curatorum, *c. ordinarij §. in conferendis de off ord. in 6. clem. ſi plures, & ibi gloſſ in verb. vacare & Can hoc tit.* In impetrationibus beneficiorum, quæ fiunt à ſede Apoſtolica, *c. ſi motu proprio, verſ. ſeius hoc tit. in 6, late Hoſt. in c. poſtulaſti num. 9. & ſeq. de reſcr.* vel eius legato, *c. fin. de off. leg. in 6. clem. 2. in princ. de off. ordin.* vel quocunque alio habente indultum conferendi ſuper induatum, *Rot. diuerſ. deciſ. 530. part. 1. Zab. in clem. 2. nume. 13. de off. ord. & ibi Can.* debent exprimi obtentæ, ac obtentorum qualitates, ſcilicet, dignitas, cura, reſidentia, electio, &c. quæ retrahere poſſent ſummum Pontificem, eiuſque legatum ſpecialiter, *Anch. in clem. fin. nu. 2. de off. ord.* etiamſi ſint beneficia incompatibilia, in quibus per adeptionem ſecundi vacat primū: *Pan. in d. c. ad aures num. 9. & ibi late Felin. numer. 2. & 3. Ioan. And. in c. in noſtra numer. 10. in gloſſ. ſuper verb. expreſſam de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 650. nu. 2. par. 1.* aliæ qualitates non ſunt exprimendæ, vt eſt iniuſta poſſeſſio obtentorum, niſi eſſet intruſus per potentiam laicalem, *Anch. in clem. ſi Romanus in fin. hoc titul. Cap. Thol. dec. 484. & ibi Aufr. numer. 3.* qualitas ſimilis beneficij ſub eodem tecto, *Mohed. deciſ. 14. hoc tit. cap. litteras in fin. & ibi not. de conceſſ. præb.* item debet fieri mentio de litteris

obtentis

Digitized by Google

obtentis ad beneficia, *c. ad audientiam* 2. *& c. ſeq. de reſcript.* & de penſione annua ex illarum renunciatione obtenta, *d. c. ad audientiam el* 2. Ratio diuerſitatis fundatur in ignorantia, quam de beneficijs obtentis Papa & Legatus ipſius præſumuntur habere, *arg. c.* 1. *de conſtit. in* 6. In alijs autem inferioribus ordinarijs præſumitur ſcientia propter præſentiam, conuerſationem, & viſitationem, merito ergo in illorum collatione ex taciturnitate obtentorum, non cadit ſurreptio: *cap. quoſdam c. quanto de præſumpt. arg. l. idem Vlpianus ff. de excuſ. tut.* præterea licet legati poteſtas reſpectu iuriſdictionis ſit ordinaria, *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. tamen reſpectu collationis beneficiorum eſt extraordinaria, quia ex proprio officio legationis non venit poteſtas conferendi: hinc eſt, quod legati non Cardinales hanc poteſtatem non habent, ſed Cardinales legati habēt ex ſpeciali priuilegio, *c.* 1. *de off. leg. in* 6. ideo ipſorum collatio tanquam extraordinaria eſt ſuperinducta, & ordinarijs collatoribus præiudicans, eſt reſtringenda: ordinariorum vero collatio vt naturalis, & fauorabilis eſt amplianda, *gloſſ. pen. in d. clem.* 2. *de off. ord. & ibi Can. communiter*, Limita 1. quia taciturnitas, & ſuppreſſio obtentorum non vitiat gratiam factam motu proprio à ſummo Pontifice, *c. ſi motu proprio hoc tit. in* 6. *in princ. Felin. in cap. ad aures ſub num.* 7. *verſ. ſecundus caſus de reſcript.* ſiue eius legato, *Anch. in clem.* 2. *ſub num.* 3. *verſ. quærit glo. & ibi Zab. num.* 3. *Vital. num.* 21. *& Can. communiter*, quia motus proprius excuſat ab omni taciturnitate, quæ impetranti ſubreptionem, & obreptionē induceret, *Staph. in tract. de litt. grat. tit. de vi & off. clauſ. §. ſubſequēter n.* 19. *Zab. in clē. ſi Romanus in* 3. *not. hoc tit. Dec. in d. c. ad aures n.* 29. *& ſeqq.*

54 Litis debet † fieri mentio, *c.* 1. *& c. fin. & ibi glo. fin. Panormit. n.* 7. *& Can. vt lit. pend. & c. c. fin xj. q.* 1. *c. cauſam el* 2. *de teſt. cap. dudum de priuil. Bald. in l. ſi quis ſub numer.* 2. *ff. ſi quis cautionibus & c.* cuius ſufficiens ſit mentio per clauſulam, cuius litis ſtatum &c. *Gemin. conſ.* 120. *n.* 6. *Achil. deciſ.* 9. *de reſcr. Greg.* 15. *deciſ.* 2. *numer.* 6, Item debet fieri mentio rei iudicatæ ſpecifica, & indiuidua, *l.* 1. *& l. fin. C. vt lit. pend. & c. c. fin. & ibi gl. fin. vt lit. pend. l. fin. C. ſent. reſc. non poſſ.* niſi res iudicata fuerit deducta in controuerſiam, quo caſu ſufficit mentio per dictam clauſulam, cuius litis ſtatum &c. *l. poſt rem ff. de tranſact. l.* 1. *C. de re iud. tot. tit. ſi ad rem iud. Add. ad dec.* 2. *Greg.* 15. *n.* 18.

Menſis † expreſſio non eſt neceſſaria in impetratione beneficiorum, quæ fit ab ordinarijs collatoribus, quia vt ſupra dictum eſt, modus vacationis non eſt exprimendus: In impetratione, quæ fit à ſummo pontifice de beneficijs ſedi apoſtolicæ reſeruatis non eſt neceſſaria menſis mentio, *Puteus deciſ.* 4. *ſuper reg. de menſe in fin. Mandoſ. de ſign. grat. tit. prouiſiones verſ. an autem in impetratione & c. Puteus deciſ.* 25. *lib.* 3. & ſolet in bullis apponi clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *Simonet. de reſeruat. quæſt.* 61. *nu.* 3. niſi reſeruatio inſurgat per obitum contingentem in menſe reſeruato, quo caſu menſis exprimi debet diſpoſitiue, ſtante regula de reſeruatione menſium apoſtolicorum, *Mand. in tract. de ſign. grat. tit. prouiſiones. verſ. de præſenti menſe & c. & verſ. ſi qua vacent ad præſens & c. Gonzal. ſuper reg. de menſe & altern. gloſſ.* 32. *per totam, vbi ampliat, & limitat. Garc. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 654. *&* 661. & in Germania ſtantibus concordatis, & ſolet apponi clauſula, dudum &c. & regula, aut concordata præfata præinſeri in principio bullæ prouiſionis, & apponi ſupradicta clauſula, dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, *Simon. de reſeruat. quæſt.* 61. *num.* 3. *Greg.* 15. *deciſ.* 314. *& ibi late annot.* quæ collationem reſtringit ad reſeruationem reſurgentem in menſe apoſtolico, cæteræque clauſulæ generales, eo non probato, nihil operantur, cum limitata ſit prouiſio, *l. ne in agris ff. de acquir. rer. domin. c.* 1. *de ſepult. facio Caſſad. deciſ.* 5. *hoc tit. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. glo.* 4. *præem. num.* 80. nec eadem collatio ſuſtineri poteſt iure præuentionis, aut concurſus, propter verba, hac vice, quaſi dicat, hoc caſu, & ex prænarratis, *l. ſi fideicommiſſum §. tractatum ibi hic ff. de iud. l. qui ſeruum in princ. verſ. niſi quaſi defenſor, ibi hoc genere, & §. idem et ſi ff. de interrog. act.* cum itaq; ad narrata inferatur, ſecundum illa debet intelligi cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcriptam ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. ſi quis ſeruum, verſ. ſed quæro teſtator ff. de legat.* 2. Quando beneficium vacat per obitum in menſe ordinarijs collatoribus conceſſo, & Papa illud confert, nulla facienda eſt menſis mentio, & ſolet apponi clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, *Sarnen. ſuper reg. de iur. quæſ. non toll. quæſt.* 1. *in princ. Caput. deciſ.* 61. *lib.* 2. *Bald. in l. fin. in* 1. *lect. nu. xj. ff. de conſtit. Princip. c. ex tenore de foro compet. in* 6. *§. quod* 55

autem de donat. int. vir. & vx. Felin. in c. cauſam quæ num. 5. de reſcript. & ibi Can. Mandoſ. in reg. 17. quæſt. 2. c. paſtoralis de priuil. &c. quia Papa etiam ceſſante negligentia concurrit cum ordinario, & quando concurrit cum ordinario, ſcit quod ei præiudicat, *c. per principalem c. iuncta per mundum 9. quæſt. 3. c. dudum, c. quamuis el 2. hoc tit. in 6.* qualiter autem probetur obitus in menſe reſeruato, *vide Greg xv. deciſ. 37. & deciſ. 103. numer. 5. & 6.* aut vacatio per contractũ matrimonij in menſe reſeruato, *Greg. xv. deciſ. 359.*

56 Coloratæ † poſſeſſionis alterius debet fieri mentio, *c. cum noſtris de conceſſ. præb. Felin. in c. in noſtra in 36. coroll. de reſcript. vbi dicit, quæ ſit colorata detentio Franc. in c. licet Epiſcopus numer. 6. & ſeqq. hoc tit. in 6. Lap. alle. 16. Pan. in c. literas n. 5. de conceſſ. præbend.* de ſtylo Curiæ ſufficit clauſula, amoto exinde quolibet illicito detentore, *Rot. deciſ. 38. & deciſ. 69. de reſcript. in antiquior. Zab. in Clem. 1 §. 1. in 4. not. hoc tit.* poſita in litteris prouiſionum non executorijs, *Pan. in d. c. cum noſtris num. 21. & Can. Lap. alleg. 15. Felin. in c. in corrigendis ſub num. 7. de off. & pot. iud. ordin.* aut clauſula, vocatis vocandis, *Felin. in c. exhibita num. 4. in fin. de iud. & fuſius in cap. in noſtra 36. coroll. in 1. not. de reſcript. Garc. de benef. part. 10. cap. 1. n 48 & ſeqq. vbi ſimiles clauſulas cumulat.* aut clauſula non obſtante collatione alteri facta, *Fel. in c. cauſam quæ n. 19. in priu. & n. ſeqq. de reſcript. poſt Imol. & alios ibi allegatos.*

Titulus, & habilitates prædeceſſoris, quomodo ſint probandæ, dictum eſt ſupra, *titul. de cauſ. poſſeſſ. & propr. verſ. poſſeſſionis duodecim fructus &c. in quarto effectu.*

Impetrans dans cauſam nullitati, collationis,
57 & prouiſionis, † illam non poteſt allegare, *l. poſt mortem ff. de adopt. & ibi Bart. & Bald. l. per fundum in fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & ibi gl. & DD. l. cum profitearis C. de reuoc. donat. l. ſi creditoribus C. de ſer. pig. dat. manum. Rot. deciſ. 8. de teſtam. in antiquioribus.* quia non eſt quis admittendus veniens contra ea, quæ fieri procurauit, *l. generaliter §. 1. C. de reb. cred. l. ſi mulieri ff. quod met. cauſ. Alber. in d. l. poſt mortem n 5. ff. de adopt. &c. Rot. deciſ. 17. de Iurepatr. in antiq.* Limita primo, vt regula procedat in obrepente, & falſum exprimente, ſed non in ſurrepente, & verum tacente, quia poteſt allegare ſurreptionem ſine turpitudine ex inaduertentia, vel ignorantia, *Rot. Biſign. deciſ. xj. de reſcript. c.*
2 *ex tenore, & ibi gl. in verbo negotio in fin. & Can. de reſcript. c. cum noſtris, & ibi poſt gloſſ. in verbo de facto Can. de conceſſ. præb. late Garc. de benef. part. 12. cap. 2. à n. 12. vſque ad numerum 37.* Secundo, vt procedat in faciente actum nullum, ſecus in conſentiente actui nullo, *l. ſi debitor §. 1. in fin. ff. quemad. pign. vel hypoth. ſoluitur.* puta penſioni nulliter reſeruatæ, *Caſſad. deciſ. 4. & Achill. deciſ. 9. de penſ. arg. d. l. debitor §. 1. in fin. & ibi not. per Bart. & DD.* Tertio, vt non procedat, quando ab alio deiecta eſt nullitas, *l. antepen. ff. de ſuſp. tut. l relegatorum in fin. ff. de interd. & releg. Bart. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione §. Procurator nu. 3. & 5. ff. de iureiur. Felin. in c. lator ſub num. 1. verſ. eſt & alius caſus de re iud. vbi plures ponit, & limitat.* Quarto, in excipiente de nullitate ad euitandum damnum contra participem turpitudinis certantem de lucro captando, *l. viro, atque vxori ff. ſol. matr. l. apud Celſum §. Marcellus ff. de dol. except. Bart. in d. l. iuſiurandum quod ex conuentione §. Procurator ſub nu. 5. l. de tutela C. de in integr. reſtit.* Quinto, quando non poteſt argui dolus aptus alicui nocere, *l. damus, & ibi poſt gloſſ. in verbo priuatas DD. C. ad leg. Cornel. de falſis.* Sexto, quando gratiæ renunciauit, *l. alia C. de his quib. vt indign. Felin. in c. capitulum ſub n. 9. verſ. limita 4. de reſcript.* Septimo, in gratia facta motu proprio, etiam ſtante acceptatione, & approbatione gratiæ, *Rot. diuerſ. deciſ. 175. part. 1. Felin. in c. cauſam quæ el 2. ſub nu. 9. verſ. decimo tertio de teſtibus Bald. in l. quod fauore ſub nu. 4. verſ. ad iſtud Contrarium C. de legibus Panormit. in c. accedentes nu. 10. de præſcript.* Quia motus proprius tollit omnes defectus impetrationis, vt dictum eſt in verſ. obtentorum in fin.

Tertius modus prouiſiuus eſt, vnio, † annexio, & incorporatio eccleſiarum, & beneficiorum, 58
c. ſicut vnire de exceſſ. præl. late Garc. de benef. par. 12. cap. 2. per tot. quia videtur donatio, & eſt ſtricti iuris, *Rot. deciſ. 2. num. 2. & 3. de reb. eccl. non alien. in antiq. arg. l. cum qui ff. de donat.* & contra ius, quia quælibet eccleſia debet habere ſuum rectorem. *c. cum non ignoras hoc tit. c. quia nonnulli de cler. non reſid. Cranet. conſ. 258. num. 10.* Fit variis
modis † de eccleſia non vacante ſine præiudicio 59
Rectoris & non vocato, *Clem. 2. de reb. eccl. alien. vel non c. conſultationibus de donat. c. 1. 2. & 3. &c. ſi* [illegible] *de conceſſ. præb.* ac de eccleſia vacante abſque deputatione defenſoris, *d. clem. 2.* quia non agitur de alicuius præiudicio, & per vnionem vnius eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus eccleſiæ vni-

rata, nam

tæ, nam debet in ea more ſolito deſeruiri. Pan. in c. expoſuiſti num. 7. hoc tit. Quandoque vna eccleſia vnitur alteri principaliter, ita vt neutra ſubijciatur alteri, & vtriuſque vnus ſit rector; quo caſu vtraque in ſuo ſtatu, & honore remanet, retinet ſua bona, iura, redditus, fructus, & emolumenta, nec bona vnius eccleſiæ tranſeunt in dominium alterius, c. & temporis qualitas 16. quæſt. 1. & ibi gloſſ. in verb. vnire prope fin. verſ. 3. modo, & Archid. & Can. c. quia monaſterium de relig. domib. c. 1. & ibi gl. in verb. vniendo in fin. verſ. tertio modo, & Can. ne ſed. vac. &c. Rot. diuerſ. deciſ. 73. & 114. num. 5. & 6. part. 2. & in prouiſione de vtraque debet fieri mentio, Caccialup. de vnion. art. 8. num. 7. & 8. Petr. de Peruſ. de vnion. eccleſ. cap. 9. Franc. in c. ſuper eo num. 3. in fin. Gem. in ſub nu. 4. hoc tit. in 6. Prob. ad Monach. num. 6. & 7. Anchar. in c. acceſſorium nu. 2. in princ. de reg. iur. in 6. quia eccleſia, quæ vnitur, non tranſit in proprietatem eccleſiæ, cui fit vnio: Petr. de Peruſ. de vnion. cap. 2. num. 11. faciunt notata per Bart. & DD. in l. ſi conuenerit l. 2. §. ſi nuda ff. de pign. act. late Garc. de benef. part. 12. cap. 2. à num. 37. vſque ad §. primum. Canonicatus præſumitur vnitus dignitati eiuſdem eccleſiæ æque principaliter. c. eam te in fin. ibi Archid. & Canon. de reſcr. c. cum inter el 2. ibi Decanus, & alij Canonici de elect. c. cum Martha, & ibi Pan. nu. 3. de celeb. miſſ. c. quia ſæpe hoc tit. in 6 Io. fab. in §. ſi quis ancillas num. 4. inſtit. de legat. Garc. de benef. part. 12. cap. 2. num. 57. Quandoque vna eccleſia vnitur alteri acceſſorie, & de acceſſoria vti pediſſequa non curatur, nec de ipſa expedit facere mẽtionem, quia perdidit ſolitum nomen, vt beneficium nominari non debeat; Rot. deciſ. 11. de reb. eccl. alien. in antiq. Oldr. conſ. 257. nu. 15. Caſſad. deciſ. 13. num. 1. ſuper reg. Cancell. Caccialup. de vnion. art. 8. nu. 8. Rot. deciſ. 199. nu. 5. part. 2. in recent. priuilegia, & ſtatuta, quæ cenſentur abolita, & regitur ſtatutis beneficij, cui facta eſt vnio, c. recolentes, & ibi gl. fin. de ſtat. monach. Ferret. conſ. 242. nu 5. & plurib. ſeqq. Petr. de Peruſ. de vnion. eccleſ. c. 1. num. 1. & 2. & c. 2. num. 18. & 19. per plura exempla late Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & altern. gl. 5. §. 7. in princ. per multa exempla Anchar. in c. acceſſorium num. 1. & 2. de reg. iur. in 6. & omnem honorem, c. 1. & ibi gl. in verb. vniendo in princ. ne ſede vacante &c. & Pan. & Can. gloſ. in d. c. & temporis qualitas in verb. vnire in princ. & ibi Can. 16. quæſt. 1. c. vnico verſ. fin. 10. quæſt. 3. Rot. deciſ. 11. de reb. eccl. non alien. in antiq. & tranſit in proprietatem eccleſiæ, cui fit vnio, Petr. de Peruſ. de vnion. c. 2. nu. 11. c. gratia, & ibi gl. in verb. de iure teneri, & Can. de reſcr. in 6. gloſ. in clem. per literas, in verb. eccleſias, & Can. hoc tit. Rot. deciſ. 2. de reb. eccl. non alien. in antiq. num. 5. Greg. 15. deciſ. 304. & ibi annot. nec amplius vacare, aut impetrari poteſt: Felin. in c. in noſtra ſub num. 23. in 27. coroll. de reſcript. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 5. §. 7. num. 22. & ſeqq. Put. deciſ. 443. lib. 2. Greg. 15. deciſ. 112. & ibi annot. Garc. de benef. par. 12. cap. 2 num. 12. & ſeqq. ideoque conſtitutio de public. reſign. non procedit in beneficijs vnitis ex cauſa reſignationis in proprietatem: Garc. de benef. par. 12. cap. 2. num. 12. in fin. & num. 13. & ſeqq. aliquando vt ex duabus vna fiat; & animaduertendum eſt, vtrum altera alteri, an ambæ ſimul vniantur: primo caſu eccleſia, quæ vnitur, perdit ſua iura, & aſſumit naturam, conſuetudinem, & priuilegium eccleſiæ, cui vnitur, c. recolentes de ſtat. Monach. Secundo caſu quando in ſimul vniuntur, tunc communicant ſibi potiora, & humaniora priuilegia: arg. c. non eſt culpandus 32. quæſt. 1. l. 2. C. commun. de leg. & fideicom. l. vnica in princ. C. de rei vxor. act. gl. in d. c. 1. in verb. vniendo verſ. vel ſic poſſunt vniri, & ibi Pan. & Can. ne ſede vacante &c. gl. in d. c. & temporis qualitas in verb. vnire, verſ. vel hoc modo poſſunt vnire, & ibi Can. 16 quæſt. 1. vtroque caſu ſtandum eſt iudicio maioris partis perſonarum huiuſmodi vniuerſitatis, & non habetur ratio ſeparatorum corporum, etiam quod perſonæ vnius eccleſiarum vnitarum ſint pauciores, quam perſonæ alterius, ſecus quando cõueniunt duo collegia ſeparata, vt ſeparata, quia requiritur maior pars cuiuslibet collegij. paſtoralis, & ibi Pan. num. 7. per illum text. de reſcript. & Felin. num. 9. Felin. in c. cum omnes ſub num. 18. verſ. 8. fallit, de conſtit. Rot. deciſ. 341. numer. 1. par. 1. diuerſ.

Quæritur † an in eccleſia vnita deſeruiendum ſit 60
per Vicarium temporalem, aut perpetuum; in quo diſtinguendum eſt; nam quandoque eccleſia vnitur capitulo, aut congregationi, c. conſultationibus verſ. ſi religioſis de donat. vel eorum menſis pleno iure quoad temporalia, & ſpiritualia, & ſi ſit parochialis, tunc cura ſpectat ad collegium ſimul collectum, non ſingulos, Clem. 2. & ibi gl. in verb. capitulo de reb. eccl. non alien. gl. in clem. vnica in verb. ad menſam de exceſſ. præl. Io. Andr. in c. expoſuiſti num. 8. & Hoſtien. in fin. hoc tit. exercitium curæ principaliter reſidet in prælato capituli, & congregationis, quam aſſumit ſimul cum prælatura

maiori,

maiori, & deſeruit per Vicarium temporalem, *gl. in d. clem. vnica in verb. ad menſam & ibi Zabar. in verb. præſentatos queſt 4. Imol. in fin. numer. 16. Vital. num. 83.* Idem iuris eſt in vicaria perpetua, aut parochiali eccleſia ſimili modo vnitis menſæ Capituli, vel Abbatiali, vel abbatiſſatus, quia per hanc vnionem perpetuitas tranſit in temporalitatem, & cura reſidet in Abbate, vel Epiſcopo, cuius menſæ eſt vnita, & poteſt in ea ponere Vicarium temporalem ad nutum amouibilem: *Rot. deciſ. 2. de exceſſ. prælat. in nouiſſ. clem. frequens, & ibi gl. in verb. ad menſam de exceſſ. præl. clem. 1. §. præmiſſa, & ibi poſt gl. in verb. de menſ. de ſuppl. negl. prælat. Rot. deciſ. 1. de offic. ord. in antiq.* Abbatiſſa vero per Archidiaconum inſtituet vicarium temporalem capacem illius poteſtatis. *Rot. deciſ. 21. hoc tit. in antiquioribus arg. c. dilecta, & ibi Hoſt. de maior. & obed. c. cum & plantare §. in eccleſiis, & ibi gl. in verb. pleno iure, & Can. de priuil.* Quando eccleſia vnitur quoad temporalia tantum menſis collegij, & recipit inſtitutionem ſuperioris, quoad regimen eccleſiæ, vel ſaltem quoad curam populi, tunc vicarius perpetuus in ea inſtituitur ad præſentationem capituli, quia non eſt pleno iure ſubiecta, *Imol. in clem. 1. ſub num. 16. de exceſſ. præl. & ibi Pan. num. 16. & 17. & DD. communiter.* præuio examine, ſed non per concurſum: *Garc. de benef. par. 9. cap. 2. § 1. nu. 192. & ſeqq. dictum eſt fuſius ſupra tit. de officio vicarij.* verum collegium bonorum eccleſiæ vnitæ habet diſpoſitionem, & aſſignat vicario perpetuo congruam coram Diœceſano de prouentibus eccleſiæ portionem intra certum terminum per diœceſanum præfigendum, quo elapſo poteſtas aſſignationis huiuſmodi deuoluitur ad Diœceſanum; *Clem. 1. de iurepatr.* ac ipſe Vicarius de temporalibus collegio debet reſpondere, *c. cum & plantare §. in eccleſiis de priuil. c. in Lateranenſi hoc tit.* quod fundat intentionem ſuam ſuper primitijs, decimis, & alijs iuribus eccleſiaſticis de iure cõmuni, non autem ipſe Vicarius, cum certa portione debeat eſſe contentus: *c. 1. hoc tit. in 6. d. clemen. 1. de iurepatron. perpetuus & ibi gl. 1. de fid. inſtr. Creſc. deciſ. 2. de decim.* cura autem animarum habitu eſt penes collegium, actu vero penes ipſum vicarium. *c. auaritiæ. c. de monachis c. in Lateranenſi hoc tit. Anchar. in clem. 1. num. 2. de iurepatr.* Eadem ratione, quãdo eccleſia vnitur dignitati, aut præbendæ cathedralis eccleſiæ quoad temporalia, *c. expoſuiſti hoc tit. c. ſuper eod. in 6.* tenetur obtinens dignitatem, vel præbendam huiuſmodi deſeruire in parochiali eccleſia vnita per Vicarium perpetuum canonice inſtituendum, qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouentibus portionem, alioquin ea ipſo iure eſt priuatus alteri libere conferenda, *c. extirpandæ §. qui vero hoc tit.* & Canonicus eſt Prælatus, & cura eſt penes vtrumque: *d. c. ſuper & hoc tit. in 6. Hoſt in d. cap. expoſuiſti in fin. & ibi Ioan. Andr. num 8. cap. 1. & 2. de off. Vic. c. epiſcopi §. quod ſi ſeſſ. 22.* Si vero vnio facta fuerit quoad temporalia, & ſpiritualia dignitati, vel canonicatui, tunc obtinens dignitatem vel canonicatum deſeruiet per Vicarium temporalem, etiam in parochiali eccleſia, quia habet eam pleno iure ſubiectam, & annexam ſuæ menſæ, *Imol. in d. clem. 1. num. 16. in fin. Pan. num. 17. Anch. num. 16. & Can.* & per mortem Vicarij in iſto caſu non vacat eccleſia, *Clem. vnica §. quidam etiam in princ. & ibi poſt gl. mag. Can. de exceſſ. præl. cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.* Ex prædictis conſtat, quod vulgatæ regulæ, videlicet ſtatus collatiuus excludit vnionem: ac modica ſolutio, ſiue recognitio, quæ præſtatur à Vicario excludit vnionem, *Greg. 15. deciſ. 77. clem. 1. §. quidam etiam eccleſiaſticus de exceſſ. præl. clem. 1. & ibi gl. in verb. de menſ. & Vital. in §. præmiſſa numer. 4. & Can. de ſuppl. negl. prælat.* intelligendæ ſunt non de vnione eccleſiarum parochialium, quoad temporalia tantum, quia illa admittit ſtatum collatiuum Vicarij perpetui, *cap. extirpandæ §. fin. hoc tit.* & recognitionem præſtandam à Vicario, *c. auaritiæ hoc tit. & ibi poſt gloſſ. fin. Doct.* qui debet habere congruentem portionem de ipſius eccleſiæ prouentibus in certa parte poſſeſſionum, *gloſſ in clem. 1. in verb. & in pœnam verſ. ſed in quo eſt hæc pœna, & ibi Anchar. ſub num. 6. de iurepatr. c. de monachis, & ibi gl. fin. in fin. verſ. poteſt dici quod vbi hoc tit. gloſſ. in clem. 1. in verb. ius præſentandi approbata per Panorm. in 6. Vic. num. 16. de iurepatr.* ſed de vnione eccleſiarum, quæ fit ad menſam pleno iure quoad temporalia, & ſpiritualia, quia eccleſiæ ſic vnitæ non vacant, ac omnes earum fructus pertinent ad obtinentes dignitates, vel canonicatus, quibus eccleſiæ pleno iure ſunt vnitæ, de quorum manibus Vicarius in eis poſitus recipit ſuſtentationem ſufficientem, & congruam, *gl. in d. clem. vnica §. quidam etiam in verb. ad menſam de exceſſ. prælat. gl. fin. in fin. in d. c. de monachis verſ. in alijs vero caſibus, & ibi Ioann. Andr. num. 9. hoc tit. & Can. Franc. Aret. conſ. 63.* Quando be-

Digitized by Google

do beneficia ſimplicia, ac alia, quam parochiales eccleſiæ vniuntur quoad temporalia tantũ, tunc omnia bona temporalia in eccleſiam, capitulum, monaſterium, prælaturam, canonicatum, cui fit vnio, transferuntur, ſuper quibus præfata obtinentes habent liberam adminiſtrationem, *Inn. in c. paſtoralis num. 1. de priuil. & ibi Pan. num. 7. Socin. num. 4. Ferret. conſ. 242. nu. 5. & ſeqq. Petr. de Vbald. de vnion. c. 2. num. 1. & plenius numer. 22 Rot. diuerſ. deciſ. 799. num. 1. par. 1.* ac ſolent in eis deputari Vicarij ad nutum amouibiles, & non perpetui, cum in parochialibus tantum deputentur perpetui, *Clem. vnica & ibi poſt gloſſ. in verb. parochialium Can. de off. Vic.* In eccleſiis collegiatis vnitis debent deputari clerici perpetui, *Innoc. in c. Lateranen. c ſub num. 1. verſ. ſi autem epiſcopus non dat iuspatronatus hoc tit. Card in c. de monachis q. 9. hoc titul. Rot. deciſ. 757. par. 1. diuerſ.*

61 Vnit perpetuo ſummus † Pontifex epiſcopatus *cap. ſicut vnire de exceſſ. prel.* ratione tenuitatis fructuum, habita relatione Concilij prouincialis, *c. 13. ſeſſ. 24.* cæteraque beneficia ex legitimis, aut alias rationabilibus cauſis coram loci ordinario vocatis, quorum intereſt, verificandis, *c. vniones ſeſſ. 7. reg. Cancell. Apoſt. 22.* non tamen beneficia vnius Dœceſis, etiamſi curata, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut portiones præſtimoniales fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa perpetuo alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam pio, ne vna, ac eadem eccleſia duarum quodammodo diœceſum fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint: *c. & quia iure ſeſſ. 14.* nec vnit beneficia libera ad eccleſias iuriſpatronatus etiam laicorum ſubiectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita vt præfata beneficia libera eiuſdem naturæ cum ijs, quibuſcum vniuntur, efficiantur, atque ſub iurepatronatus conſtituantur: *c. ſicuti el 1. §. inſuper ſeſſ. 25.* Pro vnione, & ſuppreſſione cuiuslibet beneficij ſoluitur Domino Datario compoſitio, & quia amplius vacare non poteſt beneficium vnitum, reſeruatur etiam quidennium, *Mandoſ. de ſign. grat. titul. vniones verſ. vniones perpetuæ, & verſ. idem fit,* & ſemper dicitur gratia, quia in materia beneficiali non cadit contractus inter ſummum Pontificem, & ſubditum, *l. Titius puerum ff. de obſeq. à fil. & libr. patr. & matr. præſt. Bal. in l. ſi qui ſe patris num. 34. & ibi Add. in litt. M. C. vnde liber. Put. deciſ. 50. in fin. lib. 1. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 28. num. 27. & ſeqq.* Legatus à latere † vnit 62 beneficia, quorum collatio, & diſpoſitio poteſt ad eum pertinere, quando alteri non fit præiudicium, quam beneficio vniendo, non requiſito conſenſu capituli cathedralis eccleſiæ, *Bellam. deciſ. 512. c. fin. de conſit. vt il. vel inut. & ibi Can. Rot. deciſ. 1. per tot. num. 4. in addit. de off. leg. in nou.* Præterea epiſcopus vnit ſine interpoſitione alicuius decreti, *Rot. dec. 2. ſub num. 17. de reb. eccl. non alien. in antiquior,* in ſua diœceſi, eiuſque Vicarius, quia vnire eſt contentioſæ iuriſdictionis, *Mohed. deciſ. 3. de off Vic. c. 1. de off. Vic. in 6. & ibi Franc numer. 5. qui ponit regulam, eamque limitat ſex modis & Can. licet Garc. de beneſ. par. 12. cap. 2. §. 1. numer. 69. aliter ſentiat,* de conſenſu capituli, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb. conſentiente & Can. de reb. eccl. alien. & c. Rot. faſtold. cauſ. 2. dub. 5. Garc. de beneſ. par 12. cap. 2. §. 2 à num. 145. vſque ad num.* 190. qui poteſt poſt vnionem interuenire, eiuſque defectus ab alio, quam à capitulo non poteſt allegari, in cuius fauorem fuit introducta ſolemnitas conſenſus, *Rot. diuerſ. deciſ. 133. num. 9. 10. & ſeq. par. 2. arg. eorum, quæ notat Inn. in c. 1. in princ. & Hoſt. & Ioan. And. in princ. de ijs, quæ fi. à præl. & Can. Imol. in c. 1. num. 13. ne ſed. vac. Inſtit. de auct. tut. in fin. princ. & DD.* nullo præcedente tractatu, *Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in antiq. Clem. 2. de reb. eccl. non alien. in qua cauetur de conſenſu capituli, & non ſit mentio de tractatu,* niſi vnio fiat extra diœceſim, *Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in antiquiorib. atteſtans olim ita ſeruaſſe Rotam Clem ſi vna de reb. eccl non alien. in qua non cauetur de tractatu,* quæ ex decretis Concilij Tridentini prohibita eſt, vt dictum fuit, *d. c. & quia ſeſſ. 14.* aut fiat ſectio, *c. maioribus hoc tit.* vocatis his quorum intereſt, *Rot. diuerſ. deciſ. 133. num. 14. par. 2. Anch. in d. clem. 2. num. 12. & ibi Can. de reb. eccl. non alien. Garc. de beneſ. par. 12. cap. 2. num. 202. & ſeqq. vſque ad nu. 223.* prælato immediato ipſius beneficij, *Clem. 1. § adhæc de ſtat. Monach. Vital. in d. clem. 2. num. 21. & ſeqq. & Zab. in 3. oppoſ.* capitulo, ſi vniatur eccleſia collegiata, *Vital. in d. clem. 2. num. 25. poſt gloſſ. in verb. vocatus, & Zab. in 5. notab.* necnon patrono, *Zab. in d. clem. 2. num. 17. & ibidem Imol. Roſ. faſtol. cauſ. 2. dub. 6. Couarr. pract. quæſt. cap. 36. num. xj. Caputaq. deciſ. 346. par. 3.* ex cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, non damnorum ab eo datorum: *Rot.*

Digitized by Google

deciſ.14. de reb. eccl. non alien. in antiq. arg. cap. cum olim el 2. §. tandem de priuil. c. ſi epiſcopum 16. q. 6. l. ob dolum, vel culpam ff. quand. ex fact. tut. vel curat. ex diſpoſitione Concilij Tridentini etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, quaſcumque eccleſias parochiales, & baptiſmales, & alia beneficia curata, vel non curata propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſſis, cum curatis, etiamſi dictæ eccleſiæ, vel beneficia forent generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, vel affecta, *c. 5. ſeſſ. 21. Garc. de benef. par. 12. cap. 2. §. 1. num. 91. & 101. & ſeqq.* non de tempore vnionis, ſed quæ poſt vnionem factam inciderunt in reſeruationem forſan ex vacatione in menſe reſeruato, quia epiſcopus beneficia reſeruata de tempore faciendæ vnionis non poteſt vnire, ad euitandam fraudem, quæ fieri poſſet ſedi Apoſtolicæ, & multo minus quando reſeruatio beneficij eſſet perpetua, vt dignitatis maioris poſt Pontificalem ex concordatis Germaniæ, & regulis Cancellariæ, *Garc. de benef. par. 12. cap 2. nu. 91. & ſeqq. & num. 101. & 105. in terminis Conc. Trid. cap. 5. ſeſſ. 21. & c. 18. ſeſſ. 23. & c. 15. ſeſſ. 24. Greg. 15. deciſ. 419. & ibi add. ſub num. 7. plures Rot. deciſ. cumulat.* Item
63 Epiſcopus † vnit beneficia ſimplicia, non tamen regularia, non menſæ, *Clem. fin. & ibi gloſſ. in verb. menſa & Can. de reb. eccl. non alien. Rot. dec. 3. de reb. eccl. non alien. in antiq. Rot. in collect. 1. Farin. dec. 565. par. 2. Gabr. conſ. 188. vol. 2.* ſed distributiuè præbendis cathedralium, vel inſignium collegiatarum, *c. in eccleſiis ſeſſ. 24* adeo tenuibus ſimul cum distributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, *d. c. in eccleſiis ſeſſ. 24. c. expoſuiſti, & ibi poſt gl. Pan. & Can. hoc tit. Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter gl. 5. §. 7. num. 27.* ac parochialibus eccleſijs, *c. quoniam pleraque §. in parochialibus ſeſſ. 24. c. vt etiam ſeſſ. 21.* nec non aliquot beneficia ſimplicia cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, ſeminario epiſcopali, *cap. cum adoleſcentium, verſ. nec non beneficia ſeſſ. 23. Garc. de benef. part. 12. cap. 2. §. 2. num. 190. & ſeqq.* de conſilio quatuor deputatorum, duorum de capitulo, & duorum de clero; ac iure decretalium quaſcumque *c. ſicut vnire de exc. prel. clem. 2. in princ. de reb. eccl. alien. &c.* eccleſias etiam ſæculares loco religioſo, *Anch. in d. clem. 2. num. 4. & in c. de monachis ſub num 15. hoc tit. Zab. in d. c. ſicut q. fin. Rot. dec. 2. de off. ord. in antiq. Felin. in c. in noſtra numer. 42. de reſcript.* exemplo, *Zab. in clem. ſi vna num. 11. de reb. eccl. alien. vel non Caccial. de vnion. art. 4. ſub num. 6. verſ. quarto quæro.* ac ſibi ſubdito: *Clem. 1. §. adhæc de ſtat. monach. Caccial. de vnion. art. 4. num. 8. verſ. quinto quæro, Garc. de benef. part. 12. c. 2. §. 1. num. 77 & ſeqq.* quam generalem facultatem reſtrinxit Concilium Tridentinum, & prohibuit eccleſias parochiales, aut aliquam partem fructuum earum, *Garc. de benef. part. 12. cap. 2. §. 1. num. 87. & 88* monaſterijs quibuſcumque, aut abbatijs, ſeu dignitatibus, ſiue præbendis eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut hoſpitalibus, militijs ve vniri, & antea vnitas iuſſit reuideri ab ordinarijs, *d. c. quoniam pleraque §. in vnionibus ſeſſ. 24.* Capitulum ſede vacante in poteſtate vniendi ſuccedit, *Caccial. de vnion. art. 3. q. 6. num. 19. Petr. de Peruſ. de vnion. eccl. cap. 4. n. 29.* Inferior epiſcopo, etiamſi habeat facultatem cõferendi, non poteſt vniones facere, niſi hoc ei competat ex priuilegio, vel præſcriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, vel habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, *Clem. 1. §. adhæc, & ibi gloſſ. in verb. ordinarios & Can. de ſtat. monach. Pan. in c. ſicut vnire num. 3. & ibi Can. de exceſſ. præl. Caccial. de vnion. art. 3. num. 20. verſ. ſeptimo quæro Petr. de Peruſ. de vnion. eccl. c. 4. numer. 30.* aut habeat ex conſuetudine iuxta canones præſcripta, *Bellam. de permut. benef. par. 1. q. 2. numer. 9. Garc. de benef. part. 12. cap. 2. §. 1. numer. 71. & plurib. ſeqq.* Vnio Apoſtolica facta ex falſa cauſa eſt ipſo iure nulla, etiamſi facta ſit motu proprio: *Caſ. dec. 1. de vnion. & deciſ. 8. num. 6. de conceſſ. præb. atteſtans ita per c. 6. in fin. ſeſſ. 7. ſeruare Rotam. Felin. in c. poſtulaſti num. 3 de reſcript. Garc. de benef. par. 12. cap. 2. §. 1. num. 115. & ſeqq Felin. in c. ad aures ſub numer. 9. verſ. bene facit de reſcr. Greg. 15. deciſ. 450.* facta ab ordinario ex falſa cauſa non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, *late Rot. deciſ. 2. & 12. de reb. eccl. non alien. in antiq. & deciſ. 2. in antiquior. Rot. deciſ. 1. de exc. præl. in nou. arg. not. per gl. in ſumma 12. q. 2. in fi. & in c. ſine exceptione in verb. pro futurum in fin. 12. q. 2. licet Garc. de benef. par. 12. cap. 2 §. 1. numer. 118. & ſeq. aliter ſentiat,* Præterea vnio facta per epiſcopum de conſenſu ſui capituli menſæ ſuæ epiſcopali, vel ipſi capitulo inualida eſt, etiamſi hoc habeat conſuetudo, de cuius initio non extat memoria, *Clem. 2. verſ. fin. de reb. eccl. alien. &c. & ibi gloſſ. fin.* quia non poſſunt auctoritatem præſtare in facto proprio: *c. fin. de inſtit. l. 1. & l. pupillus ff. de auct. tut.*

Digitized by Google

auct. tut. facta vero ſingulari præbendæ maioris eccleſiæ, valet: nam hoc caſu capitulum non auctorizat in facto proprio, quia id quod eſt ſingulorum, non eſt collegij, *gloſſ. in d. clem. 2. in verb. capitulo, & ibi Zab. in §. quod ſi epiſcopus in 3. oppoſ. & Can. communiter*, Eadem ratione valet vnio facta per epiſcopum, de conſenſu capituli, præpoſituræ, cui incumbit onus prouidere Capitulo de victualibus, *Rot. deciſ. 3. de reb. eccl. non alien. & c. in antiq. clem. 2. §. fin. ibi, vel ipſi capitulo de reb. eccleſ. non alien. licet aliter ſentire videatur Oldr. cōſ. 260. & 262* ac fabricæ, licet per eam capitulum eximatur ab oneribus Fabricæ, quia capitulum non poteſt in re propria principaliter auctorizare, ſed bene per conſequentiam, *l. 1. ff. de auct. tut. Rot. diuerſ. deciſ. 133 part. 2. Rot. deciſ. 1. de Eccleſ. ædif. in antiq.* An credatur executori delegato, aut ordinario in ipſa vnione enuncianti adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe cauſas eſſe veras, *vide Garc. de beneſ. part 12. cap. 2. §. 1. à nu. 121. vſque ad num. 144.* Vnio dat titulum coloratum, etiam quod opponatur beneficium eſſe regulare, *Felin. in c. in noſtra nu. 44. de reſcript.* & allegetur reuocatio vnionis per regulas Cancellariæ, nam Rota nunquam voluit reſoluere, quod decretum in regulis Cancellariæ inficiat poſſeſſionem, *Franc. in c. nemo deinceps de elect. in 6. & ibi Ioan. Andr. & Can. contrarium tenet Garc. de beneſ. part. 4. cap. 4. n. 13. Sarnen. in reg. de trien. quæſt. 5. n. 11. in fin.* quia eſt appoſitum ſuper incerto corpore, *Achill. deciſ. 8. & 13. de reſtit. ſpoliat. atteſtans de vſu Rotæ c. ſi is cui, & c. ſeq. hoc tit. in 6. iuncto c. fin. de conc.*
64 *præb. in 6. & ibi Can.* vnio probatur † per inſtrumenta, *Crauett. conſ. 258. num. 10. & 11. Caſ. deciſ. 16. de præb.* teſtes, & alias ſpecies probationis, *Caccial. de vnion. art. 7.* ex verbis enunciatiuis plurimorum inſtrumentorum antiquorum, *Put. dec. 204. lib. 2. Caputaq. deciſ. 344. & deciſ. 347. part. 3. Garc. de beneſ. part. 12. cap 2. §. 3. à n. 248. vſque ad num. 273.* per confeſſionem partis concurrentibus adminiculis, *Oldrad. conſ. 296 n. 4. Caputaq. d. deciſ. 344. num. 3. & ſeqq. part. 3. Garc. de beneſ. part. 12. cap. 2. §. 3. à nu. 273. vſque ad num. 281.* vel quadragenariam præſcriptionem cum titulo putatiuo, *Zab. in Cl. 1. quæſt. 20. de ſuppl. neglig. Prælat. & ibi Can. Petr. de Peruſ. de vnion. Eccleſ. cap. 4. ſub num. 31. verſ. iuxta prædicta quæro. Felin. conſ. 2.* Quando non allegatur verus, vel putatiuus titulus, neceſſaria eſt præſcri-
65 ptio † immemorabilis in probanda vnione, *cap. dudum verſ. & quod decretum hoc tit. in 6. & ibi gl. & Can. Caſſad. deciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. Puteus deciſ. 26. nu. 2. lib. 3. Late Garc. de beneſ. part. 12. cap. 2. §. 3. à n. 229. vbi plures deciſiones allegat. Greg. 15. deciſ. 51. & deciſ. 196. numer. 2. & ibi late annot.* vbi venit in controuerſiam ipſa vnio, id eſt, an ſit vnita, vel non vnita eccleſia: ſecus ſi controuertatur modus vnionis, & ipſa vnio pro conſtanti, & indubitata præſupponitur, & dubitatur ſolum, cui facta ſit ipſa vnio; videlicet an eccleſia ſit vnita hoſpitali, an hoſpitale eccleſiæ, quo caſu cum conſtet de titulo, ſufficit quadragenaria præſcriptio, *Rot. deciſ. 509. nu. 3 part. 1. quæ eſt Caſ deciſ. 16. hoc tit. arg. not. per Bald. in l. bonorum nu. 1. & 2. C. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. & in l. omnium num. 1. C. de teſt.* Vnio dicitur ſortita effectum, quando eius vigore capta eſt poſſeſſio, *Mandoſ. in reg. 12. reſeruat. quæſt. 5 n. 4 atteſtans ita ſeruare Rot. Garc. de ben. p. 12. c. 2. §. 3. à n. 281. vſque ad 297. vbi refert plures deciſiones Rotæ.*

Vnionis factæ diſſolutio † non poteſt fieri eccleſia vacante, *c. 1. ne ſed vac. gloſſ. in Clem. 2. in verbo deſenſor & ibi Can. de reb. Eccleſ. non alien.* quia diſſolutio vnionis eſt alienatio, & per eam diminuitur ius eccleſiæ, ideoque in ea requiritur Rectoris vocatio, cauſæ expreſſio, cauſæ veritas, tractatus, & aliæ ſolemnitates, de quibus in c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. & c. dudum de reb. eccleſ. non alien. in 6. *Rot. deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in nou. Zab. in d. Clem. 2. in 5. oppoſ. Garc. de beneſ. part. 12. c. 2. §. 3. nu. 297. & 307. & ſeqq. Caccial. de vnion. art. 9. Petr. de Peruſ. de reuoc. vnio. per 7. cap.* quibus non adhibitis competit eccleſiæ, cui vnita fuerat, poſſeſſorium recuperandæ ad eccleſiam ſeparatam, *Rot. Farin. deciſ. 119. num. 11. & 12. part. 1. Felin. in c. dilectus el 1. ſub nu. 1. verſ. 2. fallit de reſcript. Pan. in c. conquerente num. 8. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Caſ. deciſ. 1. num. 4. de conſtit.* diſſoluta vnione † perpetua datur beneficium nouum, & nouus titulus, 67
quia vnio perpetua eſt extinctiua tituli tollens omnia vincula, ſicut mors omnia ſoluens: *late Caſſ. deciſ. 2. de vnion. Clem. fin. & ibi poſt glo. in verbo creatum Pan. & Can. de reſcript.* vnio vero ad vitam eſt palliata diſpenſatio, & ea diſſoluta beneficium vacat, vt prius: *Caſſad. d. deciſ. 2. Zab. in d. Clem. fin. n. 6. Caput. deciſ. 345. part. 2.* quod ſi aliqua vnio declaratur nulla, non datur noua vacatio, ſed remanet prima, *Gonz. in reg. Canc. de menſ. & alter. gloſſ. 15. §. 2. nu. 79. Cardin. Seraph. deciſ. 1039. nu. 2.*

Diſmem-

Digitized by Google

68 Diſmembratio eſt, † quando aliqua bona, fru-
ctus, ſeu redditus beneficij ab eo ſeparantur, &
alteri applicantur, ideo quando fructus alicuius
beneficij alteri vniuntur, remanente beneficio
penes Rectorem, potius diſmembratio eſt, quam
vnio: Rot. deciſ. vnic. de his quæ fiunt à præl. &c. in nou.
Rot. deciſ. vnic. de reb. eccl. alien. vel non, in nou. Man-
doſ. in reg. 22. reſeruat. q. 13. num. 8. & 9. c. ad audien-
tiam 1. de eccl. ædif. Lap. alleg. 66. & licet vnio totius
eccleſiæ cum omnibus fructibus poſſit fieri Re-
ctore non vocato, tamen diſmembratio partis
ipſius non poteſt fieri, niſi ipſo vocato, aut ſi va-
cat, dato defenſore, gloſſ. in clem. ſi vna ſuper verb.
defenſor de reb. eccl. non alien. & ibi Zabar. Anch. Pan.
& Can. communiter, Ratio eſt, quia eccleſiaſtica
beneficia debent in ſua integritate remanere, &
in ea requiruntur expreſſio cauſæ, eius veritas,
tractatus, & omnes aliæ ſolemnitates iuris requi-
ſitæ in alienatione rerum eccleſiæ, quia diſmem-
bratio alienatio eſt, Rot. deciſ. vnic. de reb. eccl. non a-
lien. in nou. Garc. de benef. part. 12. cap. 3. qui plures
deciſiones Rotæ refert Guiliel. Redoan. de reb. eccl. alien.
rubr. 1. cap. 43. Greg. 15. deciſ. 504. numer. 4. & ibi
annot.

69 Sectio, ſiue diuiſio † beneficij eſt, quando v-
num beneficium diuiditur in duo, vel plura be-
neficia, vt ſint plures tituli, quæ iure canonico
prohibita eſt, de qua dicetur infra tit. vt eccl. be-
nef. ſin. dimin. confer. in princ.

70 Submiſſio, ſiue ſubiectio † eccleſiæ, bonorum
immobilium, vel iurium eius, alicui, alienatio eſt,
quæ diſſimillima eſt ab vnione, c. Abbate de verb.
ſignif. gloſſ. in Clem. 1. in verbo ad menſam de exceſſ.
præl. & ibi Can. c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. & ibi
Anchar. in 2. not. c. præterea de pact. Redoan. de reb. eccl.
non alien. rub. 1. cap. 41. quia ſubijciens quaſi ad a-
lium confitetur dominium pertinere directum,
l. 1. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. petit. Redoan. de reb.
eccleſ. non alien. rubr. 1. cap. 41. vel profitetur eum
ſuperiorem, d. c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. d. c. præ-
terea de pact. dictum eſt ſupra tit. de præb. §. quarta be-
neficiorum diuiſio.

71 Quartus modus eſt commenda † ſiue guber-
natio, quæ eſt commiſſio eccleſiæ alicui facta tri-
buens legitimam adminiſtrationem, cap. quia plu-
res c. relatio 21. quæſt. 1. c. cum nobis olim verſ. fin. de
elect. & liberiorem, quam habet procurator, c. obi-
tum in fin. 61. diſt. Innocent. in c. ſi conſtiterit n. 4. de acc.
quia Commendatarius poteſt conferre, & præ-
ſentare clericum ordinandum ad titulum eccle-
ſiæ ſubiectæ, Gemin. in c. nemo deinceps n. 10. de elect.
& ibi Can. in 6. ſola habet vim diſpenſationis, † vt 72
alia opus non ſit, c. dudum el 2. §. ſuggeſſit de elect. cap.
qui plures 21. quæſt. 1. Prob. ad Monach. in cap. ſuper eo
num. 15. & 16. hoc tit. in 6. Garc. de benef. part. 4. c. 4.
num. 20. & plurib. ſeqq. ideo habens in commen-
dam beneficium regulare, non poteſt cogi pro-
fiteri religionem: Caſſad. deciſ. 32. num. 8. ſuper reg.
Canc. Sarn. in reg. de infir. reſig. quæſt. 13. num. 7. verſ.
præterea. & obtinens in commendam benefi-
cium ſeculare aut eccleſiam parochialem, non
cogitur in eo reſidere, ſed poteſt deſeruire per
ſubſtitutum. Creſcent. deciſ. 13. hoc tit. Cathedrales
eccleſiæ non dantur † in commendam, ſed ad- 73
miniſtrationem: Rot. diuerſ. deciſ. 233. n. 20. & 217.
num. 3. & 4. par. 1. dicens pendere ex ſtylo, c. is cui de e-
lect. in 6. & ibi Can. cætera omnia beneficia dan-
tur in commendam. Conceditur † à ſummo Pō- 74
tifice in fauorem perſonarum, & natura eius pē-
det ex clauſulis, & tenore bullarum, æquipara-
tur titulo, eſt perpetua, & irreuocabilis. Prepoſ. in
c. cum autem num. 6. diſt. 44. & in c. ſi quis ſubnm. 1.
verſ. vnde aliqui voluerunt dicere diſt. 58. Pan. in c.
querelam num. 1. de elect. Sarn. in reg. de trienn. quæſt.
5. num. 20. & ſeqq. Prob. ad Monach. in c. nemo. num.
13. & 20. & ſeqq. de elect. in 6. qui explicat literas a-
poſtolicas commendæ. Garc. de benef. par. 4. cap. 4. nu.
48. & ſeqq. & part. 11. cap. 4. num. 12. & ſeqq. Lega-
to à latere, † qui poteſt beneficia ſuæ prouinciæ 75
dare in commendam, quæ poteſt conferre, vt di-
ctum eſt ſupra tit. de off. leg. Franc. in d. c. nemo dein-
ceps num. 11. de elect. in 6. & ibi Io. Andr. & Can. con-
trarium tenet Garc. de benef. part. 4. cap. 4. n. 13. Sarn.
in reg. de trien. quæſt. 5. num xj. in fin. Idem in fauorē
eccleſiarum ab epiſcopo † non inferiore Præla- 76
to, quia cum de iure quælibet eccleſia debeat ha-
bere ſuum Prælatum, c. cum non ignores hoc tit. late
Franc. Marc. deciſ. 968. part. 1. non poteſt fieri com-
menda eccleſiæ ſine diſpenſatione, per quam ex
cauſa ius relaxatur, & cauſæ cognitione, c. diſpen-
ſationes 1. quæſt. 7. vocatis patrono, & collatore,
aut alijs quorum intereſt, Innocent. in c. ſi conſtiterit
num. 2. de accuſat. Inferior Prælatus ab epiſcopo
diſpenſare non poteſt, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis, vt dictum eſt ſupra tit. de off. ordin. Franc.
poſt Archid. in c. nemo deinceps num. 8. de elect. in 6. &
ibi Gemin. num. 14. Eſt duplex † temporalis & per- 77
petua. Temporalis fit de vna parochiali eccleſia,
quia

Digitized by Google

quia duas commendatas habere non licet, alicui conſtituto in ætate legitima, & ſacerdotio ex euidenti neceſſitate, vel vtilitate ipſius eccleſiæ, quæ vltra ſemeſtris temporis, à die conceſſionis in commendam, numerandi ſpatium, non durat, aliter facta eſt ipſo iure nulla, *c. nemo deinceps de elect. in 6. & ibi gloſſ. in verbo commendare & Canon.* etſi commenda fuerit facta contra formam præſcriptam, patronus, vel elector poſſunt interim eligere, & præſentare, *c. nemo in fin. & ibi Gemin. ſub num. 4. & 5. anchar. in vlt. not. & Can.* alia beneficia, ac etiam parochialis collegiata, poſſunt perpetuo, ad tempus, vel ad beneplacitum commendari, nec exigitur ordo ſacerdotalis, *c. qui plures 21. quæſt. 1. Franc. in d. c. nemo deinceps nu. 3. poſt Gemin.* & poſt clericus alterius diœceſis, commendam ſine proprij prælati licentia recipere, *Hoſt. in c. dudum el 2. ſub num. 55. verſ. ſed nunquid clericus de elect.* Illud intereſt, quod commēda conceſſa ad tempus, & ex cauſa, non poteſt reuocari, facta ſimpliciter reuocatur, & deponitur ad libitum, *Pan. in c. ſi conſtiterit de accuſ. num. 12. poſt gloſ. ibi Hoſtien. in c. dudum el 2. ſub num. 55. verſ. ſed nunquid clericus de elect.* Eccleſia commendata † non vacat, quia cōmenda eſt titulus canonicus, *c. dudum el 2. de elect. d. c. qui plures 21. q. 1. Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de vnion.* de quo in prouiſione debet fieri mentio, quando eſt perpetua, vel facta ſimpliciter, ſiue ad tempus incertum, videlicet, donec aſſecutus fuerit poſſeſſionem epiſcopatus, *Rot. deciſ. 1. hoc tit. in antiquioribus,* quia titulus commendæ eſt cauſatus ad acquiſitionem fructuum, *Anchar. in d. c. nemo deinceps num. 3. verſ. item quæro,* nec ſufficit clauſula, amoto quolibet detentore, *Gemin. in d. c. nemo nu. 10. in fin. & ibi Canon.* Put. deciſ. 14. hoc tit. diſtinguit in commenda temporali, an ſit conceſſa alicui cum perceptione fructuum, quæ datius conſiderabile, habet vim tituli, & de ea debet fieri mentio, ideo conferri non poteſt, nec currit collatori tempus Lateranenſis Concilij, de quo *in c. 2. de conceſſ. prebend. Rot. deciſ. 1. num. 5. hoc tit. in antiquior. & melius deciſ. 1. de conceſſ. preb. in antiq. glo. fin. in d. c. nemo deinceps, & ibi Can.* niſi dicas vacare quoad quid, quia non habet ſponſum, ſiue prælatum, *Gemin. in d. c. nemo deinceps nu. 9.* ſecus quando eſſet conceſſa commenda contemplatione eccleſiæ, quia tunc eſt depoſitum, & de nullius præiudicio tractatur, *Put. deciſ. 264. lib. 2. Franc. in d. c. nemo num. 7. in fin.* nec tollit vacationem, aut ius conferendi; *Ioan. Andr. in d. c. nemo num. 2. in fi. & in gl. fin.* Commendatarius enim eſt cuſtos, nec in eccleſia ius habet, nec in fructibus, niſi ad colligendum, & gubernandum, & prouidendum ſibi, & miniſtris, & quod ſupereſt, deductis oneribus in vtilitatem eccleſiæ conuertendum, *cap. obitum c. Caſtrenſis 61. diſt. Hoſt. in d. c. dudum el 2. de elect.* teneturque ad rationes, *c. placuit 10. q. 3.* non poteſt reſignare in fauorem, aut permutare, *Bellam. de permut. beneſ. part. 3. q. 4. Panor. in cap. cum olim num. 3. de rer. permut. Franc. Marc. deciſ. 969. num. 3. par. 1.* Commenda non expirat morte cōmendantis, *gloſſ. fin. in fin. in d. c. nemo,* neque per mortem commendatarij eccleſia vacat, ſed vacat vt prius, *gloſſ. fin. & Franc. in d. c. nemo deinceps ſub num. 4. & ibi Gemin. num. 12. & 13. & Can. Mohed. deciſ. 4. hoc tit. & deciſ. 16. ante num. primum de cauſ. poſ. & propr. Garc. de beneſ. par. 4. cap. 4. à num. 60. vſque ad fin.* non cauſat execrabilitatem, *d. c. dudum el. 2. d. c. qui plures 21. quæſt. 1.* etiam ea quæ conceditur à Papa, *Mohed. atteſtans de pract. Rot. dec. 9. nu. 2. hoc tit.* quæ ex decretis Concilij Tridentini cauſat execrabilitatem, *cap. quicunque ſeſſ. 7.* In ea locum non habet Extrauag. *iniunctæ de elect.* inter communes, quando poſſeſſio capta eſt abſque expeditione litterarum, quia in materia pœnali, & exorbitanti, diſpoſitio loquens de titulari, nō habet locum in commenda, *Put. deciſ. 325. libr. 1. Extrau. iniunctæ §. præſenti ponderando verba, alij cetert de elect. in comm. Oldr. conſ. 179. Sarn. in reg. de inf. reſig. q. 13. n. 6.*

V. Oeconomatus, † ſiue conſtitutio Oeconomi, quę datur à ſummo Pontifice eccleſiæ Cathedrali vacanti, *c. obitum 61. diſt. c. qui vebria. 12. q. 1. c. vulterana 12. q. 2.* Oeconomus litteris non expeditis poteſt exercere omnem iuriſdictionem, ac conferre beneficia ſtante ſola ſignatura ſupplicationis, quia in œconomatu non eſt locus Extrau. iniunctæ inter communes de elect. cum œconomus non dicatur titularis, & expreſſe in ſupplicatione deputatus poteſt exercere iuriſdictionem litteris non præſentatis, prout cæteri executores in gratia nominati, licet ſecus ſit in executoribus, quorum nominatio dependet à Cancellaria, *Put. deciſ. 274. lib. 3. Fel. in rubr. de conſtit. n. 5. & ibi Can.* expirat poteſtas eius anno elapſo, *c. conſtitutum 7. q. 1.* Regulariter datur ab epiſcopo † appellatione remota in vacantibus eccleſijs, quando quæſtio eſt inter patronum laicum, & epiſcopum ſuper

per iure patronatus, aut ſuper præſentatione iam facta, vel ſuper idoneitate perſonæ præſentatæ, vel quando ex alia ſimili cauſa inſtitutio differtur, ac pendente controuerſia œconomus beneficio deſeruit, fructus percipit, eoſque aut in eccleſiarum vtilitatem expendit, aut futuris perſonis fideliter reſeruat. *c. cum vos de off. ord. & ibi gl. & DD. c. hac huius placiti* 12. *q.* 2. quia patronus non ſe debet intromittere de rebus eccleſiæ, niſi quoad defenſionem: *c. decernimus, c. filiis* 16. *quæſt.* 7.
81 durat † œconomatus vſque quo eccleſia fuerit ordinata, etiamſi ſex menſes excedat, *Franc. in d. c. nemo deinceps ſub. num.* 2. non habet locum quando quæſtio eſt inter ipſos patronos laicos de iurepatronatus, ita quod non apparet quis eorum ſit patronus: nam epiſcopus propter contentionem ipſorum non dimittet eccleſiam vacare, ſed expectabit per quatuor menſes, quibus elapſis ordinabit eccleſiam ſaluo iure vincentis: *c. quoniam in quibuſdam c. cum propter diſcordiam d. iurepatr.* Secundo non habet locum in vacantibus eccleſijs, in quibus eccleſiaſtica perſona præſentationem habet, aut ius conferendi, quia ad eam ſpectat cuſtodia eccleſiæ vacantis, *d. c. cum vos de off. ordin. & ibi gloſſ. pen. in fin. & Pan. num* 8. *& Can. c. fin. eod. in* 6. *Pan. in c. bona num.* 11. *&* 12. *de appell. Pan. in c. ad aures num.* 3. *de exceſſ. prælat.* cum Rector inſtitutus teneatur ei reddere rationem adminiſtrationis temporalium, *cap. cum & plantare* §. *in eccleſiis de priuil.*

82 VI. Ratio Coadiutoris, † de qua dicetur *in tit. de cler. ægrot. vel debilit.*

83 VII. Deuolutio, † de qua dictum eſt *in titul. de ſuppl. negl. prælat.*

84 VIII. Adminiſtratio, ſiue procuratio † quæ eſt quædam palliata diſpenſatio, vel vt euitetur incompatibilitas ratione tituli, *l. querelam in pr. & ibi Pan. num.* 1. *de elect. Rot. diuerſ. deciſ.* 217. *num.* 1. *part.* 1. vel cum exigit vtilitas, vel neceſſitas eccleſiæ habere certam perſonam in prælatum, quæ tunc non eſt legitimæ ætatis. *c. cum nobis in fin. de elect. & ibi Can.*
85 Cathedralis eccleſia † committitur à ſolo ſummo Pontifice, *c. is cui de elect. in* 6. præterquam in caſu *cap. eccleſia Cathedrali de ſuppl. negl. prælat. in* 6. *iuncta ibi gloſſ. in verb. viſitator*, eiuſque poteſtas pendet ex clauſulis, & tenore bullarum, is cui plena, & libera adminiſtratio eius eſt commiſſa in temporalibus, & ſpiritualibus, alienatione bonorum immobilium dumtaxat excepta, poteſt libere omnia exercere, quæ iuriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus: illa, quæ miniſterium conſecrationis expoſcunt, niſi fuerit epiſcopus, per alios facit epiſcopos expediri: *d. c. is cui & ibi gloſſ. & Can. c. fin.* §. *fin. de ſuppl. negl. prælat. in* 6. *Franc. in c. cum ex eo ſub num* 3. *de elect. in* 6. Abbas datus adminiſtrator eccleſiæ Cathedrali vacanti, poteſt cōferre ſubditis illius eccleſiæ illos ordines, quos Abbates conferre poſſunt ſubditis ſuis, de quibus *in c. cum contingat, de ætat. & qualit. &c. & in c. quoniam* 69. *diſtinct.* quia cum datio adminiſtrationis tribuit ibi iuriſdictionem, concurrit vtraque poteſtas requiſita ad collationem ordinum: *Felin. in c. cum te numer.* 8. *de reſcript. Gemin. in cap. is cui de elect. in* 6. *num.* 7. datus à Romano Pontifice beneficia ad epiſcopi collationem pertinentia conferre poteſt, quæ deputatus ab alio conferre non poteſt, *c. fin.* §. *fin. de ſuppl. neglig. prælat. in* 6. morte Papæ non expirat officium eius, quia habet ordinariam iuriſdictionem: *c.* 2. *de off. leg. in* 6. *l. & quia ff. de iuriſd. om. iud. gl. in d. c. is cui in verb. confirmatus*. Adminiſtratio data ad tempus certum, non dat ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionem, quādo conceditur non habenti iuriſdictionem, quia ſicut ordinarius non poteſt deputari ad certas cauſas, ita nec ad certum tempus, *Bald. in l.* 1. *in q.* 9. *ff. de off. conſul.* ſecus quando conceditur alteri epiſcopo, qui vt in ſua diœceſi ordinariam habet iuriſdictionem, ita & in ea diœceſi, & eccleſia, in qua deputatus eſt adminiſtrator ordinariam exercet iuriſdictionem, *Put deciſ* 218. *lib.* 2. *gl. in c. is cui in verb. confirmatus & ibi Can. de elect. in* 6. *Zaſ. in repet l. mora num.* 7. *&* 20. *& ib. Caccial. num.* 25. *ff. de iuriſd. omn. iud.* & poteſt Vicarium generalem deputare ſine Papæ auctoritate, dummodo non ex toto committat vices ſuas, *Pan. in c. clericos ſub num.* 2. *verſ. ſed obſtat præfatis & c. de off. Vic. Iaſ. in l. à iudice ſub nume.* 7. *verſ.* 2. *fallit in deleg. C. de iud. Put. d. deciſ.* 218. *verſ.* 2. *fuit dubitatum lib.* 2. Cæterarum eccleſiarum † & beneficiorum admini- 86
ſtratio committi poteſt per epiſcopum, ſiue ſpectent ad collationem ſuam, donec ipſe prouiderit, aut contulerit, *c. nemo de elect. in* 6. *c. cum vos de off. ord.* ſiue etiam ſpectent ad collationem Papæ iure reſeruationis, aut deuolutionis, donec per Papam fuerit prouiſum, *arg. c. regenda* 10 *q.* 1. *Pan. in c. cum nobis ſub numer.* 6. *verſ. & idem puto de elect.* præterea Capitulum † ſede vacante in beneficijs 87

ſpectan-

Digitized by Google

ſpectantibus ad collationem epiſcopi, poteſt
conſtituere adminiſtratorem, donec fuerit illis
prouiſum per ſuperiorem, *Ioann. And. in c. vnico ne*
ſed. vac. &c. in 6. num. 3. in verb. intromittere, Pan. in
d. c. cum nobis ſub num. 6.
88 Nonus modus prouidendi † eccleſijs præce-
denti non abſimilis eſt vicariatus, ſiue viſitatio,
89 quæ datur cathedrali † eccleſiæ deſtitutæ, ſiue
vacanti, *cap. obitum c. catinenſis, & c. fin. 61. diſt. c.*
conſtitutum 7. quæſt. 1. c. quoniam 12. quæſt. 1. vni vel
pluribus propinquis, *c. quoniam 12. quæſt. 1.* à ſolo
Romano Pontifice, *cap. fin. in princ. de ſuppl. negl.*
præl. in 6. quia adminiſtratio temporalium & ſpi-
ritualium ſede epiſcopali vacante ſpectat ad ca-
pitulum, *c. ſi epiſcopus de ſuppl. negl. præl. in 6. dicetur*
infra tit. ne ſed vac. &c. aliq. in nou. quam ſummus
Pontifex ex plenitudine poteſtatis capitulo au-
ferre poteſt, *cap. propoſuit de conceſſ. præb.* non infe-
rior: afficit eccleſiam, vt illius electionem non in-
ferior, ſed Papa debeat confirmare, ad quem ele-
ctio celebrata cum decreto electionis, & relatio-
ne viſitatoris mitti debet, *Præpoſ. in c. catinenſis 6.*
diſt. Prob. ad Monach. in c. fin. ſub nu. 2. verſ. ſed de viſi-
tatore, & num. 3. & ſeq. de ſuppl. negl. præl. in 6. Non
90 tollit † vacationem, neq; impedit electionem,
c. conſtitutum 7. quæſt. 1. ac vicarius, ſeu viſitator
datus poteſt eligi, *Franc. poſt Ioan. Andr. in c. fin. ſub*
nu. 3 de ſuppl. neglig. præl. in 6. contra gloſſ. in præalleg.
91 *c. conſtitutum.* Archiepiſcopus † ob negligentiam,
vel malitiam capituli circa adminiſtrationem in
temporalibus, & ſpiritualibus, nulla præmiſſa
monitione, eo vocato cauſæque ſuper hoc co-
gnitione præmiſſa, viſitatorem cathedrali eccle-
ſiæ vacanti deputat, *c. fin. in princ. in 2. reſp. de ſuppl.*
neglig. præl. in 6. & ibi Franc. in 3. not. & Can. nam
quando iudici attribuitur iuriſdictio certo caſu
limitato, debet primo iudex cognoſcere de qua-
litatibus transferentibus in eum iuriſdictionem,
c. quamuis c. prouida de elect. in 6. Franc. in c. Romana
ſub n. 1. de foro compet. in 6. nec prodeſſet capitulo,
ſi pœniteret, & vellet ſollicite & bene admini-
ſtrare, cum iam ius ſit quæſitum Archiepiſcopo,
Gemin. in c. fin. num. 8. de ſuppl. negl. præl. in 6. & ibi
Can. communiter. vbi enim executio facta eſt ab
homine, vel à iure non admittitur purgatio mo-
ræ, *l. qui ob rem ff. de cond. indeb. c. licet Canon. & ibi*
poſt gloſſ. in verbo priuatus Can. de elect. in 6. Idem
92 obtinet in † legato à latere, qui in ſua prouincia
poteſt idem quod Archiepiſcopus, cum in pro-
uincia maius habeat imperium, *c. ſi abbatem §. fin.*
de elect. in 6. Vicarius, ſiue viſitator † etiam ab 93
Archiepiſcopo datus Cathedrali eccleſiæ vacan-
ti cenſetur habere ordinariam, *Mar. Socin. in cap.*
qualiter & quando el 2. nu. 179. de accuſat. & legiti-
mam adminiſtrationem eo ipſo quod eſt datus,
licet hoc aliter non exprimatur, in conceſſionem
Vicariatus ſiue viſitationis, *c. fin. §. fin. de ſuppl. negl.*
præl. in 6. & ibi Franc. in vlt. notab. Gemin. num. 10.
& Can. & aliquando exprimitur ad cautelam,
Ioan. Andr. in c. fin. in verbo legitimam. ac poteſt o-
mnia, quæ poteſt electus, & confirmatus, *gl. fin. in*
d. c. fin. §. fin. arg. c. ſi cui de elect. in 6. priuat clericos
ſuis beneficijs, ſi crimina hoc expoſcant, *Panor. in*
c. dilectus el 1. n. 5. de reſcript. Felin. numer. 2. & Can.
monaſteria quoque ſunt ſub eius cura, & diſpo-
ſitione, *c. obitum in fin. 61. diſt. c. quoniam 12. quæſt. 1.*
habet expenſas de bonis eccleſiæ, *gloſſ. in d. c. obi-*
tum in verbo & tu periculum 61. diſt. deputatus à Pa-
pa ampliorem habet adminiſtrationem, quam
deputatus ab alio inferiore, *late Panor. in c. ſua*
nobis nu. 5. de offic. Vicar. confert enim beneficia ad
epiſcopi ſolius collationem ſpectantia, *d. c. fin. §.*
fin. in fin. quæ datus ab inferiore à Papa non con-
fert, ſed poteſt cum capitulo conferre beneficia
ſpectantia ad collationem epiſcopi, & capituli
ſimul, *Franc. in d. c. fin. n. 2. in fin.* præterea dat li-
centiam clerico tranſeundi ad aliam eccleſiam
alterius diœceſis, *Franc. in d. c. fin. in fin. & ibi Gem.*
nu. xj. remouetur, niſi intra annum procuret,
quod ibi ſit epiſcopus, *c. conſtitutum 7. quæſt. 1. gl. in*
c. obitum in verbo & tu periculum 61. diſt. & Canon.
niſi aliud ex conſtitutione Vicariatus appareat.
Inferioribus à cathedrali † eccleſijs vacantibus 94
non collegiatis poteſt dari viſitator ab alio, quam
à Papa, *arg. à contrario ſenſu d. c. fin. in princ.* ac etiam
à capitulo ſede epiſcopali vacante, cum habeat
à iure communi ordinariam iuriſdictionem, *Ge-*
min. in d. c. fin. in fin. ſecus in collegiatis, ex quo ad-
miniſtratio competit capitulo in temporalibus,
& ſpiritualibus niſi capitulum negligenter, aut
perperam adminiſtret in temporalibus, & ſpiri-
tualibus, cum tunc epiſcopus vocato capitulo, &
cognito de hoc, vicarium dare poterit. *arg. d. c. fin.*
in 2. reſp. & ibi Gemin. nu. 4. Franc. ſub nu. 2. & Can.
communiter de ſuppl. neg. præl. in 6.

Decimus, eſt optio, † quæ duplex eſt, vna per 95
quam non quæritur quid ſpirituale, & eſt ius
conſuetudine inductum tribuens ius ad benefi-

cium, *c. fin. & ibi gl. in verbo de iure debita, & Can. de conſuet. in 6. Sarnen. in reg. de iur. quaſ. non toll. quæſt. 1. nu. 39. verſ. 7. modis, Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 34. num. 126.* quo antiquiores canonici, non ætate, ſed tempore, quo in eccleſia militauerunt, gradatim meliores, ſi voluerint, poſſunt, cum vacant, per ſe, vel alios optare præbendas, *c. fin. & ibi glo. 2. & 3. de conſuet. in 6. Franc. Marc. deciſ. 1256. & ſeq. part. 1. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 34. verſ. 8. quæro, qui in d. gloſſ. totam materiam optionis pertractat.* competit canonicis non collegialiter, ſed ſingulariter, nec impeditur propter defectum ordinis, *Vital. in Clem. vt hi, qui nu 16. de æt. qual. & ord. præf. vbi num. 17. alia enumerat canonico competentia non ratione capituli ſed præbendæ poſt gl. in verbo in capitulo Gonzal. ſuper reg Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 34 num 35.*

96 habet locum † non ſolum in eccleſia in qua diſtinctæ ſunt præbendæ, *Fran. Marc. quæſt. 1268. num. 1. part. 1.* ſed etiam in ea, in qua eſt certus numerus Canonicorum, & præbendarum, & vna eſt melior altera, quia ſola diſtinctio non probat annexionem, *Put. deciſ. 196. lib. 2. Pan. in c. in maioribus num. 4. hoc tit.* necnon in eccleſijs, in quibus eſt certus numerus canonicatuum, & præbendarum, quando capitulum, ad quod ſpectat dominium bonorum, diuidit bona capituli in tot præbendas, quot ſunt canonici, ad tempus capitulo bene viſum, & cuilibet aſſignat præbendam ſuam ad dictum tempus, & tempore elapſo omnes præbendæ reducuntur in communi, & fit noua præbendarum diuiſio, quia non eſt poſſibile, quod ita ſint diuiſæ æqualiter, quin inter eas poſſit reperiri electio, quæ datur antiquioribus, *Ioan. Andr. in c. fin. in gl. ſuper verbo vacantes de conſuet. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ. 6. ſub n. 1. col. 2. verſ in aliquibus vero eccleſiis de conſuet. in nou.* Idem obtinet ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus ætate, maioribus ordine, vel aliam æquitatẽ continens, *gl. in d. c. fin. in verbo antiquiores, & Can.*

97 Inducitur ſpatio † decem annorum, *Rot. deciſ. 6. de conſuet. in nou. ſub num. 1. col. 2. verſ. in aliquibus vero, c. cum in eccleſia hoc tit. in 6. Franc. in d. c. fin. nu. 5. & ſeq. & ibi Can. communiter.* etiam quando optio fit per ſortes: *Franc. Marc. deciſ. 1268. par. 1.* habet locum in præbenda collata per Papam, niſi optioni fuerit derogatum. *Franc. Marc. dec. 1259. num. 5. part. 1. Gemin. in c. fin. §. in præbendis de conſuet. in 6. Franc. Marc. dec. 1267. part. 1.* Spiritualia aut beneficia eccleſiaſtica optari nõ poſſunt, quia ſine canonica collatione, vel inſtitutione acquiri non poſſunt. *c. 1. de reg. iur. in 6. c. 3. de inſt.* In optione nouus † titulus non quæritur, ſed antiquus, 98 quo quis antiquam præbendam nunc dimiſſam tenebat, ad optatam extenditur, *c. fin. & ibi Butr. numer. 5. & 6. de conſuet. in 6. Caſſad. deciſ. 7. hoc tit. Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter. gl. 34. verſ. 9. quæro Rot. deciſ. 15. de conſuet. in antiq.* ſed & in portionibus vacantibus optans ſibi ipſi ius non tribuit, ſed vigore primitituli canonicalis eas retinet: *Anch. in d. c. fin. in 1. opp. & ibi Can. communiter. Rot. dec. 15. de conſuet. in antiq. & melius Caputaq. deciſ. 281. par. 2. late Caſſad. deciſ. 17. hoc tit.* Sufficit optare volenti pacifica poſſeſſio minoris præbẽdæ, in qua reperitur abſque alia verificatione, & iuſtificatione prouiſionis, ſibi de ea factæ. *Put. deciſ. 194. lib. 2. arg. not. per gloſ. in l. ſicuti §. ſi quæratur in verb. poſſeſſoru in fin. ff. ſi ſeru. vend. & Bart. in l. quidam in ſuo poſt glo. in verb. amoueri ff. de cond. inſt.*

Non habet locum † in prælaturis eiuſdem eccleſiæ, *Cald. conſ. 5. de conſuet. Prob. ad mon. in c. fin. num. 31. de conſuet in 6.* neque in prębendis apud ſedem apoſtolicam vacantibus, *d. c. fin. §. in præb. & ibi Franc. num. 3. & 6. & Can. Caput. deciſ. 282. par. 2. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nou. Franc. Marc. deciſ. 1266. par. 1.* earumue fructibus groſſis; *Franc in d. c. fin. num. 3. de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 4. de conſuet. in nou.* domo, camera, aut prædijs, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 34. verſ. 2. quæro 2. 29. & ſeqq. plures citans.* aut generaliter, vel ſpecialiter reſeruatis, *Rot. deciſ. 1. nu. 6. de rer. perm. in nou. Put. dec. 4. lib. 2. Caſſad. deciſ. 4. de conceſſ. præb. Staphyl. de lit. grat tit. de vi, & effectu clauſ. §. inſuper à nu. 3. vſque ad fin. Franc. Marc. dec. 1269. par. 1. Franc. in c. fin. § in præbend. num. 6 & ibi Gemin. num. 3. de conſuet. in 6. Greg. 15. deciſ. 478. & ibi late annot.* per Papam, *Franc. in d. c. fin. §. in præb. num. 6. de conſuet. in 6. & Can.* vel deuolutis, *Archid. in d. c. fin. ſub num. 4. Rot. deciſ. 1. num. 8. de rer. perm. in nou.* aut permutatis, *Petr. de Peruſ. de rer. permut. quæſt. fin. Rot. deciſ. 1. num. 7. de rer. permut. in nou. licet aliter ſentiant Franc. Marc. quæſt. 1257. par. 1. Io. Andr. in addit. ad ſpec. in rub. de rer. perm. verſ. fuerunt etiam hic. Garc. de benef. part. 11. cap. 4. num. 4.* affectis pœnitentiario, aut lectori ſacræ ſcripturæ, *Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 34. in 11. & 12. quæſt.* aut præbendis, quæ ſunt de iurepatronatus. *Fred. de ſen. conſ. 62. verſ. add. 1.* Præterea non habet locum in eccleſijs, in quibus non eſt numerus canonica- 99

Digitized by Google

nonicatuum, nec diſtinctio præbendarum, quia
non eſt repetire, quod in talibus eccleſijs præ-
bendæ aliquæ vacent. *c. dilecto §. procurator verſ.*
præterea hoc tit. Pari ratione non haber locum, in
quib. eſt certus numerus canonicorum, ſed nul-
lus numerus, nec diſtinctio præbendarum, quã-
do per adminiſtrationem capituli fructus diui-
duntur inter canonicos, & illi quanto ſunt pau-
ciores, tanto recipiunt maiores portiones, &
quanto plures ſunt, tãto recipiunt minores por-
tiones. *c. fin. §. præterea verſ. ſi autem de conceß. præb.*
in 6. &c. Similiter non haber locum in eccleſijs,
in quibus eſt certus numerus canonicorum, ac
certus numerus, ſed non diſtinctio præbenda-
rum, & capitulum per officiales ſuos omnia bo-
na adminiſtrat, & de fructibus recollectis tot
facit portiones æquales, quot ſunt canonici, &
cuilibet tradit partem ſuam, quia in illa non eſt
reperire vnam eſſe meliorem alia. *arg. c. quoniam*
de vit. & honeſt. cler. & ibi gl. 1. & 2. Innoc. in c. dile-
ctus ſub num. 2. in verb. præbendam. & num. 5. & 6.
hoc tit. Rot. deciſ. 6. de conſuet. in nou. num. 1. col. 2.
100 *verſ. in aliquibus vero.* Excommunicatus poteſt o-
ptare; *Rot. deciſ. 5 de conceſſ. præb. in nou. & dec. 8. nu.*
5. de ſent. excom. in antiq. c. ſolet § fin. & ibi gl. in verb.
extra iudicium & Can. & in c. decernimus, & ibi poſt
gl. fin. Can. de ſent. excom. in 6. Garc. de benef. par. 7.
cap. 13. num. 48 & ſeqq. non poteſt optare ſecun-
dam maiorem: qui non habet canonicum titu-
lum in prima minori, de quo conſtat, quia decla-
ratum eſt, quod aſcenſus fit abſque nouo titulo,
nouaue collatione in virtute tituli, ſiue prouiſio-
nis habitæ in prima: *Archid. & Io. Monach. in d. c.*
fin. Rot. dec. 10. hoc tit. in antiq. habens quoque ma-
iorem non poteſt ſecundum eamdem conſuetu-
dinem optare minorem, quia aſcenſus permitti-
tur, non deſcenſus; *arg. c. licet c. quanto de translat.*
Rot. deciſ. 3. de conſuet. in nou. Franc. Marc. deciſ. 1264.
101 *par. 1.* debet fieri intra viginti † dies, *c. fin. de con-*
ſuet. in 6. in fin. etiam vbi non adeſt expectans a-
poſtolicus, vel executor. *Franc. d. c. fin. §. in præben-*
dis in fin. & Can. computandos à die ſcientiæ: *gl.*
pen. in clem. vnica de conceſſ. præb. & ibi Can. Tolli-
102 tur, ſeu verius differtur † per clauſulam in literis
apoſtolicis poſitam, *non obſtantibus ſtatutis, vel con-*
ſuetudinibus eccleſiæ in contrarium facientibus quibuſ-
cumque, & præſertim illis quibus cauetur, quod
nullus poſſit habere maiorem, niſi primo habeat
minorem, & per minorem gradatim aſcendat ad
maiorem. *late Rot. deciſ. 8. de conſuet. in nouis, Franc.*
in d. c. fin. nu. 9. de conſuet. in 6. Staphyl. de litt. grat.
tit. de vi, & eff. clauſ. §. inſuper num. 1. & 2. Caſſad.
remiſſiue deciſ. 4. nu. 9. de conc. præb. Gonz. ſuper reg.
Canc. de menſib. & altern. gloſ. 34. in princ. Altera
eſt, quando tituli † vna cum præbendis mutan- 103
tur, vel quia canonicatus, & præbenda ſunt inui-
cẽ annexa, *Rot. d. dec. 6. ſub n. 1. col. 2. in fin. verſ. in ali-*
quibus aũt Roch. de Curt. in c. cũ tanto ſect. 3. de conſuet.
vel præbendæ ſunt tituli ſpirituales, qui non poſ-
ſidentur nomine eccleſiæ, ſed beneficiati, *c. dile-*
ctus 1. §. cum ergo ibi præbenda beneficio c. dilecto filio §.
procurator ibi de communi conſenſu augmentare va-
leant numerum præbendarum quoddam ius ſpirituale
de nouo creando c. dilectus el 2. in fin. hoc tit. Pan. in c.
maioribus num. 3. hoc tit. Bell. deciſ. 63. num. 4. in qua
præſcribenda † requiritur tempus quadraginta 104
annorum, *Bellam. deciſ. 1. & d. deciſ. 63. Put. deciſ. 196*
lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 1268. num. 4. par. 1. Prob. ad
Monach. in c. fin. ſub num. 28. de conſuet. in 6. & tunc
excommunicatus optare nõ poteſt, *Garc. de benef.*
part. 7. cap. 13. num. 51. & ſeqq. Optio oblagiorum
obedientiarum, † domorum, poſſeſſionum, vel 105
aliarum rerum ſingularium, diuerſo iure cenſen-
tur ab optione prębendarum; tum quod pręben-
da ex ordine ad canonicatum, *c. relatum in fin. &*
c. dilectus 1. circa fin. ibi videtur indignum, vt receptus
in canonicum beneficio præbendæ defraudetur hoc tit. ſit
quid iuris, *c. cum M. in fin. de conſtit. & ibi Can. c. ma-*
ioribus c. tua hoc tit. & procedit ex inſtitutione, of-
ficio, & ſeruitio, & debetur canonico, *Can. poſt gl.*
in d. c. cum M. in verb. receperunt de conſtit. c. relatum
el. 1. in fin. hoc tit. late Card. Zab. in clem. fin. num. 10.
& ſeqq. & num. 14. hoc tit. & plures præbendæ per
eumdem in eadem eccleſia non poſſunt obtineri:
c. litteras de conceß. præb. Franc. in c. 1. num. 7. de con-
ſuet. in 6. Can. in c. dudum el 2. de elect. Oblagia ve-
ro, obedientiæ, & poſſeſſiones conſiſtunt in me-
ra temporalitate, nec in eis quis intitulatur, neq;
habent annexum ſpirituale ſeruitium, *c. poſſeſſio-*
nes 16. q. 1. & q. 6. c. illud c. quamuis el 1. & ibi gloſſ. in
verb. penſione hoc tit. in 6. & Can. & plures in eadem
eccleſia poſſunt obtineri, & cadunt in laicos, *Ioa.*
Andr. in c. vnico de rer. perm. in 6. & de eis non eſt
neceſſe facere mentionem in reſcripto benefi-
ciali, *Ioan. And. in c. poſtulaſti num. 4. de reſcript. Ge-*
min. conſ. 89. in fin. tum quod in his, quæ ſunt ſtri-
cti iuris, vno expreſſo non includatur aliud, *cap.*
ſuſceptum de reſcript. in 6. c. quamuis hoc tit. in 6. ſed

optio in ſupradictis rebus ſingularibus videtur regulanda iuxta ſtatuta eccleſiæ, *c. conſtitutionem §. cæterum & ibi gloſſ. in verb. ſtatutum de verb. ſignif.* aut titulos, *ff. de opt. & elect. leg.* & in ea præſcribenda ſufficiunt decem anni. *Prob. ad Monach. in c. fin. ſub num. 28. de conſuet. in 6.*

106 Vndecimus eſt creatio † in Canonicum ſupernumerarium: nam obtinentes dignitates in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia non ſunt de Capitulo: *c. fin. & ibi not. hoc tit. in 6. c. eam te in fin. de reſcr. Felin. in c. cum olim de re iud.* ideo ad ſupplicationem ſummus Pontifex creat eos Canonicos vltra numerum, vt eccleſia eiſdem ad redditus non teneatur, Capituli accedente conſenſu.

107 Quæritur de duobus quomodo conſenſus † à Capitulo ſit præſtandus, Secundo quid iuris obtinens dignitatem ex hac creatione in Canonicum aſſequatur: primæ quæſtioni reſpondeo, quod conſenſus huiuſmodi ſpectat ad Canonicos tanquam ad corpus collegij, quodq; auctoritate Canonici receptione antiquioris debeant Canonici reſidentes, & votantes vocari ad locũ ſolitum Capitularem, & ibi in communi à ſingulis eſt requirendus conſenſus, & ſufficit obtinere conſenſum maioris partis, quæ ſanior præſumitur, *c. 1. de ijs, quæ &c. à maior. part. cap. & ibi Anch. num. 1. & numer. 6. circa fin.* abſentes non ſunt vocandi, quia hæc receptio fit ad præceptum ſummi Pontificis, *Franc. in c. cum in eccleſiis ſub num. 3. hoc tit. in 6. & ibi late Anchar. poſt princ. & Can.* tum quia in hac receptione ſubeſt eccleſiæ vtilitas, & nullum eccleſiæ grauamen, ex quo creato in Canonicum ad redditus non tenetur, & vtilitas eccleſiæ ſit habere plures Conſiliarios, *Imol. poſt Inn. in c. fin. num. 16. de cler. non reſid.* Alteri quæſtioni

108 reſpondeo, quod Canonicus † creatus per Papam dicitur verus Canonicus, quia habet illud, quod eſt dignius videlicet canoniam, *c. cum M. & ibi gloſſ. in verb. receperunt de conſtit. Pan. & Can.* & eſt honorandus vt Canonicus ſupra alios ſimplices clericos, *Innoc. in c. fraternitatem de ſepult.* & creatus Canonicus in Cathedrali eccleſia poteſt dari delegatus à ſede Apoſtolica, *c. ſtatutum §. 1. de reſcript. in 6.* Competit ei ſtallum in choro, & vox in Capitulo, *c. dilectus c. 1. illorum in fin. c. dilecto in princ. hoc tit. Archid. in c. ſi qui in princ. hoc titul. in 6* participat de diſtributionibus, cõmunibus redditibus, & de ſuperexcreſcentibus fructibus in eccleſiis, in quibus præbendæ ſunt diſtinctæ, *cap. dilectus el 2. hoc tit. Archid. in d. c. ſi qui in princ. & ibi Can. c. fin. §. in illis vero de conceſſ. præb. in 6.* & debet intereſſe electionibus, alienationibus, & alijs tractatibus cum alijs Canonicis actu præbendatis, *Archid. in d. c. ſi qui in princ. late Staphyl. in tr. de litt. grat. in 1. for. expect. late Rot. deciſ. 26. hoc tit. in nou. vbi declarat talem canoniam eſſe beneficium eccleſiaſticum nomine, titulo, prærogatiua, & reali commodo num. 5. & ſeqq. Petr. de Bart. in direct. elect. cap. 27. num. 3. & ſeqq. par. 1.* poteſt habere dignitatem conſuetam conferri Canonico tantum, *c. ſi is qui §. fin. hoc titul. in 6. & ibi Domin. Franc. & Canon.* & licet iſta ſint veriſſima de iure, nihilominus de conſuetudine ferè vbique ſeruatur contrarium, iuxta quam creati in Canonicos vltra numerum non participant de quotidianis diſtributionibus, nec de alijs obuentionibus canonicalibus: imo vocantur Canonici in herbis, vt atteſtatur Staphyl. in tract. de litt. grat. in 1. forma expectat. ſub num. 11. & 12. Rot. deciſ. 26. numer. 7. hoc tit. in nou. ſed ſuper numerum ſtatutum, poſito quod non ſupperant facultates poteſt quis eligi in Canonicum præbendatum de Canonicorum ipſorum conſenſu, *gloſſ. fin. in c. auctoritate de inſt. Rot. deciſ. 2. de elect. in antiq. Franc. Marc. qu. 1371. par. 1. & dec. 16. ead. part. 1.*

Quinta pars huius tituli.

SVMMARIA.

1 *Prouiſionum & gratiarum reſcripta, varia ſunt in curia Romana, quoddam rationi congruit ſic à præfatione appellatum.*

2 *Sub qua forma expediuntur non ſolum gratiæ factæ ſed omnia per prædeceſſorem conceſſa quomodocunque.*

3 *Non retrotrahitur in præiudicium tertij nec operatur effectum confirmationis ex certa ſcientia.*

4 *Quædam ſunt conditionalia quæ lite pendente quæ ſequitur de tempore data conceduntur.*

5 *Non præſupponunt titulum præcedentem.*

6 *Deſumpta ex corpore prioris gratiæ principalis atque ex eius clauſulis videntur conceſſa ſub eadem narratiua.*

7 *Quorum vnum, ſi* neutri, *appellatur.*

8 *Alterum ſi nulli.*

9 *Tertium ſi alteri.*

10 *Quan-*

10 *Quando non dentur.*

11 *Mentio in eis fieri debet de qualitate beneficij, vacatione, modo vacandi reſeruatione, obtentis & fructibus male perceptis.*

12 *Non arctatur impetrans ad exprimendum verum valorem.*

13 *Quam vacationem capiant ex perſona aduerſarij & ex perſona impetrantis.*

14 *Producta in iudicio an debeant alteri parti intimari.*

15 *In eis attenditur tempus quo beneficium conferri poteſt & non tempus data.*

16 *Quomodo differant à noua prouiſione & aliis ſimilibus gratiis.*

17 Etiam & perinde *valere quando ſummus Pontifex aliquem actum à ſe irritatum denuo ex cauſa reſuſcitat.*

18 *Non retrotrahitur.*

19 *Perinde valere, quando ſummus pontifex aliquem actum nulliter & inutiliter geſtum valere decernit.*

20 *An trahatur retro & quando.*

21 *Datur tantum ſuper gratiis à Papa factis de quibus bullæ fuerunt expeditæ.*

22 *In ea debet exprimi defectus ſubticitus vel vitium falſitatis contentum in prima gratia.*

23 Gratificatio, *quæ locum habet quando de anterioritate datæ litterarum non conſtat.*

24 *In literis ad vacantia beneficia quando facta eſt prouiſio pluribus eadem die ab eodem collatore, quis ſit præferendus.*

25 *Si à diuerſis collatoribus, puta Sede apoſtolica vel Legato eius, vni, & ab ordinario alteri eadem die idem beneficium conferatur, quinam potior ſit.*

26 *In literis ad vacatura beneficia quando plures ſunt pares in data quinam ſit præferendus.*

27 Noua prouiſio *eſt reſcriptum gratia reualidatorium, quod plerumque datur ſuper gratiis ab aliis nulliter factis.*

28 *à Quibus concedatur.*

29 *Indiſtincte datur de beneficiis reſeruatis.*

30 *Operatur deinde in futurum & ſuper gratia prima fundatur.*

31 *Comprehendit quamcunque nullitatem.*

32 *In ea debet fieri mentio de beneficiis obtentis & de omnibus prout in prima gratia.*

33 *De infecta poſſeſſione oblationibus & fructibus indebite perceptis.*

34 *Debet exprimi menſis reſeruatus.*

35 *Dat titulum coloratum.*

36 Reformatio *eſt noua gratia in qua debet inſeri tenor præinſertæ.*

37 *Paſſim petentibus datur plerumque cum clauſula quod res eſt integra.*

38 *In ea ſufficit talis expreſſio quod Papa intelligat quomodo ſe habeat facti ſeries.*

39 *Clauſula in reformatione ſimpliciter poſita intelliguntur iuxta tenorem præinſertæ.*

40 *Si petatur acceſſus vel regreſſus ob non ſolutam penſionem additur de conſenſu penſionem huiuſmodi ſoluere habentis.*

41 *Conceditur vt à data primæ gratiæ valeat vel ſub data currenti.*

42 *Quando reformatio tendit ad diminutionem primæ gratiæ conceſſæ, ſola voluntas beneficiati eſt ſufficiens ad mouendum Papam.*

43 Surrogatio *eſt ſuffectio in locum defuncti cum aliquo ſuper titulo beneficij litigantis.*

44 *Conceſſa in fauorem tertij eſt prouiſio mere gratioſa cum facultate proſequendi litem quam ſolus ſummus Pontifex concedit quando poſſeſſor moritur.*

45 *In ea ſufficit quod ſummus Pontifex ſtatum cauſæ intellexerit ex narratis in prouiſione.*

46 *Non debet fieri mentio de iurepatronatus laicorum.*

47 *Competit prouiſo contra actorem collitigantem accipientem poſſeſſionem poſt mortem rei defuncti officium iudicis vt à poſſeſſione amoueatur.*

48 *Cum procuratore ſuperſtitis litem continuat ſine noua eius citatione vel intimatione huiuſmodi ſurrogationis.*

49 *Collitiganti ſuper beneficij titulo, datur ſurrogatio intra menſem computandum à die gratiæ alteri conceſſæ.*

50 *Duplex eſt rigoroſa & gratioſa. Rigoroſa dicitur mandatum de ſubrogando in forma dignum directum iudici.*

51 *Surrogatio gratioſa eſt quando Papa ipſe ſurrogat & dirigitur ſurrogato.*

52 *In ea probari debet clericatus ſubrogati, poſſeſſio illius, vti fuit ſubrogatus, & lis.*

53 *Subrogatus in omni iure & ad omne ius quod alicui in & ad eccleſiam competebat non cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem.*

54 *Vel ad litem.*

55 *Vel ad ſpolium.*

56 Multo

56 *Multo minus cenſetur ſurrogatus quoad fructus neque ad exceptiones de regula triennali.*

57 *In iudicio deductorum.*

58 *In gratioſa ſurrogatione quorum admittantur exceptiones & quæ non.*

59 *Surrogatio quibus non detur.*

60 *An excludantur à ſurrogatione impetrantes beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam plurium incompatibilium.*

61 *Impetratur ſurrogatio à ſolo Papa.*

62 *Quando conſtat de reſeruatione beneficij ita quod manus ordinarij fuerint ligatæ, ſolet concedi ſurrogatio in ius ac poſſeſſionem defuncti.*

63 Primariæ preces *conceduntur à S. Pontifice imperatori poſt præſtitum iuramentum quæ dant imperatori poteſtatem faciendi recipi vnum in qualibet eccleſia Allemanniæ.*

64 *An habeant locum in menſib. per concordata Germaniæ ordinarijs collatoribus conceſſis.*

65 *Summus Pontifex in dictis precibus derogat concordatis Germaniæ in ſui præiudicium.*

66 *Imperator habet ius precum ad beneficia etiam reſeruata, non tamen ad maiores dignitates poſt pontificales aut principales in collegiatis vel ad deuoluta vel litigioſa.*

67 *Diſpenſatio ſiue habilitas nominati vel Preciſtæ nō requiritur tempore datæ gratiæ precum ſed ſufficit adeſſe tempore vacationis.*

68 Indulgentia *ſiue* tollerantia *ſedis Apoſtolicæ habent ius conferendi præbendas & alia beneficia eccleſiaſtica exceptis parochialib. eccleſiis in pluribus archiepiſcopalibus & epiſcopalibus eccleſiis quando vacant & temporalia ſunt ſub eorum manu Rex Franciæ, Reges Hungariæ & Angliæ ac Apuliæ & delphines.*

69 Alternatiua *à ſummo Pontifice conceditur epiſcopis & his ſuperioribus quamdiu apud eccleſias & Diœceſes ſuas vere & perſonaliter reſederint* per reg. Cancell. 8. §. inſuper.

70 *An comprehendatur ſub generali reuocatione gratiarum.*

71 *Epiſcopus habens alternatiuam ſi poſtea obtinet à ſummo Pontifice indultum conferendi in duobus menſibus non videtur alternatiuæ renunciare.*

72 *Priuantur epiſcopi alternatiua tribus caſibus.*

73 Ius nominandi *ſiue* nominatio *competit collegio & fit ſine ſolennitate de vno, duobus aut pluribus.*

74 *Conceſſum fuit ad vacantes Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias vel Prioratas Conuentuales Regibus Hiſpaniæ Franciæ, Poloniæ & alijs principibus.*

75 *Ex priuilegio Apoſtolico nominationes concedantur ab vniuerſitatibus graduatis & debito modo qualificatis.*

76 *Item fiunt in vim ſtatuti vel conſuetudinis.*

77 Indultum *de conferendo ſolet ſummus Pontifex concedere* Cardinalibus *& alijs benemeritis obtinentibus cathedrales eccleſias & abbatias vt de omnibus beneficijs ad eorum collationem inſtitutiones ſiue quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus libere diſponant.*

78 *In dubio contra concedentem eſt latiſſime interpretandum ſed non extendendum ad ſpecialiter reſeruata Papæ.*

79 *Tollit obſtacula & gratias præuentiuas & coadiutorias cum futura ſucceſſione ſed non regreſſum.*

80 *Præterea conceditur huiuſmodi indultum* Nuncio *vel alijs ex gratia.*

81 *Eſt ſtricte interpretandum.*

82 *Limita vt procedat quando indultum dirigitur* Nuncio *in fauorem* Nuncij*, ſecus ſi dirigatur* Nuncio *in fauorem* Nuncij *& eorum quibus collatio eſt facienda vel eccleſia vel alterutrius ipſorum & eccleſiæ, quod eſt fauorabile.*

83 *Poteſtas data* Nuncio *ſuper prouiſione certæ perſonæ expirat morte concedentis re integra & eſt ſtricte interpretanda, quia non eſt gratia ſiue indultum.*

84 *In omnibus indultis addetur clauſula, quod prouiſi illorum vigore ſub pœna vacationis eo ipſo teneātur bullas nouæ prouiſionis expedire & annatam aliaq; iura ſoluere.*

85 *Occurſa vacatione ob non expeditionem nouæ prouiſionis, Papa habet conferre.*

86 *Impetratio facta ob non expeditionem nouæ prouiſionis dicitur impetratio certo modo in qua impetrans non ad implementum decreti debet concludenter probare.*

PRÆTEREA in Curia Romana varia ſunt † reſcripta gratiarum, & prouiſionum. Quoddam rationi congruit, ſic à præfatione appellatum. Rationi congruit, & conuenit honeſtati, vt ea, quæ à Romani Pontificis gratia, ſeu benignitate in proſequendo iuſta deſideria proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu ſuper illis litteræ confectæ 1

Digitized by Google

confectæ non fuerint, ſuum plenum conſequan-
2 tur effectum, per quod Papa nihil † de nouo cō-
cedit, neque confirmat gratiam prædeceſſoris, ſi
eſt inualida, ſed ſolum atteſtatur, & fidem facit de
gratia à prædeceſſore facta, & iubet eam execu-
tioni demandari, *c. litteris verſ. fin. & ibi gloſſ. fin. de*
reſcript. & Pan. & Can. Bald. in l. humanum in fin. de
legib. Botr. deciſ. 348. *num.* 7. quia non datur fides
ſupplicationi ſine confectione litterarum, & gra-
tia Apoſtolica non poteſt probari, niſi per litteras
plumbatas, vt ſupra dictum eſt in hoc tit. ſub iſta
forma expediuntur nō ſolum gratiæ factæ à præ-
deceſſore, ſed omnia per prædeceſſorem conceſ-
ſa, quia Regula Cancellariæ rationi congruit, v-
titur verbo *conceſſa*, quomodocumque igitur cō-
ceſſa ſint ſub conditione, vel alias expediri pote-
runt; *l. 3. ff. de off. præſ. l. imperator ff. de poſtulat. cap.*
quia circa de priuil. &c. ſed expeditæ poſt obitum
ſummi Pontificis concedentis, etiam cum totali
3 inſtrumenti inſertione non poſſunt † retrottahi,
ad inducendam ſcientiam contentorum in ter-
tij præiudicium aut vt operentur effectum con-
firmationis ex certa ſcientia: *Card. dial. Seraph. dec.*
981. *num. 1. l. in ſumma §. fin. ff. de re iud. l. Neratius*
ff. de reg. iur. §. deinceps, auth. de nupt. & ibi poſt gloſſ.
DD. c. ſi gratioſe & ibi gloſſ. & Can. de reſcript. in 6. l.
4. ff locat. cum ſimilib. Quædam ſunt conditiona-
4 lia † quæ tantum lite pendente conceduntur, *Ca-*
put. deciſ. 34. par. 2. Rot. dec. 8. de probat. in nou. Rot.
deciſ. 24 de reſcript. in nou. Put. deciſ. 23. de iud. Sarn.
ſuper reg. de annal. q. 28. num. 4. & in reg. de impetr.
benef. per obit. fam. Card. q. 8. verſ. accedat, & verſ. ex
quibus Gemin. conſ. 79. verſ. ad dubium gratiarum,
quæ requiritur de tempore datæ impetrationis,
Garc. de benef. par. 6. cap. 2. §. 2. nu. 212. & ſeqq. Greg.
18. dec. 94. & ibi annot. & mandatur Auditori ſub
conditione, quod ſi per euentum litis ſibi conſti-
terit neutrum &c. collitigantium ius habere in
beneficio, ac illud vacare, *Gem. conſ. 79. ſub nu. 7.*
verſ. ad dubium gratiarum, & num. ſeqq. Seraph. dec.
46. num. 2. Garc. de benef. part. 6. cap. 2. §. 2. nu. 110.
& ſeqq. poſt ſententiam declaratoriam deſuper
ferendam prouideat, *Achil. deciſ. 15. & 16. hoc titul.*
Put. deciſ. 46. & deciſ. 423. in princ. lib. 1. l. cedere diē
ff. de verb. ſignif. §. longe magis, & ibi gloſſ. fin. & DD.
Inſtit. de leg. l. cum ad præſens cum l. ſeq. ff. ſi cert. pet.
nam licet conditiones de præterito, vel præſenti
non ſint proprie conditiones, *l. inſtitutio talis in ſi.*
ff. de cond. inſt. l. eas in princ. ff. de cond. & demonſtr. l.
ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam ff. de verb. oblig. l.
itaque ff ſi cert. pet. & c. Put deciſ. 46. numer. 2. libr. 1.
tamen quia dictio, *ſi*, adiecta verbo præteriti, vel
præſentis temporis ponit aliquid dubitatiue, &
ſub dubio, vel incertitudine, *l. cum ad præſens tem-*
pus ff. ſi cert. pet. Inſt. de leg. §. longe l. demonſtratio §.
1. ff. de cond. & demonſtr. & ibi DD. ſicut ius colliti-
gantium ponitur dubitatiue, ita gratia ſuper eo
facta eſt dubia, & ſi ius non comperit, tenet, alias
non tenet: *§. conditiones inſtit. de verb. oblig. l. itaque l.*
cum ad præſens ff. ſi cert. pet. l. conditio ff. de verb. oblig.
non præſupponunt † titulum præcedentem, *Put.* 5
deciſ. 263. lib. 2. arg. not. in c. hi qui, in verbo ſpecialiter
hoc tit. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 556. num. 9. lib. 3. part. 3.
Bald. in l. 4. in princ. ff. de dam. inf. Caput. deciſ. 60.
part. 2. capiuntque beneficium vacans non vaca-
turum, *Mohed. deciſ. 33. nu. 1. hoc tit. Felin. in c. in no-*
ſtra num. 15. & 37. coroll. verſ. limitat 1. de reſcript.
conceduntur ex ſtylo Datariæ prouiſo apoſtoli-
co etiam aduerſus alium prouiſum apoſtolicum,
Greg. 15. deciſ. 150. deſumpta † ex corpore prioris 6
gratiæ principalis, atq; ex eius clauſulis cenſentur
conceſſa ſub eadem narratiua, quæ omnino venit
iuſtificanda, quia in effectu ſunt vnæ litteræ, cum
habeant eamdem datam, licet diuerſis tempori-
bus ſint expeditæ, *Card. Seraph. deciſ. 1470 num. 3.*
Pan. in c. in noſtra ſub n. 5. verſ. fin. autem ad vnum be-
neficium de reſcript. Pan. in c. ſuper literis in 1. not. eod.
arg. l. vnum teſtamentum ff. de teſtam. § ſed & vnum
& ibi not. Inſtit. de teſtam. quorum vnum † *ſi neutri* 7
appellatur, quando quidem tertius, vel alter col-
litigantium beneficium ſibi conferri petit, ſi per
euentum litis conſtiterit, quod neuter ex litigan-
tibus ius in beneficio habeat, *Greg. 15. deciſ. 89. &*
deciſ. 94. num. 7. & 8. alterum, † *ſi nulli*, quando 8
tribus, vel pluribus ſuper eodem beneficio con-
tendentibus, quidam tertius, vel vnus colliti-
gantium dictum beneficium impetrat, & ſibi
conferri petit, ſi ex euentu litis conſtiterit nulli
litigantium ius in beneficio competere: Tertium
ſi alteri, † quando alter collitigantium benefi- 9
cium, de quo litigatur, impetrat, ſi ex euentu litis
conſtiterit, quod alter litigantium ius nō foueat,
Non dantur ſuper † lite mouenda, *Caput. deciſ.* 10
34. num. 4. part. 2. atteſtans de ſtylo ſignaturæ arg. l.
item ſi res §. fin. verſ. non tamen ff. de alien. iud. mut.
cauſ. fact. gloſſ. 1. prope fin. in c. cum inter de elect. nec
quando cauſa fuit commiſſa literis non expedi-
tis, niſi cum clauſula, & quod litteras primæ
prouiſio-

prouiſionis expediat, Mandoſ. in reg. 31. quod com-
miſſ. cauſ. quæſt. 15. Staphyl. de ſign. litt. iuſt. §. quando
aliquis petit gratiam in princ. neque quando de cri-
mine agitur ad priuationem, Mandoſ. de ſign. grat.
tit. ſi neutri, verſ. ſi neutri, ſi nulli. legitur tamen data
fuiſſe gratia, ſi neutri, moniali, & in euentum
priuationis Abbatiſſæ, quam accuſabat partus, &
perditæ virginitatis, prouiſio; vel mandatum de
prouidendo cum clauſula quod ſe inſcriberet ad
pœnam talionis, Creſc. deciſ. 9. de probat. Mandoſ. in
11 reg. 15. reſeru. quæſt. 6. poſt num. 4. Mentio † fieri de-
bet in eis de qualitate beneficij, vacatione, modo
vacandi, reſeruatione, Rot. deciſ. 24. de reſcript. in
nou. late Roman. conſ. 362. à nu. 4. vſque ad fin. Felin.
in c. in noſtra 15 & 37. coroll. verſ. limita primo de reſc.
Put. deciſ. 84. lib. 3. obientis, niſi impetrans aliqua
probabili ignorantia excuſetur, Roman. conſ. 481.
c. gratia de reſcript. in 6. & ibi poſt gl. in verb. ignoranti
Can. communiter Felin. in c. in noſtra ſub nu. 1. circa
fin. verſ. & tenendo hanc opinionem, & ſub 31. coroll.
verſ. limita 2. & verſ. ſeq. de reſcript. fructibus male
perceptis, Put. deciſ. 126. lib. 1. Card. Seraph. dec. 457.
nu. 3. Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſi neutri &c. an autem
gratia &c. Felin. in c. poſtulaſti in fin. & c. in noſtra in 2.
coroll. de reſcript. quia ſunt nouæ gratiæ, & ex eis
acquiritur nouus titulus, ideo omnia quæ poſ-
ſunt mouere Papam ad concedendum, ſunt ex-
primenda, alias cenſetur circumuentus, & gratia
eſt ſubreptitia, c. cum dilecta, c. cum adeo de reſcript.
Clem. 1. hoc tit. c. cum in illis, c. non poteſt eod. in 6. ſed
12 non arctatur impetrans † ad exprimendum ve-
rum valorem, imo datur clauſula augendi, &
minuendi, quantum opus ſit, Rot. diuerſ. deciſ. 804.
& melius deciſ. 2064. part. 3. libro 3. late Felin. in c. in
noſtra ſub 16. coroll. de reſcript. quia ſunt ſecundæ
gratiæ, in quibus largius procedi conſueuit, quã
13 in prima: capiunt omnem † vacationem ex per-
ſona aduerſarij etiam per priuationem, Mohed.
deciſ. 2. nu. 3. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Lap. alleg. 6. ſub
num. 5. & 6. & alleg. 78 num. 14. Rot. deciſ. 1. de reſcr.
in nou. non per reſignationem in manibus Papæ,
nam ſi reſignatarius beneficium acquirere non
poteſt, ius remanet penes reſignantem deficiente
eius conſenſu, Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſi neutri, verſ.
quod non capiat l. demonſtratio §. fin. cum ibi not. ff. de
cond. & demonſtr. dictum eſt ſupra tit. de renunc. præ-
terea gratiæ, ſi neutri, & ſi nulli capiunt vacatio-
nem ex perſona impetrantis, Caput. deciſ. 43 nu. 4.
& 5. part. 2. l. quæ hæredi §. fin. ff. de cond. & demonſtr.
Salic. in l. inquiſitio ff. de ſolut. & lib. c. petitio, & ibi
Can. de iureiur. etiam inſurgentem ex eo quod im-
petrans in prima gratia narrauerat ſe familiarẽ,
& expediuerat gratis, Achill. deciſ. 14. hoc tit. Felin.
in c. poſtulaſti in fin. verſ. multi tenerent, de reſcript. cap.
non poteſt §. fin. & ibi not. hoc tit. in 6. c. ſi gratioſe in
fin. de reſcript. in 6. & ibi glo. fin. & DD. c. dudum el 2.
in fin. verſ. ſuppreſſit, de elect. quia licet per gratiam,
ſi neutri, obtineat beneficium, tamen hæc non
cooperit iſtam falſam expreſſionem familiarita-
tis, ſed tenetur ſoluere officialibus: Felin. in d. c.
poſtulaſti col. fin. de reſcript. l. legata inutiliter 2. reſp.
ff. de legat. 1. arg. l. ſi cum dotem ff. ſol. matr. l. commo-
diſſime ff. de lib. & poſth. hæred. non capiunt vacatio-
nem inductam ex perſona impetrantis propter
delictum, per quod redditur quis inhabilis, niſi
de inhabilitate facta fuerit mentio, Caput. dec. 43.
in fin. part. 2. anch. in Clem. ſi Romanus in fin. hoc tit. in
fin. & ibi Card. & Can. productæ in iudicio † de- 14
bent alteri parti intimari, quia vt dictum eſt, con-
tinent ius nouum; Franc. in c. ſi hi contra quos nu. 4.
vt lit. pend. in 6. Roc. deciſ. fin. de reſcript. in nou. vel
ſufficit ipſum principalem, ſeu eius procurato-
rem fuiſſe citatum ad dicendum contra huiuſ-
modi gratiam, Mando. in practica tit. gratia ſi neutri,
verſ. pen. Greg. 15. deciſ. 137. num. 8. & 9. aut quod
poſt earum productionem procurator alterius
partis pluries in actis comparuit actiue, & paſ-
ſiue, ita quod huiuſmodi gratiæ notitiam habuit,
abſque alia intimatione facienda principali,
Creſc. deciſ. 13. de dilat. l. nonnunquam & ibi gloſſ. in
verbo temporis, & DD ff. de iudic. cap. cum ſit Romana
de appell. cap. dilectus, & ibi gloſſ. fin. & Can. de procur.
quia propter eas noua dilatio non conceditur,
quod dentur ſub conditione non iuris colliti-
gantium de præſenti, vel præterito ex eiſdem a-
ctis, Creſc. deciſ. 8. de dilat. l. edita, & ibi gl. in verbo
emendari in fin. & DD. C. de eden. c. 2. & ibi gl. fin. &
cap. 3. & ibi gl. 1. & vtrobique Can. de dilat. quamuis
alias regulariter, quando eadem perſona ius
nouum impetrat, vel quando mutatur perſona,
ſemper facienda ſit intimatio, & danda dilatio,
cum requiratur noua inſtructio, & non venerit
quis inſtructus niſi reſpectu iuris, quod aduerſa-
rius intentauit, & contemplata perſona aduer-
ſarij, & non alia; Caſſad. deciſ. 1. nu. 4. de dilat. c. in-
ducia §. offeratur 3. quæſt. 3 l. edita & ibi gl. in verbo e-
mendari in fin. & DD. C. de eden. Franc. in c. ſi hi con-
tra quos nu. 4. vt lit. pend. &c. in 6. Zab. in Clem. 1. in
4. quæſt.

Digitized by Google

15 4.quaſt.de ſequeſtr.poſſ.& fruct. In eis † attenditur
tempus, quo beneficium conferri poteſt, & non
tempus datæ, ideoq; non dant titulum colora-
tum in remedio recuperandæ poſſeſſionis, quia
gratiæ ſuſpenſæ conditione nihil ponunt in eſſe,
Caput.deciſ.36.part.2. & deciſ.302 part.3. Sarnen.in
reg. de publ. reſign.quaſt.16. in fin.& in reg. de impetr.
benef per obit.fam. Card.quaſt.8. in fin. verſ.ex quibus
Clem. ſi de beneficio & ibi gl. in verbo exiſtit hoc tit. &
c.ei cui, & ibi gl.in verbo nondum. & Can.hoc tit.in 6.
Gemin.conſ.79.in fin.& ſi plures gratiæ ſi neutri, vel
ſi nulli, à diuerſis impetratæ concurrant, vna non
tollit aliam vſq; ad ſententiam, & quæ primo lo-
co coram iudice, cui dirigitur, erit verificata, ob-
tinebit, Caput.dec.56.part.2.l.reſpiciendum ff.ſi cert.
pet. & ibi gl. & Doct. Put. deciſ. 423. in princ. libro 1.
16 Differunt † à noua prouiſione, & alijs ſimili-
bus gratijs, quia in gratia, ſi neutri &c.non debet
doceri de aliquo titulo præcedenti; Put deciſ.263.
lib.2. Rot. diuerſ.deciſ.855.num.9. lib.3.part.3. arg.c.
hi qui in verb. ſpecialiter, hoc tit. in 6. Bald. in l.4. in
princ.ff. de damn. infect. item in eis materia quam-
uis obiectiua dicitur de iure eas impetrantis, quia
cum nullum ius tribuat impetranti, niſi ſub illis
conditionibus, ſi neutri, ſi nulli ius competat, ſi alteri
ius non competat, quicquid obijcit talis impetrans;
ex quo tendit ad purificandam eius gratiam con-
ditionalem, cenſetur de iure impetrantis, & non
obiectus, Felin. in c.olim num.10. de reſcript. Rot.de-
ciſ.1.de ſeq.poſſ.& fruct.Caſſad.deciſ.2. de except. licet
alias regulariter ad hoc, vt quis conſequatur be-
neficium, non ſufficit probare de non iure ad-
uerſarij, niſi etiam agens probet de iure ſuo. c.o-
lim in fin. de reſcript. & ibi Felin. num.9. & ſeqq. dat
quinque limitationes gloſ. fin.in c.vnico de eo, qui mitt.
in poſſ. cauſ. rei ſeru. in 6 gl. in c.1. in verb.electi, vt lit.
17 pend.in 6. & ibi Can. Aliud nuncupatum, † etiam
& perinde, valere, cum ſummus Pontifex actum
collationis, ſiue alium à ſe reuocatum, irritatum-
que denuo ex cauſa ſuſcitat, & valere decernit,
18 quæ non retrotrahitur † ad tempus primæ con-
ceſſionis, & vbi aliud non exprimitur, intelligi-
tur ſine præiudicio iuris alieni. c.quamuis & ibi gl.
19 & Can.de reſcript. in 6. Perinde † valere eſt quæ-
dam ratificatio, & confirmatio primę conceſſio-
nis, quando ſummus Pontifex aliquem actum
inutiliter, & nulliter geſtum valere decernit, late
Prob.ad Monach.c.fin.num.4.& 9.& ſeqq.de conſuet.
in 6, Gemin. conſ.128. num.3. & 4. ex nunc, ſiue ex
data perinde valere, l. obſeruare in fin. ff. de off. pro-
conſ. & leg.c. cum quis, & ibi gl. in verb. incurrit, de
ſent. exc. in 6. Pan. in c.3. num.5. in fin. per illum tex.
de his, quæ fiunt à præl. &c. quia trahitur † retro 20
quoad actum, non quoad tempus, ſiue datam, ne
tertio fiat præiudicium, Prob.ad Monach.in d.c.fin.
ſub num.13. de conſuet. in 6. quando autem tertio
non fit præiudicium, aut adeſt initium obligatio-
nis, trahitur & conceditur retro quoad actum, &
quoad datam: l. donationes, & ibi gl in verb. reſera-
tur C. de donat. int. vir. & vx. Franc. in d.c. cum quis
num.5. de ſent. excom. in 6. & ibi Anchar. num.3. &
Can. ſimiliter conceditur retro ſub data prioris
gratiæ, quando perinde valere petitur non ſuper
principali, ſed ſuper acceſſorio vltra naturam ti-
tuli, ſine quo poſſet ſubſiſtere prima gratia, Prob.
in d.c.fin.ſub nu.13. verſ. & redeundo &c. aut quan-
do prima gratia non eſt ipſo iure nulla, ſed elidi-
bilis, quia ante eliſionem non potuit alteri ius
quæri, Bart.in l. obſeruare ff. de off.proconſ. & leg. nu.
6. Dec. in l. quod initio in fin. ff. de reg. iur. datur tan-
tum † ſuper gratijs à Papa factis, Prob. ad Mo- 21
nach.in d.c.fin.num.7. de quibus bullæ fuerunt ex-
peditæ: ſuper ſupplicatione ſignata non datur,
neque ſuper literis per pœnitentiariam expedi-
tis, ac ſuper breuibus. Mand. de ſig.grat.tit. perinde
valere verſ. ſuper literis, & verſ. perinde valere. In ea
debet exprimi defectus † ſubreticius, vel vitium 22
falſitatis contentum in prima gratia, ad quam
validandam conceditur, & vltra illud, quod eſt
expreſſum, nihil ſupplet, l.1. in fin.princ.ff. ad Tur-
pill. c. ex tuarum de auct. & vſu pall. Pariſ. conſ.44.
num.6.7. & ſeqq. vol.4. ac debet fieri mentio li-
tis, c. fin. vt lite pendente &c. Card. Seraph. deciſ.
1110. præbet titulum coloratum. Put. deciſ.8. hoc
tit. quæ eſt deciſ.63. lib.3. Prob. ad Monach. in c.fin. de
conſuet. in 6. nu.10. & 12. Quod ſi in gratia perin-
de valere dicatur, quod fuerit prouiſum de be-
neficio per reſignationem, & gratia reſignationis
beneficij ſit longe poſterior poſt datam ipſius
perinde valere, præſumitur pro bona expeditio-
ne litterarum perinde valere, quia poterat præ-
cedere alia ſupplicatio iſtius reſignationis, quam
ſufficit in originali oſtendere Dominis Audito-
ribus. Rot. diuerſ.deciſ.436. in fin. part.1. l. quoties ff.
de reb. dub. c. cum ſuper & ibi Dec. à num.5. vſque ad
fin. de off. deleg. Dec. in l. poſtquam lites numer.23. C. de
pact. l. Titia §. idem reſpondit ff. de verb. oblig.
Gratificatio, † quæ extenditur in ſupplicatio- 23

Digitized by Google

ne hoc modo: Et cum clauſula gratificationis opportuna in litteris latiſſime extendens. Regulariter data literarum facit præferri in literis ad
24 vacantia beneficia, & in literis † ad vacatura. *Felin. in c. capitulum num. 5. de reſcript. dictum eſt ſupra tit. de reſcript. verſ. 3. de reſcript.* Gratificatio locum habet, quando de anterioritate non conſtat,
25 & in literis ad vacantia † beneficia, quando facta eſt prouiſio pluribus eadem die, ſiue ab eodem, ſiue diuerſis collatoribus: ſi ab eodem collatore, poſſeſſione beneficij vacua, is præfertur, qui habet clauſulam gratificationis, *Caſſad. deciſ. 2. num. 1. de renunc. Rot. diuerſ. deciſ. 38. lib. 2. part. 3. Prob. ad Monach. in c. duobus num. 5. & 6. de reſcript. in 6. late Mandoſ. in reg. 33. de ſign. per fiat à nu. 21. vſque ad finem plures cumulans.* ſi omnes habeant clauſulam gratificationis, præfertur is, cuius clauſula gratificationis eſt pinguior, *Put. deciſ. 242. nu. 6. & 7. & deciſ. 247. lib. 1 Rot. diuerſ. deciſ. 422. nu. 4. & 5. lib. 3. part. 3. arg. l. pupillus, verſ. quid ergo ff. quæ in fraud. cred. fact. & c. l. ſi quis ſeruum §. inter duos, cum ibi not. per gloſ. in verb. debet ff. de leg. 2. l. fin. & ibi gl. in verb. gratificationi ff. de relig. & ſumpt. fun.* data pari gratificatione ſe mutuo impediunt; quia collationes referuntur ad idem corpus beneficij, & recurrendum eſt ad conferentem, *Pan. in d. c. capitulum de reſcript. nu. 4. & in c. 2. n 1. de off. deleg. Ioan. Andr in c. ſi à ſede, & ibi Franc. nu. 5. hoc tit. in 6. Franc. Aretin. in l. ex duobus nu. 5. ff. de vulg. & pupil.* altero poſſidente ex clauſula gratificationis, non inducitur præſumptio præuentionis, ſed poſſeſſori datur abſolutio, quia c. ſi à ſede hoc tit. in 6. non habet locum in prouiſis ab eodem: *Put. deciſ. 291. lib. 2. Franc. in d. c. ſi à ſede poſt num. 5. verſ. & prædicta, & ipſe textus & Gemin. Prob. ad Monach. num. 8. & Canonic.* ſi à diuerſis, puta à ſede apoſtolica, vel legato ipſius vni, & ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, potior eſt conditio poſſidentis, id eſt, eius qui primo iuſte adeptus eſt poſſeſſionem, ſi non appareat, quæ collatio fuerit prima, *d. c. ſi à ſede hoc tit in 6. in princip. & ibi Franc. in 2. notab.* prout apparere poteſt, ſi probetur per teſtes de hora, vel in ipſis literis dicatur de hora, & vterque probare poterit, & obtinebit, qui melius probauerit, *Io: Andr. in d. c. ſi à ſede in gl pen. & ibi Can. Felin. in c. paſtoralis nu. 5. de reſcript. Iaſ. in l. 1. nu. 6. & ibi Socin. ſen. num. 12. ff. ſol. matr. Tiraq. de iur. primog. quæſt. 17. opin. xj. Marſ. ſing. 319. Hora Gamb. de auct. leg. à lat. lib. 3. num. 678. Dec. conſ. 167. n. 6.* quia qui habet poſſeſſionem præſumitur anterior in prouiſione, *Put. deciſ. 49. hoc tit. Franc. in d. c. ſi à ſede in 2. not. & ibi Can. communiter Prob. ad Monach. nu. 6. & ſeqq.* & clauſula gratificationis tantum operatur in caſu paritatis, ſecus ſi de anterioritate conſtet vere vel præſumptiue, *Creſc. deciſ. 16. hoc tit. late Felin. in c. paſtoralis ſub nu. 5. verſ. ad identitatem data de reſcr.* quod ſi ex parte prouiſi ab ordinario tantum probetur hora, & nó poſſeſſio, & ex parte prouiſi apoſtolici probetur identitas diei, prouiſus apoſtolicus eſt præferendus ratione prærogatiuæ Papæ, *Gambar. de auct. leg. à latere lib. 3. ſub n. 668. verſ ſed quid ſi tantum, & nu. ſeqq. late Menoch. de arb. lib. 2. cent. 1. caſu 48. num. 18. & ſeqq.* Operatur poſſeſſio priuilegium Prælationis, quando adijcitur titulo perfecto, *c. ſi à ſede hoc tit. in 6. in verbo conſeratur.* ſecus eſt in præſentatione; nam prouiſus à Papa præfertur eadem die præſentato à Patrono, poſſeſſione ſubſecuta, *Gambar de auct. leg. à latere lib. 3. nu. 645. & plurib. ſeqq.* quia præſentatio tribuit ius ad beneficium, *c. 3. de iurepatr.* & euenire poteſt, quod præſentatus non inſtituatur, cum adhuc ſubiturus ſit examen inſtituentis, & patronus laicus variare poſſit accumulando, vnde erit locus gratificationi, *cap. cum autem c. paſtoralis de iurepatr.* excipe quando vltra poſſeſſionem præſentari conſtaret de hora præſentationis, quibus concurrentibus præſentatus præfertur prouiſo apoſtolico eadem die, *Gamb. de auct. leg. à latere lib. 3. num. 667. & ſeqq.* quia tunc præſentato acquiſitum eſt ius conſiderabile, quod Papa non intendit tollere, *c. cum Bertoldus §. fin. de re iud. & ibi Can. Lap. alleg. 78. in 6. Rot. deciſ. 17. hoc tit. in nou.* Si neuter poſſideat ex clauſula gratificationis, præſumitur anterioritas, & datur canonizatoria tituli tanquam prioris: *Put deciſ. 291. in fin. lib. 2. Mandoſ. de ſign. grat. tit. prouiſiones verſ. gratificatio.* data paritate gratiæ, is cui ſedes Apoſtolica contulit, vel legatus, propter conferentis ampliorem prærogatiuam, erit alteri, cui ordinarius contulit, præferendus, *d. c. ſi à ſede verſ. final. Clem. 1. verſ. neutro. vt lite pendente & c. c. hi qui auctoritate. & ibi glo. 1. & c. dudum § nos igitur hoc tit. in 6.* Idem obtinet ſi Papa contulit vni, & Legatus alteri, aut ſi Papa vni, legatus alteri, Ordinarius tertio contulerit, In archiepiſcopo autem, & epiſcopo, & ſuis ſubditis dubitatio non procedit, quia ad alterum ſolum pertinet collatio, & illa ſola

valet;

Digitized by Google

valet, *glo. in d.c. ſi à ſede in verbo legato.* præterquam in epiſcopo, & eius vicario, aut epiſcopo, & inferiore, qui præſcripſit collationem beneficij contra epiſcopum, non tamen taliter, quod epiſcopus non poſſit conferre, ſed locus eſt præuentioni inter eos, conferentibus eadem die idem beneficium duobus, quia cæteris paribus præfertur habens collationem ab epiſcopo tanquam maiore, *Franc. in d.c. ſi à ſede nu. 4. & 5. poſt Ioan. Andr. & alios Felin. in d.c. capitulũm n. 16.* In litteris ſiue gratijs ad vacatura quas ſolus ſummus Pontifex concedit, *c. 2. & ibi gl. in verbo vacaturis, & Can. hoc tit. in 6. c. dilectus filius hoc tit.* quando ſunt plures pares in data, is eorum, cui Papa canonicatum contulit, eſt in præbenda præferendus alteri, qui canonicatum non eſt aſſequutus, licet prius, quã alius eis ad quos ſpectat canonicorum receptio, & collatio præbendarum, ſuas præſentauerit litteras, & ab eis in canonicum ſit receptus. Si Papa neutri eorum, vel vtrique canonicatum contulit, tunc ex quo in gratia ſunt pares, is qui primo præſentauerit, erit potior in præbenda, ſi ambo ſimul in præſentando concurrant, ij ad quos ſpectat canonicorum receptio, & præbendarum collatio, vel eorum maior pars, ex eis alterum, cui gratificari voluerint, eligere tenentur, quo electo alius omnino caret impetratis. *c. duobus, de reſcript. in 6. & ibi Can. latiſsime de præfatis omnibus Rebuff. de pacif. poſſ. num. 295. verſ. ſciendum eſt, & nu. ſeqq. & num. 297. & ſeqq. plurib. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 1. caſ. 48.*

27 Noua prouiſio eſt † reſcriptum gratiæ reualidatorium, *Sarnen. quæſt. 7. in reg. de non iudic. iux. formam ſupplicat.* quod plerunque datur ſuper gratijs ab alijs nulliter factis, *Prob. ad Monach. in c. ſtatutum nu. 4 hoc tit. in 6. idem in c. fin. numer. 7. de conſuet. in 6. & in c. cum perſonæ num. 6. de priuil. in 6. cap. poſt electionem c. ex parte Aſten. de conceſſ. præb. cap. ſuggeſtum. & ibi poſt gl DD. de iurepatr.* conceditur à ſummo † Pontifice, *Prob. ad Monach. in d. c. cum*

28 *perſonæ num. 16. de priuil. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 48. ſub num. 3. part. 1. l. cum hæres ff. de acquir. vel omitt. hered.* eiuſq; legato, & nuncio, *Mohed. deciſ. 31. hoc tit. c. legatos de off. leg. in 6* epiſcopo, *cap. poſtulaſtis in princ. & ibi gloſſ. ordinaria & marg. in verbo diſpenſatum de cler. excomm. miniſt. & c.* non ab inferiore ſuper gratia à ſuperiore facta, quia ipſa obtentio ſecundæ gratiæ, videtur quædam ingratitudo, & deluſio erga Papam, propter quod inducitur legitima cauſa priuandi eum, *Pan. in c. cum olim n. 18. de re iud.* paſſim & indiſtincte † datur de benefi- 29
cijs reſeruatis, & nulli denegatur, *Mohed. deciſ. 4. ſub num. 1. de conceſſ. præb. l. reſcripta, ibi, niſi ſit aliquid quod nõ lædat alium, & proſit petenti C. de precib. Imp. offer. & ibi glo. alleg. concord.* Operatur ex nunc † in 30
futurum, & nihil diſponit in præteritum, neque vitia præterita purgat, *Caſſad. deciſ. 6. numer. 8. hoc tit. Caput. deciſ. 83. num. 5. par. 3. Prob. ad Monach. in c. ſtatutum numer. 4. & 5. hoc tit. in 6.* & ſuper prima gratia ſiue valida, ſiue inualida fundatur, *Put. deciſ. 263. lib. 2. Caputaq. deciſ. 83. num. 5. part. 3. Prob. ad Monach. in d. c. ſtatutum nu. 4. & ſeqq. Felin. in c. in noſtra num. 6. de reſcript.* de qua conſtare debet, *Creſc. deciſ. 7. nu. 5. de reſcript. Pan. in c. ex tenore nu. 6. & ſeq. & in c. in noſtra num. 9. de reſcript. & in c. cum noſtris num. 11. & 12. de conceſſ. præb.* & ſufficit eam iuſtificari de facto, *Achill. deciſ. 7. hoc tit. Bellam. deciſ. 116. in fin. Mandoſ. de ſign. grat. tit. noua prouiſiones, verſ. noua item Sarnen. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 19. circa finem. Caputaq. deciſ. 222. parte 2.* præſertim attentis clauſulis, quæ in noua prouiſione ſolitæ ſunt poni, quod cauſæ annullatiuæ, & infectiuæ, exprimi poſſint, quæ comprehendunt † quamcunque nullitatem, etiam in qua 31
requireretur diſpenſatio, vel in qua eſſet defectus ſubſtantiæ, *Caſſad. deciſ. 6. nu. 8. hoc tit. Achill. d. dec. 7. hoc tit. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 15. verſ. limita prædicta, & nu. 16. de reſcript.* ideo noua prouiſio, in qua dictum fuit, ſibi de facto prouiſum à Vicario Epiſcopi, valet, ſi producatur vicarij collatio, licet non probetur de eius Vicariatu, *Creſc. deciſ. 9. hoc. tit. c. commiſſa, & ibi gl. in verbo promouendum, de elect. in 6.* & eſt ſubreptitia, ſi in ea narratum fuit canonice prius prouiſum fuiſſe, ſi prima prouiſio non ſit canonica, *Rot. deciſ. 24. de conceſſ. præb. in antiq. Innocent. in c. dudum el 2. nu. 15. & 16. & ibi Hoſtien. num. 42. & ſeq. de elect.* In ea debet fieri mentio † de prioribus beneficijs obtentis, *Anch.* 32
in c. ſi apoſtolica num. 3. hoc tit. in 6. & de omnibus prout in prima gratia, quia per eam nouum ius acquiritur, vel acquiſitum confirmatur, aut augmentatur: *Franc. in c. ſi apoſtolica n. 6. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 24. & ibi add. nu. 2. de reſcript. in nou. Felin. in c. in noſtra 16. coroll. de reſcript.* ideo non ſuffragatur facta in beneficio ſimplici, ſi erat curatum, eſt enim noua prouiſio, quædã confirmatio quæ non extendit confirmatum, *Put. deciſ. 300 libr. 1. Panorm. in cap. dudum numer. 11. & ſequen. de decim.*

cim. cap. inter dilectũ verſ. cæterum de fid. inſtrum.
33 Debet fieri mentio in ea tam de infecta † poſ-
ſeſſione, *l. auctoritatem C. vnde vi Felin. in c. poſtula-
ſti num.* 14. *& ſeqq. de reſcript.* quam de oblationi-
bus alteri debitis in ſacrificio miſſæ, *Put. deciſ.* 173.
lib. 1. *cap.* 2. *& ibi Pan. num.* 1. *& Can. de paroch. & a-
lien. paroch.* ac etiam fructibus indebite perceptis,
c. dudum el 2. *verſ. & retinendo & verſ. antepen. item
ſuggerens, & ibi Hoſt. num.* 16. *& ſeqq. & Can. de elect.
Put. deciſ.* 23. *libr.* 1. *Felin. in c. in noſtra in* 2. *Coroll. de
reſcript.* quando debiti eſſent eccleſiæ vniuerſali,
ſeu particulari, de quibus ſoluenda eſt compoſi-
tio in Dataria Apoſtolica, ſecus ſi tertio, cui reſti-
tutio eſt facienda, ne cogatur bis ſoluere, *Caſſad.
deciſ.* 7. *de præb. arg. l. quibus bis idem, & ibi not. ff. de
verb. oblig.* quia cum ex perceptione fructuum in-
debite perceptorum inſurgat inhabilitas, *d. c. du-
dum el* 2. *& ibi glo. in verb. furtum & Can. c. de multa
hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. prouentibus & DD. l. qui ea
mente ff. de furt. l. non prodeſt ff. de vi bon. rapt.* tacitur-
nitas modicorum fructuum temporalium, puta,
vnius ſcuti, vel dimidij reddit eam ſubreptitiam,
Put. deciſ. 126. *libr.* 1. *c. ſi proponente de reſcript. cap. ſi
motu proprio hoc tit. in* 6. *Bart. in l. ſi proprietarius ff.
de damn. infecto num.* 2. nam in beneficialibus ſub-
reptio quamuis minima vitiat gratiam, *d. c. ſi motu
proprio hoc tit. in* 6. *c. ſi proponente de reſcript. & vtro-
bique Can. Felin. in d. c. in noſtra in* 2. *Coroll. eod.* ſecus
in diſtributionibus quotidianis indebite, & ſine
titulo perceptis, quia non debentur Papæ, ſed
applicantur Capitulo, ſeu dantur deſeruientibus
pro abſentibus iuxta eccleſiarum conſuetudines,
Caſſad. deciſ. 6. *num.* 5. *& per tot. hoc tit. Fel. in cap. ad
aures num* 14. *de reſcript. c. fin. §. in illis de conceſſ. præb.
in* 6. *c. fin. in princ. de reſcript. in* 6. ac fructibus ſpiri-
tualibus perceptis, quorum taciturnitas non ob-
ſtat, quia de illis non ſoluitur compoſitio Came-
ræ Apoſtolicæ, *Rot. diuerſ. deciſ.* 83. *nu.* 4. *&* 5. *part.* 3.
lib. 3. *Felin. in c. ad aures in fin. de reſcript.* aut quan-
do ex fructuum perceptione non inſurgit aliqua
inhabilitas, quia tunc ſufficit ſola poſſeſſionis ex-
preſſio, vt ſi eos in eccleſiæ vtilitatem conuertiſ-
ſet, aut voluntate Prælati, ad quem pertinent, eos
percepiſſet, *Mandoſ. de ſignat. grat. titul. abſ. à mala
fruct. percept. verſ. poſſunt etiam Mohed. deciſ. vnic. de
confir. vt vel inut. Capell. Thol. q.* 484. *& ibi Aufr. n.* 3
qui pulchre diſtinguit. Præterea in noua prouiſione
34 debet exprimi menſis † reſeruatus, *Mohed. deciſ.* 4
de conceſſ. præb. Put. deciſ. 433. *lib.* 1. *& deciſ.* 165. *lib.* 2
*c. ſi Apoſtolica, & ibi gloſſ. in verb. præferri & Archid.
in c. ſi motu hoc tit. in* 6. *Rom. conſ.* 362. *num.* 5. *& conſ.*
383. *in princ.* niſi in prima prouiſione facta fuerit
menſis mentio, & in noua prouiſione fiat plena
mentio de prima, *Mohed. d. deciſ.* 4. *in fin. Rot. deciſ.*
18. *hoc tit. in nou. Bell. deciſ.* 634. *gloſſ pen. in c. ſi Apo-
ſtolica hoc tit. in* 6. *& ibi Can.* aut noua prouiſio ve-
niat acceſſorie ad aliam gratiam, puta reſignatio-
nem antea factam cum clauſula quouis alio mo-
do vacet, *Rot. diuerſ. deciſ.* 475. *num.* 4. *par.* 3. *libr.* 3.
*qua dicit nihil fuiſſe deciſum, faciunt not. per Sarn. in
reg. de iur. not. quæſt.* 2. Dat titulum † coloratum 35
in poſſeſſorio, etiamſi in ea non fuerit facta men-
tio de intruſione, & mala fructuum perceptione,
licet quoad proprietatem multa ſint difficultates
Achill. deciſ. 2. *hoc tit. Felin. in c. poſtulaſti nu.* 15. *&* 16
de reſcript. Caſſad. deciſ. 7. *hoc tit.* aut ſi ſuperueniat
poſt ſpolium tempore reſtitutionis poſſeſſionis,
quia tunc non datur vitioſus ingreſſus, *Achill. dec.*
2. *de reſt. ſpol. l. cum nemo C. de acqu. poſſ. & ibi gloſſ. in
verb. extrinſecus & DD. Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 11. *de re-
ſtit. ſpoliat.*

Reformatio eſt † noua gratia, *Creſc. deciſ.* 7. 36
ſub num. 1. *de reſcript. l. ius ciuile ff. de iuſt. & iur. & ibi
gloſſ. & DD. c. ſtatutum in princ. & ibi gloſſ. in verb.
reformandum de reſcript. in* 6. in qua debet inſeri te-
nor primæ gratiæ, quam vocant præinſertam, *Mo-
hed. deciſ.* 13. *ante finem, verſ. & non poterat eſſe ſecun-
da & c. de renunc. Idem deciſ.* 6. *num.* 2. *de probat. atte-
ſtans de vſu Curiæ l. in ciuile ff. de legib. l. ſi quis ex ar-
gentarijs §. ſi initium & ibi Bald. & DD. ff. de eden. Fel.
in c. veniens num.* 2. *de præſcript.* quæ tendit, vt omiſ-
ſum ſuppleat, & male expreſſum corrigat, paſſim
petentibus † conceditur, *Creſc. d. deciſ.* 7. *ſub nu.* 3. 37
*atteſtans de vſu Curiæ l. reſcripta ibi, niſi ſit aliquid,
quod non lædat alium & proſit petenti C. de prec. imp.
off. & ibi glo. alleg. concord.* ac ei inſeritur plerumq;
clauſula, quod res eſt integra, *l. ſi quam rem ff. de
reſc. vend. §. fin. inſt. quib. mod. toll. oblig.* in ea ſuffi-
cit † talis expreſſio, quod Papa intelligat, quo- 38
modo ſe habeat facti ſeries, *c. ſuper eo, & ibi gl. fin.
& Can. de cohab. cler. & mul. c. dilectus el.* 1. *de reſcr.*
non ſufficit expreſſio per inuolucrum, *Bald. in l.
nec damnoſa in fin. num.* 1. *verſ. ſecundum C. de precib.
Imp. off. & in l. præſcript. num.* 12. *& ſeqq. C. ſi contra
ius, vel vtil. publ.* ideo reformatio facta ad gratiam
reuocatam, non facta mentione de reuocatione
eſt nulla, *Put. deciſ.* 26. *hoc tit. late Iaſ. in l. mora n.* 36.
& ſeqq. ff. de iuriſd. om. iud. vbi ampliat & limitat.

non

Digitized by Google

non eſt neceſſe exprimere obtenta beneficia, quę in prima gratia ſunt expreſſa, *Felin. in c. in noſtra in 16. Coroll. de reſcript. Rot. deciſ. 18. hoc tit. in nou. Bellam. deciſ. 634. ſuppoſita*, Clauſulæ in reformatio-
39 ne ſimpliciter poſitæ † intelliguntur iuxta tenorem præinſertæ, *Mohed. deciſ. 5. de reſcript. Prob. ad Monach. in cap. fin. num. 14. & 16. de conſuet. in 6.* eſt enim præinſerta principium, & reſeruatio finis, & producens reformationem tenetur producere præinſertam, *Mohed. deciſ. 6. num. 2. de probat. l. inciuile ff. de leg. . . ſi quis ex argentarijs §. ſi initium,*
40 *& ibi Bald. & DD. ff. de edend.* ſi petatur † acceſſus, vel regreſſus ob non ſolutam penſionem, vel poteſtas transferendi penſionem, additur clauſula de conſenſu penſionem huiuſmodi ſoluere habentis; *Mandoſ. de ſign. grat. tit. reformationes verſ. ſi illud quod, atteſtans de vſu Cur.* nam licet conſenſus, qui ſemel adfuit à principio, pręſumatur ſemper durare, niſi detur pœnitentia, *c. maiores de baptiſ. Rot. deciſ. 636. numer. 7. part. 1. diuerſ.* tamen quoties immutatur per gratiam prior rei ſtatus, & conditio, conſenſus eorum, qui intereſſe habent, requiritur, *l. in concedendo ff. de acq. plu. arc. Anch. in c. ſuggeſtum num. 7. de iurepatr. pulchre Dec. conſ. 541. viſa donatione num. 17. & 18. Rot. diuerſ. de-*
41 *ciſ. 614. num. 24. par. 1.* Conceditur † vt à data primæ gratiæ valeat, & vocant practici, cui prius, quando nulli ſit præiudicium, vel ſub data currenti, id eſt, ſub data ipſius reformationis, quo caſu qui medio tempore impetrauerunt, ſunt præferendi, *gloſſ. fin. in c. ſi Apoſtolicæ hoc tit. in 6.* quia talis reformatio intelligitur ſine præiudicio tertij, *c. quamuis, c. ſi propter tua de reſcript. in 6.* Præfata procedunt in reformatione augmentante primam gratiam, ſed quando reformatio tendit
42 ad † diminutionem particularem gratiæ primæ conceſſæ, non requiritur expreſſio ſupradicta, quoniam ſola voluntas beneficiati eſt ſufficiens ad mouendum Papam ad diminutionem iuris ſibi conceſſi, *Rom. conſ. 362. numer. 5. verſ. reſpondeo Felin. in cap. in noſtra in 16. Coroll. verſ. 3. caſus de reſcript.*
43 Surrogatio † eſt ſuffectio in locum defuncti cum aliquo ſuper beneficio litigantis, id eſt ſuper titulo beneficij in petitorio; *c. fin. vt lit. pend. &c. in 6. Clem. 1. eod. tit. late Greg. 15. deciſ. 335.* conceſſa
44 in † fauorem tertij, qui nunquam fuit in lite, non eſt proprie ſurrogatio, ſed quædam prouiſio merè gratioſa cum facultate proſequendi litem, quā ſolus ſummus Pontifex concedit, quando poſſeſſor moritur; ſecus ſi petitor, *gloſſ. in c. 2. in caſu poſit. circa fin. verſ. ſed hodie impetratur à Papa, vt lit. pend. in 6. d. Clem. 1. eod. in fin.* & vtitur verbis vacationis, & collationis, per quæ indicat defunctum ius habuiſſe, quod eſt in præiudicium litis pendentiæ, *Vital. in d. Clem. 1. num. 41. & ſeqq.* nec in ea ponitur clauſula, quatenus vera ſit lis, ſolita poni in ſubrogationibus ad excludendam litem calumnioſam, vel notorie iniuſtam, vel finitam per rem iudicatam, aut alias: *Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſurrogationes verſ. in ſurrogationibus, & verſ. ſeq. l. in ſumma ff. de cond. indeb. in princ. & ibi gloſſ. & DD. l. poſt rem iudicatam ff. de tranſact.* quia in ea non eſt verificanda lis, niſi in concluſione ſupplicationis extaret clauſula exprimens litem, quæ intelligitur declarare omnia præcedentia, vt dicantur conceſſa, ſi tunc adſit lis, *Rot. diuerſ. deciſ. 387. part. 3. libr. 3. quæ eſt parum mendita c. propoſuit de conc. præb. Clem. 1. in fin. vt lit. pend. in nou. cap. 2. in princ. hoc tit. in 6. faciunt not. per Iaſ. & DD. in l. ſi forori C. de iur. delib.* ſed probandum, quod † ſummus 45
Pontifex ſtatum cauſæ intellexerit ex narratis in prouiſione; *late Mohed. deciſ. 3. circa fin. num. 1. verſ. quo vero ad ſurrogationem, & num. 2. vt lite pend. &c. Lancell. de attent. part. 2. cap. de attent. lit. pend. &c. num. 174. vbi diſtinguit inter ſubrogationem & gratioſam prouiſionem tertij. Rot. Farin. deciſ. 187. nu. 4. part. 2. tom. 1.* ſi ſit parochialis litigioſa, ad quam ſummus Pontifex noluerit ſurrogare collitigantem, verum ius demortui in alium transferre, habet locum examen per concurſum: *Garc. de beneſ. par. 9. cap. 2. §. 1. num. 169. & ſeqq.* in ea non eſt neceſſe facere mentionem † de iurepatronatus lai- 46
corum, & clauſula derogatoria eius attenta lite ponitur ad cautelam: *Caſſad. dec. 3. vt lite pend. &c. num. 8. l. teſtamentum C. de teſtam.* competit prouiſio † poſtquam admiſſus eſt ad cauſæ proſecutio- 47
nem, *Rot. deciſ. 24. de reſcript. in antiq.* contra actorem collitigantem accipientem poſſeſſionē poſt mortem rei defuncti officium iudicis, vt à poſſeſſione amoueatur, ſed non contra tertium intruſum lite pendente, quia inter hos duos nunquam fuit lis, niſi modo, *Rot. deciſ. 10. vt lite pend. &c. n. 4. & in fin. verſ. ſi vero non actor in nou. c. Romana §. in alium de appell. in 6. l. creditor mandatorem & ibi gloſſ. 2. & DD. ff. mandati,* & iudex tantum inhibet illis, qui veniunt ad cauſam, *Rot. deciſ. 2. vt lit. pend. &c. in antiq. Bald. in l. ſi per imprudentiam §. fin. ff. de euict.*

Digitized by Google

tuiſt. d. l. creditor mandatorem, & ibi gloſ. 2. ff mand.
48 poteſt quoque † eum procuratore ſuperſtitis litem continuare, & in ea cauſa ad vlteriora procedere ſine noua citatione ſuperſtitis, vel intimatione huiuſmodi ſurrogationis ſibi facienda: *Rot. deciſ. xj. vt lit. pend. &c. in nou. arg. c. 2. vt lit. pend. &c. in 6. & Clem. 1. eod. tit.* ſed procuratori ſuperſtitis petenti datur dilatio ad conſulendum principalem, *Rot. d. deciſ. xj. in fin. c. dilectus de procurat. & ibi*
49 *poſt gloſ. DD.* Collitiganti † ſuper titulo beneficij ſiue in petitorio (quia requiritur lis, quæ faciat beneficium litigioſum,) *Franc. in cap. 2. numer. 2. vt lit. pend. & ibi Can. Vitall. in Clem. 2. ſub num. 70 & ſeq. vt lit. pend. Greg. 15. deciſ. 335. & ibi annot.* Datur ſurrogatio ſecundum regulam Cancellariæ de ſurrogandis intra menſem computandum, non à die obitus collitigantis, ſed à die gratiæ etiam motu proprio alteri conceſſæ, quia mentio menſis fit ad inualidandam gratiam intra menſem obtentam in præiudicium ſubrogandi collitigantis, ſed non arctat eum ad petendum ſubrogationem intra menſem, quam poſt menſem poteſt petere, dummodo non fuerit poſt menſem à conceſſa alteri gratia, *gloſſ. in reg. Canc. de ſubrog. in princ. Greg. 15. deciſ. 125. Card. Seraph. deciſ. 1165. n.*
50 *1. & 2. Rot. Farin. deciſ. 342. part. 1.* Duplex eſt † aut eſt rigoroſa, aut gratioſa, ſurrogatio rigoroſa dicitur mandatum de ſubrogando in forma dignũ, directum iudici, aut alicui conſtituto in dignitate eccleſiaſtica, qui cenſetur mixtus executor, & nõ poteſt dare poſſeſſionem ſubrogato, niſi prius diſcuſſo iure auctoris, cui venit ſubrogandus, *Rot. deciſ. 10. vt lit. pend. &c. in nou. Mobed. deciſ. 11. in pr. eod. Put. deciſ. 208. lib. 1. Iaſ. poſt alios in l. in bonæ fidei ff. de eo quod certo loco &c.* & requiritur admiſſio iudicis adhoc vt habens huiuſmodi mandatum dicatur eſſe in cauſa, & ex eius perſona lis viuat, *Caſſad. d. deciſ. 1. num. 5. & Mobed. deciſ. 2. ſub num. 2 vt lit. pend. &c. c. ab excommunicato de reſcript. c. cum contingat de off. & poteſt. iud. deleg. arg. l. magis puto §. ſi pupillus verſ. non paſſim ff. de reb. eorum, quæ ſub tut. aut curat.* ſurrogatio gratioſa eſt † quando Papa
51 ipſe ſurrogat, non requirit miniſterium executoris, dirigitur ſurrogato, qui eius vigore poteſt intrare poſſeſſionem propria auctoritate, & lite pendente ſine vitio attentatorum, *Mobed deciſ. 9. & deciſ. xj. num. 1. vt lit. pend. &c. Iaſ. in l. ſi ſorori ſub numer. 2. C. de iur. delib. & ibi DD. Bald. in rubrica de cauſſ. poſſ. & propr. num. 13. & ſeq.* & in ſurrogato gratioſe ſuſtinetur, & viuit lis, ſicut duraret viuente eo, in cuius locum eſt ſurrogatus, *Caſſad. d. dec. 1. & Mobed. d. deciſ. 2. ſub num. 2. vt lit. pend. & arg. l. raptores §. ſin autem Diaconiſſa, ibi omnem proprietatem & plenam poſſeſſionem C. de epiſc. & cler. l. cum miles ff. ex quib. cauſ. maior. not. Alex. et Iaſ. in d. l. ſi ſorori &c. de iur. delib.* In ea probari † debet clerica- 52
tus ſubrogati, poſſeſſio illius, cui fuit ſubrogatus, de tempore obitus, & lis in cauſa principali, appellationis aut ea deſerta, nullitatis æque principaliter vt ſimul commiſſæ, *Bart. in l. ſi expreſſim n. 10. ff. de appell. Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit num. 12. ff. de pact. Greg. 15. deciſ. 306. & ſeq.* vel eo modo quo fuit narrata, nam intrat ſurrogatio data lite in poſſeſſorio tantum, *Card. Seraph. deciſ. 990. & 1426. in princ. Sarn in reg. de trien. q. xj. nu. 14. verſ. circa vero ſecundum, & num. 15. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. § 7. proœm. num. 211. & plurib. ſeqq. vſque ad fin. Garc de benef par. 6. cap. 4. num. 4. & ſeqq. vbi ponit aliquot limitationes & per tot. Greg. 15. deciſ. 426. & deciſ. 307. & deciſ. 394.* ſtantibus clauſulis, quæ ſolent poni in ſurrogatione gratioſa de & ſuper beneficio, *Caſſad. deciſ. 6. de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 8. num. 2. part 2. c. conſtitutis, & ibi poſt gloſſ. 1. Panor. col. fin. & Can. de elect. l. ex diuerſo §. 1. & ibi Bart. num. 2 ff. de rei vend. c. cum eccleſia ſutrina de cauſ. poſſ. & propr. & ibi poſt Innoc. Can.* rebuſque alijs, *l. 1. in fin ff. ſi cert. pet. l. fin. §. ſin autem dubias ibi ſuper ijs rebus §. in comparatione C. de iur. delib.* & alias quam vt præmittitur, lis, cuius litis ſtatum &c. *Put. dec. 2. Achil. dec. 9. de reſcr. Rot. diuerſ. dec. 254. num. 1. & 2. 1 part. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo &c. l. cauſas C. de tranſact. Felin. in c. ſuper litteris de reſcript. num. 12. Greg. xv. deciſ. 125. num. 15. & ibi annot.* pendeat; eiuſque pendentia probatur excitatione ad dicendum contra commiſſionem executa contra partem citatam, *Clem. 2. vt lit. pend. &c. Felin. in c. ſuper litteris num. 13. de reſcript. Caſſad. deciſ. 1. vt lit. pend. &c.* etiam quod non fuerit reproducta citatio, citato viuente, quando ipſe in termino citationis comparuit, dicendo generalia contra commiſſionem, *Bald. in l. 1. in 3. not. ff. de ſerijs Felin. in c. illud num. 8. de praeſcr. Caputaq. deciſ. 112. par. 1. Bellam. deciſ. 364. Greg. 15. deciſ. 27. num. 3. & ibi annot.* vel conſtituat procuratorem ad cauſam, *l. fin. C. de procur. & ibi DD. not. Felin. in c. cum contingat num. 8. de reſcript. Clem. cauſam §. intimatio, & ibi gloſſ. in verb. plena Zab. num. 5. & 6. de elect. &c. Rot. dec. 11. de dol. & cont. in nou. Greg. 15. dec. 27. num. 4.*

Digitized by Google

num. 4. *& ibi annot.* Ius anteceſſoris probatur ex ſola ſupplicatione, etiam ſi ſurrogatus in eius locum ſit actor: *Put. deciſ.* 337. *lib.* 1. *atteſtans de practica Cur. & contrarias deciſiones non ſeruari l. ſancimus in princ. verſ. exceptis C. de donat. Clem. dudum circa fi. verſ. nos etenim, & ibi gloſſ. in verb. verbo, et Can. de ſepult. Franc. in proœm. lib.* 6. *§. fin. Caſſad. dec.* 8. *num.* 6. 7. *& num. ſeqq. de reſt. ſpol.* idem iuris eſt in ſurrogatione gratioſa deſumpta ex clauſulis generalibus principalis gratiæ prouiſionis, quando ſuper ea litteræ ſunt expeditæ ad partem, *Card. Seraph. dec.* 1426. *Rot. dec.* 387. *par.* 3. *lib.* 3. *l. quamuis C. de vſur. l. commiſſoriæ C. de pact. int. empt. & vend. l.* 2. *C. de iur. dom. impet. & ibi gloſſ. alleg. concord. l.* 5. *fundus §. eleganter ff. de leg. commiſſ. late Pan. in c. in noſtra numer.* 5. *& ibi Can. de reſcr. Greg.* 15. *dec.* 103. *& ibi late annot.* litteris ad partem non expeditis debent gratiæ principalis narrata verificari, & ea viciata corruunt clauſulæ generales acceſſoriæ, *cap. ſedes Apoſtolica, & ibi Pan. ſub num.* 3. *verſ. & ex hoc colligo &c. & ibi Felin. numer.* 2. *in* 1. *limit. de reſcript. Put. dec.* 390. *lib.* 1. quia prouiſus vigore clauſularum generalium poteſt eligere viam gratioſæ ſurrogationis, vel viam mandati de ſurrogando, ſed non ſucceſſor, cui primus renunciauit litteris non expeditis, quia ſucceſſor non poteſt declarare voluntatem prædeceſſoris, *Mobed. dec.* 6. *vt lit. pend. & c. l. ſi quis intentione ff. de iud. l. inter ſtipulantem §.* 1. *ff. de verb. oblig. & vtrobique DD. l. idem Pomponius ſcribit §. fin. & ibi Bart. nu.* 1. *ff. de rei vend. l. ſi ſtipulatus fuerim ff. de verb. oblig.* ſubrogatus in
53 omni † iure, & ad omne ius, quod alicui in, & ad eccleſiam competit, non cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem, *l. Pomponius §. quæſitum & l. cum heredes* 1. *reſp. ff. de acq. poſſ.* niſi quando in aliqua parte gratiæ ſit mentio poſſeſſionis, licet ſpecifice id in genere non exprimatur, quia poſſeſſio quæſita eſt ius proximum ipſi beneficio, *c. cum in noſtris de conceſſ. præb. Put. dec.* 220. *lib.* 2. *Rot. dec.* 5. *vt lit. pend. & c. in non. Rot. dec.* 81. *de reſcript. in antiq. Sarn. in reg. de ſubrog. q.* 9. aut verba ſurrogationis ſint valde generalia: *Mobed. dec.* 5. *num.* 5. *de reſtit. ſpol. Rot. dec.* 5. *in fin. vt lit. pend. in non. & c. & dec.* 81. *de reſcript. in antiq. arg. Clem. vnica, & ibi not. per Zab. in* 6. *&* 7. *not. &* 1. *oppoſ. poſt gl. de immun. eccl. & Can.* nec ad
54 litem † excepto quando in narratiua ſit mentio litis, & in diſpoſitiua legitur clauſula, ipſumque in omni iure, & ad omne ius, quod illi quomodolibet competebat &c. *Rot. diuerſ. dec.* 592. *lib.* 3. *part.* 3. *atteſtans de vſu palatij, & abbreuiatorum Sarn. in reg. de triënn. q.* 14. *num.* 3. *& plurib. ſeqq. arg. l. heres meus §.* 1. *&* 2. *ff. de leg.* 3. neque etiam ad ſpolium † niſi quando in narratiua fuit nominatum, 55
licet non in diſpoſitiua, *Achill. deciſ.* 25. *de reſt. ſpol. Rot. diuerſ. d. deciſ.* 592. *ſub num.* 3. *Caput. deciſ.* 227. *part.* 3. *Put. dec.* 375. *lib.* 1. *Sarn. in reg. de triennu. qu. xj. numer.* 14. *verſ. circa vero* 2. *artic. & num. ſeqq.* quia ſurrogato gratioſe quoad poſſeſſionem non competit actio ſpolij, quia nunquam poſſedit, & ex ſurrogatione non competit ei niſi interdictum adipiſcendæ: *Mobed. deciſ.* 21. *de reſtit. ſpol. Iaſ. in l. ſi ſorori ſub nu.* 2. *verſ.* 2 *limita, & ibi Alex. & DD. communiter C. de iur. delib.* quod ſi omnes iſtæ clauſulæ in eadem ſupplicatione fuerunt obtentæ, poterit impetrans expedire ſingulas litteras ſeparatas ex ſingulis huiuſmodi clauſulis, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſurrogationes verſ. clauſula Rot. deciſ.* 387. *part.* 3. *lib.* 3. quia non ſunt ita coniunctæ, quominus ſimul per ſe poſſint conſiſtere, immo ſurrogatus ex dictis huiuſmodi litteris ad partes expeditis, admittitur ad actionem ſpolij, ac poſſeſſionem abſque verificatione litis, etiam quando mentio litis facta eſt in corpore ſeparatim à diſpoſitiua clauſularum; quia clauſulæ, quatenus litigioſum &c. addunt & ampliant gratiam, & nõ reſtringunt, ſecus quando in diſpoſitiua extaret clauſula exprimens litem, quæ intelligitur declarare, & limitare omnia præcedentia, vt dicantur tum conceſſa, ſi tunc adſit lis: *Rot. d. deciſ.* 387. *par.* 3. *lib.* 3. *atteſtans de vſu abbreuiatorum Rot. diuerſ. dec.* 456. *ſub num* 3. *part.* 3. *lib.* 3. *Pan. in c. in noſtra nu.* 5. *& ibi Can. de reſcript. Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ. & alt. gl.* 5. *§.* 9. *numer.* 58. *& ſeqq.* multo † minus 56
cenſetur ſubrogatus ad fructus, etiamſi in gratia fiat mentio litis, & ſequeſtri fructuum, *Put. deciſ.* 220. *lib.* 2. *l. fructus & l. ex diuerſo in princ. & §.* 1. *ff. de rei vendic.* quia fructus non ſunt ius in eccleſia, vel ad eccleſiam, ſed penitus quid diuerſum, veniuntque in condemnationem acceſſorie, & lite pendente poſſunt alienari propter commodum poſſeſſionis, *§. retinendæ Inſtit. de interd.* niſi mota ſit etiam lis ſuper fructibus, & data ſit ſubrogatio in lite, *Bellam. deciſ.* 366. *l. fin. & l. emptori C. de hered. vel act. vend. l. qui ſi ij familias ff. eod. tit. & melior eſt tex. in l.* 2. *§. non ſolum, verſ. ſed etſi nouauerit ff. eod. tit.* aut lis expreſſe pendeat ſuper ſpolio, & ſubrogatio facta ſit quoad poſſeſſionem & ſpolium: *Rot. diuerſ. deciſ.* 807. *num.* 2. *part.* 1. *Put. deciſ.*

Digitized by Google

159. *libr.* 3. *l. ædiles* 1. §. *item ſciendum eſt, ff. de ædilit. edict. &c.* item non cenſetur ſubrogatus ad exce-
57 ptionem † de regula triennali in iudicio deductam, quia in ſubrogato deficit qualitas, quæ erat in eo cui fuit ſubrogatus: *l. parabolam & ibi Bald. C. de epiſc. & cler. Bart. in l. 2. nu. 4. C. de prapoſ. agen. in reb. lib.* 12. *Mohed. dec.* 2. *de cauſ. poſſ. & propr.* eadem ratione ſubrogatus in ius petitoris prædefuncti, pro quo lata fuit ſententia in Curia contra poſſeſſorem, ſed non decretum fuit ſequeſtrum, non poteſt petere ſequeſtrum decerni, *Caſ. deciſ.* 5. *de ſequeſt. poſſ. & fruct. Zab. conſ.* 145. *num.* 3. & 4. ob defectum qualitatis, quia iura ſubrogari non ſunt diſcuſſa ſicut prædefuncti: *Zab. in Clem.* 1. *de ſequeſt. poſſ. & fruct. ſub num.* 13. *verſ. & ex his colli-*
58 *gitur*, In gratioſa ſurrogatione † non admittitur exceptio defectus dominij, *Card. Zeraph. deciſ.* 596 *in fin. Bald. in rub. de cauſ. poſſ. & propr. ſub num.* 13. *in fin. verſ. & nota quod edictum & num* 14. *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. part.* 6. *declar.* 5. *numer.* 5. *& ſeq.* niſi incontinenti de eo doceatur: *Bart. in l. fin.* §. *ſin autem aliquis numer.* 21. *C. de edict. D. Adr. toll. Put. deciſ.* 7. *de cauſ. poſſ. & propr.* de non verificatis narratis, aut aliæ ſimiles, quæ reſpiciunt petitorium, *Put. deciſ.* 484. *lib.* 2. *l.* 1. §. *huius autem interdicti ff. vti poſſid. l. is qui deſtinauit ff. de rei vendic.* ſed admittitur exceptio ſimilis ſurrogationis in ius eiuſdem prædefuncti, & tunc proceditur ordinarie per tres conformes, *Bart. in d. l. fin.* §. *ſin autem aliquis ſub numer.* 21. *C. de edict. D. Adr. toll. Mohed. deciſ.* 5. *vt lit. pend. &c.* etiamſi alter præter bullas ſurrogationis haberet breue de immittendo in poſſeſſionem cum clauſula, amoto &c. *Put. dec.* 1. *de cauſ. poſſ. & propr. Put. deciſ.* 294. *lib.* 1. *Bart. in l. fin.* §. *ſin autem numer.* 20. & 21. *C. de edict. Diu. Adrian. toll. & ibi DD per illum tex.* Quando quis ſurrogatus eſt ad proſecutionem executorialium iam intimatarum, proceditur ad declaratoriam abſque noua perſonali earumdem intimatione, quia facta prima intimatione ad inſtantiam defuncti, lapſo termino dato ad parendum, aduerſarius incidit in cenſuras; vnde non tractatur de incurſu cenſurarum, ſed tantum de declaratoria earum, quæ ferri poteſt abſque citatione, ſed requiritur intimatio ſurrogationis, quam ſufficit procuratori, ſi aduerſarius eum habet in Curia, intimare: *Put. dec.* 324. *lib.* 1. Surrogatio non da-
59 tur † intruſo, *Regul. Canc.* 28. *de ſurrog. collit.* niſi poſſeſſionem dimittat, antequam petat ſe in ius alterius ſurrogari, *Reb. in prax. in* 2. *part. in reg. Canc. de ſubrog. collit. in verb. dummodo præfatus collitigans numer.* 25. Intruſus eſt, qui abſque titulo eius, qui dare poteſt, tenet beneficium, & eſt in mala fide; *Rot. deciſ.* 13. *de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. Felin. in c. veniens in* 2. *not. vbi ponit* 8. *modos intruſionis de accuſ. & ibi DD.* tamen ſufficit petenti ſurrogationem in ius prędefuncti probare ſe collationem obtinuiſſe à ſuperiore, licet de facto, & non de iure: *Bellam. deciſ.* 116. *arg. l. vbi autem non apparet* §. *fin. & ibi gloſſ. fin. ff. de verb. oblig.* §. *ſic itaque diſcretis, & ibi gloſſ. ord. & ſylueſt. in verb. mag. de action.* Neque ei qui ſuper beneficio contra aduerſarium ſuum, poſtquam illud per triennium pacifice poſſedit, litem mouit, *d. regul. Cancell.* 28. improbove litigatori: *l.* 1. §. 1. *ff. de litig. Caſſad. dec.* 7. *de dol. & contum. & deciſ.* 5. *numer.* 3. *vt litt. pend. &c. Franc. in c.* 1. *in princ. eod. in* 6. ſed improbus dici nequit, quamdiu ius ſuum iuſtificare poteſt; *l. qui non probaſſe C. de calumniat Greg.* 15. *deciſ.* 125. *num.* 3. *& ſeqq. l. athletas* §. *calumniator & ibi gloſſ. in verb. ex vtraque parte, & Bart. numer.* 3. & 4. *ff. de his, qui not. infam. Felin. in cap.* 2. *numer.* 4 *& ſeqq. & num.* 10. *in fin. de calumn. Greg.* 15. *dec.* 426. *num.* 8. *& ibi annot.* ideoq; in ſurrogatione additur clauſula. Quatenus vera ſit lis, *l. in ſumma verſ. ſin autem euidens calumnia ff. de condit. indeb.* ſufficitque cauſam litigandi eſſe probabilem, aut coloratum: *Greg.* 15. *deciſ.* 27. *num.* 7. *& ſeqq. l. qui in ius* §. *nemo l. non poteſt videri improbus ff. de reg. iur. l. cum queu & ibi gloſſ.* 1. *& DD. ff. de iud.* nec agenti ad priuationem de crimine, *Sarn. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt.* 7. ſiue priuandus ſit per ſententiam, ſiue ipſo iure ſit priuatus, *Sarn. in reg. de ſubrog. collit. quæſt.* 7. *poſt princ. contra gloſſatorem in d. reg. pag.* 3. *verſ. aliqui curioſi*, quia non eſt cauſa beneficialis, *c. fin. & ibi gloſſ. in verb. finita & Can. vt lit. pend. &c. in* 6. niſi poſt primam priuationis ſententiam, *Sarn. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt.* 7. *numer.* 6. *verſ. hinc eſt quod etc. Staphyl. de ſign. litt. iuſt.* §. *vltimo quoad num.* 16. *Greg.* 18. *deciſ.* 426. *numer.* 9. *et* 10. quia ſurrogatio non datur ad beneficium vacaturum, ſed poſtquam vacat: *cap.* 2. *de conceſſ. præb.* Eadem ratione in iure ad rem non datur ſurrogatio, quia beneficium non vacat per obitum habentis ius ad beneficium, *Vital. in clem.* 1. *n.* 47. *et ſeqq. vt lit. pend. &c. poſt gl. in verb. collato Rot. deciſ. fin. de elect. in nou. Card. Seraph. deciſ.* 596. *numer.* 4. *dicens illud eſſe controuerſum.*

Dubitari

Digitized by Google

60 Dubitari cõtingit, an excludantur † à ſurro-
gatione impetrantes beneficia vacantia per aſſe-
cutionem pacificam, ſiue ob non dimiſſionem
plurium incompatibilium beneficiorum, Mand.
in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 6. proponit hanc
quæſtionem in terminis generalibus, An regula
excludat à ſubrogatione impetrantes beneficia
quorumcumque viuentium, quam diſputat in
vtramque partem, & non decidit, Equidem in
caſu propoſito, puto impetrantibus beneficia
vacantia per aſſecutionem alterius incompati-
bilis, dandam eſſe ſubrogationem: primo quia
cauſa eſt beneficialis, nam impetrans habet ius
non ſolum ad beneficium, ſed in beneficio, & ad-
uerſarium petit à beneficij incompatibilis deten-
tione remouere, & illud ſibi aſſignari, quod di-
cit ad ſe ſpectare, *c. fin. & ibi gl. fin. in verbo finita in
fin. & Can. vt lit. pend. &c. in 6. c. olim de præſcr. & ibi
Can. Pariſ. de reſign. lib. 3. quæſt. 1. nu. 5. & ſeqq. Alſ.
Hoieda de benef. incompat. part. 1. cap. 13. n. 59. & ſeqq.
dicens non requiri declaratoriam.* Secundo, quia
Concilium Tridentinum tollit præſumptã diſ-
penſationem inſurgentem ex poſſeſſione trien-
nali, tum ex inducta geminata priuatione ipſo
iure: *c. 4. ibi, iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem
ipſo iure etiam præſentis canonis vigore priuatus exiſtat,
ſeſſ. 7.* tum ex decreto, quod fructus tuta conſciẽ-
tia non retineat, *c. cum eccleſiaſticus §. illi vero in fin.
ſeſſ. 24. c. dudum el 2. in princ. de elect. ibi Pan. in 5. not.
& Can. Rot. diuerſ. deciſ. 24. parte 2.* Tertio, quia
fructus non poſſunt, aut debent obtinenti plura
incompatibilia ſolui, *gl. fin. in c. ex inſinuatione de
procur. & ibi Can. Rot. deciſ. 1. nu. 5. de reſtit. ſpoliat. in
nou. Hoied. de benef. incomp. part. 1. cap. 13. numer. 6.
Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur n. 365. et ſeqq.*
etiam ante ſententiam declaratoriam, *Anch. in c.
ad apoſtolicæ in 20. not. de ſent. & re iud.* Quarto,
quia per aſſecutionem pacificam ſecundi incom-
patibilis quis ipſo iure amittit titulum, & poſſeſ-
ſionem primi ſimilis, *Extrauag. Io. 22. Execrabilis
§. qui vero deinceps & ibi gl. in verbo ipſo iure, & verbo
dimittere hoc tit. c. ordinarij, & ibi glo. in verbo libere,
Archid. n. 3. & Can. de off. ord. in 6. c. de multa hoc tit.
c. cum qui eod. tit. in 6. c. dudum el 2. in princ. verſ. in
ſua quoque ibi, nullat. pertineret de elect. & ibi Pan.
in 6. not.* & ideo non poteſt illud reſignare, *Pariſ.
de reſign. libr. 3. quæſt. 1. n. 50. & ſeqq.* Quinto quia
de ſtylo impetrantibus certo modo per priua-
tionem, denegantur gratiæ, ſi neutri, & ſurroga-
tionis, quia perſona ſolum propter crimen eſt
litigioſa, *gl. in c. 2. in verbo finita, verſ. pone enim quod
clericus, & Can. vt lit. pend. &c. in 6. Quint. Mandoſ. in
tract. de ſign. grat. tit. priuationes col. 8. verſ. in priua-
tionibus.* ac beneficium, antequam aduerſarius eo
priuetur, non vacat, ac impetranti nullum ad be-
neficium ius quæſitum eſt, niſi conditionaliter,
ſiue in certum euentum, ſi de crimine conſtiterit,
*Quint. Mandoſ. in tract. de ſign. grat. tit. priuationes in
princ. Gemin. conſ. 105. dicens quod lite pendente non
poſſit per epiſcopum rem accuſato diſpenſari.* & accu-
ſatus pendente accuſatione poteſt illud renun-
ciare, *c. dudum el 2. de elect. in fin. c. per tuas el 1. in fin.
de ſimon. Pariſ. de reſcript. libro 3. quæſt. 16. per totam.*
in impetratione propter aſſecutionem alterius
ſecundi incompatibilis, perſona non ſit litigioſa,
ſed ipſum beneficium ex deductis ſupra: verum
Dataria apoſtolica impetrantibus per aſſecutio-
nem, & incompatibilitatem denegat ſubroga-
tionem, quia reputat hos & ſimiles titulos piſca-
torios. Impetratur ſurrogatio † à ſolo Papa, ordi- 61
narius non poteſt aliquem ſurrogare in locum
cedentis, vel decedentis lite pendente, *c. 2. & ibi
Franc. in 2. not. & DD. communiter vt lit. pend. &c.
in 6.* & prouiſus ab ordinario contra formam, &
decretum irritans d. c. 2. *vt lit. pend. in 6.* eſt re-
mouendus de facto à poſſeſſione, *Rot. deciſ. 3. de
reſtit. ſpoliat. in nou. Caſſad. deciſ. 9. nu. 4. de cauſ. poſſ.
& propr. Rot. deciſ. 5. vt lit. pend. &c. in antiq. c. vt no-
ſtrum de appell. c. ſi eo tempore de elect. in 6. Inn. in c. ex
parte de reſtit. ſpoliat. Gemin. in c. ſtatutum in fin. hoc
tit. in 6.* An in ſurrogatione debeat exprimi men-
ſis iuxta regul. Cancell. *de menſib. & altern. vide
Gonzal. in dicta Regul. gl. 32. num. 40. in fin.* Præte-
rea quando conſtat † de reſeruatione beneficij, 62
ita quod manus ordinarij fuerint ligatæ, vt proui-
dere non potuerit, obſtante reſeruatione ſolet
concedi gratioſa ſurrogatio in ius, ac poſſeſſio-
nem defuncti, ac verificata reſeruatione, poſſeſ-
ſione defuncti, & clericatu ſubrogati abſque alia
verificatione, ſtatim conceditur mandatum de
immittendo in poſſeſſionem dicti beneficij pro-
uiſo, ſiue ſubrogato, quia nulli fit iniuria ex quo
nullus præter Papam poterit tale beneficium cõ-
ferre, *Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern.
§. 7. proœm. num. 211. & ſeqq. Puteus deciſ. 484. lib. 2.
Mohed. dec. xj. vt lit. pend. &c.*

Primatiæ preces † conceduntur à ſummo 63
Pontifice Imperatori poſt præſtitum iuramen-

tum, c. tibi 63. diſtinct. quæ non dant Imperatori
collationem, ſed poteſtatem faciendi recipi v-
num in qualibet eccleſia Allemanniæ, & depu-
tandi executores ad prouidendum & compel-
lendum, Put. deciſ. 413. lib. 2. vnde ſolent dici tales
recepti ad primarias preces Imperatoris, ſpec. hoc
tit. §. reſtat. num. 7. Ioan. Andr. in c. ii cui hoc tit. in 6.
nu. 1. Franc. Marc. quæſt. 1022. parte 1. non ſolum in
menſibus ſedis Apoſtolicæ, ſed in quibuſuis et-
iam ordinarijs collatoribus per conſtitutiones
alternatiuas, priuilegia, indulta, quacunque con-
ceſſis & alijs quibus vis menſibus quæ generali-
tas determinat ſpecies emanatas videlicet con-
ſtitutiones alternatiuas priuilegia, illaque am-
pliat, l. quoties C. famil. hercisc. l. legatores §. fin. ff.
64 de leg. 2. Sed non extendit ſe † ad concordata
Germaniæ, id eſt, ad menſes per eadem concor-
data ordinarijs collatoribus conceſſos, quæ ſunt
diuerſi generis, Clem. 1. hoc tit. & ibi Panorm. nu. 8.
Zab. in §. adhæc n. 1. & Can. ac inita fuerunt inter
Romanam Eccleſiam, & nationem Germani-
cam pro pace, & tranquillitate confirmandis,
Bald. in l. fin. in fin. De tranſact. Bald. in l. digna vox
in fin. C. de legib. & ibi Add. Ioan. de Anan. in c. fin. n. 14.
ne prælat. vic. ſuas &c. Auth. de defenſ. Ciuit. §. iuſiuran-
dum & ibi gloſſ. in verbo iuriſdictione in fin. & DD.
etiamſi dicta generalitas ſit geminata, l. Caius ff.
de leg. 2. l. ſi mihi Mauia ff. de leg. 3. & ibi glo. alleg. con-
cord. l. cui dulcia §. fin ff. de vin trit. & ol. leg. Put. in ſi-
mili deciſ. 20 lib. 3. quia conceſſio primariarum
precum eſt gratia ad vacatura, & reſtringibilis,
d. Clem. 1. & ibi gloſſ in verbo quamuis, Anch. num 12.
Socin. ſen. in l. quidam relegatus nu. 10. ff. de reb. dub.
iuncto c. quamuis el 1. in princ. hoc tit. in 6. & c. ſuſce-
ptum, & ibi not. de reſcript. in 6. & conceditur ad
ſupplicationem Imperatoris, l. 1. C. de petit. bon ſub
lib. 10. Gemin. deciſ. 65. nu. 31. c. ſi motu, & ibi Can.
hoc tit. in 6. tum quia clauſula generalis nunquam
includit maiora expreſſis, Clem. non poteſt de procur.
c. ſedes de reſcript. Gemin. in c. cum in illis §. cum autem,
& ibi Franc. numer. 2. & Can. hoc titul. in 6. & talem
eſſe ſummorum Pontificum voluntatem decla-
rat clauſula immediate ſubſequens, & quæ per-
ſonæ pro quibus preces, & nominationes huiuſ-
modi factæ fuerint, quatenus huiuſmodi preces
ad illa ſe extendant, duxerint acceptanda, dictio
enim, quatenus, eſt limitatiua, c. placet. de conuerſ.
coniug. l. ſtichum qui meus erit ff. de leg 1. l. ſi quis credi-
derit ff. de pact. Dec. conſ. 382. n. 2. & ſtat conditio-
naliter, Bart. in l. 1. nu. 20. ff. de condit. & demonſtr.
Hæc facit quod in non obſtantijs indulti precum
legatur expreſſa derogatio cōcordatorum, quia
hæ clauſulæ, non tollunt ius alteri quæſitum,
Clem. 1. in fin. hoc tit. Rot. dec. 35. n. xj. hoc tit. in antiq.
plures cumulant. neque ampliant indultum Bald. in
l. eam quam n. 36. in fin. C. de fideic. d. Clem. 1. in fin. &
ibi Can. Pan. in c. cū noſtris n. 2. de conceſſ. præb. Caput.
deciſ. 83. num. 3. part. 1. & ex verbis ſubſequentibus,
ad quorum ſolemnitatem, formam &c. ſeu ob-
ſeruantiam habentes preces minime teneantur,
intelligitur quod ſummus Pontifex derogauerit
concordatis in ſui præiudicium, quia præciſtæ
non expediunt Bullas, nec ſoluunt annatas iuxta
tenorem concordatorum, l. fin. & ibi not. ff de conſt.
Princip. c. olim de verbo ſignif. & ibi poſt gl. Can. c. cum
dilectus in fin. de donat. & ibi Can. & clauſula reuo-
catoria reuocat eatenus, quatenus repugnantia
reperitur, l. fin. & ibi Bald. n. 3. C. de lat. liber. toll. &c.
& quod ſummi Pontifices † non cogitauerint 65
concordatis derogare in præiudicium ordina-
riorum collatorum, probatur ex eo, quia dictæ
derogationi nunquam ſuppoſuerunt clauſulam
inhibitoriam, ne ipſi ad prouiſiones faciendas
accedant, c. ſi eo tempore de elect. in 6. & ibi poſt gloſſ.
in verbo prouiſionem Can. facit c. dudū in fin. de decim.
aut decretum irritans ordinariorum collationes,
c. ſi ſoli de conceſſ. præb. in 6. c. tibi §. quinimo de reſcr.
in 6. quodque verba priuilegij non ſunt interpre-
tanda in alterius præiudicium, c. cum olim in fin.
de conſuet. & ibi glo. & Can. l. 2. §. ſi quis à principe ff.
ne quid in loc. publ. l. ſi cui ff. de ſeruit. & ex clauſula
concordatorum & durabit deinceps, niſi in fu-
turo Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter
fuerit ordinatum, Rom. conſ. 436. num. 16. & ſeqq.
Ex eiſdem rationibus cenſeo non eſſe derogatū
concordatis Leodienſibus, quæ ſunt concordatis
Germaniæ fauorabiliora, Caſſad. deciſ. 7. ſub nu. 4.
ſuper regul. Cancell. nam conceſſa fuerunt per viam
contractus, c. ex multiplici de decim. c. veniens & ibi
de tranſact. & ex cauſa bene meritorum, Lariſt. l.
hoc iure §. 1. & fin. ff. de donat. & ideo videntur irre-
uocabilia, l. ſi Pater §. fin. ff. de donat. Rom. conſ. 298.
num. 4. Rom. ſing. 520. donatio, & fuſius in l ſi vero §.
de viro n. 46. ff. de ſolut. matr. Imperator habet † ius 66
primariarum precum auctoritate apoſtolica, Rot.
deciſ. 15. hoc tit. in antiquiore ſpec. tit. de præb. §. reſtat.
num. 7. Gaill. obſeru. 155. n. 6. & ſeq. lib. 2. late Reſtaur.
Caſtald. de imp. quæſt 100. n. 14. ad beneficia etiam
reſeruata,

reſeruata, non tamen ad maiores dignitates poſt pontificalem, aut principales in Collegiatis, vel ad deuoluta, ſeu litigioſa, *conſtat ex tenore indulti precum per Paulum 5. conceſſi Ferdinan. 2. Imperatori.* quæ preciſtæ, ſiue nominati intra menſem, *Clem. 1. §. ſecus, & ibi gl. in verbo intra menſem, & Can. hoc tit. Felin. in c. cum ex officij n. 36. verſ. & tu pondera de praeſcr. Caſſad. deciſ. 1. n. 2. de decret. in reſcru.* duxerint acceptanda, *Anch. in Clem. vnica n. 6. de conceſſ. præb. Caſſad. deciſ. 2. de decret. in reſcr. Put. deciſ. 230 lib. 1. & 408. l. 2. Mohed. deciſ. 10. de conceſſ. præb. Caputaq. deciſ. 35. part. 2.* cum decreto irritanti, ita quod inſinuatio precum, facta collatoribus, *c. ſi capitulo & ibi gl. in verbo capitulo Franc. n. 6. de conceſſ. præb. in 6.* & beneficij vacantis acceptatio, in præſentia idoneorum teſtium etiam ſine præſentia, & collatione executorum impediant collationem alteri faciendam, *cap. 1. circa finem, & ibi gloſſ. in verbo acceptaret, de conceſſ. præb. in 6. & Franc. & Anchar. Clem. 1. § ſecus, & ibi gloſſ. in verbo executorem, de conceſſ. præb. cap. fin. & ibi gloſſ. in verbo prouideret de præbend.* & ſi primus, & ſecundus preciſta in data acceptauerint infra menſem, collatio facta ſecundo eſt irrita propter acceptationem primi, *Roc. deciſ. 21. & 24. de conceſſ. præb. in antiq. & deciſ. 14. hoc tit. in antiquior. c. quodam hoc tit. in 6.* Diſpenſa-

67 tio, & habilitas † nominati, ſeu preciſtæ non requiritur tempore datæ gratiæ precum, ſed ſufficit habilitatem, & diſpenſationem preciſtę adeſſe tempore vacationis, quia non agitur de ſurreptione gratiæ, *Creſc. deciſ. xj. de conceſſ. præb. per text. in c. ei cui hoc tit. in 6. cum gl. in verbo nondum Gemin. & Can. Pan. in c. dilectus ele. numer. 9. & 11. hoc tit.* Non habent locum in Italia, aut in Ducatu Mediolanenſi, *Creſc. deciſ. 3. hoc tit. atteſtans de vſu & ſtylo.* & ſummus Pontifex nō ſolet illis derogare, *Mohed. deciſ. 23. n. 4. hoc tit. c. 2. & ibi Gemin. ſub n. 12. & Can. communiter hoc tit. in 6.* ſæcularis receptus ad primarias preces in beneficio regulari habet titulum coloratum, *Achill. deciſ. 9. de reſtit. ſpoliat. Felin. in c. in noſtra ſub 40. corollario verſ. ſexto nota, quod ſi regularis de reſcript. arg. c. cum noſtris de conceſſ. præb.* In reliquis inſpiciendus eſt tenor indulti precum, quia ſummi Pontifices ſub diuerſis formis huiuſmodi primarias preces Imperatoribus conceſſerunt, earumque tenor pendet ex mera, & gratioſa voluntate ſummorum Pontificum, vt earum impetratio, & conceſſio quaſi impoſſibilis reputetur, *l. idem Iulianus §. fin. ff. de leg. 1. & ibi DD. l. continuus §. cum quis, & ibi gl. in verbo illicita ſunt, & DD. ff. de verb. oblig. faciunt not. per Innoc. in c. filius in verbo teneantur de teſtam. facit l. Lucius Titius ff. de euiction. Panorm. in c. quod Dei timorem num. 8. de ſtat. Monach.* Valida quoque eſt conſuetudo, quod epiſcopus in eius iucundo aduentu poſſit creare canonicum in qualibet eccleſia ſuæ Ciuitatis, & Diœceſis, *Rot. dec. 11. de conſuetud. in antiq. Franc. Marc. 1023. n. 9. part. 1.*

Indulgentia, † ſiue tollerantia ſedis apoſtolicæ habent ius conferendi præbendas, & alia beneficia eccleſiaſtica, exceptis parochialibus eccleſijs, in pluribus Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus Eccleſijs, quando vacant, & temporalia ſunt ſub eorū manu, Rex Franciæ, *Franc. Marc. deciſ. 90. n. 6. & 7 part. 1. & deciſ. 44. n. 12. part. 2. & deciſ. 1022. nu. 10. & ſeq. part. 1.* Reges Vngariæ, & Angliæ, *Bald. in l. reſcripta ſub nu. 8 verſ. item committit ſpiritualia mero laico C de prec. Imp. off. Oldrad. conſ. 1. ſub num. 5. late Reſt. Caſt. de Imper. quaeſt. 100. Achill cap. 2. Paulo ante finem hoc tit. in 6.* ac Apuliæ, *gloſſ. 1. in fin. in ſumma 16. quaeſt. 7.* præterea Delphinus, *Franc. Marc. d. deciſ. 90. in princ. part. 1. & deciſ. 44. in princ. part. 2.* etiamſi contingat dicta beneficia vacare in Curia Romana, *Anchar. in c. 2. in 5. quaeſt. hoc tit. in 6. & ibi Gemin. & Can.* non tamen conferendo tribuunt aliquod ius ſpirituale, ſed inueſtitus conſequitur ius ſpirituale à confirmatore, vel alio miniſtro Eccleſiaſtico, *Clem. 1. §. ſecus, & ibi Vital. numer. 67. & ſeqq. de conceſſ. præbend.* 68

Alternatiua † à ſummo Pontifice conceditur Epiſcopis, & ſuperioribus Prælatis, quamdiu apud eccleſias, & diœceſes ſuas verè & perſonaliter reſederint dumtaxat, quæ reſidentia probanda eſt *Gonzal. ſuper regul. de menſ. & altern. gloſſ. 43 numer. 161. & plurib. ſeqq. Garc. de benef. par. 5. cap. 1. num. 502. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 70. & deciſ. 94. & ibi annot. num. xj. & deciſ. 163.* de tempore vacationis beneficij, *Greg. 15. deciſ. 239. in princ. & in fin.* de omnibus, & quibuſcumque beneficijs ad liberam ipſorum dumtaxat diſpoſitionem pertinentibus, *Greg. xv. deciſ. 95. & deciſ. 103. num. 4. & ſeqq. & dec. 314. numer. 3. & ibi annot. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 45. num. 1. & ſeqq. Garc. de benef. part. 5. cap. 1. num. 574. & ſeqq.* quæ in menſibus Februarij &c. extra Curiam ipſam vacare contigerit, dummodo alias reſeruata, vel affecta non fuerint, poſtquam acceptauerint gratiam alter- 69

Digitized by Google

natiuæ per literas patentes manu propria ſubſcri-
ptas ſuoque ſigillo munitas, & in ſua ciuitate, vel
diœceſi datas, quas ad Datarinm ſuæ ſanctitatis
tranſmittere tenentur, quibus ab eo receptis, &
recognitis tunc demum, & non antea vtuntur
gratia ſupradicta, vt latius ſtatuitur in reg. 8. Can-
cell. §. inſuper cum decreto irritanti, quæ non requi-
rit litterarum expeditionem, prout Stylus anti-
quus requirebat, quando alternatiua impetraba-
tur per ſupplicationem, Put. deciſ. 387. lib. 3. Mo-
hed. deciſ. 3. de reſcr. & deciſ. 18. num. 1. hoc tit. Caſſad.
deciſ. 2. num. 3. & ſeqq. de reſt. ſpol. arg. c. ſuper eo 2. in
fin. de appell. gloſſ. in Clem. 1. in verb. receptis de procur.
iuncto c. licet, & ibi not. per Pan. numer. 3. & Felin. &
Can. de off. ordin. nec eſt ſublatio ſimplex obſtacu-
lorum; Fel. in c. cum ex officij numer. 6. & ibi Pan. de
præſcr. ſed dantur epiſcopis duo menſes ex men-
ſibus Papæ, ac etiam conceditur aliquid, quod
iure communi eis non competit, quia Papa eſt
ordinarius totius mundi, habens poteſtatem cō-
ferendi omnia beneficia, dictum eſt ſupra in 4. modo
prouiſiuo, & per alternatiuam coarctatur, ita quod
gratiæ conceſſæ à Papa ſint nullæ, ſtante decreto
irritante ſuper conceſſa, & acceptata alternatiua;
c. quodam, & ibi Franc. in 2. not. & Gem. & Can. hoc
tit. in 6. Rot. diuerſ. dec. 106. num. 2. & 3. par. 1. Mo-
hed. dec. 21. hoc tit. in princ. & num. 1. & in terminis
alternat. deciſ. 1. in fin. de conceſſ. præb. Put. deciſ. 387.
ſub num. 1. lib. 3. quod operatur reſpectu proprie-
tatis, & non inficit poſſeſſionem, quia alternati-
ua non eſt prouiſio de aliquo beneficio, ſed fa-
cultas prouidēdi cum remotione obſtaculorum,
Caſſad. deciſ. 2. num. 3. & 4. de reſtit. ſpol. Felin. in c.
cum ex officij, ante num. 37. verſ. quid autem ſi epiſcopus
70 de præſcript. Non comprehenditur ſub † generali
reuocatione, quando agitur de totali eius reuo-
catione, quia alternatiua eſt fauorabilis, niſi fiat
de alternatiua mentio ſpecialis, Mohed. deciſ. 1. de
conceſſ. præb. l. item apud §. hoc edictum ff. de iniur. c.
quamuis §. quamquam hoc tit. in 6. An autem com-
prehendatur ſub generali reuocatione, quando
effectus alternatiuæ ſuſpenditur pro ea vice, variè
obſeruatum fuit in Rota. Mohed. d. deciſ. 1. de con-
ceſſ. præb. decidit comprehendi, & derogatum
cenſeri alternatiuæ, quia eſt gratia, quæ tollitur,
& ſuſpenditur per clauſulas generales derogan-
tes indultis, non obſtantibus quibuſcumque pri-
uilegijs, indultis, prærogatiuis, & literis Apoſto-
licis &c. Contrarium deciſum fuiſſe atteſtatur
Put. deciſ. 212. & 215. lib. 1. quia licet alternatiua
poſſit dici priuilegium, ſeu indultum, tamē nun-
quam ſub verbis generalibus de priuilegijs, & in-
dultis cenſetur derogatum priuilegijs de confe-
rendo, aut alternatiuis, tum etiam quia alterna-
tiua hodie datur per regulam Cancellariæ, & de-
rogatio regularum Cancellariæ non venit ſub
verbis generalibus, non obſtantibus, Caſſad. deciſ.
38. numer. xj. ſuper reg. Cancell. Mandoſ. in reg. 19. re-
ſeru. quæſt. 19. ſub num. 1. attentis decreto irritanti
appoſito in dicta regula 8. Cancellariæ, Rom. conſ.
488. in fin. Rot. diuerſ. deciſ. 2057. num. 1. part. 3. lib. 3.
Styloque palatij, & Cancellariæ, quo receptum
eſt, vt nunquam cenſeatur derogatum regulis
Cancellariæ, niſi tenor regulæ de verbo ad ver-
bum in principio litterarū prænarretur; & poſtea
in non obſtantijs ponatur, non obſtante volun-
tate noſtra priori, & ordinationibus præmiſſis,
arg. Clem. 1. hoc tit. Mandoſ. de ſignat. grat. titul. dero-
gatione regularum, verſ. penult. & fin. Sarn. in proœm.
regul. Cancell. q. 6. num. 13. & ibi ſuſius ſub numer. 16.
Epiſcopus habens alternatiuam † ſi poſtea obti- 71
net à ſummo Pontifice indultum conferendi in
omnibus menſibus, & conferat aliquod benefi-
cium vigore indulti, non videtur renunciare al-
ternatiuæ, quia priuilegium ſecundum nunquam
tollit primum, niſi priuilegia ſint inter ſe contra-
ria, Butr. in c. accedentibus ſub nu. 8. verſ. per prædicta
conclude de priuil. & ibi Can. Caput. deciſ. 309. part. 1.
Priuantur Epiſcopi † alternatiua ipſo facto in tri- 72
bus caſibus expreſſis in regula Cancell. 8. reſer-
uatio menſium Apoſtolicorum, §. ac etiam vo-
luit, De reliquis dubijs circa alternatiuam vide
Garc. de benef. part. 5. cap. 1. §. 12. Gonzal. ſuper
regulas Cancellariæ de menſib. & altern. à gloſſ.
41. & omnibus alijs gloſſ. ſeqq. vſque ad finem.
Ius nominandi † ſiue nominatio competit 73
Collegio, & fit ſine ſolemnitate, aliquando de
vno, plerumque de duobus, aut pluribus etiam
alternatiue, Ioan. Andr. in c. 2. in princ. de elect. in 6.
Innoc. in c. 60. mem. el. 1. num. 1. de poſtul. Prælat. &
Papa, vel ſuperior poſtea eligit, cap. Archidiaconum
85. diſt. gl. fin. in c. bona mem. el 1. & ibi Butr. in fin. de
poſtul. præl. pulchre Panorm. in c. quod ſunt §. ſuper eo
num. 1. de elect. à qua non licet reſilire, poſtquam
ſuperiori eſt præſentata, & per eam nominato ius
acquiritur, l. contra Sanctorum 16. quæſt. fin. cap. pla-
cuit 72. diſt. c. dilectiſſimo 8. quæſt. 2. c. ei cui §. item ſi
propr. infirmitatem 2. quæſt. 6. nominationes vero
libellis

libellis vel edoctis factæ contra Conſilium pu-
blicum non valent, à quibus nec appellare neceſ-
ſe eſt, c. ei qui appellat §. nominationes 2. q. 6. & ibi gl.
74 & Can. Præterea conceſſa fuit † nominatio ad
vacantes Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abba-
tias, vel Prioratus Conuentuales (in quibus an-
tea ſeruanda erat forma c. quia propter de elect.)
Regibus Hiſpaniæ, Franciæ, Poloniæ, & alijs
Principibus, in qua ſeruandus eſt tenor priuilegij,
& conceſſionis, c. porro de priuil. c. ad audientiam de
decim. In Germania libera eſt Prælatorum ele-
75 ctio. Sunt & aliæ nominationes † quæ ex priui-
legio Apoſtolico conceduntur ab vniuerſitati-
bus graduatis, & debito modo qualificatis, vt
eiſdem prouideatur, de quibus late Rebuff. in
tract. nominationum, in quibus eſt ſeruanda forma
in priuilegio præſcripta d. c. porro d. c. ad audientiam
idem obſeruandum eſt in nominationibus, quæ
76 fiunt † in vim ſtatuti, vel conſuetudinis. In dubio
quando nominatio fieri poteſt ex pluribus facul-
tatibus, nominans non cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad
vnam, ſed cenſetur nominatio facta, prout me-
lius expedit nominanti: Caſar. deciſ. 1. de elect. Pan.
in c. cum ſuper num. 12. & ibi Felin. ſub num. 15. verſ.
modo, & num. 6. & plurib. ſeqq. & Can. communiter
de off. deleg. nominatus ab eligente videtur nomi-
natus à committente, ſeu conferente electionem
l. item eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſ.
& c. l. 1. §. magiſtrum el 2. ff. de extr. l. vnum ex fami-
lia §. ſi de falcid. ff. de leg. 2.

77 Indultum de conferendo, † ſolet ſummus Pō-
tifex concedere Cardinalibus, ac alijs beneme-
ritis obtinentibus Cathedrales eccleſias, & Ab-
batias, vt de omnibus beneficijs ad eorum col-
lationem, inſtitutionem, ſiue quamuis aliam di-
ſpoſitionem pertinentibus libere diſponant, pe-
rinde ac ſi reſeruationes, expectatiuæ &c. non e-
manaſſent, cuius tenor eſt inſpiciendus; c. porro
de priuil. c. ad audientiam de decim. in eo tantum ſo-
lent excipi beneficia vacantia per reſignationem.
Mobed. deciſ. 10. circa fin. de priuil. arg. c. ſuſceptum in
2. reſp. de reſcr. in 6. & ibi gl. in verb. cum morte Io.
Andr. nu. 2. 3. & 4. & Can. gl. in c. quamuis 2. in verb.
cedentium &c. hoc tit. in 6. faciunt not. in c. ſunt de
verb. ſignif. in 6. In dubio contra concedentem eſt
78 latiſſime † interpretandum, c. cum dilectus de con-
ſuet. clem. ſi de beneficio hoc tit. & ibi gl. & Can. Felin.
in c. cauſam quæ num. 12. & ſeq. plures cumulans de re-
ſcript. ſed non extendendum ad ſpecialiter reſer-
uata Papæ, vt poſſint admittere reſignationem in
fauorem, Put. deciſ. 12. de priuil. c. cum pridem de pact.
c. ex parte, & ibi Pan. num. 4. & Can. de off. deleg. c. a-
poſtolici & ibi gl. 1. in fin. 8. quæſt. 1. dictum eſt ſupra
tit. de renunc. aut taliter reſignata conferre, et-
iamſi habeant clauſulam per quamcumque di-
miſſionem in manibus Papæ, quia intelligitur de
ſimplici ceſſione; Put. deciſ. 511. lib. 2. c. inter cætera,
& ibi poſt gl. in verb. aſſignari. Can. hoc tit. c. ordina-
tiones, & ibi poſt gl. in verb. pretio Can. 1. quæſt. 1. Pa-
riſ. de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 4. num. 22. & pluribus
ſequen. comprehendit beneficia vacantia per obi-
tum aliorum Cardinalium, Creſc. deciſ. 2. de priuil.
arg. not. per Felin. in c. cauſam quæ ſub n. 11. verſ. prima
declaratio, & num. 12. de reſcript. glo. in c. ſtatutum in
verbo numerandum & ibi Can. hoc tit. in 6. tollit ob-
ſtacula, † & gratias præuentiuas, & coadiutorias 79
cum futura ſucceſſione, quia hæ etiam præue-
niunt vacationem, quod conſentiens futuræ ſuc-
ceſſioni poſt mortem ipſius conſentiat, non au-
tem ipſo viuente, late Mobed. deciſ. 10. de priuil. Puc.
deciſ. 468. lib. 2. c. nulla c. relatum de conceſſ. præb. c. de-
ceſtanda § fin. de conc. præb. in 6. ſed non regreſſum,
quia habet cauſam, & pendet à iure de præterito,
Caſſad. deciſ. 4. de priuil. Caſſad. deciſ. vnic. n. 3. de pact.
Mobed. deciſ. 11. n. 4. de renunc. l. quæritur §. ſi venditor
ff. de Ædilit. edict. & c. c. paſtoralis 7. quæſt. 1. c. 2. in fin.
de pact. præſeruatque ius quod Cardinales ordi-
narij habent ſemotis reſeruationibus, vt illud
quod eſt ordinariæ poteſtatis, libere agant abſq;
impedimento, Caſſad. deciſ. 3. n. 4. & in fin. atteſtans
ita Rotam interpretatam fuiſſe indulta Cardinalium:
Mobed. deciſ. 1. n. 2. de priuil. Puc. deciſ. 158. l. 2. c. ſi pro
debilitate de off. deleg. & ibi poſt gloſſ. in verbo liberum
Pan. & Can. c. 1. de off. ordin. & ibi Pan. n. 4. & Can.
Greg. 15. deciſ. 99. & ibi annot. & deciſ. 491. n. 2. & ibi
late annot. etiam quoad beneficia patrimonialia,
licet Cardinales teneantur conferre illis, quibus
debentur, Put. deciſ. 4. de priuil. Caput. deciſ. 66. p. 1.
Put. deciſ. 163. lib. 3. c. cum de beneficio hoc tit. in 6. cap.
poſſeſſiones de reb. Eccleſ. non alien. Put. deciſ. 158. lib. 2.
nihil autem de nouo dat, neq; ampliat eorum
iuriſdictionem in alterius cuiuſcumq; iniuriam,
l. nec auus C. de emancip. cum ſimil. Caſſad. deciſ. 3. nu.
2. de priuil. l. ſi quando, & ibi Iaſ. num. 3. & DD. com-
muniter. C. de inoff. teſt. Gonz. ſuper reg. Cancell. de
menſ. & alt. gloſ. 24. num. 66. & ſeqq. dicens, quod
collatio vigore indulti dicitur fieri ex poteſtate ordina-
ria conferentis. Greg. 15. deciſ. 99. & ibi Add. tantum-
que com-

Digitized by Google

que comprehendit beneficia, in quorum quaſi poſſeſſione prouidendi ſunt illi, quibus illud cõceditur: *Rot. deciſ. 49. de reſcript. in antiq. Pue. deciſ. 1. & Mohed. deciſ. 8. de priuil. Cald. conſ. 23. hoc tit. c. querelam de elect. c. cum olim de cauſ. poſſ. & propr. & alijs vulg.* Hinc indultum prouidendi beneficia ſpectantia ad ſuam, ſuique capituli collationem communiter, vel diuiſim, non procedit in beneficio, cuius collatio ſpectat ad Epiſcopum tanquam ad Canonicum, & Capitulum: quia indultum datur Cardinali, vt Epiſcopo, & non vti Canonico, niſi Epiſcopus haberet dimidiam vocem cum Capitulo, quia tunc indultum præſeruaret dimidiam competentem Epiſcopo, *Mohed. deciſ. 1 de priuil. c. poſtulaſtu §. niſi forte de conceſſ. præb.* Præterea conceditur huiuſmodi indultum Nuncio,
80 vel † alijs ex gratia, quod morte Papæ re integra non expirat; *c. ſi cui nulla in princ. hoc tit. in 6.* ſtricte
81 eſt † interpretandum, quia derogat ordinariæ poteſtati, *Pan. in c. ſi quis contra numer. 4. in 2. not. de for. comp. Ioan. Andr. in c. fin. num. 5. de verb. ſig. in 6.* etenim comprehendit vacantia in menſibus ordinarij, in quibus Nuncius concurrit cum ordinarijs, ſicut Papa: *Creſc. deciſ. 8. de priuil. c. hi qui, & c. ſi Apoſtolica hoc tit. in 6. l. ſolet prætor ff. de iuriſd. om. iud. c. 1. §. proinde in fin. ibi, niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum, de off. leg. in 6.* ideo ſi detur facultas conferendi beneficia cedentium, & decedentium, non poteſt conferre, ſi contigerit vacare per vxorationem, aſſecutionem, aut alias &c. *gloſſ. in c. quamuis tibi in verb. cedentium hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. c. fin. & ibi gl. & Can. de verb. ſign. in 6.* Secundo facultas conferendi cum clauſula, non tamen de generaliter reſeruatis, nõ ſe extendit ad beneficia vacantia in octo menſibus reſeruatis per regulam Cancellariæ, etiamſi in derogationibus poſita ſit clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, &c. ac ſpecialibus, & generalibus reſeruationibus hactenus factis, & faciendis: *Franc. in d. c. ſi cui nulla ſub n. 4. Mohed. inter omiſſas dec. 1. & 2. de priuil.* Tertio prouiſio à Nuncio facta de vacante in menſe Pontificio, non capit beneficium vacans in menſe ordinarij, etiamſi in prouiſione adſit clauſula, quouis modo vacet, quia menſis cenſetur adiectus cauſa taxationis, *Achill. deciſ. 1. hoc tit. Domin. in c. ſuſceptum ſub numer. 6. verſ. quid ſi de reſcript. in 6. & Franc. numer. 7. & Can. communiter* Quarto Nuncio de Stylo non datur facultas cõferendi Canonicatus in Cathedralibus, & Collegiatis eccleſijs, *Rot. diuerſ. deciſ. 343. in princ. par. 1. quæ eſt Caſ. deciſ. 2. hoc tit. atteſtans eſſe de Stylo, arg. c. quamuis §. quamquam & ibi poſt glo. in verb. non extendit, Can. in 6. hoc tit.* qui ſemoto Stylo ex diſpoſitione iuris veniunt ſub indulto: *c. dudum & ibi gl. 2. & Can. hoc tit. in 6.* ac etiam curata, *Franc. in d. c. ſi cui nulla in 2. notab.* & per litteras ſcriptas Nuncio à Cardinale nepote ſummi Pontificis, quod beneficia omnia, quorum collatio ſpectaret ad ſedem Apoſtolicam, quocumque modo conferre poſſit, ampliatur facultas Nuncij in qualitate reſeruationis, & non in quacunque qualitate beneficiorum: *Caſ. deciſ. 1. & 2. hoc tit. arg. c. ſedes de reſcript. Clem. 1. §. ad hoc hoc tit. & ibi Zab. numer. 1. & 2. Pan. num. 8. l. fin. §. cui dulcia 2. reſp. ff. de vin. trit. & ol. leg. & ibi poſt gloſſ. fin. alleg. concord. Doct.* Quinto indultum Nuncij ſolet reſtringi ad beneficia certi valoris, ſiue taxæ, ac etiam certi numeri, ſcilicet vt poſſit prouidere de beneficijs, quorum collatores, & collatrices ſaltem ſex beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, teneturque ab eo prouiſus probare beneficium, de quo prouiſus fuit; eſſe infra taxam, & infra numerum in litteris comprehenſum, quia eſt pars ſuæ gratiæ. *Achill. deciſ. 2. & Creſc. deciſ. 4. de probat. Rot. deciſ. 10. eod. in nou. c. cui de non hoc tit. in 6. Clem. 1. de conceſſ. præb. & vtrobique not. Can.* Limita vt ſtylus Curiæ procedat, quando indultum dirigitur Nuncio † in fauorem Nuncij, ſecus ſi dirigitur 82
in fauorem Nuncij, & eorum, quibus facienda eſt collatio, vel eccleſiæ, vel alterutrius ipſorum, & eccleſiæ, quod etiam morte Papæ re integra non expirat, *d. c. ſi cui nulla hoc tit. in 6. & Franc. ibidem num. 3.* ac eſt fauorabile, & habet locum diſpoſitio iuris communis, & non ſtylus Curiæ, comprehenditque maiora beneficia, & curata, *Franc. in d. c. ſi cui nulla num. 1. in 2. not. & num. 3. Io. Andr. in c. fin. in verb. beneficia de verb. ſignif. in 6. Creſc. deciſ. 1. de priuil. in fin.* Data vero Nuncio, vel alij ſuper † prouiſione certæ perſonæ facien- 83
da poteſtas, non ob ſuam, ſed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, ſiue fauorem, expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur, *Franc. in d. c. ſi cui nulla verſ. fin. & ibi gloſ. fin. & Can.* & eſt ſtricte interpretanda, *c. cum in illis per tot. hoc tit. in 6. Franc. in d. c. ſi cui nulla nu. 1. in 2. notab.* quia non eſt gratia, ſiue indultum, ſed reſcriptum ad beneficium ambitioſum, *c. quamuis hoc tit. in 6. c. ſi cui eod. tit.*

Digitized by Google

84 *eod. tit. & lib.* Generaliter in omnibus † indultis additur clauſula, quod prouiſi illorum vigore ſub pœna vacationis eo ipſo teneantur bullas nouæ prouiſionis expedire, & annatam, aliaque iura Officialibus Romanæ Curiæ debita ſoluere infra quatuor, aut ſex menſes à die poſſeſſionis pacificæ, alioquin gratia ſit ipſo iure nulla, *Put. deciſ. 2. & Creſc. deciſ. 18. hoc tit. Mohed. deciſ. 8. de conceſſ. præb. Felin. in c. cæterum nu. 10. & ibi Can. de reſcript. Bart. in l. 1. n. xj. ff. de cond. & demonſtr & ibi DD.* qui non currunt ignoranti, *Put. deciſ. 20. de priuil. l. genero ff. de iis, qui not. inf. l. annus ff. de calumn. l. ſi bonorum l. quandiu C. qui admitt. &c.* aut data intruſione aduerſarij, *Achill. deciſ. 12. de priuil. l. quicumque C. qui admitti &c. c. commiſſa & ibi gloſſ. in verbo pacificam, & Can. de elect. in 6.* Occurſa va-
85 catione † ob non expeditionem nouæ prouiſionis, collatio non reuertitur ad habentem indultum, vel ordinarium, ſed Papa habet conferre, ne ex actu, ex quo pœna imponitur, aliquod commodum reportent, *Put. deciſ. 1. hoc tit. Put. deciſ. 346. & dec. 351. lib. 2. c. ſi clericus §. cum facta hoc tit. in 6. & ibi Can. c. tibi qui de reſcr. in 6. in fin. l. 3. §. ſi ad diem, & §. ſeq ff. de re milit. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 15. à n. 109. vſq; ad num. 127.* rum quia prima vacatio per collationem factam ſit extincta, & non ſeruata forma decreti de nouo
86 vacat beneficium ipſo iure, & impetratio † facta de illo, dicitur impetratio certo modo: in qua impetrans, non adimplementum decreti, debet plene, & concludenter probare, *Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 15. n. 120. & ſeqq.*

De clerico ægrotante, vel debilitato.
Titulus VI.

SVMMARIA.

1 *Morbus aut ægritudo non deijcit promotum.*
2 *Si temporalis fuerit poteſt ægrotus ſibi aſſumere mercenarios.*
3 *Si perpetua fuerit, ſi quidem ægrotus eſt prælatus, datur ei inuito Coadiutor, Succeſſor aut Subſtitutus volenti tantum.*
4 *Si eſt ſimplex clericus & vnus in eccleſia, datur ei vicarius.*
5 *Si eſt Canonicus aut aßiſius vel portionarius cathedralis vel collegiatæ eccleſiæ.*
6 *Et antea fuerit ſolitus deſeruire debentur ei integri fructus ſui beneficij & non tenetur deſeruire per Vicarium niſi Eccleſia patiatur defectum miniſtrorum.*
7 *Coadiutor ex quibus cauſis datur.*
8 *Coadiutorum datio epiſcopis & ſuperioribus prælatis eſt de cauſis maioribus, & referenda ad ſedem apoſtolicam.*
9 *Excipiuntur ab hac regula duo caſus.*
10 *Coadiutorē Prælatis, Epiſcopo inferioribus, datis, ad quem ſpectat deſtitutio & ceßionis admißio.*
11 *Coadiutores dari poſſunt omnes qui poſſunt coadiuti defectum ſupplere.*
12 *Eius debent eſſe ætatis quæ requiritur in officio cui datur.*
13 *Poteſtas eius & officium ex forma dationis colligitur, ſi ſimpliciter datus ſit quale ſit eius officium explicatur.*
14 *Tenetur durante adminiſtratione reddere rationē ipſis prælatis ſi ſane mentis fuerint, ac capitulis eorundē, & ipſorum prælatorū ſucceſſoribus.*
15 *Coadiutoris officium expirat morte Ciuili & naturali coadiuti.*
16 *Coadiutoriæ cum futura succeßione nemini conceduntur niſi eccleſia cathedralis aut monaſterij vrgens neceßitas aut euidens vtilitas poſtulet prælato dari coadiutorem & cauſa à Romano Pontifice diligenter cognita.*
17 *Cætera coadiutoriæ quæ in aliis beneficiis conceduntur ſunt reſignationes conditionales ſiue in fauorem.*

DICTVM eſt ſupra, quod clerici non debeant fructus ſuorum beneficiorum percipere, niſi perſonaliter deſeruiant, quæ regula fallit in clerico ægrotante, vel debilitato, qui deſeruire non poteſt propter aduerſam valetudinem, vel debilitatem temporalem, aut perpetuam, quia morbus † aut ægritudo non deijcit promotum, 1
gloſſ. magna in ſumma, & ibi Gemin. n. 2. & Can. & c. 1. cum tribus cc. ſeqq. 7. quæſt. 1. excepta lepra, quæ ex opinione Hoſtien. non deijcit Epiſcopum qui eſt vere ſponſus eccleſiæ, ſed inferiores Prælatos, propter ſcandalum, *Hoſt. in c. tua hoc tit. Archid. in ſumma 7. quæſt. 1. Præp. n. 3. & 4. Bell. n. 2.* Si tempo-
ralis fuerit † poteſt ægrotus, vel debilitatus mer- 2
cenarios ſibi aſſumere auctoritate epiſcopi, *c. peruenit el. 2. de appell. Clem. 1. & ibi gl. in verbo perpetuis de off. vic.* vel pro eius libitu, *c. conſtitutus de fil. presb. Anch. in dicta Clem. 1. ſub n. 3. verſ. ſed hæc quæritur, dixi ſupra de off. Vic. in princ. facit l. podagræ C. qui*

 morb.

Digitized by Google

*morb.lib.*10. Si perpetua fuerit, *c.vnico hoc tit. in 6.*
3 *in verb. perpetuo.* Si † quidem ægrotus, aut debilitatus eſt Prælatus, Archidiaconus, aut Rector Eccleſiæ parochialis, aut Abbas, *Præpoſ. in ſumma 7. quæſt. 1. num.* 5. ab eo, ad quem pertinet, datur Coadiutor, *c. de Rectoribus. & cc. ſeqq. hoc tit. c. quãuis. c. petiſti. c. quia frater 7. qu. 1. Gemin. in c. fin. n. 5. de ſuppl. negl. præl. in 6. & ibi Franc. ſub num. 2. & Can. communiter.* de conſenſu capituli eccleſię, vel eorum quorum intereſt, *Bell. in c. ſcripſit ſub n. 37. quæſt. 1. & ibi Archid. ſub n. 1. in verbo acquiritur.* ac patroni, *Lamb. de iurepatr. art. 20. 6. quæſt. princip. 1. part. 2. lib.* ei inuito, *gl. fin. in fin. in c. pen. hoc tit. glo. in d. c. vnic. in verbo noluerit eod. in 6. & ibi Can. c. venerabili de off. deleg. c. grandi circa medium, de ſuppl. negl. præl. in 6.* vnus, vel duo non plures, *d. c. vnico §. ſi vero, & ibi gl. in verbo aut duos, & ibi Can.* ad euitandum grauamen expenſarum, ad quas tenetur eccleſia ſucceſſor, aut ſubſtitutus volenti, & conſentienti tantum, *c. venerabili de off. deleg. pulchre Pan. in c. sua nos in fin. hoc tit.* non ex pactione inter ſubſtitutum, aut ægrotantem, vel ſenem inita, ſed ex diſpoſitione ſuperioris, *Pan. in d. c. sua nos in fin. & ibid. Zab. in fin. dicit ita practicatum fuiſſe Bononiæ in Capellano S. Iuſtæ, & fuiſſe per Papam approbatum Boich. in c. conſultationibus n. 4. 5. & 6. hoc tit. Zab. in c. cum pridem in 2. quæſt. de pact. & ibi Can. Ioan. de Anan. in c. accepimus n. 2. de pact. & ibi Can. Zab. in c. niſi in 1. quæſt. in fin. de præb.* abſque vlla prævia generali vel ſpeciali promiſſione, *Franc. in c. deteſtanda in fin. de conceſſ. præb. in 6. poſt gl. fin. in fin. Archid. n. 5. & Can. communiter Archid. in c. quamuis n. 6. 7. quæſt. 1. Gemin. n. 4. in fin. Bellam. ſub n. 3. verſ. in gloſſ. iſta æquitate & Can. Burghas de irregul. & diſpenſ. aliter ſentit. part. 5. tit. de cler. ægrot. vel debil. num. 4. & Lambert. de iurep. art. 20. 6. quæſt. princip. 1 part. 2. lib.* nam propter eccleſiæ vtilitatem ex cauſa ægritudinis, & ſenij duo poſſunt eſſe in eadem eccleſia intitulati, ſed non duo conſecrati, *c. non autem, & ibi gloſſ. 1. & Can. c. quamuis, & ibi Archid. n. 3. & 4.*
4 *Bell. n. 3. & Can. 7. quæſt. 1.* Si eſt ſimplex † clericus & vnus in eccleſia datur ei vicarius, non enim debet beneficium interim carere miniſtri ſuffragio, *Pan. in c. clericos n. 2. & 3. de cler. non reſid. Caputaq.*
5 *concl. 92. n. 20.* ſi eſt canonicus, † aut aſſiſius, vel portionarius cathedralis, aut collegiatæ eccleſiæ,
6 & antea fuerit ſolitus † deſeruire, & intereſſe, debentur ei integre fructus ſui beneficij, *Dictum eſt ſupra, tit. de cler. non reſid. c. conceſſo. 12. quæſt. 2.* Secundum eius ordinem, & omnia quæcumque ei, ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, *c. 1. hoc tit.* etiam victualia, & diſtributiones quotidianæ, *c. vnic. §. pen. de cler. non reſid. in 6. Zab. in c. 1. in 6. not. hoc tit. c. ad audientiam, & ibi Pan. n. 5. & DD. de cleric. non reſid.* ſed ad optiones, & lucra competentia conſtitutis in maioribus ordinibus non admittitur, quia infirmus propter infirmitatem non debet pati damnum, ſed propter infirmitatem contingentem in perſona ſua amittit lucrũ, *Bart. in l. opere teſtamento in fin. ff. de vſufr. leg. per l. ſi vno §. item cum quidam & ibi DD. ff. locat. tex. in d. c. 1. hoc tit. in verb. ſecundum eius ordinem.* nec tenetur deſeruire per Vicarium, niſi eccleſia patiatur defectum miniſtrorum, *arg. c. ſuper ſpecula de magiſt. arg. c. cum adhoc de cler. non reſid. Pan. in c. relatum n. 2. in 5. not. eod.* quia clericus ægrotans etiam ex infirmitate incurabili non remouetur, *c. quamuis 7. quæſt. 1. c. vnico, & ibi gloſſ. in verb. perpetuo, & c. sua nos, & ibi gl. in verb. adminiſtrationis, & vtrobique Can. hoc tit. in 6. l. 4. §. 1. verſ. ſtychus el 2. ff. de ſtat. lib.* & debilitas ſuperueniens non facit, ac ſi ab initio actus non valuerit, ſed ſolum impedit exercitium, quatenus viget impedimentum, *c. presbyterum hoc tit. l. patre furioſo ff. de his, qui ſui, vel alien. iur. ſunt c. quemadmodum in fin. de iureiur.*
Præterea datur † Coadiutor propter negligen- 7
tiam, & remiſſionem, *§. interdictum autem, & §. ſeq. Inſt. de curat. & ibi gl. & DD. c. quia frater in princ. 7. quæſt. 1. c. grandi de ſuppl. negl. præl. & ibi gl. & DD. Io. Andr. in c. ex parte n. 2. in verb. ſalubriter hoc tit.* propter ingraueſcentem ætatem, quæ verificatur in ætate ſexaginta annorum, *gl. in verb. perfectus in princ. in proœm. lib. 6. Archid. in c. vnico hoc tit. in 6. n. 2. & ſeqq. Caput. deciſ. 129. part. 1.* propter ſenium, quod eſt in ſeptuageſimo anno, *Ioan. Andr. in c. quoniam n. 6. vt lit. non conteſt. & c. §. item maior, & ibi gl. alleg. concord. Inſt. de excuſ. tut. Caput. deciſ. 131. part. 1.* ac propter morbum, & ingraueſcentem ætatem, quæ in quinquageſimo quinto anno cum infirmitatibus verificatur, *Caput. deciſ. 130. part. 1. Ioan. Andr. in c. 1. n. 2. hoc tit. in 6.* propter ſuſpicionem dilapidationis, *c. venerabili de off. deleg. gl. in c. vnico in verb. noluerit, & ibi Can. hoc tit. c. ſcripſit, c. qualiter, c. quamuis §. ecce 7. quæſt. 1.* propter imperitiam, & illiteraturam Epiſcopi etiam auctoritate apoſtolica, rectoribus parochialium eccleſiarum, ſi honeſtæ vitæ ſint, coadiutores, aut vicarios deputant, quacumque appellatione,

& exce-

Digitized by Google

& exceptione remota, *c. quia illiterati, ſeſſ. 21.* Prælato exuli, vel captiuo non datur coadiutor, ſed ipſe per Vicarium officium ſuum exercet, qui ſi non admittatur, Clem. quamuis de for. comp. ſeruatur; ſi vero Epiſcopus eſt captiuus hoſtium fidei, ſeruatur, *cap. ſi epiſcopus de ſuppl. negl. prel. in 6.*

Datio Coadiutorum Epiſcoporum, & ſupe-
8 riorum Prælatorum eſt † de cauſis maioribus, & referenda ad ſedem apoſtolicam, & ab ea tantummodo poſtulanda quacumque conſuetudine non obſtante, *c. vnic. hoc tit. in 6. c. 1. de tranſlat. c. quod tranſlationem de offic. deleg. c. ſicut vnire de exceſſ.*
9 *prel. & vtrobique glo. & Can.* Excipe † quia Epiſcopus ſenio, aut valetudine corporali grauatus, vel alias adeo impeditus perpetuo, vt officium ſuum nequeat exercere, præcipue quando Eccleſiæ exiſtunt in remotis, poteſt de conſilio, & conſenſu ſui Capituli, vel maioris partis ipſius, vnum vel duos auctoritate Apoſtolica, & ſic delegata, Coadiutores aſſumere, ſi velit, quia inuito à capitulo dari non poteſt, quia in hoc caſu non habet mandatum à Papa, ad quem pertinet datio, niſi epiſcopus demens fuerit, quia tunc Capitulum, vel duæ ipſius partes eadem auctoritate vnum, aut duos Coadiutores aſſumunt idoneos, qui eius officium exequantur, & hoc caſu, ac etiam proximo, quando epiſcopus perpetua infirmitate, vel impedimento detentus à capitulo requiſitus recuſat Coadiutorem aſſumere, idem capitulum epiſcopi, & eccleſiæ ſuæ conditionem, & ſtatum, ac facti circumſtantias vniuerſas, quã cito poterit, fideliter & explicite tenetur referre ad notitiam ſedis apoſtolicæ, vt ipſa ordinet, *d. c.*
10 *vnico & ibi gl. Franc. & Can.* In inferioribus † prælatis dat coadiutorem, is, ad quem ſpectat deſtitutio, vel ceſſionis admiſſio, *c. 3. & c. fin. hoc tit. & ibi Ioan. Andr. n. 2. & Pan. n. 5. Gemin. in c. ſcripſit ſub n. 4. 7. quaſt. 1. Prep. n. 2. Archid. ſub n. 1. in verb. acquiratur, c. epiſcoporum, & ibi glo fin. 74. diſt.* Dari poſ-
11 ſunt † coadiutores omnes, qui poſſunt coadiuti defectum ſupplere, *Gemin. in c. ſcripſit n. 3 7. quaſt. 1. c. fin. §. quod ſi Abbas non exemptus de ſtat. Monach. c. epiſcoporum §. fin. 74. diſt.* exceptis expreſſe prohibitis per canones, quos recenſet Io. Andr. *in c. fin. in 2. 3. 4. & 5. quaſt. hoc tit. in 6.*

12 Coadiutor eius debet † eſſe ætatis, quæ requiritur in officio, cui datur; ideo Coadiutor Epiſcopi debet expleuiſſe trigeſimum annum; in inferioribus dignitatibus ſufficit, quod attigerit vigeſimum quintum annum, *Ioan. And. in cap. conſultationibus ſub num. 5. verſ. ſed circa hoc, & ibi Can. Pan. in c. fin. eod. ſub num. 1. verſ. 3. quaro, qui paulo aliter diſtinguit: Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 5. §. 9. num. 94. & ſeqq. ad finem.*

Coadiutoris officium † & poteſtas ex forma 13
dationis colligitur, *c. porro de priuil. cap. ad audientiam de decim. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 5. §. 9. num. 90.* ſi ſimpliciter datur, eius officium eſt, quale erat eius, cui datur; *c. de rectoribus c. fin. hoc tit.* habet liberam, & legitimam adminiſtrationem, *c. is cui de elect. in 6. c. ſcripſit, & ibi gl. fin. 7. q. 1. Gem. num. 3. & 5. Prapoſ. num. 5. Ioan. And. in c. fin. ſub n. 9. hoc tit.* poteſt exercere omnia, quæ poterat is, cui datur; ſiue talia ſint legis diœceſanæ, ſiue iuriſdictionis, *de quibus in c. dilectus, & in c. conquerente de off. ordin.* ſiue etiam ſint ordinis, & pontificalis dignitatis, de quibus in c. accedentibus de priuil. ſi ſit epiſcopus Coadiutor; alias per Epiſcopos facit expediri, quæ miniſterium conſecrationis expoſcunt, *iuxta d. c. is cui, de elect. in 6.* interdicta qualibet alienatione immobilium: *d. cap. vnic. in fin. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in §. ſi vero poſt num. 3. verſ. & quod dicit gl. & Can.* ideo Coadiutor non poteſt diſmembrare eccleſiam vnitam, quia diſmembratio alienatio eſt; *Achill. deciſ. vnic. de reb. eccl. non alien. glo. in Clem. 2. in verb. defenſor de reb. eccl. alien. vel non. et ibi Can.* prætereà poteſt conferre beneficia, *Ioan. And. in c. fin. num. 9. hoc tit. Franc. in cap. vnic. §. fin. eod. in 6. Garc. de benef. par. 5. cap. 4 §. 3. num. 265. & ſeqq. tenet epiſcopum, cui datus eſt coadiutor, conferre, niſi demens ſit. Gemin. in c. ſcripſit nu. 6. 7. q. 1. et Can.* ac etiam exercere competentia prælato ex iure delegato, expreſſo nomine dignitatis, ſecus ſi expreſſo proprio nomine: *Franc. in d. c. vnico §. ſi vero in fin. per c. quoniam Abb. de off. deleg.*
Tenetur, durante † adminiſtratione, quia offi- 14
cium eius non eſt limitatum ad certum tempus, ſicuti tutoris, aut curatoris, prælatis ipſis, ſi ſanæ mentis extiterint, ac capitulis eorumdem, ſeu etiam ipſorum prælatorum ſucceſſoribus, ſi hoc antea non fecerit, plenariam reddere rationem: *d. c. vnico in fin. & ibi Anchar. in xj. notab. Menoch. de arbitr. caſu 209.* de prouentibus prælatorum ſumptus recipit moderatos, *d. c. vnico §. præſenti c. grandi circa fin. de ſuppl. negl. prel. in 6. cap. directoribus, & ibi gl. fin. hoc tit. et Can.* ſi redditus coadiuto, & coadiutori non ſufficiunt, debiliori in dubio

Digitized by Google

conſulendum eſt, *Pan. in d. c. de rectoribus num. 6. & Can. communiter.*

15 Expirat coadiutoris † officium, non morte dantis coadiutorem. *Bell. in c. ſcripſit num. 5. 7. q. 1. Gemin. ſub num. 7. Archid. num. 2.* ſed morte ciuili, & naturali coadiuti; *Ioan. Andr. in cap. conſultationibus numer. 10. hoc tit. & ibi Can. d. cap. grandi in fin. Anch. in d. c. vnico poſt 12. notab.* exercebit ergo Capitulum iuriſdictionem, vel is, ad quem ſpectat ſede epiſcopali vel dignitate vacante, *cap. 3. & 4. de ſuppl. negl. præl. in 6. c. vnic. de maior. & obed. c. 1. de inſtit. in 6. Bart. in l. ſolet num. 4. ff. de tutel. Bald. in l. ex facto num. 6. ff. de vulg. & pupill.* quia vbi ſuperuenit adminiſtrator legitimus, ceſſat datiuus; *l. ſi tutor §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah.* ſed Capitulum eſt adminiſtrator legitimus defuncto epiſcopo, ergo ceſſat adminiſtratio datiua conceſſa coadiutori; quod procedit in ſimplici coadiutoria, ſe-

16 cus in coadiutorijs † cum futura ſucceſſione, quę ex pacto, vel alio quæſito colore, *c. plerique c. Apoſtolica 8. quæſt. 1. c. conſuluit de iurepatr. c. deteſtanda, & ibi Franc. in 4. not. Gem. num. 5. & Can. de conceſſ. præb. in 6.* nemini in quibuſcumq; beneficijs eccleſiaſticis permittuntur, etiam Cardinalatus honore fulgenti, quia hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, *c. cum in beneficijs ſeſſ. 25.* niſi eccleſiæ cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari coadiutorem, qui non alias cum futura ſucceſſione datur, quam hæc cauſa prius diligenter à Romano Pontifice ſolo, & non à legato, ſeu nuncio, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 9. nu. 91. plures citans. Garc. de benef. part. 4. cap. 5. num. 16. & ſeqq. Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 5. num. 15.* ſit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum ſit, quæ à iure, & decretis Concilij Tridentini in epiſcopis, & prælatis requiruntur, alias conceſſiones ſuper his ſubreptitiæ cenſentur; *d. c. cum in beneficijs §. quod ſi quando, c. ſcripſit, c. quamuis, c. petiſti, c. quia frater 7. qu. 1. c. non autem, & ibi gloſſ. mag. & Can. 7. q. 1.* & tunc ſi coadiutoria nō ſit ſortita effectum, ex eo quod coadiutus obijt, antequam coadiutor de coadiutoria fuerit certificatus, non corruit ſucceſſio, & pars prouiſiua, quia ſunt duæ gratiæ æque principales, vna in fauorem coadiuti, quæ per obitum eius expirat, altera in fauorem coadiutoris, *Put. deciſ. 98. lib. 2. cap ſi eo tempore de reſcript. in 6. l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verb. oblig. Put. deciſ. 230. lib. 2.* Cæteræ coadiuto-

riæ † quæ de Stylo Curiæ in alijs beneficijs aliquando conceduntur, iuxta pactiones inter coadiutum, & coadiutorem initas, à ſolo ſummo Pontifice concedi poſſunt, & non ab alijs inferioribus, quia ſunt reſignationes conditionales, & in fauorem, *c. cum pridem de pact. Boich. in c. veniens num. 7. & 8. de fil. presbyt. Zabar. in c. cum pridem in 2. quæſt. de pact. dictum eſt ſupra tit. de renunciat.* ac iuris conformitatem habent, *Mandoſ. in reg. 32. de impet. benef. vac. per obit. fam. Card. q. 30. in fin. cap. petiſti, & c. ſeq. 7. q. 1. Mandoſ. in reg. 11. reſeruat. q. 5. per tot.* nam eo ipſo, quod coadiutus conſentit beneficium ſuum coadiutori conferri, videtur cedere, & reſignare, *c. beneficium, & ibi gloſſ. in verb. aſſenſu de regul. & tranſ. ad relig. in 6.* & Papa ſecundum plenitudinem poteſtatis poteſt de iure ſuper ius diſpenſare: *c. propoſuit circa finem de conceſſ. præb.* tamen in vtraque parte ſunt odioſæ, tanquam exorbitantes, cum ſecundum ius ei debeat dari, qui verè indiget coadiutore, & aſſignata ſibi congrua ſuſtentatione, vt ſupra dictum eſt, quorum nihil fit in hodiernis eccleſiaſticis coadiutorijs; & in ſecunda parte prouiſiua exorbitant, quia dant ius ad certum vacaturum beneficium, *c. 1. de conceſſ. præb. c. deteſtanda, & c. ne captanda eod. in 6. Mohed. deciſ. 10. in fin. de priuil.* De reliquis dubijs circa coadiutorias cum futura ſucceſſione, *vide Garc. de benef. part. 4. cap. 5. à numer. 53. vſque ad finem per 24. quæſtiones, & in appendice ad d. c. quintum à num. 59. vſque ad finem. Mandoſ. in reg. xj. reſeruat. quæſt. 5. & 6. Gonzal. ſuper regul. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 9. per tot.* 17

De inſtitutionibus.

Titulus VII.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio varie ſumitur.*
2 *Clericus quilibet cui facta eſt collatio debet habere approbationem ſui epiſcopi præmiſſo examine ſuper eius idoneitate.*
3 *Et hæc appellatur inſtitutio.*
4 *Fit ab epiſcopo, eius vicario, & ſede vacante à capitulo.*
5 *Clerici Iuramentum obedientiæ & fidelitatis epi-*

ſcopo &

Digitized by Google

ſcopo & capitulo præſtare non compelluntur exceptis quatuor caſibus.

6 *Fidei profeßionem faciunt prouiſi de beneficijs quibuſcunque curam animarum habentibus &*

7 *Prouiſi de canonicatibus & dignitatibus in eccleſiis cathedralibus.*

8 *Inſtitutio quadam ſumitur præ inueſtitura quæ ordinatur ad tranſlationem poſſeßionis quæ de iure competit archidiacono quando beneficia dantur in titulum.*

9 *Dare poſſeßionem eccleſia conceſſa in proprietatem ſpectat ad epiſcopum.*

10 *Executor datus à Papa poteſt tradere poſſeßionem.*

11 *Beneficiis poſſeßionem ingredienti, præter authoritatem ſuperioris & adminiſtrantis, pœna.*

12 *Inſtitutionem prælaturæ recipientis à laico pœna.*

13 *Idem iuris eſt in recipiente inueſtituram eccleſiarum & aliorum beneficiorum.*

14 *Sæcularium qui inueſtituram alicuius eccleſiæ vel dignitatis dare præſumpſerint pœna.*

15 *Regulares prohibentur eccleſias ſeu decimas ſine epiſcoporum conſenſu de manu laici ſuſcipere.*

16 *Inſtituere ſeipſum non poteſt per ſe vel alium is ad quem ſpectat collatio.*

17 *Violenti qui temeritate propria occupant quæcunque beneficia ab alio poſſeſſa eo ipſo ius quod in beneficiis vel ad ea ipſis competebat amittunt.*

18 *Beneficiorum & iurium incorporalium poſſeßio acquiritur corpore & animo.*

19 *Canonicatus poſſeßio debet tradi capitulariter.*

20 *Poſſeßio dignitatis & beneficij acquiritur per aſſignationem deputati ſtalle in choro & loci in capitulo.*

21 *Per tactum annuli eccleſiæ clauſæ.*

22 *Per eccleſiæ ſiue beneficij poſſeßionis adoptionum, ipſo iure acquiritur etiam poſſeßio rerum & bonorum eiuſdem eccleſiæ.*

23 *Præbenda quandi ſunt diſtincta in eccleſiis non ſufficit probare ſtallum in Choro & locum in Capitulo ſibi fuiſſe aßignatam niſi probet redditùarios ſibi ſoluiſſe, vel in poſſeßionem fundi ſpectantis ad præbendas inductum fuiſſe.*

24 *Beneficiatus quando eſt in poſſeßione beneficij & dicitur non legitime Inſtitutus actori incumbit onus probandi.*

COLLATIONEM beneficiorum ſequitur
inſtitutio, ideo ſubnectit hunc titulum. In
beneficialibus ex ſolo titulo, & ſine traditione
acquiritur ius, *c. propoſuit de conceß. præb. & ibi gloſ.*
fin. & Can. c. pen. & ibi gl. fin. de præb. in 6. Franc. in c.
cum qui §. inſuper eod. tit. diſtinguit. & ex ſola con-
firmatione electionis literis expeditis, & receptis
quæritur exercitium iuriſdictionis, quæ ſtatim
interdicta eſt Capitulo: *c. tranſmiſſam de elect. Fel.*
in c. cum te num. 5. plures cumulans de reſcript. Rot. di-
uerſ. deciſ. 182. *part.* 2. item ad perdendum bene-
ficium non requiritur deiectio, ſed ſufficit, quod
beneficiatus ſit priuatus titulo, vt dicatur benefi-
cium vacare, *c. cum noſtris de conceß. præb. & ibi Inn.*
Iaſ. in l. traditionibus num. 20. *in* 12. *limit. C. de pact.*
Inſtitutio † varie ſumitur, *Hoſt. in cap. 1. num. 17. &* 1
num. 22. de priuil. in 6. Quædam ſurrogatur loco
confirmationis, vt in beneficijs, quibus per viam
electionis prouidetur, & electus à ſuperiore in-
ſtitui petitur: *c. ex ore ſedentis, de his quæ fi. à maior.*
part. cap. In beneficijs quibus per viam collationis
prouidetur, inſtitutio ſi fiat ab epiſcopo, habetur
pro collatione, quæ ius tribuit, *c. auctoritate hoc tit.*
& ibi glo. pen. & Can. ſi fiat ab inferiore collatio,
inſtitutio habetur pro quadam approbatione,
nam quilibet, cui facta † eſt collatio, debet habe- 2
re approbationem ſui epiſcopi, *Anch. in cap. ad ab-*
olendam num. xj. de hæred. præmiſſo examine ſuper
eius idoneitate: *c. 1. hoc tit. & ibi Franc. numer. 2. per*
illum tex. poſt gl. in verb. idonei & Can. in 6. alias re-
ceptio, & inductio in poſſeſſionem eſt nulla ob
non ſeruatam formam Cōcilij Tridentini, *Garc.*
de benef. par. 9. cap. 3. numer. 5. & 10. quod nemo
præſentatus à patrono laico; *c. monaſterium c. laicis*
16. q. 7. cap. 1. & ibi poſt glo. in verb. idonei. Franc. hoc
tit. in 6. & Can. aut præſentatus, ſeu electus, vel
nominatus à quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, et-
iam ſedis Apoſtolicæ nuntijs, ad quæuis eccleſia-
ſtica beneficia, poteſt ſubterfugere, prætextu cu-
iuſuis priuilegij, ſeu conſuetudinis etiam ab im-
memorabili tempore præſcriptæ, aut etiam ap-
pellationis remedio, præſentatis electis, ſeu no-
minatis ab vniuerſitatibus, ſeu collegijs genera-
lium ſtudiorum exceptis, *c. præſentati ſeſſ. 7. Garc.*
de benef. part. 9. c. 3. n. 5. & per tot. necnon eo qui ab
eodem epiſcopo, dum promoueretur ad ſacros
ordines, fuerat examinatus, & repertus idoneus,
c. accepimus de æt. qual. & ord. præf. Caputaq. dec. 367
part. 2. ſed nulli prædictorũ excuſantur à præuio
examine requiſito in collatione parochialium
eccleſiarum, *c. expedit paulo ante fin. ſeſſ. 24. Pariſ. de*
reſign. lib. 10. q. 7. num. 27. Garc. de benef. part. 9. c. 2.
num. 99.

num. 99. & 103. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. et alter. gl. 4. à num. 90. vſque ad 104. & hæc
3 appellatur † inſtitutio, *c. 1. c. cum veniſſent hoc titul.* quæ fit quandoque per annuli traditionem, & quandoque per traditionem bireti, *c. ex ore, de tui,*
4 *quaſi. à maior. par. capit.* ab epiſcopo † vel eius Vicario, *c. ex frequentibus hoc tit.* & ſede vacante à Capitulo: *c. 1. hoc tit. in 6. et ibi Franc. num. 1.* poteſt hæc inſtitutio auctorizabilis per inferiorem Prælatum præſcribi, cum non ſit ordinis epiſcopalis; *Pan. in c. auditis ſub num. 6. de præſcript.* etſi fiat in contradictorio iudicio, ac à relatione examinatorum de idoneitate, aut reprobatione ad beneficium non parochiale, prout licitum eſt, *Rot. dec. 10. part. 2. diuerſ. Greg. 15. deciſ. 15. & deciſ. 527. & deciſ. 538. & vbique annot. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 9. §. 1. tit. annot. contr. nullit. & attent. num. 184. & ſeqq.* contingat appellari, poſſeſſio capta appellatione pendente, eſt attentatas, & ipſo iure nulla, cum omnibus inde ſecutis, *Gemin. in c. auaritiæ ſub num. 7. verſ. in fin. gloſſ. & fuit diſputatum de elect. in 6. & Can. late Rot. diuerſ. deciſ. 6. per totam part. 2. Greg. 15. deciſ. 251. per totam. Lancell. de attent. part. 2. c. 4. in præfat. num. 613. Garc. de benef. part. 9. cap. 4. nu. 16. & ſeqq. vſque ad fin. Greg. 15. deciſ. 515. num. 3. & ibi annot.* etiamſi poſſeſſio tempore apprehenſionis fuiſſet vacans, quia licet hoc caſu paſſus attentata non poſſit petere eum à poſſeſſione remoueri, iudex tamen ex puro ſuo officio poteſt talem apprehenſionem reuocare; *Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. n. 329. & ſeqq. & 334. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 305. nu. 3. & 4.* etſi Rota admiſerit aduerſarium ad nouum examen, vtique non poteſt alteri denegari hæc admiſſio propter æqualitatem ſeruandam, *c. nouit de iud. cap. in iudicijs de reg. iur. in 6. Greg. xv.*
5 *deciſ. 581. & ibi late annot.* Nullus vero † clericus iuramentum obedientiæ, & fidelitatis epiſcopo, & Capitulo præſtare compellitur, *c. nullus de iureiur. & ibi gl. fin. c. fin. 22. q. 5. c. legebatur de maior. & obed.* niſi hoc habeat conſuetudo, *c. cum clerici de verb. ſignif.* exceptis clericis, quibus committitur cura animarum, *c. quamquam 23. diſt. Pan. in d. c. cum clerici n. 1. de verb. ſignif.* aut rerum eccleſiaſticarum diſpenſatio, *d. c. nullus de iureiur.* & ſuſpectis de inobedientia, qui data ſuſpicione iurare compelluntur, *cap. cum in eccleſijs de maior. & obed. Pan. in d. c. nullus in fin.* Prouiſi etiam de beneficijs
6 quibuſcumque † curam animarum habentibus, tenentur, à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes in manibus epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, ſeu officiali, orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem, & in Romanæ eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondere ac iurare. Prouiſi de † cano- 7
nicatibus, & dignitatibus in eccleſijs cathedralibus, non ſolum coram epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere tenentur, alioquin præfati omnes prouiſi non faciunt fructus ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur, *c. cum dignitates §. prouiſi 1. & 2. ſeſſ. 24. Garc. de benef. part. 3. cap. 3. per. 12. quæſt.* Quædam inſtitutio ſumitur † pro 8
inueſtitura, quæ ordinatur ad tranſlationem poſſeſſionis, *gloſſ. pen. in fin. in c. auctoritate hoc tit. gl. in verb. inueſtiuit, in c. cum olim de re iud. & vtrobique Can.* quæ de iure competit Archidiacono, *c. ad hæc. c. vt noſtrum de off. archid. c. cum veniſſent hoc tit. & ibi gl. in verb. communi,* & non epiſcopo, & poteſt eam facere ſine conſenſu capituli, *Franc. in c. licet epiſcopus num. 5. de præb. in 6. & ibi Archid. n. 2* quando beneficia dantur in titulum; ſed dare poſſeſſionem † eccleſiæ conceſſæ in proprietatē 9
ſpectat ad epiſcopum, *c. paſtoralis, & ibi Pan. nu. 5. & Can. per illum tex. de priuil.* Epiſcopus pronunciat aliquem inducendum in poſſeſſionem, licet ipſe inducere non poſſit: *Franc. in cap. licet epiſcopus ſub num. 5. per tex. iſtum de præb. in 6.* executor † da- 10
tus à Papa poteſt tradere poſſeſſionem corporalem, *Gemin. in d. c. licet epiſcopus num. 10. de præb. in 6 & ibi Can.* Is cui facta eſt collatio beneficij non poteſt ingredi poſſeſſionem præter † auctorita- 11
tem ſuperioris, *Sarnen. in reg. de trienn. qu. 28. Dyn. in c. beneficium num. 25. & 26. de reg. iur. in 6. Archid. in c. eum qui num. 2. de præb. in 6. Garc. de benef. part. 4. cap. 2. num. 6. & ſeqq.* neque antequam adipiſcatur poſſeſſionem auctoritate ſuperioris, adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus in illo beneficio, *Innoc. in c. propoſuit num. 1. de conceſſ. præb. Vital. in clem. ſi plures in fin. de præb. Franc. in cap. 1. num. 2 de reg. iur. in 6. & ibi Can.* & adminiſtrans incidit in pœnam *c. auaritiæ de elect. in 6.* & ipſo facto eſt priuatus iure, ſi quod ei per collationem aut alias quæſitum eſt, & redditur inhabilis ad conſequendum amplius ex poſt ius ad beneficiū vel in beneficio, *Franc. in c. auaritiæ num. 2. de elect. in 6. Lap. alleg. 8. ſub num. 4. Roch. de Curt. de iurepat. in verb. honorificum q. 39. late Creſc. deciſ. 6. de iurepatr. late Pan. in c. tranſmiſſam ſub num. 3. de elect. & ibi Can.*

Digitized by Google

ibi Can. communiter. Licet Zab. in d. Clem. ſi plures in fin. de prab. tentat contrarium. Garc. de benef. part. 11. cap. 10. §. 3. à num. 215. vſque ad num. 224. Verum ſi capta fuerit vacua beneficij poſſeſſio abſque auctoritate ſuperioris, eadem veræ, & iuſtæ poſſeſſionis effectus habet, quoad interdicta retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, quia licet poſſeſſor male fecerit non requirens ſuperioris licentiam, Canonico tamen titulo, & iuſto poſſidet: *Put. deciſ. 392 lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 16. num. 7. & 8. plures citans cap. Tholoſ. deciſ. 444. & ibi add.* Recipiens inſtitutionem prælaturæ, vel

12 inueſtituram † à laico, nullatenus inter Prælatos habetur, nec vlla ei vti tali audientia conceditur, gratia Sancti Petri, ac introitus eccleſiæ ei eſt interdictus, & eſt ipſo iure ſuſpenſus, quouſque locum reſipiſcendo non deſeruerit, & per inueſtituram receptam à laico, nulla in eum tranſlata eſt poſſeſſio, *c. ſane in fin. c. ſi quis deinceps. 16. quæſt. 7. & ibi gloſſ. pen. & fin. & Can.* quia inueſtitura illa, auctoritate Apoſtolica, irrita eſt, & recipiens vſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacet, *c. quoniam. 16. quæſt. 7.* deponitur, & ſegregatur, omneſque qui illi communicant: *c. ſi quis epiſcopus 16. quæſt. 7.* Is, qui manum ei impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiacet, & communione priuatur: *c. conſtitut. 16. quæſt. 7.* idem

13 iuris eſt † in recipiente inueſtituram eccleſiarum, & aliorum beneficiorum à laicis; *c. ſi quis clericus c. conſtitutiones, c. per laicos c. non placuit. c. laicis, & c. ſi quis principium 16. q. 7.* de conſentiente electioni de ſe factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis, eiuſque inhabilitate ad dignitates, dictum eſt ſupra

14 tit. de elect. Quilibet ſæcularium † poteſtatum aut perſonarum, qui inueſtituram alicuius eccleſiæ, vel dignitatis dare præſumpſerit, eiuſdem ſententiæ vinculis ſe obſtrictũ eſſe ſciat, *d. c. ſi quis deinceps verſ. fin. cap. nullus. 16. quæſt. 1.* & vt ſacrilegus iudicatur, *d. cap. ſi quis principium. 16. quæſt. 7.* quia laicis, quamuis religioſis, obſequendi manet neceſſitas, non imperandi auctoritas, aut vlla facultas de dignitatibus eccleſiaſticis aliquid diſponendi, *d. c. non placuit. d. c. laicus. 16. quæſt. 7.* In Lateranenſi Concilio prohibitum eſt, ne qui-

15 libet † Regularis, eccleſias, ſeu decimas ſine epiſcoporum conſenſu de manu laici præſumat accipere, *c. in lateranenſi de prabend. c. cum apoſtolica de his quæ fiunt à Prælat.* in dominium, & vſum, *c. quo-*

16 *niam quicquid 16. quæſt. 1.* Is ad quẽ ſpectat † collatio, ſeipſum inſtituere nõ poteſt per ſe vel alium, quia inter dantem, & recipientem debet eſſe perſonalis diſtinctio, *c. fin. hoc tit. & ibi gl. alleg. concord. & Can.* Violenti † qui temeritate pro- 17 pria occupant dignitates, perſonatus, aut alia quæcumque eccleſiaſtica beneficia ab alio poſſeſſa, eo ipſo ius, quod in dignitatibus, perſonatibus, & beneficijs occupatis taliter, vel ad ea, ipſis competebat, amittunt, *c. cum qui verſ. fin de prab. in 6. c. placuit. 16. quæſt. 6. facit lex ſi quis in tantum C. vnde vi. Garc. de benef. part. 11. cap. 10. §. 3. nu. 208. vſque ad 214.* quæ pœna ceſſat, quando poſſeſſio traditur per executorem, aut iudicem etiam iniuſte per violentiam, *Franc. in d. c. cum qui §. inſuper Caſſad. deciſ. 6. num. 7. & ſeqq. de cauſ poſſ. & propr.*

Poſſeſſio beneficiorum, † & iurium incorpo- 18 ralium fere eodemmodo acquiritur, ſicuti corporalium, animo, & corpore, *§. adipiſci Inſt. de interd. l. poſſideri ff. de acquir. poſſeſſ.* Hinc per amicum, ſiue negotiorum geſtorum capientem poſſeſſionem beneficij, & fructus percipientem, non acquiritur beneficiato poſſeſſio, & ſi expellatur de poſſeſſione, beneficiato non competit interdictum recuperandæ contra ſpoliantem, niſi doceat, quod de mandato ſuo recepit poſſeſſionem, aut quod huiuſmodi captionem poſſeſſionis nomine ſuo factam; gratam, & ratam habuerit: *c. cum veniſſent, & Achill. deciſ. 16. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 9. eodem in nouis: c. ſi diligenti de præſcript.* poſſeſſio canonicatus † cathedralis, aut colle- 19 giatæ eccleſiæ prouiſo de eo debet tradi à canonicis capitulariter, *c. dilectus 1. §. 1. c. dilecto de prab. c. 2. de renunc. dictum eſt ſupra tit. de cauſ. poſſ. & propr. §. prætermiſſis Greg. xv. deciſ. 364. n. 2. & ibi annot. ampliat, & limitat.* Poſſeſſio cuiuſque † dignitatis 20 & Canonicatus, & beneficij acquiritur per aſſignationem factam deputari ſtalli in choro, & loci in capitulo, *c. relatum, c. dilectus el 1. de præbend. Franc. in c. licet epiſcopus ſub n. 1. eod. in 6.* per tactum annuli † eccleſiæ clauſæ, quando annulus tradi- 21 tur per illum, qui habet ius conferendi, *Rot. dec 5. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. §. item ſi quis mercis Inſtit. de rer. diuiſ. Inn. in c. in literis n. 6. circa fin. de reſtit. ſpoliat. l. poſſideri in princ. ff. de acq. poſſeſſ.* etiam cuſtodia eccleſiæ ſit penes alium, quia non propter hoc erat poſſeſſio penes eum, *Rot. deciſ. 8. de reſtit. ſpoliat in antiquiorib. Innoc. in c. ex parte ſub n. 3. verſ. ſed opponetur de arbitr.* ſecus ſi alius, qui dicebat ad

Digitized by Google

bat ad ſe collationem beneficij pertinere, claues portæ habebat, *Rot. deciſ. 1. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. arg. c. tibi qui de reſcript. in 6.* & per alios modos traditos, *in c. dilecto §. quorum receptionem. de præb. & per Innoc. in c. in litteris n. 6. & 7. de reſt. ſpol.* quem ſuſe explicat *Anch. in c. ſine poſſeſſione n. 10. verſ. in iſta acquiſitione. de reg. iur. in 6. Pan in c. 2. num. 9. & ſeqq. de conſuet.* Præterea in ſpiritualibus, & beneficialibus ex vnico actu acquiritur poſſeſſio, vt latius dictum eſt, *in tit. de cauſ. poſſeſ. & propr.* vbi vide.

22 Per adeptionem † poſſeſſionis eccleſiæ, ſiue beneficij ipſo iure, & ſine vlla alia apprehenſione acquiritur etiam poſſeſſio rerum, & bonorum eiuſdem eccleſiæ, & beneficij, *Anch. in c. ſine poſſeſſione n. xj. de reg. iur. in 6. Franc. Aret. in l. poſſideri n. 8. de acq. poſſ. Rot. diuerſ. deciſ. 19. n. 7. & ſeqq & n. 10. part. 2. Greg. xv. deciſ. 54. & ibi annot. limit. 2. modis & deciſ. 364. n. 1. & ibi annot.* ac aliorum beneficiorum vnitorum, & annexorum eccleſiæ, ac beneficio, abſque eo, quod apprehendatur poſſeſſio de ſingulis annexis, *Anch. in c. beneficium ante num. 12. & c. ſine poſſeſſione n. 10. in fin. de reg. iur. in 6. Couar. Var. libr. 3. cap. 16. n. 13. plures cumulans. Rot. Farin. deciſ. 199. nu. 6. & ſeqq. part. 2. Greg. xv. deciſ. 557. n. 2. & ſeqq. & ibi late annot.* quia eccleſia retinet poſſeſſionem mortuo Prælato, *l. ſi adoptauero, & ibi gl. & DD. ff. de precario. Inn. in c. cum ſuper n. 3. de cauſ. poſſ & propr. Rot. deciſ. 1. n. 5. de reſt. ſpol. in nou.* ac etiam mortuis omnibus de collegio eccleſiaſtico, *l. iubemus in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. l. raptores §. ſin autem diaconiſſam, ibi, plenam poſſeſſionem C. de epiſc. & cleric.* (ſed mortuis omnibus de collegio ſæculari poſſeſſio vacat, *l. ſicut §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. &c. Bart. in l. 1. §. fin. n. 4. ff. de acq. poſſeſ.*) quæ eſt ciuilis, non ciuiliſſima, & conſiderabilis ad effectum interdicti recuperandæ poſſeſſionis, *Rot. d. deciſ. 1. de reſt. ſpol. in nou. & diuerſ. deciſ. 390. n. 3. part. 1. Innoc. in c. in litteris circa fin. de reſt. ſpol.* aduerſus quoſcumque ſpoliatores, ſed non contra ſpoliatorem collitigantem ſecum ſuper beneficio, *Rot. deciſ. 18. de reſt. ſpol. in antiq. l. fundi ff. de except. l. per minorem ff. de iud. l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. de verb. oblig. l. fin. §. ſin autem aliquis C. de edict. D. Adr. toll.* ex quo infertur beneficiatum poſt adeptam poſſeſſionem beneficij, ſi reperiat aliquem occupantem bona ſpectantia ad beneficium, poſſe eum expellere, *Anch. in c. ſine poſſeſſione ſub n. 12. verſ. ex his infero, de reg. iur. in 6. per l. Clem. poſſidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſ.* ſed non collitigantem ſecum ſuper præbenda, *Rot. d. deciſ. 18. de reſt. ſpol. in antiq. & iuribus ſupra allegatis.* Præfata procedunt in eccleſijs, in quibus præbendæ non ſunt diſtinctæ, quod ſi præbendæ forent diſtinctæ, ad † obtinendam reſtitutionem in ſpolio, non ſufficit probare ſtallum in choro, & locum in capitulo ſibi aſſignatum fuiſſe, aut quod mandatum eſſet per capitulum diſtributori, vel colonis, quod prædicto præbendato de redditibus illius præbendæ reſponderent, niſi probet reddituarios ſibi de redditibus aliquid ſoluiſſe, vel in poſſeſſionem fundi ſpectantem ad præbendam inductum fuiſſe, quia adipiſcimur poſſeſſionem corpore, & animo, neque per ſe animo, neque per ſe corpore, *Rot. deciſ. 12. de reſt. ſpol. in nou. l. 3. & l. quemadmodum in princip. ff. de acquir. vel amitt. poſ. l. nemo C. eod. §. poſſidere verſ fin. Inſtit. de interd.* niſi eſſet cõſuetudo eccleſiæ, quod præfato modo acquireretur poſſeſſio, aut aliquis certus locus foret aſſignatus præbendario talis præbendæ, per cuius inſtallationem bene acquiritur poſſeſſio, *Innoc. in c. in litteris num. 6. & 7. & ibi Can. de reſt. ſpol. Rot. d. deciſ. 12. in fin. eod. in nou.* 23

Quando beneficiatus † eſt in poſſeſſione beneficij, & dicitur non legitime inſtitutus, actori incumbit eius probatio, *Rot. deciſ. 3. & 4. de probat. in antiq. Inn. in cap. innotuit, de eo qui furt. ord. ſuſcep. Inn. in c. ex inſinuatione num. 3. & 4. poſt gloſ. in verb. clerici, & Can. de procur.* alias in ſpiritualibus inſtitutio non præſumitur canonica, quando fuit facta ab alio, quam epiſcopo, eiuſve Vicario, aut Archidiacono: *cap. ex frequentibus hoc tit. c. 1. de reg. iur. in 6. Zab. in Clem. 1. in 13. quæſt. in fin. de decim.* quia de iure pertinet ad epiſcopos inſtitutio approbatoria, vt dictum eſt, *c. cum ex iniuncto in fin. de hæret.* & conſuetudo contraria eſt reprobata tanquam detrahens obedientiæ: *d. cap. ex frequentibus, & ibi Anchar. numer. tertio & quarto,* inductio vero in corporalem poſſeſſionem ſpectat ad Archidiaconum, vt ſupra dictum eſt. 24

De con-

Digitized by Google

De conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.

Titulus VIII.

SVMMARIA.

1 *Papa in ſuis prouiſionibus vtitur quatuor terminis videlicet.*
2 *Prouidemus.*
3 *Mandamus prouideri.*
4 *Prouiſum fuit.*
5 *Conceſſimus prouideri.*
6 *Mandata de prouidendo & gratias quæ expectatiuæ dicuntur reſeruationes mentales & alias quaſcunque gratias ad vacatura aut indulta ad alienas eccleſias Concilium Tridentinum nemini amplius concedenda decreuit.*
7 *Conferendi ius habens non poteſt alteri dare poteſtatem conferendi primum beneficium vacaturum.*
8 *Regreſſus & aggreſſus etiam de conſenſu ad beneficium cuiuſcunque qualitatis nemini concedi ſtatuit Conc. Trid.*
9 *Idem mandat obſeruari in coadiutorijs cum futura ſucceſſione.*
10 *Regreſſus qui conceduntur ob non ſolutionem penſionis per Conc. Trid. non ſunt ſublati.*
11 *Vnio quæ fit de beneficio viuentis Collegio vel Capitulo, aut beneficio alicuius perſonæ in particulari non eſt ſublata per Conc. Trid.*
12 *Reſcriptum in forma communi ſiue iuſtitia quod à Sede Apoſtolica conceditur clerico ad ſacros promoto ſine titulo non eſt per Conc. Trid. ſublatum.*
13 *Mandatum à Papa factum capitulo vt eligant vel præbendam alicui conferant requirit actum capitularem & collegialem.*
14 *Secus ſi facta collatione per Papam mandet capitulo vt illum recipiant in canonicum vel dent ipſi poſſeſſionem quale mandatum quilibet Canonicus poteſt & tenetur adimplere.*
15 *Regreſſus conceditur à Papa præſupponit ius priſtinum & dependens à præterito.*
16 *Non comprehenditur ſub cõcordatis indultis Cardinalium alternatiuis Epiſcopum, locatione ad longum tempus.*
17 *Dat ius ad rem, quod tantum afficit & eſt reſeruatum.*
18 *Ad eius validitatem non requiritur conſenſus.*
19 *Conceditur ad ius quo quis egreſſus eſt, & non ad poſſeſſionem.*
20 *In eo non exprimitur valor.*
21 *Quando reſeruatur ex cauſa ceſſionis non eſt neceſſe docere de aliquo titulo cedentis.*
22 *Reſeruatus in caſibus ceſſus vel deceſſus ſeu dimiſſio ius cuiuslibet verificatur in primo euentu.*
23 *Si impoſitus ſit per ceſſum, non habet effectum in reſignatione coram Papa in fauorem.*
24 *Facto loco regreſſui eo ipſo quod regreſſum habens declarat locum eſſe regreſſui non ſoluens penſionem, priuatus eſt omni iure etiamſi à ſententia declaratoria appellauerit.*
25 *Cenſetur ius nouum & noua gratia.*
26 *Caſſatur ſolo conſenſu etiam tacito.*
27 *Clauſula poſita in parte prouiſiua cenſetur repetita in regreſſu.*
28 *Ad regreſſus canonizationem procedi non poteſt niſi præcedente perſonali citatione poſſeſſoris beneficij.*
29 *Limita vno modo.*
30 *Secundus regreſſus quando concedatur.*
31 *Acceſſus & ingreſſus nullum præſupponunt præcedentem titulum.*
32 *Reſeruationum quædam ſunt generales inductæ per canones, quæ per Conc. Trid. non ſunt ſublatæ, & hic recenſentur.*
33 *Vacatio apud ſedem, Vacatio in curia, Reſeruatio } quomodo differant.*
34 *Reſeruationes quædam ſunt ſpeciales quoad certum corpus beneficij non tamen pro certa perſona & hic enumerantur.*
35 *Reſeruationes quædam ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficij & ſpecialiter pro certa perſona quæ per Conc. Trid. ſunt ſublata.*
36 *Reſeruatio quomodo expirat.*
37 *De reſeruatione beneficij ſiue generali ſiue ſpeciali debet fieri mentio in impetratione, & ſi plures concurrant reſeruationes generales circa idem de omnibus debet fieri mentio ſpecialis.*
38 *Collatio apoſtolica fundata ſuper falſa cauſa reſeruationis eſt nulla.*
39 *Dicitur Papa voluiſſe prouidere tanquam de reſeruato, quando apponit clauſulam, dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat.*

40 *Reſignatio beneficij reſeruati facta in manibus ordinarij tenet ſed non collatio ab inferiore de eo facta.*

41 *Decretum irritans in reſeruationibus quando inficiat titulum & poſſeſſionem.*

42 *Indultum habens conferendi qualitercunque vacantia, an poſſit conferre beneficia reſeruata.*

SÆPE præbendæ, & dignitates mandantur conferri, *c. propoſuit hoc tit. c. ne captanda in 6.* & promittuntur antequam vacent, *c. relatum c. ex tenore, c. accedens hoc tit.* quandoque vacantes ex negligentia non conferuntur, *c. 2. §. cum vero cap. quia diuerſitatem, & c. fin. hoc tit.* ideo addit titulum *de conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis,* in quo tractat tam circa prouiſiones non vacantium, quam circa negligentiam in non conferendo vacantes. Pro maiore intelligentia, præmittendum eſt, quod quatuor ſunt termini, qui-
1 bus vtitur Papa † in ſuis prouiſionibus, videlicet, *prouidemus, mandamus prouideri, prouiſum fuit, & conceſſimus prouideri,* quæ iuxta canones, & ſty-
2 lum Cancellariæ differunt. Prouiſio † dicitur, quando Papa fecit pure gratiam, de qua literæ ſunt expeditæ, *c. Abbatem & ibi gloſſ. pen. de reſcript.*
3 *c. fin. de præb.* Mandamus † prouideri, dicitur, quando litteræ ſunt expeditæ, & alteri mandatur vt prouideat, *c. cum noſtris hoc tit.* Prouiſum fuit,
4 dicitur, † quando auctoritate Papæ, vel alterius fuit facta prouiſio, litteris expeditis, & executis.
5 Conceſſimus † prouideri dicitur, quando eſt ſignata ſupplicatio, & in Cancellaria relaxata, ſed litteræ non ſunt expeditæ, *Sarn. in reg. de Idiomate quæſt. 4. n. 4.* Prætermiſſa pœna negligentium conferre beneficia vacantia, de qua diximus ſupra, *libr. 1. de ſuppl. negl. præl.* Circa prouiſiones non vacantium beneficiorum non eſt immorandum,
6 quia Concil. Tridentinum decreuit † mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, etiam ſub nomine indulti, vel quouis alio colore, aut reſeruationes mentales, vel alias quaſcumque gratias ad vacatura, aut indulta ad alienas eccleſias, vel monaſteria, nemini amplius eſſe concedenda, *c. decreuit ſeſſ. 24. c. cum beneficij ſeſſ. 25.* quia per ea alienæ mortis votum ingeritur, & eccleſijs, ac prælatis, & perſonis eccleſiaſticis grauamina plurima inferuntur, *c. 2. hoc tit. c. deteſtanda, & c. ne captanda eod. in 6.* Eadem ratione is,
7 qui ius † conferendi habet, non poteſt alteri dare poteſtatem conferendi beneficium primo vacaturum, quod per huiuſmodi conceſſionem fraudem adhibere volentibus licentia concederetur contraueniendi canonicæ ſanctioni, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia concedi, ſiue promitti, antequam vacent, *c. conſtitutus hoc tit. c. 1. c. ex tenore eod. tit.* Item Conc. Trident. ſtatuit, vt nemini † in poſterum acceſſus, aut re- 8
greſſus etiam de conſenſu ad beneficium eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur. Idem mandat obſeruari † in Coadiutorijs cum 9
futura ſucceſſione; vt nemini in quibuſcumque beneficijs eccleſiaſticis permittantur, niſi eccleſiæ cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas, aut vtilitas poſtulet prælato dari coadiutorem, vt dictum eſt in præcedenti titulo, *c. cum in beneficijs ſeſſ. 25.* quia referunt imaginem hæreditariæ ſucceſſionis, quæ ſacris conſtitutionibus reprobatur, *c. apoſtolica 8. quæſt. 1. c. ex tranſmiſſa, c. ad extirpandas de fil. presbyt.* Regreſſus † qui concedun- 10
tur ob non ſolutionem penſionis per Conc. Tridentinum non ſunt ſublati, quia obligare ſe poteſt clericus ſub pœna beneficij, anathematis, ac etiam ordinis, *c. ſi quis presbyter, & ibi gl. in verbo conſecrationem 2. quæſt. 4. c. quoties, & ibi gl. 2. & 3. 1. quæſt. 1. c. cum dilectus in fin. & ibi gl. in verbo obligauit, & Can. de elect. c. fin. de crim. falſ.* aut vnio † quæ fit 11
de beneficio viuentis, non ſolum collegio, vel capitulo, ſed etiam dignitati, aut beneficio alicuius perſonæ in particulari, *c. cum veniſſet de reſt. ſpol. Clem. ſi vna de reb. eccl. non alien.* quia canones antiqui, ac decreta Concilij Tridentini loquuntur de collatione beneficij vacaturi reſpectu tituli, non de conceſſione in proprietatem, *c. 1. 2. & 3. hoc tit. c. decreuit. ſeq. 24. Garc. de benef. part. 10. cap. 1. nu. 24. & 25.* neque etiam cenſetur ſublatum reſcriptum † in forma communi, ſiue iuſtitiæ, quod 12
à ſede apoſtolica conceditur clerico ad ſacros ordines, nullo præſentante, promoto ſine titulo, quo mandat ordinatori, ſiue ſucceſſori eius, vt ſi per examinationem, quæ alijs committitur, ordinatore citato (qui de indignitate poſt ordinationem contracta, & quantitate, ac qualitate beneficij poteſt excipere) conſtiterit, quod idoneus habeatur, & eccleſiaſtico beneficio non indignus, ei competens beneficium tribuat, datis executoribus, qui ordinatorem, eiuſque ſucceſſorem compellere poſſint ad prouiſionem illius in maiori eccleſia, vel alijs eccleſijs ciuitatis, vel diœceſis.

Digitized by Google

diœceſis, *c. accepimus de æt. & qual. &c. c. cum ſecundum apoſtolum de præb.* quia qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede, *c. charitatem, c. quicumque c. eccleſiaſticis 12. quæſt. 2. c. ſecundum naturam de reg. iur.* & dignum eſt, vt eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentetur, in qua, & per quam diuinis obſequijs adſcribitur, *d. c. eccleſiaſticis. 12. quæſt. 2. d. c. cum ſecundum apoſtolum de præb.* Aliquando huiuſmodi reſcriptum dirigitur capitulo cathedralis eccleſiæ, quia ipſa eccleſia cathedralis obligatur ordinato ſine titulo, *dictum eſt ſupra tit. de temp. ord.*
13 *& qualit. ordin.* Mandatum † à Papa factum capitulo, vt eligant, vel præbendam alicui conferant, non afficit ſingulos de capitulo, vnde ſinguli ſingulariter non poſſunt illud exequi, verum electio, & collatio requirunt actum capitularem, & collegialem, quia mandatum fuit id, quod in iure conſiſtit, & agitur de iure efficaciter creando,
14 ſecus ſi facta collatione † per Papam, mandet capitulo, vt illum recipiant in canonicum, vel dent illi poſſeſſionem, quia illa receptio, & traditio conſiſtit in facto, ideo ſi collegium nō vult ſimul facere, tunc quilibet poteſt, & tenetur mandatum adimplere, ea enim, quæ requirunt implementum facti, cenſentur iniuncta vniuerſitati, non vt corpori, ſed vt ſingularibus de vniuerſitate, *c. eam te, & ibi Pan. n. 12. Felin. n. 13. 14. & ſeq. & Can. de reſcript. Felin. in c. cum omnes n. 27. de conſt. Achill. deciſ. 4. vt lit. pend. &c. Franc. in c. Romana §. in vniuerſitatem n. 5. in fin. de ſent. excom.*

15 Regreſſus conceditur † tantum à Papa, & eſt introductus ex eius plenaria poteſtate, quam habet in beneficialibus, *Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 5. nu. 14. plures citans, vbi plene de regreſſu tractat.* præſupponit ius priſtinum, & dependens à præterito, *Rot. diuerſ. deciſ. 457. num. 10. & deciſ. 597. num. 2. par. 1. Caſſad. deciſ. vnic. num. 3. de pact. l. quæritur §. ſi venditor verſ. remittentibus ff. de ædil. edict. Franc. Marc. quæſt. 288.* in quo exprimi debent omnes qualitates, quæ redderent Papam difficiliorem ad concedendum, *Caput. deciſ. 7. part. 1. Felin. in c. in noſtra ſub numer. 9. verſ. Theorica mentionem de reſcript. Felin. in c. ad audientiam el 2. num. 22. verſ. litteræ ad beneficia, vbi ampliat, & limitat de reſcript.*
16 non comprehenditur † ſub concordatis Germaniæ, indultis Cardinalium, & alternatiuis Epiſcoporum, quæ tollunt gratias præuentiuas, *Caſſad. deciſ. vnic. ſub num. 2. de pact. Caſſad. deciſ. 4 de priuil. atteſtans de vſu Curiæ c. ab exordio 35. diſt. & ibi gloſſ. fin. & Can. l. ſi vnus ff. de pact. c. ſtatutum & ibi gloſſ. in verb. moderandum de præb. in 6.* neque etiam ſublocatione ad longum tempus à ſede Apoſtolica confirmata, cum clauſula, etiam quoad ſucceſſores, quia ſucceſſor incertus eſt, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſi in euidentem verſ. quæro an habenti regreſſum &c.* dat ius † ad rem, *Mand. de ſign. grat. titul.* 17
regreſſus, & acceſſus, verſ. regreſſus dicitur eſſe ius ad rem Sarnen. in reg. de iur. quæſ. non toll. quæſt. 1. ſub n. 28. verſ. ſed quia ſæpe dictum eſt, vbi enumerat omnes caſus, in quibus in beneficialibus quæritur ius ad rem, in 10. caſu, quod tantum afficit, & eſt reſeruatum, & ideo ius in re non eſt reſeruatum, nec affectum, *Card. Seraph. deciſ. 315. arg. l. 1. ff. de leg. commiſſ. & l. 2. §. Sabinus ff. pro emptore,* etiamſi in eo ſit clauſula, quod vim habeat validæ, & efficacis collationis: *Mohed. deciſ. 7. numer. 1. in fin. de renunciat.* Ad eius validitatem de iure, *arg. not. per gloſſ. in cap. 1. §. poſtquam in verb. inſcripe. & ibi Can. de cenſ. in 6. Guid. 1. deciſ. 582. num. 3.* aut per regulas Cancellariæ, vel de Stylo Curiæ non requiritur † conſen- 18
ſus alterius, licet per regulas reuocatorias, aut gratias non reuocetur regreſſus de conſenſu, vel ex cauſa onerosa; *Creſcent. deciſ. 2. ſub num. 5. in fin. & Mohed. deciſ. 13. num. 1. de renunc. arg. c. 1. cum ibi not. de probat.* quando eſt intentio Papæ requirere conſenſum, Datarius apponere ſolet clauſulam, quoad regreſſum de conſenſu, *Creſc. d. deciſ. 2. in in fin. c. nullus de iurepatr.* acquiritur abſenti, *c. accedens de præb. c. ſi tibi abſenti eod. in 6.* ſecuta ratihabitione, *Dec. in l. ſemper qui non prohibet ff. de regul. iur.* conceditur ad ius † quo quis egreſſus eſt, & 19
non quoad poſſeſſionem, quæ conſiſtit in facto, niſi adſint clauſulæ reſeruantes omnia, tam ius, quam poſſeſſionem; *Mohed. deciſ. xj. num. 4. de renunc. Bart. in l. fin. num. 4. & 5. & ſeq. & num. 8. C. de ſent. poſſ. & reſtit. & ibi Doct.* in eo non exprimitur † valor, ſufficit enim illum in bullis prouiſio- 20
nis exprimere, & opponenti illum non fuiſſe expreſſum in prouiſione, incumbit onus probandi, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. regreſſus, & acceſſus, verſ. an autem regreſſus &c. Fel. in c. ſuper his num. 16. verſ. 3. concluſio de accuſat. & ibi Can. communiter.* Quando reſeruatur † ex cauſa ceſſionis, vel reſignationis, 21
non eſt neceſſe docere de aliquo titulo cedentis, aut quod lis erat valida cum eo, ſed ſufficit quod ceſſionarius ceſſionem acceptauerit, aut ex cauſa ceſſionis notabili penſioni conſenſerit, quia Papa adhæret voluntati partium in ceſſionibus ad

Digitized by Google

certum effectum: Mandoſ. de ſig. grat. d. tit. regreſſus &c. verſ. proponebatur, & verſ. regreſſus conceſſus fuerat. Mobed. deciſ. 14. & 15. de renunciat. arg. l. in omnibus rebus ff. de act. & oblig. & l. omnẽ ff. de iud. Caſtr. in l. 1. §. & poſt operis nu. 5. plures citans ff. de nou. oper.
22 nunciat. Reſeruatus in † caſibus ceſſus, vel deceſſus, ſeu dimiſſionis cuiuslibet, verificatur in primo euentu, nec datur habenti regreſſum electio, nam poſtquam beneficiatus ſemel amiſit beneficium, id amplius ex perſona ſua non poteſt vacare; Mobed. deciſ. 20. de renunciat. arg. c. mandato & ibi Franc. & Can. de præb. in 6. & not. per Bald. in l. inuitus num. 8. C. de procurat. Felin. in c. 2. num. 3. vbi ampliat, & limitat, de treug. & pac. l. diuortio §. quod in anno, & ibi late Iaſ. à num. 12. vſque ad fin. ff. ſolut.
23 matr. ſi impoſitus † ſit per ceſſum, non habet effectum in reſignatione facta coram Papa in fauorem certæ perſonæ, quia reſignans in fauorem certæ perſonæ, hoc agit, quod quæratur beneficium reſignatario, & aliter non intendit ius à ſe abdicare, Mobed. deciſ. 36. de renunc. c. Apoſtolica & ibi gloſſ. 1. in fin. & Can. 8. q. 1. Collect. in c. ex parte 1. in fin. & ibi Add. de off. deleg. Non amittitur per ſolam negligentiam; Mobed. deciſ. 18. de renunc. arg. c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. Innoc. in c. extirpandæ in fin. de præb. Mobed. deciſ. 32. num. 1. de præbin. Ex ſubſecuta pacifica triennali poſſeſſione prædeceſſoris, poſtquam locus factus fuit regreſſui, præſumitur ceſſio regreſſus, Mobed. deciſ. 19. de renunc. Achill. deciſ. 19. de prob. arg. alleg. Lap. 89. & c. ſi clericus 1.
24 reſp. de præb. in 6. facto loco † regreſſui, eo ipſo quod regreſſum habens declarat locum eſſe regreſſui, non ſoluens penſionem priuatus eſt omni iure, etiamſi à ſententia declaratoria appellauerit; quod cenſetur acquiſitum habenti regreſ-
25 ſum, Put. deciſ. 81. lib. 2. & iſtud cenſetur † ius nouum, & noua gratia, quia facto loco regreſſui requiritur noua acceptatio beneficij, & clauſulę ſolitæ in regreſſibus, & quodammodo acceſſoriæ, quod tam vigore præſentium, quam antiqui tituli, ac in omnibus, & per omnia, ac ſi non reſignaſſet &c. intelligendæ ſunt ex tunc, quando fit locus regreſſui, Rot. diuerſ. deciſ. 427. numer. 7. & 8. par. 1. Put. deciſ. 142. lib. 2. c. vt noſtrum de appell. c. paſtoralis de off. ord. nec beneficium reincidit in veterem affectionem, vel reſeruationem, Put. d. dec. 142. lib. 2. Rot. deciſ. 24. de præb. in antiq. c. fin. cum ibi not. de conceſſ. præb. in 6. c. inter cætera, & ibi Inn. de præb. Rot. deciſ. fin. de reſcript. in antiq. Caſſatur
ſolo † conſenſu etiam tacito, Achill. deciſ. 6. de re- 26
nunciat. Caput. deciſ. 12. part. 3. Put. deciſ. 139. lib. 2. c. Agathoſa, & ibi gloſſ. 63. diſt. cap. ex ore, & ibi gloſſ. in verb. renunciaſſe, de iis, quæ fi. à maior. part. capit. in manibus cuiuſcumque, Creſc. deciſ. 1. de renunc. Achill. deciſ. 7. de decimis &c. c. in præſentia de renunc. c. ſi electio, & ibi gloſſ. in verb. renunciat. de elect. in 6. & Carn. Sarn. in reg. de inf. reſig. q. 18. nu. 5. niſi fiat caſſatio correſpectiue ad effectum alterius reſeruationis, quo caſu fieri debet in manibus ſummi Pontificis, & conſenſus debet præſtari formaliter in Camera, vel Cancellaria: Rot. diuerſ. deciſ. 471. numer. 10. par. 1. Caput. deciſ. 12. par. 3. c. ſuper eo, de
cond. app. Clauſulæ generales † poſitæ in parte 27
prouiſiua, cẽſentur repetitæ in regreſſu in eadem ſupplicatione contento, Put. deciſ. 71. lib. 2. c. acceſſorium de reg. iur. in 6. l. ſi enim §. qui iniuriarum ff. ſi
quis caut. &c. Canonizatio regreſſus † habet in ſe 28
priuationem, ad quam procedi non poteſt niſi præcedente perſonali citatione poſſeſſoris beneficij, alias proceſſus eſt nullus Rot. diuerſ. deciſ. 277 part. 3. lib. 3. Fel. in c. cum contingat ſub numer. 8. verſ. & pro iſtis bene facit de reſcr. Rot. dec. 21. de dol. & contum. in antiq. Caput. deciſ. 375. part. 2. Felin. in c. quo-
niam ſub num. 22. vt lit. non conteſt. Limita † quia 29
valet proceſſus ſuper canonizatione regreſſus cũ procuratore conſtituto à reo poſſeſſore perſonaliter citato in cauſa non ſolutæ penſionis per actorem in principio intentatæ, & ad omnes alias lites etiam beneficiales, etiamſi reus non fuerit perſonaliter citatus ad videndum canonizari regreſſum, quia canonizatio regreſſus eſt cauſa beneficialis, & declaratoria pœnæ incurſæ ob non ſolutionem penſionis, Achill. deciſ. 4. & 5. de penſionib. arg. c. ex geſtis c. relatum c. ex tua & c. fin. de cler.
non reſid. Secundus regreſſus † nunquam conce- 30
ditur, niſi habens primũ regreſſum illum ſuſpendat, vel eius caſſationi conſentiat, ne idem beneficium duobus regreſſibus ſit inuolutum, Caſſad. deciſ. 1. de penſ. Mobed. deciſ. 4. 5. 7. 10. 13. de renunc. Rot. diuerſ. deciſ. 799. part. 3. lib. 3. atteſtans de vſu, & ſtylo, arg. c. ſuper eo de cohab. cler. & mul. & ibi gl. fin. & Can. arg. cap. dilectus filius, & ibi not. per DD. de reſcript. Acceſſus nullam habet cauſam præambulam iuris præteriti, Caſſad. deciſ. 1. de pact. numer. 6. Put. deciſ. 191. num. 3. 10. & 18. libr. 1. l. acceſſionibus ff. de diut. & temp. præſcr. ſed præſupponit ius de futuro: Rot. diuerſ. deciſ. 457. nu. 10. part. 1. c. vnico, ibi ad ea ingreſſus patere valeat, de eo, qui mit. in poſ. in 6.

Ingreſ-

Ingreſſus ab acceſſu non differt, nec præſuppo-
31 nit † aliquem ritulum præcedentem, *c. accuſatores, el 2. 3. q. 5. c. eum qui ibi iuſte ingreditur de præb. in 6. Caſſad. d. deciſ. 1. de pact.*

32 Reſeruationem quædam ſunt † generales, inductæ per canones, quæ per Conc. Tridentinum non ſunt ſublatæ, vt reſeruata ſunt beneficia vacantia apud ſedem apoſtolicam, *c. ſtatutum, c. præſenti de præb. in 6. Extrauag. ex debito de elect. inter communes Extrauag. ad regimen. de præb. inter communes.* etiam monaſteria monialium, *Mand. de ſign. grat. tit. reſignationes verſ. monaſteria monialium.* vacare dicitur beneficium proprie apud ſedem,
33 quando † beneficiatus in Curia Romana moritur, *Rot. deciſ. 4. de præb. in nou. Clem. 1. vt lit. pend &c. in princ. c. præſenti de præb in 6. quod declarat c. 2. eod. tit. in 6. & ſæpius repetit non ſine myſterio, mori contingat, decedat, gl in Clem. 1. in verbo diœceſanis, & ibi Can de iurepatr. cum vulgaribus.* vel in locis ipſi Curiæ Romanæ vicinis, non remotis vltra duas dietas legales, *d. c. præſenti in princ. & §. loca.* improprie vero vacatio apud ſedem ponitur pro quacumque vacatione in curiæ, & tunc vacatio apud ſedem, & vacatio in curia pro eodem capiuntur, *c. 2. de præb. in 6. quod in principio dicit apud ſedem in fin. in Rom. Cur. c. ſtatutum, & ibi gl 2. de præb. in 6. Lap. alleg. 84.* adeo quod proprie loquendo, omnis vacatio apud ſedem poſſit dici vacatio in Curia, ſed non è contra, *Rot. deciſ. 17. de præb. in antiq. Sarn. in reg. de trien. quæſt. 31. poſt princ. Put. deciſ. 38. lib 2. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 13. n. 48. & ſeqq.* ab vtraque dicta vacatione reſeruatio beneficij differt, ſi ſpecialiter ſumatur, quia poteſt eſſe beneficium reſeruatum, quod proprie non eſt vacans apud ſedem apoſtolicam, vel in Curia, *Archidiac. in c. cum in tua n. 3. de conſu. in 6. Rot. deciſ. 1. de off leg. in antiq.* Item reſeruantur, & in Curia Romana vacare dicuntur, *Sarn. Trid. reg. de trienn. quæſt. 31. §. & ideo pro clariori verſ. hoc probatur Put. deciſ. 38. lib. 2.* beneficia S.R.E. Cardinalium, Officialium Papæ, Capellanorum, Commenſalium (qui autem cenſeantur Commenſales traditur in c. fin. de verb. ſignif. in 6.) & quorumlibet aliorum ratione officij, vel ex cauſa legitima in Romana Curiæ morantium, quando à Papa pro ſuis, & ſedis Apoſtolicæ negotijs perſequendis de ipſa Curia quocumque modo præmiſſi, vel aliqui eorum tranſmiſſi, aut legati, vel nuncij fuerint; & eos vbilibet ante ipſorum ad prætractam curiam reditum durante legatione, ſeu proſecutione ipſorum negotiorum rebus cōtigerit eximi ab humanis, *d. Extrauag. ex debito §. epiſcopales, inſuper, & §. rurſus de elect. inter communes. d. extrauag. ad regimen §. ac etiam per obitum, & §§. ſeqq.* Beneficia promotorum per Papam ad epiſcopales eccleſias, & monaſteriorum regimina, quæ tempore huiuſmodi promotionis obtinebant, *d. Extrauag. ad regimen §. rurſus monaſteria. Garc. de benef. part. xj. c. 6. num. 30. & ſequentib.* Beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam quorumcumque prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apoſtolica collatorum: *d. Extrauag. ad regimen §. necnon etiam Garc. de benef. part. xj. cap. 5. num. 51. & plurib. ſeqq. dicens, quod Dataria apponat decretum dimittendi primum in manib ſanctiſſimi,* ſecus quando ſecundum beneficium, per quod vacat primum, eſſet ab ordinario collatum, *Extrauag. ad regimen prope fin. verſ. necnon etiam per aſſecutionem de præb. Extrauag. ex debito §. huiuſmodi de elect. inter communes Rot. deciſ. 65. de reſcript. in antiq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 51. num. 36. & 37.* Beneficia exemptorum, & immediate ſedi Apoſtolicæ ſubiectorum; *c. fin. de renunc.* Beneficia deuoluta ad ſedem Apoſtolicam: *c. licet de ſuppl. neglig. præl.* Beneficia vacantia per conſtitutionem execrabilis de præb. inter communes, *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 51. vbi caſus 35. enumerat, in quibus reſeruatio ſibi vendicat locum Pariſ. de reſig. libr. 2. q. 16. à num. 16. vſque ad fin.* Per concordata Germaniæ reſeruantur maiores dignitates poſt pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis eccleſiis, *§. de cæteris in concord. Germ.* & ſi agatur ad hunc effectum requiruntur probationes plenæ, & concludentes, & debet eſſe dignitas maior, vel prima proprie, plene, & cum effectu in actu, & non in habitu, nec ſufficiunt veſtigia dignitatis, propter præiudicium ordinarij collatoris, *Rot. diuerſ. deciſ. 70. num. xj. par. 1. c. de liberatione, & ibi gloſ. in verbo eccleſias, & in verb. electiones circa fin. verſ. ſed cum maioritas, & ibi Gemin. num. 6. & ſeq. & Can. de off. leg. in 6.* Præterea inductæ ſunt plures reſeruationes per particulares conſtitutiones ſummorum Pontificum, quæ etiam dicuntur generales reſeruationes, quia factæ per viam legis, vt reſeruata ſunt beneficia vacantia per priuationem, *conſtit. Paul. 3. incip. ſanctiſſimus,*

Digitized by Google

mus, quæ eſt in ordine 67. recepta in confidentiam,
Conſtitut. 109. Pij 4. Rom. Pont. & conſtit. Pij V. 87.
Intolerabilis. vacantia per crimen hæreſis, Conſtit.
Pij V. 29. cum ex Apoſtolatus. Parochiales eccleſiæ
collatæ non ſeruata forma cap. 18. ſeſſ. 24. Conſt.
Pij V. 32. in conferendis. late de præfatis omnib. Gonzal.
ſuper reg. de menſib. & alter. gloſſ. 51. Quædam re-
34 ſeruationes ſunt ſpeciales † quoad certum cor-
pus beneficij, non tamen pro certa perſona: c. ſi eo
tempore de elect. in 6. c. cum olim de re iud. nonnullæ
aliæ ſunt introductæ per primam nonam, & vn-
decimam regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, quas
fuſe explicat Mandoſ. in Comment. ad dictas regulas.
Garc. de benef. part. 5. cap. 1. numer. 56. & ſequent. &
13. §. ſeqq. Beneficia familiarium Cardinalium
ſunt reſeruata per reg. Cancell. 4. §. ac quæcumque,
quam fuſe explicat Mandoſ. in reg. 3. reſeruat. quæſt.
17. & 4. quæſt. ſeqq. Greg. xv. deciſ. 166. & ibi late
35 annot. Quædam ſunt ſpeciales † ſuper certo cor-
pore beneficij, & ſpecialiter pro certa perſona, c.
dudum de præb. in 6. cap. executor de conceſſ. præb. in 6.
Rot. dec. 28. de præb. in antiq. quæ per Concil. Tri-
dentinum ſunt ſublatæ, quia ſunt gratiæ præuen-
36 tiuæ, c. decernit ſeſſ. 24. Reſeruatio expirat † per
prouiſionem Papæ, etiamſi prouiſus moriatur,
antequam cœperit corporalem beneficij poſſeſ-
ſionem, Rot. deciſ. 24. de præb. & dignit. in antiq. cap.
fin. §. præſenti § fin. de conceſſ. præb. in 6. ac litteris
non expeditis, Rot. deciſ. 87. num. 5 de reſcript. in an-
tiq. Ioan. Andr. in proœm. lib. 6. num. 5. & 6. Archid.
& Canoniſtæ, quando eſt facta in forma gratioſa,
ſecus in forma dignum, & Commiſſaria; Rot. dec.
3. de for. in antiq. Clem. 1. & ibi glo. 3. de conceſſ. præb.
Reſeruatio non expirat per commendam, Gemin.
in c. nemo numer. 6. de elect. in 6. Rot. deciſ. 1. de præb. in
antiquior. niſi commenda fiat ad incertum tem-
pus, puta donec aſſecutus fuerit poſſeſſionem E-
piſcopatus propter dubium euentum conditio-
nis, Rot. deciſ. 1. in 2. reſp. de præb. in antiquioribus l.
ſufficit ff. de cond. indeb. Gemin. in d. c. nemo num. 6. de
elect. in 6. Reſeruatio facta collationi Papæ per
mortem Papæ expirat, ſed reſeruatio facta colla-
tioni ſedis Apoſtolicæ, morte ſummi Pontificis
non expirat, Clem. 1. de probat. & ibi Zabar. in princ.
Imol. in princ. & Can. Mand. in reg. 1. reſeruat. qu. 12.
num. 5. & ſeqq.

37 De reſeruatione † beneficij, ſiue generali, ſiue
ſpeciali debet fieri mentio in impetratione, alias
collatio non valet, Felin. in c. in noſtra ſub 5. coroll. de
reſcript. Rot. deciſ. 30. de præb. in antiq. & ſi plures
concurrant reſeruationes generales circa idem
beneficium, de omnibus debet fieri mentio ſpe-
cialis in impetratione, Caſſad. deciſ. 9. de præb. nu. 5.
Bellam. deciſ. 425. ſi Papa. Felin. in c. in noſtra in 6.
coroll. de reſcript. quia collatio eſt gratia ex parte
concedentis, ex parte impetrantis ambitio, glo. 1.
in c. ſi tibi qui de reſcript. in 6. collatio † apoſtolica 38
fundata ſuper falſa cauſa reſeruationis eſt ſubre-
ptitia, & nulla, Rom. conſ. 335. n. 11. & 14. ſimonet. de
reſeru. quæſt. 61. nu. 1. quia decretum latum ex falſa
cauſa non afficit beneficium, l. 3. §. puberi ff. de car-
bon. l. cum vero §. ſubuentum ff. de fideicom. libert. l. 1.
§. hæc verba ff. ne uis fiat ei, qui in poſſ. l. tutor ſi petitus
l. ſeiæ egreſſæ ff. de tut. & curat. dat. ab iis &c. l. magis
puto. §. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. & dicitur † Papa 39
voluiſſe prouidere tanquam de reſeruato, quan-
do apponit clauſulam, dummodo illius diſpoſi-
tio ad nos hac vice pertineat, quæ totam gratiam,
& omnia in ea contenta qualificat, & reſtringit,
ſimon. de reſeru. quæſt. 61. n. 3. Gonzal. ſuper reg. Canc.
de menſ. & alter. §. 4. proœm. n. 75. & ſeqq. Reſigna-
tio † beneficij reſeruati facta in manibus ordi- 40
narij tenet, & inducit veram vacationem, Rot.
deciſ. 4. de renunc. & deciſ. 1. de rer. perm. in nou. Caput.
deciſ. 45. part. 1. cap. dudum de præb. in 6. gl. in c. quod
in dubiis, in verbo in manum laicam, & ibi Innoc. &
Can. de renunc. verum collatio inferioris de bene-
ficijs reſeruatis eſt ipſo iure nulla, Extrauag. Ad
Romani. de præb. inter communes c. ſi eo tempore de elect.
in 6. & ibi Can. c. quodam, ibi vacatura præbenda de
præb. in 6. quia † decretum irritans in reſeruatio- 41
nibus generalibus clauſis in corpore iuris, aut
notoriis, Mohed. deciſ. 13. n. 2. de reſtit. ſpol. Rot. deciſ.
75. n. 3. & 5. part. 3. lib. 1. diuerſ. c. 1. & 2. vt lit. pend. & c.
in 6. Inn. in c. conſtitutus, de fil. presbyt. & in c. ſignifica-
ſti de diuort. & vtrobiq; Can. c. ad decimas de reſt. ſpol.
in 6. Rot. deciſ. 3. de reſt. ſpol in nou. in ſpecialibus
certi corporis beneficij, Caſſad. deciſ. 1. de cauſ. poſſ.
& propr. Rot. d. deciſ. 3. de reſt ſpol. in nou. ac in literis
acceſſus, regreſſus, & coadiutoriæ cum futura
ſucceſſione, Caſſad. deciſ. 2. de reſt. ſpol. c. quædam, &
ibi gl. in verbo ignoranti de præb. in 6. c. 1. §. quia cum
illi de conceſſ. præb. in 6. irritat contra factum, Clem.
1. de conceſſ. præb. c. quodam de præb. in 6. & non ſo-
lum inficit titulum, ſed etiam poſſeſſionem, c. vt
noſtrum de appell. & ibi Can. Caſſad. deciſ. 1. & Rot.
deciſ. 3. de reſtit. ſpol. in nou. ac omnia quæ ſequun-
tur ex eo, Rot. deciſ. 20. de præb. in antiq. c. ſi eo tempore
de elect.

Digitized by Google

de elect. in 6. c. quodam de præb. in 6. Collect. in c. eccleſia veſtra ſub n. 25. de ſortil. gloſſ. in Clem. 1. in verbo atteſtari & ibi Zab. n. 6. & Can. de conceſſ. præb. & excludit poſſeſſorium recuperandæ, quando reſeruatio eſt probata, vel quando quis incontinenti paratus eſt eam probare, Rot. deciſ. xj. de reſtit. ſpol. in antiq. c. in literis de reſt. ſpol. & ita intelligenda eſt deciſ. 3. de reſt. ſpol. in nou. ſed non officium iudicis, ſi ſpoliatus fuerit lite pendente, quia in eo non requiritur poſſeſſio, ſed ſufficit quod expulſus tempore expulſionis detineat, Rot. deciſ. xj. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. dictum eſt ſupra in tit. vt lit. pend. &c. Pan. in c. bonæ n. 21. de appell. Decretum appoſitum in prouiſione certi beneficij vacaturi inficit titulum, & poſſeſſionem ſecuta prouiſione executorum, Clem. 1. de conceſſ. præb. & ibi Can. Mohed. xj. eod. tit. c. pen. & ibi Gemin. in fin. de præb. in 6. c. Præterea de app. Caſſad. deciſ. 1. & 2. de decr. reſeru. ſecus in decreto, quod apponitur in prouiſione beneficij certi vacantis, quod non inficit poſſeſſionem, Caſſad. deciſ. 2. ſub n. 4. verſ. & intellige, & n. 5. de reſt. ſpol. c. ſi à ſede de præb. in 6. Decretum ſuper beneficio incerto non inficit titulum, & poſſeſſionem, Franc. in cap. 1. §. ex part. num. 7. & 8. hoc tit. in 6. qui declarat quando decretum ſit appoſitũ ſuper certo, vel incerto beneficio c. ſi pauper & ibi Franc. & Can. de præb. in 6. ex quo infertur, quod decretum appoſitum in indulto conferendi conceſſo Cardinalibus, vel alijs non inficit neque titulum, neque poſſeſſionem prouiſi ab ordinario; Clem. 1. hoc tit. & ibi gloſſ. & Can. Caſſad. deciſ. 1. & 2. de reſtit. ſpol. Rot. diuerſ. deciſ. 72. lib. 1. par. 3. d. c. 1. §. ſubiunctum in fin. hoc titul. in 6. & ibi gloſſ. in verb. referri, quodque decreta in reuocatorijs expectatiuarũ, facultatum reſignanti, ac ſimilium gratiarũ non officiunt agenti ſpolio, quominus dicatur habere titulum coloratum, Mohed. deciſ. 13. de reſt. ſpol. Rot. diuerſ. deciſ. 71. num. 5. part. 3. libr. 1. per d. cap. 1. §. ſubiunctum hoc tit. in 6. ac quod decretum regularum Cancellariæ non inficit poſſeſſionem, Achill. deciſ. 8. de reſt. ſpol. d. c. 1. §. ſubiunctum, neque diſcolorat titulum, Achill. deciſ. 13. de reſt. ſpol. d. c. 1. §. ſubiunctum, præterquam in regula Cancellariæ reſeruatoria menſium, Caſſad. deciſ. 1. de reſt. ſpol. Gonz. in d. reg. Cancell. reſeru. menſ. gl. 67. num. 29. & ſeqq. & num. 41. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 183. nu. 5. de regula de annali, Caſſad. deciſ. 12. ſuper reg. Cancell. Ach. deciſ. 2. ſuper reg. Cancell. in genere, De reliquis effectibus decreti vide Felin. in c. ceterum. n. 19. & ſeqq. de reſcript. Caſſad. deciſ. 3. de decretis. in reſeruat. Anchar. in cap. 1. hoc tit. in 6. num. 7. & 8. & ibi Canon. Gonzal. ſuper regul. Cancell. reſeruat. menſ. &c. gloſſ. 67. numer. 50. & ſeqq. Habens indul-
tum † conferendi beneficia qualitercumque va- 42
cantia, non poteſt conferre beneficia reſeruata, Rot. deciſ. 3. de off. leg. innou. Rot. deciſ. 29. de præb. in nou. c. dudum c. quamuis el 2. de præb. in 6. quod ſi in indulto detur poteſtas conferendi beneficia reſeruata, tunc poteſt conferre beneficia generaliter, & ſpecialiter reſeruata, Rot. deciſ. 4. de præb. in nou. c. olim de verb. ſig. c. cum dilectus de donat. etiam ex duplici reſeruatione, Bellam. deciſ. 425. Pan. in c. at ſi clerici §. de adulteriis num. 11. de iudic. & ibi Can. Iaſ. in l. beneficium numer. 31. & ſeqq. plures cumulans ff. de conſtit. Princip. quia indultum contra concedentem latiſſime eſt interpretandum, cap. olim de verb. ſign. c. cum dilectus de donat. præterquam vacãtia in Curia, ſiue per obitum, ſiue aliter vacent, Rot. d. deciſ. 4. de præb. innou. Mand. de ſign. grat. tit. indultum conferendi beneficia reſeruata verſ. nonnunquam, & verſ. ſeq. Æn. de falcon. de reſeru. in 6. ff. in 4. quæſt. princ. numer. 12. Rot. deciſ. 17. de præb. in antiq.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

Titulus IX.

SVMMARIA.

1 *Sedis appellatione venit Epiſcopalis, Abbatialis, Regularis prælatura cuiuslibet collegiatæ eccleſiæ inferioris, ac etiam titulus Cardinalitius.*

2 *Papa mortuo collegium cardinalium non debet ſe intromittere niſi de prouiſione.*

3 *Sedes quando dicatur vacare.*

4 *Capitulum ſede vacante etiamſi bona prælati & capituli ſint diſtincta ſuccedit in adminiſtratione ſpiritualium & temporalium & in iuriſdictione quam poteſt exercere per ſe vel alium ac etiam ſuccedit in iis quæ ſunt ordinis epiſcopalis & conſecrationis quæ debet exercere per alium epiſcopum.*

5 *Quænam tranſeant in capitulum ſingulariter enumerantur.*

6 *Non ſuccedit in iuriſdictione competenti epiſcopo de iure ſpeciali vel ex delegatione etiam facta authoritate canonis.*

7 Neque

7 *Neque in iuriſdictione competenti iure directi Dominij aut ex priuilegio.*

8 *Capitulum ſede vacante inuentarium rerum quæ repertæ fuerint, deſcribit.*

9 *Decernit vnum vel plures œconomos.*

10 *Officialem ſiue vicarium idoneum infra octo dies poſt mortem epiſcopi conſtituit.*

11 *Dat confeſſorem ſiue pænitentiarium qui in caſibus epiſcopo reſeruatis abſoluit.*

12 *Dictique œconomus, vicarius, & quicunque officialis, ſede vacante, conſtituti, tenentur epiſcopo ad eundem eccleſiam promoto reddere rationem.*

13 *Capitulum ſede vacante infra annum à die vacationis non poteſt dare liberas dimiſſorias niſi arctatis.*

14 *Non ſuccedit in rebus aut iuribus epiſcopalibus in iudicium etiam defendendo deducendis.*

15 *Neque in rebus aut iuribus eccleſiæ in contractum vel ſtipulationem deducendis.*

16 *Non ſuccedit in collatione libera & voluntaria pertinente ad epiſcopum duntaxat vel ſpectante ad Epiſcopum de conſilio vel aſſenſu capituli.*

17 *Excipe, quia collationes beneficiorum neceſſarias capitulum facere poteſt, & ratos alios caſus hic enumeratos.*

18 *Non ſuccedit in præſentatione ſeu electione ſpectante ad epiſcopum.*

19 *Sede vacante ſtatum eccleſiæ mutari non poteſt.*

20 *Viſitator à Romano pontifice eccleſiæ cathedrali vacanti deputatus adminiſtrationem legitimā habet temporalium & ſpiritualium, confert beneficia ad epiſcopi collationem ſpectantia.*

SEDE vacante Capitulum non ſuccedit in col-
lationibus beneficiorum, ideo ſubijcitur ge-
neralis rubrica. Ne ſede vacante &c. quæ eſt con-
cepta negatiue, & ponit orationem perfectam,
vt ex ea argui poſſit, quod nihil poteſt innouari
ſede vacante, in præiudicium ipſius ſedis, niſi ex-
preſſo iure caueatur, *Felin. in rub. vt lit. non conteſt. & c. Boich. in præm. decret. in verb. Rex pacificus n. 5. 6.*
1 *& 7.* Appellatione ſedis † venit epiſcopalis, *c. illa*
hoc tit. abbatialis, *c. cum dilectus de conſuet. c. 2. de in*
integ. reſt. regularis, *c. quia ſæpe de elect. in 6. Pan. in c.*
fin. n. 9. de ſtat. Monach. niſi Abbas deponatur pro-
pter dilapidationem, aut aliam culpam ſuam, à
diœceſano ad denunciationem viſitatorum, quo
caſu interea monaſterio datur idoneus admini-
ſtrator, donec ipſi fuerit de Abbate prouiſum,
c. fin. §. ſi autem dilapidator, & ibi Pan. n. 8. & 9. &
Can. de ſtat. Monach. Prælatura cuiuslibet collegia-
tæ eccleſiæ inferioris, ac etiam titulus Cardina-
latus, quia poteſtas competens epiſcopo, abbati,
prælato, ac etiam Cardinali, ſede vacante, tranſit
in Capitulum, exceptis ijs, quæ non poſſunt ex-
plicari ſede vacante: *c. de his, quæ, & ibi poſt gl. fin.*
Pan. n. 2. c. cum olim de maior. & obed. c. ad abolendam
1. reſp. de hæret. Imol. in c. 1. num. 14. hoc tit. Mortuo
Papa † collegium Cardinalium non ſuccedit in 2
iuriſdictione, & non debet ſe intromittere, niſi
de prouiſione, & in quantum à iure permittitur,
gloſſ. in c. 1. in verbo ſede vacante, de ſchiſm. in 6. & ibi
Can. Franc. Marc. dec. 1299. part. 1. Clem. 2. in fin. prin.
de elect. Dicitur ſedes † vacare per mortem natu- 3
ralem, vel ciuilem epiſcopi, & per eius captiuita-
tem à paganis, ſchiſmaticis, hæreticis, *c. ſi Epiſcopus*
de ſuppl. neglig. præl. in 6. & ibi gl. in verbo à paganis, &
in verbo mortem. ab hoſtibus fidelibus, & piratis:
Franc. in d. c. ſi Epiſcopus n. 1. & regula eſt, quod ca-
pitulum † etiamſi bona prælati, & capituli ſint 4
diuiſa, *Franc. in c. vnio in fin. de maior. & obed. in 6.*
ſuccedit in adminiſtratione ſpiritualium, & tem-
poralium, ac iuriſdictione, *c. ſi Epiſcopus, & c. Eccle-*
ſia, de ſuppl. neglig. præl. in 6. c. 1. de conſtit. in 6. c. cum
olim de maior. & obed. c. vnico eod. in 6. etiam in † re 5
feudali, *Gaill. obſeru. 30. n. 10. & ſeqq. lib. 1. Galli di-*
cunt ſuccedere dominum feudi. Franc. Marc. deciſ. 46.
part. 2. & deciſ. 367. ead. part. 2. & deciſ. 95. & ſeq.
part. 1. quam poteſt exercere per ſe, vel alium non
Epiſcopum, & indiſtincte in Germania in ciuili-
bus, ſede vacante, ſortitur forum in Camera Im-
periali, quia vices epiſcopi, & principis gerit, &
proceſſus cum nouo electo Epiſcopo continua-
tur, *Gaill. d. obſeru. 30. n. 10. & ſeqq. libr. 1. idem de*
pignor. cap. 7. num. 5. ac etiam ſuccedit in ijs, quæ
ſunt ordinis epiſcopalis, & conſecrationis, quæ
debet exercere per alium epiſcopum, quem ad
hoc inuitabit cum cautelæ ſtudio, id eſt, proteſta-
tione, quod per hoc nihil iuris ipſi epiſcopo ac-
quiratur, *c. Pontifices 7. quæſt. 1. gloſſ. in c. ſi Epiſcopus*
in verbo ſpiritualibus de ſuppl. neglig. præl. in 6. c. fin.
65. diſt. & ibi gloſſ. in verbo conuocet. Pan. in c. his quæ
nu. 3. de maior. & obed. Tranſit in capitulum iuriſ-
dictio etiam competens epiſcopo de conſuetu-
dine, & ex prorogatione, ſeu extenſione iuriſ-
dictionis ordinariæ facta per legem, ſiue cano-
nem, *c. ad abolendam in princ. ibi, vel clerici ipſi ſed*
vac. iuncto §. fin. de hæret. & ibi Hoſt. in fin. & Can.

licet Ioan.

Digitized by Google

licet Io. Andr. aliter ibidem ſentiat. Io. Monach. in c. 1. ſub n. 3. de maior. & obed. in 6. c. irrefragabili §. cæterum, & ibi gl. in verbo ſuper hoc delegatus de off. ord. etiam cum verbis, auctoritate apoſtolica concedimus facultatem, quæ non faciunt iuriſdictionem delegatam, *c. cum aliquibus, & ibi gl. in verbo concedimus facultatem de reſcript. in 6. & Can.* necnon ex remotione obſtaculi exemptionis, *Clem. 1. de teſtam. Clem. 1. de ſepult. Vital. in d. Clem. 1. de teſtam. num. 45. & ſeqq. Imol. n. 12. & 13. & Zab. in princ. plures ſimiles caſus cumulat.* quia eadem ratio debet eſſe in additamento, quæ in principali, *Pan. in c. cum olim, in decima quæſt. de maior. & obed.* confirmat electiones, & cognoſcit tanquam Epiſcopus de obiectis contra electum, & formam electionis, *d. c. cum olim, & ibi glo. fin. & Can. de maior. & obed.* etiamſi dictæ electiones fuerint factæ ab ipſomet capitulo ad præpoſituram, & decanatum, vacantes in ipſa cathedrali Eccleſia. Etenim Canonici, in eo quod Canonici, ſunt inferiores, in eo quod capitulum repræſentat Epiſcopum, ſunt ſuperiores, *d. c. ſi Epiſcopus, & ibi gl. in verbo debebit facit c. penult. de appell. in 6. & ibi not.* inſtituit præſentatos à patronis, *c. 1. de inſtit. in 6.* quia confirmatio, & inſtitutio non eſt donatio, imo eſt neceſſaria, & debita, ſi electus & præſentatus eſt idoneus, *c. poſtquam de elect. c. decernimus 16. quæſt. 1.* & ſunt iuriſdictionis neceſſariæ, *Pan. in c. illa n. 6. hoc tit. & in d. c. cum olim poſt n. 2. poſt gl. fin. in c. his quæ de maior. & obed.* abſoluit excommunicatos ſiue à iure, ſiue ab homine, *d. c. vnico, de maior. & obed.* iudicat corrigit, excommunicat, *c. ad abolendam 1 reſp. de hæret. gloſſ. fin in d. c. his quæ de maior. & obed.* diſpenſat in caſibus Epiſcopo permiſſis, *Anch. in c. 1. n. 7. hoc tit. Franc. in c. cum ex eo ſub n. 3. de elect. in 6.* facit perpetua ſtatuta circa correctionem criminum, & morum reformationem diſtringentia totam diœceſim, *Pan. in d. c. cum olim in 7. quæſt. Anch. in c. 1. n. 6. hoc tit.* quia ſtatuere dependet à iuriſdictione, *c. fin. de conſt. in 6.* priuat beneficijs propter crimen, vel aliã iuſtam cauſam, *Rota deciſ. 6. de rer. perm in nou. verſ. cum igitur capitulum &c. c. his quæ in fin. & ibi gloſſ. fin. & Can. de maior. & obed.* interponit auctoritatem permutationi beneficiorum, *gl. in Clem. vnica de rer. permut. in verbo conferantur, & ibi Canon.* admittit reſignationem beneficiorum ſpectantium ad inſtitutionem epiſcopi, *Rot. deciſ. 6. de rer. permut. in nou. c. 1. de inſtit. in 6.* ſed non poteſt interponere auctoritatem permutationi, aut admittere reſignationem beneficiorum ſpectantium ad electionem, præſentationem, vel collationem ſolius epiſcopi, *Put. deciſ. 320. lib. 2. Put. deciſ. 35. de preb. Clem. vn. & ibi gl. pen. de rer. permut. & Can.* quia in illis capitulum non ſuccedit directe, *c. vnico hoc tit. in 6.* ergo nec indirecte per viam permutationis ſe impedire debet, *c. cum quid ff de reg. iur. in 6.* ſi vero Epiſcopus vna cum capitulo haberet facere præfata, cum capitulum tunc poſſit eligere, præſentare, conferre, *cap. vnico hoc titul. in ſexto, dicetur infra hoc titul.* poterit vt capitulum conſentire, & vt epiſcopus auctorizare: *gloſ. pen. in d. clem. vnic. de rer. permut. approbata ibidem per Zab. num. 17. & Can. communiter Imol. num. xj.* conſtituit œconomum in beneficijs vacantibus ſpectantibus ad collationem ſolius epiſcopi, tam reſpectu onerum, quam rerum gubernandarum, donec eis fuerit prouiſum de Rectore, *Pan. in c. illa, ſub num. 4. hoc tit. & in c. fin. de ſtat. Monach. num. 8. & 9. idem in c. bona num. 13. & ſeq. de appell. & ibi Franc. in princ.* necnon in parochialibus eccleſijs vacantibus, quas in commendam conferre non poteſt, quod olim capitulo erat permiſſum, *Pan. in c. bona num 13. de appell. Pan. in c. illa num. 4. ne ſed. vac.* quia *c. expedit 18. ſeſſ. 24. in Tridentino*, ſæpius exprimit, ac ſerioſe, pluriesque repetit verbum *Epiſcopus, gl. ſing. in clem. 1. ſuper verb. diœceſanis de iurepatr. & ibi Can. Gemin. in c. duobus ſuper gl. in verb. 1. præſentauerit de reſcript. in 6. & ibi Franc. Caſſad. deciſ. 16. num. 7. & ſeqq. ſuper reg. Cancell. Garc. in terminis noſtris de benef. par. 5. cap. 7. num 81. circa fin. verſ. mouebat etiam maxime.* ſed ſede epiſcopali vacante poteſt capitulum, ſeu eius Vicarius, facere concurs vt ad Parochiales Eccleſias vacantes, & ad ipſum ſpectat abire munia illa omnia, quæ Concilium Tridentinum ſtatuit obeunda ab Epiſcopo ſeu eius Vicario cum parochialis eccleſiæ vacatio contigerit, *ex ſupra allegatis, Garc. de benef. part. 9. cap. 2. nu. 6. & ſeqq.* licet, vt infra dicetur, parochialem eccleſiam in concurſu conferre non poſſit: dat licentiam Clerico electo tranſeundi ad eccleſiam alterius diœceſis, *Rot. deciſ. 6. num. 3. de rer. perm. in nou. Pan. in c. cum olim, verſ. ſed dubitatur 2. de maior. & obed.* viſitat totam diœceſim, *c. fin. de ſuppl. negl. prel. in 6. Pan. in d. c. cum olim in 4. dubit. gl. mag. in clem. 1. in verb. capituli de hæret. & ibi Can.* quia viſitatio fit ex neceſſitate iuris, *c. ſopita de cenſib. c. in-*

Digitized by Google

ſib. c. inter cætera de off. ord. c. relata xj. quæſt.1. Mar.
Socin. late in c. qualiter & quando el 2. num. 181. *&*
plurib. ſeqq. de accuſ. licet contrarium Monach. in c.
fin. num.3. & ſeq. de ſuppl. negl. præl. in 6. & Prob. ibi
numer.1. diſtinguit, an viſitatio competat epiſcopo iure
communi, vel ſpeciali, & generaliter prætermiſſis a-
lijs pluribus caſibus ſpecialiter enumeratis *per Io.*
Andr. & Franc. & Can. in cap.2. de maior. & obed. in
6. Pan. in d. c. cum olim, de maior. & obed. ſuccedit in
iuriſdictione competenti epiſcopo de iure com-
muni & ordinatio, ſiue ea ſit voluntaria, ſiue cõ-
tentioſa, *Franc. in c.1. num.4. in fin. de maior. & obed.*
in 6. Pan. in d. c. cum olim numer.2. late Garc. de benef.
part.5. cap.7. in princ. & num.4. & per tot. ſed non
6 in iuriſdictione † competenti epiſcopo de iure
ſpeciali, *Franc in cap.1. §. vbi vero num.1. hoc tit. in*
6. vel ex delegatione, *c. paſtoralis §. præterea de off.*
ord. Rot. deciſ. 6. de off. deleg. in antiq. etiam facta
auctoritate canonis: *cap. ad abolendam §. fin. & ibi*
Ioan. Andr. contra Hoſt. num.14. in fin. & num.15. &
16. Pan. in 16. Zabar. & Can. communiter de hæred.
Zab. in Clem. 2. in 4. quæſt. de ſtat. Monach. aliud e-
nim eſt dari à iure iuriſdictionem delegatam epi-
ſcopo, ita vt procedat auctoritate Apoſtolica, &
tanquam ſpecialiter delegatus; & aliud eſt dari
epiſcopo iuriſdictionem in aliquibus caſibus,
quam alias non habebat extendenda eius pote-
ſtatem ordinariam, *c. cum olim & ibi Collect. nu.4.*
& xj. de maior. & obed. Garc. de benef. part.5. cap.7.
num.68. & ſeqq. Ioan. Franc. de Pauin. de off. & po-
teſt. cap. ſed vac. q.10.1. part. princ. à num.1. vſque ad
num.6. in qua capitulum ſuccedit ſede vacante,
7 vt ſupra dictum eſt; aut iure directi † dominij,
vnde de feudo non cognoſcit, *cap. verum de for.*
compet. Franc. Marc. quæſt.46. num.10. part.2. aut ex
priuilegio: *c. ſane de priuil. Pan. in d. cap. cum olim in*
fin. Franc. in c.1. num.4. de maior. & obed. in 6. Ra-
tio diuerſitatis eſt, quia Capitulum ſuccedit epi-
ſcopo propter communionem, quæ eſt inter eos;
ſunt enim vnum corpus; *c. nouit. c. quãdo de his quæ*
fi. à præl. & dignitas, ac iura eccleſiæ pariter poſſi-
dentur per Epiſcopum, & Capitulum, *c. dilecti, &*
ibi Innoc. de maior. & obed. quæ rationes ceſſant in
his, quæ competunt epiſcopo iure ſpeciali, dele-
gato, vel ex priuilegio; nec Capitulum poteſt præ-
tendere præſcriptionem, in quibus non ſuccedit
iure communi, ſede vacante, vt ea tunc exerceat,
quia ſede vacante non poteſt inchoari, currere,
aut finiri præſcriptio: *c.1. & c. de 4. de præſc. Rot. dec.7*
de rer. permut. in nou. hinc eſt quod Capitulũ, quan-
do bona Prælati, & Capituli ſunt diſtincta, *Franc.*
in c. quia ſæpe in gl. in verb. reſeruari de elect. in 6. ſede
vacante in ſui præſentia † Inuentarium rerum, 8
quæ repertæ fuerint, ſubtiliter deſcribit, nulla
ſpecie, ſeu alio quolibet quaſi pro faciẽdi Inuen-
tarij labore ſublato, *c. charitatem c. non licet 2.12.q.*
2. decernit † vnum, vel plures œconomos, qui 9
rerum eccleſiaſticarum, & prouentuum vacatio-
nis tempore obuenientium, etiam ex iuriſdictio-
ne, & ſigillo Curiæ eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, aut
alias vndecunque, *Clem. ſi ſtatutum de elect. Franc.*
Marc. q.46. n.4. & 5. part.2. curam gerant; quia o-
mnia tam dimiſſa per epiſcopum, quam poſtea
obuenientia vel in vtilitatem eccleſiæ expendi,
vel futuro debent ſucceſſori reſeruari, *c. hac huius*
placiti, & ibi gl. in verb. conſeruare. cap. de laicis, & ibi
Archid. num.4. & Can. & illud, & 16. DD. 12. qu.2.
qui vero ea occupare, inter ſe diuidere, aut con-
ſumere præſumpſerint, eo ipſo ſunt, & tamdiu
manent ab officio, & quibuſcumque beneficijs,
etiam in alijs eccleſijs obtentis, ſuſpenſi, donec
plene reſtituerint, quicquid de ſupradictis bonis
perceperint, *c. quia ſæpe, & ibi gloſſ. in verb. beneficijs*
quibuſcumque de elect. in 6. Clem. ſtatutum de elect. ex-
ceptis ſingularibus perſonis, ad quas ratione di-
gnitatum, quas obtinent, iuriſdictio cum eius e-
molumento deuoluitur, *d. Clem. ſtatutum §. cæte-*
rum de elect. Eadem obſeruare tenetur, quando
bona ſunt communia, tunc enim adminiſtratio
eorum ſpectat ad Capitulum, vel Conuentum,
cap.2. de in integr. reſt. c.1. hoc tit. & ibi Inn. clem. ſta-
tutum, & ibi gl. in verb. dimiſſis de elect. ſed ſi tempo-
re vacationis male adminiſtrant, non incurrunt
pœnam ſupradictam, licet mortaliter peccent:
Franc. in d. c. quia ſæpe in gloſ. ſuper verb. reſeruari, &
ibi Can. de elect. in 6. Item Capitulum † officialem 10
ſeu Vicarium idoneum infra octo dies poſt mor-
tem epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confir-
mare tenetur; ſi ſecus factum fuerit, ad metropo-
litanum deputatio huiuſmodi deuoluitur, etſi
eccleſia ipſa metropolitana, vel exempta fuerit,
capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit,
tunc antiquior epiſcopus ex ſuffraganeis in me-
tropolitana, & propinquior epiſcopus in exem-
pta œconomum, & Vicarios idoneos conſtituit,
c. Capitulum ſeſſ.24. dat confeſſorem † ſiue pœni- 11
tentiarum, qui in caſibus epiſcopo reſeruatis ab-
ſoluit, *Pan. in c. his quæ in fi. & c. cum olim in fin. verſ.*

quarto-

Digitized by Google

quartodecimo de maior. & obed. dictique œcono-
12 mus † & Vicarius, & alij quicumque officiales,
qui ſede vacante fuernnt conſtituti, tenẽtur epi-
ſcopo ad eamdem eccleſiam promoto, de iis, quę
ad eum ſpectant, reddere rationem officiorum,
iuriſdictionis, adminiſtrationis, & cuiuſcumque
eorum muneris, etſi deliquerint in eorum officio
poſſunt ab eo puniti, etiamſi à Capitulo abſolu-
tionem & liberationem meruerint: Capitulum
vero de ſcripturis ad eccleſiam pertinentib. red-
dit rationem, d. c. Capitulum §. epiſcopus verſ. ſeſſ. 24.
Iſta regula, Capitulum ſede vacante ſuccedit in
iuriſdictione competenti epiſcopo iure proprio,
& ordinario, recipit aliquot fallentias: Et primo
non licet Capitulo, aut alijs quibuslibet in iuriſ-
dictione epiſcopi loco capituli ſede vacante ſuc-
13 cedentibus infra annum † à die vacationis date
ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſoriales, ſi-
ue reuerentiales, niſi arctatis occaſione beneficij
recepti, ſiue recipiendi, cap. 10. ſeſſ. 7. cap. abbatibus
ſeſſ. 23. per quæ limitatur c. cum nullus in fin. princip. de
temp. ordin. in 6. Garc. de benef. part. 5. cap. 7. num. 91
14 vſque ad fin. Secundo Capitulum † non ſuccedit
in rebus, aut iuribus epiſcopalibus in iudicium
etiam defendendo deducendis, cap. fin. & cap. 1.
hoc tit. & ibi Pan. num. 4. & Canon. ideo iudicium
habitam cum eccleſia ſede vacante non tenet,
c. edoceri, & ibi gl. in verb. debeant de reſcript. nam qui
non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium
deducere, l. ait Prætor ff. de iur. delib. Signatura
quoque ſanctiſſimi Domini noſtri ſolita eſt dif-
ferre confirmationes priuilegiorum, & alia tan-
gentia iuriſdictionem epiſcopalem, ſeu cathe-
dralem eccleſiam, ſeu illius menſam, quæ ab ipſa
petuntur, quando ſedes epiſcopalis vacat, quo-
uſque ſedes ſit plena, Mandoſ. de ſign. grat. tit. con-
firmationes verſ. in materiis tangentibus &c. c. 1. §. at-
tendentes hoc tit. c. dudum §. quia vero, de reb. eccl. a-
lien. in 6. Lap. alleg. 20. Pan. in c. verum de for. comp.
15 num. 3. Tertio non ſuccedit † in rebus, aut iuri-
bus eccleſiæ in contractum, vel ſtipulationem
deducendis; ipſeque contractus eſt ipſo iure nul-
lus ex defectu poteſtatis capituli: c. 1. & ibi gloſſ. in
verb. ſede vacante, verſ. item ſi Canonici hoc tit. & ibi
Pan. num. 8. & Can. in fauorem eccleſiæ indultum
eſt, vt epiſcopus nouiter creatus poſſit illum con-
tractum habere ratum, etiamſi ſit alienationis, c.
16 ſi qua de rebus 12. q. 2. Quarto non ſuccedit † in
collatione libera, & voluntaria beneficiorum
pertinente ad epiſcopum dumtaxat, c. illa hoc tit.
Pan. in c. cum olim num. 2. & ibi Can. poſt gloſſ. de ma-
ior. & obed. late Franc. Marc. q. 93. part. 1. vel ſpe-
ctante ad epiſcopum de Conſilio, vel aſſenſu ca-
pituli, quæ, licet alias inter prædicta magna ſit
differentia, c. cum olim de arbitr. c. cum in veteri de e-
lect. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 46. & gl.
47. ſede vacante, vel epiſcopo ſuſpenſo, niſi ſit in
mora petendæ relaxationis, capitulum non con-
fert, cap. 1. §. 1. hoc tit. in 6. quia collatio eſt quæ-
dam donatio, c. fin. de off. Vic. in 6. vtitur enim præ-
latus quadam liberalitate, in quem vult confe-
rendo, c. relatum de præb. tum quia collatio com-
putatur inter fructus, gl. fin. d. c. cum olim de maior.
& obed. & ibi Can. & liberalitas diſpenſandi fru-
ctus prouenientes ſede vacante non tranſit in ca-
pitulum, ſed debent in vtilitatem eccleſiarum
expendi, vel futuris ſucceſſoribus fideliter reſer-
uari: cap. quia ſæpe contingit. de elect. in 6. c. hac huius
placiti. c. non liceat 1. 12. q. 2. c. cum vos. de off. ord. ſede
itaque epiſcopali vacante collatio beneficiorum
ſpectat ad ſummum Pontificem, Pan. in c. illa nu.
3. hoc tit. reg. Canc. 2. §. ac etiam reſeruauit, explicata
per deciſ. 614. in recollect. per Farinac. par. 2. & ad
viſitatorem à Romano Pontifice eccleſiæ vacan-
ti deputatum, c. fin. §. fin. de ſuppl. neglig. prælat Ex-
cipe † ab hac fallentia, quia collationes benefi 17
ciorum neceſſarias capitulum ſede vacante face-
re poteſt, vtputa, mandatario, nominato per vni-
uerſitatem, aut debita certæ perſonæ, vel certo
generi perſonarum, ſcilicet conſanguineis fun-
datoris, licet ſecus ſit cum in genere qualificatis
perſonis, magis idoneo ex filijs patrimonialibus,
aut in concurſu ad parochiales eccleſias collatio
eſt facienda, Prob. ad Monach. in c. fin. ſub num. 5. de
off. Vic. in 6. Rebuff. in prax. part. 1. tit. de deuolut. n.
85. & 86. Put. deciſ. 99. num. 3. libr. 3. late Garc. de
benef. part 5. cap. 7. num. 55. & ſeqq. & numer. 66. &
ſeqq. & num. 76. & ſeqq. qui refert Rotales deciſiones.
Inſuper quando ad epiſcopum, etiam vt prælа-
tum, & capitulum pertinet communiter collatio
beneficiorum, quia tunc mortuo epiſcopo, vel à
collatione beneficiorum ſuſpenſo, poterit capi-
tulum vacantia conferre: idem poterit epiſco-
pus, ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi con-
tingat, vel ſingulariter omnes de capitulo excõ-
municari, c. 1. in princ. hoc tit. in 6. Item capitulum
confert beneficia ſede vacante, quando collatio
ſpectat ad capitulum cum conſilio epiſcopi, quia

 ſublato

ſublato de medio epiſcopo, conſilium ab eo peti nequit, vel ſi egerit in remotis, ita quod non poſſit eius præſentia in breui haberi: *d.c.1.§.fin.hoc tit.in 6.* idem obtinet, ſi collatio ſpectet ad quemuis alium de Conſilio Epiſcopi, vt mortuo Epiſcopo poſſit libere conferre, etiam non requiſito capituli Conſilio, *Franc.in d.c 1.§.fin.num.6.hoc tit.in 6.* ſecus ſi conferre habeat de conſenſu Epiſcopi, etiam ſi ſit periculum in mora, & dato quod conſenſus obtineri non poſſit, *gloſſ.in d.c.1.§.fin. in verb. cum conſilio epiſcopi, & ibi Franc.num.6. in fi. & Can. hoc tit in 6. gloſſ. in c. ſi per te in verb. aſſenſus de reſcript.in 6. & ibi Can.* quo caſu quia conferre non poſſunt, non currit illis ſemeſtre tempus, *cap. quia diuerſitatem de conceſſ. prab. c. fin. de elect.* Præterea Capitulum ſede vacante confert beneficia deuoluta ad epiſcopum propter negligentiam, vel delictum inferiorum, *Pan.in c. illa ſub numer.3. hoc tit. & ibi Can. Franc. in c. quamquam num.4. de elect. in 6. & ibi Ioan. Andr. num.1. Anchar. & Can.* tum quia deuolutio pertinet ad iuriſdictionem epiſcopalem, in qua Capitulum ſuccedit; tum quia deuolutio fit ad epiſcopum non fauore ſui, ſed beneficij, vt eius euitetur diuturnior vacatio.

18 Quinto Capitulum † eadem ratione non ſuccedit in præſentatione, ſeu electione ſpectante ad epiſcopum, *Specul. in tit. ne ſede vacante in 3. forma libelli. Paul. de Citad. de iurepatr. art. 3. 6. part. n.58. verſ. trigeſimo tertio quæro. Ioan. Franc. Pauin. de off. & poteſt. cap. ſed. vac. 5. q. 2. part. princ. ſub nu. 3. verſ. ſed an capitulum, & num. 4.*

19 Sede vacante † ſtatus eccleſiæ mutari non poteſt, *cap.1. hoc tit.* quia non eſt, qui ius eccleſiæ tueatur; poteſt ei donari, legari, & alia fieri poſſunt ad eius vtilitatem, & ſi aliter diceretur, cedet in damnum, quod fauore eccleſiæ eſt inductum,

20 *l. quod fauore C. de leg. & conſtit.* Viſitator ab † alio, quam à ſummo Pontifice eccleſiæ Cathedrali vacanti deputari non poteſt, qui adminiſtrationem legitimam temporalium, & ſpiritualium cenſetur habere, & vt dictum eſt confert beneficia ad collationem epiſcopi ſpectantia, *cap. fin. in princ. & c. fin. de ſuppl. negl. prælat.*

De ijs, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.

Titulus X.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus & capitulum ſunt vnum corpus, epiſcopus caput, canonici membra.*

2 *Epiſcopi de negotijs eccleſiaſticis, maxime de illis quæ ſpiritualia ſunt, laicorum iudicio non diſponunt.*

3 *Ad epiſcopum & capitulum communiter & copulatiue pertinet adminiſtratio bonorum eccleſiæ.*

4 *Irrita eſt quæuis alienatio rei eccleſiaſticæ facta per epiſcopum abſque collaudatione & ſubſcriptione capituli.*

5 *Quæ regula limitatur in quibuſdam caſibus hic annotatis.*

6 *In inferioribus eccleſiis adminiſtratio bonorum & rerum pertinet ad præſidentem collegio & ad ipſum collegium.*

7 *Adminiſtratione bonorum diuiſa inter epiſcopum & capitulum, dignitas eccleſiæ & adminiſtratio iurium epiſcopalium remanet inter eos communis, & ponuntur plura exempla.*

8 *Conſuetudine induci poteſt, quod adminiſtratio ſpiritualium ſit diuiſa, pacto induci non poteſt.*

9 *In cæteris caſibus non requiritur conſilium aut cõſenſus capituli, ſed ſufficit conſenſus ſolius epiſcopi.*

10 *Iuriſdictio ſpectat ad epiſcopum quã exercet quandoque habito conſilio, quandoque conſenſu in præſentia capituli.*

11 *Epiſcopus in arduis an debeat procedere cum conſilio capituli vel cum conſenſu, doctores obſcure tractant, conſuetudo declarant certum modum procedendi eſt interpretatiua.*

12 *Vbi conſilium alicuius requiritur in actu debet prius ille actus tractari in præſentia illius & ſuper eo conſilium eius peti & expectari.*

13 *Vbi ad aliquem actum requiritur conſenſus alicuius, puta capituli, debet epiſcopus conſentire cum capitulo & capitulum cum epiſcopo.*

14 *Regulariter in negotiis eccleſiæ tenetur epiſcopus requirere conſilium capituli.*

15 *In certis caſibus requiritur conſenſus capituli, qui hic enumerantur.*

SEDE

SEDE vacante nihil debet attentari à capitulo in præiudicium ſedis; ſede repleta Prælatus non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ ſine ca-
1 pitulo, quia vnum corpus † cenſentur, Epiſcopus caput, canonici membra: *c. nouit, & cc. ſeqq. hoc tit. c. cum non liceat de præſcript.* ideo ſubnectit titulum de ijs, quæ fiunt à Prælato &c. Certæ ſunt
2 iuris regulæ, quod Epiſcopi, † abbates, archiepiſcopi, & alij eccleſiarum prælati de negotijs eccleſiaſticis, maxime de illis, quæ ſpiritualia eſſe dicuntur, laicorum iudicio non diſponunt, *c. 2. de iud. c. fin. de reb. eccl. alien. vel non c. contingit de arbitr. & ibi gl. & Can.* niſi clericis laici aſſocientur auctoritate ſuperioris, *gl. in d. c. contingit, verſ. ſed ſi compromittatur, c. per tuas, & ibi gl. in verbo auctori-*
3 *tate, & Can. de arbitr.* Adminiſtratio † bonorum Eccleſiæ de iure communi ſpectat ad Epiſcopum & capitulum communiter, & cumulatiue, *c. edoceri de reſcript. & ibi poſt glo. Felin. n. 3. & ſeqq. plura allegans, & DD. Rot. diuerſ. deciſ. 391. part. 1.* ideo ir-
4 rita † eſt Epiſcoporum donatio venditio, commutatio, vel quæuis alia alienatio rei eccleſiaſticæ, abſque collaudatione, & ſubſcriptione capituli, *d. 1. hoc tit. c. ſine exceptione 12. quæſt. 2.* Limita
5 quia † valida eſt facta ab epiſcopo ſine capitulo modica donatio, alienatio terrulatum, vel vineolarum paruarum, aut mancipij fugitiui, *c. terrulas, & ibi gl. c. fugitiui 12. quæſt. 2. c. cæterum de donat.* alienatio temporalis facta capitulo ſciente, & non contradicente, *c. 2. & 3. hoc tit. c. poſſeſſiones 16. quæſt. 1.* temporalis non eſt, quæ fit ad vitam illius, cui fit conceſſio, *Clem. 1. de reb. eccl. non alien.* temporalis eſt, quæ fit ad vitam prælati concedentis, *c. de cætero, & c. veniens de tranſact. Pan. in c. continebatur n. 7. hoc tit.* Item valida eſt alienatio, & donatio, quam facit epiſcopus de bonis menſæ ſuæ epiſcopalis ſine ſolemnitatibus Capitulo ſuæ eccleſiæ, *Zab. in c. nouit quæſt. 7. hoc tit. & ibi Canon. Communiter. Rot. diuerſ. deciſ. 756. numer. 3. part 1.* quia remanet in dominio eccleſiæ, *l. vnum ex familia l. imperator §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 2.* datio quinquageſimæ partis cenſus cathedralis eccleſiæ, vel etiam inferioris eccleſiæ, *c. paſtorali, & ibi glo. pen. & fin. Panor. & Can. hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 1014. part. 1.* ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus, *c. penult. §. hoc ſemper de donat. & ibi poſt gloſſ. Canon.* facta ſine capitulo monaſterio de nouo à ſe conſtructo, & centeſimæ partis cenſus, eccleſiæ à ſe conſtructæ, quæ monaſticis non informabitur regulis, vel quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis in ſua diœceſi, & non alibi etiam exemptis, *c. apoſtolica, ibi, in ſua parochia: Pan. & Can. de donat. n. 3.* dummodo graue damnum eccleſiæ ſuæ non infligat, eaque cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his remunerationem aſſumat, *c. bona rei, & ibi gl. 1. 12. quæſt. 2. c. pen. & ibi gl. in verbo elargiri, & Can. de donat. c. paſtoralis hoc tit. & ibi poſt gl. pen & fin. Can.* donatio temporalis fructuum, *Pan. in c. cæterum num. 4. de donat. Pan. in d. c. tua nuper ſub n. 5. hoc tit.*

In inferioribus † eccleſijs adminiſtratio bono- 6
rum, & rerum pertinet ad præſidentem collegio, & ad ipſum collegium, ſeu maiorem, & ſaniorem partem Collegij, *c. 1. & ibi poſt gl. in verbo tractatus Can. de reb. Eccleſ. non alien. l. quod maior. ff. ad municip. c. ea noſcitur hoc tit. c. 2. §. cæterum, & ibi gl. in verbo ſtatutum de verbo ſignif. in 6. c. cum omnes, & ibi gloſſ. in verbo conſtitutum, verſ. ſed nunquid eſt verum de conſtit. & ibi Felin. n. xj. & 17. & Can. communiter c. relatum el 2. §. nomine, & ibi poſt gl. in verbo vnus Canon. de teſtam.*

Adminiſtratione † bonorum diuiſa inter E- 7
piſcopum, & capitulum, dignitas eccleſiæ, & adminiſtratio iurium epiſcopalium remanet inter eos communis, *c. dilecti, & ibi Innoc. de maior. & obed. in princ. c. cum clerici, & ibi Inn. de verbo ſign. Archid. in c. quamquam 23. diſt. nu. 7. & ibi Gemin. num. 10.* Hinc infertur, quod Epiſcopus ſine conſilio capituli non poteſt ſynodum congregare, ſtatuta facere, errata corrigere, *c. quanto hoc tit. Caputaq. deciſ. 305. part. 1.* beneficia, & dignitates ſitas extra eccleſiam cathedralem conferre, *Pan. in d. c. quanto n. 2.* inſtituere, aut deſtituere, abbates, abbatiſſas, vel alias perſonas eccleſiaſticas, *Pan. in c. quod in dubijs n. 5 de renunc.* confirmare electos, aut cætera eccleſiæ negotia peragere, *c. nouit, & d. c. quanto hoc tit.* alias geſta ſunt ipſo iure nulla, quia pœna nullitatis in d. c. nouit apponitur per verbum præſentis temporis, *gl. in d. c. nouit, & ibi Pan. n. 8.* Conſuetudine † induci poteſt, 8
quod adminiſtratio ſpiritualium ſit diuiſa, *c. 3. de conſuet. in 6.* etiam in Prælatis inferioribus, *c. fin. de reg. in 6.* pacto huiuſmodi diuiſio induci non poteſt. *Gemin. in d. c. quamquam ſub num. 10. 23. diſt.*
In cæteris caſibus † de iure canonico non requi- 9
ritur conſilium, aut conſenſus capituli, ſed ſufficit conſenſus ſolius epiſcopi, vt in donatione, quam facit laicus monaſterio, vel eccleſiæ de decimis,

Digitized by Google

quas ab alia eccleſia habet in feudum perpetuum ab antiquo ante Concilium Lateranenſe, *c.cum apoſtolica hoc tit.* ſolus Prælatus, requirit beneficiatum abſentem ad faciendam reſidentiam, & ſpoliat eum, ſi non veniat monitus, quia non requiritur iudicium, nec fertur ſententia priuatiua, ſed potius eſt ſpoliatio, & quædam iuris executio, *Pan. in c.nouit n.7. in fin. Anch.n.11.& Can. hoc tit. c.fin. de cler. non reſid. c.fin. 91. diſt. c.contumaces 50 diſt.* minora negotia extraiudicialia, *Pan. in d.c.nouit. Put.deciſ.203. in fin.lib.1.* ſolus epiſcopus explicat, & in minoribus beneficijs ſolus inſtituit, *Pan. in d.c. nouit nu. 6. & in d.c.tua nuper nu.5. hoc tit.*

10 Iuriſdictio ſpectat † non ad capitulum, *c.ex parte Decani, & ibi Panor.n.2.de reſcript.* ſed ad Epiſcopum, quam explicat, & exercet quandoque habito conſilio, quandoque conſenſu, *Pan. in c. nouit ſub n. 4. hoc tit. Nauar. conſ. 3. de off. ordin.* in præſentia capituli in ciuilibus, *c. Epiſcopus nullius 15. quæſt. 7. c. ſi qui ex fratribus, & c. de perſona xj. quæſt.1. c.ex literis de diuort. Put.deciſ.203. in fin.lib.1.* ac cauſis criminalibus, *c.ſi quid vero 86.diſt.& ibi gloſſ.fin. c.irreſragabili, & ibi gl.in verbo per capitulum in princ. & fin. de off.ordin. c.qualiter, & quando el.2. de accuſat. Collect. in c.irreſragabili, n.3.& 4. de off. ordin. Put.deciſ.203. lib.1. & deciſ. 92. lib.3.* etiam minoribus & leuibus, *c.ſi quid, c.ſi autem is c.Epiſcopus nullius. 15. quæſt.7. c.ſi quid 86. diſt. Put. deciſ. 203. n. 5. & ſeq. lib.1. vbi in princip. ponit quæ ſint crimina grauia.*

11 Epiſcopus in arduis † an debeat procedere cum conſilio capituli, vel cum conſenſu capituli, Doctores confuſe, & obſcure tractant, *Achill. deciſ. 2. de off. ordin. plures cumulans Rot. diuerſ. deciſ. 615. part. 1. atteſtans quod quater iſta materia fuit diſcuſſa per dubia particularia, & nihil fuiſſe firmatum c. irreſragabili. & ibi Can. de off. ordin. Can. in cap. quanto, & c. nouit hoc tit.* Conſuetudo declarans certum modum procedenti eſt interpretatiua, & non requirit aliquam temporis præſcriptionem, *Rot.diuerſ.deciſ. 615. part.1. Pan. in c.cum dilectus n.7. de conſuet. Butr. in c.fin. ſub nu.47. verſ. ex his dicit, de conſuetud. l. minime l.ſi de interpretatione ff. de legib. & ibi DD. Crauet.conſ. 101. num. 3. & ſeq.* Vbi Conſi-
12 lium alicuius † requiritur ad faciendum aliquem actum, debet prius ille actus tractari in præſentia illius, & ſuper eo Conſilium eius peti, & debito tempore expectari reſponſum, *c. cum in veteri de elect. c.cum olim de arbitr. & ibi gloſ. fin. Pan.& Can. communiter*, quia Capitulum poſſet allegare cauſas, ex quibus Epiſcopus moueri poſſet, & meliores rationes ſumere pro expeditione actus gerendi; *l. ſi in tres, & l. ſeq. ff. de arbitr. c. prudentiam, & ibi gloſſ. in verb. teneatur, de off.deleg. & Can. arg. c. Nicena. 31. diſt.* vbi ad aliquem † actum faciendū 13
requiritur conſenſus alicuius, puta Capituli, debet Epiſcopus conſentire cum Capitulo, & Capitulum cum Epiſcopo, alias non eſt conſenſus, ſed diſſenſus, & non valet actus, ſi non habet Epiſcopus conſenſum Capituli, *c. vnic. §.1. & ibi gl. in verb. aſſenſu, & Can. ne ſed. vac. & c. in 6. cap. tua de ſponſal. & ibi Can. Pan. in c. cum nos num. 5. hoc titul. late Pan. in c.cum in veteri num. 12. de elect.* Regulariter in negotijs † eccleſiæ tenetur Epiſcopus re- 14
quirere Conſilium Capituli, *c. nouit, & ibi Pan. ſub num. 7. c. quanto hoc tit. d. c. ex litteris de diuort, c. epiſcopus nullius 15. q. 7.* In certis caſibus † requiritur 15
conſenſus. In alienatione rerum Cathedralis eccleſiæ, *cap.1. c. 3. hoc tit. c. fraternitatem. c. paſtoralis de donat. c. ſine exceptione. 12. q. 2.* etiamſi præbendæ ſint diſtinctæ, & res ſingularis præbendæ alienetur, *c.ad audientiam, & ibi Pan. & DD. & Creſc. deciſ. 2. de reb. eccl. non alien.* quia præbendæ ſunt eccleſiæ, & ex cauſa bona eccleſiæ fuerunt diuiſa in præbendas, *c.pen. & fin. 12. q. 1.* & Canonicus proprie non poſſidet præbendam, ſed poſſeſſio eſt penes eccleſiam, *Felin. in c. ex literis numer. 2. de prob.* ſecus in alienatione rerum inferiorum eccleſiarum, in qua ſufficit Conſilium Capituli, *Pan. in c. 1. num. 5. hoc tit. vbi diſtinguit text. in cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. videtur requirere conſenſum Capituli.* Præterea conſenſus Capituli neceſſarius eſt in conceſſione perpetua eccleſiarum vacantium, vel portionis obuentionum earumdem, quæ excedat quinquageſimam, aut centeſimam partem, *Iurib. in princ. huius tit. alleg.* in proprietatem alijs eccleſijs, vel cœnobijs, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb. conſentiente de reb. eccl. non alien. cap. conſultationib. cap. paſtoralis de donat. c. paſtoralis hoc tit. Franc. Marc. q. 1014. part. 1.* ſiue cœnobia, quibus conceduntur, in eis habeant iuſpatronatus, *c. tua nuper hoc tit.* ſiue quilibet alius, & accedat patroni conſenſus, *c. paſtoralis hoc tit.* quia vnio eſt ſpecies alienationis, *d. c. tua nuper in fin. & ibi gloſſ. fin. cap. cum veniſſent, de inſtit. l. annua §. Attia ff. de ann. leg.* & ſectio omni iure prohibetur: *tit. vt eccl. benef. ſine dimin. confer.* in diſpenſationibus, *c. præſentium.*

Digitized by Google

ſentium. 1. quæſt. 5. & ibi gloſſ. fin. Collect. in cap. de Simoniaca num. 2. de Simon. c. de pœnitentibus & ibi Præp. num. 5. Archid. num. 5. Gemin. num. 4. 50. diſt. in prolationibus ſententiæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, *cap 1. & ibi gloſſ. in verb. Capituli, & Pan. numer. 2. de exceſſ. prælat.* in correctionibus, *Caſ. deciſ. 2. numer. 5. de iureiur. Im. in 6. nouit num. 11. per illum tex. hoc tit.* quæ ex decretis Conc. Trid. ſolis epiſcopis, & eccleſiarum prælatis tanquam à ſede Apoſtolica delegatis contra exemptos, & priuilegiatos delinquentes conceduntur, *c. eccleſiarum ſeſſ. 6. c. omnes ſeſſ. 14 c. epiſcopi ſeſſ. 24. c. tranſmiſſam de elect.* In omnibus alijs caſibus concernentibus præiudicium, aut intereſſe eccleſiæ Cathedralis, aut ſpectantibus ad Epiſcopum, & Capitulum communiter, *Pan. in d. c. nouit ſub num. 7. hoc tit.* In præſentationibus idonearum perſonarum ad eccleſias, in quibus Capitulo competit ius patronatus, aut ius præſentandi, *c. ex noſcitur hoc tit.* In cognitione criminali, & condemnatione vnius Canonici Cathedralis Eccleſiæ requiritur conſenſus Capituli ex aliquorum opinione, ſed verius eſt requiri eius Cōſilium, omiſſo Conſilio delinquentis, eiuſque conſanguineorum, *glo. in cap. irrefragabili, in verb. per Capitulum in fin. de off. ord. & ibi Can. Mohed. deciſ. 2. de for. comp.* quia non reperitur textus requirens conſenſum Capituli, ſed omnia iura loquuntur de Conſilio, *Achill. deciſ. 2. de off. numer. 3. & ſeqq. c. nouit c. quanto hoc tit. c. ex litteris §. ſane de diuort.* aut præſentia, *cap. qualiter, & quando el 2. poſt princ. ibi, coram eccleſiæ ſenioribus, de accuſat. cap. epiſcopus 1. 15. quæſt. 7. gloſſ. in cap. ex pœnitentibus in verb. non perdidit. 50. diſtinct. cap. 1. de hæret. in 6.*

De ijs quæ fiunt à maiore parte capituli.

Titulus XI.

SVMMARIA.

1 *Capitulum dicitur quando canonici capitulariter in loco capitulari ſunt congregati.*
2 *Capituli appellatione comprehenduntur ſoli canonici in ſacris ordinibus conſtituti.*
3 *Non portionarij.*
4 *Nec Epiſcopus.*
5 *Neque alij habentes dignitates.*
6 *Quid ſi Prælatus ſit canonicus præbendatus in eadem eccleſia & habeat diuerſas voces iure proprio, an poſſit diuerſimode vota ſua dare.*
7 *Eccleſiæ appellatione in his quæ pertinent ad cathedralem Eccleſiam venit capitulum.*
8 *Cura animarum eorum qui ſunt de capitulo, eſt penes capitulum, exercitium curæ penes Prælatum.*
9 *Ad capitulum & Epiſcopum pertinet adminiſtratio bonorum nec non reddituum & fructuum ex communi menſa perceptorum ante diſtributionem.*
10 *Et ad capitulum pertinet priuatiue quoad cæteros clericos & beneficiatos etiam anniuerſariorum canonicis & beneficiatis communium.*
11 *In ijs præmiſſa conuocatione omnium reſidentium & votantium ſufficit conſenſus præſtitus in loco ſolito & communi, maioris partis præſentiam & ſuum debeat conſequi effectum.*
12 *Intelligitur autem maior pars, numero & ſanioritate.*
13 *Limita quando à paucioribus fuerit contradictum & obiectum ad impediendam vel annullandam ordinationem maioris partis fuerit cum ſuperiore probatum.*
14 *Capituli congregatio ſpectat ad canonicum antiquiorem tempore, reſpectu vocis dandæ.*
15 *Epiſcopus ſi capitulo interueniat vt Prælatus, ipſe ſolus non cenſetur tantam vocem habere per ſe quantam omnes alij canonici.*
16 *Quandoque ex conſuetudine vel ſtatuto canonicatus annectitur dignitati Epiſcopali quo caſu licet interuenire poſſit capitulo vt canonicus, in dubio tamen præſumitur interuenire vt Prælatus.*
17 *Epiſcopi ex decretis Concil. Tridentini ſi aliquid canonicis ad delibirandum proponant nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur, ipſi capitulum conuocant, vota exquirunt, & iuxta illa concludunt.*
18 *Capitulum cathedralis eccleſiæ ſine epiſcopo poteſt ſtatuta facere circa ſua ſingularia negotia.*
19 *Capitula inferiorum Eccleſiarum in omnibus actibus grauibus debent habere conſilium & conſenſum epiſcopi.*
20 *In his in quibus adminiſtrationem habent eodem modo poſſunt ſtatuere quo ſtatuit capitulum cathedralis eccleſiæ.*
21 *Abſentes canonici ad actus capitulares non ſunt vocandi*

candi præterquam in electionibus receptionibus in canonicum & ceſſatione à diuinis & alijs hiſce ſimilibus.

22 *Quid ſi aliqua pars canonicorum ſit præſens & aliqua pars abſens & immineat aliquod negocium eccleſiæ quomodo congregabitur capitulum.*

23 *In his quæ aguntur per vniuerſitatem ſingulorum nomina non debent inſcribi in inſtrumento, ſiue magna ſiue parua ſit vniuerſitas.*

24 *Quæ regula recipit duas fallentias.*

CANONICI in his, quæ pertinent ad Capi-
tulum pertractandis, ſæpe diſcordant, & du-
bitari poteſt, quid ſit iuris, ideo ſubijcitur rubrica:
1 *De ijs quæ fiunt à maiore &c.* Capitulum † dicitur
quando canonici capitulariter in loco capitulari
ſunt congregati, *c. relatum c. dilecto de præb. c. quia
diuerſitatem verſ. niſi forte. de conceſſ. præb. c. 1. c. fin. hoc
tit. c. cum inter canonicos c. cum in cauſis de elect.* Lo-
cus, in quo capitulum celebratur, non dicitur ca-
pitulum, ſed locus capitularis, *Mohed. deciſ. 1. ſub
n. 5. & 6. de for. comp. c. dilecto de præb. c. 1. & c. fin. hoc
2 tit.* Appellatione capituli † comprehenduntur
ſoli canonici, *c. ſcriptam, & ibi Pan. n. 4. de elect. c.
nouit, c. quanto, de his quæ fi. à præl. & c. c. 2. de reſtit.
Anchar. in clem. 1. ſub num. 10. in gloſſ. ſuper verb. Ca-
pitulum, de regul. & c.* in ſacro ſubdiaconatus ordi-
ne aut maioribus conſtituti, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in
verb. capitulo Zab. numer. 14. & Can. de æt. & qualit.*
3 portionarij † & cæteri beneficiati non ſunt de ca-
pitulo, *Zab. in c. 1. in 5. & 6. quæſt. de elect. & ibi Pan.*
4 *num* xj. nec epiſcopus † quia licet ſit caput colle-
gij, & præſit collegio, non tamen eſt de ipſo Col-
legio, *Dec. conſ. 642. num. 9. Collect. in c. fin. num. 6.*
5 *& 7. de verb. ſign.* neque alij habentes † dignita-
tes, *c. fin. de præb. in 6. & ibi not. DD. c. eam te in fin. de
reſcript. Felin. in c. cum olim de re iud. Pan. in c. in cau-
ſis num. 3. in fin. & num. 4. de elect.* nam ad eſſe capi-
tuli, vel Collegiatæ Eccleſiæ non requiritur par-
ticulare caput, *Felin. in c. ex litteris ſub num. 5. verſ.
quapropter Dominicus de conſtit. plures citans Inn. in
c. cum non in princ. de præb. gloſſ. in Clem. 2. in verb. in*
6 *ijſdem de æt. qual. & ord. &c.* quod ſi prælatus † ſit
etiam Canonicus præbendatus in eadem eccleſia
& habeat diuerſas voces iure proprio *c. cum olim
& ibi poſt gloſſ. 1. Can. de re iudic. l. ſi conſul. & ibi glo.
& DD. ff. de adopt.* vel ſi aliquis de Capitulo fun-
gatur vice duarum perſonarum quarum eſt pro-
curator, *l. accipientis & ibi gloſſ. 1. & DD. ff. de autor.
tut. c. pen. §. porro de elect. in 6.* non poteſt diuerſi-
mode vota ſua dare, quia illa in Capitulo dantur
ſecundum conſcientiam, & non habet niſi vnum
dictamen rationis, *Franc. in d. c. pen. §. porro in pr.
& Can. Pan. in d. c. cum olim num. 9. & 10. & ibi Io.
Andr. & Can. communiter.* ideo Stylus Curiæ ex-
primit Decanus, & Capitulum, *c. ex parte Decani.
c. eam te in fin. ibi Archid. & Can. de reſcript. c. cum in-
ter el 2. in princ. de elect. cum ſimilib.* quia in his, quæ
pertinent ad cathedralem eccleſiam, † appella- 7
tione eccleſiæ venit Capitulum, *c. cum clerici c. fin.
& ibi Butr. num. 6. & Can. de verb. ſignif. c. relatum
§. nomine de teſtam.* ac appellatione clericorum nō
continentur alij, quam Canonici, qui ſunt de Ca-
pitulo, *cap. 1. & ibi Pan. num. 5. c. cum Apoſtolica, &
ibi gloſſ. in verb. cleri de his, quæ fi. à præl.* & cura † a- 8
nimarum eorum qui ſunt de Capitulo eſt penes
Capitulum, exercitium penes Prælatum aut cui
Capitulum commiſerit, *Gonzal. ad reg. Cancell. de
menſ. & alter. gloſſ. 6. num. 71. Put. deciſ. 282. libr. 1.
Lap. alleg. 5. num 7. Oldr. conſ. 67. ſub num. 1. Caſſad.
deciſ. 11. in fine de præben.* ad quos & epiſcopum per-
tinet, non dominium, *c. cum ex eo de elect. in 6. gloſ.
in c. conſtitutus in verb. iuramento circa medium. Pan.
num. 9. Felin. num. 19. & Can. de reſcript. gl. in c. cau-
ſa in verb. ſolis eccleſiarum de verb. ſignif. Innoc. in c.
cum ſuper de cauſ. poſſ & propr.* ſed † adminiſtratio 9
bonorum, nec non reddituum, & fructuum ex
menſa capitulari perceptorum ante diſtributio-
nem, etiam in negotijs arduis, vt dictum eſt in
proximo titulo, poſt diſtributionem, & applica-
tionem ſinguli canonici fructuum perceptorum
acquirunt dominium, *c. relatum el 2. §. nomine ibi
Canonicam diſtributionem, & curam: & ibi Ioann. de
Anan. num. 8. & Can. de teſtam. c. ſtatutum, & ibi Ar-
chid. ſub num. 13. & Can. de reſcr. in 6. Calder. conſ.
21. de præb. Ioan. Andr. in c. præſenti, num. 6. & 7. de
offic. ordinat. in 6.* & ad Capitulum pertinet † pri- 10
uatiue, quoad cæteros clericos, & beneficiatos,
*gl. in cap. penultim. in verb. Aſſiſia de cler. non reſid. &
ibi Pan. num. 9. in fin. c. cum dilecta de exceſſ. præl. &
ibi gloſſ. 1. & Can. & c. dilecti, & ibi Pan. in 1. not. &
Can. de maior. & obed. c. relatum 2. verſ. nomine de te-
ſtam. & ibi Pan. num. 5. & Can. Panor. in c. 1. num. 11.
de elect.* etiam anniuerſariorum Canonicis, & be-
neficiatis communium, *Creſcent. deciſ. 4. hoc tit. gl.
in c. pen. in verb. aſſiſios, & ibi Can. de cler. non reſid.
c. dilecta, & ibi glo. 1. & Can. de exceſſ. præl.* quia iſta
burſa communis præſumitur facta ex redditibus

capituli, *c.nulli Epiſcoporũ in fi.12. q.1.Pan.in d.c.re-
latũ ſub n.10.de teſt.* & competit plurib.iure eccle-
ſiæ, ſiue collegialiter vt vniuerſis, *c.1.hoc tit.Pan.*
in c.cum omnes ſub n.5.verſ. itẽ procedit dictum & c. de
conſtit.l.omnibus, & l.ſeq. & ibi gloſſ. & DD.ff.ad
Trebell. etſi lis oriatur inter canonicos, & benefi-
ciatos, expenſæ litis nõ ſunt extrahendæ ex maſſa
cõmuni, ſed ex burſa particulari canonicorũ, quia
nullum verſatur intereſſe Eccleſiæ, ſed priuatum
intereſſe perſonarum, *l.imperatores ff.de tut.& ra-*
tion.diſtrah.Greg.15.deciſ.263.Dec.in c.ex literis n.34.
& ſeq. de prob. Verum expenſæ litis cum extraneis
deducuntur ex maſſa communi, quia hæc lis re-
ſpicit vtilitatem, & commodum eccleſiæ, *Dec.*
in d.c.ex literis n.35.& ſeqq.& n.41.de prob.Lap.alleg.
50.n.13.14.& per tot. Rot. Farin. deciſ.138.part.1.
Card. Seraph. deciſ.1090. Greg.15. deciſ.263.& ibi
annot. Couar.pract.cap.6.n.5.& 6. niſi beneficiati
probarentur burſam illam communem eſſe fa-
ctam ex redditibus ipſorum beneficiatorum,
quo probato burſa cenſetur communis, pluri-
bus iure proprio, & particulari, vt ſingulis, *gloſſ 1.*
in c.cum omnes verſ. dicas & ibi Pan. num.5. Felin. &
Can. de conſt. l.per fundum ff.de ſeru.ruſt.præd. Pan.in
c.dilecta in fin. de exceſſ.præl. Vital.in Clem.vt hi qui,
n.13.& ſeqq. de æt.& qual.vbi tradit.quæ compet.Ca-
nonicis collegialiter, quæ ſingulariter. ac omnium re-
quiritur conſenſus, alias defectus conſenſus v-
nius vitiat actum, *c.quod omnes c. in re communi de*
reg.iur.in 6.l.in concedendo ff.de aq.pluu.arc.l. rece-
ptum ff.com. præd. tam vrb. quam ruſt. Bart.in l.quod
maior ff. ad munic. vbi limitat quatuor modis. quia
tantum conſideratur numerus, *l.duo l.inter pares*
ff.de re iud. Bar. in l.ſi vni n.6.ff.eod. Pan.in c.eccleſia
veſtra n.7. de elect. In ijs quæ competunt pluribus
11 collegialiter † præmiſſa, auctoritate ſuperioris,
conuocatione omnium, *Bald. in l. nulli ff.quod cu-*
iuſque vniu.nom.Cap.deciſ.190.part.2. reſidentium
c.2.& ibi gl. in verbo ipſorum de teſt. in 6.& Can.cap.
cum inter de elect. & votantium, *c.ex eo in princ.& §.*
in eccleſiis de elect.in 6. ſufficit conſenſus, præſtitus
in loco ſolito; *l.obſeruare C. de decur.lib.10.* & in
communi, *Pan. poſt gl. in c. cum omnes n.7.verſ.ad*
vltimum, & ibi Fel. n.34.& ſeqq. de conſt. maioris
partis præſentium, cum adeſſent duæ partes to-
tius collegij, aut amplius quam duæ, *l. nulli, & ibi*
gloſſ.fin.& l.ſeq.ff.quod cuiuſque vniu.nom.& c.l.quod
maior & ibi gl. ff. ad municip. l. nominationum forma
C.de decur. lib.10. Pan. in c.prudentiam n.8. de off.
deleg. & in c.1.n.16. hoc tit. poſt gl. aut quando ad-
ſunt duæ partes eorum, qui volunt, & debent, &
poſſunt commode intereſſe, *Pan. in c.quia propter*
ſub nu.5.& in c.cum nobis n.3.& 4.& in c.in cauſis n.6.
de elect.Franc.de Pau.de off.& poteſt cap.ſed.vac.præl.5.
num.7.& 8. vel quando adeſt maior pars collegij
habilium, *l.quod maior ff.ad municip.c.1 hoc tit.Pan.*
in c.gratum in 4.not. Dicens obtinere in omnibus acti-
bus capitularibus de poſtul. præl.gl.pen. in Clem. quod
circa in fin verſ. & in his, etiam de elect.& ibi Imol.nu.
13.Vital.n.27.& ſeqq.Pan.& Can. & ſuum debent
conſequi effectum, appellatione, & contradi-
ctione paucorum non obſtante, *c.1.& c.fin.hoc tit.*
c.ex parte de conceſſ.præb.l. quod maior ff. ad municip.
verſ.aliud §.refertur ff.de reg.iur.Felin.in c.cum omnes
n.17.vbi ponit 14.fall. de conſt. Pan. c. cum olim de re
iud. in fin. dummodo minor pars non contemna-
tur, plus enim operatur contemptus vnius, quã
multorum contradictio in præſenti, *c.quod ſicut c.*
venerabilem.cap.bonæ memoriæ S. Cremonenſe de elect.
Pan.c.1.n.16.in fin. hoc tit. Intelligitur autem ma-
ior † pars numero, & ſanioritate, *c.quia propter* 12
de elect.Pan in d.c prudentiam n.10. In omnibus e-
nim diſpoſitionibus faciendis per collegium ec-
cleſiaſticum, vel ſæculare, non ſufficit maioritas
numeri ſine ſanioritate, ſed requiruntur duo co-
pulatiue, maioritas numeri, & ſanioritas, quæ
conſiſtit in auctoritate, zelo & merito, *c.1.hoc tit.*
c.Eccleſia veſtra el 2.& ibi Pan. in 1. not. & n.7.11.&
13.de elect. l. vbi abſunt, & ibi gl.in verb. maior pars
ff.de tut. & cur.datis ab his &c. Bart. in l.ſi vni n.6.ff.
de re iud. ideo in diſponendis per collegium non
debent dari voces per lupinos, quia tunc non
poteſt apparere, quæ pars ſit ſanior, ſed ſolum
quæ maior reſpectu numeri, *Pan.in d.c.Eccleſia ve-*
ſtra el 2.n.7. Limita dictam † regulam, quando à 13
paucioribus, & inferioribus fuerit contradictum,
nam cum vniuerſitas procedat extraiudicialiter,
appellatio non eſt neceſſaria, nec tranſeunt hu-
iuſmodi geſta in rem iudicatam, ſed ex ſola con-
tradictione poſſunt proſequi id quod rationabi-
liter obiectum fuerit, & probare coram ſuperio-
re ad impediendam, & annullandam ordinatio-
nem maioris partis, *c.1.hoc tit. & ibi Pan.n.1.& 5.*
& 13.& Can.c. Nicena, & ibi gl. fin.31.diſt. c. ſi quis
presbyterorum in fin.de reb. Eccl.non alien.&c. quan-
do dubium oritur inter maiorem partem capitu-
li, & aliquos ſingulares de capitulo, quo caſu ca-
pitulum non poteſt cognoſcere, *Pan.in c.in geneſi*

Digitized by Google

nu. 2. de elect. vel poteſt allegari ſubiectum, Hoſt. in c. 3. n. 10. in princ. [illegible] & Can. ſed ſi oriantur dubia circa opinionem, aut ſimilia iura tangentias ſingulares canonicos, in quibus capitulum nullum poteſt prætendere intereſſe, tunc poteſt capitulũ illis mandare, vt rationes ſuas coram eo extraiudicialiter allegent, & oſtendant ad informandum animum capituli, vt canonica ſequatur optio, non vt ſententiam dicat: c. 1. ibi obiectum fuerit, & oſtenſam hoc tit. Pan. in d. c. in geneſi ſub num. 2. verſ. & hac noe. de elect. canonico non licet ignorare ea, quæ fiunt in capitulo, c. eam te §. quod nullatenus de reſcr. c. dilectus el 2. & ibi gl. in verb. officialib. & Can. de ſimon. Io. And. in c. 1. ſub n. 17. de conceſſ. præb. in 6. Lap. alleg. 14. n. 2. & ibi Add.

14 Congregatio capituli † ſpectat ad canonicum antiquiorem receptione, reſpectu vocis dandæ, qui nullam exercere poteſt iuriſdictionem in vocatos non venientes, licet reddat eos contumaces, Pan. in c. quaſiuit ſub n. 3. hoc tit. Innoc. in c. 1. poſt n. 2. de maior. & obed. ſed tunc effectum habet poteſtas huiuſmodi, quia requiſitione, ſeu monitione vnica præmiſſa, Pan. in c. cũ nobis n. 10. in fi. de elect. Petr. de Baiſio in direct. elect. c. 22. part. 3. num. 5. non obſtante abſentia vocatorum, valebit quod præſentes facient, c. cum nobis c. quod ſicut c. Eccleſia veſtra, de elect. gl. fin. in l. nulli, & ibi DD. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. ſtaphyl. de litt. grat. tit. de ſtat. & qual. benef. §. huiuſmodi n. 11. adeo vt totius collegij ius apud præſentes reſideat. c. cum nobis, & ibi Pan. & Can. not. de elect. c. cum omnes, & ibi poſt gl. primam circa finem Pan. num. 5. Felin. n. 17. & 21. de conſtit. Felin. in c. 1. & ibi Pan. & Can. de maior. & obed. Petr. de Baiſ. in direct. elect. c. 4. part. 3.

Dictum eſt in proximo titulo, quod Epiſcopus, & capitulum ſunt vnum corpus, ita quod Epiſcopus caput, & canonici capitulares membra eſſe probentur, c. nouit de ijs, quæ fi. à præl. &c. Dec.
15 conſ. 642. n. 9. verum ſi capitulo † interueniat vt Prælatus, ipſe ſolus non cenſetur tantam vocem habere per ſe, quantam omnes alij Canonici, aut ſi habeat ſecum vnum canonicum concordem non præualet votum ſuum voto aliorum canonicorum, Rot. diuerſ. deciſ. 408. n. 2. part. 1. contra Hoſt. in c. poſtulaſtis n. 4. de conceſſ. præb. Pan. in d. c. poſtulaſtis n. 14. & Can. communiter. quia ad hoc vt cognoſcatur vox capituli requiritur maior, & ſanior pars: Felin. in c. paſtoralis num. 9. in fin. de reſcript. Ioan. Andr. in c. à collatione de appell. in 6. glo. in c. vnico in verbo aſſenſu, & ibi Can. ne ſed vac. &c.
in 6. quandoque ex † conſuetudine, vel ſtatuto 16
canonicatus annectitur dignitati epiſcopali, c. poſtulaſtis, & ibi gl. in verbo ſed vt canonicus de conceſſ. præb. c. cum in Eccleſia tua de præben. in 6. Felin. in c. ex litteris in princ. de probat. quo caſu licet interuenire poſſit capitulo vt canonicus, in dubio tamen præſumitur interuenire, vt prælatus, & appellandum eſt ad Archiepiſcopum, niſi ex ſeſſione, vel ſubſcriptione aliter colligatur: alias ſi vt canonicus inter fuiſſet licite appellatur ad eumdem tanquam Epiſcopum. c. à collatione, & ibi gl. fin. de appell. in 6. Franc. archid. & Can. gl. & Doct. in c. poſtulaſtis de conceſſ. præb. & ibi Pan. nu. 8. & ſeqq. & Can. Ex decretis Concilij Tridentini Epiſcopis
in † choro, capitulo, proceſſionibus, & alijs acti- 17
bus publicis, eſt prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua rerum agendarum auctoritas, qui ſi aliquid canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, epiſcopi ipſi capitulum conuocant, vota exquirunt, & iuxta illa concludunt, abſente vero Epiſcopo omnino hoc ab ijs de capitulo, ad quos hoc de iure, vel conſuetudine pertinet, perficitur, nec ad id Vicarius Epiſcopi admittitur: cæteris in rebus capituli iuriſdictio, & poteſtas, & bonorum adminiſtratio ſalua & intacta omnino relinquitur. c. ſtatuit ſancta §. Epiſcopus præterea ſeſſ. 25. Concordat. c. Epiſcopus in Eccleſia 95. diſt. cap. nouit, & c. ſeq. de his, quæ fi. à præl. &c.

Capitulum cathedralis † eccleſiæ ſine epiſco- 18
po poteſt ſtatuta facere circa ſua ſingularia negotia, puta quod certis modis quotidianas obuentiones diſtribuat, vel quod certo modo ad capitulum vocentur, & quod certis diebus etiam non vocati veniant ad capitulum, gl. in c. conſtitutionem §. cæterum in verbo ſtatutum de verb. ſign. in 6. & ibi Can. c. ex literis de conſtit. l. 1. §. 2. ff. quod cuiuſq. vniu. nom. &c. late Cap. concl. 9. ſed non circa ea, quæ tangunt generalem ſtatum eccleſiæ, epiſcopum, vel eius iura, c. cum conſuetudines de conſuet. aut iura ſingularium perſonarum. l. venditor §. ſi conſtat. ff. comm. præd. &c. Felin. in c. cum omnes ſub nu. 18. verſ. 10. fallit. de conſtit. & ibi Pan. n. 7. verſ. venio ad ſecundum, & Can. Caſ. deciſ. 9. n. 3. de probat.
Collegia † inferiorum eccleſiarum in omnibus 19
actibus grauibus debent habere Conſilium, & conſenſum epiſcopi, Inn. in c. requiſiſti in fin. de teſt. Felin. in

Digitized by Google

Felin.in c.cum omnes n.xj. & ibi Pan. poſt n. 4. de conſtit. Pan. in c. cauſam quæ de elect. quia licet Epiſcopus non ſit de collegio earum, eſt tamen caput earum, non immediatum, ſed mediatum, *Cap.regenda &c. c.ſeq. 10. quæſt. 5. c.cum ab Eccleſiar. de off. ord. gl. 1. in d.c.cauſam quæ, de electione.* in his in quibus habent † adminiſtrationem, eodem modo poſſunt ſtatuere, quo ſtatuit capitulum cathedralis eccleſiæ, *late Felin. in d.c.cum omnes n.xj. de conſt. qui plures cumulat.*

21 Abſentes Canonici † ad actus capitulares nō ſunt vocandi, *c.2. & ibi gl. in verbo ipſorum de teſt. in 6. Franc. nu. 11. Archid. & Can. communiter c.cum inter 2. de elect. & ibi Can.* præterquam in electionibus, *c.quia propter de elect.* receptionibus in Canonicum, *c.cum in eccleſiis de præb. in 6.* ceſſatione à diuinis, *c.quamuis de off. ord. in 6.* & in omnibus cauſis magnis, & arduis, quæ ſunt ſimiles, aut maiores ſupradictis. *Franc. in d.c.2. ſub n. xj. de teſtib. in 6. Pan. in c.cum omnes ſub n.7. verſ. venio ad teſtium, & ibi Can. de conſtit. Iaſ. in repet. l. placet n.13. C. de ſacroſ. eccleſ. in 2. lect. pa. 1.* Præfata procedunt, quando ſunt abſentes canonici, vnus & alter:

22 quando aliqua pars canonicorum † eſt præſens, aliqua pars abſens, & imminet electio facienda, vel aliquod negocium eccleſiæ, quomodo congregabitur capitulum. & qualiter expedietur negotium, *vide Pan. poſt Innoc. in c. 2. n.10. de nou. op. nunciat. & ibi Can.*

23 In his, quæ aguntur † per vniuerſitatem, ſingulorum nomina non debent inſcribi in inſtrumento, ſiue magna, ſiue parua fuerit vniuerſitas, *Dec. in d. c. cum omnes in 1. lect. n.53. & 54. de conſtit. Pan. in c.quanto n.7. de his, quæ fi. à prælat. & ibi Can. idem in c. vnico n.7. & 8. de ſynd. Mohed. deciſ.1. de reb. eccl. non alien.* ſed ſufficit dicere, capitulum talis collegij hoc fecit, canonici talis eccleſiæ capitulariter congregati hoc fecerunt, *Pan. in d.c. vnico ſub n. 8. de ſynd. Put. deciſ. 295. lib. 3. pulchre Oldr. conſ. 100.* capitulum enumeratis pluribus canonicis congregatum in tali capella fecit, licet non dicatur capitulariter congregatum, aut nomine capituli, *Achill. deciſ. 2. hoc tit. Oldrad. conſ. 100. arg. l. certum ff. ſi cert. pet. l. nominatim ff. de lib. & poſth.* aut alia verba exprimantur, quæ ſignificent actum expeditum per conſenſum præſtitum in communi, *c.fin. & ibi Pan. in 2. not. de ſortil. Felin. c. in tantum n.13. & 14. & ſeq. de reſcript.* etiamſi non apponatur capituli ſigillum, *Rot. deciſ. 32. & 36. de procur. in antiq. l. ſi procuratorem ff. de procur. l. ſi quæ per calumniam C. de epiſ. & cler.* imo ſufficit, quod appoſitum fuerit ſigillum capituli, quando in actu geſto dicitur, *canonici hoc fecerunt*, non ſpecificatis ſingulorum nominibus, neque expreſſo nomine conuentus, vel capituli, *Rot. deciſ. 9. & 36. de procur. in antiq. c.fin. de procur. & ibi not.* ſubſcriptio Notarij, & teſtium neceſſaria non eſt, dummodo ſigillum ſit recognitum, *Rota deciſ. 12. de procur. in nou. Clem. 1. & ibi gl. 1. de procur. & Can. Hoſt. in c.1. n.6. de procur. & ibi Can.* Regula ſupradicta fallit † primo in alienatione bonorum, & 24
in rebus arduis, in quibus ſingulorum nomina ſunt exprimenda, *l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Bart. in l.1. ff. de alb. ſcrib. c.1. de his, quæ fi. à præl. Dec. in c. cum omnes in 1. lect. n.53. plures cumulans Mohed. d. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien.* fallit ſecundo, quia ſingulæ perſonæ de capitulo ſunt exprimendæ in mandato, quando in eo dicitur, quod canonici conſtituunt talem procuratorem, ſine appenſione ſigilli capitularis, quia differentia eſt, an dicatur canonici, an capitulum, vel conuentus, eodem modo in monialibus obtinet, & ita declaranda eſt Rota *deciſ. 9. de procurat. in antiq. Achill. deciſ. 2. in fin. hoc tit. cap. quanto, & ibi late Anch. nu. 3. & 4. de his quæ fi. à præl. &c. & ibi Imol. Myſ. obſ. 76. cent. 1. & obſ. 18. cent. 3.*

Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

Titulus XII.

SVMMARIA.

1 *Beneficia ſine diminutione ſunt conferenda ob tres rationes.*

2 *Sectio ſiue diuiſio beneficij & præbendæ in duo, vnius parochiæ in duas à quo fiat & cum qua ſolemnitate.*

3 *Penſio eſt ius ſpirituali annexum percipiendi certam quantitatem ex aliqua menſa vel beneficio ex cauſa ad tempus ſeparatam, quod dependet ex proprietate beneficij.*

4 *Penſionem imponunt Papa & Epiſcopus & quomodo differat epiſcopi authoritas ab authoritate Papæ.*

5 *Abbas poteſt penſionem imponere ſuper beneficio regulari*

gulari cuius collatio ad eum ſpectat ſoluendam alteri religioſo eiuſdem monaſterij.

6 Penſio imponi poteſt ex octo cauſis hoc recenſitis & his ſimilibus.

7 Tempore collationis conſentiente eo cui confertur, vel poſt collationem de conſenſu rectoris beneficij.

8 Abbas ſolus poteſt conſentire penſioni quando capit fructus omnes & cuilibet monacho dat certam quantitatem Panis & vini.

9 Penſiones reprobantur quæ conſtituantur in fraudem canonum.

10 Penſionibus grauari non poſſunt cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam mille ducatorum non excedunt.

11 Parochiales Eccleſiæ quæ ſummam ducatorum centum non excedunt.

12 Diſtributiones quotidianæ.

13 Incerti fructus etiam beneficiorum ſimplicium.

14 Dignitas aut beneficium valoris 24. ducatorum.

15 Cæterorum beneficiorum menſa & redditus grauantur penſionibus dummodo aut tertium aut medietatem fructuum non excedant.

16 Laico an & quomodo poſſit reſeruari penſio.

17 Clerico penſio reſeruatur interdum in titulum.

18 Mentio fieri debet in literis reſeruationis penſionis de penſionibus præteritis validè impoſitis.

19 Perpetuis & temporalibus.

20 Reſeruatis ſub die incerto aut ſub conditione quæ tempore ſecundæ penſionis eſſet purificata.

21 Per clauſulam, præſens & aliæ penſiones medietatem fructuum non excedunt, limitatur dicta regula vno modo.

22 Penſio exigi debet vigore literarum apoſtolicarum deſuper expediendarum.

23 Penſionis impoſitioni qui conſentit ſolet ad eius ſolutionem ſe obligare ſub pœna priuationis beneficij acceſſus regreſſus.

24 Ac anathematis ſeu cenſurarum.

25 Vt prædictis pœnis locus ſit, requiritur factum & voluntas penſionarij.

26 Intimatio literarum reſeruationis penſionis neceſſaria non eſt quando agitur ad ſolutionem penſionis.

27 Si agatur ad incurſum cenſurarum & pœnarum non eſt neceſſaria ei qui per ſe conſenſit ſed ei qui conſenſit per alium fieri debet ac ſucceſſori in beneficio.

28 Litera Apoſtolica expedita ſuper reſeruatione penſionis earumque narratiua & modus ſeu conditio ſub qua penſio fuit reſeruata ſunt verificanda etiam quando proceditur executiue.

29 Nec ſolita eſt ſignatura apponere clauſulam ſine retardatione ſolutionis penſionis quia ex ventre literarum reſeruationis oritur exceptio.

30 Excipe quando ex ventre literarum non daretur nullitas, ſed reductio penſionis.

31 Excipe 2. quando nullitas in ventre literarum oritur ex probationibus aliunde factis.

32 Cenſurarum nullitas & iniuſtitia an debeat iuſtificari ex eiſdem actis, an ex nouiter deductis in alia inſtantia.

33 Penſionis præſtatio quando penſionarius modum adimpleuit conditionemque purificauit aut quando de conſenſu partium Papa ſimpliciter & purè penſionem reſeruauit non impeditur propter ſuperuenientem litem ſuper nullitate extinctione vel reductione.

34 Et ſolet cauſa in prima & vlteriori inſtantia committi per ſignaturam cum clauſula, conſtito de literis reſeruationis, procedat abſque retardatione ſolutionis penſionis.

35 Quæ clauſula intelligitur de ſola exiſtentia literarum.

36 Penſionarius quando agit contra eum qui non conſenſit penſioni nec reperitur in quaſi poſſeſſione exigendi tenetur omnino verificare gratiam antequam agere poſſit ad exactionem penſionis.

37 Si vero eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem in ea eſt manutenendus contra quemcunque ſucceſſorem in beneficio.

38 Idem iuris eſt in translatario penſionis exiſtente in poſſeſſione percipiendi penſionem.

39 Reſignatarius ſpoliat, ſi beneficium grauatum alteri reſignet.

40 Succeſſor in beneficio ſpoliat, ſi penſionem ab anteceſſore ſolutam ſoluere recuſat, daturque penſionario remedium reintegrandæ.

41 Penſionarius in petitorio ſemper tenetur iuſtificare literas.

42 Poſſeſſio percipiendi penſionem quomodo probetur.

43 Reſignans poſt reſignationem non tenetur ad ſolutionem penſionis.

44 Succeſſor in beneficio tenetur ad penſiones præteritas à prædeceſſore non ſolutas quando conſtat de diligentijs factis à penſionario contra anteceſſorem.

45 Ad penſio-

45 *Ad penſiones futuras & poſt fructus perceptos decurſas tenetur ſucceſſor illius qui conſentit penſioni in iure illius habendo.*

46 *Necnon ſucceſſor poſſeßionis.*

47 *Capitulum, Camera apoſtolica, œconomus regius.*

48 *Penſio quibus caſibus eſt ipſo iure nulla, quorum plures recenſentur.*

49 *Reſeruatio omnium fructuum reſignanti valida eſt non facta mentione penſionis antiqua.*

50 *Et ſi adijciatur clauſula quod propria authoritate reſignans fructus percipiat, non amittit poſſeßionem.*

51 *Proprietas autem & titulus beneficij tranſit in reſignatarium.*

52 *Idem iuris eſt quando reſignanti reſeruantur titulus, denominatio, adminiſtratio, poſſeßio vna cum fructibus, quia ius proprietatis tranſit in reſignatarium.*

53 *Quod ſi facta fuerit reſeruatio penſionis vel fructuum alicui quoad vixerit, prout maluerit datur ei electio pro prima vice.*

54 *Medietate fructuum reſeruata loco penſionis, fit ſolutio habito reſpectu ad maſſam groſſam.*

55 *Penſio eſt odioſa.*

56 *Penſionem exigendi quaſi poſſeßio eſt contra ius.*

57 *Penſio quando reſeruatur omnes fructus aut certa quota propria authoritate percipienda, metienda eſt regulis quibus regulatur vſusfructus.*

58 *Propter conſenſum æquiparatur contractui.*

59 *Succeſſor quoque acceptans beneficium videtur quaſi contrahere.*

60 *Motu proprio conceſſa æquiparantur vltimis voluntatibus.*

61 *Penſionis caſſatio eſt fauorabilis, & poteſt fieri in manibus cuiuſcunque.*

62 *Primo, De ſtyle curiæ fit anticipatis ſolutionibus auctoritate Summi Pontificis.*

63 *Extinguitur multis modis hic enumeratis.*

64 *Penſionem transferendi facultas eſt odioſißima.*

65 *Fit iuxta formam facultatis datam à ſummo pontifice coram aliquo in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto per viam actus inter viuos vel vltimæ voluntatis.*

66 *Secundo, Fit coram Summo pontifice per viam ſupplicationis.*

67 *Clauſula transferendi poſita in prima reſeruatione penſionis per quaſcunque clauſulas generales in ſecunda reſeruatione non cenſetur repetita.*

68 *Penſionis caſſationes vt quid aliud reſeruetur regulantur eiſdem regulis quibus regulantur reſignationes beneficiorum cum reſeruatione.*

DICTVM eſt in ſuperioribus titulis, ad quos
pertinet collatio ſede repleta, aut vacante,
verum quia collatio non ſolum debet fieri pure,
palam, libere, ſed etiam ſine † diminutione. ideo 1
ſupponit titulum, *vt Eccleſiaſtica beneficia &c.* pure,
quia pactum, *c. pactiones de pactis.* conditio, *c. quam*
pio 1. quæſt. 2. modus inducunt ſimoniam, *c. vnico,*
& ibi glo. in verbo ſub modo hoc tit. palam, quia col-
lationes occultæ ſunt ſuſpectæ, *c. vnico §. porro, &*
ibi gl. in verbo occulta hoc tit. c. conſuluit de off. deleg. l.
ita fidei ff. de iur. fiſc. Pan. in c. 1. ſub n. 2. de cland. deſpon.
quibus non datur fides contra apoſtolicos impe-
trantes: *dictum eſt ſupra tit. de præb.* libere, id eſt,
gratis, *c. ſi quis Epiſcopus præbendas 1. quæſt. 3. c. plura 3.*
quæſt. 9. ſine diminutione ob plures rationes,
quarum prima eſt, quia non poteſt collator, et-
iamſi ſit epiſcopus, ex pacto partem prouentuum
ſuis vſib. retinere, *c. prohibemus de Cenſib. c. quia co-*
gnouimus 10. quæſt. 3. ſed Epiſcopus ante collatio-
nem conſtituere poteſt cum ſuo capitulo, vt ipſi
prouentus beneficij vacantis retineantur ad tē-
pus pro iuſta cauſa, & neceſſaria, *c. vnico verſ. vnde*
credimus hoc tit. puta pro exoneratione ſuorum
debitorum contractorum nomine Eccleſiæ, aut
pro fabrica Eccleſiæ cathedralis, quando cano-
nici cum Epiſcopo non ſunt potentes ad reſtitu-
rationē: *Pan. d. c. vnico hoc tit. n. 20.* altera ratio eſt,
quòd beneficia non recipiunt diuiſionem, ſe-
ctionem, aut diſmembrationem, *c. maioribus c.*
cum cauſam de præb. Caſſanda eſt receptio duorum
ad vnum beneficium, ſiue præbendam, vt vnus
vnam medietatem habeat, & alter alteram, vel
vt vnus expectet, quouſque alia vacabit, quod
huiuſmodi ius ſpirituale diuidi, ſiue communica-
ri nequeat inter eos, *c. tuæ fraternitati c. dilecto de*
præb. & vtrobique Can. Ex iuſta, & rationabili cau-
ſa poteſt beneficium, & præbenda † diuidi in 2
duo, vt duo cenſeantur iura, & duo tituli, *c. vacan-*
te gl. in d. c. tuæ fraternitati in verbo ſectionem gl. pen. in
d. c. maioribus de præb. Garc. de beneſ. part. 12. cap. 4.
per tot. ac vna parochia in duas, *c. præcipimus 16.*
quæſt. 1. c. ad audientiam 1. de Eccl. ædif. ab Epiſcopo,
c. ſicut vnire de exceſſ. præl. c. vacante & ibi Anch. n. 1.
& 2. de præb. quando non vacat, cum aſſiſtentia, &
conſenſu rectoris, *Franc. in c. 1. de reb. Eccl. non alien.*
num. 24. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 524. part. 1. quando

vacat, dato defenſore, *Clem. fin. & ibi gloſſ. in verbo defenſor de reb. eccl. non alien. c. 1. eod. in 6.* de conſenſu capituli habito tractatu, *c. vacante de præb. Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in antiquior.* quia alteratur ſtatus eccleſiæ, *Clem. 1. de reb. eccl. non alien.* quodque facultates, redditusque beneficij, ſiue præbendæ competenter ſufficiant duobus, *Pan. in d. c. extirpandæ §. qui vero nu. 7. in lect. de præb. & in d. c. vacante n. 2. vbi ponit iſta requiſita, & Can. communiter.* & epiſcopus interponat decretum, *l. de qua reſſ. de iud.* quibus ſolemnitatibus adhibitis reſultat præſumptio vtilitatis, & neceſſitatis, ne eluſorium ſit huiuſmodi decretum, *c. in præſentia de renunc. l. ſi prætor ff. de iud. dictum eſt ſupra in tit. de ſent. & re iud. Gemin. conſ. 48. ſub n. 6. verſ. ſed præmiſſa.* poteſt tamen probari contrarium, quod præbenda diuiſa duobus aſſumptis canonicis non ſufficiat, eoque probato non reſcinditur diuiſio, & receptio male attentata, ſed qui male diuiſit, & recepit, tenetur ſupplere quod vtrique deficit, quia ſpiritualia poſtquam creata fuerint, non de facili diſſoluuntur, *d. c. vacante, & ibi Anch. n. 5. & ſeq. & Can.* vnio fit de beneficio pleno rectore non vocato, ac de vacante abſque deputatione defenſoris, vt dictum eſt ſupra tit. de præb. Ratio diuerſitatis eſt, quia diſmembratio eſt vera alienatio, *Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in nou. Clem. 2. & ibi gl. in verbo defenſor de reb. eccl. alien. &c. & Can.* tum quod in totum per vnionem beneficium concedi permittitur, cauſa augmenti cultus diuini, *c. ex parte de conſtit.* pauperumque ſuſtentationis, *c. expoſuiſti de præb.* ac etiam tolli tanquam ſuperfluum, & oneroſum, *arg. c. cor Epiſcopi 68. diſt.* diminutio, & detractio denegantur, vt Eccleſiaſtica beneficia in ſua integritate permaneant, niſi ex magna cauſa, *c. dudum c. maioribus c. vacante de præb.* & id quod minus videtur, eſt maius eo reſpectu, quo ius ei plus reſiſtit ex cauſa, *d. Clem. fin. & ibi gl. in verbo defenſor de reb. eccl. non alien. & ibi Can. communiter.* Tertia ratio eſt, ob quam beneficium ſine diminutione eſt conferendum, quia non poteſt Epiſcopus abſque iuſta cauſa, & conſenſu capituli imponere penſionem ſuper fructibus Eccleſiæ exuberantis, *c. paſtoralis, & ibi not. de his quæ fiunt à præl. &c. Creſc. deciſ. 3. n. 2. de locat.* & licet beneficium indiuiduum ſit, fructus tamen redditũum ex iuſta cauſa inter duos diuidi poſſunt, *c. propoſuit, & ibi Pan. n. 2. & 6. & Can. de fil. presbyt. Greg. 15. deciſ. 479.* ideo hic paucis attingam materiam penſionum, quæ frequens eſt in Curia, Hiſpanijs, & Italia, ſed infrequens in Germania. Penſio eſt ius † ſpirituali annexum, 3
Pan. in c. conſulere ſub n. 3. de ſimon. Nauar. conſ. 63. n. 5. de ſimon. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. n. 10. & ſeqq. & §. 1. per tot. & per tres §§. ſeqq. per plures quæſtiones. percipiendi certam quantitatem ex aliqua menſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparatam, *c. poſſeſſiones 16. quæſt. 1. c. quicumque 12. quæſt. 1. Zab. in Clem. 1. §. 1. in 3. quæſt. de ſuppl. neglig. præl. & ibi Can. Gig. de penſ. quæſt. 1. nu. 1.* quæ dependet ex proprietate beneficij, ex quo extrahitur, *Imol. in Clem. 1. nu. 26. de ſuppl. negl. præl. Gig. de penſ. dicta quæſt. 1.* & hæc definitio concernit penſionem, quatenus eſt commodum temporale, ſed quatenus eſt titulus beneficialis, definitur ſicut beneficium, *Zab. in d. Clem. 1. in 3. quæſt. c. quamuis el 1. & ibi gloſſ. in verb. in penſione, & Can. de præb.*

Penſionem imponunt † Papa, & Epiſcopus, 4
c. conſtitutus de relig. domib. & ibi Can. Gig. de penſ. quæſt. 6. Cam. Cantias de penſ. Epiſc. differt epiſcopi auctoritas ab auctoritate Papæ, Papa enim penſionem in perpetuum imponit, Epiſcopus vero ad vitam poſſeſſorum, ſeu breuius tempus, *Barboſ. de officio Epiſcopi p. 3. alleg. 85.* Papa abſque cauſæ cognitione imponit penſionem, *Gig. d. quæſt. 6. n. 6.* & ſine conſenſu beneficiati, *Caput. deciſ. 316. part. 2. Gig. de penſ. d. quæſt. 6. plures cumulans.* ac patroni laici, *Gig. de penſ. quæſt. 23. Couar. pract. quæſt. cap. 36. n. 10.* Quia plena & libera diſpoſitio beneficiorum Eccleſiaſticorum ad Papam ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere, *Clem. 1. in fin. vt lit. pend. & c. c. 2. de præb. in 6. c. propoſuit de conceſſ. præb. Pan. in c. conſtitutus num. 9. de reſcript.* Epiſcopus non poteſt eam imponere, niſi ex cauſa iuſta apparente, & concernente vtilitatem eccleſiæ *pulchre Oldr. conſ. 226. Rom. conſ. 369. ſub n. 2. Barboſ. d. alleg. 85. n. 2.* Papa conſtituit penſionem in quantitate, & in quota parte fructuum, *Gig. de penſion. quæſt. 8.* Epiſcopus conſtituit penſionem per viam quantitatis pecuniæ, vel bladi, & non per modum quotæ, ſiue collectæ, vt detur tertia, vel quarta pars, *Anan. in c. audiuimus ſub n. 3. verſ. in gloſſ. 2. de colluſ. deteg. Felin. in c. ad audientiam el 2. ſub n. 2. verſ. & dicit. Anan. de reſcript.* quia eſſet ſcindere beneficium, quod iure eſt prohibitum, *c. maioribus de præb. c. de cætero, & ibi not. de tranſact.* Epiſcopus non poteſt dare poteſtatem transferendi

penſio-

Digitized by Google

penſionem in vnam, vel plures perſonas, ſicut poteſt Papa, *Gig. de penſionib. quæſt. 6. n. 5.* Epiſcopus penſionem non conſtituit, vbi interuenit aliquod pactum inter partes, neque reſignationes beneficiorum in alterius fauorem factas admittit, *c. 2. & 4. de pact. c. ex parte el. 1. de off. deleg. & ibi poſt gl. DD. Rebuff. in prax lib. 3. de reſign. cond. nu. 1.*
5 Præterea Abbas † poteſt imponere penſionem ſuper beneficio regulari, cuius collatio ad eum ſpectat, ſoluendam alteri religioſo eiuſdem monaſterij, *Zab. in Clem. 1. §. quia vero n. 2. de ſtat. monach.* quia non repugnat paupertati habere penſionem ex permiſſu ſuperioris, & ad nutum eius amouibilem, pro neceſſarijs indumentis, & expenſis, quibus alias monaſterium eſſet grauandum. *Zab. in d. Clem. 1. ſub n. 4. verſ. quinto oppono, de ſuppl. negl. præl. Pan. in c. niſi eſſent n. 12. de præb. Rot. Farin. deciſ. 302. part. 2.*

Interdictum eſt penitus iure canonico, ne quis de prouentibus Eccleſiæ, quæ curam habere debet proprij ſacerdotis, penſionem alij, quaſi pro beneficio conferre præſumat, *c. extirpandæ §. qui vero de præb. c. peruenit de arbitr.* Quia Eccleſia cenſeretur quaſi cenſualis, & portio præsbyteri diminueretur, *c. auaritiæ de præb.* Licite autem reſer-
6 uatur, penſio ex pluribus † cauſis, quarum prima eſt, vt penſionarius melius ſuſtentari valeat, & cenſetur facta ex cauſa alimentorum, *Romanus conſ. 388. n. 3. & 5. Gig. de penſ. quæſt. 51. & quæſt. 96. n. 4. & 5.* Secunda, reſignatio, ne reſignans nimium diſpendium patiatur, *gl. 1. in c. ordinationes 1. quæſt. 1. & ibi Can. gl. in c. cum pridem in verb. illicitæ pactionis, in fin. de pact. & ibi Can. Fel. in c. ad audientiam el 2 n. 3. de reſcript. Gig. de penſ. quæſt. 4. num. 2.* ac valida eſt penſio, etiam non verificato iure ceſſo, & ſufficit illud fuiſſe acceptatum ab eo, qui penſioni conſenſit, *Mohed. deciſ. 35. de præb. inter omiſſas arg. l. in omnibus rebus ff. de act. & oblig.* quia in reſignationibus ad certum effectum mens Papæ eadem eſt cum mente partium, & Papa voluntati partium adhæret, *Rot. diuerſ. deciſ. 677. n. 16. part. 1. Mohed. deciſ. 27. in fin. de renunc. & deciſ. 8. ante n. 1. de iurepatr. l. omnem ff. de iud. Caſtr. in l. 1. §. & poſt operis n. 5. plures citans ff. de nou. oper. nunciat.* quando reſignanti ius aliquod competit, de quo ipſe docere debet, nam ſi nullum ius penes eum remanſit, vt quia beneficium per eius promotionem, aut alias vacauit, penſio debet euaneſcere tanquam ceſſante cauſa, *c. cum ceſſante de appell. Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. n. 105.* quia tunc ceſſat in Papa ratio adhærendi intentioni reſignantis, *Rot. diuerſ. deciſ. 767. part. 1. l. traditio ff. de acq. rer. dom. c. nuper §. nos autem de donat. int. vir. & vx. c. Dagbertum 1. quæſt. 7.* niſi reſeruationi penſionis appoſita ſit clauſula, quod penſio debeatur, etiamſi nullum ipſi cedenti ius competeret, *Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. poſt n. 103. verſ. 3. & num. ſeqq. Put. deciſ. 228. lib. 1.* Tertia concordia, ob quã etiã per Epiſcopum poteſt imponi penſio. *c. niſi eſſent, de præb. & ibi Can. Pan. in c. cum pridem n. 8. de pact. Io. de Anan. in c. audiuimus ſub n. 3. verſ. in gloſſa 2. de colluſ. deteg. Rot. diuerſ. deciſ. 519. n. 1. & 3. part. 1.* Quarta euidens vtilitas Eccleſiæ, ob quam Epiſcopus poteſt in collatione Eccleſiæ apponere onus alimentandi ſenem, qui illi renunciat, *Felin. in d. c. ad audientiam el 2. ſub n. 2. verſ. exemplifica Dec. in c. ex parte n. 16. de off. deleg.* Quinta benemerita, quando de ipſis conſtat, & penſio aſſignetur in quantitate moderata benemerito, quoad vixerit de redditibus Eccleſiæ, *Felin. in d. c. ad audientiam el 2. ſub n. 2. verſ. & adde Oldr. de reſcr. arg. c. per tuas, & arg. c. fraternitatem, & ibi not. per gloſſ. & DD. de donat.* Sexta ſeruitia præſtita, ob quæ non ſolet imponi penſio tranſitoria ad ſucceſſores in beneficio, *Rot. diuerſ. deciſ. 607. n 3 part. 3. lib. 3. atteſtans de vſu Curiæ l. affectioni ff. de donat. iuncta l. epiſtola §. fin. ff. de pact.* Septima, inæqualitas fructuum in permutatione, *c. ad quæſtiones de rer. permut.* Octaua publica vtilitas, vnde penſio reſeruata Cardinali cenſetur fauorabilis, *c. bonæ memoriæ el 1. & ibi gl. in verbo generalis, & Can. de poſtul. præl. Rot. diuerſ. deciſ. 240. n. 4. & 12. part. 1.* Ex his, & ſimilibus cauſis penſio danda ex redditibus Eccleſiæ, vel beneficij, *c. ad audientiam el 2. de reſcript. c. quamuis & ibi gl. in verb. in penſione de præb. in 6. & vtrobique Can.* poteſt imponi tempore † collationis, conſentiente eo, cui 7
confertur, *c. conquerente, & ibi gl. in verbo percipere & Pan. n. 5. & 6. de cler. non reſid.* vel poſt collationem de conſenſu Rectoris beneficij, *Gig. de penſ. quæſt. 10.* Conſenſus habentis regreſſum ſuper beneficio, cui imponitur penſio, non requiritur, ſed euaneſcit penſio, quando fit locus regreſſui, *Pariſ. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. ſub n. 85. & ſeqq. n. 88. & ſeq. Gig. de penſ. quæſt. 79. Put. deciſ. 97. lib. 2.*
Abbas ſolus, ſine † conſenſu conuentus, poteſt 8
conſentire in penſione, quando Abbas capit fructus omnes, & cuilibet Monacho de fructibus monaſterij dat certam quantitatem panis, & vini, & de reli-

Digitized by Google

& de reliquis ad libitum diſponit, Creſc.deciſ.3.de
locat.Felin.in c.ad audientiam el 2.ſub n. 2.verſ.2.con-
cluſio de reſcript. licet de iure communi fructus
Monaſterij inter abbatem, & conuentum ſit
communes. c.edoceri, & ibi gl.& Can. de reſcript.
9 Reprobantur † penſiones, quæ conſtituuntur in
fraudem canonum, c.extirpandæ §. qui vero in fin.
de præb.c audiuimus de colluſ deteg. vt penſio per E-
piſcopum nepoti inhabili ad parochialem Eccle-
ſiam propter defectum ætatis, quaſi pro benefi-
cio conferri non debet, ex prouentibus Eccleſiæ
parochialis, Pan.in d.§.qui vero ſub n.7.& ibi Can.
Pan. in c. conquerente ſub n. 5. verſ. & ad contraria de
cler. non reſid. Clerici qui per colluſionem patiun-
tur, ab alijs ſuper beneficijs à ſe pacifice poſſeſſis,
litem ſibi inferri, prohibentur, ſub pœna priua-
tionis, cum illis tranſigere cum ſolutione an-
nuæ penſionis, & ſucceſſione in beneficia poſt
eorum obitum, d.c.audiuimus de colluſ.deteg. & ibi
Can.

10 Nullis grauantur † penſionibus, aut reſerua-
tionibus fructuum, Cathedrales Eccleſiæ, qua-
rum redditus ſummam ducatorum mille, & pa-
11 rochiales, † quæ ſummam ducatorum centū ſe-
cundum verum annuum valorem non exce-
dunt, c.quoniam pleraque §.ad hæc ſeſſ.24. hoſpitalia,
& eremitoria, Mand. de ſign.grat.tit.penſiones,verſ.
ſuper fructibus. diſtributiones quotidianæ, quia
dantur tantum intereſſentibus diuinis, & in cor-
pore beneficij non comprehenduntur, c. vnico de
cler.non reſid.in 6.c.licet,& ibi poſt gl.fin.Can.de præb.
Rot. deciſ. 39.eod. in antiq. & quando ſuper diſtri-
12 butionibus † ex gratia reſeruatur penſio, ſoluitur
Datario compoſitio vnius anni, Mand.de ſign.grat.
13 tit.penſiones,verſ.penſionis.incerti † fructus, etiam
beneficiorum ſimplicium, qui ſi grauentur pen-
ſione, ſoluitur Datario compoſitio vnius anni,
arg. l.poſſideri §. in certam, & l. locus ff. de acq.poſſ.l.
ſubſignatum §.fin. ff.de verb.ſig.l.ſi ſur.§.incertam ff.de
14 vſucap. dignitas, aut beneficium † valoris. 24. du-
cat. aut ſi aliquantulum dictum annuum reddi-
tum excedat, quia propter tenuitatem, penſionē
non ferunt, l.ob as, & ibi gl.1.in fin.C.de præd. & alijs
reb. minor.l. ſi inutiles,& ibi gloſſ.1.ff.vt in poſſ. leg.ſeu
15 fideic.ſer. cauſ.eſſe liceat, Cæterorum † beneficio-
rum menſa, redditus, & prouentus, non autem
ius ſpirituale, grauantur penſionibus, c.conſtitutus
de relig. domib. & ibi Zab. in 2.oppoſ.Butr.n.15.& 16.
& Can. communiter Felin.in c.ad audientiam el 2.in 3.
& 4 concluſ. de reſcript. ac etiam fructus in conti-
nua reſidentia lucrari ſoliti, Caſ.deciſ.5.de præb.glo.
in c.vnico, In verbo receperit, verſ.ſed quid dices de ec-
cleſ.& ibi Can. de cler.non reſid.in 6. dummodo aut
tertiam, aut medietatem fructuum non exce-
dant, Extrauag.ſuſcepti: verſ.in illis vero eccleſiis de e-
lect.inter Ioannis.22.Gig.de penſ.quæſt.9.Rebuff.de pa-
cif.poſſ.n.116.Mandoſ.de ſign.grat.tit.fructuum reſer-
uationis verſ.frequentius. & ſi penſio eſt nulla in v-
no obulo, tota corruit, Rot. deciſ. 626. n.5 part.1.
diuerſ. affirmans ita deciſum in Rot. arg. l.in vendit.ff.
de contrah. empt. & vend. beneficia enim non de-
bent ita grauari, vt beneficiati non poſſint ex eo-
rum redditibus viuere, & iura Epiſcopalia ſolue-
re, c.de monachis c.vacante in fin. de præb. c.1.de cenſib.
& ibi DD.c.quoniam,& ibi gl.1.de vit.& honeſt.cleric.
Dicta clauſula, dummodo penſio medietatem
fructuum non excedat, poſita in litteris apoſtoli-
cis, non ſtat conditionaliter, ſed exponenda eſt,
quatenus non excedit,& penſio venit reducenda
ad medietatem fructuum: Creſc.deciſ.17.de reſcript.
Rot. diuerſ. deciſ. 1160.part.3.lib.3. arg.l.ſtychum,qui
meus erit, ff.de legat.2. requirit plenam,& conclu-
dentem probationem, Pariſ.de reſig.lib.6.quæſt.2.
n.25.Card.Seraph.deciſ.1122.n.2. quod remanent
centum,vel mille libera,deductis oneribus ordi-
narijs,& neceſſarijs perpetuis, Gig.de penſ.quæſt.
96.n.2.& ſeqq.gloſſ.in c. ſi propter tua in verbo ſpeciali
gratia de reſcript.in 6. Greg. xv. deciſ. 245. & ibi late
annot.& deciſ.268.& ibi annot. de tempore gratiæ,
& reſeruationis, Garc.de beneſ part.1.c.5. nu.398.
& ſeqq. caput.deciſ.309.part.2.n. 2. ac neceſſe eſt, vt
continuo duret eius iuſtificatio, ad hoc vt penſio
ſuſtineatur, Card.Seraph.deciſ.951.n.4. Garc.de be-
neſ.part.1.cap.5.n.440.& ſeqq. Greg.xv.deciſ.245.&
ibi late annot.plures cumulans. iuſtificatio eius præ-
ſumitur ex continuata ſolutionis obſeruantia per
lapſum. 30. annorum. Garc. de beneſ.part.1. c.5.n.
478.& ſeqq.Greg.15.deciſ 431.n.10.& ibi late annot.
Probatio nō exceſſus incumbit ei, cui penſio fuit
reſeruata, quia reſpicit validitatem, penſionis.
Rot. diuerſ. deciſ.310. n.3.& deciſ.412.ſub n.2.part.1.
Caſ.deciſ.2.n.6.de probat.arg.§.non ſolum, §.quod au-
tem diximus,& §.ſeq.Inſtit.de legat.l.verius ff.de prob.
niſi beneficiatus infringere velit penſionem ex
eo, quia excedit medietatem fructuum, cui tunc
incumbit onus probandi, Rot.diuerſ.deciſ.310,n.3.
part.1. Caput.deciſ.299.part. 2.l.ab ea parte ff.de pro-
bat.l. Titia ff.ſol. matr. c. bonæ memoriæ el.1, & ibi gl.
in verb.per

Digitized by Google

in verbo per rerum naturam, verſ. item negatiua iuris
de elect. & ibi Can. quod in reſeruatione penſionis
expreſſio valoris non ſit neceſſaria ex diſpoſitio-
ne iuris, aut regularum Cancellariæ, Caput. d. de-
ciſ. 299. gl. in Clem. 1. in verbo vel alteri de præb. & ibi
16 Can. Laico poteſt † reſeruari penſio, quia conſi-
ſtit in mera temporalitate, c. poſſeſſiones. 16. quæſt. 1.
Franc. in c. quamuis in 2. notab. & ibi Archid. & Can.
de præb. in 6. Gig. de penſion. quæſt. 21. Rip. in c. 2. n. 68.
de iud. De ſtylo curiæ nemo inferior à Papa poteſt
eam concedere laico: Nauar. conſ. 34. de præb. vbi
tradit cautelam. Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 2. num 7.
Garc. de benef. part. 1. cap. 15. n. 15. immo ſummi
Pontifices nunquam ſolent concedere mere lai-
cis penſiones ex poteſtate ordinaria, ſed ex plena,
& abſoluta poteſtate, ex iuſta cauſa, & cum diſ-
penſatione, Nauar. conſ. 63. n. 5. de Simon. Garc. de
benef. part. 1. cap. 5. n. 16. & ſeqq. etiam profeſſis, &
habentibus habitum militarem alicuius religio-
nis, quando illis reſeruantur penſiones ſuper fru-
ctibus beneficiorum ſæcularium, ſeu ſuper bene-
ficijs non ſui ordinis, quorum ſunt in capaces,
Mandoſ. de ſign. gratiæ tit. penſiones, verſ. militibus Hie-
roſolymitanis Garc. de benef. part. 1. cap. 5. n. 139. &
ſeqq. mere vero laicis cum clauſula, quod habitũ
militarem teneantur ſuſcipere, & in eo profeſ-
ſionem emittere, Rot. diuerſ. deciſ. 298. ſub n. 5. verſ.
quod ſatis declarant part. 2. Mand. in reg. 19. reſeruat.
quæſt. 11. n. 1. & 2. c. quamuis §. & ideo ſi alicui de præb.
17 in 6. clerico penſio † reſeruatur, c. quamuis de præb.
in 6. c. illud 56, q. 16. interdum in titulum, quando
ſuper redditibus vnius eccleſiæ auctoritate ſupe-
rioris conſtituitur certum beneficium, aſſignan-
do certam penſionem ex redditibus eccleſiæ pro
temporalitate beneficij nouiter erecti, c. conque-
rente, & ibi Pan. in 1. not. & num. 5. de cler. non reſid. c.
ad audientiam el 2. de reſcr. & ibi Can.

18 In litteris reſeruationis † penſionis mentio
fieri debet de penſionibus præteritis valide, Ca-
put. deciſ. 301. part. 2. l. non putauit §. non quauis ff. de
bon. poſſ. cont. tab. impoſitis ſub pœna nullitatis,
quia Papa non intendit eccleſiam duplici graua-
re onere, c. mandatum c. literis de reſcr. c. duobus eod.
in 6. facit lex titia cum teſtamento §. qui inuita ff. de
leg. 2. l. vxorem §. in teſtamento ff. de leg. 3. l. nauis omiſſa
§. cum autem ff. ad leg. Rod. de iact. & in terminis noſtris
Caſſad. deciſ. 1. 2. & 3. de penſ. Gig. de penſ. quæſt. 29.
19 perpetuis, & † temporalibus, Caput. deciſ. 311. n. 4.
& ſeq. & deciſ. 312. part. 2. Gig. de penſ. quæſt. 29. Caſ-
ſad. deciſ. 3. & deciſ. 4. de penſ. (illud intereſt, quod
perpetuæ ſubducuntur, ſiue non comprehen-
duntur in valore beneficij in ſupplicatione ex-
preſſo, Caput. d. dec. 311. part. 2. Felin. in c. ad aures ſub
n. 18. verſ. 12. concl. de reſcr. & ibi Can. temporales
vero non deducuntur) Put. deciſ. 201. lib. 3. Bel. in c.
de charit. ſubſid. quæſt. 37. ac etiam reſeruatis † ſub 20
die incerto, puta poſt mortem beneficiati ſol-
uendis, aut ſub conditione, quæ tempore ſecun-
dæ penſionis eueniſſet, aut eſſet purificata, Mohed.
deciſ. xj. de loc. arg. l. fin. § fin. autem ſub condit. & ibi gl.
& DD. C. comm. de leg. & fideic. l. cum teſtamento ff. de
teſtam. manum. & ibi gl. fin. & DD. non quidem in
ſpecie, aut de qualitate penſionum impoſitarum,
ſed in genere per clauſulam, Præſens, † & aliæ pen- 21
ſiones medietatem fructuum non excedunt: Caput. de-
ciſ. 296. part. 2. Felin. in c. poſtulaſti n. 2. verſ. declara de
reſcript. Idem in c. cum venerabilis ſub n. 47. verſ. non
obſtant de except. l. qui iure militari ff. de mil. teſt. nam
dictio aliæ poteſt verificari in ſimilitudine in ſpe-
cie, & in genere, l. non ſolum §. quæritur, & ibi gl. in
verbo creditores, & Doct. ff. de procur. Felin. in c. ſedes n.
6. de reſcript. Limita præfata, vt non procedant,
quando in prima reſeruatione penſionis fuit fa-
cta mentio de præterito onere impoſito, & de-
mum per penſionarium eadem prima reſeruatio
caſſatur, & in eadem ſupplicatione, in qua illa ex-
tinguitur, eadem ſimilis penſio alteri aſſignatur
abſque penſionis antiquæ mentione. Creſc. deciſ. 1.
de reb. eccl. non alien. Felin. in c. paſtoralis ſub n. 7. verſ.
ſcias etiam quod ſi vnus de reſcript. l. lecta, & ibi DD.
ff. ſi cert. pet. ſecus eſt, ſi Eccleſia ſemel à dicta pen-
ſione fuiſſet liberata, & alia ſimilis iterum alteri
aſſignetur, ex quo eſt nouum grauamen, requiri-
tur mentio penſionis antiquæ, arg. l. 2. & ibi not. per
Bald. n. 10. C. de edil. edict. Creſc. d. deciſ. 1. vbi plura ſi-
milia cumulat, de reb. Eccl. non alien. Præterea in eiſ-
dem literis reſeruationis apponitur decretum,
quod penſio † exigi debeat vigore litterarum a- 22
poſtolicarum deſuper conficiendarum, nec an-
tea, alias penſio nulla ſit. Garc. de benef. part. 4.
cap. 2. numer. 39. & plurib. ſeqq. Greg. 15. deciſ. 440. &
ibi annot.

Qui conſenſit † impoſitioni penſionis, ſolet 23
ad eius ſolutionem ſe obligare ſub pœna priua-
tionis beneficij, acceſſus, regreſſus, qui reſeruan-
tur, dato quod non conſtet de aliquo conſenſu,
quia apponuntur in pœnam, & acceſſorie, Put. de-
ciſ. 258. lib. 1. Pariſ. de reſign. benef. lib. 9. quæſt. 17.

24 *num.130.* ac anathematis, † ſeu cenſurarum, quales obligationes iure canonico ſunt permiſſæ, *c.ſi quis presbyter, & ibi gl. in verbo conſecrationem 2. quæſt.4.c.quoties 1. & ibi gl.2.& 3.1.quæſt.7.c.cum dilectus in fin. & ibi gl. in verbo obligauit, & Can. de elect. c. fin. de crim. falſi c. ſignificauit de cenſ. c. quamquam, & ibi gl. fin. 23. diſt.* excepta pœna interdicti ponendi in prouincia, ciuitate, caſtro, villa, loco, territorio, vel diſtrictu, quia per id detrahitur honori Dei & publicæ vtilitati animarum. *Extrau. prouidæ, de ſent. & excom. inter communes, facit c. quæ-*
25 *ſiuit, de his quæ ſiunt à maio. part. cap.* Ad hoc † vt prædictis pœnis locus ſit, requiritur factum, & voluntas penſionarij, *Caſſad. deciſ. 4. de loc. & cond. l.2. ibi ſi Dominus voluerit C. de iur. emphyt. & ibi DD.* ac de ſtylo curiæ huiuſmodi priuatio non committitur, niſi ad inſtantiam illius, cui debetur penſio, quia illius tantum intereſt. *Sarnen. in reg. de ſubrog. quæſt.7. verſ.2. caſus, ſtaphyl. de ſign. litt. iuſt. §. verum n.6. c. non ſolent. 2. quæſt. 6. c. cum inter el 2.*
26 *de elect.* Intimatio litterarum † reſeruationis penſionis non requiritur, quando agitur ad ſolutionem penſionis, *Caſſad. deciſ.2.n.14. de penſ. & deciſ. 12. de reſcr. Caſ. deciſ.2. num 21. de ſent. excom. in rub. & nig. C. vt act. ab hær. & cont hær. incip.* etiamſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio ad ſolutionem penſionis per prædeceſſorem impoſitæ:
27 *Sarn. in vtriuſque ſignat. compen. in fin.* ſi agatur † ad incurſum cenſurarum, & pœnarum, non eſt neceſſaria intimatio litterarum ei, qui per ſe conſenſit, cum ſit certus, *c. cum qui certus de regul. iur. in 6.* ei qui conſentit per alium fieri debet intimatio, ex quo cadit probabilis ignorantia de forma ſupplicationis, & contentorum in ea: *l. quod vulgo ff. pro emptore l. fin. ff. prof. c. ab excommunicato, & ibi gloſſ. mag. in verbo de facto ſuo, & Can. de reſcr. Sarn. in vtriuſque ſign. compend. circa finem Caſſad. deciſ.2. aſſerens n. 13. ita ſeruare palatium de penſ.* idem iuris eſt, ſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio ad cenſuras, vel pœnas, *Sarn. in vtriuſque ſign. comp. in fin* niſi aliunde probaretur ſcientia principalis, *c. turbatur §. notandum, & ibi gl. magna in verb. ignorantia, & Can. 1. quæſt. 4.* Intimatio facta principali ſine litteris, facit vt poſtea ſufficiat intimare litteras procuratori, *Achill. deciſ.5. num. 10. de penſ. Sarn. in compend. vtriuſq. ſignatura, verſ. non obſtant. modo deciſiones in fin.*

28 Litteræ apoſtolicæ † expeditæ ſuper reſeruatione penſionis, earumque narratiua, ac modus, ſeu conditio, ſub qua penſio fuit reſeruata, ſunt verificandæ, etiam quando proceditur executiue: *c. 2. de reſcr. late Caſſad. deciſ.10. eod. Mohed. deciſ.35. de renunc. Rot. diuerſ. deciſ. 221. n.4. & 5. part. 2. Rot. Farin. deciſ. 547. part. 1. & deciſ. 519. n.1. & ſeqq. part. 2.* non verificata prius narratiua, conditione, aut modo, ſub quo à principio fuit facta reſeruatio, non poteſt reus ad ſolutionem compelli, nec ſolita † eſt ſignatura apponere clauſulam, 29
ſine retardatione ſolutionis penſionis, eaque appoſita iudex ad vlteriora poteſt procedere in cauſa, etiam non facta ſolutione, quia ex ventre litterarum reſeruationis oritur exceptio: *Bart. in l.1.§. & paruiff. quod vi aut clam, & ibi DD. Gig. de penſ. quæſt.85. n.10. vbi cumulat caſus, in quibus denegatur clauſula abſque retardatione Caſſad. d. deciſ.10. de reſcr. Mohed. d. deciſ. 35. de renunc. Caſ. deciſ. 35. n.13. de re iud. Rot. diuerſ. deciſ. 310. part. 1.* quinimmo hoc caſu ſignatura dat commiſſionem, conſtito de bono iure, *Sarnen. in compend. vtriuſque ſign. nu. 55. verſ. confirmatur iſta opinio.* quia debitum ſub conditione non dicitur debitum, *§. ſub conditione Inſt. de verb. oblig. l. legata ſub conditione ff. de cond. & demonſtr.* & modus æquiparatur conditioni, quando, ſi modus non ſeruatur, ſubijcitur clauſula annullans actum, *c. verum, & ibi Can poſt gl. fin. de cond. appoſ.* aut ſi debitor condemnatus fuerit ad ſoluendum penſionem, apponit clauſulam, quod conſtito ex eiſdem actis de bono iure eius, qui recuſat ſoluere penſionem, & non iure aduerſarij, ipſe auditor procedat ſine illa clauſula, ſine retardatione, *Sarnen. in comp. vtriuſq. ſign. n. 56. verſ. confirmatur iſta opinio. in fine.* vel ſi grauior inter partes ſit contentio, modificat commiſſionem per clauſulam, data cautione de penſione ſoluenda in forma depoſiti, in euentum ſuccumbentiæ, *Sar. in comp. vtriuſq. ſign. n.56. verſ. & per prædictam doctrinam Bart. &c.* Excipe ab hac † regula Primo, quando ex ventre litterarum non 30
daretur nullitas, ſed reductio penſionis, *Put. deciſ. 32. ſub n. 1. lib.1. l. ſua rei, & l. ſequenti ff. de contr. empt. l. ſi vno, §. vbicumque ff. locat.* Secundo quando † nullitas in ventre litterarum oritur ex pro- 31
bationibus aliunde factis, nam penſionarius poterit probare contrarium, & interim non eſt impediendus in exactione penſionis, cum probatio non excludat probationem, *Ioan. Andr. in c.1. de litis conteſt. in 6. Put. deciſ. 32. num. 2. & 3. Mohed. d. deciſ. 35. Paulo ante finem, & ſic fuit deciſum. Rot. diuerſ. deciſ. 301.*

Digitized by Google

deciſ.301.n.3.part.1. Rota variauit, an nullitas, &
32 iniuſtitia † cenſurarum debeat iuſtificari ex eiſdem actis, an ex nouiter deductis in alia inſtantia, *Caſ.deciſ.2.n.2. & 8. de iud.c. licet & ibi Can.de ſent.excom.in 6.* certum eſt, quod non poſſunt ſuſtineri ex nouiter deductis, quando is qui prætenditur teneri ad penſionem, proteſtatus fuit, quod non procedatur ad declaratoriam niſi verificatis verificandis &c. *Rota diuerſorum d. deciſ. 221.in fin.part.2.l.1 l.actor C. de probat.l.exceptio prima, & 2.ff.de excep.* ſed tunc poterunt primæ probationes conualidari, *c.1.& ibi Bald.in princ.de fid. inſtr.auth.ſi quis in aliquo, & ibi Dec.per illum tex.n.1. & ſeqq. & DD. C.de edendo Caſ. deciſ. 20.n. 21.de probat.* Quia quod ad alterius confirmationem accedit, eodem tempore factum videtur. *l.ſi donatæ §.ſi ſponſus ff. de donat. int.vir.& vxorem, & ibi gl.fin. l.filiæ ſuæ §.fin. & ibi gl.fin. alleg. concord ff.de cond.& demonſtr.* Quando penſionarius modum
33 adimpleuit, † conditionemq; purificauit, *l.conditionibus l.ſi fundus alicui ff.de cond. & demonſtr. l cum teſtamento in fin. C. de teſtam. manum.* aut de conſenſu partium Papa ſimpliciter, & pure reſeruauit penſionem, tunc non impeditur penſionis præſtatio propter ſuperuenientem litem ſuper nullitate, extinctione, vel reductione, aut ſi in ipſis appellatum ſit, ex eo quod litteræ ſint liquidæ, & ex conſenſu partium firmatæ, quouſque contra eas ſit res iudicata propter litterarum auctoritatem, & non requiritur quaſi poſſeſſio exigendi, &
34 ſolet cauſa † in prima, & vlteriori inſtantia committi per ſignaturam iuſtitiæ cum clauſula, conſtito de litteris reſeruationis, procedat abſque retardatione ſolutionis penſionis; *Rot. diuerſ. d. deciſ. 301.n. 2.part.1. ſtaph. de ſign. litt.iuſt.§ ad prædicta num.13.Sarn.in compend. vtriuſque ſignat.n.55. verſ. confirmatur Gig. quæſt.85. de prob.late Greg.15. deciſ.57.& ibi annot. diſtinguit tres caſus.* quæ impedir agere tam titularem, quam quemlibet tertium, quandiu non eſt ſoluta penſio per titularem, *Greg.15.deciſ.36.n.3. Iaſ.in rubr.ff.ſol.matr.& ibi DD.* & ſolet aliquando addi clauſula, prout de iure, vel arbitrio Rotæ, *Caſ.deciſ.7.n.7.& deciſ. 8.n.8. de re iud. l.1.& ibi gloſſ.in verbo neque mora ff. de leg.1.* per quam ſignatura videtur dediſſe facultatem examinandi validitatem reſeruationis penſionis, *Rot. Farin. deciſ.577.part.2.* clauſula in commiſſione appoſita, conſtito de litteris reſeruationis procedat ſine retardatione ſolutionis penſionis, intelligitur de † ſola exiſtentia litte- 35
rarum, non autem quod teneatur iuſtificare litteras eſſe valide expeditas, *Put.deciſ.225.l.1.c.querelam de elect.c.conſultationibus de iurepatr.* excepto quando verſamur in primo ſemeſtri, quia tunc videtur aſtringendus ad verificationem fructuũ expreſſorum. *Pariſ.de reſig.lib.6.quæſt.2.n.65.atteſtans de vſu Rotæ.* Quando penſionatius † agit 36
contra eum, qui non conſentit penſioni, & non reperitur in quaſi poſſeſſione exigendi, tenetur omnino iuſtificare gratiam, antequam agere poſſit ad exactionem penſionis, tam in petitorio, quam poſſeſſorio, *Garc.de benef.part.1.cap.5.§.4. n.442.& ſeqq.plures deciſiones Rotæ referens Pariſ.de reſign. lib.2 quæſt. 2.n.65.* aut eſt in † quaſi poſſeſ- 37
ſione exigendi penſionem, & in ea eſt (etiamſi ex aduerſo allegetur extincta per eius profeſſionem,) *Caput.deciſ.317.part.2. Gig.de penſion.quæſt. 57.n.7.in fin.* cauſæ cognitione pendente manutenendus, *Pan.in c. inter quatuor nu.4.de maior.& obed.& in c.accepta n.6.de reſtit.ſpol.* contra quemcumque ſucceſſorem etiam qui nunquam ſoluit, quia ex mutatione, & Variatione perſonarum, contra quas poſſidetur, non variatur poſſeſſio, nec ius actoris, *l.2.§.ex his ff.de verb.oblig.& ibi poſt gl. DD. Gig. de penſ. quæſt. 47.n.10. Guid.Pap.quæſt. 629.Put.deciſ.151.lib.3. Greg.15.deciſ.275.in princ.& ibi annot.* Eadem ratione † translatarius penſio- 38
nis, exiſtens in poſſeſſione percipiendi penſionem, agens poſſeſſorio non habet neceſſe probare habilitates, & narratiuam Bullæ reſeruationis penſionis in fauorem eius, qui conſenſit tranſlationi, ſed ſufficit ei probare translationem, quaſi poſſeſſionem, & oſtendere litteras reſeruationis penſionis expeditas, *Mohed.deciſ.9.de cauſſ. poſſ.& propr. Put.deciſ.239. lib.1.ang.in l.ſi proponas, §.ſi hæreditatem ff.de inoff. teſtam.* quia ante omnia conſtare debet de exiſtentia actus, *Bart.in l.1.§.& parui n.3.ff.quod vi, aut clam.* & clauſula, *ſine retardatione &c.* nullum producit effectum, niſi conſtet reſeruationem penſionis præceſſiſſe, *Achill. deciſ.4.de reſcript. Bart. in l.1.§. & parui n.3.ff.quod vi, aut clam.* Sed & reſignatarius † ſpoliat, ſi poſt 39
conſenſum præſtitum reſeruationi penſionis liberæ, & exemptę, pendente lite, & obtenta forſan ex defectu mandati, correctione bullæ reſeruationis penſionis, beneficium grauatum reſignet alteri, quia reſignanti tenebatur reſtituere, & tenetur ad penſionem, cum ipſe fecerit, quo

Digitized by Google

minus poſſideret, *Mobed. deciſ 25. de renunciat l.ſi nauis §.fin.cum l.ſeq.l.qui reſtituere 2.reſp.cum l.ſeq.ff. de rei vindic.c.pro poſſeſſore de reg. iur.in 6.*

40 Item ſucceſſor † in beneficio ſpoliat, ſi pen-
ſionem integre ab anteceſſore ſolutam ſoluere
recuſat, daturque penſionario remedium reinte-
grandæ: *Guid. Pap.deciſ.629.ſup. quæſt.* In penſio-
ne diſtinctio eſt inter petitorium, & poſſeſſoriũ,
& ſpoliatus perceptione penſionis eam recupe-
rat, nihil probato de proprietate, *c. querelam, verſ.
fin. de elect. & ibi Can.per illum tex. Felin. in §.reti-
nenda num.14. & 15 de interd.Mohed. deciſ.22.de reſt.
ſpol. inter omiſſa Capell. Tholoſ. qu 59. Gig. de penſ. q.
47.* quia non requiritur titulus, eiuſque probatio
in poſſeſſorio, *c. in litteris de reſtit.ſpol.* quod pen-
ſio in mera temporalitate conſiſtat, *l.1. §. cum qui
à me vi, & l. Fulcinius ff.de vi, & vi arm. c.ſæpe de reſt.
ſpol. Pan.in d.c. in litteris num.10. & ibi Can.* in peti-
41 torio † tenetur iuſtificare gratiam, etiamſi ſit in
quaſi poſſeſſione exigendi: *Marchiſ. de commiſſ.
part.1.fol. 614.Greg.15. deciſ.57. & ibi annot. ſub nu.
16. plures Rota deciſ. referens.* Penſionarius autem
42 probat † iſtam poſſeſſionem per antecedentes
ſolutiones *Pan. in c. cum veniſſet ſub num. xj. de reſt.
ſpol. Fel. in c.cum Bertold. num. 25. de re iud. Dec. in c.
bonæ memoriæ O. num. 48. & ſeqq. de appell. Rip. in l.
fin.num. 5. & ſeqq.ff. quorum bon qui relinq. arb iud.*
quæ ſi factæ ſint per alium, & ſint plurium anno-
rum, præſumitur mandatum; *Rot. deciſ. 2. de cauſ.
poſſ. & propr. in antiq. Caſ.deciſ. 6. num. 6. de probat.
Gig. de penſ. q.48.* imo per vnicam ſolutionem, eo,
quia ſoluitur tale quid, quod non ſolet dari, ſeu
gratioſe concedi, *c. cum eccleſia Sutrina, & ibi gloſſ.
trium epiſcoporum Rip.num 52.& ſeq.& Can. de cauſ.
poſſ. & propr.c. bonæ memoriæ el 2. & ibi gloſſ.in verb.
de gratia de poſt.præl.arg. c. cum acceſſiſſent de conſtit.
& c.pro illorum de præb. Bart. in l.1. §.hoc interdicto
ff. de itin. actuq; priuat. Bald. in l. 2. C. de ſeru. & aq.
num. 14. & 20.* etiam factam metu cenſurarum,
quando non apparet de proteſtatione in actu ſo-
lutionis, *l. qui in aliena §. fin. & ibi DD.ff.de acq.hær.
l. de pupillo § ſi quis ipſi prætori ff. de nou. oper. nunc c.
cum dilectus, & ibi gloſſ. in verb. mortis, de iis, quæ vi,
metuq; cauſ. fiu. & in terminis noſtris Rot. diuerſ.196
part.1.Greg 15.deciſ.365. num.2.& ibi late annot.* ſe-
cus ſi ſolutio eſſet facta virtute clauſulæ, ſine re-
tardatione ſolutionis penſionis, nam ille qui pa-
ret mandato ſuperioris, non conſtituit aduerſa-
rium in poſſeſſione iuris incorporalis, *gloſſ. fin. in
c. olim el 3. & ibi Inn. Pan.& Can.de reſt.ſpol.Put. de-
ciſ. 273. lib. 2.* aut cum proteſtatione, quod fieret
metu cenſurarum, etiamſi de cenſuris non appa-
reret, quia præſumendum eſt, quod ſolutio fuerit
facta metu cenſurarum in litteris contentarum,
cumque iſta cauſa ſemper duret, ſemper prote-
ſtatio præſumitur repetita in ſolutionibus poſtea
ſequentibus, *c. olim 3. & ibi gloſſ. in verb. timore &
Can. de reſtit. ſpol.iuncto c. quod ex timore, & ibi gloſſ.
fin.de reg.iur. Panorm. in c.cum dilectus num. 6. de his,
quæ vi, metuq; cauſ. fi. & ibi Can.Rom. conſ. 369. nu.
10. & ſeqq.* ſine diſtinctione, an eſſent iuſtæ futu-
ræ cenſuræ, *Pan. in d.c.cum dilectus num.6.in fin. ap-
probatus à Rota Achil. deciſ.xj.in fin.de penſ.*

Reſignans poſt reſignationem † non tenetur 43
ad ſolutionem penſionis, quando conſtat, quod
reſignatarius poſſidet, & fructus percipit, quia
qui fructus percipit, tenetur ad penſionem, *l. ha-
ctenus ff.de vſufr. l. quæro, & ibi Bart.ff. de vſufr. leg. l.
1. C.de an.et trib. lib.10.* etiamſi reſignario ſit inua-
lida, & alteram penſionem reſignans ſibi reſer-
uauerit: *Mohed. deciſ.30.de renunc.l. quæro ff. de vſufr.
&c. leg. l.1. C. de ann.et trib. lib.10. et vtrobique DD.*
quando non conſtat de acceptatione, & ratifica-
tione reſignatarij, reſignans penſionem ſoluere
tenetur, quia ante eius ratificationem, non abdi-
catur à reſignante ius, aut poſſeſſio, *l. cum pridem,
et ibi Pan. ſub num.xj. verſ.3. ſolutio de pact. Can.in c.
cum inter el 1 poſt gl. in verb. ex conſenſu de elect. Mo-
hed.deciſ.2. de renunc.et deciſ.14.de locat.*

Succeſſor † in beneficio tenetur ad penſiones 44
præteritas à prædeceſſore non ſolutas, *Gigas in tr.
de penſ. q.29. & 43. Fel. in c. ad audientiam 2. num.6.
& 7. de reſcript.* quod Rota alias in dubium reuo-
cauit, & noluit vnquam reſoluere, ne in dies pe-
terentur à ſucceſſoribus, *Creſc. deciſ.3. in fin. de ſo-
lut. Achill. deciſ.3. de penſion. Caſſad. deciſ. 4. de loc.*
quia nihil ſucceſſori imputari poteſt, cum emo-
lumenta, & honores prædeceſſor habuerit: ad
eas tenetur ſucceſſor, quando conſtat de diligen-
tijs factis à penſionario contra anteceſſorem pro
terminis decurſis, & non ſolutis, dummodo ei
congrua remaneat, nempe epiſcopo ducati mille
monetæ illarum partium, & parocho centum du-
cati ſimiles *iuxta c.13.ſeſſ.24. Greg.15.deciſ.507. vbi
plures deciſ. cumulat. Card. Seraph.deciſ.1351. Garc.de
benef.part.1.c.5.num.191. & 199. & ſeqq.* ac penſio-
narius præfertur eccleſiæ cathedrali in pontifica-
li, & ornamentis, ſiue conſecrata, & benedicta

ſunt,

ſunt,ſiue non, pro penſionibus decurſis, quia epiſcopo viuente non cenſentur donata eccleſiæ, & cadunt ſub hypotheca pro debitis ab eo contractis, *Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 204. vbi allegat deciſion. Rot. arg. l. ſi fundum C. qui pot. eſt in pign. ha-*
45 *bend. l. quia debitore ff. eod.* Ad penſiones † futuras, & poſt fructus perceptos decurſas, tenetur ſucceſſor illius, qui conſenſit penſioni in iure illius habendo, cui reſeruata fuit penſio, *Achill. deciſ. 9. de penſ. Mohrd deciſ. 35. de præb. inter omiſſ. l. Pomponius §. 1. ff. de acq. poſſ. l. dolia §. fin. ff. de cond. empt.*
46 nec non ſucceſſor † poſſeſſionis, ſcilicet is qui nunc reperitur in poſſeſſione beneficij, cuius poſſeſſio de tempore reſeruationis poſſeſſionis, *Achill. deciſ. 1. de penſion. l. traditio §. quoties ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus ff. de regul. iur.* vel bonum ius penes conſentientem fuiſſe probatur à penſionario, *Achilles deciſ. 9. de penſ. Felin. in c. ad audientiam el 2. nu. 6. de reſcript.* quia acceptando beneficium penſione grauatum, cenſetur quaſi contraxiſſe cum eo, cui penſio fuit reſeruata, & ſe obligaſſe ad penſionis ſolutionem, ad quam compellitur actione perſonali orta ex illo quaſi contractu, *Gig. de penſ. q. 51. num. 5. Guid. Pap. qu. 576. Caput aq. deciſ. 13. par. 1. & deciſ. 302. part. 2.* ac quia penſio eſt onus reale, *l. hactenus ff. de vſufr. l. quaro ff. de vſuf. leg. l. 1. C. de ann. & trib. lib. 10. l. codicillis §. inſtitutio ff. de legat. 2. Rom. conſ. 388. Gig. de penſ. q. 39. nu. xj.*
47 *& q. 43. num. 5.* tenetur capitulum, † quod iure accreſcendi recipit fructus, *Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſib. & alternatiuis gloſſ. 5. §. 5. num. 44. facit Caput. deciſ. 13. par. 1.* Camera Apoſtolica, *Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſib. & alternat. gl. 5. §. 5. nu. 52. & ſeqq. Gig. de penſ. q. 65. per tot Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 8. num. 25. & ſeqq.* Oeconomus regius prærerquam in Francia tempore apertæ regaliæ, *Pariſ. de reſign. lib. 1. q. 8. num. 24. Arnulph. Buſ. de iur. regal. priuil. 53.* & eſt in electione penſionarij, an velit agere perſonali contra titularem beneficij, an reali contra eum, qui fructus beneficij percipit, & poteſt conuenire quem maluerit, *Zab. in clem. 1. ſub xj. quæſt. de cenſ. & ibi Can. Gig. de penſ. q. 39. num. xj. & 43. num. 5. Freder. de ſen. conſ. 81. Rot. Farin. deciſ. 176. part. 2.* niſi ipſe ſucceſſor, aut is, qui fructus percipit, vellet notorie docere de nõ iure conſtituentis penſionem. Nam multis caſi-
48 bus penſio † eſt ipſo iure nulla, vt reſeruata ex cauſa reſignationis promoto ad epiſcopatum ſuper beneficio vacante per huiuſmodi promotionem, *Rot. diuerſ. deciſ. 767. in fin. part. 1. c. cum in cunctis §. cum vero de elect. & ibi poſt gl. Pan. num. 3. & Can.* vel aliter ipſo iure priuato beneficio; *Garc. de benef. part. xj. cap. 3. §. 1. num. 130. vſque ad fin. Pariſ. de reſig. benef. lib. 3. q. 2. num. 24. & ſeqq.* aut quando reſignatio eſt nulla propter Simoniam, *Capell. Thol. q. 39. & in terminis noſtris Rot. diuerſ. deciſ. 191. par. 1.* aut propter aliam cauſam; *Pariſ. de reſig. benef. lib. 6. q. 2. num. 76. & ſeqq.* vt quando ſecunda penſio impoſita eſt, etiam motu proprio Papæ, non facta mentione de prima, *Caſſad. deciſ. 3. de penſ. Caput. deciſ. 312. par. 2. c. mandatum de reſcr. c. duobus in fin. eod. tit. in 6.* reſeruata clerico infanti abſque diſpenſatione, *Caput. deciſ. 1318. part. 2. in c. quod ſuper his num. 3. de fid. inſtr. §. pupillus verſ. nam infans Inſt. de inut. ſtipul.* tanquam clerico, qui probatur laicus, *Gig. de penſ. q. 21.* vel inhabili abſque diſpenſatione; *Pariſ. de reſig. benef. lib. 6. q. 2. nu. 82. & ſeqq.* impoſita ſuper prouiſione facta Titio, ſi Titius nunquam poſſedit beneficium, ſed quidam alius; *Achill. deciſ. 1. de penſ. arg. c. cum in illis §. fin. & c. fin. de præb. in 6.* reſeruata ſuper beneficio vacante per obitum Titij, ſi id per obitum Titij non vacauit; *Caſ. deciſ. 12. de præb. c. ſuſceptum de reſcr. in 6.* vel ſi ſit reſeruata ex falſa cauſa; *Caput. deciſ. 298. part. 2. Felin. remiſſiue in c. quod ſuper his, num. 4. & ſeqq. de fid. inſtr. Bart. in l. demonſtratio §. 1. num. 19. ff. de cond. & demonſtr. c. ſuper litteris, verſ. ſi vero per huiuſmodi de reſcr. Bald. in l. 1. num. 2. C. de colluſ. deteg.* quando non eſt ſeruata forma mandati; *Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. q. 3. numer. 78. & ſeqq. Mandoſ. de ſign. grat. tit. penſiones, verſ. in mandato,* attamen valida eſt penſio, quando mandatum datum eſt ad reſignandum in euentum, quod reſignatarius conſentiat penſioni ſoluendæ litteris non expeditis, accedente Papæ beneplacito, & Papa deleuerit illa verba ſupplicationis, litteris non expeditis, quia renuncians voluit, quod ita demum apponatur hoc decretum, ſi voluerit Papa; *Caſ. deciſ. 10. & 11. de præb. arg. l. pecuniam, & ibi not. per Iaſ. Paul. de Caſtr. ff. ſi cert. pet.* & alijs ſimilibus caſibus, in quibus penſio ab initio eſt nulla, quos longum eſſet enarrare.

Reſeruatio † omnium fructuum reſignanti 49
valida eſt, non facta mentione penſionis antiquæ antea impoſitæ, qua ſolutæ reliqui fructus, qui ſuperſunt, reſeruatario debentur, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. fructuum reſeruationes verſ. clauſula exprimens penſionem, & verſ. ſeq.* & ſi adijciatur clauſula,

Digitized by Google

50 quod † propria auctoritate reſignãs fructus percipiat, perinde ac ſi non reſignaſſet, non amittit poſſeſſionem, imo illam continuat, *Put. deciſ. 9. de cauſſ. poſſ. & propr. Mand. de ſign. grat. tit. fructuum reſeruationes verſ. reſignanti, ſeu cedenti*, quia perceptio fructuum in poſſeſſione conſiſtit: *l. qui ſcit §. in alieno ff. de vſur. l. 1. §. ex contrario ff. de acq. poſſ. &*
51 *ibi not. Pariſ. conſ. 39. vol. 4.* proprietas † autem, & titulus, ſi vetius præbendæ, ſiue beneficij tranſit in reſignatarium, quia in beneficijs eccleſiæ duo ſunt, ſcilicet ipſum ius præbendarum, ſeu beneficiorum, & fructus ipſorum: *c. ſi gratioſe iuncta glo. in verb. beneficia c. ſi propter iuncta glo. in verb. ſi fructus de reſcr. in 6. c. ſi tibi conceſſo cum gl. 1. de præb. in 6. Archid. in c. ſi quis obiecerit num. 3. 1. q. 3. Zab. in clem.*
52 *ſin. in 15. quæſt. de præb.* idem iuris eſt, † quando reſignanti reſeruantur titulus, denominatio, adminiſtratio, poſſeſſio vna cum fructibus, quia iſta reſeruatio ea reſpicit, quæ concernunt temporalitatem beneficij, nõ autem ius proprietatis, quod tranſit in reſignatarium, & per obitum eius vacat, & vterque poſſidet diuerſis reſpectibus; *Rot. diuerſ. deciſ. 597. part. 1. Caſ. deciſ. 5. de cauſ. poſſ. & propr. Bero. conſ. 8. num. 4. vol. 1. c. licet cauſam, & ibi poſt gl. in verb. vti poſſidetis, Can. de prob. Bart. in l. ſi duo num. 4. ff. vti poſſid.* quod ſi facta fuerit reſer-
53 uatio † penſionis, vel fructuum alicui quoad vixerit, prout maluerit, datur ei electio, *l. qui duos ff. de leg. 1. & ibi Bald. num. 1. Alex. num. 4. Felin. in cap. inter cæteras ſub num. 4. verſ. fallit 4. de reſcript. Greg. xv. dec. 431.* pro prima vice; & ſi per aliquod tempus percepit penſionem, non licebit ei variare poſtea, & petere fructus; quia regulariter electio eſt debitoris; *c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. l. in eo §. vbi ff. de reg. iur. l. plerumque in fin. ff de iur. dot. c. vnico de plus petitionib.* ideoque electio creditori conceſſa tanquam odioſa reſtringẽda eſt ad primam vicem; *l. boues §. hoc ſermone, & ibi not. ff. de verb. ſign. Achil. in terminis deciſ. 13. & 14. de præben.*
54 medietate fructuum † reſeruata loco penſionis fit ſolutio habito reſpectu, non ad valorem expreſſum, ſed ad maſſam groſſam, *Rot. diuerſ. deciſ. 764. part. 3. lib. 3. arg. l. qui ſcit de vſur.*

55 Penſio eſt † odioſa, quia eſt ſeruitus, & onus reale, *Gig. de penſ. qu. 96. Rot. diuerſ. deciſ. 240. & 454. par. 1.* quaſi poſſeſſio exigendi penſionem ſuper fructibus beneficij non eſt præter ius, vt ſen-
56 tit Guid. Pap. *deciſ. 629. in fi.* ſed eſt contra ius, † & non releuat ab onere probandi, *Caſ. deciſ. 10. nu. 2. de re iud. atteſtans ita deciſum à Rot. vt in rubr. & nigr. huius tit. c. maioribus c. cum cauſam de præb. Caccial. in tract. de penſ. q. 8. & Gig. q. 8. & 96.* Rota materiã
penſionis, quando † reſeruantur omnes fructus, 57
aut certa quota propria auctoritate percipienda, ſolet paſſim eiſdem metiri regulis, quibus regulatur vſusfructus, *Rot. diuerſ. deciſ. 401. nu. 4. part. 1. Achill. deciſ. 3. in fin. de renunc. per l. ſi quis ita, & ibi gl. Bald. & DD. ff. de vſufr. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 15. num. 13. late Garc. de beneſ. par. 2. cap. 1. num. 105. & plur. ſeqq.* Penſio reſeruatas in certa ſumma nõ æquiparatur vſufructui, *Achill. d. deciſ. 3. de renunc. gloſſ. in l. ſi quis ita ff. de vſufr.* neque etiam conſtituta in fructibus, aut certa quota fructuum recipienda de manu beneficiati, *l. defuncto §. Sempronio ff. de vſufr. l. Caius, ſecus ff. de ann. leg. & ibi poſt gl. Doct.* quod beneficiatus ſit Dominus fructuum, vſufructuarius vero non de manu alterius ſingulis annis, ſed ipſemet percipit fructus, ac ſuos facit, *§. is vero Inſtit. de rer. diuiſ. l. patrimonij, & l. fundi Trebatiani ff. de vſufruct. & c. leg. & ibi gloſſ. fin. alleg. concord. l. 7. ff. de vſufr. l. ſi quis ita, & ibi gl. & DD. ff. eod. Pariſ. conſ. 55. num. 345. 46. & ſeqq. vol. 3.* pro-
pter conſenſum æquiparantur † contractui: *Gig.* 58
de penſ. q. 99. num. 10. Achil. deciſ. 13. num. 8. de penſ.
ſucceſſor quoque † acceptans beneficium, vide- 59
tur quaſi contrahere, & obligare ſe ad onera poſita in beneficio, *l. ex maleficijs §. 1. verſ. ſed vtilitatis cauſa ff. de act. & oblig.* daturque ei cui penſio debetur, actio perſonalis, & hypothecaria; *Caput. deciſ. 302. par. 2. Gig. de penſion. q. 51. Felin. in cap. ad audientiam el 2. numer. 6. de reſcript. Rom. conſ. 388.*
motu † proprio conceſſa penſio æquiparatur vl- 60
timis voluntatibus: *Rom. d. conſ. 388.* De penſione reſeruata extero ſuper beneficijs conſiſtentibus in Regnis Hiſpaniarum propter pragmaticas in perſona Hiſpani, vide Rotam diſtinguentem tres caſus, *dec. 599. cum 2. ſeqq. parte 1. diuerſor.*

Caſſatio, † & extinctio penſionis eſt fauora- 61
bilis, quia reſtituit beneficium ad priſtinam libertatem, *Gig. de penſ. q. 99. num. 4.* Poteſt fieri ſine ſuperioris auctoritate in manibus cuiuſcumque: *c. Agatho, & ibi Prepoſ. num. 3. & Can. 63. diſt. Achill. deciſ. 7. de decim. Gig. de penſion. q. 45. Rot. di-*
uerſ. deciſ. 454. num. 7. par. 1. De Stylo Curiæ † fit 62
auctoritate ſummi Pontificis anticipatis ſolutionibus penſionum quinque, ſex, aut ſeptem annorum, aut plurium, vel pauciorum, attenta penſionarij ætate, & valetudine, *l. cum ij §. vult igitur verſ.*

modus

Digitized by Google

modus ff. de tranſact. Gig. de penſion. q. 87. *poſt nu.* 6. ſuper tota penſione, vel etiam parte eius, *l. quæ de tota ff. de rei vendic. l. qui ſcit* 1. *reſp. ff. de vſur.* Si reſi-
63 gnatio † facta fuerit, reſeruata ſibi valida penſione, quæ fuerit nulliter reſeruata, & à reſignante extincta, non conualidatur reſignatio, quia ius remanſit in reſignante, quod ab ipſo abdicari nō potuit ſine facto Papæ, *c. cum olim, & ibi Pan. num.* 19. *& Can. de re iud. c. admonet c. in dubijs de renunc. Achill. deciſ.* 12. *de penſion.* Tertio extinguitur per contractum matrimonij, etiamſi non ſit in titulum data, quia datur ratione clericatus, *Put. deciſ.* 449. *lib.* 2. *Gig. de penſ.* 54. *Caccial. de penſ. q.* 30. *Greg.* 15. *deciſ.* 18. *num.* 1. *& ibi late add.* Quarto quando penſionario prouidetur de beneficio, ſuper quo ſibi fuit reſeruata penſio, *Gig. de penſ. q.* 49. *qui videatur Put. deciſ.* 432. *lib.* 2. *Sarn. de infir. reſig. q.* 16. *Caccial de penſ. q.* 2. *Gig. de penſion. q.* 1. *nu.* 5. Quinto per promotionem ad cathedralem eccleſiam, *dictum eſt ſupra tit. de præb.* Sexto per ingreſſum, & profeſſionem religionis, quando ſuper eius extinctione fuit iudicatum, quia monachus poteſt retinere penſionem ex diſpenſatione Papæ, *Gig. de penſion. q.* 57. *Caput. deciſ.* 233. *& deciſ.* 317. *part.* 2. Septimo per non inceſſum in habitu clericali ex conſtitutione Xyſti quinti, de habitu, & tonſura &c. qui cōcludenter probari debet, quia eſt materia obiectiua inferens ad priuationem penſionis, *c. ſuper his, c. accedens de accuſ. Rot. deciſ.* 8. *&* 9. *de except. in nou. Greg.* 15. *deciſ.* 20 *num.* 5. Facultas
64 transferendi † penſionem eſt odioſiſſima, quia operatur perpetuitatem penſionis, & prorogat ſeruitutem beneficij: *Caput. deciſ.* 303. *num.* 10. *& ſeqq. part.* 2. *Put. deciſ.* 512. *numer.* 1. *lib.* 2. *Rot. diuerſ. deciſ.* 400. *num.* 12. *& deciſ.* 454. *num.* 7. *par.* 1. *Sarn. in reg. de inf. reſig. q.* 16. fit translatio iuxta formam
65 facultatis † datam à ſummo Pontifice, coram aliquo in dignitate eccleſiaſtica conſtituto per viam actus inter viuos, vel vltimæ voluntatis, *Pariſ. conſ.* 46. *vol.* 4. litteris expeditis, & executori præſentatis; *c. cum in iure de off. deleg. c. quiquis* 4. *qu.* 5. *Rom. conſ.* 353. *num.* 8. *&* 10. *Creſc. deciſ.* 13. *de conceſſ. præb. Rot. deciſ.* 19. *eod. in nou.* aut vigore proceſſus fulminati, in quo inſertæ erant litteræ poteſtatis, dummodo poſtea conſtet de originalibus litteris: *Achill. deciſ.* 2. *de off. deleg. & deciſ.* 7. *de penſ. gl. in c. ſi Romanorum in verb. deſunt* 19. *diſt. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo ſub numer.* 9. *in* 2. *addit. C. de eden.* clauſula etiam in mortis articulo omiſſa in facultate transferendi, habetur pro appoſita, *Put. deciſ.* 133. *lib.* 1. *atteſtatur de Stylo Sarn. in d. reg. de infir. reſig. q.* 16. *in fin.* Secundo fit coram † ſum- 66
mo Pontifice per viam ſupplicationis, in qua petitur, quod penſionem cum hac facultate transferendi, vel ſine ea, conceſſam, caſſet, ad effectū, vt ſimilis penſio in fauorem alterius reſeruetur cum clauſulis, & decretis in prima penſione cōtentis, *Ferrett. conſ.* 53. *numer.* 10. *Gig. de penſ. q.* 88. *num.* 8. Clauſula transferendi † poſita in prima 67
reſeruatione penſionis per quaſcumque clauſulas generales in ſecunda reſeruatione non cenſetur repetita, niſi de ea fiat expreſſa mentio, *Put. deciſ.* 332. *& deciſ.* 412. *ſub num.* 1. *lib.* 2. *Caput. deciſ.* 303. *&* 304. *&* 319. *par.* 2. *Franc. poſt gloſſ. in c. qui ad agendum §. ſed ſi aliquis de procurat. num.* 2. *& ibi Can. l. idem Iulianus §. conſtat ff. de leg.* 1. Porro caſſationes penſionis, † vt quid aliud reſeruetur, regu- 68
lantur eiſdem regulis, quib. regulantur reſignationes beneficiorum cum reſeruatione, & non abdicatur ius à transferente, niſi irreuocabiliter acquiratur translatario. *Rot. diuerſ. deciſ.* 471. *nu.* 5. *&* 6. *part.* 1. *Mohedan. deciſ.* 2. *de locat. & conduct. Panorm. in c. cum pridem, num.* 11. *de pactis. Felin. in c. ad audient. el* 2. *num.* 3. *de reſcriptis.*

De rebus Eccleſiæ alienandis vel non.

Titulus XIII.

SVMMARIA.

1 *Alienatio bonorum temporalium Eccleſiæ permiſſa eſt duobus copulatiue concurrentibus, iuſta cauſa alienandi ac ſolemnitate ſiue forma requiſita.*

2 *Facta ſine cauſa & ſolemnitatibus eſt ipſo iure nulla, ſi Eccleſia velit, et.*

3 *Res alienatas repetunt Prælatus male alienant abſque metu periurij.*

4 *Succeſſor & quæcunque perſona Eccleſiaſtica.*

5 *Alienationis nomine quænam comprehendantur.*

6 *Alienatio rerum Eccleſiæ fit ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis, quando alienatio fit ex cauſa neceſſitatis tunc illi ſtatur qualemcunque exitum habuerit.*

7 *Quando alienatio fit ex cauſa vtilitatis tunc non ſufficit eam vtiliter captam ſed requiritur quod vtilitas ſit euidens.*

8 *Et ne-*

8 *Et neceſſaria eſt inquiſitio quam rem magis expediat alienare.*

9 *Contractum non cedere in euidentem vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*

10 *In dubio contractus initus à Prælato ſuper rebus Eccleſiæ non valet.*

11 *Princeps ex cauſa rationabili poteſt rem Eccleſiæ immobilem permutatione acquirere.*

12 *Rector Eccleſiæ poteſt permutare cum Eccleſia de conſenſu capituli data æqualitate ipſius rei.*

13 *Alienatio facta ex cauſa non præmiſſa etiamſi interueniret ſolemnitas requiſita eſt ipſo iure nulla ſi velit Eccleſia.*

14 *Solemnitas ſiue forma conſiſtit in infraſcriptis, primo requiritur tractatus.*

15 *Secundo in alienatione rerum Eccleſiæ cathedralis conſenſus capituli collegiatæ conſenſus capituli & Prælati, monaſterij conſenſus abbatis & conuentus, parochialis vel alterius eccleſiæ conſenſus rectoris.*

16 *Tertio, auctoritas ſiue conſenſus ſuperioris & per extrauag. ambitioſæ auctoritas Summi Pontificis quæ diuerſimode interponitur de ſtylo curiæ.*

17 *Quarto, ſubſcriptio canonicorum.*

Quinto, quod Prælatus non habeat fidem de pretio.

18 *Emptor non tenetur iurare quod pretium conuertatur in vtilitatem eccleſiæ. niſi in tribus caſibus.*

19 *Alienatio facta ex cauſa neceſſitatis vel euidentis vtilitatis ſolemnitatibus non ſeruatis eſt ipſo iure nulla.*

20 *Quæ regula limitatur duobus modis.*

21 *In Alienatione immobilium & mobilium precioſorum regulariter requiritur altera præfatarum cauſa ac ſolemnitas præſcripta.*

22 *Excipe ab hac regula mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt quæ ſolus Prælatus alienat.*

23 *Secundo, ſolus Prælatus abſque conſenſu capituli, ac abbates conuentuales ac priores conuentuales ad nutum ſuperioris amouibiles cum conſenſu conuentus renouant in feudum vel emphiteuſim res ſolitas concedi in feudum vel emphiteuſim ſimpliciter.*

24 *Quod res ſit ſolita infeudari quomodo probetur.*

25 *Renouatio debet fieri non pro eodem canone, ſed in euidentem tunc Eccleſiæ vtilitatem.*

26 *Tertio, fallit quando immobile relinquitur mendicantibus ve illud vendat.*

27 *Quarto, ponuntur aliæ ſex fallentiæ ſubſequenter ad dictam regulam.*

28 *Alienationis contractus ſi eſt celebratus ex cauſa permiſſa & cum debita ſolemnitate ſed eccleſia læſa eſt in pretij quantitate mero iure tenet contractus datur eccleſiæ reſtitutio in integrum.*

29 *In alienatione rerum Eccleſiæ abſentes canonici non ſunt citandi.*

30 *Clerici alienantis rem Eccleſiæ abſque cauſa permiſſa vel abſque ſolemnitate requiſita pœnæ ſunt tres hic recenſitæ.*

31 *Clericus fabricator aut conſentiens vſurpationi iuriſdictionis bonorum ac quarumcunque obuentionum eccleſiæ vel beneficij aliorumue piorum laicorum qua pœna puniatur ex decretis Concilij Tridentini.*

32 *Ementis rem Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus pœna.*

33 *Vſurpantis alicuius Eccleſiæ vel cuiuſuis beneficij aliorumue piorum locorum iuriſdictiones, bona, obuentiones, pœna, ex decretis Concilij Tridentini.*

34 *Eccleſia alienationem nulliter factam poteſt per adhibitionem requiſitarum ſolemnitatum ratificare.*

CLERICIS alienatio bonorum temporalium, quæ profana cenſentur, *Fab. in §. nullius n. 4. & §. ſeq. in princ. inſt. de rer. diuiſ. c. adhæc, & ibi Hoſt. in fin. de relig. domibus.* ſuorum beneficiorum
regulariter eſt interdicta, permiſſa † autem eſt 1
etiam bonorum ex quibus aliquis fructus percipitur, *c. ad aures hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 664. in princ. part. 1.* duobus copulatiue concurrentibus, iuſta cauſa alienandi ac ſolemnitate ſiue forma requiſita, *c. ſine except. 12. quæſt. 2 & ibi Can. c. 2 in princ. ibi, alienando in forma, & caſibus à iure permiſſis hoc tit. in 6. & ibi Can. Clem. 1. ibi, niſi neceſſitas &c. hoc tit. gloſſ. in ſumma 12. quæſt. 2.* tam in extraneos quam conſanguineos, quando Eccleſia per hos non læditur, *Archid. in c. Epiſcopus n. 4. 10. quæſt. 2. Card. in Clem. 1. §. Abbates ante n. 2. de exceſſ. præl. & Can. late Rot. diuerſ. deciſ. 18. n. 6. part. 2. quæ plures cumulat.* Facta ſine † cauſa & ſine ſolemnitatibus, 2
eſt ipſo iure nulla, ſi placet Eccleſiæ, & defectus eorum non poteſt ab alio allegari, quam ab Eccleſia cuius fauore alienatio eſt nulla, *Inſtit. de auct. tut. in fin. princ. & ibi gl. & DD. Imol. in c. ſi quis presbyterorum n. 21. hoc tit, Pan. in c. diuerſis n. 6. de cler. coniug. & ibi Can. Creſc. deciſ. 1. de loc. & cond. Rot. diuerſ. deciſ. 133. n. 12. part. 25.* aliud obtinet in

rebus ſoli pupillaribus, ac minorum, quæ à Tutoribus & curatoribus ita demum ex decreto Prætoris, quod poteſt præcedere ac etiam ſubſequi alienationem, *l. ſi pupillorum §. ſi prætor ff de reb. eor. qui ſub tut. &c. Corſ. ſing. 88. in verb. decretum Franc. in c. 1. ſub n. xj. in fin. hoc tit. in 6. & ibi Can.* diſtrahi poſſunt, ſi æs alienum immineat, proinde ſi Prætor permiſerit, ære alieno non allegato, nulla eſt venditio & nullum decretum, *l. magis puto §. ne tamen verſ. ſi æs alienum ff. de reb. eor. qui ſub tutela l. etſi præſes C. de præd. & alijs reb. min. &c.* ſi vero alienatæ fuerint à pupillo ſine Tutoris auctoritate, claudicat contractus, *Inſtit. de auct. Tut. in fin. princ. l. Iulianus §. ſi quis à pupillo ff. de action. empt. l. ſi id quod pure.*
3 *ff. de reſcind. vend.* Rem alienatam † repetunt Prælatus male alienans, *c. ſi quis presbyterorum hoc tit. & ibi gl. fin. & Pan.* abſque metu periurij, & non impetrata prius abſolutione á iuramento, quod forſan præſtitit contractus confirmatiuum, *late Berous conſ. 92. vol. 1.*
4 eiuſque † ſucceſſor, *c. 2. de precar. & ibi gl. in verb. pœna, & Can. c. quod quis 35. quæſt. 9.* & quæcumque Eccleſiaſtica perſona, *d. c. ſi quis presbyterorum in fin.* per in rem actionem à poſſeſſore, *c. apoſtolicos 12. quæſt. 2. l. 3. & l. fin. C. ſi tut. vel curat. interuen. gl. fin. in d. c. ſi quis presbyterorum, &*
5 *ibi Can.* Alienationis † nomine venit omnis contractus, per quem dominium transfertur, *l. 1. C. de fund. dot.* etiam vtile, *c. nulli, & ibi Pan. n. 4. hoc tit. auth. de non alien. aut permut. §. nos igitur verſ. alienationis autem. Rot. diuerſ. deciſ. 146. ſub n. 2. & 3. part. 1. reprobata gl. in verb. eccleſiam in Clem. fin. §. fin. hoc tit.* vſusfructus datio ſeruitutum impoſitio, pignoris nexus, *l. fin. C. de reb. eccl. non alien.* hic largius accipitur, vt comprehendat hypothecam ſpecialem, *d. c. nulli ibi neque ſpecialis hypotheca*, nō generalem, quia pro obſeruantia contractus, Prælatus poteſt obligare res Eccleſiæ ſine vllis ſolemnitatibus, *Pan. in d. c. nulli num. 3. & ibi Anchar. num. 2. & Canon.* ſubmiſſionem eccleſiarum, bonorum immobilium ſeu Iurium ipſarum laicis, ipſos ſuperiores, patronos vel Aduocatos recognoſcendo perpetuo, aut ad tempus non modicum; quæ præter capituli & prælati conſenſum ſpecialem, requirit ſedis Apoſtolicæ licentiam, *c. fin. hoc tit. in 6.* contra regulam, quod inferiores poſſunt ſe defenſionis cauſa potentioribus ſubmittere, & per illam ſaluam exiſtere iuriſdictionem ordinarij; *c. recepimus c. ex parte el 2. de priuil. late Gail. obſer. 54. lib. 2.* item locationem ad vitam religioſi monaſterio, prioratui, eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi cuiuis regulari præſidentis; ſeu aliud certum tempus; *Clem. 1. hoc tit.* atque ex diſpoſitione *Extrauag. Ambitioſæ de reb. eccleſ. alien. vel non.* inter communes (quam non ſufficit allegare, ſed neceſſarium eſt probare, quod ſit in communi obſeruantia, & recepta moribus vtentium, *Bald. in l. rem non nouam num. 7. C. de iudic. Mohed. deciſ. 1. de conſtit. & deciſ. 8. de loc. & cond. Creſc. deciſ. 3. de iureiur. Rodoa. de reb. eccl. non alien. rubr. 28. caſ. 7. nu. 2. & caſ. 8. num. 21.*) omne pactum per quod dominium transfertur, & locationem, ac conductionem vltra triennium factam à quacumque perſona eccleſiaſtica, continet; nec non ex decretis Concilij Tridentini quamlibet fabricantibus, ſeu conſentientibus rectoribus, ſeu beneficiatis vſurpationem iuriſdictionis, bonorum, fructuũ, & quarumcumque obuentionum cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, aliorumque piorum locorum complectitur, *c. fin. §. fin. ſeſſ. 22.*

Alienatio rerum † eccleſiæ fit ex cauſa neceſ- 6
ſitatis vel vtilitatis, *Clem. 1. ibi, niſi neceſſitas, aut vtilitas & c. hoc tit. c. 1. in fin. eod. in 6. c. ſicut eccleſia verſ. fin. 12. q. 2. gl. in ſumma 12. q. 2. Butr. in c. 1. ſub num. 19. verſ. opiniones ſunt de in integr. reſt.* quando alienatio fit ex cauſa neceſſitatis, *c. hoc ius 10. q. 2.* tunc illi ſtatur qualemcumque exitum habuerit, dummodo ſit vtiliter cœpta, *Archid. in c. ſine except. n. 5. & ibi Gemin. verſ. gl. pen. 12. q. 2. per l. ſed an vltro §. 1. ff. de neg. geſt. l. in pupillo ff. de ſolut. Boich. in c. tua n. 6. & 7. de his, quæ fi. à præl. ſine conſ. cap. & ibi Inn. & Can. Gul. Rodoard. de reb. eccl. non alien. rubr. 18. de cauſ. prop. quas fiunt rerum eccl. alienatione, & de cauſis neceſſitatis*, Quando alienatio fit ex cauſa vtilitatis, tunc non ſufficit eam vtiliter cœptam, ſed requiritur quod vtilitas ſit euidens, & eccleſiam effici locupletiorem, *l. ſi pupilli, & ibi gl. in verb. locupletior. & DD. ff. de neg. geſt. Can. poſt gloſſ. in c. niſi cum pridem in verb. effectus de renunc. Rot. diuerſ. deciſ. 605. & dec. 178. part. 2.* & conſiderandum eſt præſens, & præiudicium quod euenire poteſt; nam an euidens ſit eccleſiæ vtilitas inſpicitur tẽpus litis conteſtatæ; *l. litis de neg. geſt. & ibi gloſſ. & DD. l. in pupillo ff. de ſolut.* præterea quando † fit a- 7
lienatio ex cauſa vtilitatis neceſſaria eſt † inqui- 8
ſitio, quam rem magis expediat alienare, quia hoc eſt inquirere de ipſa cauſa principali alienationis, *c. vt ſuper §. poſſeſſiones hoc tit.* daturque facultas confirmandi alienationem conditionali-

ter, ſi in euidentem &c. l. ſi Titio ff. quando dies legat. l. 1. & ibi gloſſ. 1. & Bart. & DD. ff. de cond. & demonſtr. Rot. diuerſ. deciſ. 108. num. 2. part. 1. non ſic videtur, quando alienatio fit ex cauſa neceſſitatis, quia ſufficit neceſſitatem ſubeſſe, Rot. diuerſ. deciſ. 178. num. 9. part. 2. Fred. de ſen conſ. 249. nu. 2.
9 Contractum † non cedere in euidentem vtilitatem eccleſiæ, deducitur ex pretio, valore bonorum, fructibus, c. hoc ius in fin. princ. verſ. ſit tamen ea res 10. q. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 651. part. 1. & deciſ. 650. part. 2. ac veriſimilitudinibus ac coniecturis, ac ex vnica coniectura vrgenti, Rot. diuerſ. deciſ. 720. par. 1. & deciſ. 244. num. 3. & 4. part. 2. l. quia autem §. non ſimpliciter verſ. certe ſi ff ſi quis om. cauſ. teſt. &c. auth. quibuſcumque modis C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. & DD. Alc. de præſumpt. reg 1. præſumpt. 29. In du-
10 bio † contractus initus à Prælato ſuper rebus eccleſiæ non valet, Rot. diuerſ. deciſ. 65. num. 19. part. 2. per l. cum ij §. ſi prætor ff. de tranſact. præcipue quando alienatio facta eſt in cõſanguineos, auth. quibuſcumque. C. de ſacroſ. eccl. & ibi Doct. quia ex officio quod adminiſtrat, non licet ei emere per ſe vel per alium, l. non licet, l. qui officij ff. de contrah. empt. & ob carnis vinculum contra eam præſumitur. Dictiſque cauſis gloſſ. in ſumma 12. quæſt. 2. addit duas alias, cauſam pietatis pro redemptione captiuorum, & alimonia pauperum, c. aurum 12. q. 2. §. ſacra inſtitutiones de rer. diuiſ. & cauſam incommoditatis vel minoris vtilitatis, c. ſi quis c. terrulas, c. ſi quis 12. q. 2. & vtrobique notata c. vt ſuper §. fin. hoc tit. quæ ad duas priores reduci poſ-
11 ſunt, limita dictam regulam in Principe † qui ex cauſa rationabili poteſt rem eccleſiæ immobilem permutatione acquirere, data re meliori vel æquali, ceſſante neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ, ſatis enim eſt, quod non deterioretur, cap. 1. de rer. permut. & ibi Panor. & Can. quod ſi Prælatus non vult conſentire huic permutationi, poteſt compelli per ſuperiorem, arg. c. nullus de iure patr. Limi-
12 ta ſecundo, in quolibet Rectore cuiuslibet † eccleſiæ, vt poſſit permutare cum eccleſia, de conſenſu capituli data æqualitate ipſius rei, c. iniuſtum §. fin. cum duob. cc. ſeqq. 12. q. 2. Pan. in d. c. 1. num. 3.
13 de rer. permut. Alienatio facta † ex cauſa non permiſſa quia non ſubeſt neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ, etiamſi interueniret ſolemnitas requiſita, eſt ipſo iure nulla, c. 1. Archid. c. 2. hoc tit. in 6. Butr. in c. 1. ſub num. 19. Pan. in c. 17. Imol. nu. 1. & 16. de in integ. reſtit. ſi velit eccleſia, ex ſupra allegatis in princ.

Solemnitas ſiue † forma conſiſtit in infraſcri- 14
ptis, Primo requiritur tractatus, an expediat, vel non, & ſufficit vnus diligens, c. ſine exceptione 12. q. 2. cap. 1. verſ. quia etiam tractatus hoc tit. in 6. de quo debet fieri ſcriptura ſeparata, quia non probatur ex aſſertione prælati, l. minorum. & ibi Bart. & DD. & l. fin. C. de præd. min l. ſi forte, & ibi Bart. in fin. per illum tex. ff. de Caſtr. pecul. Rot. diuerſ. deciſ. 716. n. 2. & 3 plures cumulans part. 1. Secundo in alienatio-
ne † rerum eccleſiæ cathedralis, conſenſus capi- 15
tuli, c. vt ſuper §. fin. hoc tit. c. 1. 2. & 3. de his, quæ fi. à præl. collegiatæ eccleſiæ conſenſus capituli, & prælati; Franc. in c. 1. numer. 22. & 23. hoc tit. in 6. monaſterij, conſenſus Abbatis, & Conuentus, c. abbatibus 12. q. 2. c. in venditionibus 17. q. 4. capitulariter, non ſingulariter præſtandus; Imol. in c. cum conſuetudinis ſub num. 5. de conſuet. contra gl. in c. 1. hoc tit. in 6. in verb. tractatus. Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 28. eccl. vac. quom. proced. ſit caſus 5. parochialium eccleſiarum, vel alterius eccleſiæ, conſenſus rectoris, c. placuit 12. quæſt. 2. c. ſi quis epiſcopus 10. q. 2. gl. in ſumm. circa fin. 12. q. 2. Clem. 2. & ibi gl. in verb. rector hoc tit. ſpecul. de empt. §. nunc di-
cendum num. 9. Tertio auctoritas † ſiue conſen- 16
ſus, & non decretum, Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 30. de auct. præl. in alien. interpr. caſ. 5. numer. 59 Gemin. in c. 1. num. 13. & 14. hoc tit. in 6. & Io. Andr. num. 6. & ſeq. ſuperioris, c. abbatibus c. placuit 12. q. 2 c. nullus c. in venditionibus 17. q. 4. Ioan. Petr. de ferrar. in pract. in form. lib. act. real. ſuper verb. veris, ac legitimis titulis num. 48. & 56. Gal. Rodoan. de reb. eccleſ. alien. rub. 30. de auct. præl. in ali. interp. caſ. 1. & ſeq. nempe in non exemptis, ſiue alienatio fiat à regulari prælato, c. abbatibus 12. q. 2. c. in venditionibus 17. q. 4. Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 30. num. 10 ſiue à ſæculari prælato, c. quicquid c. alienationes §. illud, & c. abbatibus 12. q. 2. epiſcopi: c. in venditionibus 17. q. 4. c. abbatibus 12. q. 2. in exemptis ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, Papæ, c. vt ſuper, & ibi gl. in verb. Sacramento, & Can. hoc tit. in alijs exemptis, prælati, ſiue abbatis, cui pleno iure ſubſunt, ex quo habet quaſi epiſcopalem iuriſdictionem, gloſſ. in clem. 1. in verb. proprij hoc tit. Gal. Rodoa. de reb. eccleſ. non alien. rubr. 26. de abbatibus, & Abbatiſſis, & aliis monaſteriorũ præfectis. Franc. Marc. q. 1081. part. 1. Rodoa. de reb. eccl. non alien. rub. 30. de auct. præl. in al. interp. numer. 60. 61. & ſeq. quæ in ipſa alienatione debet interponi, Bald. in l. fin. §. neceſſitate num. 26. C. de bon. qualib. &c. Bartol. in l. ſi

quis

Digitized by Google

qui mihi bona §. iuſſum num. 5. & ibi Alex. num. 10. & ſeq. ff. de acq. hær. Cap. Tholoſ. q. 98. & ibi Add. vel ex aliorum opinione ſufficit, quod ex poſt facto interponatur, *c. cura de iurepatr. c. ſi qua de rebus 12. q. 2. c. fin. §. quod autem 16. q. 1. Franc. in c. 1. ſub num. 12. Hoſt. num. 16. Anchar. ſub num. 5. hoc tit. in 6. c. 2. & ibi Pan. num. 1. de pact. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum num. 15. & 32. ff. de acq. hær.* cum cauſæ cognitione: *late Redoa. de reb. eccl. non alien. rub. 30. n. 30. & plur. ſeqq. & per extrauag. ambitioſæ hoc titul.* inter communes, requiritur auctoritas ſummi Pontificis, quæ de Stylo Curiæ diuerſimode interponitur; quando prædij alienandi valor non excedit centum ducatos, aut annuus eius valor non excedit ſummam quinque Ducatorum auri de Camera, interponitur per breue cum introcluſa ſupplicatione, vel per reſcriptum Apoſtolicum, in forma dilectus: quod ſi valor, aut annuus redditus, præfatas ſummas tempore contractus, *Guid. Pap. q. 157. gl. in c. ad aures in verb. tunc hoc tit. & ibi Can. gl. in c. cum dilecti in verb. tunc de empt. & vend. & Can.* excedant, extra Romanam Curiam, debent expediri litteræ, ſiue bullæ, in vrbe ſufficit ſola ſignatura: *Staphyl. de reſcript. apoſtol. in forma breui §. datur per Breue numer. 1. & 2. Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſi in euidentem in princ. & verſ. ſi valor rei excedit, & verſ. ſeqq.* In reſcriptis, ſi in euidentem, non attenditur falſa expreſſio, quando non verſatur circa ipſam cauſam alienationis, quia Papa tantum habet præ oculis euidentem vtilitatem, *Ruin. conſ. 137. num. 28. verſ. non obſtat, & n. 26. vol. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 651. ſub numer. 1. part. 1. & deciſ. 18. ſub num. 2. verſ. 3. in fin. & deciſ. 78. num. 8. part. 2.* etſi committat ſimpliciter commiſſario à ſe deputato, vt ſe informet, ſolet derogare dictæ extrauaganti *Ambitioſæ*, ſtaturque circa euidentem vtilitatem eius aſſertioni; ſi vero committit, vt ſe informet per receptionem teſtium, & probationum iuxta formam Paulinæ, tunc euidens vtilitas aliunde probari debet, quam ex aſſertione executoris, ſiue commiſſarij deputati, *Iaſ. in l. nec quicquam §. vbi decretum numer. 79. & ſeqq. ff. de off. proconſ. Rot. diuerſ. deciſ. 716. num. 4. part. 1.* In teſtium, & probationum receptione non requiritur proceſſus iudiciarius, articuli, partis citatio, ſed ſufficit extraiudicialis informatio, quia proceditur inter volentes: *Rot. diuerſ. deciſ. 479. nu. 2. deciſ. 36. & deciſ. 636. num. 1. & 4. & deciſ. 716. in princ. part. 1. gl. in c. 1. in verb. tractatus in fin. de reb. eccl. al. vel non in 6. & ibi Franc. nu. 11. & ſeqq. Panor. conſ. 41. ſub num 1. circa fin. vol. 1.* clauſula ſolita apponi, vocatis qui erant vocandi, intelligitur de alijs, qui forſan potuiſſent prætendere ius, vel ratione poſſeſſionis, vel proprietatis, non autem de ipſo rectore, aut beneficiato, qui ſupplicauit, *Rot. diuerſ. deciſ. 636. ſub num. 4. & 5. part. 1. l. proinde la 2. §. notandum ff. ad l. Aquilinam,* Verum huiuſmodi receptis probationum nullam fidem facit, vbi vtilitas Eccleſiæ deducitur in controuerſiam, quia facta in ſummario iudicio, *Rot. diuerſ. deciſ. 463. part. 1. l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus, & ibi not. ff. de re iud. l. pen. & ibi gl. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* Decretum ſuper confirmatione alienationis factæ in euidentem vtilitatem interponendum eſt in ſcriptis, quia aſſimilatur ſententiæ diffinitiuæ, & in ea vertitur magna cauſæ cognitio, *l. minorum C. de præd. min. in fin. ibi decretum ſolemniter interponatur, Iaſ. in d. l. nec quicquam §. vbi decretum num, 69. & ſeqq. Rot. deciſ. 5. de ſent. & re iud. in antiq. Guid. Pap. deciſ. 582. Achil. deciſ. 3. de probat.* facit præſumi alienationem eſſe vtilem, prout exprimitur, quando adhibita fuit cauſæ cognitio, nedum quoad iuſtitiam, ſed etiam quoad ſolemnitates requiſitas, *l. 1. C. de fid. inſtr. & ibi gl. in verb. omni libr. 10. l. actor, & ibi gloſſ. in verb. omnimodo. verſ. etſi conſtaret ff. rem rat. hab. l. Herennius §. Caia ff. de euict. Rot. diuerſ. deciſ. 479. num. 1. & 2. part. 1. Bald. in c. 1. num. 7. de ijs, qui feud. dar. poß. Bald. in c. ſunt nobis de re iud. Iaſ. in l. pacta nouiſſima num. 8. C. de pact. Dec. in c. quoniam contra num. 41. de prob. l. 1. C. de præd. decur. ſin. decr. non alien. lib. 10.* quæ præſumptio ceſſat, quando confirmatio Apoſtolica ſupplet formam, & ſolemnitates, *Rot. diuerſ. deciſ. 181. num. 3. & 4. part. 1. Felin. in c. 2. numer. 42. de reſcript. Pan. in c. inter dilectos num. 8. de fid. inſtr. Dec. conſ. 541 viſa donatione numer. 24. & in fin. & conſ. 407. viſis in fin.* Actio etiam perſonalis ex decreto orta transfertur in eccleſiam, ſuper cuius rebus contractus fuit celebratus, *l. tutor ff. quand. ex fact. tut. vel curat. minor. agit. vel conuen. & c. l. 2. & l. penult. & l. fin. C. eod. Rot. diuerſ. deciſ. 761. num. 2 & 3. part. 1.* Beneplacitum ſedis Apoſtolicæ præſumitur ex lapſus triginta annorum cum poſſeſſione rei alienatæ, *Rot. diuerſ. deciſ. 179. num. 1. part. 2. Bald. in l. 2. num. 3. C. de legit. hær. Rom. in l. ſciendum ſub num. 33. verſ. mihi nulla hæram. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. num. 16. & ſeqq. & Doct. communiter Guliel. Redoa. de reb. eccleſ. non alien. rubr. 30. caſ. 8. Card.*

Digitized by Google

Seraph. deciſ. 792. *pluresc umulans, & deciſ.* 1042. *ſpecul. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum num.* 5. *Greg.* 15. *deciſ.* 52. *num.* 2. *& deciſ.* 354. *num.* 25. *& ſeq. &*
17 *ibi late annot.* Quarto requiritur † ſubſcriptio canonicorum, *c. tua c. cum Apoſtolica, & ibi Pan. num.* 5. *de his, quæ fi. à præl. ſin. conſ. cap.* Quinto quod prælatus non habeat fidem de pretio *gl. fin. in l. ſi procurator Cæſaris ff. de iur. fiſc. & ibi Bartol. & DD. Pan. in c.* 2. *num.* 6 *de precar. Greg.* 15. *deciſ.* 23. *nu.* 2. Confeſſionem de pretio recepto facere poteſt, *l.* 2. §. *fin. C. de quadr. præſcript. & ibi DD. in d. c.* 2. *in*
18 *fin. de precar. Panorm. & ibi Can.* Non † ſpectat ad emptorem curare quod pretium conuertatur in vtilitatem eccleſiæ, ſed ſufficit quod in dictam cauſam ſoluat, *Auth. hoc ius porrectum & ibi Bartol. num.* 13. *Faber num.* 40. *& DD. C. de ſacroſ eccl. Surd. deciſ.* 156. *num.* 7. *Greg. xv. deciſ.* 511. *num.* 11. *& ſeqq. l.* 1. §. *non autem & l. fin. & ibi DD. ff. de exercit. act. Bart. in l. alio hærede num.* 24. *ff. de alim. & c. leg.* prætetquam in tribus caſibus, mutuo, *l. ciuitas ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. num.* 15. *& DD.* depoſito, *c.* 1. *de depoſ.* & quãdo res eccleſiæ venditur pro debito, *Auth. hoc ius porrectum & ibi Bald. numer.* 22. *& ſeqq. C. de ſacroſ. eccl.* regulariter quis debet eſſe curioſus de conuerſione pecuniæ in cauſam expreſſam quando ex ſolutione vni facta vult alium ſibi obligari, vel alteri præiudicare, *Bart. in l. doli mali num.* 7. *&* 8. *ff. de nouat. l.* 3. §. 1. *in fine verſ. ſed ſi accepit ff. de in rem verſo Gregorius xv. deciſ.* 511. *num.* 12. *& ſeqq.* A-
19 lienatio facta † ex cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, forma, & ſolemnitatibus non ſeruatis, eſt ipſo iure nulla, *c.* 1. *& ibi Butr. ſub num.* 19. *& Im. num.* 17 *& Can. de in integr. reſt.* in foro animæ tutus eſt is, in quem facta eſt alienatio, quando interuenit conſenſus eorum, qui habent conſen-
20 tire, quia ſufficit quoad forum † conſcientiæ, quod contractus teneat ſecundum limites iuris naturalis, ſeu gentium, *Pan. in c.* 1. *num.* 19. *de in int. reſt. poſt Antonium de Butrio, & ibi Can.* Secundo limita, quando eccleſia dedit res pignori permiſſu ſuperioris, & ſeruatis ſolemnitatibus, quas creditor poteſt vendere ſine ſolemnitatibus, quia ius ſuum exequitur, *l. ſi pupillorum in princ. verſ. ſi pupillus ff. de reb. eorum qui ſub tut. vel curat. ſunt & c. Bart. in l. creditores num.* 7. *in fin. C. de pign. &c.*

21 In alienatione † immobilium, & mobilium pretioſorum regulariter requiritur altera præfatarum cauſa, ac forma, ſiue ſolemnitas præſcripta; *c. nulli hoc tit. & ibi Pan. & Can. c. placuit c. ſine except.* 12. *quaſt.* 2. redditus annui ſiue annonæ ciuiles *l. iubemus la* 2. *& ibi Bal. in* 1. *not. C. de Sacro S. eccleſ.* inter immobilia computantur, *Clem. exiui* §. *cumque annui redditus de verb. ſign.* actiones, iura, ac nomina debitorum iudicantur ſecundum naturam rei, ſuper qua ſunt fundata. *Franc. in c.* 2. *ſub num.* 4. *verſ. ſed aduerte hoc tit. in* 6. Excipe ab † hac 22
regula Primo, quia ſolus Prælatus abſque ſolemnitate alienat mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ad inſtar tutoris. *l. lex quæ in fin. C. de admin. tut. l. fin. C. quand. decr. opus non eſt gl.* 2. *in c. nulli hoc tit. & ibi Can.* Secundo ſolus † Prælatus, *c.* 1. *&* 23
ibi Bald. num. 3. *de his, qui feud. dare poſſ.* abſque conſenſu capituli, *Gail. obſeru.* 161. *lib.* 2. *per c. ex parte de feud. c.* 1. *de iis, qui feud. dar. poſſ. & ibi Affl. num.* 18. *& DD.* ac etiam abbates conuentuales, ac priores conuentuales ad nutum ſuperioris amouibiles cum conſenſu conuentus, *Rot. diuerſ. deciſ.* 554. *part.* 1. *c.* 1. *epiſcopum, vel Abb. feuda dare non poſſe Bald. in c.* 1. *num.* 5. *& ibi Prep. num.* 35. *de his qui feud. dar. poſſ.* abſque alia ſolemnitate renouãt in feudum, vel emphyteuſim res ſolitas concedi in feudum, vel emphyteuſim ſimpliciter nõ ad certum tempus, *Collect. in c.* 2. *num.* 24. *in fin. de feud.* vel ob certam cauſam, *Pan. in c. vt ſuper num.* 10. *&* 11. *hoc tit. & ibi Can.* vel ad certas perſonas *Mynſ. obſ.* 88. *cent.* 4. *argo* §. *ſimiliter de lege Corradi.* reuerſas ad eccleſiam, *Extrauag. ambitioſæ hoc tit. in communib. Mohed. deciſ.* 8. *& deciſionib. ſeqq. de loc. & cond.* infra annum à die reuerſionis computandum, *Zab. in c.* 2. *quaſt.* 12. *& ibi Imol. n.* 40. *de feud. Archid in c.* 1. 35. *quaſt.* 8. conſanguineis, & extraneis, *Pan in c. vt ſuper n.* 18. *& ſeqq. hoc tit. & ibi Can. anchar. in c.* 2. *n.* 20. *de exceſſ. præl. Mynſing. obſer* 47. *cent.* 5. nam vtilitas caducitatis cedit commodo prælati, & computatur inter fructus, *Collect. in c.* 2. *n.* 24. *de feud.* & abbates conuentuales, necnon priores conuentuales habent adminiſtrationem rerum ipſius monaſterij, *c. nullum* 18. *quaſt.* 2. *c. cum ad monaſterium* §. *tales de ſtat. monach.* niſi Eccleſia eſſet depauperata, quia tunc Prælatus debet retinere pro eccleſia, *Aluarot. in c.* 1. *ſub n.* 16. *de his, qui feud. dar. poſſ. Prepoſ. n.* 32. *in fin. per c.* 2. *de feud. in verb. ſi videris expedire.* aut eccleſia habuiſſet feudi recaduti poſſeſſionem, vel abbas verbo, vel facto declarauiſſet illud incorporauiſſe, *Ioan. de anan. in c.* 2. *ſub n* 19. *de feud, Bart. in l. fin. n.* 8. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Quod res ſit ſolita infeudari, † debet legi- 24
time probari, nec ſtatur aſſertioni prælati, *Bart. in*

auth.

Digitized by Google

autb.ſi quis in aliena n.12. & ibi DD.C.de edend.Zab.
in c.2.quæſt.21.de feud. Bald.in c.1.n.7.de his, qui feud.
dar.poſſ.Probatur per duas conceſſiones cum cur-
ſu quadraginta annorum, aut vnam conceſſio-
nem ſolemniter factam ſine aliquo curſu tempo-
ris, Iul.clar.in §.feudum quæſt.13.n 4. Rot.diuerſ.de-
25 ciſ.160.n.4.& 5.part.2. Renouatio debet † fieri
non pro eodem canone, ſed in euidentem tunc
eccleſiæ vtilitatem, nulla alteratione in præiudi-
cium eccleſiæ facta, in quo inſpicitur tempus re-
nouationis, & non tempus primæ conceſſionis,
d.Extrauag. ambitioſæ in verb. & tunc in Eccliſiarum
euidentem vtilitatem c.2. in verb. ſi videris expedire de
feud. c. ad aures verſ. niſi forte tunc, & ibi Pan hoc tit.
late Cæſ.deciſ.4. & 5 eod. ac eius probatio incum-
bit ei, cui facta eſt renouatio, quia facultas reno-
uandi res ſolitas alienari eſt hoc pacto à iure qua-
lificata: §.non ſolum verſ.quod autem Inſt.de legat.
Rot. diuerſ. deciſ. 607. in princ. & num.1. part.1.
quanta debeat eſſe vtilitas tempore renouatio-
nis, arbitrio iudicis relinquitur, cum iure cautum
non reperiatur: cognati vaſſalli, vel emphyteutæ,
data paritate, cæteris videntur præferendi, l.ſi in
emptionem ff.de minor.l.fin.§ ſin autem in tempore C.
de iur.dom.impetr. late Rip.in l.1.n.6.& ſeqq.vſque ad
num. 17. vbi dat quinque Notabiles declarationes ff.de
priuil.cred. An autem præferendi ſint pro antiqua
penſione extraneis maiorem offerentibus, quan-
do probant terras ſteriles reductas ad culturam
à prædefuncto, controuertitur inter Doctores,
Rip.in d.l.1.n.14.& ſeqq.ff de priuil.cred. Cæſ. deciſ.4.
num. 10. & 11. hoc tit. Fallit tertio, dicta regula,
26 quando immobile † relinquitur mendicanti-
bus, & illud vendant, & in ſuos vſus pretium
conuertant, Bald. in auth.ſi qua mulier n.15 C. de
ſacroſ.eccl.per l.2. C. de præd. & alijs reb. minor.& c.
Bald. in c. cum cauſa n. 4. de re iud. Fallit † quarto
27 quando eccleſia eſt coacta alienare, vt pote ſi eſ-
ſet grauata alienare fundum per fideicommiſ-
ſum, l.1.& l.magis §.ſi fundus, & l.fin.ff.de reb.eor.qui
ſub tut. & c. l.1.& l.3.C.quand. decr.opus non eſt & in
terminis Lap.alleg.25.diſputat.hic 1.n.4. Rebuff.de reb.
eccl alien.n.29.& ſeqq. Fallit quinto, quando inter-
uenit auctoritas Papæ legitime, & valide inter-
poſita, l.2.C.quand.decr.opus non eſt Rot.diuerſ.deciſ.
65.n.1.& 2.part.2 plures cumulans. quæ ſupplet o-
mnes ſolemnitates, d.l.2. C.quand.decr.& c. non
defectum cauſæ, quia ea ceſſante non verificatur
conditio, ſub qua reſcripſit Papa, ſi in euidentem
neceſſitatem, vel vtilitatem, §.non ſolum, verſ.quod
autem Inſt.de leg. Ruin. Conſ.68.n.5. verſ.eſt ergo vi-
dendum vol.1.Rot.diuerſ.deciſ.178.n.2.& ſeqq.part.2.
Sexto, fallit in prouiſione officiorum ad vitam
cum augmento ſalarij exceſſiuo, quia iſta quoti-
die vacare contingit, & Extrauag. ambitioſæ lo-
quitur de alienatione rerum, quæ nunquam va-
cant, Rot. diuerſ. deciſ.622.part.3. lib.3. c.1 de feud.
guard. & caſtr. arg. c.relatum cum gl.de præb. Septi-
mo, in alienatione terrularum, & vineolarum ex-
iguarum, c.terrulas 12.quæſt.2. & ibi gl.ord.& marg.
explicat quæ dicantur terrulæ. Octauo, Prælatus no-
cet eccleſiæ, vbi res cedit ad ius commune, c. ve-
niens, & ibi Felin.n 5.de præſcript. & Can.c.1.de pact.
in 6. Nono, prælatus ſolus in acquirendis præiu-
dicat eccleſiæ, cui tenetur de ſuo, ſi habet, dam-
num reſarcire, Pan.in c.tua nuper n.9 hoc tit.idem in
c.2.num.9.de in integ.reſt. c. quicumque & ibi gl.1.12.
quæſt. 4.gloſſ.in c.fin.16.quæſt. 6. Pan.in c.1.de dol.&
cont.n.20.& 21.& ſeqq.

Quando contractus † eſt celebratus ex cauſa 28
permiſſa, & cum debita ſolemnitate, ſed eccleſia
læſa eſt in pretij quantitate, mero iure tenet con-
tractus, daturque eccleſiæ reſtitutio in integrum,
quia ſub eſt primaria cauſa vtilitatis, aut neceſſi-
tatis, propter quam contrahentes fuerunt moti
ad faciendam alienationem, licet non fuit vtili-
ter contractum de pretio, c.1.de in integr.reſtit.&
ibi gloſſ.Pan.n.17.& DD.omnes Rot.diuerſ.deciſ.180.
n.2.& deciſ.181.per tot.part.1. Couar.var.reſol.lib.2.
cap.17.n.2.

In alienatione † rerum eccleſiæ abſentes ca- 29
nonici non ſunt citandi, c.hoc ius porrectum in verb.
ibidem ſeruientium 10. quæſt.2. Pan.in c. cum omnes
ſub n.7 verſ.venio ad teſtium in fin. quæſt.de conſtit.gl.
in c.1 um in eccleſiis in verb. ſi commode in fin. de præb.
in 6. & ibi Can. Redoa. de reb. eccl. non alien. rub. 28.
eccl. vacan. quomod. proced. ſit caſ. 6. Guid. Pap.
quæſt.160.

Pœnæ clerici † alienantis rem eccleſiæ abſq; 30
cauſa permiſſa, vel abſque ſolemnitate requiſita
ſunt tres: alienatio non tenet, de rebus proprijs, ſi
quas habet, eccleſiam indemnem ſeruare tene-
tur, daturque eccleſiæ contra eum actio perſo-
nalis, c.apoſtolicos 12.quæſt.2.l.3.& l.fin. C.ſi tut.vel
curat.interu.nec ei ſoluenti cogitur cedere actio-
nea ſuas contra poſſeſſorem, quia conuenitur ex
ſuo maleficio, c.ſi plures tutelam ff.de admin.tut.&
eſt communione priuandus, c.monemus, & ibi gl.

c.ſtatuimus 12. *quæſt*.2. *& cc.ſeqq.* ad deponendus,
niſi celeri reſtitutione ſibi proſpexerit: *c.apoſtoli-
cos* 12.*quæſt*. 2. *iuncto c.ſi quis hoc tit.* per Extrauag.
ambitioſæ, alienans, & res alienatas recipiens,
ſententiam excommunicationis incurrunt. *d.Ex-
trauag. ambitioſæ hoc tit. vbi aliæ pœnæ imponuntur
prælatis alienantibus.* Ex decretis Conc. Tridentini
31 clericus † fabricator, aut conſentiens vſurpatio-
ni iuriſdictionis, bonorum etiam feudalium, ac
quarumcumque obuentionum alicuius eccleſiæ,
ſeu cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, a-
liorumque piorum locorum vi, vel timore in-
curſo, ſeu quacumque arte, aut quocumque co-
lore factæ, anathemati tandiu ſubiacet, quandiu
integra fuerit facta per vſurpatores reſtitutio, &
deinde à Romano pontifice abſolutionem me-
ruerit, necnon quibuſcumque beneficijs priuatus
eſt, & ad quæcumque alia inhabilis efficitur, ac
poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem
a ſuorum ordinum executione arbitrio ordinarij
32 ſuſpenditur, *c.fin.ſeſſ.* 22. Emens rem † eccleſiaſti-
cam ſine requiſitis ſolemnitatibus, etiam inter-
ueniente traditione nullam acquirit poſſeſſio-
nem, quia ex inutili contractu non transfertur
poſſeſſio, quando perſona eſt talis, quæ non po-
teſt perdere poſſeſſionem, vt pupillus, & eccleſia,
*Bart.in l.*1. *§.ſi vir n.*3.*ff.de acq.poſſ l.pupillus ff.de acq.
rer. domin.* tenetur ad rei reſtitutionem vna cum
fructibus, *c.non liceat* 1. *& ibi gloſſ.fin.*12.*quæſt*. 2.*c.ſi
quis presbyterorum*, *& ibi Pan.n.*1. *&* 6. *hoc tit.* ipſa
eccleſia volente; fructus vero perceptos, antequã
eccleſia dicet de nullitate, non cogitur emptor
reſtituere, nam quamdiu eccleſia tacuit, emptor
iuſte fructus, & redditus percepit, *c.ſi qua de rebus*
12. *quæſt*. 2. *Imol. in c.ſi quis presbyterorum n*. 9. *hoc
tit.Butr.in c.*1. *n* 5 *de his quæ fi. à præl. &c. &* ibi Can.
Gonz.ſuper reg. Canc. *de menſ. & alter.gloſſ.*56.*n.*94.
*& plurib.ſeqq. Redoa.de reb.eccl.non alien. rub.*28.*cap.*
6.*n.*7. *& ſeqq.* perdit omnes meliorationes, *Pan.in
d. c. ſi quis presbyterorum n*. 6. eſt excommunican-
dus, niſi celeri reſtitutione ſibi proſpexerit, *c.apo-
ſtolicos* 12. *quæſt*. 2. *iuncto d.c.ſi quis hoc tit.* daturque
eccleſiæ electio, an velit agere perſonali contra
alienantem, an reali actione contra poſſeſſorem,
*l.fin. C.ſi tut.vel curat. interu.l.*1.*§.ſi apud ff.depoſiti.* &
ſola ſolutio imponit ei ſilentium, *l.* 1. *§. ſi plures ff.
de eo per quem fact. & & c.d.c.ſi quis presbyterorum &
ibi gl.fin. hoc tit.* reſpectu intereſſe, non autem re-
ſpectu pœnæ, ne delicta remaneant impunita, &
celeri ſatisfactione euitant pœnam excommuni-
cationis, non aliam, *gl.fin.in fin.in c. quod ſicut, & ibi
Can. de elect. Pan. in d.c.ſi quis presbyterorum n.*10.*&
ibi Can.* Præterea emptor, ſi fuit in mala fide, per-
dit pretium, quod applicatur eccleſiæ, *l.iubemus
la* 2. *§.* 1. *& auth. qui res C.de ſacroſ.eccleſ.* niſi pro-
ſpexerit ſibi in contractu de euictione contra
male alienantem, *l.ſi fundum C. de euict.gl.fin.in c.
ad audientiam hoc tit.& ibi Can.* ſi fuit in bona fide
repetit pretium à male alienante, & in defectum
eius ab eccleſia, quatenus facta eſt locupletior ex
pretio, *arg.l.primi de depoſit. c. Vulturana & ibi gl.in
verb.emptoribus* 12.*quæſt*.2.*Ioan.Andr.in c.ad audien-
tiam hoc tit. ſub n.* 3. *Pan. in c. ſi quis presbyterorum
n.* 13. *hoc tit.* Ex decretis Conc. Tridentini vſur-
pans † alicuius eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſæcularis, 33
vel regularis beneficij, aliorumque piorum loco-
rum iuriſdictiones, bona etiam feudalia, fructus,
ſeu quæcumque obuentiones per ſe, vel alios, vi,
vel timore incuſſo, ſeu quacumque arte, aut
quocumque colore, aut impediens, ne ab ijs, ad
quos iure pertinent percipiantur, anathemati
tamdiu ſubiacet, quandiu iuriſdictiones, fructus,
bona, quæ occupauerit, vel ad eum quomodo-
cumque peruenerint, eccleſiæ, eiuſque admini-
ſtratori, ſiue beneficiato integre reſtituerit, &
deinde à Romano Pontifice abſolutionem me-
ruerit, patronus eiuſdem eccleſiæ vltra præfatas
pœnas etiam iurepatronatus eo ipſo priuatus
exiſtit, *d.c.fin.ſeſſ.*22. Eccleſia alienationem † nul- 34
liter factam poteſt per adhibitionem requiſita-
rum ſolemnitatum ratificare, non is, in quem a-
lienatio facta eſt, *Iaſ.in l.cum hi §.eam tranſactio-
nem ſub n.*2.*ff.de tranſact. Matheſ.ſing.*155. *add.fin.ad
Cap.Thol.deciſ.*98.*Redoa.de reb.eccl.non alien.rub.*30.
*caſ.*6.*n.*9. *& ſeq.* quia contractus claudicat, *Innoc.
in c.*1.*in princ. de his, quæ fi. à præl. Inſt. de auct. tut.in
fin.princ. & ibi poſt glo.fin.DD.* ſed ne cogatur ſtare
in ſuſpenſo, poteſt agere, vt eccleſia compellatur
ad declarandum ſolemniter, an velit ſtare con-
tractui, vel ab eo diſcedat, *tex.in l.Iulian. §.ſi
quis colludente ff. de act. empt. & ibi Bart.
& DD. Redoa.de reb.eccl.non alien.
rubr.* 28. *cap.* 6.
num. 6.

De Precarijs.

Titulus XIV.

SVMMARIA.

1 *Contractus precaria dicitur quando ſit conceßio rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium vel de nouennio in nouennium renouanda.*
2 *Precaria quid ſit.*
3 *Precarium quid ſit & in quibus rebus conſiſtit.*
4 *Accipiens precarium de qua culpa teneatur.*
5 *Quomodo finatur precarium.*
6 *Superficies & varijs modis conceditur frequentius in vtile dominium interdum & ad quaſi vſumfructum ſeu ad vſum quemdam.*
7 *Superficies conceditur ſub recognitione annua & ſolutione laudemij in caſu alienationis & interdum vt nihil ſoluatur.*
8 *Superficiei conceßio ad vſum tantum eſt frequens in germania.*

PRECARIÆ ſunt quædam ſpecies alienationis; ideo præcedenti annectitur hic titulus.
1 Contractus precariæ † dicitur, quando ſit con-
ceſſio rei immobilis pro annua pēſione de quin-
quennio in quinquennium; vel de nouennio in
nouennium renouanda, *c.1. & 2.hoc tit. c.precariæ*
2 & c.ſeq.10.quæſt.2. non petita renouatione, lap-
ſo quinquennio, is, cui conceſſio fuit facta, cadit
à iure ſuo, *c.longinquitate 12. quæſt.2. Pan. poſt gl. in*
d.c.1. in fin. Gregor. xv. deciſ.567. in princ. quia aliud
eſt pactum de renouando, aliud renouatio, hæc
tribuit ius in re, illud non tribuit ius in re, ſed a-
ctionem perſonalem ad factum, vt fiat renoua-
tio *l.ne cui C.de loc. Ang. Aret. conſ.184. ſub nu.3. verſ.*
& illa verba ad renouandum Greg.15. deciſ.348. &
ibi annot. Gregor. xv. deciſ.567. num.2. Eſt eiuſdem
fere naturæ cuius eſt contractus emphiteuticus,
tranſit in hæredem, & pro voluntate concedentis
non reuocatur, *c.fin. in fin. hoc tit. in fin.* quod
per precarias poſſidetur non præſcribitur, *c.cleri-*
ci, & c.ſequenti.16.quæſt.3. Ab his differt Precaria,
2 quæ † eſt temporalis conceſſio vſusfructus præ-
diorum ad ius Eccleſiaſticum pertinentium, ſiue
in finem vitæ accipiētis ſiue eius temporis, quod
inter eum & eccleſiam conuenerit; *c.hoc ius in fin.*
10.quæſt.2. conceſſa in compenſationem proprie-
tatis datæ eccleſiæ, *c.precariæ 1.10. quæſt.2.* ſiue ob
benemerita, *c. clerici, & c.ſeq. 16. quæſt.3.* aut mo-
naſterijs intuitu Religionis, vel ob neceſſitatem
peregrinis, *c.poſſeßiones 16. quæſt.1. c. ſæpe ſit in fin.*
12. quæſt.2. non tranſit in hæredem; *auth. de alien.*
& emphyt. in princ. verſ. ſi vero aliquis c.ſæpe ſit.12. qu.
2. & non multum ab vſufructu differt, *gloſ. in d.c.*
ſæpe ſit in verb. ſub precaria. Ab his differt preca-
rium, † quod precibus petenti vtendum conce- 3
ditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur,
l.1.ff. hoc tit. & c.fin.eod. & eſt ſimile commodato,
conſiſtit in Iuribus ſeu ſeruitutibus & re mobili
& immobili, *l.2.§.fin.cum duab.ll. ſeqq. ff. hoc tit.*
Daturque vt plurimum ad vſum incertum & tē-
pus incertum, vel ad certum vſum, non tamen ad
tempus determinatum expreſſe vel tacite: *l. lucius*
ff. de donat. Bart. in l.aquilius regulus in princ. ff. de do-
nat. Nicol. Euer. in loco à comm. ad precar. numer.10.
transfert in accipiētem naturalem poſſeſſionem,
ciuili remanente penes concedentem precario.
l. & habet §.fin. ff. hoc tit. Tenetur † accipiens de 4
dolo & lata culpa niſi lite cum eo conteſtata dif-
ferat reſtituere, *l. quæſitum §.eum quoque, & §.ſeq.*
ff.hoc tit. poſtquam tenetur de culpa & omni cau-
ſa finitur † voluntate eius qui conceſſit, etiamſi 5
ſit pactum, quod precarium non poſſit reuo-
cari, aut ad certum tempus ſit conceſſum, qualia
pacta vitiantur, & non vitiant, quia ſunt appoſi-
tæ contra ſubſtantiam contractus, qui non po-
teſt tranſire in alium contractum, quia verbo-
rum ſignificatio hoc non patitur, vt tranſeat in
formam alterius contractus, *l. cum precario ff. hoc*
tit. Bart. in l.vbi ita donatur ff.de mort.cauſ.donat. &c.
& ibi DD. Secundo finitur morte eius qui preca-
rio rogauit, *d.l. cum precario ff. hoc tit.* ad hæredem
eius, qui precario conceſſit tranſit, *l. quæſitum §. ſi*
à Titio ff. hoc tit. Tertio alienatione ipſius rei facta
alicui reuocare volenti, quia per conuentionem
huiuſmodi non licet alienam rem inuito Domi-
no poſſidere, *c. fin. & ibi Pan. hoc tit.* Superficies
varijs † modis conceditur, frequentius in vtile 6
dominium, *l. in prouinciali §. ſi ego ſuperficiarius ff.*
de nou.oper.nunc. l.1.§.1. & l.fin. ff. de ſuperfic. l.ſuper-
ficiaria ff.de rei vend. l.obligationum 2. §. ſic & in tra-
den. ff. de act. & oblig. l. in conuentionibus ff. de verb.
ſign. c.olim 1. de reſtit. ſpol. Bald. in auth. hoc ius porre-
ctum à num.4. vſque ad num.9. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſ.
in l. ſi

Digitized by Google

in l. ſi domus §. *fin. in* 2. *not. ff. de leg.* 1. interdum ad vſumfructum, aliquando ad vſum. *l.* 1. §. *ſi ſoli verſ. quod autem & ibi gloſ. ff de ſuperfic. l. qui tabernas ff. de contrah. empt. &c. Bald. in auth. hoc ius porrectum à num.* 4. *vſque ad num.* 9. *C. de ſacroſ. eccleſ. item Anton. in ſumm. par.* 3. *cap.* 3. §. 1. *verſ. ſecundo propter proprietatis excluſionem &* §. 4. *in princ. & verſ. ſecunda dominij diuiſio l. ſi tibi homo* §. *valet legatum*
7 *& ibi Iaſ. ſub num.* 2. *ff. de leg.* 1. Item ſuperficies † conceditur ſub recognitione annua & ſolutione laudemij in caſu alienationis, & interdum vt nihil ſoluatur. *Prepoſ. in prælud. feud. num.* 92. *Bald. in rubr. Cod. de iur. emphyt. num.* 2. Præterea conceditur ſuperficies liberis hominibus & interdum hominibus proprijs & ſeruis. *Syluest. in verb. do-*
8 *minium quæſt.* 9. In Germania frequens † eſt conceſſio ſuperficiei ad vſum tantum ſubditis qui ſi ſerui ſunt, aut homines proprij & ſuperficiei vſum habent pro peculio, Dominus poteſt ad libitum reuocare, ſi autem ſubditi ſint perſonæ liberæ & res proprias habeant, tunc Dominus non poteſt eis auferre ſuperficiem ad vſum conceſſam, *Syluest. in verb. dominium quæſt.* 9. *Tab. in verb. dominus quæſt.* 9.

De commodato.

Titulus XV.

SVMMARIA.

1 *Commodans rem ſuam ſic commodat vt non faciat eam accipientis.*
2 *Videatur* §. Item is cui. Inſtit. quib. mod. re contr. obligat.

1 PRECARIVM commodata ſimile eſt, ideo annectit hunc titulum, nam qui † commodat ſuam rem ſic commodat, vt non faciat rem accipientis, ſed vt ei vti re commodato permittat, *l.* 1. *ff. de precar. l. rei, & l. ſeq. ff. hoc tit.* De commodato
2 vide † Inſtit. *Imper. Tit. quib. mod. re contrah. oblig.* §. *item is qui & ibi DD.*

De depoſito.

Titulus XVI.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum fit gratia deponendis.*
2 *Videatur* §. præterea. inſtit. quib. mod. re contr. oblig.

VISVM fuit de precarijs & commodato, quæ fiunt gratia recipientis, nunc ſubijcitur *de depoſito*, quod fit gratia † concedentis, de quo vide §. *præterea. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. & ibi Doctores.* 1

De Emptione & venditione.

Titulus XVII.

SVMMARIA.

1 *Videantur inſtit. imperiales hoc titulo.*
2 *Res præſumitur iuſto pretio vendita.*

INTER contractus qui fiunt gratia vtriuſq; magis frequens eſt emptio † & venditio, de quo 1
ponit & lector videat *Inſtit. Imper. hoc tit.* Res præſumitur † iuſto pretio vendita, *l. ſi fundus* §. *quan-* 2
quam & ibi Bal. ff. de reb. eorum &c. ac valor & læſio ſunt conſideranda ſecundum tempus contractus, *l.* 2. *& ibi gl. & Bart. l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit. c. ad aures & ibi gl. fin. & Can. de reb. eccl. non alien. Greg.* 15. *deciſ.* 553.

De locato & conducto.

Titulus XVIII.

SVMMARIA.

1 *Videantur* inſtit. imp. hoc titulo.
2 *Locationes bonorum Eccleſiarum repræſentata pecunia nullatenus valida ſunt in præiudicium ſucceſſorem.*
3 *Quæ regula indubitata eſt in præbendario ſiue ſimplici beneficiato.*
4 *In prælato adhibenda eſt diſtinctio an locauerit nomine eccleſiæ pro eius vtilitate obſeruatis ſolemnitatibus, & ſucceſſor tenetur ſtare locationi.*
5 *An vero nomine ſuo non intendens obligare Eccleſiam aut nomine Eccleſiæ inutiliter aut neglecta ſolemnitate & ſucceſſor non tenetur ſtare locationi.*

6 Lex Con-

Digitized by Google

6 Lex Conductores C. hoc tit. *non habet locum in ſucceſſore in beneficio.*

7 *Locatio an probet dominium vel poſſeſſionem.*

8 *Conductor malè verſatus poteſt expelli, ſed nō perdit melioramenta.*

1 LOCATIO tantam † ſimilitudinem habet cum venditione, quod in quibuſdam caſibus dubitari contingat, an ſit locatio vel venditio, *l.1.ff. hoc tit. Bart. in l. cum in plures ff. eod. & in l. item §. qui maximos ff. de public. §. item quæritur Inſtit. hoc tit.* merito poſt præcedentem rubricam ſubijcitur iſta de qua vide *Inſtit. Imper. hoc tit.* Locationes bonorum Eccleſias repræſentata pecunia, ſiue anticipatis ſolutionibus, factæ, nullatenus validæ

2 ſunt † in præiudicium ſucceſſorum, quocumq; indulto aut priuilegio non obſtante, nec huiuſmodi locationes in Romana Curia vel extra eam confirmantur, *c. magnam ſeſſ. 25.* & graues pœnæ in eis appoſitæ non ligant ſucceſſores, *c.2.*

3 *de precar. c. de precarijs. 10. quæſt. 2.* quæ regula † indubitata videtur in præbendario ſiue ſimplici beneficiato, qui non poteſt vltra tempus vitæ ſuæ locare, *c.2. in fin. de præb. c. fin. de pec. cler. Rot. deciſ. 1. ſub n.1. verſ. & præmiſſa hoc tit. in nou. Pan. in c. fin. ne præl. vic. ſuas &c. n.4.5. & ſeqq. vbi late diſtinguit.* Imo per *Extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. non alien. inter communes.* prohibetur locare fructus & redditus vltra triennium. *pulchre Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 16. n. 3. & per totum Boer. deciſ. 224. n. 2. Rebuff. in repet. §. qui vero c. extirpandæ in 7. & vlt. notab. verſ. circa primam, quando in arrendamentum.* In prælato

4 adhibenda † eſt diſtinctio, an locauerit nomine Eccleſiæ, pro eius vtilitate, obſeruatis ſolemnitatibus, pecuniaque inde recepta in vtilitatem eccleſia conuerſa fuerit, & ſucceſſor tenetur ſtare locationi, *c.1. de ſolut. c. hac huius placiti c. quicunque ſuffragio 12. quæſt. 2. c.1. de depoſit. c. hoc ius in fin. princ. verſ. ie creditore 10. quæſt. 2. Rot. deciſ. 1. in princ. hoc tit. in nou. Franc. Marc. quæſt. 196. part. 2. Couar. var.*

5 *reſolut. lib. 2. cap. 15. n. 6.* an vero † nomine ſuo, non intendens obligare Eccleſiam, aut nomine Eccleſiæ inutiliter, aut neglecta ſolemnitate, & ſucceſſor non tenetur ſtare locationi: *d. c. magnam ſeſſ. 25. c. 2. de precar. c. fin. & ibi Can. poſt gl. ne præl. vic. ſuas &c. Rot. deciſ. 1. & deciſ. 2. hoc tit. in nou.* quia cum beneficia Eccleſiaſtica perſonalia ſint, contractus locationis circa illa habitus, perſonas obtinentis non excedit, *c. niſi de præl. c. ad hoc de auct. & vſu pall.* per obitum ipſo iure expirat, *Rot. d. deciſ. 1. n. 2. hoc tit. in nou. c. fin. & ibi gl. in verbo terminum & Can. ne præl. vic. ſuas & c. c. poſſeſſiones 16. quæſt. 1. & ibi gl.* ſi conductor aliquid vltra ſoluit, ſibi imputet, quia hoc prouidere debuit, *l. ſi quis domum §.1 ff. de loc.* ſed & ſi ſucceſſor receperit penſionem certis temporibus, cenſetur ratificaſſe locationem tacite pro tempore quo recepit penſionem, & nulla cenſetur pro futuro tempore locatio noua introducta, *Put deciſ. 175. & 178. lib. 1. Rot. d. deciſ. 1. num. 2. & deciſ. 2. verſ. ſed pone hoc tit. in nou. l. item quæritur §. qui impleto ff. de loc.* Prælatus enim in vita æquiparatur vſufructuario, & vſusfructus morte finitur, *c. præſcuti de off. ord. in 6. & ibi Can.* tum quod ſucceſſor in beneficio, venit ex nouo titulo, non iure hæreditario, *c.2. de conceſſ. præb. c. ad decorem de inſtit. c. ad extirpādas de fil. presb.* Pœna † legis *conductores C. hoc tit.* non habet locum in ſucceſſore in beneficio, vt conductor in iudicio contradicens teneatur ad æſtimationem bonorum locatorum, *Rot. deciſ. 2. in princ. hoc tit. in nou. l. emptorem & ibi gl. in verb. colono, & DD. C. de loc.* 6

Locatio non probat † dominium, *c. inter dilectos de fid. inſtr. l. ad probationem C. hoc tit.* niſi concurrentibus adminiculis, *Bart. in l. ad probationem Fel. in c. inter dilectos n. 8. & ibi Can.* aut poſſeſſionem, *l. nemo C. hoc tit.* contra extraneos, ſed bene inter ipſos contrahentes, *l. prædia ff. de acq poſſ. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtr. in antiq. Monach. remed. 3. retinendæ n. 571. & ſeqq. Greg XV. deciſ. 6. & ibi late add.* aut valorem annui redditus, *Rot. diuerſ. deciſ. 116. n. 2. & 3. part. 2. Sarn. in reg. de valore, quæſt. 11. in princ.* conductor † male verſatus poteſt expelli, *l. eda C. locat.* Sed non perdit meliorationes, *l. colonus ff. hoc tit.* 7 8

De Rerum permutatione,

Titulus XVIIII.

SVMMARIA.

1 *Permutatio eſt contractus innominatus quo certa ſpecies pro certa ſpecie vicaria præſtatione mutatur.*

2 *Contrahitur nudo pacto & re tradita etiam ex altera parte tantum & accipientis facta.*

3. *Datur ei qui ex parte ſua permutationem impleuit actio præſcriptis verbis bonæ fidei contra compermutantem vt fides placiti ſibi ſeruetur &c.*
4 *Condictio ob cauſam quæ non oritur ex permutatione, vt datum recipiat.*
5 *In permutatione quæ fit de eccleſia vt de proprietate, pactum interuenire poteſt.*
6 *In qua requiritur authoritas ſuperioris & conſenſus capituli expreſſus in expletione actus propter alienationem iuris eccleſiæ.*
7 *In permutatione eccleſiarum ſeu beneficiorum in titulum requiritur primo quod non interueniat pactio licet poßit interuenire tractatus.*
8 *Secundo, iuſta cauſa.*
9 *Tertio, quod ſpirituale permutetur cum ſpirituali & temporale cum temporali.*
10 *Quarto, authoritas epiſcopi cum conſenſu ſui capituli expreſſo vel tacito in quocunque mente fiat permutatio quando ad eum pertinet collatio inſtitutio electionis confirmatio & beneficia ſint eiuſdem diœceſis.*
11 *Vel inferioris prælati habentis ius quaſi Epiſcopale.*
12 *Aut capituli, ſede vacante, cum aliqua diſtinctione.*
13 *Cum conſenſu illorum ad quos pertinet collatio vel electio aut iuſpatronatus Eccleſiaſticum vel laicale.*
14 *Quinto, requiritur quod vterque ius habeat in beneficio permutato.*
15 *Sexto, quod exprimantur obtenta beneficia ſi fiat permutatio in manibus alicuius non ordinarij.*
16 *Septimo, vt beneficia ex cauſa permutationis reſignata & vacantia ipſis permutantibus conferantur.*
17 *Beneficiorum vacantium per reſignationem ex cauſa permutationis, collationi non eſt præfixum certum tempus.*
18 *Beneficia & dignitates quæ nam poſſunt ad inuicem permutari.*
19 *In permutationibus poſtquam ſuperior illas admiſit eſt vera beneficiorum vacatio, quia in eis interuenit voluntaria reſignatio.*
20 *Et debet ſequi vera collatio & inſtitutio.*
21 *Reſeruata beneficia in manibus epiſcopi ex cauſa permutationis renunciata vere vacant, licet Epiſcopus ea compermutantibus conferre non poßit ſed recurrendum eſt ad ſummum pontificem pro perficienda permutatione.*
22 *Si ſuperior permutationem non admittat, vel ex cauſa admiſſa non perficiatur, vnicuique permutantium licitum eſt. ad ſuum beneficium redire abſque alia noua collatione.*
23 *Permutatio contrahitur inter duos, inter tres non eſt vera permutatio.*
24 *Beneficia reſignata in curia ex cauſa permutationis non vacant in curia.*
25 *Non admiſſa permutatione ſine culpa vtriuſque vacant extra curiam ſi permutare volentes moriantur extra curiam.*
26 *Si vnus permutantium moriatur extra curiam non facta permutatione ſuperuiuenti confertur beneficium mortui ac beneficium ſuperuiuentis vacat per reſignationem.*
27 *Permutatione completa ex vna parte ſi per alterum ſtet quominus impleatur, is qui impleuit reſtituitur ad ſuum beneficium authoritate ſuperioris.*
28 *Idem obtinet ſi beneficium permutatum euincatur, vel alterum ex duobus beneficijs cum vno permutatis ſi aliud dimittat.*

SVBIICIT titulum *de permutatione* quæ etiam proxima eſt emptioni & venditione, *§. item pretium Inſt. de empt. & vend. l. 2. C. hoc tit. l. fin. ff. eod.* Eſt contractus † innominatus, quo certa ſpecies pro certa ſpecie vicaria præſtatione mutatur, *l. cum precibus l. quoniam, & ibi gl. fin. in l. 1. C. hoc tit. & ibi poſt num. 3. Bald. & DD.* quando datur genus pro genere vel ſpecie, vel ſpecies pro genere, eſt alius contractus innominatus, *do vt des, l. naturalis §. 1. & 2. ff. de præſcript. verb. gl. fin. in d. l. 1. C. hoc tit. & ibi DD.* Contractus enim omnes tam innominati, quam nominati cognoſcuntur per modum ineundi, *Bart. in l. ex placito n. 10. & ſeq. C. hoc tit.* Contrahitur † nudo pacto, & re tradita etiam ex altera parte tantum, *l. ex placito C. hoc tit. & ibi gl. & DD. l. 1. §. permutatio ff. eod. & ibi gl. in verb. tradita, & Doct.* Et accipientis facta, habita compermutanti fide de re danda, *gl. in l. cum proponas, & ibi Bart. n. 9. C. de dol. & plenius Bart. poſt gl. in l. ſi ſeruus communis §. locaui n. 1. ff. de furt. vbi tenet quod §. vendita Inſt. de rer. diuiſ. habet locum in omnibus contractibus nominatis, & innominatis per tex. in l. 3. ff. de pignor. act.* quia ſolo conſenſu non perficitur, quod in his tantum receptum eſt, qui nomen ſuum habent *l. iuris gentium in princ. & §. 1. ff. de pact. d. l. 1. §. permutatio ff. hoc tit. Bart. in d. l. ex placito numer. 1.* alienam rem dans nullam contrahit permutationem,

(Right-margin numbers: 1 beside "Eſt contractus † innominatus…"; 2 beside "Contrahitur † nudo pacto…".)

Digitized by Google

3 tionem, *l.1.§.ideo pædius ff.hoc tit.* datur ei † qui ex ſua parte permutationem impleuit, actio præſcriptis verbis bonæ fidei, *§.actionum autem quadam Inſt.de act.l.2.C.hoc tit.* orta ex pacto præambulo re ſecuta, *Bart.in d.l.ex placito n.2.& 3.C.hoc tit.* quia cum interueniat res ad implementum pacti præambuli, non agitur ex implente, ſed ex impleto, *l.ſi ita fuera ſtipulatus §.1.& l.ſeq.ff.de nouat.& deleg.* contra compermutantem, vt fides placiti ſibi ſeruetur, & promiſſa præſtentur, *l.cum precibus l.rebus.& l.fin.C.hoc tit.* vel intereſſe, *d.l.cum precib.& ibi gl. in verb. ſeruetur gl.1.in d.l.fin.C.hoc tit.l.naturalis §.1.l.ob eum ff.de præſcr.verb.* & condictio ob
4 cauſam, † quæ non oritur ex permutatione, vt datum recipiat, quaſi ob rem datum quæ non eſt ſecuta, *d.l.naturalis §.1.d.l.quoniam l.1.in fin.ff.hoc tit.l.1.& ſeq.ff. de cond.cauſ.dat.&c.* alteri qui non adimpleuit, nulla datur actio, *d.l.ex placito, & ibi DD.& gl.& Bart.n.5.*

His generalibus præmiſſis, dicendum eſt de permutatione eccleſiarum, & beneficiorum, quę fit de eccleſia, aliquando vt de proprietate, aliquando fit in titulum. In permutatione quæ fit
5 de eccleſia † vt de proprietate, ex cauſa expedientiæ perſonarum, commoditatis, ſiue vicinitatis, *Pan.in c.penult.n.7. hoc tit.* pactio interuenire poteſt, vt quando duæ parochiales eccleſiæ, vna cōuentuali, altera regulari, eccleſiæ incorporatæ per ſe, ipſorumque poſſeſſiones, ſi altera ratione poſſeſſionum alteri præpenderet, refuſa certa pecunia, per ſe, ita quod illi contractus nequaquam quoad animum, aut verba ſibi inuicem miſceantur, ne eccleſia pro temporalibus concedi, aut redditus ſpirituales pecunia interueniente compenſari videantur, *c. fin. hoc tit.* ad inuicem permutantur auctoritate ſuperioris: *c. ad quæſtiones hoc tit. & ibi Pan. numer. 3. & 5. Anch.poſt numer. 4. verſ.oppono, & Can. communiter facit l.ſi ſponſus §.1.& ibi glo. ff.de donat. inter vir.& vxorem,*
6 requiritur † auctoritas ſuperioris & conſenſus capituli ſui expreſſus, *Franc.in c.vnico num.7. in fin. hoc tit. in 6.* in expletione actus, propter alienationem iuris eccleſiæ, quæ interuenit in permutatione, nam regulariter iura eccleſiarum non alienantur ſine auctoritate ſuperioris: *c.nulla de reb. eccl.non alien. c.ſine exceptione 12. q. 2.* In permuta-
7 tione eccleſiarum & beneficiorum † in titulum plura requiruntur, Primo quod non interueniat pactio, licet poſſit interuenire tractatus ſubijciẽdo ſe diſpoſitioni ſuperioris, *c.vnico hoc tit.in 6.& ibi Franc.num. 2. Anch.in clem. vnica ſub num. 6. hoc tit.* quia pactio circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet Simoniæ, *cap. quæſitum hoc tit.& ibi Pan. num. 10. & Can.* Secun-
do iuſta † cauſa, *d.c. quæſitum in fin. c. mutationes c. ſicut c. omnis qui 7.q.1.c.valet 81. diſt.Garc. de beneſ. part.xj.cap.4. à num. 45. vſque ad num. 56.* In maioribus beneficijs non admittitur permutatio, niſi neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ expoſcat; in minoribus ſufficit expedientia perſonarum, *Pan. in d.c. quæſitum num. 6. & ſeq. & ibi But. num. 9. Anch. in d. clem. vnica num. 7.* Tertio quod † ſpirituale per- 9
mutetur cum ſpirituali, & temporale cum temporali, & ſi ex altera parte minus valeat, ſuppleatur: *d.c.ad quæſtiones c. fin. & ibi gl. in verb. temporalia hoc tit. d.c. ſtatuimus, & ibi gl. 1. de tranſact.* Sola minoritas fructuum alterius beneficij non inducit fraudem, *l. dolus C. de reſcind. vend. Ioan. And. in c. vnico num. 6. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 2. eod. in antiq. Dec. conſ. 209. num. 5. & ſeq.* Quarto † auctoritas 10
epiſcopi cum conſenſu ſui capituli expreſſo, vel tacito; *Franc. in c. vnico ſub num. 7. verſ. ſed an in permut. hoc tit. in 6,* in quocumque menſe fiat permutatio, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 14. num. 32.& 33.* quando ad eum pertinet collatio, inſtitutio, electionis confirmatio, quando beneficia permutanda ſunt eiuſdem diœceſis; *d. c. quæſitum & ibi Pan. num. 4. dicens eſſe caſum reſeruatum dignitati epiſcopali gloſſ. pen. in d. clem. vnica hoc tit. & ibi Can. c. vnic. eod. in 6. & ibi gloſſ. in verb. collationem,* quando ſunt diuerſarum diœceſum, quilibet renunciabit in manibus ſui epiſcopi, vel alter alteri committet; *c. vnico, & ibi poſt gl. in verb. collationem Can. hoc tit. in 6.* vel inferioris † prælati habentis 11
ius quaſi epiſcopale; *c. abbates, & ibi poſt gl. Can. de priuil. in 6.* aut capituli, ſede vacante; quia admiſſio permutationis ſpectat ad iuriſdictionem epiſcopalem, in qua ſuccedit, niſi beneficia illa, vel alterum eorum ſpectarent ad collationem, electionem, præſentationem ſolius epiſcopi, ſine capitulo; quia cum in talium beneficiorum collationem non ſuccedat, ergo nec in conſenſu, quem præſtare habet collator permutationi: *c. 2. ne ſed. vac. & ibi DD.* ſi vna cum capitulo habet facere præfata, cum ſede vacante † capitulum 12
tunc poſſit conferre, eligere, vel præſentare, *c. vnico ne ſed. vac. &c. in 6.* poterit vt capitulum conſentire, & vt epiſcopus auctoritatem interpone-

re: *Imol. poſt gl. pen. in d. clem. vnica hoc tit. num. xj. & Zab. num.* 17. quod ſi collatio permutandorum beneficiorum ſpectet cōmuniter ad epiſcopum, & ad alium, vel ad alium tantum ſpectet collatio, electio, aut præſentatio, tunc epiſcopus permu-
13 tationi auctoritatem adhibebit cum † conſenſu illorum, ad quos ſpectat collatio, vel electio, *d. c. quæſitum, & ibi Pan. num.* 9. *Butr. num.* 8. *in fin. c. vnico, & ibi gloſſ. in verb. collationem hoc tit. in* 6. *& ibi Franc. poſt Ioan. And. ſub num.* 6. *verſ. conclude, quod ſi permutatio*, aut ius patronatus, *gloſſ. in c. nemo deinceps, in verb. commendare, verſ. nunquid ad talem commendam de elect. in* 6. *Franc. in d. c. vnico num.* 7. *hoc tit. in* 6. eccleſiaſticum, vel laicale, *Franc. in d. cap. nemo ſub num.* 7. eorumque conſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi permutationem, quia facta ſine prædictorum conſenſu non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, ſi agant de contemptu, *Collect. in c. cum olim num.* 3. *& ſeq. & numer.* 11. *hoc tit. Rot. deciſ.* 5. *eod. in nou. Franc. in d. c. vnico num.* 7. *licet Bellam. deciſ.* 177. *num.* 2. *aliter videatur ſentire. Couarr. pract. quæſt. cap.* 36. *num* 9. *Garc. de beneſ. part. xj. c.* 3. *num.* 19. *& ſeqq. & num.* 21. *& ſeq.* Quando permutatio fuit facta bona fide, & nulla culpa permutātibus poteſt imputari, quilibet ipſorum permutantium etiam inuitis patronis, mediante noua collatione, ad ſuum beneficium poteſt reuerti; ſecus ſi fuerint in culpa, quia ſciebant eccleſias habere patronum: nam tunc poterunt patroni etiam tali permutatione non caſſata alium præſentare, *Franc. in d. c. nemo ſub num.* 7. *Anchar. in fin. late Franc. in c.* 1. *num.* 7. *&* 8. *hoc tit. Rot. deciſ.* 5. *hoc tit. in nou. in fin. Garc. de beneſ. part. xj. cap.* 3. *ſub n.* 19. *vbi refert deciſ. Rot. & num.* 19. *& ſeqq.* Permutatio facta coram ordinario, patronis, collatoribus, & electoribus inuitis, & contradicentibus eſt nulla; ita quod abſque alia caſſatione poterit præſentatio, collatio, & electio fieri, niſi talis permutatio fiat propter neceſſitatem, vel vtilitatem ipſarum eccleſiarum, *Garc. de beneſ. part. xj. cap.* 3. *numer.* 23. *& ſeqq. Franc. in c. vnico ſub num.* 7. *& ibi Can. communiter hoc tit. in* 6. Collatio ordinarij ex cauſa permutationis abſque mentione iuriſpatronatus non tollit vltimum ſtatum quaſi poſſeſſionis præſentandi patronis, *Calder. conſ.* 15. *de iurepatr. Caput. deciſ.* 134. *part.* 1. quod per non vſum non amittat quis poſſeſſionem, niſi appareat eum ſpoliatum, & ordinarius per admiſſionem permutationis non intendit ſpoliare; ratio præmiſſorum eſt, quia in permutatione interuenit renunciatio, & beneficium non poteſt renunciari, niſi in manibus eius, qui poteſt inuitum deſtituere, *dictum eſt ſupra tit. de renunciat.* ac ſine titulo, & auctoritate epiſcopi non poteſt obtineri, *c.* 1. *de reg. iur. in* 6. item auctoritas epiſcopi purgat vitium Simoniæ, quod præſumi poſſet, *d. cap. quæſitum c. niſi de præb. Archid. in c. quam pio num.* 3. 1. *quæſt.* 2. permutantes ſine auctoritate ſuperioris priuandi ſunt beneficijs permutatis, *c. cum olim hoc tit.* Quinto requiritur, quod † vterque ius habeat in benefi- 14
cio permutato; *l.* 1. *ff. hoc tit. c. vnico, ibi ſua beneficia eod. in* 6. *c. cum venerabilis & ibi Pan. numer.* 22. *§. ad hæc de except. Collect. in c.* 1. *numer.* 3. *& ſeqq. hoc tit.* petenti beneficium ex cauſa permutationis, ſufficit probare communem reputationem, & pacificam compermutantis poſſeſſionem, non obſtante clauſula quod Papa non intendit plus iuris conferre prouiſo, quam renuncianti competeret, *Ioan. Andr. in c. vnico ſub numer.* 2. *hoc tit. in* 6. in fine litterarum permutationis apponi conſueta; *Rot. deciſ.* 10. *hoc tit. in antiq. arg. notab. per Inn. & Hoſt. in c. illud de præſumpt. & per Inn. in c. innotuit de eo, qui fuit. ord. ſuſc.* & impugnanti titulum permutantis incumbit onus probandi, *c. cum venerabilis §. ad hæc, & ibi not. Doct. de except. Pan. num.* 24. *Rot. deciſ.* 4. *hoc tit. in nou.* Sexto quod exprimantur † obtenta beneficia, ſi fiat permutatio in ma- 15
nibus alicuius non ordinarij, *Rot. deciſ.* 13. *hoc tit. in antiq. atteſtans ita ſeruare Rotam*, Septimo vt beneficia ex † cauſa permutationis reſignata, & va- 16
cantia ipſis permutantibus conferantur, & collatio alijs facta nullius eſt momenti: cui conformis eſt Stylus Cancellariæ Apoſtolicæ, iuxta quam ſi alicui permutant ſua beneficia, vnus ſine alio non poteſt habere litteras, ſiue bullas; licet alius cum alio libere poſſit, *Rot. deciſ.* 17. *de conſuetud. in antiq. clem. vnica hoc tit. c. inter cætera de præbend.* Collationi autem beneficiorum † vacan- 17
tium per reſignationem ex cauſa permutationis tempus non eſt præſtitutum nec habet locum *c.* 2. *§. pen. & fin. de conceſſ. præb.* quod in collatione neceſſaria non habet locum, ſed tantum in voluntaria & habente liberam poteſtatem conferendi, *Franc. in c. vnico numer.* 10. *hoc tit. in* 6. *& ibi Gamm. in §.* 1. *num.* 137. Beneficia & dignitates diuerſæ ſpeciei, & qualitatis poſſunt ad inuicem permutari, *c. cum olim, & ibi Pan. num.* 1. *& ſeqq. hoc tit. & ibi Can.* & poteſt vna eccleſia cum pluribus, ſi-

bus, ſi-

Digitized by Google

bus, ſiue Iure proprietatis ſiue tituli, permutari, *c. cum venerabilis §. 1. & ibi Ioann. Andr. ſuper verb. eccleſiis. Felin. in c. 1. qui limitat duobus modis Pan. nu. 4. de except. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. & deciſ. 9. eod. in*

18 *antiq.* beneficium † cum præſtimonio non poteſt permutari, quia hoc cadit in laicum, niſi detur in titulum; *Gemin. in c. 1. num. 9. hoc tit. in 6. & ibi Anchar. col. 3. verſ. ſed iuxta hoc quæro*, eadem ratione beneficium non poteſt permutari cum penſione etiam aſſignata pro titulo recipiendorum ordinum, quia per hoc non cenſetur beneficialis titulus, *Zab. in clem. 1. §. 1. in 8. & 9. quæſt. de ſuppl. negl. præl.* Iura quæ quis habet ad beneficia etiam vacantia, ac debita ante collationem & acceptationem non poteſt permutare, cum alio ſimile ius habente, aut cum obtinente beneficium, quia ſunt iura perſonalia, quæ non poſſunt de vno ad alium tranſire, niſi mediante Papa, *Anchar. in c. 1. col. 3. verſ. 3. collige hoc titul. in 6. & ibi late Franc. à num. 14. vſque ad fin. tract. qua benef. poſſ. permut.* Ius quod quis habet in beneficio poteſt ante adeptã poſſeſſionem permutari, *Franc. in c. 1. nu. 16. verſ. 6. hoc tit. in 6. & ibi Gamm. num. 86. Prob. ad Monach. in c. licet epiſ. op. 'u num. 6. de præb. in 6.* An autem in parochialibus vacantibus ex cauſa permutationis ſit faciendum examen per concurſum, *vide Garc. de benef. par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 161. & plurib. ſeqq.* Permutatio beneficij ad cuius titulum quis fuit ordinatus eſt nulla non facta in permutatione mentione de hac qualitate, quæ tamen ſuſtinetur ſi permutãs aſſecutus fuerit pacificam poſſeſſionem alterius beneficij ad ſui congruam ſuſtentationem ſufficientis, *Greg. 15. deciſ. 441. cap. 2.*

19 *ſeſſ. 21.* In permutationibus † poſtquam ſuperior illas admiſit, *Rot. deciſ. fin. ſub num. 7. in fin. hoc tit. in antiq. c. 2. de renunc. in 6. iuncto c. vnico hoc tit. in 6.* eſt vera beneficiorum vacatio quia in eis interuenit voluntaria reſignatio, *Clem. 1. & c. cum olim, c. cum vniuerſorum hoc tit. c. 1. eod. in 6. & ibi Franc. nu. 4. gloſſ. in c. ſi propter in verb. vacabunt, de reſcript. in 6. & ibi Can. Garc. de benef. part. xj. cap. 3. num. 3. & ſeqq.* per quam permutantes amittunt proprietatem & poſſeſſionem, *c. admonet c. quod in dubijs cap. ſuper hoc, & ibi Inn. de renunc.* ideo permutanti denegatur interdictum vnde vi, & remedium *c. redintegrandæ, 3. quæſt. 2. Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou. & deciſ. 8. eod. in antiq. c. ſuper hoc de renunc. c. excepta,*

20 *de reſt. ſpol.* & poſt reſignationem ſequi † debet vera collatio, & inſtitutio, *d. clem. vnica d. c. vnico hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 7. eod. in antiq. & deciſ. 10. de renunc. in antiq.* quæ fieri non poſſunt de beneficijs non vacantibus, *C. 1. & 2. de conceſſ. præb.* & interueniente collatione, & non antea, acquiritur compermutantibus ius in beneficijs compermutatis, *Zab. in clem. vnica quæſt. 15. hoc tit. aſſerens de facto ita ſeruari, & ibi Canoniſta*, Qualitas quoque requiſita in beneficijs vacantibus requiritur etiam in beneficijs vacantibus ex cauſa permutationis, *Pariſ. de reſign. lib. 4. q. 9. num. 25. Put. deciſ. 323. lib. 1. Mohed. deciſ. 7. de conceſſ. præb.* ac ſtatuta & priuilegia diſponentia de beneficijs vacantibus, obtinent etiam in vacantibus ex cauſa permutationis, *c. ſi propter, & ibi poſt gloſſ. in verb. vacabunt, Can. de reſcr. in 6. Garc. de benef. part. xj. cap. 3. nu. 7.*

& 8. ſed & beneficia † reſeruata in manibus epi- 21
ſcopi ex cauſa permutationis renunciata, vere vacant, & permutãtes amittunt tam proprietatem, quam poſſeſſionem, *Rot. deciſ. 1. in 1. dub. hoc tit in nou. & d. deciſ. 10. de renunc. in antiq. in princ. c. vnico hoc tit. in 6. & ibi Can. licet Ioan. Monach. ibidem videatur dixiſſe contrarium clem. vnic. hoc tit.* licet epiſcopus ea permutantibus conferre non poſſit; quia reſeruatio afficit beneficium ſuper quo fit, & aufert inferioribus omnem poteſtatem conferendi, & de eo diſponendi, *c. vt noſtrum de appell. c. ſi & tempore de elect. in 6. c. 2. & c. dudum de præb. in 6.* neque vnuſquiſque permutantium propria auctoritate recurſum habere ad proprium beneficium poteſt, nã cum vere vacauerit per reſignationes, *c. quam periculoſum 7. q. 1. & ibi gloſ. & DD.* non poſſunt re haberi ſine noua collatione & canonica inſtitutione, *c. ex frequentibus de inſtit. cap. 1. de reg. iur. in 6.* ſed recurrendum eſt ad ſummum Pontificem pro perficienda permutatione: *Rot. deciſ 1. in 2. & 3. dub. hoc tit. in nou. & deciſ. 10 de renunc. in antiq. Freder. de ſen. de permut. q. 30.* ſi vero

ſuperior † permutationem non admittat, vel ex 22
cauſa admiſſa non perficiatur, vnicuique permutantium licitum eſt ad ſuum beneficium redire abſque datione alterius executoris, vel alia noua collatione, *Rot. deciſ. fin. num. 6. in fin. & num. 7. hoc tit. in antiq. Rot. deciſ. 1. num. 6. in fin. atteſtans ita ſeruari hoc tit. in nou. licet Garc. de benef. part. xj. cap. 4. num. 7. & ſeq. dicat id eſſe ſpeciale in permutatione facta in manibus Papæ*, quia tunc beneficia permutata vacant de Iure, de facto; & in permutatione, licita eſt pœnitentia, re integra; *Vital. in clem. vn. num. 83, & 87. & ſeqq. hoc tit. & ibi Anchar. num. 5.*

Digitized by Google

Rot.d.deciſ.1. num.6. in fin. hoc tit. in nou. Permuta-
23 tio † contrahitur inter duos, inter tres non eſt vera permutatio, *Imol.in clem. vnica num.40. & ibi Can. Collect.in c.1.numer.9. & Achill. deciſ. 2.hoc tit.* vnde ſi Antonius renunciaret beneficium ſuum in fauorem Alexandri, & Alexander beneficium ſuum in fauorem alterius intuitu Antonij, non eſt permutatio, quia non permutant ad inuicem beneficia ſuæ, *c. cum vniuerſorum hoc tit. Franc. poſt Io. Andr. in c.1. ſub num.3. circa finem eod.in 6. & ibidem Anchar.* & iſtæ quadrangulares & triangulares permutationes cenſentur Simoniacæ, quia in eis reſignationes non fiunt liberæ, *Pan. in d. c. cum vniuerſorum num.4. & 5. Ioan. Andr. in c. vnico ſub nu. 2. hoc tit. in 6. c. ex parte 1. & ibi gl.2. de off. deleg. Caputaq. deciſ.325. part.2.* & beneficia poſſunt impetrari tanquam vacantia cum collatio non teneat, *c. ordinationes, & c. ſeq.1.q.1. Collect. in c.1.num.9. & 10. hoc tit. Pan. in d.c. cum vniuerſorum n.5. in fin.*

24 Beneficia reſignata † in Curia cauſa permutationis, non vacant in Curia, quia ſunt reſignata ſub modo, qui niſi ſequatur non intelligitur facta renunciatio, *l. ſi me l. qui abſenti §. ſi quis ff. de acq. poſſ. Innoc. in c. inter cætera in princ. de præb. Rot. deciſ.4. hoc tit. in antiq.* vel ſub conditione tacita à Iure approbata, ſi ſuperiori placuerit transferre per-
25 mutantes, *c. quæſitum hoc tit.* & non † admiſſa ſiue ſecuta permutatione ſine culpa vtriuſque vacat extra curiam, ſi permutare volentes moriantur extra curiam, *l. cum te feud. C. de pact. inter empt. & vend. Ioan. Andr. in c. vnico ſub n.5. hoc tit. in 6. Rot. de-*
26 *ciſ.4.n.2. eod. in antiq.* ſi autem vnus † permutare volentium moriatur extra curiam non facta permutatione, ſuperuiuenti confertur beneficium mortui, & in eius perſona perficitur permutatio, & Bulla per Cancellariam expeditur, *Rot. d. deciſ. 4. n.3. hoc tit. in antiq. arg. l. iure ciuili cum ibi not. ff. de cond. & demonſtr.* ac beneficium ſuperuiuentis vacat per reſignationem, *Rot. deciſ.10. de renunt. in antiq. Clem. vnica hoc tit. & ibi poſt gl. in verb. ex cauſa Can. Garc. de benef. part. xj cap.4.n.10.*

27 Permutatione beneficiorum † completa ex vna parte, ſi per alteram ſtet quominus impleatur? is qui impleuit reſtituitur ad ſuum beneficium auctoritate ſuperioris, *d.c. cum vniuerſorum, & ibi Pan. n.4. & Can. communiter Felin. in c. cum venerabilis n.xj. de except. Rot. deciſ. fin. n.6. hoc tit. in antiq.*
28 idem obtinet † ſi beneficium permutatum euincatur, vel alterum ex duobus beneficijs cum vno commutatis euincatur, & aliud dimittat vel dimittere paratus eſt, *Felin. in d.c. cum venerabilis n.xj. in fin. Pan. n.23. Rot. deciſ.3. hoc tit. in nou.* propria enim auctoritate ad beneficium permutatum redire non poteſt, quia cum permutatio ſit actus liber & voluntarius, *Pariſ. in d.c. cum venerabilis n.45.* beneficiumque vere vacauerit, non poteſt rehaberi ſine noua collatione & inſtitutione, *Rot. deciſ.1. in 3. dub. & deciſ. 3. hoc tit. in nou. & deciſ.7. eod. in antiq. & deciſ. 10. de renunc. in antiq. c. ex frequentibus de inſtit. cum ibi not.* niſi in bullis permutationis ſit clauſula, vt alteri ex permutantibus, ſi compermutans facit ne permutatio ſortiatur effectum, liceat etiam propria auctoritate ad beneficium redire, *arg. c. ſi beneficia de præb. in 6. Mandoſ. de ſign. grat. tit. permutationes verſ. clauſula, vt alteri &c.* quo caſu poſſeſſione vacua, propria auctoritate redire poteſt, quod non eſt permiſſum ſi alius occupauit beneficium, *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. l. cum hæredes, & ibi not. ff. de acquir. poſſeſ. Inn. in c. tranſmiſſam ſub n.1. verſ. & poſſunt hæc habere locum de elect. Rot. deciſ.7. de reſt. ſpol. in antiq.* Interdum Papa concedit compermutantibus, vt in dictis quondam antiquis & prioribus beneficijs poſſint remanere, *Lap. alleg.89. ſub n.2. verſ. primum caput.* An æquitas *l. 2. C. de reſcind. vend.* habeat locum in permut. beneficiorum, *vide Bell. de permut. benef. part. 2. quæſt. 2. n.7. & pluribus ſeqq. vſque ad finem, & Bald. obiter aliter ſentientem in d. l. 2. numer.22.*

De Feudis.

Titulus XX.

SVMMARIA.

1 *Feudi definitio.*
2 *Feudatarij circa obſequia & ſeruitia libertis æquiparantur.*
3 *Feudum eſt contractus nominatus.*
4 *Quænam actio ex eo detur.*
5 *Vaſalli omnes fidelitatem facere debent.*
6 *Inueſtitura per quos teſtes probetur.*
7 *Fœmina in feudo non ſuccedunt.*
8 *Feudum in dubio præſumitur ex pacto & prouidentia.*
9 *Prælati eccleſiæ non poſſunt res Eccleſiæ infeudare.*

10 Limi-

Digitized by Google

10 *Limita dictam regulam in quinque caſibus.*

11 *Vaſallus priuatur feudo ex eiſdem cauſis ob quas filius poteſt exhæredari, coniugi olim poterat dare libellus repudij, donatio inter viuos perfecta reuocari & libertus vt ingratus in ſeruitutem redigi.*

12 *Vaſallus ſine permiſsione Domini feudum diſtrahens vel pro anima iudicans, vel alteri oppignorans vel aliquod commercium ſuper feudo excogitans actu & facto pratio & feudo ipſo iure priuatur.*

13 *Excepta ſub infeudatione facta ſine fraude & oppignoratione feudi à vaſallo ipſi domino.*

14 *Dominus an poſsit alienare feudum vaſallo inuito.*

15 *Vaſallus ſi per annum & diem inueſtituram non petierit, feudum amittit.*

16 *Vaſallus ſi filius eius dominum offenderit, ipſum à ſe ſeparat, alioquin feudum amittit.*

17 *Vaſallus feudum inficiens fraudulenter feudum amittit.*

18 *Dominus proprietate priuatur ex omni Felonia, qua vaſallus feudo priuatur.*

19 *Caducitas incurſa per prædeceſſorem non poteſt declarari contra ſucceſſorem vel hæredem.*

20 *Ius reuocandi feudum propter ingratitudinem non tranſit ad hæredem ipſius domini.*

21 *Domini an ſit cognitio de controuerſiis feudi.*

SVBNECTIT hunc titulum, quia feudum eſt ſpecies alienationis, *c.1.§.fin. de inueſtit. de re alien.fact.* nam eſt beneuola † & perpetua conceſ-
1 ſio rei immobilis, vel æquipollentis, cum tranſlatione vtilis dominij proprietate retenta, ſub homagio ſiue fidelitate & exhibitione ſeruitiorum, *c.1.§.fin.in quib.cauſ feud. amit.Bald. in prælud. feud. num.7.& 8.Zabarm.c.2. in quæſt.14.& quæſt.*
2 *15.hoc tit.& ibi Imol. & Can.* feudatarij † circa obſequia & ſeruitia libertis æquiparantur. *Bald. in l. libertinum.41. C.de oper. libert.gl.in c.1. in verb.ſalua reuerentia,de mil.vaß. qui cont.eſt gl.in l.ſolo,C. de lib. cauſ.gl.in l.2.in verbo nati C.de lib. & eorum lib. Iaſ.in l.ſi non ſortem § libertus in princip. ff.de condict.indeb.*
3 feudum eſt † contractus nominatus proprio nomine & ſingularibus conſuetudinibus & naturis diſcretus, *Bart.in l. iuris gentium §.quinimmo n.19. ff. de pact. Bal. in c. quæ in Eccleſiarum n.84.& ſeq.& ibid.Imol.de conſtit.* habet enim formam iuramenti fidelitatis & inueſtituræ, *c. de forma 22. quæſt.5. c.1.de forma fidelitatis: c.vnico de nou.form.fidel.* quæ in dubio facta præſumitur præſenti, *Felin.in c.ſenor n.3.de re iud.vbi late tractat, quando præſumitur, præſentia, & Can.* quod ſi concedens feudum induxit vaſallum in poſſeſſionem naturalem feudi,
datur † vaſſallo vtilis rei vindicatio contra ex- 4
traneum & contra dominum, quia vtilis tunc præfertur directæ, *c. 1.verſ. rei autem de inueſtit.de reb.al.fact.c.1.de controu.int.vaſſall & alium de benef. & vtrobiq; gloſſ.* ſi inueſtiuit vaſallum verbo aut alio actu corporeo puta haſta aut enſe, non competit vaſſallo rei vendicatio quod talis inueſtitura non transferat poſſeſſionem aut dominium, *c.2.& ibi Bald.n.2.& DD.quid ſit inueſtitura, c.ex ore de his quæ fi.à maior.par.cap.c.auctoritate de inſtit.* niſi fiat in præſentia rei, *l. quod meo §. ſi venditorem 2. reſp.ff. de acq.poſſ. Pan.in c.per tuas in fin.de donat.* ſed compellitur dominus poſſeſſionem feudi, de quo inueſtituram fecit præciſe tradere, prætermiſſa condemnatione ad intereſſe, *§. ſi facta c.1. ſi de feud.def.cont ſit int. dom.& agnat.vaſſ.* ſi eſt facta ſola promiſſio de inueſtiendo, datur vaſſallo contra dominum actio ex contractu feudi, *Bart.in l. vnica n.10. ff.de cond.ex lege.* quæ variatur in directam, quæ datur domino, & contrariam quæ datur vaſſallo, *Bart.in l.commodati § 2.ff.commod.* vel condictio quæ naſcitur ex moribus ſeu vſibus feudorum, *Bald.in rubr.C.n.14.de cond.ex lege Iaſ.in præl.feud. num.35.& 36.* aut ſi vallata ſit ſtipulatione, actio ex ſtipulatu, quia in ea deducitur factũ incertum, nempe promiſſio de inueſtiendo, *Inſt. de verb.oblig.in princ.l.vbi aut §.qui id quod ff.de verb. oblig.l ſi quis certum ff. ſi cert.pet.* Econtra dominus aget ad ſeruitium actione ex ſtipulato ſi fuit ſtipulatione promiſſum, vel actione ex contractu feudi, vt dictum eſt, vel condictione ex moribus, *gl. fin. in c.1.§.fin. de cap. qui iur.vend. Paulo ante fin.*
Omnes vaſſalli † fidelitatem facere debent, niſi 5
nominatim & expreſſe ſit dictum, quod ſit francum, id eſt ſine fidelitate conceſſum, quia excedit naturam recti feudi etiam nobilis, *Bald.in c.inter dilectos n.8.& 10.de fid.inſtr.*

Probatur inueſtitura † ſi feudum eſt antiquũ, 6
per quoſcumque Teſtes, præter fœminas, ſi feudum eſt nouum per pares Curiæ tantum, id eſt alios Conuaſſallos, *c.vnico, qui teſt. ſint, nec ad prob. nou.in veſt. & ibi Bald. n.1. latius diſtinguit.*

Fœminæ † in feudo non ſuccedunt, niſi de eis 7
nominatim ſit dictum, *c.vnico in fin.in quib.cauſ. feud.amitt.* & filijs maſculis non extantibus, *c.1.§.*

ſi filia.de

filia de ſucceſſ. feud. maſculis extantibus, fœminæ
vlterius non admittuntur. *c. 1. §. fin. Epiſc. vel Abb.
feud. non poſſ. c. vnic. de eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis
maſc. vel fœm. inueſt.*

Feudi diuiſio multiplex eſt, vt patet ex arbore
feudorum impreſſa poſt libros feudorum, ad quã
8 me refero, Feudum in dubio † præſumitur ex
pacto & prouidentia & non hæreditarium, *Mynſ.
obſer. 2. cent. 4.*

9 Prælati Eccleſiæ † non poſſunt res Eccleſiæ in-
feudare, *Vt in rubr. & nigr. Epiſcop. vel Abb. feud. dar.
10 non poſſ.* fallit in feudo deuoluto † ad Eccleſiam;
ſecundo, in feudo per vaſſallum alienato ſine
licentia Eccleſiæ & per vaſſallum amiſſo, de quo
Prælatus poteſt inueſtire filium vel conſangui-
neum alienantis, quia aliud eſt alienare de nouo,
aliud antiquum concedere Tertio in feudo alie-
nato, quod per Eccleſiam facile non poteſt recu-
perari, quod poteſt Prælatus alicui laico in feu-
dum concedere qui illud recuperet, & in feu-
dum ab eccleſia recognoſcat, *c. fin. hoc tit. & ibi gl.
& Can.* Quarto, ratione ſeruitij ipſi Prælato præ-
ſtiti, *c. per tuas de donat. & ibi Pan. n. 2. & Can.* Quin-
to, poſſunt prælati reintegrare feudum conceſ-
ſum ad menſuram promiſſam, *d. c. per tuas, & ibi
Pan. n. 1. & 3. & Can.*

11 Vaſſallus priuatur feudo † ex eiſdem cauſis ob
quas filius poteſt exhæredari, coniugi olim pote-
rat dari libellus repudij, donatio inter viuos per-
fecta poteſt reuocari, & libertus vt ingratus in
ſeruitutem redigi, *c. 1. §. item qui Dominum, verſ.
prædictis, quæ fuit 1 cauſ. benef. amitt.* Tamen poſſeſ-
ſionem feudi non amittit, niſi per ſententiam
priuationis ſiue declaratoriam, *c. 1. in princ. de feud.
ſine culp. non amitt. & ibi Afſl. n. 13. & DD. Gail. obſ. 51.
lib. 2.* Sunt multæ cauſæ ſpeciales ob quas vaſſal-
lus feudo priuatur, enumeratæ in titulis, *quibus
mod. feud. amitt. libr. 1. In quib. cauſ. feud. amitt. & quæ
fuit 1. cauſ. benef. amitten. lib. 2.* Ingratitudo probari
debet per quinque Teſtes ſummæ atque integræ
opinionis, *c. vnico, quot teſtes ſint neceſſ. ad prob. feu-
12 dat. ingrat.* Ego paucas enumerabo. Vaſſallus † ſi-
ne permiſſione domini expreſſa vel tacita, *gl. in
c. 1. in verb. ipſorum permiſſu feud. alien. per Lotar. c. 1. §.
præterea, & ibi gl. in verb. regreſſum quib. mod. feud. a-
mitt. Clar. in §. feudum quæſt. 31 n. 13.* feudum in to-
tum vel partem aliquam diſtrahens, vel pro ani-
ma iudicans, vel alteri oppignorans, vel aliquod
commercium ſuper feudo excogitans, actu vel
facto, (requiritur enim actualis traditio, & non
ſufficit clauſula conſtituti,) *Bald. in c. 1. §. aut ſi li-
bellario n. 4. quib. mod. feud. amitt. lib. 1. & ibi DD. clar.
in §. emphyteuſis quæſt. 13. n. 3. & 4. Greg. 15. deciſ. 388.
n. 2. & ibi annot. & deciſ. 520. & ibi annot.* pretio &
feudo, ipſo iure priuatur quod ad dominum li-
bere reuertitur nulla præſcriptione obſtante.
Notarius qui ſuper tali contractu inſtrumentum
conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, infamiæ
periculum ſuſtinet, & amittit manum, *c. 1 de pro-
hib. feud. alien. per Lothar. c. 1. de prohib. feud. alien. per
freder.* Excepta † ſub infeudatione facta ſine 13
fraude, *c. 1. § inſuper, & ibi gl. in verbo alium vaſſal-
lum, & DD. de prohibit. feud. alien. per freder. Mynſing.
obſ. 62. cent. 1.* & oppignoratione feudi à vaſſallo
facta ipſi domino, qui ſi abſtinuerit à ſeruitio vaſ-
ſalli, non tenetur fructus in ſortem computare,
c. 1. hoc tit. Franc. Marc. deciſ. 610. part. 1. Dominus
non poteſt † alienare feudum vaſſallo inuito, per 14
viam delegationis, ſed per modum ceſſionis po-
teſt vaſſallo inuito, ſi alienat cum Curia, ac etiam
ſine curia; Dummodo totam proprietatem alie-
net, *c. 1 §. ex eadem lege, & ibi Bald. n. 1. & DD. de leg.
Corrad. Put. deciſ. 37. lib. 1. plures citans late Felin. in c.
dilecti ſub n. 1. in gl. ſuper verbo, hominibus inuitis, de
maior. & obed.* Quia licet domino de proprietate
ſua diſponere, cum proprietas non ſit affecta, ſi-
cut licet alienare cum prædio aſcriptitios, & cen-
ſitos etiam inuitos, quamuis ipſi ingenui ſint, *L.
quemadmodum, & l. ne diutius, & ibi gl. in verb. intelli-
gatur. C. de agric. & cenſit. lib. xj.* Secundo, ſi quis in-
feudatus maior quatuordecim annis, ſua in cu-
ria, vel negligentia per annum † & diem ſteterit, 15
quod feudi inueſtituram non petierit, tranſacto
hoc tempore feudum amittit, & ad dominum
redit, *c. 1. in fin. princ. de prohib. feud. alien. per freder.
Mynſ. obſ. 9. cent. 5.* ſi iuſta cauſa impeditus non pe-
tierit, non amittit feudum. *c. quoniam de prohib.
feud. alien per Lothar.* Tertio, ſi filius † aut aliquis 16
ex domeſticis vaſſalli dominum offenderit, Pater
à domino requiſitus deducit filium ad ſatisfaci-
endum domino, vel à ſe filium ſeparat, alioquin
feudo priuatur, ſi pater vult eum deducere, vt ſa-
tisfaciat, & filius contemnit, Patre mortuo in
feudo non ſuccedit, *c. 1. §. inſuper de prohib. feud. a-
lien. per freder.* Quarto vaſſallus feudum † infi- 17
cians fraudulenter, ſi dominus contra eũ proba-
uerit, feudum amittit, *§. fin. c. 1. de lege Corradi.* alias
cauſas in locis præcitatis lector videre poterit.

Ex omni

18 Ex omni felonia † qua vaſallus feudo priua-
tur, dominus proprietate priuatur. *c. vnico. Qual.*
19 *Domin. propr. priuetur.* Caducitas † incurſa per
prædeceſſorem non poteſt declarari aduerſus
ſucceſſorem vel hæredem, Ius quoque reuocan-
20 di feudum † propter ingratitudinem vel felo-
niam non tranſit ad hæredem ipſius Domini, *l. 1.
in fin. & l. fin. C. de reuoc. donat. & ibi Bald. Salic. &
DD. c. fin. & ibi gloſ. fin. & Can. de donat. Caſſad. de-
ciſ. 2. de locato Mynſ. obſ. 97. cent. 3.* præterquam in
caducitate quæ incurritur vigore pacti quia illa
reuocatio fit de iure communi & ideo hæredi &
in hæredem competit. *Bald. in d. l. fin. num. 2. Salic.
num. 4. & DD. communiter Gregorius xv. deciſ. 529.
num. 16. & 20. Ant. Gabriel. de criminalib. concluſ. 35.*
21 *vbi ponit plures ampliat. & limit.* Domini eſt † co-
gnitio, ſi inter duos vaſallos de feudo ſit contro-
uerſia, & per eum controuerſia terminatur, tum
in petitorio quam etiam in poſſeſſorio quando
poſſeſſorium reſpicit adminiculum petitorij. *Bal.
in c. 1. num. 2. de lege Corradi Prapoſ. in c. 1. ſub nu. 6.
verſ. quid autem ſi inter vaſallos vertatur quæſtio in
poſſeſſorio ſolo Apud quem vel quos quæſt. feud. deb.
term. & ibi Aluarot. ſub num. 3. late diſtinguit §. fin. de
prohib. feud. alien. per Freder. & ibi DD.* ſi inter do-
minum, & vaſſallum lis oriatur, per pares curiæ
à domino ſub fidelitatis debito coniuratos ter-
minatur *c. 1. § fin. verſ. præterea, de prohib. feud. alien.
per Freder. Mynſ. obſ. 99. cent. 1. & obſ. 89. cent. 4. &
obſ. 75. cent. 5.* coram quibus non habet locum re-
conuentio ſuper negotio non feudali. *Mynſ. obſ.
90. cent. 4. Bald. in c. præterea num. 12. & ſeqq. de pro-
hibita feud: alienat. per Frid.* & ad quem in vtroque
caſu ſit appellandum *tradit Mynſ. obſ. 5. cent. 5.* ſi
dominus non habet Pares Curiæ, tunc iudicis il-
lius, qui conuenitur, vel eius, in cuius foro res eſt
ſita, erit cognitio, *l. 2. C. de iuriſd. omn. iud. l. fin. C.
vbi in rem actio. &c.* Idem obtinet ſi inter domi-
num, & alium, qui non ſit vaſallus, de feudo
quæſtio eſt, vel inter vaſſallum, & alium, vt ſub
alio iudice, ſub cuius iuriſdictione erunt, vel res
eſt ſita, terminari debeat. *§. ſi iudex verſ. ſi
duo, & verſ. ſeq. de pac. tenenda. c. 1.
verſ. ſi autem de l. Cor-
ral.*

*De pignoribus, & alijs cautioni-
bus.*

Titulus XXI.

SVMMARIA.

1 *Beneficiorum fructus non veniunt in ſimplici obli-
gatione facta per clericum.*

2 *Pignus non recipit diuiſionem inter hæredes licet a-
ctio perſonalis inter eos ipſi iure ſit diuiſa pro por-
tionibus hæreditarijs.*

SVBDIT hunc titulum, quia oppigneratio rei
ſpecies eſt alienationis, *c. 2. & 3. hoc tit. cap. nulli
de reb. eccl. non alien.* De ſeruiana, & quaſi ſeruia-
na, quæ dantur creditori tractatur *in Inſtit. Imper.
tit.* de action. §. item ſeruiana, & pignoratitia a-
ctione quæ datur debitori ſoluto debito pro re-
petitione rei oppignorata in Inſtrum. Imper. tit.
quib. mod. re contrah. oblig. § fin. In ſimplici obliga-
tione facta per clericos non veniunt fructus † be- 1
neficiorum ſuorum; ita quod fructus debeant
creditoribus applicari, niſi in vtilitatem eccleſiæ
debitum eſſet contractum; ſed ad ſolutionem
debitorum per eos contractorum poſſunt capi in
cauſam iudicati: *c. peruenit, & ibi Innoc. in verb. red-
ditibus Hoſt. num. 7. & Can. de fideiuſſ. Rot. deciſ. vni-
ca de ſolut. in antiq.* Pignus † non recipit diuiſio- 2
nem inter hæredes, licet inter eos actio perſona-
lis quæſita ex lege duodecim tabularum pro por-
tionibus ſcindatur, *l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plur. hær.
cred. vel deb. port. ſuam deb. ſol. vel acc.* & vnus non
poteſt in ſolidum pro toto credito conueniri, et-
iamſi alter cohæres non eſſet ſoluendo, *Greg. 15.
deciſ. 442. & ibi add. allegat. Gomeſ. de indiuid. tom.
2. cap. 10. ſub num. 3. verſ. & procedit etiamſi l. pacto,
& ibi gloſſ. 1. C. de pact. l. 3. ff. famil. hercisc. ibi, vt quis
totum ſolui debeat l. ea quæ C. famil. hercisc. & ibi glo.
mag. l. 1. & l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. & ibi gl.
mag. ponit aliquot fallent. & DD. l. 1. C. ſi cert. pet. l. 1.
C. de ann. & trib. lib. 10.* Vnde ſi creditor decedat
relictis pluribus hæredibus, & vni hæredum ſol-
uatur pro parte ſua, pignus non liberatur, ſed in
ſolidum cuique tenetur, & poſſunt reliqui hære-
des totum fundum vendere oblato debitori eo,
quod cohæredi eorum ſoluit, *l. ſolutum §. ſi credi-*

Digitized by Google

torī ff. de pignor. act. etſi vnus ex pluribus hæredibus debitoris portionem ſuam ſoluerit, tamen tota res pignori data venire poterit, *l. ſi neceſſarias §. ſi vnus ff. de pign. act. l. quandiu l. vnus C. de diſtract. pign.* & vnus hæredum debitoris pignora poſſidens in ſolidum conuenitur, & non pro portione hæreditaria, *l. fin. C. ſi vnus ex pluribus hæred.* quia actio hypothecaria eſt realis.

De Fideiuſſoribus.

Titulus XXII.

SVMMARIA.

1 *Videantur inſtit. imperialis* hoc tit.
2 *Prohibetur clericis & religioſis ne eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis debitis grauent.*

DICTVM eſt de pignoribus, quæ dantur, aut conſtituuntur vt creditori ſaluum ſit ſuum
1 creditum, nunc dicendum eſt de † fideiuſſoribus, qui pro alienis debitis intercedunt de quibus vide Inſtit. Imper. hoc eod. tit. Prohibetur
2 clericis † & religioſis, ne eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis debitis grauent, ſi ſecus fecerint eccleſia ad ſolutionem talium debitorum non tenetur, & clericus ipſo iure eſt ſuſpenſus ab adminiſtrationes ſpiritualium & temporalium; ac eccleſiam indemnem reddere tenetur, *cap. ſi quorumdam de ſolut.* Religioſus vero grauiori diſciplinæ ſubijcitur, *c. penult. hoc tit.*

De Solutionibus.

Titulus XXIII.

SVMMARIA.

1 *Soluiſſe dicitur non tantum is qui pecuniam numerauit verum omnis qui obligatione qua tenebatur liberatus eſt.*
2 *Creditor non cogitur recipere principale debitum niſi acceſſorio oblato.*

OBLIGATIONES de quibus dictum eſt ſolutionibus tolluntur, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* Ideo ſubnectit hanc rubricam; Dicitur † ſoluiſſe is, non tantum, qui pecuniam nu- 1
merauit, verum omnis omnino, qui obligatione, qua tenebatur, liberatus eſt, *l. 4. §. condemnatum, verſ. ſoluiſſe ff. de re iud.* per alios modos, quibus tollitur obligatio notatos in Inſt. Imper. *tit. quib. mod. toll. obligat.* ad quem me remitto, quando vnum debitum eſt principale & aliud acceſſuum quamuis acceſſorium eſt illiquidum non cogitur † creditor recipere principale, niſi acceſſorio 2
oblato, *Iaſ. in l. quidam exiſtimauerunt ſub num. 6. in 3. limit. verſ. 2. intellige. Alex. num. 8. ff. ſi cert. pet. & ibidem DD. per l. tutor §. Lucius ff. de vſur. approb. à Rot. Caſ. deciſ. 8. n. 8. & 9. de reſtit. ſpol.*

De Donationibus.

Titulus XXIV.

SVMMARIA.

1 *Clerici res eccleſiæ donare non poſſunt.*
2 *Vt donatio teneat duo copulatiue requirantur, vt fiat in caſu licito, & ſi excedat ſummam præfinitam quod ſeruetur ſolemnitas requiſita.*
3 *Præfata non requiruntur in caſibus in quibus tutor dare poteſt, aut quando donat aliquid de redditibus eccleſiæ.*
4 *Clericis interdicitur ne ſtudeant conſanguineos familiares ſiue ſuos ex redditibus eccleſiæ augere.*
5 *Donatio inter viuos in dubio præſumitur.*
6 *Donatio ob bene merita cenſetur facta ex cauſa onerosa.*
7 *Interpretatio in contractibus plena in teſtamentis plenior, in beneficijs & donationibus pleniſſima eſt adhibenda.*
8 *Clauſula,* concedimus vobis illam eccleſiam, *explicatur.*
9 *Donata res eccleſiæ ſub modo irreuocabiliter fit eccleſiæ, niſi in contractu ſit expreſſum quod modo ceſſante debeat reuocari.*
10 *Donatio facta alicui pro ſe & deſcendentibus ex ſuo corpore natis, moriente vltimo ex deſcendentibus non reuertitur ad donantem ſed tranſit ad hæredes extraneos donatarij.*
11 *Donator de euictione non tenetur.*

CLERICI ſuper rebus Eccleſiæ ſibi commiſſæ contractus inire poſſunt, vt dictum eſt,

tas ve-

1 eas vero † donare non poſſunt regulariter, quia rerum eccleſiaſticarum ſunt procuratores & nõ domini, conditionem eccleſiæ meliorare poſſunt, deteriorem facere non debent, *c. 2. hoc tit.*
2 Vt donatio † teneat duo copulatiue requiruntur vt fiat in caſu licito, puta eccleſiæ vel loco religioſo, *Clem. 2. de reb. eccl. non alien. c. paſtoralis, & c. ſeq. hoc tit. c. ſi epiſcopus vnam, 12. quæſt. 2.* vel pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, *c. aurum 12. quæſt. 2. c. 3. & ibi gloſ. fin. hoc tit.* & ſi excedat ſummam à canonibus præfinitam; *c. apoſtolicæ in fin. hoc tit. c. ſi quis 3. c. ſi quis 12. quæſt. 2.* vel potius conſiderata qualitate & quantitate rei donatæ & loci conſuetudine, *c. cæterum, & ibi Anch. in 4. not. Pan. ſub num. 1. & 3. & Can. hoc tit.* quod ſeruetur ſolemnitas debita: *c. ſine exceptione c. ſi epiſcopus vnam 12. quæſt. 2. dictum eſt ſupra de reb. eccl. non alien.* altero deficiente donatio eſt ipſo iure nulla: *c. 2. & ibi Pan. num. 5. & Anch. in c. apoſtolicæ num. 7. hoc tit.* vtroque interueniente valet donatio, & ſi eſt grauoſa multum eccleſiæ, reuocabitur per in integrum reſtitutionem. *Anch. in d. c. 2. in fin. & Pan. num. 2. hoc tit. Archid. in c. placuit ſub numer. 1. verſ. ſed pro prima ſententia 16. quæſt. 2.*
3 Præfata † non requiruntur in caſibus, in quibus tutor dare poteſt, *l. cum plures §. fin. & l. cum tutor §. fin. ff. de adminiſt. tut.* aut quando donat aliquid de redditibus Eccleſiæ, quos facit ſuos, *c. preſenti de off. ord. in 6. Pan. in d. c. cæterum nu. 4.* aut de mobilibus emptis ex fructibus eccleſiæ: *c. adhac de teſtam.* Ex decretis Concilij Tridentini interdicitur
4 † epiſcopis & quibuſcumq; eccleſiaſtica beneficia tam ſæcularia, quam regularia obtinentibus, ac etiam S. R. E. Cardinalibus, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos ſtudeant augere, qui ſi pauperes ſint, ijs, vt pauperibus diſtribuere permittit. *c. 1. ſeſſ. 25.*

Donationum duo ſunt genera, mortis cauſa, & non mortis cauſa quæ inter viuos appellatur, vt latius traditur *in inſtit. Imper. hoc tit.* In dubio
5 præſumitur † donatio inter viuos, etiamſi fiat ab infirmo. *l. Seia §. fin. ff. de mort. cauſ. donat. & ibi Bart. & DD. gl. 1. in l. fin. C. eod. & ibi DD. Iaſ. in l. qua dotis nu. 26. & ſeqq. ff. ſol. matr.* donatio ob be-
6 nemerita † cenſetur facta ex cauſa oneroſa, *l. Ariſt. l. hoc iure §. 1. & fin. ff. hoc tit.* & eſt irreuocabilis etiam ob vitium ſubſequens ingratitudinis. *l. ſi pater §. fin. ff. hoc tit. & ibi gl. pen. Rom. ſing. 520. donatio. Rom. conſ. 298. numer. quarto & ibi Add. & fuſius in l. ſi vero §. de viro num. 46. ff. ſol. matr.*

In contractibus plena † in teſtamentis plenior, in beneficijs & donationibus pleniſſima 7
interpretatio eſt adhibenda, *c. cum dilecti hoc tit. §. peculium Inſtit. de legat. l. 1. C. de pec. eius, qui lib. mer.* Ideo ſi epiſcopus, conſentiente patrono, viris religioſis aliquam eccleſiam concedendo vtatur hac ſimplicitate verborum, † *concedimus vobis il-* 8
lam eccleſiam, patronus Iuspatronatus, epiſcopus portionem fructuum, quam percipiebat in eadem eccleſia, vel ſi ex ipſius prouentibus nullam debeat portionem habere, omnes prouentus, præter cathedraticum, in eorum vſus conuertendos donaſſe videtur, *c. paſtoralis hoc tit.* & ſi pleno iure conceſſerit eccleſiam monaſterio exempto, etiam cathedraticum cum correctione, viſitatione, procuratione, reuerentia & charitatiuo ſubſidio cenſetur conceſſiſſe. *Calder. conſ. 5. de reb. eccl. non alien. de cuius veritate dubitari poteſt propter c. viſis, & ibi gl. in verb. traditæ 16. quæſt. 2. & not. per Collect. in c. cum venerabilis num. 5. de cenſib. & c. Pan. in c. cum olim el 2. num. 4. de priuil.* Res donata † ec- 9
cleſiæ ſub modo ſtatim & irreuocabiliter fit eccleſiæ, niſi in contractu ſit expreſſum, quod modo ceſſante debeat reuocari, *c. verum de condit. appoſ. l. 2. §. fin. & l. ſeq. & ibi DD. ff. de donat. Pan. late in c. verum num. 26. & ſeqq. & ibi Can. de for. comp.*
Donatio † facta alicui pro ſe & deſcendentibus 10
ex ſuo corpore natis, moriente vltimo ex deſcendentibus non reuertitur ad donantem, ſed tranſit ad hæredes extraneos donatarij, quia iſta eſt natura donationis vt ſit perpetua, *l. 1. ff. de donat. l. Senatus ff. de mortis cauſ. donat. §. alia, & §. ſciendum Inſtit. de donat.* remanetque penes vltimum morientem ſine deſcendẽtibus ſine vllo onere & grauamine, ſicut fideicommiſſum ſimili modo relictum, *l. cum pater §. libertis in fin. ff. de legat. 2. Achill. deciſ. 1. hoc tit. Greg. 15. deciſ. 542. n. 8.* Donator † de 11
euictione non tenetur, ſed de dolo ſi interceſſerit. *l. Ariſt. §. fin. ff. de donat. l. 2. C. de euict. Greg. 15. deciſ. 340. numer. 4. & ibi annot.*

De Peculio clericorum.

Titulus XXV.

S V M M A R I A.

1 *Clerici duplex habent peculium, profectitium quod prouenit ex rebus eccleſiæ vt ſunt bona mobilia, & prædia acquiſita intuitu eccleſiæ ex oblationibus & eius fructibus quæ acquirunt ipſi eccleſiæ etiamſi proprio nomine emerint.*

2 *Laicale quod ante promotionem vel poſt promotionem, artificio paterna ſucceſſione, aut dono conſanguineorum vel amicorum intuitu perſonæ clericis obuenit & aduentitium vel quaſi caſtrenſe dici poteſt de quo libere diſponunt.*

3 *Clerico qui induſtriam impendit in rebus eccleſiæ plantando vſus meliorationum conceditur ad vitam etiam poſt dimiſſionem eccleſiæ aut priuationem ob crimen.*

4 *Clericis de peculio profectitio an liceat facere teſtamentum vel legatum.*

5 *Profectitium peculium in dubio præſumitur.*

6 *Clericus habens vtrumque patrimonium poteſt bona eccleſiæ pro victu conſumere & patrimonialia aliaq́; lucra conſeruare.*

7 *Profectitium peculium reſeruatur ſucceſſori vacante cathedrali regulari vel collegiata eccleſia.*

8 *Obuenientia quoque tempore eccleſiæ vacantis ac emolumentum ex iuriſdictione vel alias vndecunque prouenient futuro ſucceſſori ſunt reſeruanda.*

9 *Niſi tunc certe dignitati competat iuriſdictio cum eius emolumentis.*

10 *Pœna clericorum occupantium & ſurripientium aut inter ſe diuidentium bona dimiſſa aut obuenientia tempore vacationis.*

11 *Pœna laicorum vſurpantium bona eccleſiarum vacantium ſub nomine iurium.*

12 Canonicatu *aut portione vacante in eccleſia collegiata, bona per prædefunctum intuitu eccleſiæ acquiſita & fructus durante vacatione cedunt capitulo.*

13 Dignitate *aut perſonatu vacante ſi communia ſint bona dignitatis & canonicatuum, tunc relicta & redditus durante vacatione deuoluuntur ad capitulum ſi bona diſtincta ſint tunc reſeruantur ſucceſſori.*

14 *In cæteris quibuſcunque eccleſiis & prioratibus non collegiatis quando eas vacare non contigerit bona in ipſis inuenta ſiue vacationis tempore obuenientia debent futuris ſucceſſoribus reſeruari.*

15 *Pœna præſumentium ea occupare.*

16 *In Gallia rex iure regaliæ mortuo epiſcopo habet omnia pretioſa mobilia ac tempore apertæ regaliæ fructus epiſcopalis dignitatis facit ſuos, habet cuſtodiam confert beneficia ac percipit omne id ſede epiſcopali vacante quod epiſcopus perciperet ſede repleta.*

17 *Regalia, cuſtodiam, aduocationis titulum in eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuslibet piis locis de nouo vſurpare conantium pœna.*

18 *Camera Apoſtolica de ſtylo Curiæ ſuccedit in bonis & fructibus per clericos dimiſſis & fructus quorumcunque beneficiorum vacantium percipit & ſpolia vocantur.*

19 *Summus Pontifex dat facultatem ſeu licentiam teſtandi de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis ad certam ſummam & religioſis parcius cum per clauſula de licentia eorum ſuperioris.*

De bonis paternis religioſis & monachis plerumque dat facultatem teſtandi.

20 *Summus Pontifex nonnunquam bona intuitu eccleſiæ acquiſita concedit aliis petentibus ex cauſa & appellatur ſpoliorum conceſſio.*

CLERICI diuerſo iure cenſentur ex diuerſitate peculii, quod duplex † habent, profe- 1
ctitium, quod prouenit ex rebus eccleſiæ, vt ſunt bona mobilia & prædia acquiſita intuitu eccleſiæ ex oblationibus vel eius fructibus quæ acquirũt ipſi eccleſiæ, *c. 1. c. 2. 3. & 4. hoc tit.* etiamſi proprio nomine emerint, *c. inquirendum hoc tit. l. ſi vt proponis, & ibi gloſſ. & DD. C. de rei vend.* quia clerici fructuum perceptorum ſunt domini, & habẽt eorum proprietatem, quantum ad fidelem & debitam diſpenſationem faciendam ſibi & ſuis, *cap. omnino 31. diſt. c. ſtudeat in fin. 50. diſt. c. non ſatis 86. diſt. late Arch. ibid. in c. ſtatutum ſub num. 13. in verb. de ſuo proprio de reſcript. in 6.* & ſi illicite diſtribuunt non tenentur ad reſtitutionem, ſed peccant mortaliter, *late Couar. in c. cum in officiis num. 2. & 3. de teſtam. plures citans,* exceptis diſtributionibu quotidianis, in quibus plus iuris & dominium conſequuntur, & de illis poſſunt teſtari; *Gemin. in c. vnico*

Digitized by Google

vnico §. qui vero num. 3. de cler. non reſid. in 6. Gemin.
in c. præſenti num. 15. & 18. de off. ord. in 6. Dec. conſ.
279. Bolognet. ad conſ. Ioan. de Anan. 87. numer. 5.
Couar. in c. cum in offi. ijs num. 4. de teſtam. & laicale
2 quod † ante promotionem, *c. 1. de teſtam. c. 1. &*
c. fixum 12. q. 2. vel poſt promotionem artificio,
paterna ſucceſſione, aut dono conſanguineorum
vel amicorum, intuitu perſonæ, clericis obuenit,
& aduentitium vel quaſi caſtrenſe dici poteſt, de
quo libere poſſunt diſponere, *c. quia nos, c. relatum*
el 2. verſ. cæterum de teſtam. c. fixum 12. q 5. gl in ſum-
ma d. q. 5. cauſ 12. c. quicumque & c. ſeq 12. quæſt. 3.
& ſi decedant ab inteſtato, ſuccedunt in eis con-
ſanguinei, & eis deficientibus eccleſia cui ſerui e-
bat tempore mortis, *c. 1. & ibi gloſſ. fin. & Can. de*
ſucceſſ. ab inteſt. c. ſi epiſcopus 2. reſp. & c. fin. 12. qu. 5.
An huiuſmodi bona habeant eadem priuilegia,
quæ bonis eccleſiarum conceſſa ſunt, aut ipſum
patrimonium ad cuius titulum ſunt promoti ad
ſacros ordines. *vide Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ,*
num. 7. & 10. de conſtit. gloſſ. fin. in c. 11. is de præben.
& ibi Pan. num. 6. & 8. & Can. Couar. var. reſol. lib. 1.
3 *cap. 4. num. 3. & 4.* Limita quando clericus † in-
duſtriam impendit in rebus eccleſiæ, plantando
in ſolo eccleſiæ vineam, vel agella faciendo, ce-
dit enim eccleſiæ augmentum & vtilitas rebus
ſuis annexa, conceſſo vſu meliorationum clerico
ad vitam, etiam poſt dimiſſionem eccleſiæ, aut
priuationem ob crimen: *c. fin. hoc tit. & ibi Ioann.*
4 *Andr. Anchar. & Can.* De profectitio † etiamſi
conſiſtat in mobilibus; *c. ad hæc de teſtam. & ibi glo.*
& Can. qualeſcumque ſunt clerici, & qualecum-
que beneficium obtineant, *c. relatum el 2. & Pan.*
in c. cum eſſes de teſtam. num. 21. & ſeqq. idem in d. c. 1.
in 2. notab. de ſucceſſ. ab inteſt. Garc. de beneſ. part. 2.
cap. 1. num. 9. & ſeqq. tex. in c epiſcopus 14. qu. 1. Co-
uarr. in c. cum in officijs numer. 6. de teſtam. licet alij
diſtinguant inter clericos habentes adminiſtra-
tionem, & non habentes adminiſtrationem, *Ge-*
min. poſt gl. in c. præſenti num. 13. 14. & 15. Franc. nu.
4. & ſeq. de off. ord in 6. Rot. deciſ. 41. ante fin. de
prob. in antiq. nullum poſſunt facere teſtamẽtum,
c. quia nos in fin. c. cum in officiis c. relatum el 2. de te-
ſtam. 12. q. 5. in ſumma, & c. nulli, & c. quia Ioannes
Franc. Marc. deciſ. 445. part. 1. & deciſ. 197. part. 2.
Guid. Pap. deciſ. 110. aut legatum, niſi tantumdem
de proprij iuris facultate ſuppleuerint, *d. c. fixum*
verſ. fin. c. ſi epiſcopus 12. q. 5. c. ſi quis qualibet 12. q. 2.
antequam teſtentur, poſt vero tantumdem con-
ferre non poſſunt, *Pan. in c. cum eſſes num. 31. de te-*
ſtam. aut extat conſuetudo, vt de mobilibus, pau-
peribus, locis religioſis, & illis qui ſeruierunt vi-
uentibus, ſiue conſanguinei, ſiue alij, aliqua, iuxta
ſeruitij meritum aut eleemoſynæ intuitu in vlti-
ma voluntate conferre poſſint, *d. c. ad hæc, & c. re-*
latum el 2. verſ. licet de teſtam. An valeat conſuetu-
do quod clerici (nam in epiſcopis & prælatis ta-
lis conſuetudo non obtinet, *Franc. Marc. qu. 445.*
part. 1. plures citans, & q. 197. part. 2. Couarr. in c. cum
in officiis numer. 9. de teſtam. dicens moribus receptum
eſſe, vt epiſcopus teſtandi licentia ſit neceſſaria,) de bo-
nis acquiſitis intuitu eccleſiæ, aut de fructibus
beneficiorum ſuorum percipiendis poſt mortem
vſque ad annum, vel biennium, libere poſſint te-
ſtari, *vide Franc. in c. præſenti numer. 2. 8. & 9. de off.*
ordin. in 6. & ibi Can. Io. Royas in epit. ſucceſſ. c. fin.
num. 39. Nicol. de Vbaldis, de ſucceſſ. ab inteſt. cler. cap.
fin. circa finem, Franc. Marc. quæſt. 445. num. 6. & 7.
par. 1. Couar. in c. cum in officiis, nu. 7. & 9. de teſtam.
& quomodo fructus eius anni in quo mortuus
eſt beneficiatus ſint diuidendi, *vide Couar. var. re-*
ſol. lib. 1. cap. 15. num. 12. Viuentes & ſui compotes
moderate aliqua donare valent, *d. c. ad hæc dictum*
eſt ſupra tit. de donat. Sed non immoderate, *c. cum*
olim de priuil. neque plures minimas facere dona-
tiones, quæ conſtituant vnam grauem. *Anchar. in*
cap. Apoſtolicæ in 10. not. & in 3. quæſt. de donat. & ibi
Can. In dubio † præſumitur peculium profecti- 5
titium, non laicale, *c. 1. vbi nullatenus detineri patia-*
ris de teſtam. gloſſ. 1. in c. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. Pan. in
c. vt vnus numer. 3. hoc tit. qui refert DD opiniones &
ibi Ioan. Andr. Clericus habens † vtrumque patri- 6
monium, poteſt bona eccleſiæ pro victu conſu-
mere, & patrimonialia aliaque lucra conſeruare,
late Menoch. de arbitr. caſ. 195. libr. 2. centur. 2. vbi
diſtinguit quatuor caſus.

Profectitium peculium quilibet clericus ſecu-
laris, *d. c. relatum 2. c. 1. hoc tit.* & regularis de con-
ſenſu ſuperioris, *c. monachi §. qui vero de ſtat. mo-*
nac. Card. in Clem. 2. §. ſed & talis in princ. de vit. &
honeſt. cleric. habere poteſt, Aduentitium poteſt
habere clericus, quicunque proprijs non renun-
ciauit, is qui renunciauit, non poteſt. *c. 1. & ibi glo.*
pen. de teſt. c. cum ad monaſt. in fin. de ſtat. monac.

Peculium profectitium † iure canonico reſer- 7
uatur ſucceſſori, *c. illud 12. quæſt. 2. & ibi gl. 1. & Can.*
Franc. Marc. quæſt. 197. part. 2. quia ſucceſſor tene-
tur ſoluere debita ſui prædeceſſoris, pro neceſſi-

tate Eccleſiæ contracta, *c.1. de ſolut. & Can. c. præſenti §. porro de off. ord. in 6. Rot. dec. 41. de prob. in antiq.* vel deuoluitur ad capitulum, *c. relatum el 2. §. nomine de teſt.* iuxta infraſcriptas regulas. vacante cathedrali, regulari, vel collegiata Eccleſia fructus & bona per prælatum dimiſſa, ſiue bona prælati ſint diſtincta, ſiue communia prælato & capitulo, *Taber. Clem. ſtatutum n. 8. Vital. n. 38. & ſeqq. de elect. contra gl. ibidem in verb. dimiſſu & Imol. ſub n. 15. & 16.* quæ ſubtiliter in inuentario ſunt deſcribenda, *c. charitate 12. quæſt. 2.* debere remanere in iure ac dominio Eccleſiæ, ſanxerunt canones ab apoſtolis editi, *c. ſint manifeſta 12. quæſt. 1.* Concilium Agathenſe habitum anno domini 439. *c. Epiſcopi 12. quæſt. 1.* ac Martinus ſanct. mem. Papa primus, in Concil. à ſe habito circa annum domini 647. *c. manifeſta 12. quæſt. 1.* Confirmauit Gregorius nonus aſſumptus ad Pontificatum anno domini 1227. *c. 1. de teſtam. concordant c. 1. 2. & 3. de pecul. cleric. c. ſacerdotes 12. quæſt. 4. & ibi Bellam. & Can. l. ſi vt proponis & ibi poſt gl. 2. Bald. n. 4. & DD. C. de rei vendic.* qui Canones de priuilegijs, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs nullam faciunt mentionem, ex ſententia Archidiaconi *in c. de laicis n. 4. 12. quæſt. 5.* Epiſcopus & eccleſia vocantur in ſemiſſem, ex opinione vero gloſſ. *in c. relatum el 2. in verb. vnus. de teſtam*, quam communiter Doctores ſequuntur, non deuoluuntur ad capitulum, ſed reſeruantur Epiſcopo & prælato, qui ſubſtituetur, *d. c. relatum el 2. c. hac huius placiti & ibi gl. in verb. reſeruare c. de laicis c. illud c. non liceat 12. quæſt 2. & vbique Gemin. Prepoſ. Bellam. & Can.* dimiſſa autem intelliguntur deducto ære alieno, *l. mulier. ff. de iur. dot. l. 2. in princ. verſ. illud ff. de collat. bon. Butr. in c. præſenti n. 5. de offic. ordin. in 6.*

8 Obuenientia † tempore Eccleſiæ vacantis, ac emolumentum ex Iuriſdictione, ſigillo Curiæ eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, vel alias vndecumque prouenienſ, quod ad prælatos, eccleſijs non vacantibus, pertinet per capitula & conuentus, qui in iuriſdictione & adminiſtratione ſuccedunt, *dictum eſt ſupra tit. ne ſede vacante &c.* deductis expenſis prius, & ſolutis debitis & oneribus, vel in vtilitatem eccleſiæ conuertenda, *c. præſenti de off. ordin. in 6. Franc. Marc. quæſt. 96. part. 1. vbi n. 3. explicat. d. c. de præſenti.* aut futuris ſucceſſoribus fideliter ſunt reſeruanda, ex Conſtitutione Bonifacij Papæ octaui creati anno domini 1294. *c. quoniam quidam 75. diſtinc. c. non liceat 1. & 2. c. illud 12. quæſt. 2. late Franc. Marc. quæſt. 94. & duabus ſeqq. part. 1.* non obſtantibus priuilegijs, ſtatutis, & conſuetudinibus, de eis inter canonicos diuidendis, quales conſuetudines viguiſſe in partibus Gallicanis atteſtatur gloſſ. *in d. c. quod ſæpe. in verb. conſuetudinibus. de elect. in 6. c. quia ſæpe de elect. in 6. Clem. ſtatutum de elect.* niſi tunc certæ † dignitati, ſiue 9 in eccleſia vacante, ſiue in alia ſit ipſa dignitas, competat Iuriſdictio cum ſuis emolumentis, *d. Clem. ſtatutum §. fin.* Ratio diuerſitatis eſt quia capitulum habet cuſtodiam, & adminiſtrat non ſuo ſed alieno nomine, *gl. in d. c. ſtatutum in verb. declaramus.* & qui debet cuſtodire, non debet diſſipare, *l. is cui ff. vt in poſſ. leg. ſeu fideic. cauſa ſer. &c.* poterit tamen vendere res perituras & pretia cuſtodire, *d. l. is cui.* Clerici occupantes † & ſurripientes 10 aut inter ſe diuidentes bona dimiſſa; aut obuenientia huiuſmodi, ſiue ſint ſæculares ſiue regulares, eo ipſo ſunt & tamdiu manent ab officio & beneficijs quibuſcumque & iam eis, quæ habent extra eccleſiam iudicatam, ſuſpenſi, donec plene reſtituerint, quicquid de bonis perceperint ſupradictis, *d. c. quia ſæpe verſ. nos ipſorum & ibi gl. & Can. de elect. in 6.* à gradu ſuo periclitantur, *c. non liceat 2. 12. quæſt. 2.* vt rei ſacrilegij prolixiore, anathemate ſunt cōdemnandi, *c. hac huius placiti 12. quæſt. 2.* Cadit ſuſpenſio in regulares, quia non habent vocem in capitulo, nec recipiēt præbendam à monaſterio, ſed in ergaſtulis, eis prouidebitur, & pœna reſtitutionis, ſi non poterit fieri, quia res ablata non extat, commutabitur in corporalem, monachus enim non habet proprium vt quid reſtituat, *Archid. in d. c. quia ſæpe in fin. & ibi Franc. in fin. & Can. communiter Felin. in c. dilectus n. 3. in princ. & ibi Can. de ſim.* Laici vſurpantes † bona eccleſiarum, ſub nomine Iurium, de 11 quibus fit mentio in c. generali de elect. in 6. exceptis ijs, quibus ab ipſarum Eccleſiarum cæterorumque locorum fundatione, vel ab antiqua conſuetudine dicta iura competere noſcuntur, ſunt ipſo iure excommunicati, alias ſi ſunt tantum vſurpatores, ex quorumdam opinione, ſunt excommunicandi, ex aliorum opinione ſunt ipſo iure excommunicati, *c. de laicis c. illud 12. quæſt. 2. & ibi Bellam. Archid. Gemin. Prepoſ. & Can.* vacante canonicatu † aut portione in eccleſia, vbi eſt col- 12 legium clericorum, bona per prædefunctum canonicum ſeu beneficiatum intuitu Eccleſiæ ſiue præbendæ acquiſita, etiamſi in Eccleſia ſint præben-

Digitized by Google

præbendæ diſtinctæ, cedunt capitulo ipſius ec-
cleſiæ, quod rerum illarum debet canonicam di-
ſtributionem & curam habere, *c.relatum el 2. verſ.*
nomine de teſtam. & canonicus nouiter creatus,
non poteſt petere dicta bona, aut redditus, quos
canonicus defunctus dimiſit, nec fructus duran-
te vacatione à capitulo perceptos, *Anſar.in d.c.re-*
latum el 2.ſub n.6. verſ.oppono & n.7. & Pan.n.5.&
Can.Pan.in c.vnum genus numer.6.de decim. quia ca-
nonicus non habet ſucceſſorem in onere & ho-
nore, *gl.in c.quod ſicut in verb.conſentire in fine de e-*
13 *lect.& ibi Can.poſt Innoc.* Si vacare contigerit † di-
gnitatem aut perſonatum, puta Archidiaconatū,
&c. in eccleſia vbi eſt collegium clericorum, ſi
communia ſint omnia bona dignitatis & cano-
nicatuum, etiamſi plus cæteris capiat, bona &
fructus per defunctum obtinentem dignitatem
relicta, & redditus durante vacatione deuoluun-
tur ad capitulum. *gl.in d.c.relatum 2.in verb.vnus &*
ibi Pan. nu.5. & Can.communiter Franc.in c. præſenti
n.4.de off.ord.in 6. incongruum namque eſt vnam
eandemque eccleſiæ ſubſtantiam duplici quo-
dammodo iure cenſeri, *c.cognouimus 12.quæſt.2.&*
ibi gl.fin. c. quæ contra mores in princ.8.diſtinct.c.cum
in tua de decim. ſi bona dignitatis aut perſonatus
&c. diſtincta & diuiſa ſint à rebus canonicorum,
tunc ſeruari debent futuro ſucceſſori, *d.c.relatum*
el 2.verſ.vbi autem & ibidem gloſſ. & Can. communi-
14 *ter c.præſenti de off.ord.in 6.* In cæteris † quibuſcū-
que Eccleſijs & prioratibus non collegiatis, tam
ſæcularibus, quam regularibus, etiam manuali-
bus, quando eas vacare contingit, morientibus
eorum rectoribus, vel miniſtris eorumdem, bo-
na in ipſis inuenta, ſiue vacationis tempore obue-
nientia, deductis neceſſarijs & vtilibus expenſis,
futuris debent ſucceſſoribus fideliter reſeruari,
c.cum vos in fin. & ibi Pan.n.3. de off.ord.c.præſenti in
15 *princ. eod. in 6.* præſumentes ea occupare, † aut in
ſuos vſus conuertere, etiam ratione ſubiectionis,
ordinationis, vel cuſtodiæ, Epiſcopi & eorum ſu-
periores ab ingreſſu Eccleſiæ, cæteri regulares
aut ſæculares prælati, aut quæcumque eccleſia-
ſticæ perſonæ, ab officio & beneficijs quibuſcum-
que, *gl.in d. c.præſenti in verb. ab off.& benef.& ibi*
Franc.n.4. & Can. eo ipſo ſunt ſuſpenſi tamdiu,
quouſque reſtitutionem fecerint de præfatis: niſi
de ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine legitime
præſcripta, ſeu alia cauſa rationabili, puta onere
impoſito in fundatione, aut ſtatuto hoc eiſdem
competeret, *d.c.præſenti & ibi gl.& DD.* & tunc de
illis bonis ſolum debet intelligi, quæ ſolutis de-
bitis contractis in vtilitatem eccleſiæ, *Rot.deciſ.*
41.de probat.in antiq.l. Ciuitas ff.ſi cert.pet.& ibi not.
& ijs quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus &
miniſtris, ac incumbentibus oneribus, vſque ad
nouos redditus ſupportandis congrue reſeruatis,
ex ipſis, reperta fuerint ſupereſſe, *d.c.præſenti §.*
porro. Dicti ſacri canones in Germania ad amuſ-
ſim obſeruantur, *Gail.obſeru.30.n.10.& ſeqq.lib.1.*
In Gallia Rex † iure regaliæ, quod ab ipſarum 16
Eccleſiarum, ceterorumque piorum locorum
fundatione, vel antiqua conſuetudine ſibi ven-
dicat, *c.generali §.fin.de elect.in 6.* mortuo epiſcopo
habet omnia pretioſa mobilia, videlicet buffet-
tum epiſcopi decedentis cum incluſis gemmis &
pecunijs, tapeta & oīa mobilia pretioſa, adeo ꝙ
nihil in Epiſcopali palatio pro futuro ſucceſſore
debeat remanere, niſi ſaltem groſſum mobile, &
cōmunis ſupellex, *Philip. Prob. de iur. regal. q.2.n.*
4. & inſtrumenta domus & agrorum, *c. hæc huius*
placiti 12.q.2. Arnulph.Ruz. de iur. regal. priu.54. ac
tempore apertæ regaliç fructus dignitatis epiſco-
palis facit ſuos, *Philip.Prob.de iur.reg. in 30.priuil.*
habet cuſtodiam, confert beneficia, ac percipit
omne id ſede epiſcopali vacante, quod epiſcopus
perciperet ſede repleta, *Arnulph. Ruz. & Philip.*
Prob. in d. tract. de Iur. regal. per multa capita Franc.
Marc.quæſt.90.& 93.par.1.& quæſt.44.par.2. Qua-
lia omnia iura regalia remiſerunt & ceſſerunt ec-
cleſiæ Attrebatenſi Philippus Rex Gallie anno
domini 1203. regni ſui vigeſimo quinto, ac ite-
rum rex Carolus 30. decembris anno domini
1392. regni 12. reſeruata ſingulis annis procura-
tione regibus, quando Attrebati exiſtunt, *Philip.*
Prob.de Iur.regal. quæſt.60.num.10. Ægid. magiſter
de regal.c.3.verſ.eccleſia Atrebatenſis. Gregorius Pa-
pa decimus creatus anno domini 1271. in Con-
ſilio Lugdunenſi ſanxit vniuerſos & ſingulos,
qui regalia † cuſtodiam, ſiue guardiam, aduoca- 17
tionis ſiue defenſionis titulum, in eccleſijs, mo-
naſterijs, ſiue quibuslibet pijs locis, de nouo vſur-
pare conantes, bona eorumdem, quando vacant
occupare præſumunt, quantæcumque dignitatis
honore præfulgeant, clericos etiam eccleſiarum,
monachos monaſteriorum, & perſonas cæteras
locorum eorumdem, qui hoc fieri procurant, eo
ipſo excommunicationis ſententiæ ſubiacere, il-
los vero, qui ſe, vt deberent, talia facientibus, nō
opponunt,

opponunt, de prouentibus eccleſiarum ſeu locorum ipſorum, pro tempore quo præmiſſa ſine debita contradictione permiſerint, aliquid percipere, diſtrictius inhibuit; *c. generali de elect. in 6. ſed compilatio libri ſexti in Francia non recipitur vt atteſtatur ibidem gloſ. in caſus poſitione.* ac monet eos qui ab ipſarum eccleſiarum cæterorumque locorum fundatione, vel ab antiqua conſuetudine iura ſibi huiuſmodi vendicant, vt ab illorum abuſu prudenter abſtineant, & quod ea quæ non pertinent ad fructus ſeu redditus prouenientes tempore vacationis non vſurpent. *d. c. generali §. fin.* De ſtylo Curiæ & ex Conſtit. ſum. Pont. Ca-
18 mera apoſtolica † ſuccedit in bonis & fructibus per Clericos dimiſſis, & fructus quorumcumque beneficiorum vacantium percipit, *Bellam. deciſ. 754. num. 4. Rot. deciſ. 41. de prob. in antiq. Guilel. Redoan in tract. de bon. per perſ. eccleſ. intuit. eccleſ. acquiſit. poſt mort. relict. vulgo ſpolia nuncupat.* etiam regularium, manualium, prioratuum, qui non ſunt de menſa & ſpolia vocantur, *Clem. vnica & ibi gloſ. in verb. reuocari verſ. & ſcias de ſupp. neglig. prælat. & ibi DD. Quarant. in ſum. bullar. in verb. ſpo-*
19 *lia clericorum.* Interdum ſummus † Pontifex dat per breue facultatem ſiue licentiam teſtandi de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis ad certam ſummam arbitrio Papæ, religioſis parcius, & cum clauſula de licentia eorum ſuperioris, *arg. c. cum ad monaſterium de ſtat. Monach. & Can reg. arg. Clemen. Religioſus de procur. Iaſ. in authen. ingreſſi nu. 11. & ſeqq. C. de ſacroſ. eccleſ. Couar. in c. cum in officiis n. 7. & ſeqq. de teſtam.* pro parua ſumma datur in forma, nec conſueuit in tali caſu componi cum Datario, alias ſoluitur compoſitio. *Staph. de lit. apoſt. in forma breuis in princ. à num. 14. vſque ad fin. Prob. ad Monach. num. 6. & ſeqq. de ſepult. plures citans. Iaſ. remiſſiue in l. ſi quando num. 2. C. de inoff. teſt.* De bo-
20 nis paternis † religioſis, & Monachis plerumque dat facultatem teſtandi, quæ intelligenda venit, quod poſſint teſtari ſecundum ius canonicum, & non ſecundum ius ciuile, *Iaſ. in d. l. ſi quand. in fin. num. 1.* Nonnunquam bona huiuſmodi intuitu eccleſiæ acquiſita concedit, aliis petentibus ex cauſa, eoſque ſurrogat in locum Cameræ Apoſtolicæ, & appellatur ſpoliorum conceſſio,

Mand. de ſign. gratiæ, licentia teſtandi, ex ſpoliorum conceſſio.

De Teſtamento, & vltimis voluntatibus.

Titulus XXVI.

SVMMARIA.

1 *In teſtamento iure canonico ſufficiunt presbyter parochialis & duo vel tres teſtes idonei & requiſiti.*
2 *In teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes ſine presbytero parochiali.*
3 *Manu propria teſtatoris conſcriptum valet, quando pia cauſa reſpicit honorem Dei & ſalutem animæ.*
4 *Item valet ſi quis committat extremam ſuam voluntatem diſpoſitioni alterius.*
5 *Imperfectum ratione voluntatis valet.*
6 *Filius familias pro anima ſua citra patris aſſenſum aliquid iudicare non poteſt.*
7 *Quando dicitur teſtamentum factum ad pias cauſas.*
8 *Teſtamenti exiſtentia probatur per tot teſtes quot in actu teſtandi requiruntur.*
9 *Quando diſpoſitio teſtatoris eſt certa, ſed vult quis probare erratum in aliqua qualitate vel quantitate, ſufficit probatio per minorem numerum teſtium.*
10 *Canonica portio debetur epiſcopo & certis caſibus parocho de relictis factis eccleſiæ & piis locis & diſtinguitur in parochialem & epiſcopalem.*
11 *Parochialis canonica portio de quibus rebus debeatur.*
12 *Epiſcopalis canonica portio debetur epiſcopo de relictis factis eccleſiæ cathedrali.*
13 *Item de omnibus relictis factis cæteris eccleſiis, monaſteriis capellis & aliis piis locis, niſi eccleſiæ ſint exemptæ.*
14 *De relictis factis fraternitatibus non debetur.*
15 *Præterea de relicto facto epiſcopo contemplatione eccleſiæ debetur canonica portio cathedrali eccleſiæ non inferioribus eccleſiis.*
16 *De relicto facto intuitu perſonæ nihil poteſt eccleſia petere in vita epiſcopi.*
17 *De donationibus inter viuos factis eccleſiis non debetur epiſcopo.*
18 *Canonica portio de quibus rebus non deducatur.*

19 In

Digitized by Google

19 *In canonica portionis quantitate attenditur conſuetudo regionis.*
20 *Piarum vltimarum voluntatum executio & defenſio eſt mixti fori.*
21 *Hæres in expletione iudicij defuncti lege repræſentanti negligens quoties moueri debeat.*
22 *Quod ſi perſonaliter monitus intra annum poſt diem monitionis computandum non implet iudicium defuncti decurſo anno variis pœnis ſubijcitur hic enumeratis.*
23 *Si teſtator dederit ſpecialem executorem ad ea quæ in teſtamento reliquit tunc hæres negligens non incidit in dictas pœnas ſed datus executor quando officium ſuſcepit cogitur explere vltimam voluntatem.*
24 *Si teſtamentarius executor officium executionis ſibi delatum non ſuſcepit, quid iuris ſit.*
25 *Teſtator hæreditatem & legatum aliquando relinquit alicui vt nudo executori & miniſtro, interdum vt hæredi vel legatario, & quomodo illa differant.*
26 *Commutationes & conuerſiones vltimæ voluntatis in aliam rem quam teſtator voluit fiunt authoritate Papæ & imperatoris.*
27 *Voluntas teſtatoris per epiſcopum alterari non poteſt vbicumque eſt certa diſpoſitio reſpectu cauſæ vel perſonæ vel loci.*
28 *Quæ regula limitatur quinque modis.*
29 *Epiſcopus voluntatem teſtatoris ſemel exetutam non poteſt commutare aut alterare.*
30 *Per ſtatuta ciuitatum voluntas teſtatorum commutari non poteſt.*
31 *Male ablata eis quorum fuerunt ſunt reſtituenda.*
32 *Qui ſi inueniri non poſſunt, ſunt eccleſiæ vel pauperibus tribuenda, ſecundum prouidentiam epiſcopi.*
33 *Reſtitutio male ablatorum eſt caſus reſeruatus epiſcopo quando in foro contentioſo de eis conſtat.*
34 *Summus Pontifex ſolet indulgere epiſcopo vt male ablata conuertat in vtilitatem certe eccleſiæ &*
35 *Nonnunquam committit compoſitionem cum eis penes quos reperiuntur legata incerta & vſura incerta cum poteſtate abſoluendi.*

NVNC dicendum eſt, qua ſolemnitate clerici de peculio aduentitio, & profectitio in caſibus permiſſis poſſint diſponere. De ſolemnitatibus requiſitis à iure ciuili in teſtamentis traditur *in Inſtit. Imper. hoc tit.* Iure canonico in teſtamento requiruntur, & ſufficiunt † presbyter paro- 1
chialis, & duo, vel tres teſtes idonei & requ ſiti,
c. relatum el 1. hoc tit. reprobata præſcripta conſue-
tudine contraria, *c. cum eſſes hoc tit. & ibi Pan. nu. 6.*
& xj. & ſeq. & Can. Put. deciſ. 421. lib. 1. etiamſi fiat
ad non pias cauſas, & valet vbique; *Pan. in d. c. cum*
eſſes num. 8. & plur. ſeqq. hoc tit. facit Gail. obſer. 123.
lib. 2. in teſtamento † ad pias cauſas ſufficiunt 2
duo teſtes ſine presbytero parochiali, *c. relatum 1.*
hoc tit. Pan. in d. c. cum eſſes num. xj. & 17. qui ſunt
de ſolemnitate non ſubſtantiali, ſed probatoria
teſtamenti, *gloſſ. in Auth. quod ſine C. hoc tit. Bald. l.*
hac conſultiſſima ex imperfectò num. 2. C. eod. & in l.
1. num. 136. C. de ſacroſ. eccl. Alex. in l. ſi certis ſub n. 5.
verſ. ex his etiam infero C. de pact. Tiraq. de priuil. piæ
cauſ. priuil. 2. plures cumulans, nec requiritur quod
ſint maſculi, rogati, inſcripti in teſtamento, aut a-
liæ ſolemnitates iuris ciuilis; *Pan. in d. c. relatum el*
1. num. 3. hoc tit. Tiraq. de priuil. cauſ. piæ priuil. 2. 3.
& 5. plures cumulans, quia iſta ſunt de mera ſubti-
litate, & ſolemnitate iuris ciuilis, quæ in teſta-
mentis ad pias cauſas eſt remiſſa; *l. 1. & ibi Iaſ. poſt*
Bart. num. 1920. & ſeq. C. de ſacroſ. eccl. ſ. d. c. relatum
el 2. ſed & nullis interuenientibus teſtibus valet
teſtamentum ad pias cauſas manu † propria te- 3
ſtatoris conſcriptum, quando pia cauſa reſpicit
honorem Dei, & ſalutem animæ: ſecus ſi concer-
nat pietatem humanã, qualis eſt libertas, *pulchre*
Rota deciſ. 74. part. 2. diuerſ. Imol. in l. ſi is qui nu. 6.
ff. de teſtam. &c. & ibi Franc. Aret. in 2. col. verſ. &
licet pro concord. &c. & DD. communiter Tiraq. de
priuil. piæ cauſæ priuil. 4. & ſeq. Aluar. Velaſc. conſult.
67. ſufficitque recognitio teſtamenti facta eo
modo, quo aliæ ſcripturæ recognoſcuntur, *Rot.*
diuerſ. deciſ. 553. part. 1. & deciſ. 124. part. 2. Put. de-
ciſ. 18. de fid. inſtr. atteſtantes de ſtylo, & vſu Curiæ l.
fin. & ibi glo. in verb. indiciis, & auth. ſeq. & DD. C.
famil. herciſc. Inſtit. de teſt. mil in princ. & ibi gl. fin.
& add. & DD. l. milites & ibi DD. C. de teſt. mil. Item
valet teſtamentum ad pias cauſas, ſi quis † com- 4
mittat extremam ſuam voluntatem diſpoſitioni
alterius, *c. cum tibi hoc tit.* quamuis regulariter, ne-
que ex teſtamento, neque ab inteſtato poteſt eſſe
voluntas captatoria; *§. adij, qui emancipati, & ibi gl.*
fin. & add. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. Ang. &
DD. in l. illa conſtitutio ff. de hæred. inſtit. & ibi glo. &
DD. Item teſtamentum † imperfectum etiam 5
ratione voluntatis valet ad pias cauſas, *Pan. in c. 1.*
numer. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. Contrarium tenet Mynſ.
obſ. 28.

6 *obſ. 28. cent. 5.* filiusfamilias † pro anima ſua citra patris aſſenſum, niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat, aliquid iudicare, id eſt, in vltima voluntate relinquere non poteſt; *c. licet in fin.*
7 *de ſepult. in 6.* Dicitur teſtamentum † factum ad pias cauſas, non ſolum quando pia cauſa hæres eſt inſtituta, *c. 1. hoc tit. in 6. & ibi gl. in verb. pauperes*, ſed etiam quando legata in teſtamento relicta abſorbent maiorem partem facultatum, alio inſtituto hærede, *l. Auia §. Titio, & ibi Bald. per illum tex. ff. de cond. & demonſtr. l. cum dotem maritus ff. ad l. Falcid. Rom. in repetit. Authent. ſimiliter in 40. ſpeciali piæ cauſæ int. vlt. volunt. C. eod. Iaſ. in l. Marcellus num. 34. plures cumulans, & ibi Ioann. Andr. & Doct. ff. ad S. C. Trebel. pulchre Caſ. deciſ. 5. hoc titul.* quia idem fauor debetur mediæ perſonæ, qui debetur illi perſonæ, ad quam finaliter deuenit cōmodum, *Bald. in d. l. auia §. Titio.* Omne relictum pro anima dicitur relictum pium, etiamſi ſit relictum conſanguineo pauperi, *c. requiſiti hoc tit. glo. 1. in l. ſi quis Titio, & ibi Bart. num. 4. ff. de leg. 2. Pan. in rubr. huius tituli num. 9.* relictum eccleſiæ, *d. cap. relatum 1. & ibi Pan. num. 7. & Can. gl. 1. in auth. ſimiliter C. ad leg. Falcid. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.* pijs locis, *Anchar. in d. c. requiſiti num. 1. hoc tit. & Can.* pauperibus, *Mynſ. obſ. 67. cent. 5.* relictum Deo, vel amore Dei, *l. 1. §. ad municip. & ibi poſt gl. eſſ. in verb. Deo DD. ff. ad l. Falcid.* pro male ablatis, *Felin. in c. cum ſit in fin. poſt Bartol. & Bald. ibi allegatos de Iud. &c. & ibi Ioan. de Anan. num. 16.* ac pro legato conſequendo, etiamſi non ſit relictum ad pias cauſas, nedum competunt tres actiones, de quibus in §. noſtra autem conſtitutis Inſtit. de legat. ſed etiam via executiua agi poteſt, *§. illud Auth. de hæred. & Falcid. & ibi Ang. Peruſ. num. 57. Mynſ. obſer. 61. centur. 5. plures citans.* Exiſtentia teſtamen-
8 ti, & † diſpoſitio teſtatoris directo, ſiue per coniecturas probatur per tot teſtes, quod in actu teſtandi requiruntur, *gl. pen. & fin. in l. cum proponebatur & ibi Bart. num. 3. Bald. num. 5. & 6. ff. de leg. 2. l. fin. verſ. fin. C. de Codic. Greg. 15. deciſ. 81. in princip. Mynſ. obſ. 98. cent. 4.* nam ſi teſtator antequam veniret ad teſtamentum dixit ſe velle ſubſtituere, & poſtea non ſubſtituit, non præſumitur, quod per errorem omiſerit, niſi ipſe poſtea dixerit ſe omiſiſſe, vel in teſtamento, vel in alia voluntate dixerit ſe hoc feciſſe, *d. l. cum proponebatur, & ibi*
9 *Bart. & Doct.* quando autem diſpoſitio † teſtatoris eſt certa, ſed vult quis probare erratum in aliqua qualitate, vel quantitate, ſufficit probatio per minorem numerum teſtium, *l. hæredes §. ſed etſi notam ff. de hæred. inſtit. & ibi notat. Mynſ. d. obſ. 98. cent. 4.* & ſufficit probare teſtatorem dixiſſe, antequam veniret ad teſtamentum, *l. quoties §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1. Bart. in d. l. cum proponebatur.*

De relictis factis Eccleſiæ & pijs locis debetur canonica † portio epiſcopo, & certis caſibus parocho, & diſtinguitur in parochialem & epiſcopalem, Parochialis † debetur Presbytero parochiali, quando Parochianus eligit ſepulturam in alia eccleſia de funeralibus, *c. decernit. ſeſſ. 25.* & de relictis factis eccleſiæ in qua eligit ſepulturam, *c. 1. & c. in noſtra §. talem c. de his, & ibi Pan. n. 9. de ſepult.* & de bonis cōſtituti in ægritudine ad religionem tranſeuntis cum bonis ſuis dummodo de ægritudine illa decedat, niſi eligens ſepulturam alibi aut ægrotus cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe transferens aliquid presbytero parochiali reliquerint, *arg. ſumpto à contrario ſenſu d. c. de ijs. Pan. in c. officij n. 5. hoc tit.* quia canonica portio debetur parochiali eccleſiæ ex diſpoſitione Iuris, in recompenſationem onerum quæ ſubijt adminiſtrando ſacramenta, *c. 1. d. c. de ijs de ſepult.* aut ſatisfactionem iniuriæ, quia alibi elegit ſepulturam, *d. c. in noſtra de ſepult.* reſpicitque perſonam defunctam, nec ad territorium coarctatur, & à quacumque eccleſia exempta & non exempta exigitur, *Clem. dudum de ſepult.* debitor autem neceſſarius legando aliquid ſuo creditori ſimpliciter, videtur legaſſe animo recompenſandi, *l. ſi cum dotem § ſi Pater ff. ſolut. matr.* Is qui ad loca religioſa ſe cum bonis ſuis in ſanitate transfert, de ijs quæ locis ipſis contulerit, non cogitur aliquid eccleſiæ parochiali impartiri, quia tunc, cuicumque velit poteſt ſua elargiri, *d. c. de ijs verſ. fin.* & poteſt libere mutare domicilium re & facto, *l. domicilium ff. ad municip. c. vbicumque 13. quæſt. 2. c. ſignificauit de paroch. & alien. paroch. & ibi gl. 1. & Pan. nu. 2.* & per translationem domicilij eximit ſe à Iuribus ſpiritualibus, in quibus priori eccleſiæ erat obligatus, *Pan. in c. ad apoſtolica n. 2. de decim. & ibi Can.* ſi ab eo qui habet duo domicilia, æqualiter ſe collocans in vtroque, in tertio eligatur ſepultura, eccleſiæ domiciliorum inter ſe diuidunt canonicam portionem, *c. 2. in fin. princ. de ſepult. in 6.* Epiſcopalis † canonica portio debetur Epiſcopo de 12 relictis factis eccleſia cathedrali, *c. requiſiti hoc tit.*

etiamſi

etiamſi Teſtator legando Eccleſiæ expreſſerit, quod illud velit eſſe tantum Eccleſiæ, & prohibuerit detractionem portionis canonicæ debitæ Epiſcopo, quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis immutare, & nomine Eccleſiæ intelligitur Epiſcopus tanquam caput, *d.c.requiſiſti §.ſi ab extraneo.& ibi Anchar.n.14.& Can.communiter.* Item debetur
13 de † omnibus relictis factis cęteris eccleſijs, monaſterijs, capellis, & alijs pijs locis, etiamſi epiſcopo fuerit aliquid legatum, *c. offic. d. c. requiſiſti verſ.ſecus autem eſt hoc tit.* niſi eccleſiæ ſint exemptæ, aut extra diœceſim ſitæ: *Abb.antiq.d.c.requiſiſti in verb.obtinebat. Anch.in d.c.officij n.9.& ibi Can.* Epiſcopalis enim portio concernit diœceſim & territorium, parochialis perſonam defunctam, *Ioan. Andr. in c.fin. ſub n.6. Anch.in d.c.officij n.9.hoc tit.* aut Epiſcopo aliquid fuerit relictum hoc expreſſo, vt maneat data parte contentus, & non capiat portionem de relictis pijs locis & legatum agnouerit, *d.c.officij, facit l.§.parentibus C.de inoff. teſtam.* Ratio eſt quia teſtator non eſt debitor Epiſcopo neceſſarius vel voluntarius, quod portio canonica debetur epiſcopo ab eccleſiis, quibus factum eſt relictum, vti dictum eſt, ideo ſi teſtator aliquid relinquit ſimpliciter epiſcopo, non poteſt dici quod reliquerit animo compenſandi, cum ipſe non ſit debitor epiſcopi, oportet ergo quod modum ponat legato, ſi vult compenſationem fieri, *Pan.in d.c.officij n.4.* De relicto † facto
14 fraternitati diſciplinatorum ſancti Dominici vel vel ſancti Franciſci non debetur Epiſcopo quarta canonica, quia illæ fraternitates ſunt meræ laicales & non religioſæ, *Bald.in l.ſi quis ad declinandum §.in omnibus n.19. C. de epiſ. & cler. Anchar.in c.officij*
15 *n.12.& ibi Can.de teſtam.* Præterea de relicto † facto Epiſcopo contemplatione Eccleſiæ, debetur canonica portio cathedrali eccleſiæ, non cæteris inferioribus eccleſijs, & pijs locis, *d.c.requiſiſti. verſ.ſed conſiderandum, eſt & verſ.ſecus autem: facit l ſi vero in princ.verſ.item quicquid ff.ſol.matr.* quoniam non eſt tanta communio inter epiſcopum & inferiores Eccleſias, ac alia pia loca, quanta eſt inter epiſcopum & eccleſiam cathedralem, cui eſt ſpirituali coniugio copulatus, vnde quæ acquirit Epiſcopus, non illis ſed iſti tantum acquirit, niſi teſtator exprimat, quod velit illud tantum eſſe epiſcopi, non eccleſiæ, quo caſu ſeruanda eſt diſpoſitio teſtatoris, *d.c. requiſiſti verſ.ſi ab extraneo.* cum nomine Epiſcopi non intelligatur eccleſia, *c.inter incorporalia de tranſlat. epiſc. c. 1. de ord. ab eo qui renunc. Epiſc.* De relicto facta intuitu † perſonæ ni- 16
hil poteſt eccleſia petere in vita epiſcopi, *d.c.requiſiſti verſ.ſi vero relinquatur, facit l.ſi vero in princ. verſ.item quicquid ff.ſol.matr.* quia perſonæ epiſcopi accedit, *l.item veniunt §.item non ſolum ff.de petit. hered.* Generaliter in dubio relictum epiſcopo ab extraneo præſumitur contemplatione eccleſiæ, à conſanguineo vel amico intuitu perſonæ, nec diſtinguitur an ſit expreſſum nomen dignitatis vel proprium, *d.c.requiſiſti, & ibi Pan.n.7.& 8.& Can c.quia nos hoc titul. & ibi Can.c.placuit c.pontifices 12. queſt. 2.* Relictum factum ei qui non poteſt proprium poſſidere, vt religioſo, acquiritur eccleſiæ, non perſonæ, *c.ſtatutum 18.queſt.1. l. de nobis §.hoc etiam §.ſeq. C. de epiſc. & cler. d.c.requiſiſti, verſ.fin.ibi qui poteſt proprium poßidere.* Relictum ei, qui poteſt proprium poſſidere, nec habet prælationem ſiue adminiſtrationem eccleſiæ, licet alias ſit beneficiatus, à propinquo vel extraneo præſumitur factum intuitu perſonæ, & non contemplatione eccleſiæ, *d.c.requiſiſti verſ.fin.* Prælationem autem habet is, qui habet eccleſiam curatam, *c. cum ab eccleſiarum de off. ordin.* vel aliquam perpetuam adminiſtrationem, *Abb. antiq.in d.c. requiſiſti in verb. prelationem.* Adminiſtrationem habet, qui obtinet aliquam dignitatem, miniſterium, ſeu beneficium in eccleſia ſeparatum à congregatione, & is qui obtinet temporalem adminiſtrationem, qualem habent regulares Oeconomi, commendatarij, *Abb.antiq. in d.c.requiſiſti in fin. & ibi Pan.n.14.* De donationibus † inter 17
viuos factis eccleſijs non debetur epiſcopo canonica portio, *c.1.10.queſt.3.cap.1.de ſtat. Monach. iunct.gl.fin.d.c. de ijs de ſepult. Pan.in d.c. requiſiſti nu. 17.& ibi Can.*

Canonica portio † non deducitur de iis quæ 18
in ornamentis, vel pro cereis, aut fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſeu aliis ad perpetuum cultum diuinum legantur eccleſiis vel reliquis piis locis, *c.fin.hoc tit.* nec de equis & armis pro ſubſidio terræ ſanctæ relictis, *c.in noſtra de ſepult.* Hodie de omnibus his & aliis, de quibus quarta non ſoluitur, ſi relinquantur fratribus prædicatoribus vel minoribus debetur quarta, & non vltra, eccleſiis parochialibus, *Clem. dudum de ſepult. §.huiuſmodi & §§. ſeqq.* Præterea de relictis pauperibus generaliter, vel ſi-

Digitized by Google

vel ſine loci determinatione non detrahitur
quarta, ſecus ſi relinquantur pauperibus certi lo-
ci, *Tiraq. priuil. 28. cauſæ piæ.*

19 In quantitate canonicæ portionis † debitæ e-
piſcopo, aut parochiali eccleſiæ, rationabilis con-
ſuetudo regionis circa medietatem, tertiam, vel
quartam partem, pro locorum diuerſitatibus at-
tenditur, *d. c. requiſiſti in princ. & ibi gl. 1. & 2. c. certi-
ficari gl. fin. in c. cum ſuper de ſepult.*

20 Defenſio & executio † piarum vltimarum vo-
luntatum eſt mixti fori, *l. hæreditas verſ. fin. ff. de pe-
tit. hæred.* & pertinet vel ad iudicem ſæcularem,
*Pan. in c. ſi hæredes numer. 2. & in c. relatum el 1. nu. 2.
& 8. hoc tit.* qui eam terminare debet ſecundum
canones in terris eccleſiæ & imperij, ſiue hæres
ſit clericus, ſiue laicus; quia agitur de re eccleſia-
ſtica, *Pan. in d. c. relatum 1. num. 2. & 7. & ſeqq. Ioan.
Andr. in c. 2. n. 6. de conſtit.* vel ad epiſcopum, *c. 8.
ſeſſ. 22. c. ſi hæredes c. Ioannes hoc tit.* licet etiam à te-
ſtatoribus id contingeret interdici, *c. tua nobis hoc
tit. auth. licet teſtator C. de epiſc. & Cler.* daturque
optio actori quem iudicem velit adire, *Pan. in d. c.*
21 *relatum 1. in fin.* Si hæres † in ſolutione aut imple-
tione iudicij defuncti, lege repræſentati, fuerit
negligens per annum, ſufficit vnica monitio, ſi in
minori tempore, quam ſit annus, requiritur tri-
na monitio, *Bart. in auth. hoc amplius poſt gl. in verb.
monitus C. de fideicom. & ibi DD.* quæ à iudice de-
bent fieri hæredi perſonaliter. *Iaſ. in d. auth. hoc*
22 *amplius num. 3.* quod ſi perſonaliter monitus † in-
tra annum poſt diem monitionis computandum
non implet iudicium defuncti, decurſo anno
varijs pœnis ſubijcitur; nam poteſt ab epiſcopo
loci, hæredi omnis res, quæ ei relicta eſt, interdici
cum fructibus & emolumentis, *c. ſi hæredes hoc tit.*
deuoluitur executio ad epiſcopum, *c. nos quidem
hoc tit.* hæres tenetur pœna dupli ſi dare diſtulerit
vſque adeo vt etiam in iudicium vocaretur, *§. i-
tem mixta Inſtit. de action.* priuatur hæreditate
lapſo anno; *Auth. hoc amplius C. de fideicom. & ibi*
23 *Bart. & fuſius Iaſ.* niſi teſtator dederit † ſpecialem
executorē ad ea quæ in teſtamento reliquit, quia
tunc hæres negligens non incidit in prædictas
pœnas, *l. mulcta in princ. ff. de cond. & demonſt. Bart.
in d. auth. hoc amplius num. 6.* teſtator enim dando
ſpecialem executorem, videtur voluiſſe quod de
hoc hæres ſe non intromittat, *auth. de eccleſ. tit. §.
ſi quis autem.* ſed datus executor quando officium
ſuſcepit, quia non compellitur acceptare offi-
cium executoris in teſtamento delatum, etiam
in relictis ad pias cauſas, *d. c. Ioannes verſ. poſt man-
datum ſuſceptum hoc tit. & ibi Pan. num. 3.* cogitur
explere vltimam voluntatem per diœceſanum,
quo nomine venit inferior prælatus habens in
loco iuriſdictionem, Quia Canones videntur
potius pōderare iuriſdictionem, quam officium
epiſcopale, *Io. Andr. in c. Ioannes num. 9. Pan. num. 9.
& Can. hoc tit.* & ſede vacante per capitulum, *d. c.
Ioannes, & ibi Pan. num. 2. & Can.* vnica vel trina
monitione præmiſſa, per cenſuras eccleſiaſticas,
c. tua nobis, & ibi Anch. num. 7. hoc tit. à iudice ſæ-
culari pignoribus captis, & mulcta indicta: *Bald.
in l. 3. nu. 8. C. de procurat. Card. in clem. 1. in 4. quæſt.
in fin. hoc tit.* lapſo anno poterit exequi legitimus
executor, puta epiſcopus, *c. ſi hæres c. nos quidem hoc
tit. l. nulli, & Bald. in l. quod pauperibus num. xj. C. de
epiſc. & Cler.* ac teſtamentarius perdit omne lu-
crum ſibi delatum ex teſtamento: *gl. fin. in d. c tua
nobis hoc tit.* ſi vero teſtamentarius † executor of- 24
ficium executionis ſibi delatum non ſuſcepit, &
nihil ei fuerit à teſtatore relictum, aut ſibi reli-
ctum non agnouit, perdit quod teſtamento me-
ruit, *l. poſt legatum §. amittere ff. de his quib. vt indig.
l. tutor petitus §. 1. ff. de excuſ. tut. l. etiamſi ſe pactus ff.
de leg. 1. l. 1. §. 1. ff. vbi pupil. educ. deb.* & poteſt ei
arbitrio epiſcopi præfigi terminus infra quem
acceptare debeat, quo lapſo epiſcopus poteſt exe-
qui non expectato anno, *Bald. in l. 3. num. 5. C. de
procurat.* vel ſi legatum à teſtatore datum accep-
tauerit compellere eum ad acceptandum offi-
cium; *l. debet l. ſi te donatam C. de fideic. libert. l. ſi ea,
cuius filiam C. ad l. g. falcid. §. libertas circa fin. Inſtit.
de ſing. reb. per fideic. relict.* quia poſtquam conſecu-
tus eſt legatum, nō admittitur ad excuſationem,
*l. poſt legatum §. amittere ff. de ijs, quib. vt vndique l. fin.
C. de confir. tut. l. tutor ff. de liber. legat.* niſi paratus ſit
reddere, *d. l. fin. ff. de conf. tut.*

Religioſus datus executor poſt petitam & ob-
tentam licentiam, aut præceptum ſui ſuperioris,
præciſe cogi poteſt, *Zab. in clem. 1. in 4. quæſt. hoc tit.
& anchar. num. 1. & 2.* officium executoris æqui-
paratur tutelæ. *gloſ. in l. vxoris §. 1. ff. de falſ. in verb.
adſcripſerit Bart. in l. tutela la 2. ff. de tut.*

Executores de ſuſcepta executione coram or-
dinario rationem reddere tenentur, exemptione
& prælatione non obſtante. *Clem. 1. hoc tit. & ibi
Anch. in 5. notab.*

Sæpius dubitatur an teſtator † hæreditatem 25

vel le-

vel legatum alicui reliquerit vt nudo executori & miniſtro, an vero vt hæredi vel legatario, nam fructus ſuper extantes acquirit ſi ſit hæres, § *fin. Inſtit. de hered. qual. & diff.* aut legatarius *l. ſi legatarius & ibi gloſ. 1. ff. de leg. 3. l. à Titio ff. de furt.* ſi ſit miniſter & executor quod ſupereſt non expoſitum penes eum non remanet. *l. ſi quis Titio & l. lucius Titius 2. §. à te peto ff. de leg. 2. c. tua c. Ioannes hoc tit. gloſ. & Can. in c. religioſus hoc tit. in 6.* Item alio hærede inſtituto nulla datur illis quibus præſtatio fieri debet contra eum aut eidem ad relicta contra hæredem actio. ſed officium Iudicis, *l. filio §. matri ff. de adim. leg. l. lucius § 1. ff ad Trebell. Bart. in d. l. ſi quis Titio poſt gloſ. num. 1. & 6. Bart. in l. alio hærede ſub num. 3. ff. de alim. & cib. leg.* niſi relictum ſit pro anima aut ad pias cauſas *l. nulli C. de epiſc. & cleric.* vel in alimenta *d. l. alio hærede.* quibus caſib. habet exercitium actionum quæ legatarijs competunt, *l. fideicommiſſa §. Item ſi quis verſ. interdum ff. de leg. 3. Bart. in d. l. ſi quis Titio n. 3. & ibi Bald. nu. 3. dicit quod nudus dici poteſt abſtractus à commodo & titulo vel abſtractus à commodo tantum.* qualis repræſentat non ſe ſed alium, *l. peto § mater ff. de leg. 2.* ac ſigna & argumenta ex quibus probatur nudum miniſterium ponit *Paul. de caſtro in d. §. à te peto in princ. Imol. n. 2. Bart. in l. pecuniæ ff. de alim. & cib. leg. num. 1. & ibi DD. Capra in tract. execut. vlt. volunt. in princ. & in 6. membro Gregor. xv. deciſ. 544. per totam & ibi annot.*

26 Commutationes, † & conuerſiones vltimæ voluntatis in aliam rem, quam defunctus voluit, fiunt auctoritate Papæ, & Imperatoris, *l. legatum ff. de admin. rer. ad Ciuit. pert.* Solus Papa, & non legatus à latere poteſt commutare vſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta in pios vſus certos, *Clem. quia contingit iuxta gl. in verb. ſedis apoſtolicæ de relig. dom. & ibi Zab. in 10. not. & in 2. oppoſ. & n. 12. Bart in l. legatum n. 4. ff. de vſur. & c. legat. Capel. Tholoſ. quæſt. 26.* ſiue voluntas teſtatoris executioni ſit mandanda, ſiue ſemel fuerit executioni demandata, *Ioan. de Imol. in l. 1. ſub n. 1. verſ. etſi vis tenere opinionem ff. de condit. inſt.* ex iuſta & neceſſaria cauſa, & prius quam dictæ commutationes executioni demandantur, epiſcopi tanquam delegati ſedis apoſtolicæ ſummarie, & extraiudicialiter cognoſcunt nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, *c. in*
27 *commutationibus ſeſſ. 22.* Voluntas † teſtatoris per epiſcopum alterari non poteſt, vbicumque eſt certa diſpoſitio teſtatoris, reſpectu cauſæ, vel perſonæ, aut loci, *l. ſi quis ad declinandum §. fin. autem C. de epiſc. & cler. l. decuriones verſ. fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Guid. deciſ. 556. Zab. in Clem. quia contingit in 9. notab. & quæſt. xj. de relig. domib.* Limita
quia † certis caſibus voluntas teſtatoris nondum 28
executioni demandata poteſt conuerti in alium vſum auctoritate epiſcopi, vel proximi ſuperioris cauſa cognita, vocatis his quorum intereſt. Primo, quando teſtator mandauit fieri aliquod opus, quod fieri non licet; *l. legatum ff. de vſufr. legat.* Secundo, quando teſtator mandauit ædificium pium ædificari in loco, vbi de facili fieri non poteſt, tunc Epiſcopus poteſt mutare in alium locum, *c. nos quidem hoc tit. c. in canonicis, & ibi Gemin. n. 2. 19. diſt. l. in teſtamento quidam ff. de cond. & demonſt.* Tertio, quando pecunia ad certum vſum relicta non ſufficit, tunc Epiſcopus conuertit in alium vſum, *l. legatum in fin. ff de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. & ibi Bart. l. fin. ff. de oper. publ. Ioan. de Imol. in l. 1. ſub n. 1. verſ. potes concludere ff. de cond. inſt.* Quarto, quando in totum non infringitur voluntas teſtatoris, ſed ex parte alteratur, *Mohed. deciſ. 1. de iurepatr. Bald. in l. ſi teſtamentum n. 3. C. hoc tit. Ioan. de Imol. in l. 1. ſub n. 1. verſ ſubdit etiam Ang. ff. de cond. inſtit.* aut ſemel executioni data pro tempore non ſeruatur exigente neceſſitate eccleſiæ, *arg. l. 1. C. de expenſ. Lud. lib. 11. Ioan. de Imol. in d. Clem. 1. verſ. potes concludere in 1. fall.* vt ſi pecunia relicta pro anniuerſario ad tempus conuertatur in reparationem Eccleſiæ auctoritate epiſcopi, *Ioan. Andr. in c. fin. n. 4. hoc tit.* Quinto, quando teſtator reliquit certam pecuniam pro nouo opere, aut capella extruendis in Eccleſia, vbi ſunt multa talia opera egentia reparatione, neque poſſet aliunde facile inueniri pecunia, tunc auctoritate epiſcopi poteſt pecunia legata, conuerti in eorum reparationem, *l. fin. ff. de oper. publ. Ioan. de Imol. in d. l. 1. verſ. potes concludere in 2. fall.* Regulariter Epiſcopus † volunta- 29
tem teſtatoris ſemel executam commutare, aut alterare non poteſt, *Clem. 2. in princ. de relig. domib. Ioan. de Imol. in d. l. 1. ſub n. 1. verſ. & ſi vis tenere opinionem ff. de cond. inſtit. Felin. in c. ſuper his ſub n. 1. verſ. item tenet. Innoc. de accuſat.* Per ſtatuta † ciuitatum 30
voluntas teſtatorum commutari non poteſt, etiam de loco ad locum, quia laici non debent ſpiritualia, vel illis annexa vſurpare, *Bald. in l. ſi teſtamentum n. 3. C. de teſtam.*

Male ablata eis, † quorum fuerunt, ſunt reſti- 31

menda, *c. ſicut dignum §. eos de homic. c. cum tu de vſur. c. eam te de iur. iur. c. tua 2. de decim. c. quoniam 18 diſt.* nec remittitur debitum, ſed augetur, ſi pauperibus diſtribuatur, quod alij ex debito eſt reſtituendum: *c. non eſt putanda 1. q. 1. c. oblationes 90. diſt. c. 1. 2. & 3. e. eleemoſyna c. neque 14. quæſt. 5. inuito*
32 *C. de ſolut.* ſi illi quorum fuerant, inueniri † non poſſunt, qui aliena occuparunt, impoſita pœnitentia propter peccatum, quod contraxerunt, cõtrectantes res alienas inuitis dominis, renentur eadem eccleſiæ, vel pauperibus tribuere, *c. nemo 14. quæſt. 5.* ſecundum conſilium, & prouidentiam epiſcopi, reſtitutio enim male ablatorum, (niſi ſpecialis executor à teſtatore datus ſit carens omni ſuſpicione ad reſtituendum male ablata, qui Epiſcopo præfertur) *l. nulli C. de epiſc. & cler. & ibi Bald. Felin. in c. cum ſit num. 7. de Iudæis, & ibi Ioan. de*
33 *Anan. num. 12. in fin. & num. 113.* eſt caſus † epiſcopo reſeruatus, *c. cum ſit minus & ibi Pan. num. 4. & ſeq. & Can. de Iudæis &c. Clem. 1. §. quibus & ibi glo. in verb. aliorum, & Can. de priuileg. Zab. in Clem. 2. §. 1. num. 20. & ſeqq. de pœnit. & remiſ.* quando in foro contentioſo de male ablatis conſtat: *Felin. in c. cum ſit num. 3. & num. 6. de Iudæis &c.* de quibus ſcit ſolus Sacerdos in confeſſione, ſtatur dicto eius, qui in foro conſcientiæ reſtituerit, *c. ſignificaſti el 1. de homicid. Pan. & Socin. in d. c. cum ſit, & ibi late Io. de Anan. num. 10. & 13.* Intereſt obligari, vt fiat reſtitutio realiter, & intereſt epiſcopi, quia eſt pater pauperum, nam obligatus reſtituere nõ dat propria, & ſic non poteſt diſponere ad libitum ſuum, ſed reddit, quod reddere tenetur; debet ergo habere prouidentiam illius, qui eſt pater
34 pauperum, & hoc caſu ſolet † ſummus Pontifex indulgere epiſcopo, vt huiuſmodi male ablata conuertat in vtilitatem alicuius certe eccleſiæ, vel monaſterij. Interdum etiam indulget, vt legata incerta, & indiſtincte relicta, quando incertitudo eſt circa perſonas eorum, quibus facta ſunt, relicta ad pias cauſas in certum pium vſum con-
35 uertat: *Oldrad. conſ. 61.* nonnunquam † committit compoſitionẽ cum eis, penes quos reperiuntur legata incerta, & vſuræ incertæ cum poteſtate abſoluendi, *Lap. alleg. 106.* cum ſuper his cum epiſcopo non poſſit tranſigi, *Bald. in l. poſt deciſionẽ C. de furt. remiſiue Io. de Anan. in c. cum ſit nu. 15. de Iudæis &c. & ibi Can.*

De ſucceſſionibus ab inteſtato.

Titulus XXVII.

SVMMARIA.

1 *Clericorum ab inteſtato decedentium bona aduentitia liberis coniunctis & vxori deferuntur ſecundum iura ciuilia & gradum prærogatiuum.*
2 *Bona peculij profectitij reſeruantur ſucceſſori.*
3 *Monacho monaſterium ſuccedit.*
4 *Monaſterio facta oblatio quomodo probetur.*
5 *Hæres dicitur duobus modis, hæres ſanguinis, & hæres hæreditatis, iura ſanguinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro virili iura hæreditaria pro portione hæreditaria.*
6 *Statutum de hæreditate ab inteſtato aliter diſponens quam ius commune ad bona extra territorium ſita non extenditur.*
7 *Hæres quando timet hæreditatem damnoſam eſſe poteſt curare fieri citationem per proclama contra omnes creditores vt veniant ad edendum inſtrumenta debiti ipſi hæredi ad hoc vt poſsit deliberare.*

Clericorvm ab inteſtato decedentium bona † aduentitia liberis, coniunctis, & v- 1
xori deferuntur, ſecundum iura, & gradus prærogatiuam, iuxta tradita *in lib. 3. Inſtit. Imper. tit. 1. & ſeqq. tit.* ad quos me remitto, & iſtis deficientibus eccleſiæ ſaluo iure Curiæ, ſi defunctus clericus erat curialis; patronatus, ſi erat libertus; & domini, ſi erat aſcriptitius, *c. 1. & ibi glo. fin. hoc tit. l. ſi quis presbyter C. de epiſc. & cler.* vel homo proprius, *Myns. obſ. 23. cent. 2. l. fin. C. in quib. cauſ. col. cenſ. dom. accuſ. poſſ.* Bona peculij profectitij † re- 2
ſeruantur ſucceſſori, vt dictum eſt ſupra *tit. de pecul. cler.* Monacho † monaſterium ſuccedit ſalua 3
legitima liberis, ſaluo iure vxoris, & ſaluo iure aliorum creditorum: *Auth. nunc autem de epiſc. & cleric. c. cum ſimus de regul. &c.* probatur oblatio facta † monaſterio, etiam quoad effectum conſe- 4
quendi bona oblata, per vnum teſtem de veritate, & per confeſſionem etiam incidenter factam, *c. fin. hoc tit.* Hæres dicitur † duobus modis, hæ- 5
res ſanguinis, & hæres hæreditatis. Iura ſanguinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro virili, iura hæreditaria pro hæreditaria portione, *l. vt iuriſiurandi §.*

Digitized by Google

randi §. ſi liberi ff. de oper. libert. §. multis Inſt. de ſucceß. libert. Bald. in c. 1. num. 7. de eo qui ſib. vel hæred. ſuis maſc. & fæm. ideo liberi patroni ex inæqualibus partibus hæredes inſtituti pro æquali parte habent operarum actionem, *d. l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi*, & filij inæqualiter inſtituti in feudo succe-
6 dunt æqualiter; *c. 1. de ſucceſ. feud.* ſtatutum † de hæreditate ab inteſtato aliter diſponens, quam ius commune, ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam ad bona extra territorium ſtatuẽtium ſita non extenditur, *Mynſing. obſer. 19. cent. 5. fuſe Rot. diuerſ. deciſ. 295. per tot. & deciſ. 304. part. 1.* Il-
7 lud notandum, quando hæres † timet hæreditatem damnoſam eſſe poteſt curare fieri citationẽ per proclama contra omnes creditores vt veniãt ad edendum inſtrumenta debiti hæreditarij ipſi hæredi ad hoc vt poſſit deliberare, quod ſi creditores ſic vocati ad præſtitutum diem de ſuis creditis non doceant ſibi præiudicant nec hæres amplius ipſis reſpondere obnoxius eſt, *Bart. in l. Ariſt. num. 2. ff. de iure delib. per l. iam §. cum dicitur ff. ſi cui plus quam per l. falcid. Mynſ. obſ. 47. cent. 2.*

De Sepulturis.

Titulus XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Sepultura accipitur tripliciter.*
2 *Sepulchrum proprium non poteſt quis habere quoad proprietatem ſed tantum quoad vſum.*
3 *Sepulturæ electio eſt libera.*
4 *In qua pactio, promiſſio, obligatio, iuramentum, votum, facta ad ſuggeſtionem & inductionem religioſorum & clericorum ſæcularium vt apud eorum eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent, nullius eſt firmitatis, & pœna quæ contrauenientibus imponuntur.*
5 *Semel electa poteſt mutari etiam in loco minus religioſo.*
6 *Sepultura non electa debet iure communi quis ſepeliri in ſepulchris maiorum ſuorum, & ſi non adſunt, in parochia.*
7 *Quæ regula fallit quatuor modis.*
8 *Qui ex priuilegio apoſtolico habent liberam ſepulturam ſiue liberum ius funerandi poſſunt intrare proceſſionaliter alienam parochiam & accipere funus.*
9 *Secus quando ſimpliciter eſt conceſſa ſepultura ſiue ius funerandi.*
10 *Sepultura quomodo acquiratur.*
11 *Sepulchri poſſeſſio quomodo acquiratur.*
12 *Cadauer traditum perpetuæ ſepulturæ non licet transferre de vna eccleſia ad aliam, ſine licentia ſummi pontificis.*
13 *Quando autem eſt depoſitum in eccleſia, tunc licitum eſt illud transferre.*
14 *Pœna eorum qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cæmiteriis tempore interdicti excommunicatos publice, nominatim interdictos, manifeſtos vſurarios, hæreticos vel eorum fautores.*

IS qui inteſtatus, quantum ad ſepulturam pertinet, deceſſit, ſepelitur in ſepulchris ſuorum maiorum, *c. pen. & 3. hoc tit.* vel in cœmiterio parochialis eccleſiæ: *c. 2. & pen. hoc tit. in 6.* nam prohibitum eſt de iure ſepeliri cadauera mortuorum in eccleſia, *c. præcipiendum §. prohibendum, c. nullus mortuus 13. quæſt. 2.* præſertim in maiori capella: *Greg. 15. deciſ. 145. num. 3. & ibi annot.* ideo annectit præcedentibus rubricis titulum *de ſepulturis.*
Sepultura † ſumitur tripliciter; primo pro iure ſe- 1
peliendi, & tunc eſt ius competens eccleſiæ, quæ habet populum, aut priuilegium ad ſepeliendum in cœmiterio ſuo proueniens ex Pontificis aſſignatione, *Innoc. in c. 1. ante fin. hoc tit.* Secundo pro ipſo officio, quod impenditur corporibus funerandis, pro quo nihil exigi poteſt ab illis eccleſiaſticis, qui ad illud tenentur ratione beneficij: *c. in eccleſiaſtico c. præcipiendum 13. q. 2. c. non ſatis, c. cum in eccleſia de Simon.* Clerici non obligati poſſunt aliquid accipere, nõ vt pretium, ſed vt ſubſidium. *c. charitatem §. fin. 12. q. 2. & ibi gloſ. c. cum ex officij de præſcript.* tenentur laici ſeruare laudabilem cõſuetudinem, *c. ad Apoſtolicum de Simon. & ibi gloſſ. fin. & Can. gloſſ. fin. in c. abolendæ hoc tit. & ibi Can.* nihil exigi poteſt per clericos, antequam cadauer ſit traditum ſepulturæ, ſed poſtea eo condito, *d. c. abolendæ Rot. diuerſ. dec. 223. part. 1. in princip.* Tertio accipitur pro loco, in quo eſt aliquis ſepultus, qui ſacer non eſt ſecundum canones, vel ſepeliendus, & vendi poteſt, antequam ſit conſecratus per epiſcopos, ſicut venduntur poſſeſſiones ad eccleſias ædificandas: *c. aurum 12. q. 2. iuncta gl. in verb. in his tribus*, vas quoque lapideum, ſiue ligneum pro aliquo ſepeliẽdo factum vendi poteſt, *l. vel quæ paterfamilias in fin. ff. de relig. & ſumpt. funer.*

funer. quia puta ſunt, non religioſa, ſed poſtquam
auctoritate pontificali fuerunt conſecrata, & ſe-
pulturæ deputata, vendi nõ poſſunt, etiamſi nul-
lus ibi eſſet ſepultus, quia ſunt ſacra, & religioſa,
quæ ſunt nullius, & extra commercium, *c. abolen-
da, & ibi gl. 1. Inn. & Can. hoc tit. §. nullius, & §. reli-
gioſum & ibi gl. & DD. Inſt. de rer. diuiſ. c. queſta, &*
2 *2. cc. ſeqq. 13. q. 2.* vnde non poteſt quis † habere
proprium ſepulchrum quoad proprietatem, ſed
tantum quoad vſum, vt ipſe & ſui ibi ſepeliantur,
adeo quod ipſis inuitis alius ibi ſepeliri non poſ-
ſit; *Hoſt. in d. c. abolendæ num. 18. Ioan. Andr. num. 2.
Butr. num. 3. Zab. num. 2. Pan num. 5. Greg. xv. deciſ.
145. & ibi annot.* nam ius ſepulturæ toleratur ex
gratia, ſicut ius patronatus, *Hoſt. in d. c. abolendæ in
fin.* ac vt ſedilia, ſcamna, arma, & cognomina per-
mittuntur laicis in eccleſijs. *Pan. in c. abolendæ nu. 5.
hoc titul. & ibi Can. Franc. Marc. deciſ. 275. part. 1.
Cepoll. in tract. de ſeru. vrb. præd. tit. de pict. num. 6.
& 10. l. qui liberalitate, & l. opus ff. de oper. publ.*
3 Electio ſepulturæ † eſt libera, *c. 1. c. cum liberum,
& ſeq. hoc tit. c. 1. & ibi not. per Ioan. An. n. 4. eod. in 6.
Rot. diuerſ. deciſ 333. numer. 1. part. 1.* etiam mulieri
nuptæ, *c. de vxore hoc tit.* filio familias puberi abſq;
patris aſſenſu, *c. licet hoc tit. in 6.* valida eſt, facta ſi-
ne pactione, & promiſſione, ſuggeſtione, vel in-
ductione religioſorum, vel clericorum ſæcula-
rium, *Franc. in c. 1. in 3. notab. hoc tit. in 6. Rot. diuerſ.
deciſ. 333. n. 6. & 7. part. 1. quæ eſt Caſ. deciſ. 2. hoc tit.*
quia competit per modum facultatis, *c. 1. hoc titul.*
Et poteſt vallari ſpontaneis eligentium, vel affir-
mantium non mutare electam ſepulturam, pro-
miſſione, voto, iuramento, obligatione, inſtitu-
tionibus, & fideicommiſſis, *Rot. diuerſ. d. deciſ. 333.
part. 1. c. 1. ibi promittendum iudicaui, hoc tit. in 6.*
4 *Crauet conſ. 10.* ſed † promiſſio, obligatio, iura-
mentum, votum facta ad ſuggeſtionem religio-
ſorum, & clericorum ſæcularium, vt apud eorum
eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vl-
terius non immutent, nullius eſt penitus firmita-
tis, *c. 1. hoc tit. in 6. Clem. cupientes §. fin. de pœnis.* quia
cum ſepultura ſit ius ſpirituale, non poteſt inter-
uenire pactio cum eligentibus ſepulturam, *c. quã
pio §. cauete 1. quæſt. 2. c. pactiones de pact.* Contraue-
nientibus pœnæ graues imponuntur, nam qui ſic
eligunt, nec apud ſic electas eccleſias vllatenus
ſepeliri, nec alibi poſſunt eligere ſepulturam, ſed
omnino, contradictione quacumque non ob-
ſtante, ſepeliuntur apud illas eccleſias, apud quas
de iure ſepeliendi fuiſſent, ſi alias ſepultura non
electa deceſſiſſet. Religioſi, & clerici ſunt excom-
municati ipſo iure, *Clem. fin. §. fin. de pœn.* & præfa-
tos in ſuis eccleſijs, vel cœmiterijs ſepeliendo, ob-
ligati ſunt ad reſtitutionem ſepultorum corpo-
rum ſi petuntur, & omnium, quæ occaſione ſe-
pulturæ eorum peruenerint quomodolibet ad
eoſdem, inter decendium integraliter faciẽdam,
quam niſi fecerint, eccleſiæ ipſæ, apud quas ſe-
pulti fuerunt, & cœmiteria earumdem ex tunc
eo ipſo ſunt & tamdiu manent eccleſiaſtico ſup-
poſita interdicto, donec ab eis fuerit facta reſti-
tutio plenaria; *c. 1. hoc tit. in 6.* quæ pœna non ha-
bet locum in laicis inducentibus ad vouendum,
iurandum &c. *Rot. d. deciſ. 333. ſub num. 6. part. 1.
d. c. 1. in princ. ibi vniuerſis religioſis, & ſæcularibus cle-
ricis hoc. tit. in 6. & ibi Can.* Semel electa † poteſt 5
mutari etiam in loco minus religioſo, *c. cum quis
§. fin. hoc tit. in 6. quod corrigit c. fraternitatem hoc
tit.* locus magis religioſus eſt, in quo frequen-
tius celebrantur diuina officia; *c. cum grauia, & ibi
gloſſ. & Can. 13. q. 2. Pan. in c. fraternitatem num. 4.
hoc tit.* quia electio ſepulturæ eſt pars vltimæ vo-
luntatis, cuius libertas tolli non poteſt pactioni-
bus, iuramento, vel alias, *l. 1. C. de ſacroſ. eccl. l. ſi
tibi, & mihi §. in legatis ff. de leg. 1. l. ſi quis in princ. te-
ſtamenti ff. de leg. 3. Franc. in c. 1. in 6. notab. hoc tit.
in 6. & ibi Can.* Quod ſi nulla † facta fuit electio 6
de ſepultura, debet iure communi inſpecto, quis
ſepeliri in ſepulchris maiorum ſuorum, *c. 1. hoc tit.
c. 2. & c. is qui habet eod. in 6.* & ſi non adſunt, in ſua
parochia, in qua habet domicilium, & officia cõ-
ſueuit audire diuina, & eccleſiaſtica percipere ſa-
cramenta, *c. 2. & pen. hoc tit. in 6.* licet ad villam
ruralem ſe tranſtulerit cauſa recreationis, vel vt
ruralia in ea exerceret, & non electa ſepultura
deceſſerit ibidem, dummodo ad ipſam paro-
chialem eccleſiam abſque periculo valeat depor-
tari: *d. c. is qui habet*, ſed & peregrini & viatores, ſi
decedant itinerando intra parochiam alicuius, li-
cet in loco ſit eccleſia cathedralis, ſepeliendi ſunt
in eccleſia parochiali, & ibi ſoluenda ſunt iura
funeralia & non in eccleſia cathedrali; *Pan. poſt
recenſitas aliorum opiniones in c. 1. num. 4. hoc tit. per
c. 1. de celebrat. miſſ. & c. paſtoralis in princ. de his, quæ
fi. à præl. Card. Seraph. deciſ. 1135.* vnde dici poteſt
ius eligendi ſepulturam eſſe ius ſpeciale, indu-
ctum contra ius commune præfatum, *Franc. in c.
1. §. ſi vero nu. 4. hoc tit. in 6. Prob. ad Monach. nu. 3.*

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. And. num. 5. & Can. Ius enim funerandi eſt
de iure parochiali quemadmodum eſt ſacramen-
torum adminiſtratio, ſi eccleſiæ parochiali ſit de-
putatum cœmiterium, *Clem. dudum §. verum hoc
tit. Pan. in c. certificari ſub numer. 7. verſ. quaero in eo
quod hic ſit mentio eod. c. 1. 13. q. 1.* Sepeliens alienum
parochianum debet corpus, vel oſſa reſtituere, &
ea quæ occaſione ſepultura recepiſſe noſcitur
cum integritate, *c. ex parte & ſeq. c. in noſtra hoc tit.*
Ideo in indulto quod à Romana Curia concedi
conſueuit, *Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. confeßionale,
verſ. quando petunt ex Fran. in c. 1. §. ſi vero numer. 4.
hoc tit. in 6. & ibi Ioan. Monach. num. 3. & 4.* vel ab
Epiſcopo, *Pan. in c. certificari num. 8. & 9. hoc titul.*
quod extra parochiam ſepeliri poſſint, adduntur
hæc verba, ſalua iuſtitia, vel ſine præiudicio eccle-
ſiæ parochialis, *d. c. certificari hoc tit.* etenim ec-
cleſiæ, in qua ſunt maiorum ſepulcra, dimiſſæ
non debetur canonica portio, ſed tantum paro-
chiali eccleſiæ, *c. cum quis hoc tit. in 6.* Prædicta re-
gula quod non electa ſepultura quis ſepeliri de-
beat in ſepulcris maiorum, vel in parochiali ec-
7 cleſia, fallit † in muliere nupta, quæ, non electa
ſepultura, cum viro ſuo eſt ſepelienda, & ſi plures
habuit cum vltimo, cuius retinuit domicilium &
honorem, *c. is qui habet §. fin. hoc tit. in 6.* Secundo
in religioſis, qui ſunt in monaſterijs ſuis ſepe-
liendi, niſi moriantur in loco à monaſterijs ſuis
remoto, vt commode cadauer ad monaſterium
non poſſit deferri, quo caſu poſſunt ſibi eligere
ſepulturam, & ea non electa tumulantur in paro-
chiali eccleſia, *c. fin. hoc tit. in 6. & ibi Can.* Tertio
in filijs impuberibus mortuis, quos pater, ſtante
conſuetudine terræ & non alias, poteſt ſepelire
quo voluerit; *c. de vxore §. fin. hoc tit. c. pen. eod. in 6.*
Quarto iure ciuili corpora eorum, in quibus a-
nimaduertitur, etiam eorum qui exurendi dam-
nantur, non aliter ſepeliuntur, quam ſi fuerit pe-
titum & permiſſum; *l. 1. & fin. ff. de cad. punit.* Ca-
nones vero communionem & ſepulturam eis
non interdicunt, qui pro peccatis ſuis pœnam ex-
tremam perſoluunt. *c. quaſitum eſt 13. q. 2. late Na-
uarr. conſ. 60. de pœnit. & remiß. Franc. Marc. q. 10.
part. 2.*

8 Qui ex priuilegio † Apoſtolico habent libe-
ram ſepulturam, ſiue liberum ius funerandi, vt
prædicatores & minores poſſunt intrare proceſ-
ſionaliter alienam parochiam, & accipere funus
cum ſolemnitate, prohibente, & inuicto rectore
parochiali, *Clem. dudum, & ibi gloſſ. in verb. libere
Anchar. num. 28. Pan. num. 32. de ſepult. late Franc.
Marc. q. 1048. part. 1.* quia verbum, *liberam*, de-
notat quandam prærogatiuam abſolutam & do-
minium ſuper actu cui adijcitur, *l. procurator cui
libera ff. de procurat. c. cum nobis olim in fin. de elect. c.
de multa de præb. Gemin. in c. vt animarum ſub nu. 2.
de conſtit. Oldrad. conſ. 225. num. 10. & ſeq.* Tutius
tamen eſt vt non leuetur funus, niſi iubente &
intereſſente Sacerdote parochiali, qui incipit
cantare verſ. *ſubuenite*; ne detur materia rixæ, aut
ſibi ius dicant: *Zab. in clem. dudum §. huiuſmodi in
fin. & ibi Vitall. num. 13. & ſeq. Imol. numer. 66. hoc
tit.* ſed ſi ſimpliciter † conceſſa ſit eis ſepultura, 9
ſiue ius funerandi, eligētes apud eccleſiam ſuam,
non poſſunt proceſſionaliter intrare parochiam
alterius, *Gemin. in d. c. vt animarum ſub num. 2. de
conſtit.* & ex quadam honeſta conſuetudine de-
fertur funus, primum ad parochialem eccleſiam,
& ibi celebratur miſſa, & accepit vltimum vale,
deinde à parocho conſignatur eis, apud quos e-
legit ſepulturam, *gloſſ. in d. Clem. dudum §. verum in
verb. integre hoc tit.* Legatum factum pro ſepultu-
ra, debetur, ſi legans decedat excommunicatus,
ita quod ſepeliri non poſſit, quia conditio habe-
tur pro impleta ex quo ſtat per teſtatorem, *Bald.
in l. 1. num. 27. C. de inſtit. & ſubſtit.* Sepultura † ac- 10
quiritur conceſſione, *c. 1. verſ. nulli hoc tit.* con-
ſtructione, *c. vna quaque § item in nouo, & §. ſeq. 13.
q. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 222. in princ. part. 1. Greg. 15.
deciſ. 283. & deciſ. 332.* dotatione Capellæ, *c. mona-
ſterium, & c. ſequenti 16. qu. 7. c. nobis de iurepatr. &
ibi not. DD. Rot. diuerſ. deciſ. 173. ſub num. 3. part. 2.*
nec requiritur expreſſus conſenſus Epiſcopi, ſed
ſufficit eum non reclamare, *Hoſt. in c. fin. in fin. Io.
Andr. in princ. Anchar. num. 5. & ibidem Panor. &
Can. Rot. diuerſ. 222. numer. 1. & 2. part. 1.* ſucceſ-
ſione, *l. ius 1. & 2. C. de relig. & ſumpt. funer. & c.* Se-
pulcra enim quædam ſunt familiaria, quæ quis
ſibi familiæque ſuæ conſtituit, quædam hæredi-
taria, quæ quis ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituit:
l. familiaria, & l. ſeq. ff. de relig. & ſumptib. fun. & c.
Tranſeunt cum vniuerſitate quando talis res
venditur, quæ ſine expreſſione ſigni vniuerſalis
continet vniuerſalitatem, vt villa, caſtrum, *Innoc.
in c. ex literis num. 1. & 2. de iurepatr.* Poſſeſſio † ſe- 11
pulcri acquiritur per ædificationem, nam cum ſit
in poſſeſſione ædificij eſt etiam in poſſeſſione il-
lius vſus ad quem ædificium eſt deſtinatum, *§. re-*

Digitized by Google

l gloſſam verſ. in commune Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun. Secundo ex illatione, quæ tunc eſt probanda, & ex hac illatione quæritur etiam ius prohibendi, ne alij in id inferantur; *l. ſcriptus verſ. fin. l. ſi vendita ff. de relig. & ſumpt. fun. & c. Pan. in c. abolendæ numer. 5. hoc tit. & ibi Can.* corpus ab alio illatum non licet effodere ſine decreto pontificum, *l. oſſa ff. de relig. & ſumpt. fun.*

12 Cadauer traditum † perpetuæ ſepulturæ non licet transferre de vna eccleſia ad aliam ſine licentia ſummi Pontificis, quæ datur per breue ex rationabili cauſa, *l. pen. C. de relig. & ſumpt. fun. l. Diui fratres ff. eod.* cum clauſula ſine præiudicio, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. Confeſſionale, verſ. quando petunt*
13 *&c.* quando autem † eſt depoſitum ſolummodo in eccleſia, tunc licitum eſt illud transferre ad aliam eccleſiam ſine licentia & auctoritate alicuius, *l. ſi necdum C. de relig. & ſumpt. l. ſi quis eo animo ff. eod. gloſſ. in c. corpora de conſecr. diſt. 1.* dummodo transferatur ad locum, vbi alias viuus ſtare poterat, *l. ſi quis inſulam ff. de cadau. punit. & ibi Bart. ſtaph. de reſcrip. apoſtol. in form. Breu §. datur per Breue n. 16. & 17.*

14 Qui ſepeliunt † defunctorum corpora in cœmiterijs interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos participatione ſacramentorum, vel manifeſtos vſurarios ſcienter, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacent, à qua nullatenus abſoluuntur, niſi prius ad arbitrium Diœceſani epiſcopi eis, quibus per præmiſſa iniuria fuerit illata, ſatisfactionem exhibuerint competentem, nullo eis circa præmiſſa exemptionis vel quouis, alio priuilegio ſub quacumq; verborum forma conceſſo aliqualiter ſuffragante, *Clem. 1. hoc tit. & ibi Anchar. & Can.* quam pœnam omnes cooperantes, aſſociantes, fodientes ſepulcrum, portantes candelas, clerici dicentes officium, & auctorizantes ad ſepulturam, incurrunt, *Anchar. n. 10. Cald. Imol. & alij in d. Clem. 1. hoc tit. Capel. Thol. quæſt.* 328. prædictorumque corpora ſi ab alijs corporibus dignoſci poſſunt debent exhumari, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari, *c. ſacris hoc tit.* quicumque hæreticos vel fautores eorum ſcienter eccleſiaſticæ tradunt ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſubiacent, nec abſolutionis beneficium merentur, niſi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiuſmodi cadauera damnatorum, & locus ille perpetua ſepultura caret, *c. 2. in princ. de hæret. in 6.* Is cui eſt eccleſiæ interdictus ingreſſus, ſi hoc interdicto durante, decedat, non debet in eccleſia vel cæmiterio eccleſiaſtico, niſi penituerit, ſepeliri, *c. is cui 1. de ſent. excom. in 6.* Alios caſus in quibus denegatur eccleſiaſtica ſepultura *vide per gloſſ. in c. ex parte el 2. hoc tit. & ibi Doct.*

De parochijs & alienis parochianis.

Titulus XXIX.

SVMMARIA.

1 *Parochialitas non præſumitur.*

2 *Ad parochialem eccleſiam conſtituendam primo requiritur poteſtas fori pœnitentialis quæ in nullo eſſe poteſt niſi ſit ſacerdos.*

3 *Secundo, Parochia ſiue locus certus limitibus determinatus.*

4 *Tertio, Quod obtinens eccleſiam exerceat curam nomine ſuo.*

5 *Quarto, Quod rector ſuo nomine ſingulariter ad regimen eccleſiæ aſſumatur.*

6 *Quinto, auctoritas epiſcopo conſtituentis eam parochialem.*

7 *Sexto, publica orthodoxæ fidei profeſſio.*

8 *In hiſpaniarum regnis ac etiam alibi ſunt quædam diœceſis in quibus cura omnis reſidet penes Epiſcopos, & ipſa eccleſia ſiue cathedralis ſiue metropolitana eſt parochia totius diœceſis.*

9 *Synodus tridentina in ijs ciuitatibus & locis vbi parochiales eccleſiæ certos non habent fines mandat Epiſcopis vt diſtincto populo in certas parochias vnicuique ſuum proprium paſtorem aſſignent.*

10 *Beneficia ſæcularia quæ curam animarum retinent non poſſunt deinceps, aut aliqua pars fructuum ipſorum in ſimplex beneficium conuerti.*

11 *Epiſcopi poſſunt facere vniones perpetuas quarumcumque parochialium & baptiſmalium & aliorum beneficiorum curatorum vel non curatorum non tamen regularium cum curatis.*

12 *Parochialia iura ſunt multa, parochus neceſſitate aſtringitur eccleſiaſtica miniſtrare Sacramenta, ce-*

Digitized by Google

ta, clerici & laici infra parochiam habitantes coguntur ad eam accedere.

13 *2. Diebus Dominicis & feſtiuis clerus & populus in eccleſia parochiali ad miſſam publicam celebrationem debent conuenire.*

14 *Quicunque parochiales vel alias curam animarũ habentes, Eccleſias obtinent, plebes ſibi commiſſas docere debent ea qua ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, lingua vernacula.*

15 *3. Populus debet eccleſia parochiali ſoluere decimas perſonales primitias & oblationes.*

16 *4. Vt parochiani confiteantur & pœnitentiam recipiant à ſuo presbytero parochiali.*

17 *5. In ſolemnizatione matrimoniorum ſepulturis ſonte baptiſmali, in docendo pueros rudimenta fidei.*

18 *Parochus poteſt dare licentiam generalem de exercendo ea qua pertinent ad officium curati alteri ſacerdoti ſaculari.*

19 *At regulari, ſed tunc in generali licentia non venit miniſtratio ſacramenti extrema vnctionis vel euchariſtia clerico vel laico matrimoniorumue ſolemnitatio niſi ſuper habeatur ſpecialis licentia.*

20 *A qua regula excipiuntur duo caſus.*

21 *Parochi tenentur alere clericum intitulatum quãdo redditus eccleſia ſufficiunt.*

22 *Parochialium Eccleſiarum ſacularium quarumcunque etiam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici vel mixti etiamſi deuoluta reſeruata vel affecta fuerint collatio fit per concurſum.*

23 *Quomodo iſte concurſus fiat.*

24 *Ex approbatis Epiſcopus ſolus eum eligit quem cateris magis idoneum iudicauerit infra ſex menſes quando collatio ad Epiſcopum ſpectat, & quando ad Papam vel alios ſpectat infra quatuor menſes & à ſe electum illis notificat.*

25 *Si iurispatronatus eccleſiaſtici vel mixti parochialis erit ac inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos indicabit epiſcopo praſentare tenetur, cum inſtitutio ab alio eſt facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligit digniorem quem patronus ei praſentat ad quem pertinet inſtitutio.*

26 *In parochialibus iuriſpatronatus laicalis non eſt neceſſarius cõcurſus, niſi quando plures ſunt praſentati & ſinguli praſentati aquales habent voces, alias ſi vnus habet plures voces, ille ſolus eſt examinandus abſque concurſu aliorum.*

27 *Appellatio à iudicio Epiſcopi non admittitur.*

28 *In collatione parochialium Eccleſiarum monaſterijs vnitarum quoad temporalia & ſpiritualia non fit concurſus ſed ad nutum amouibiles ponuntur ſeruata diſpoſitione* c. in monaſterijs ſeſſ. 25. de regularib.

29 *Quando eccleſia parochiales ſunt vnita quoad temporalia tunc vicarij perpetui ad nominationem eorum in quorum eccleſijs vnitis ponuntur, cum ipſorum ordinariorum præmio examine approbatione deputantur ſine vllo concurſu.*

30 *In prioratibus & alijs beneficijs regularibus curatis etiam ſolitis commendari ſacularibus non fit concurſus.*

31 *De parochia quis efficitur acquiſitione & tranſlatione domicilij.*

32 *Sola habitatione, quoad neceſſaria ſacramenta confeſſionis & Euchariſtia, qua non ſufficit quoad voluntaria ſacramenta.*

PRÆTER ius ſepulturæ, plura alia iura competunt eccleſiæ parochiali, de quibus tractat ſub hac rubr. de parochijs &c. Parochialitas † in dubio non præſumitur. *Bell. deciſ. 675.* Ad conſtituendam eccleſiam parochialem plura † requiruntur. Primo poteſtas fori pœnitentialis, quæ in nullo poteſt eſſe niſi ſit ſacerdos: *c. in nouo 21. diſt. c. omnis de pœnit. & remiſ.* Sacerdotio aut ſacris ordinibus non initiatus, cui collata eſt parochialis eccleſia, poteſt per ſe facere omnia ſpectantia ad parochum, exceptis actibus pertinentibus ad ordines, *c. licet canon. c. cum ex eo. commiſſa de elect. in 6. iunctis c. ſuffraganeis, & c. tranſmiſſam de elect. Nauar. conſ. 9. num. 4. & ſeqq. de clandeſt. deſponſ.* & excepta præſentia præſtanda contrahendo matrimonio; *c. 1. ibi parocho, vel alio ſacerdote ſeſſ. 24. de reform. matr. Nauar. conſ. 10. de clandeſt. deſponſ.* ſed poteſt dare alteri ſacerdoti ſeculari generalem licentiam adminiſtrandi omnia ſacramenta in ſua parochia, vel omni religioſo cum ſpeciali expreſſione & licentia, quod poſſit laicis & clericis ſacramentum extremæ vnctionis, & euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniaque ſolemnizare, *Clem. 1. & ibi gl. in verb. presbyteri de priuil. & ibi Can. communiter.* vel licentiare alium quemlibet parochum ad ſacramenta adminiſtranda ſuis parochianis. *Vitall. in d. Clem. 1. nu. 30. de priuil. & Zab. in princ. in 18. quaſt. anch. num. 4.* Secundo parochia, † id eſt locus certis limitibus determinatus

 in quo

Digitized by Google

in quo populus alicui eccleſiæ deputatus habi-
tat. c. regenda. 10. quæſt. 2. c. eccleſias 13. quæſt. 1. c. plures
16. quæſt 1. c. & quia ſeſſ. 14. c. quando 38. diſt. c. 1. de
cap. Monach. gl. in c. licet Canon. in verb. parochiali-
4 bus, & ibi Can. de elect. in 6. Tertio quod † obti-
nens eccleſiam exerceat curam nomine ſuo, non
alieno. c. extirpanda §. qui vero, & ibi Can. de præb.
Clem. vnica, & ibi gl. in verb. perpetuis, & Can. de off.
5 vic. Quarto quod rector † ſuo nomine, ſingula-
riter, & non cum alijs ad regimen parochialis
eccleſiæ aſſumatur; c. cum non ignores de præb. c. ſicut
vna c. præcipimus 21. quæſt. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 52. per to-
tam par. 2. diuerſ. & hoc caſu quando adeſt verus
rector poſſunt deputari vnus vel plures coadiu-
tores ad exercendam curam animarum pro in-
titulato; c. propoſuit de fil. presb. ordin. & c. d. c. præci-
pimus, & ibi gl. & Can. Lap. alleg. 5. quia cura non
poteſt eſſe penes plures ſed exercitium curæ non
ſolum inter plures diuidi poteſt, ſed etiam pluri-
bus in ſolidum competere, Gonz. ſuper reg. de menſ.
& alter. gl. 6. numer. 42. & ſeqq. & num. 65. & ſeqq.
Greg. xv. dec. 370. in fin. & ibi annot. Oldrad. conſ. 67.
6 Quinto, auctoritas † Epiſcopi conſtituentis eam
parochialem. c. nullas omnino. 16. quæſt. 7. c. cum ſatis
de off. archid. Ioan. Andr. in c. quia nonnulli n. 3 & ibi
7 Can. de cler. non reſid. Sexto, publica † orthodoxæ
fidei profeſſio, ac iurata ſponſio, quod in obedi-
entia Romanæ Eccleſiæ ſit permanſurus, quæ fie-
ri debet ad minus intra duos menſes à die proui-
ſionis, in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedi-
to coram generali eius Vicario, ſeu officiali, cap.
cum dignitates §. prouiſi a etiam ſeſſ. 24. alioquin fru-
ctus non facit ſuos, nec illi poſſeſſio ſuffragatur,
d. c. cum dignitates §. prouiſi autem ſeſſ. 24. Quæ o-
mnia requiruntur vbi cura animarum totius
Diœceſis in plures parochias eſt diſtincta, Steph.
de litt. grat. tit. de qualit. & ſtat. ben. §. circa ſecundam
qualitatem Sarnen. in reg. de idiomate quæſt. 11. n. 8. &
ſeqq. approb. à Rota diuerſ. deciſ. 52. per tot. part. 2.
Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ & altern. gl. 6. n. 34.
8 & plurib. ſeqq. In Hiſpaniarum † regnis, ac etiam
alibi adſunt nonnullæ Diœceſes, in quibus cura
omnis reſidet penes ipſos Epiſcopos, & ipſa ec-
cleſia ſiue cathedralis, ſiue metropolitana eſt pa-
rochia totius Diœceſis, c. expedit ſeſſ. 24. in princ.
Rot. diuerſ. deciſ. 48. part. 1. & deciſ. 309. in fin. part. 2.
quo caſu poteſt Epiſcopus plures ad nutum a-
mouibiles inſtituere in parochialibus, qui exer-
ceant curam animarum, vel pluribus alternis
hebdomadis exercendam committere, quia titu-
lus Curæ eſt penes Epiſcopum. iuribus allegatis.
Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 6. nu.
65. & ſeqq. & n. 75. & ſeqq. Synodus Tridentina in
ijs ciuitatibus † ac locis, vbi parochiales eccleſiæ 9
certos non habent fines, nec earum rectores
proprium populum, quem regant; ſed promiſcue
petentibus ſacramenta miniſtrant, ac in ijs ciuita-
tibus ac locis; vbi nullæ ſunt parochiales eccle-
ſiæ, mandat epiſcopis, vt diſtincto populo in cer-
tas propriaſque parochias, vnicuique ſuum per-
petuum, peculiaremque parochum aſſignent, aut
alio vtiliore modo, prout loci vtilitas exegerit,
prouideant; vt parochus populum ſibi creditum,
& populus parochum, à quo ſolo licite ſacramen-
ta ſuſcipiat, cognoſcere valeat, c. quoniam pleraque
§. iniſi quoq; ſeſſ. 24. Laicus de conſenſu Epiſcopi
non poteſt ſibi in ipſa fundatione reſeruare ius
nominandi plures clericos ad ſuum nutum amo-
uibiles, penes quos ſit exercitium curæ, quia hoc
caſu in eccleſia nullus adeſſet rector cum titulo,
c. ſicut vna d. c. præcipimus 21. quæſt. 2. Beneficia † ſæ- 10
cularia quæ curam animarum ex primæua eorũ
inſtitutione, aut aliter quomodocunque reti-
nent, non poſſunt deinceps, aut aliqua pars fru-
ctuum ipſorum, Garc. de benef part. 12. cap. 2. §. 1. ſub
n. 87. In ſimplex beneficium conuerti, etiam aſſi-
gnata vicario perpetuo congrua portione, c. 16.
ſeſſ. 25. Vt Eccleſiarum ſtatus ex dignitate conſer-
uetur, poſſunt epiſcopi etiam tanquam ſedis apo- 11
ſtolicæ delegati, iuxta formam iuris, ſine præiu-
dicio obtinentium, facere vniones perpetuas
quarumcumque parochialium & baptiſmalium
& aliorum beneficiorum curatorum vel non cu-
ratorum, non tamen regularium, c. quoniam plera-
que §. in parochialibus. cum curatis propter earum
paupertatem, & in certis caſibus à iure permiſſis;
quæ non poſſunt quoquo modo infringi vigore
cuiuſcumq; prouiſionis, etiam ex cauſa reſigna-
tionis aut derogationis, aut ſuſpenſionis, c. cum et-
iam ſeſſ. 21. c. vnico §. fin. 10. quæſt. 1. Si per beneficio-
rum vnionem, id fieri non poſſit, curabit Epiſco-
pus vt decimarum vel primitiarum aſſignatione,
aut per parochianorum ſymbola, aut collectas,
aut qua commodiore ei videbitur ratione, tantũ
redigatur, quod pro rectoris aut parochiæ neceſ-
ſitate decenter ſufficiat, d. c. quoniam pleraq; §. in pa-
rochialibus.

Iura parochialia † ſunt multa, parochus neceſ- 12
ſitate

Digitized by Google

ſitate aſtringitur eccleſiaſtica miniſtrare ſacra-
menta, clerici & laici infra parochiam habitantes,
coguntur ad eum accedere, *c. alia. 16. quaeſt. 1. c. &*
hoc attenden. de conſecrat. diſt. 1. glo. in Clem. dudum in
verb. impedenda de ſepult. Pan. in c. cum ab Eccleſiarum
n. 2. de off. ord. Greg. 15. deciſ. 387. n. 7. & ſeqq. & ibi
annot. & deciſ. 405. Pan. in c. dilectus n. 16. & 17. de
capell. monac. & parocho, pro certo, conuenit cum
parochianis in periculis pro viribus perſiſtere, *c.*
13 *ſuſcitatis 7. quaeſt. 1.* Secundo, diebus † dominicis
& feſtiuis clericis, & populus in eccleſia parochia-
li ad miſſarum publicam celebrationem debent
conuenire, *d. c. & hoc attendendum de conſecrat. diſt. 1.*
c. 2. hoc tit. Lap. alleg. 87. per tot. Ideo Concilium
Tridentinum decreuit, quod epiſcopus moneat
populum diligenter, teneri vnumquemque pa-
rochiae ſuae intereſſe, vbi id cōmode fieri poteſt,
ad audiendum verbum Dei, *c. 4. §. moneatq; ſeſſ. 24.*
c. quanto §. moneant ſeſſ. 22. nam Archipresbyteri,
plebani, & quicumque parochiales, vel alias cu-
ram animarum habentes eccleſias, obtinent, per
14 ſe, † vel alios idoneos, ſi legitime impediti fuerint,
ab epiſcopis deputandos eorum impenſis, *c. prae-*
dicationes ſeſſ. 24. diebus ſaltem dominicis, & feſtis
ſolemnibus, ac tempore ieiuniorum quadrageſi-
mae, & Aduentus Domini, quotidie, vel tribus in
hebdomada diebus, plebes ſibi commiſſas doce-
re debent ea, quae ſcire omnibus neceſſarium eſt
ad ſalutem, lingua vernacula, poſtpoſitis inutili-
bus quaeſtionibus, *c. vt fideles ſeſſ. 24.* Si quis eorum
id praeſtare negligat, etiamſi ab epiſcopi iuriſdi-
ctione quauis ratione exemptum ſe eſſe praeten-
deret, etiamſi eccleſiae quouis modo exemptae di-
cerentur, aut alicui monaſterio etiam extra dioe-
ceſim exiſtenti forſan annexae, vel vnitae, modo
re ipſa in dioeceſi ſint, & ab epiſcopo monitus
trium menſium ſpatio ſuo muneri defuerit, per
cenſuras eccleſiaſticas, ſeu alias ad arbitrium E-
piſcopi cogitur; ita vt etiam ex eccleſiarum fru-
ctibus alteri, qui id praeſtet, honeſtam aliquam
mercedem perſoluendam, conſtituere poſſit, do-
nec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum
impleat, *c. 2. §. archipresbyteri ſeſſ. 5.* Si vero paroc-
hiales eccleſiae ſubiectae ſint monaſterijs in nulla
dioeceſi exiſtentibus, & regulares praelati in prae-
dictis negligentes fuerint, à metropolitanis, in
quorum prouincijs dioeceſes ſitae ſunt, tanquam
quoad hoc ſedis apoſtolicae delegatis compel-
luntur; neque huius decreti executionem con-
ſuetudo, vel exemptio, aut appellatio, ſeu recur-
ſus impedire valet, *c. 2. § ſi quae vero ſeſſ. 5. d. c. praedi-*
cationes ſeſſ. 24. Praeterea epiſcopi etiam tanquam
ſedis apoſtolicae delegati, in eccleſijs parochiali-
bus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita nu-
meroſus ſit, vt vnus rector non poſſit ſufficere
eccleſiaſticis ſacramentis miniſtrandis, & cultui
diuino peragendo cogunt rectores, vel alios ad
quos pertinet, ſibi tot ſacerdotes ad hoc munus
adiungere, quot ſufficiant ad ſacramenta exhi-
benda, & cultum diuinum celebrandum, *c. Epiſ-*
copi ſeſſ. 21. eiſdem illiteratis, & impeditis, ſi alias
honeſtae vitae ſint, coadiutores, aut vicarios pro
tempore deputant, partemque fructuum eiſdem
pro ſufficienti victu aſſignant, vel aliter proui-
dent, quacumque appellatione, & exemptione
remota, *c. quia illiterati ſeſſ. 21.* Eos vero qui turpi-
ter, aut ſcandaloſe viuunt, poſtquam praemoniti
fuerint, caſtigant, etſi adhuc incorrigibiles in ſua
nequitia perſeuerent, eos beneficijs iuxta ſacros
canones, exemptione, & appellatione quacumq;
remota priuandi facultatem habent. *c. quia illite-*
rati §. eos vero ſeſ. 21. Tertio, † populus debet eccle- 15
ſiae parochiali ſoluere decimas, primitias, & ob-
lationes, *in ſeq. tit. dicetur.* Quarto, vt parochiani
confiteantur, † & poenitentiam recipiant à ſuo 16
presbytero parochiali, niſi ab eo licentiam ha-
beant, vt ab alio recipere poſſint, *c. placuit de poenit.*
diſt. 6. c. omnis vtriuſq; ſexus de poenit. & remiſſ. nulli
enim ſacerdotum licet alterius parochianum li-
gare vel ſoluere, *c. adijcimus §. ecce. 16 quaeſt. 1. d. c.*
placuit. Quinto, in ſolemnizatione † matrimo- 17
niorum, *c. cum inhibitio in princ. & §. fin. de clandeſt.*
deſponſ. c. 1. ſeſſ. 24. de reform. matr. ſepulturis, *dictum*
eſt in praeced. tit. fonte baptiſmali, qui conſueuit eſſe
in plebibus, & parochijs, *Clem. 1. & ibi Anch. ſub n.*
3. de baptiſ. c. 1. §. item leo 4. 13. quaeſt. 1. in delatione
euchariſtiae ad infirmos, *Rot. Farin. dec. 340. part. 2.*
in docendo pueros fidei rudimenta ſingulis ſal-
tem diebus dominicis, & feſtiuis: *c. vt quiſque de*
vit. & honeſt. cler. ſtatur aſſertioni parochi, cum de-
ponit de pertinentibus ad eius officium. *c. poſt ceſ-*
ſionem, & ibi not. DD. de probat. Innoc. in c. 1. n. 10. de
fid. inſtr. & ibi Can. Rot. diuerſ. deciſ. 750. n. 10. part. 1.
& deciſ. 220. n. 1. part. 2.

Parochus poteſt † dare licentiam generalem 18
de exercendo ea, quae pertinent ad officium cu-
rati, alteri Sacerdoti ſaeculari, quia habet ordina-
riam iuriſdictionem, *gloſſ. in clem. 1. in verb. presby-*

ecri de priuil. & Can. in qua includitur facultas ſolemnizandi matrimonia, licet in ſpecie non exprimatur, Rot. deciſ. 750. part. 1. diuerſ. late Nauarr.
19 conſ. 13. de cland. deſponſ. ac regulari, † & tunc in generali licentia non venit miniſtratio Sacramenti extremæ vnctionis, vel euchariſtiæ clericis, vel laicis, matrimoniorumve ſolemnizatio, niſi ſuper his ſpecialis habeatur licentia, ſine qua religioſus præſumens dicta tria Sacramenta miniſtrare, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrit, per ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendus, Clem. 1. de priuil. & ibi gl. in verb. ſpe-
20 ciali, & Anchar. num. 5. & Can. exceptis † religioſis, qui habent curam parochiæ populi, vel de iure communi, vt eſt Canonicus regularis, vel ex diſpenſatione, vt monachus, c. quod Dei timorem, de ſtat. Monach. qui abſque metu incurſus dictæ excommunicationis præfata tria Sacraméta clericis, & laicis ſuæ parochiæ, ac alienis parochianis poſſunt miniſtrare de licentia propriorum parochorum, Vitall. in clem. 1. num. 3. & ſeqq. & num. 17. 18. & 22. de priuil. & Zab. in princ. in 2. & 23. quaſt. quia in his, quæ curam parochiæ concernunt, habentur pro presbytero ſæculari: l. ſi pater §. ſi duo ff. de adopt. & ibi poſt gloſſ. 1. Bart. & DD. ac excepto Religioſo, qui ipſi parocho Sacramenta Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis miniſtrauit, quia non poteſt dici, quod miniſtrauit ſine licen-
21 tia, Zab. d. clem. 1. in princ. q. 17. Tenetur † alere clericum intitulatum, & non excuſatur tenendo ſeruitorem, quando redditus ſufficiunt eccleſiæ, quod in dubio præſumitur: d. c. vt quiſque & ibi Pan. num. 1. & Can. Pan. in c. fin. numer. 10. in fin. & ibi Felin. numer. 10. verſ. ex quibus colligit de præſcript. Caſſad. deciſ. 19. in princ. de præbend. beneficiati in eis non ſunt neceſſarij, ſed tantum ad bene eſſe, Rot. diuerſ. deciſ. 56. num. 9 & 10. par. 2. c. vt quiſque de vita & honeſt. cleric. Caſſad. deciſ. 19. in princ. de præbend. ac parochialis erigitur in collegiatam auctoritate epiſcopi, c. quoniam de vit. & honeſt. cler. & ibi Pan. numer. 2. c. nobis & ibi poſt gloſſ. in verb. in cap. Can. de iurep. Zabar. in Clem. ſtatutum in 4. qu. dicens ita iudicatum de elect. Bertac. de conſum. epiſc. 2. par. 4. lib. tit. de poteſt. epiſc. circa ſpiritualia num. 79. Garc. de benef. par. 12. cap. 5. num. 4. requirit auctoritatem Papæ, de conſenſu ſui capituli, Pan. in d. c. quoniam num. 2. & ibi Can. Franc. Marc. deciſ. 678 num. 6. par. 2. ac patroni, Ancar. in c. ſuggeſtum nu. 6. de iurepat. Caſſad. deciſ. 6. num. 4. de iurepatr.

Collatio parochialium † eccleſiarum ſæcula- 22
rium, Gonz. ſuper reg. Cancell. de men. & alter. gloſſ. 6. num. 262. verſ. 12. etiamſi cura eccleſiæ, quam deputati Capellani exercent, Oldrad. conſ. 6. 7. Gonz. ſuper reg. Cancel. de menſ. & alter. gloſſ. 6. nu. 71. (Secus ſi ipſimet Canonici, aut alij clerici abſque deputatione, quia hoc vltimo caſu nũquam inducitur vacatio, arg. c. ſtatutum de elect. in 6. Put. deciſ. 182. lib. 1. Garc. de benef. par. 9. cap. 2. §. 1. num. 180. & 186. Nauar. conſ. 8. num. 9. de priuil. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 9. num. 93.) vel epiſcopo incumbere dicatur, ac eccleſias patrimonialium, ſeu receptiuarum nuncupatarum, in quibus conſueuit Epiſcopus vni vel pluribus curam animarum demãdare, Garc. de benef. par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 175. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 6. n. 114. aut iuriſpatronatus eccleſiaſtici, Gonz. ſuper reg. Cancell. de men. & alter. gloſſ. 6. ſub num. 112. & nu. 135. Garc. de benef. par. 9. cap. 2. num. 18. in fin. & §. 2. num. 261. & ſeqq. d. par. 9. cap. 2. vel mixti, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 2. numer. 276. & ſeqq. annot. ad Greg. xv. deciſ. 494. num. 5. & 6. nec non vicariarum erectarum in eccleſijs alicui beneficio vnitis, ſeparando curam animarum ab ipſis eccleſijs & transferendo eam in Vicarios, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 2. numer. 298. & 301. & ſeqq. Rot. deciſ. 579. par. 2. in recollectis per Farin. cum per obitum vel reſignationem etiam in Curia (non tamen in fauorem certæ perſonæ coram ſanctiſſimo Domino noſtro, Pariſ. de reſign. lib. 10. qu. 7. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 16. num. 121. & ſeqq. ſiue in forma gratioſa, propter approbationem præuio examine factam Romæ, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 156. & ſeqq. Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 7. num. 7. & 8. ſiue in forma dignum expeditam, quia tunc ſufficit reſignatarium abſque concurſu ab examinatoribus in ſynodo deputatis ſimul cum epiſcopo approbari, Pariſ. de reſign. lib. 10. qu. 7. num. 13. & ſeqq. vbi refert declarationes congregationis interpretum Concilij Tridentini Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 6. num. 121. & ſeqq. & gloſſ. 14. num. 14.) illarum vacatio contigerit, etiamſi ipſæ parochiales eccleſiæ deuolutæ, reſeruatæ, etiam per vacationem in menſibus Papæ, Pariſ. de reſign. benef. lib. 8. q. 9. num. 102. vel affectæ fuerint generaliter, vel ſpecialiter, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 153. cap. 18. in princ. ſeſſ. 24. etiam vigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinalium, fieri debet per concurſum: Gonz.

ſuper

Digitized by Google

ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 6. num. 112. & ſeqq.
vbi ponit vnam ampliat. & 12. caſus in quibus ceſſat
concurſus Quarant. in ſum. bullarum in verb. beneficij
paroch. collat. Pariſ. de reſignat. lib. 8. qu. 9. num. 77.
23 vbi ampliat & limitat. Conſtituto † per epiſcopum,
& non per inferiorem prælatum, Garz. de beneſ.
par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 127. cap. 18. in princ. ibi de-
beat epiſcopus ſtatim ſeſſ. 24. habita notitia vacatio-
nis, ſi opus fuerit, idoneo in eis Vicario cum con-
grua fructuum portionis aſſignatione, Nauarr.
conſ. 5. de off. ord. c. 18. in fin. princ. ſeſſ. 24. qui onera
ipſarum eccleſiarum ſuſtineat, donec eis de re-
ctore prouideatur, c. 18. in princ. ſeſſ. 24. quod in eo
corrigit c. cum vos de off. ord. Deinde epiſcopus ſiue
eius Vicarius ex generali commiſſione, Felin. in
rub. de off. deleg. ſub nu. 4. Garc. de beneſ. part. 9. cap. 5.
§. 1. num. 117. c. 2. & ibi poſt gl. 1. Can. de off. Vic. in 6.
c. Romana, & ibi poſt gl. 1. Can. de appell. in 6. (quia
concurſum facere eſt iuriſdictionis, Rot. deciſ. 632
num. 4. part. 2. in recollect. per Farinac. c. dilectus, &
ibi poſt gloſſ. in verb de le iuriſd. Can. de off. ord. & nõ
inferior prælatus, etiam eccleſiæ vel Abbatiæ ex-
emptæ exiſtentis intra fines diœceſis, niſi inferior
epiſcopo ſit nullius diœceſis, & proprium habeat
territorium, Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 1. nu. 121.
& ſeqq. & 129. & ſeqq. vſque ad num. 153. Card. Se-
raph. deciſ. 1386. Quarant. in ſum. gladij in verb. be-
neſ. paroch. coll. verſ. 2. quæritur.) decem dies vel a-
liud tempus præſcribit omnibus, ad nominatio-
nem clericorum idoneorum, Nauarr conſ. 4. de
præb. d. c. 18. §. porro verſ. liberum, & verſ. ſeq. quo-
rum annotantur nomina, ac tranſacto conſtitu-
to tempore & non antea, Garc. de beneſ. part. 9. c. 2.
§. 2. num. 326. & 328. Card. Seraph. deciſ. 1148. nu.
4. & ſeqq. c. 18. §. tranſacto ſeſſ. 24. arg. c. fin. ibi aſ-
ſignato peremptorio termino de elect. in 6. deſcripti &
alij non deſcripti, qui re integra ſuperueniunt,
Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 1. num. 200. & 206.
& ſeqq. arg. l. etſi poſt tres ff. ſi quis caution. & ibi DD.
l. quod ſi minor §. non ſemper verſ. ſceuola ff. de min. &
ibi DD. examinantur ab epiſcopo, ſeu eo impedi-
to, eius Vicario, abſque eorum voto deciſiuo, at-
que ab alijs examinatoribus in ſynodo diœceſa-
na deputatis, non paucioribus quam tribus, Garc.
de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 2. num. 321. & 324. d. c. 18.
§. examinatores, (quorum votis ſi pares aut ſingu-
lares fuerint accedere poteſt epiſcopus vel Vica-
rius, quibus magis videbitur, Garc. de beneſ part. 9.
cap. 2. num. 56. in fin. & numer. 60. & ſeqq. d. c. 18. §.
tranſacto,) medio eorum iuramento, Garc. de ben.
part. 9. cap. 2. §. 2. num. 354. & ſeqq. d. cap. 18. §. ſint
vero, verſ. iurentque, & omni munere ante & poſt
examen interdicto, Garc. de beneſ. part. 9 cap. 2. §.
20. num. 368. & ſeqq. vſque ad fin. d. c. 18. §. caueant-
que, alioquin Simoniæ vitium, tam ipſi quam al'j
dantes incurrunt, à qua ſolui nequeunt, niſi di-
miſſis beneficijs, quæ quomodocumque etiam
antea obtinebant, & ad alia impoſterum inhabi-
les redduntur: peracto examine renunciantur,
quicumque ab his idonei iudicati fuerunt, à qua
relatione examinatorum non datur appellatio
etiam quoad effectum deuolutiuum, Garc. de be-
neſ. part. 9. cap. 2. §. 1. num. 239. & ſeqq. Gonz. ſuper
reg. Cancell. de menſ. & alter. glo. 9. §. 1. tit. annotat.
cont. nullit. & act. numer. 209. & ſeqq. Rot. deciſ. 10.
pan. 2. diuerſ. c. 18. §. in omnibusq; ſeſſ. 24. & ex ap-
probatis † epiſcopus ſolus, Garc. de beneſ. part. 9. 24
cap. 2. num. 108. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 12. num 3. d.
cap. 18. §. peracto verſ. ex his quos epiſcop. eum eligit,
quem cæteris magis idoneum iudicauerit, Garc.
de beneſ part. 9. cap. 2. §. 1. num. 148. d. c. 18. §. per-
acto, infra ſex menſes, quando collatio ad epiſco-
pum ſpectat, & quando ad Papam (cum idem
concurſus præmitti debet in prouiſione Apoſto-
lica de eccleſijs parochialibus, Rot. diuerſ. deciſ. 48.
per tot. part. 1. c. pen. & ibi Gemin. & Can. de præb. in
6. clem. 1. de conceſſ. præb. & ibi not.) vel alios ſpe-
ctat, infra quatuor menſes, & à ſe electum illis
notificat, Garc. de beneſ. part. 10. cap. 2. n. 7. iux. conſt.
Pij V. ab eo relatam par. 9. c. 2. n. 3. d. c. 18. § peracto, ibi.
atq; illi non alteri collatio eccleſia ab eo fiat, ad quem
ſpectat eam conferre Par. de reſig. lib. 10. quæſt. 7. nu. 12.
Gonſ. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 6. num. 112. & ſeqq.
atque illi & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fit,
ad quem ſpectat eam conferre, mototietas ido-
neitatis de vita, moribus, & ſcientia alicuius per-
ſonæ qualificatæ non operatur, vt non ſubijciatur
examini, quod requiritur pro forma ſub pœna
nullitatis collationis, Pariſ. de reſign. lib. 8. quæſt. 9.
n. 83. & plurib. ſeqq. Lamb. de iurepatr. lib. 2. part. 1.
quæſt. xj. art. 3. Quarant. in ſum. Bullarij beneſ. paroch.
collatio in 1. quæſt. ſi iuriſpatronatus † Eccleſiaſtici 25
erit, vel mixti, gloſſ. fin. in §. fin. c. vnico de iurepatr.
in 6. & ibi Can. ac inſtitutio ad epiſcopum perti-
neat, is quem patronus digniorem inter proba-
tos iudicabit, epiſcopo præſentare tenetur, vt ab
eo inſtituatur, ita quod ſi reperti fuerint duo, aut
plures æque idonei, poſſit patronus eccleſiaſticus
vni

Digitized by Google

vni gratificare; *Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 2. nu. 265. & ſeqq. Rot. deciſ. 572. num. 8. part. 1. in recollect. per farin. Nauarr. conſ. 5. de iurepatr.* cum inſtitutio ab alio eſt facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis elegit digniorem, quem patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio. Appellatio à iudicio ordinarij in materia electionis ad parochiales, quoad effectum deuolutiuum, ita demum admittitur, ſi ſit irrationabile, aut doloſum. *Greg. 15. deciſ. 11. & deciſ. 538. & ibi ann. Rot. deciſ. 537. in princ. ſub numer. 14. part. 1. in recoll. per farin. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 4. nu. 139. & 143. Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 1. nu. 246. et ſeqq.* quia præſumptio eſt pro electione ordinarij, *c. in præſentia de renunc. Zab. in clem. 1. num. 20. verſ. ſic autem hoc caſu, & ibi Anch. num. 7. de ſeq. poſſ. et fruct.* ſed non admittitur, quoad ſuſpenſiuum effectum, ne parochiales diu in ſuſpenſo maneant, cum maximo animarum periculo: *arg. c. ſi Apoſtolica de præb. in 6. c. quamſit & c. nemo de elect. in 6.* quod ſi iuriſpatronatus laicorum fuerit, debet præſentatus à patrono ab eiſdem deputatis examinari, & non, niſi idoneus repertus fuerit, admitti, *c. 18. ſeſſ. 24. quod late Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. et duob. §. ſeqq.*
26 *per 25. quæſt. explicat,* quia in parochialibus † iuriſpatronatus laicalis non eſt neceſſarius concurſus, niſi quando plures ſunt præſentati, & ſinguli præſentati æquales habent voces, alias ſi vnus habeat plures voces, ille ſolus eſt examinandus, abſque concurſu aliorum, *c. quoniam de iurepatr. Greg. 15. deciſ. 494. & ibi addic. Pariſ. de reſign. benef lib. 8. q. 9. num. 111. Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 2. n. 255. et ſeqq. Greg. 15. deciſ. 494. num. 2.* & licet inſtitutio annulletur ob non ſeruatam formam Concilij, tamen præſentatio remanet valida, *Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2 num. 95. vbi refert deciſ. Rot.* In electione vltra ſcientiam epiſcopus præ oculis habere debet ætatis maturitatem, grauitatem morum, prudentiam tam de iure communi, *c. cum in cunctis in princ. et §. inferiora, de elect. not. Can. in c. de multa in fin. de præb.* quam ex diſpoſitione Concil. Tridentini, *d. c. 18. ſeſſ. 24.* & ſufficit quod eligat dignum, & idoneum, omiſſo etiã magis idoneo, & digno, *c. cum nobis §. his igitur verſ. illius de elect. c. niſi pridem §. pro defectu de renunc. Couar. in reg. peccatum in 2. part. §. 2. per tot. de reg. iur. in 6. Rot. farin. deciſ. 40. part. 1.* & an ab huiuſmodi electione, aut à ſententia electionis ab epiſcopo factæ caſſato-
27 ria detur † appellatio, tam ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum, *vide conſtitutionem Pij V. ſuper collatione parochialium editam, explicatam per Rot. farinac. deciſ. 537. part. 1. Gonzal. ſuper regul. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 6. num. 163. & plurib. ſeqq. vſque ad num. 242.* Aliter factæ collationes ſunt nullæ, non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegijs, præuentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, indultis, cõcellis quibuſcumq; vniuerſitatibus etiam ad certam ſummam, & alijs impedimentis quibuſcumque, *d. c. 18. §. in omnibus verſ. alias prouiſiones ſeſſ. 24. late Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 9. à num. 77. vſque ad fin.* & nota quod Conc. Tridentinum nõ tollit fundationem: ipſæque parochiales, ſi de eis, ſeruata forma Conc. Tridentini ordinarij non prouiderint, ſunt reſeruatæ ſedi Apoſtolicæ, *conſtic. Pij V. 32. in Bullario.* Si adeo exigui redditus parochiales fuerint, vt totius huius examinationis operã non ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubijcere, aut ab apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, grauiores rixæ poſſint excitari, poteſt ordinarius, quo nomine venit quilibet prælatus epiſcopo inferior, maxime ſi habet omnimodam iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, *c. 2. & ibi gloſſ. in verb. loci ordinario de vſur. in 6. & ibi Gemin. num. 14. & Can. gl. 1. in c. ordinarij de off. ordin. in 6. gl. in clem. 1. in verb. diœceſanis de iurepatr.* ſi pro ſua conſcientia, *c. ſtatum §. aſſeſſorem, & ibi glo. & Can. de reſcript. in 6. l. Theopompus, & ibi DD. ff. de dot. præleg.* cum Conſilio deputatorum, ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa priuatum aliud examen, cæteris tamen ſeruatis, adhibere, *d. c. 18. §. ſi tamen adeo, ſeſſ. 24.*
In collatione parochialium † eccleſiarum, 28
quæ inhærent monaſterijs regularium, vt quia ſunt forſan menſis eorum incorporatæ, pleno iure quoad temporalia, & ſpiritualia, vel habent eas conuertendas in ſuam vtilitatem *iuxta clem. 1. §. quidam etiam eccleſias curam, & ibi gloſſ. in verb. ad menſam, de exceſſ. præl. & clement. 1. §. præmiſſa, & ibi gloſſ. in verb. de menſa. de ſuppl. neglig. prælat. c. de monachis, & ibi poſt gloſſ. fin. Panor. numer. 9. de præb.* non fit concurſus, ſed ad nutum amouibiles ponuntur in eis, quibus tenẽtur ad ſuſtentationem, *clem. 1. §. ſane de iurepatr. Rot. deciſ. 553. part. 2. in recollect. per farinac.* ſeruata diſpoſitione *c. in monaſterijs ſeſſ. 25. de regular. Rot. deciſ. 153. part. 2. in recollect. per farin. c. 1. de Capell. Monach. Rot. cltr. 21. de præben. in antiquior. &c.* Quando vero eccleſiæ parochia-

Digitized by Google

29 parochiales non ſunt de menſa, ſed vnitæ † quoad temporalia, tunc Vicarij perpetui ad nominationem eorum, in quorum eccleſijs vnitis ponuntur, cum ipſorum ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum, præuio examine, approbatione deputantur ſine vllo concurſu, *Pius V. conſtit. 46. in Bullari antiquo c. de monach. de prab. Garc. de beneſ. part. 9. cap. 2. §. 2. num. 285. & 289. & ſeqq.* etiam quando contingit huiuſmodi Vicarias vacare in menſibus reſeruatis, *Garc. de beneſ. par. 9. c. 2. §. 2. n. 304. & 308. Pius V. conſt. 46. in Bull. antiq. §. ita tamen quod.* ſeu aliter ſint reſeruatę *Garc. de beneſ. par. 9. c. 2. §. 2. n. 316. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 3. numer. 59. 60. & ſeqq.* & habent locum *c. 1. de prab. in 6. & clem. 1. in princ. de iurepat.* Loquentia de congrua portionis aſſignatione. In
30 prioratibus † & alijs beneficijs regularibus curatis etiam ſolitis commendari ſæcularibus non fit examen per concurſum, *Garc. de beneſ. part. 9. c. 2. §. 1. num. 197. & ſeqq. vbi refert deciſ. Rot. & nu. 199. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 6. numer. 162.*
31 Efficitur quis de parochia † acquiſitione, & translatione domicilij, *c. fin. hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. habitatores. Pan. & Can. cap propoſuiſti de for. compet.* nulla habita licentia curati prioris domicilij, *c. fin. & ibi Pan. num. 1. & 2. per illum tex. hoc tit. l. domicilium & l. incola 2. & ibi gl. fin. & Doct. ff. ad municipales l. ſi in patria C. de Incol. &c. lib. 10.* poteſt negligente parocho defenſionem Eccleſiæ ſuſcipere, & indebite alienata cum fructibus repoſcere, ad quæ perſonæ alterius eccleſiæ, non admittuntur, quia iudicium eſt priuatum; *gl. in c. ſi quis presbyteros in verb. perſonis de reb. eccl. non alien. Greg. 15. deciſ. 381. num. 1. & ibi annot.* & quoad
32 neceſſaria † Sacramenta confeſſionis & euchariſtiæ ſola habitatione in parochia ad tempus, dummodo non ſtet in parochia ad momentum temporis vel paucis diebus, *arg. c. pen. & ibi gloſſ. in verb. commorantis de verb. ſignif. in 6. & Can. Fr. Aret. c. repellatur num. 13. & 14. de accuſ. Fel. in cap. quoniam de off. ord.* licet ibidem non tranſtulerit domicilium, *l. municeps 2. §. vtiles ff. ad municipales &c. gl. in clem. 1. in verb. parochialis, & ibi Pan. nu. 6. & Can. de priuil. Pan. in c. omnis vtriuſq. n. 23. de pœnit. & remiſſ.* quæ non ſufficit quoad voluntaria Sacramenta, *Nauar. conſ. 1. hoc tit. gl. in clem. 1. in verb. parochialis, & ibi Can. de priuil.*

De decimis, primitijs & oblationibus.

Titulus XXX.

SVMMARIA.

1 *Decima eſt omnium mobilium ſiue fructuum iuſte quæſitorum pars Deo debita*
2 *Laici ius decimæ non præſcribunt, circa quantitatem eius præſcribunt quando conſueuerunt ſoluere vni ſeruatur ad eandem rationem ſecus ſi differunter.*
3 *Decima diminuta decima eſt.*
4 *Parochialis eccleſiæ rector non habens aliunde congruam ſuſtentationem, poteſt illam petere ab illis qui decimas præſcripſerunt.*
5 *Priuilegiatis ſuper decimis non ſoluendis aut recipiendis.*
6 *A Quocunque decimas percipiente.*
7 *Decimarum alia eſt perſonalis quæ ſoluitur de his quæ proueniunt ex negociatione & alijs induſtrijs perſonarum.*
8 *Alia eſt prædialis quæ ſoluitur de frugibus & fructibus, de penſionibus domorum vel redditibus molendinorum.*
9 *Alia ſunt mixtæ quæ ſoluuntur de animalibus & eorum fœtibus lacte pilo lana.*
10 *Prædiales debent dari ſtatim vt fructus percipiuntur excepto ſaccaro.*
11 *Perſonales non ſtatim neceſſario ſoluendæ ſunt ſed in fine anni propter minutias.*
12 *In agnis & alijs ſimilibus ſoluuntur mediocres cum aliquantulum fuerunt impinguati.*
13 *Decimarum aliæ ſunt maiores, quæ ex laboribus terræ cum integritate percipiuntur.*
14 *Aliæ minutæ vt partus animalium & quæ percipiuntur de pullis ouis & hortis.*
15 *Decimæ à laicis debentur clericis.*
16 *Decimas prædiales clerici indiſtincte tenentur ſoluere ſacerdoti eccleſiæ parochialis ſiue prædia ſita ſint in aliena parochia ſiue propria.*
17 *Decimas perſonales clerici tenentur ſoluere quando ſibi acquirunt licite.*
18 *Si acquirunt eccleſiæ de eis non ſoluunt decimas perſonales, niſi ab alia Eccleſia percipiant ſacramenta.*

19 *Religioſi omnes ſuper ſolutione decimarum priuilegiati ad quarum decimarum ſolutionem teneantur.*

20 *Decimæ ſoluendæ ſunt curatis parochialium Eccleſiarum.*

21 *Aut eis quibus Eccleſia parochialis eſt incorporata.*

22 *Epiſcopo debetur canonica portio.*

23 *Perſonales ſoluendæ ſunt eccleſiæ in qua laici audiũt diuina & recipiunt ſacramenta.*

24 *Prædiales, Eccleſiæ loci vbi ſita ſunt prædia.*

25 *Mixtæ ſoluendæ ſunt eccleſiæ loci vbi animalia paſcuntur.*

26 *Decimæ perſonales ſoluantur de lucro deductis pretio & expenſis factis neceſſarie vtiliter aut voluptuoſe.*

27 *Damni vero accepti nulla habetur ratio.*

28 *De fructibus prædiorum, redditibus molendinorum piſcationum &c. & fructibus animalium ſoluuntur decimæ non deductis expenſis quæ fiunt pro fructibus percipiendis.*

29 *Sunt onus reale.*

30 *Contra non ſoluentes decimas ad petitionem rectoris etiam extra iudicium poteſt fieri monitio generalis fulminans excommunicationem ac poſtea non ſoluentes denunciari.*

31 *Decimas ſubtrahentes Eccleſijs aut impedientes earum ſolutionem ex ommunicantur.*

32 *Pœna religioſorum exceptorum à ſolutione decimarum qui nouatium aut alias decimas eccleſiis debitas, ad eos non ſpectantes appropriare ſibi præſumpſerunt aut exquiſitis coloribus vſurpare.*

33 *Pœna religioſorum mendicantium, & aliorum qui decimas non percipiunt qui in ſermonibus vel alibi proferunt aliqua quæ poſſunt ſubtrahere auditores à ſolutione decimarum quarum ſolutionem certis diebus & in confeßionibus tenentur ſuadere ſub grauibus pœnis.*

34 *Laici ius decimandi acquirere non poſſunt præſcriptione etiam tanti temporis cuius initij non extat memoria.*

35 *Laici an poßint acquirere libertatem à ſolutione perſonalium ſeu prædialium decimarum conſuetudine vel præſcriptione.*

36 *Decimarum quæ iure diuino debentur cauſa eſt ſummaria.*

37 *Nouato eſt ager de nouo ad cultum redactus.*

38 *Eccleſia habens generaliter decimationem alicuius loci dicitur etiam habere decimationẽ noualiũ.*

39 *Quæ regula fallit duobus modis.*

40 *Primitiæ ſunt primæ fruges prædiorum Deo reddendæ & debentur Eccleſiæ parochiali in cuius limitibus reperiuntur prædia.*

41 *Oblatio eſt donatio alicuius rei licite acquiſitæ facta à Chriſtiano gratis Deo vel Eccleſiæ.*

42 *Cadit iure tituli presbytero Eccleſiæ parochialis.*

PRÆTEREA ſunt de iure parochiali, decimæ, primitiæ, *c. iunctis §. de his vero & cc. ſeqq. 16. q. 1 cap. 1. & c. quicumque, & cc. ſeqq. 16. q. 7. cap. cauſa de verb. ſig. c. præter hoc §. percipientes verſ. deinde 32. diſt.* & oblationes, *c. quia ſacerdotes, & cc. ſeqq. 10. q. 1.* Decima eſt omnium † mobilium ſiue fructuum 1
iuſte quæſitorum pars Deo debita, *c. 1. in princ. cap. cum homines, c. tua nobis, c. ex tranſmiſſa hoc tit. c. non ſunt ferendi ſeſſ. 25.* ſic dicta, quia de decem partibus datur vna, *d. c. cum homines,* ex benigna interpretatione, ſatis eſt pro decima aliquid ſolui: laici ius decimæ † non præſcribunt, circa quantitatem 2
eius præſcribunt, *c. ſtatuimus, & ibi Pan. poſt Hoſt. num. 7. de tranſact. late gloſſ. 1. in c. hoc tit. in 6. contra gloſſ. 1. in c. quicumque 1. 16. q. 7. Franc. Marc. dec. 205. par. 1. & q. 198. num. 9. par. 2. Bald. in l. competit in fin. C. de præſcr. 30. vel 40. an.* quando conſueuerunt ſoluere vniformiter ad eandem rationem, ſecus ſi difformiter, quia vno anno conſueuerunt ſoluere plus, altero minus: *Franc. Marc. d. dec. 205. par. 1. & deciſ. 198. par. 2.* decima † diminuta decima eſt, niſi verbum adiunctum, integra, cum omni integritate, faciat, vt intelligatur de decem partibus vna, *c. in quibuſdam §. fin. & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 165. par. 2.* 3
Deus enim qui dignatus eſt totum dare, decimã dignatur recipere, non ſibi ſed clericis profuturam, *c. parochianos hoc tit. c. decimæ 16. q. 1.* pro neceſſarijs alimentis, adeo quod eccleſiæ parochialis † rector, non habens aliunde congruam ſuſtentationem, poteſt, præſcriptione non obſtante, petere ſuſtentationem ab illis qui decimas, alias ad ipſam parochialem eccleſiam ſpectantes præſcripſerunt, *c. de Monachis, c. extirpandæ de præb. Achil. dec. 5. hoc tit. Greg. 15. deciſ. 397. numer. 2. & ibi annot.* & à priuilegiatis † ſuper decimis non 4
ſoluendis, *arg. c. dilecti filij hoc tit.* aut recipiendis priuilegio non obſtante, *c. ſtatuto §. vbi autem hoc tit. in 6.* & à quocumque † decimas percipiente 5
nulla conſuetudine obſtante, *c. extirpandæ de præb. Zab. in cap. commiſſum in fin.* ad cuius ſolutionem 6

hoc ce-

Digitized by Google

diœceſanus compellit, etiam religioſos exem-
ptos; ſi non agitur de rebus exemptis, *d. c. ſtatuto*
§. diœceſani, ac religioſos alterius diœceſis, quan-
do parochialis eccleſia & decimæ illi debitæ ſitæ
ſunt intra fines ſuæ diœceſis, *c. ſane de for. compet.*
appellatione remota, *c. tua el 2. in fin. hoc tit. & ibi*
Can. & poteſt iudicium incipere, præmiſſa moni-
tione à præcepto & correctione, *Clem. diſpendio-*
ſam de iudic. In hoc titulo tractatur de decimis
quæ deſcendunt à iure ſpirituali, & non de illis
quæ deſcendunt à iure temporali, quarum ex-
actio auctoritate regis vel Principis initiata eſt, &
proprie non appellantur decimæ, ac cadunt in
laicos, *Bald. conſ. 419. vol. 1. c. generali, & ibi gloſ. in*
verb. regalia de elect. in 6. Bald. in titul. epiſcopum, vel
Abbatem &c. feud. dar. non poſſ. c. 1. num. 8. Rot. farin.
deciſ. 684. par. 1. Greg. xv. deciſ. 404. & ibi annot. &
conſiſtunt in certa quantitate, & non in quota vt
decimæ ſpirituales, *c. in tua hoc tit. Rot. farin. d. dec.*
684. nu. 2. c. commiſſum hoc tit.
7 Decimarum alia eſt † perſonalis, quæ ſoluitur
de his quæ proueniunt ex negotiatione, etiam
immobilium, *c. paſtoralis, & ibi Pan. in 3. not. hoc tit.*
artificio, militia, venatione, *Zab. in c. commiſſum in*
2. quæſt. hoc tit. piſcatione, *c. peruenit hoc tit.* quando
piſcatio & venatio liberæ ſunt, quod ſi inde pre-
tium, vel pars aliqua ſoluatur, cenſentur prædia-
les, *Innoc. in c. non eſt in princ. hoc tit. & ibi Pan. n. 5. &*
Can. & alijs induſtrijs perſonarum, *c. decima 16.*
quæſt. 1. c. non eſt c. ex tranſmiſſa c. paſtoralis hoc tit. A-
8 lia eſt † prædialis, quæ ſoluitur de frugibus, &
fructibus; *c. cum homines c. de terris c. ex parte hoc tit. c.*
fin. de paroch. &c. de penſionibus domorum, *c. com-*
miſſum & ibi Pan. n. 5. hoc tit. vel redditibus molen-
dinorum, ſiue molunt ſuper aqua, *c. peruenit hoc*
tit. ſiue ad ventum, *c. ex tranſmiſſa hoc tit. Fr. Marc.*
9 *deciſ. 530. part. 1. c. paſtoralis hoc tit.* Aliæ ſunt † mix-
tæ, quæ ſoluuntur de animalibus, & eorum fœti-
bus, lacte, pilo, lana, *d. c. peruenit, & ibi gl. in verbo*
lana hoc tit. quæ partim ſunt prædiales à prædijs,
vnde viuunt, partim perſonales propter eorum
curam & cuſtodiam, *d. c. commiſſum. c. ad apoſtolica,*
& ibi poſt gl. Zab. in 2. quæſt. hoc tit.
10 Prædiales debent dari † ſtatim vt fructus per-
cipiuntur, *c. cum homines in fin. & ibi Collect. hoſt. in c.*
paſtoralis n. 8. Pan. in c. peruenit ſub n. 3. hoc tit. Arcbid.
in c. reuertimini n. 5. 16. quæſt. 1. ſpecul. tit. de decim. ſub
n. 12. verſ. item facit, & ibi Bal. in addit. percepti di-
cuntur quando terra continere ſe fructus deſie-
rint, *l. ſi eius ff. de rei vendic. l. in bonæ fidei ff. de acq. rer.*
dom. Hinc eſt quod decima debet ſolui prout fru-
ctus colligitur, vt in grano in ſpica, in vino in vi-
uis, in oleo in oliua, excepto ſaccharo, cuius deci-
ma non poteſt ſolui in cannis, cum talis ſolutio
foret inutilis, cum de facili corrumpantur, nec et-
iam in liquore, ſed tantum in ſaccharo, omnesq;
illæ expenſę quæ fiunt ad ſaccharum, dicuntur
expenſæ factæ in colligendo fructus ſacchari, &
de iure non debent deduci, vt inferius dicetur,
Card. Seraph. deciſ. 95. l. fin. ibi colligunt manibus in
fructuoſa C. de ſacroſ. Trinit. Put. deciſ. 95. lib. 1. Perſo-
nales † non ſtatim neceſſario ſoluendæ ſunt, 11
quando merces venditæ ſunt, licet ſtatim ſoluere
ſit ſecurius, ſed in fine anni propter minutias,
Hoſt. in d. c. paſtoralis ſub n. 8. Anchar. in 5. not. quia
exactio & ſolutio particularis non minima habet
incommoda, *l. plane, & ibi gl. 1. alleg. concord. ff. fam.*
herciſ. c. ex litteris ibi propter poſſeſſionem minutias de
pign. In agnis † & alijs ſimilibus, nec meliores ex- 12
igendi ſunt, nec deteriores ſoluendi, ſoluuntur
ergo mediocres, non ſtatim vt nati ſunt, ſed cum
aliquantulum fuerint fortificati & impinguati,
c. quicumque 1. c. omnes decimæ 16. quæſt. 7. Hoſt. in d. c.
paſtoralis n. 8. anch. in 5. notab. Quia indignum eſt
offerre Deo, quod deſignatur homo, *c. ſacerdotes*
in fin. 49. diſt. omnis decima iam perſonalis quam
prædialis eſt de iure diuino, *Panorm. in c. in aliqui-*
bus n. 9. hoc tit. Item decimarum aliæ † ſunt maio- 13
res, quæ ex laboribus terræ cum integritate per-
cipiuntur, *c. ex parte 2. & 3. hoc tit.* aliæ ſunt minutæ,
vt partus † animalium, & quæ percipiuntur de 14
pullis, ouis, & hortis, *c. ex multiplici c. ex parte el 1.*
in fin. hoc tit. gloſſ. 1. in cap. cum in tua hoc titul. & ibi
Can.
Decimæ à laicis debentur † clericis, *c. decimas à* 15
populo c. quæſt. in fin. 16. quæſt. 1. c. peruenit. c. nuncios,
& c. ſeqq. hoc tit. à clericis non debentur clericis
paribus, *c. nouum genus hoc tit. d. c. quæſt. in princ. &*
ſeq. ſed illis clericis, à quibus ſpiritualium mini-
ſteriorum labores ſuſcipiunt, *c. 1. & d. c. nouum ge-*
nus in fin. hoc tit. Clerici indiſtincte † tenentur ſol- 16
uere ſacerdoti Eccleſiæ parochialis loci decimas
prædiales, quia cum prædia habuerunt hoc onus
annexum, tranſierunt in clericos cum ſuo onere,
c. cum contingat c. nuper hoc tit. c. ſi quis laicus 16. quæſt.
1. Capr. conſ. luſ. 99. Siue prædia ſint ſita in aliena
parochia, quia quilibet poſſeſſor tenetur eas ſol-
uere, *cap. 1. 2. c. dilecti c. licet c. in aliquibus, & c. ſeq.*

hoc tit. ſiue in parochia propria, quia cum debeantur à prædijs, non poteſt dici confuſa actio, *l. ſtychum §. addit. ff. de ſolut.* nam clericus percipit de prædio ſuo fructus, vt dominus, & ſibi ipſi ſoluit decimas vt Rectori, adminiſtratores enim ſicut ab alijs, ita à ſe ipſis exigere debent, *d. c. nouum genus, & ibi Anchar. ante num. 1. Zab. in 2. & 3. oppoſit.*
17 *hoc tit.* Eadem ratione tenentur † ſoluere decimas perſonales, quando clerici ſibi acquirunt, puta aduocatione, vel alijs licitis modis; quia lucrantur vt laici & quilibet Chriſtianus tenetur ipſas dare de omnibus licite quæſitis; *c. nõ eſt c. ex trans-*
18 *miſſa hoc tit.* ſi acquirunt † Eccleſiæ, de eis non ſoluunt decimas perſonales, niſi ab alia eccleſia percipiant ſacramenta, *d. c. nouum genus, & ibi Anch. in princ. Zab. in princ. & in 4. oppoſ. verſ. 6. intellectus, & Can. latius Capr. conſ. 99. numer. 10. & ſeqq.*
19 Religioſi omnes † ſuper ſolutione decimarum priuilegiati, de terris alienis, & acquiſitis poſt Concilium Lateranenſe celebratum anno 1215. Pontificatus Innocẽtij tertij anno decimo quinto, de quibus decimæ debentur eccleſijs, etiamſi eas proprijs manibus aut ſumptibus excolant, decimas perſoluere tenentur eccleſijs quibus antea perſoluebantur, niſi cum ipſis aliter compoſuerint, *c. nuper hoc tit. quod limitat c. ex part. 1. hoc tit. Conſt. Alex. 3. qui fuit creatus anno 1159.* Soli Ciſtercienſes & hoſpitalarij Hieroſolymitani non tenentur ſoluere decimas de prædijs ante dictum Concilium Lateranenſe acquiſitis, quæ proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, *c. ex parte 1. hoc tit.* Cæteri religioſi de noualibus ſuis, quæ proprijs manibus vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſoluunt, de alijs rebus decimas eccleſiæ ſuæ non poſſunt ſubtrahere, *d. c. ex parte 1. Clem. 1. §. ſeu qui de terris hoc tit. c. licet eodem*, ad perſonales decimas non tenentur, quia eccleſiæ & monaſterio acquirunt, *d. c. nouum genus hoc tit.*
20 Soluendæ ſunt decimæ † ſacerdotibus ſiue Curatis parochialium eccleſiarum, qui iure communi habent fundatam intentionem ſuper iure decimarum, *c. cum contingat cap. cum in tua hoc tit. Greg. xv. dec. 449.* & ex magis communi opinione rectoribus Capellarum parochialium non autem rectori matricis eccleſiæ, *Pan. in c. cum contingat num. 8. hoc tit. & ibi Can. Lap. alleg. 66. num. 5. Calder. conſ. 2. hoc tit. qui diſtinguit an Rectori Capellæ ſit aſſignata parochia, vel certi homines, Rot. farin. deciſ.*
1078. num. 5. part. 1. contra Io. Andr. & ſpecul. tit. de decim. in verb. vnica, aut eis † quibus rectoria & 21
parochialis eccleſia eſt incorporata per vnionẽ, & non Vicario perpetuo in ea inſtituto, qui debet eſſe contentus ſua congrua portione, *c. extirpandæ, §. qui vero c. expoſuiſti de præb. Mohed. deciſ. 5. hoc tit. Greg. 15. deciſ. 1074. num. 3. & ibi annot.* Epiſcopus debetur † canonica portio, quæ iure nouiſ- 22
ſimo eſt quarta, *c. quoniam, & ibi gloſſ. in verb. tua parte hoc tit. c. conquerente de off. ordin. c. de quarta de præſcript. Rot. diuerſ. dec. 31. in princ. & n. 4. par. 1. & 2.* ſed hæc diſpoſitio iuris communis non habet locum in regnis Hiſpaniarum, in quibus eccleſiæ cathedrales, dignitates, & multa beneficia ſunt fundata ſuper decimis, vel ſaltem de eis percipiunt, *Greg. 15. deciſ. 429. num. 6.* Perſonales † de- 23
cimæ ſunt ſoluendæ eccleſiæ parochiali in qua laici audiunt diuina, & recipiunt Sacramenta: *c. ad apoſtolicæ hoc tit. c. fin. de paroch.* prædiales, † ec- 24
cleſiæ loci vbi ſita ſunt prædia, *c. commiſſum c. cum homines c. quoniam hoc tit.* de omnibus prædiorum fructibus, ſiue ſimul, ſiue diuerſis temporibus anni, in eodem horto vel agro diuerſa ſemina ſparſa fuerint, *d. c. ex parte 2. hoc tit.* & poſſeſſio decimandi in vna fructuum ſpecie puta frumenti, prodeſt quoad alias quaſcumque etiam nouas fructuum ſpecies loco frumenti ſeminatas, *c. cum in tua, & ibi Pan. num. 5. & 6. hoc tit.* Per conſuetudinem induci poteſt vt debeantur eccleſiæ loci, vbi adminiſtrantur Sacramenta, ad quam inducendam ſufficiunt decem anni, quia eſt præter ius, *d. c. ad Apoſtolicæ in fin. Pan. in c. cum ſint num. 6. in fin, hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 163. num. 4. par. 2.* Ab epiſcopo vel alio clerico ſæculari, vel religioſo, cum non habeant parochiam, & allegant præſcripſiſſe decimas prædiales, probari debet titulus, & tempus 40. annorum, aut poſſeſſio immemorialis, quia ius commune illis reſiſtit, *cap. 1. de præſcr. in 6. Pan. in c. nuper num. 5. hoc tit.* Hinc decimarum prædialium ſolutio, ab eo qui in vna parochia degit, & in alia prædia colit, ſiue ſit dominus, ſiue ſit colonus, fieri debet in loco, in quo ſita ſunt prædia, ex communiore Doctorum opinione, *c. cum ſint c. ad Apoſtolicæ hoc tit. & ibi gloſ. in verb. conſuetudo de cogn. ſpirit. & ibi DD. c. ſuper eo*, quia illud non eſt per legem ſcriptam deciſum, & ideo recurrendum eſt ad conſuetudinem, quia principalius eſt ius conſuetudinarium, *d. cap. cum ſint & ibi gl. in verb. ad conſuetudinem & Can. gl. fin.*

ind.

Digitized by Google

in d.c. Apoſtolicæ, c. in quibuſdam §. fin. & ibi gloſſ. fin.
hoc tit. Achil. deciſ. 3. & 6. eodem, propter mixturam
operum colentis, & prædij, à quo fructus perci-
piuntur; quia in materia conſuetudinaria atten-
denda eſt conſuetudo, Iaſ. in l. de quibus num. 22. &
ibi DD. communiter ff. de legib. Nicol. Euerard. in loco
25 à rat. leg. larga num. 77. & ſeqq. Mixtæ † ſoluendæ
ſunt eccleſiæ loci, vbi animalia paſcuntur, d. cap.
commiſſum d. c. ad Apoſtolicæ & ibi gl. in verb. perſona-
lis Zab. in 2. qu. l. 2. C. de verb. & rer. ſignif. l. pecoris
paſcendi ff. de ſeruit. ruſt. præd. de herba, feno, fœ-
tu, lacte, pilo, lana, Zab. in Clem. 1. in 15. & 16. qu.
hoc tit. paſtor vero de mercede ſua debet decimã
perſonalem, Zab. in d. c. cum ſint in 2. q. & in Clem.
26 1. in 15. quæſt. in fin. hoc tit. Perſonales † decimæ
ſoluuntur de lucro deductis pretio & expenſis in
mediatoribus, euectionibus, gabellis, & in eun-
do, redeundo, negotiando, faciendo rem melio-
rem factis, non ſolum neceſſario & vtiliter ſed
etiam voluptuoſe, etiam quando negotiatio cõ-
ſiſtit circa immobilia, c. paſtoralis in princ. hoc titul.
& ibi gl. Hoſtienſ. num. 7. Anchar. num. 2. 4. & 6. Io.
And. num. 11. & 15. & Can. quia in negotiatione
præcipue operatur manus hominis, Hoſtienſ. in d.
c. paſtoralis ſub num. 5. verſ. ſed quæ eſt ratio & numer.
ſeqq. & ibi Pan. num. 7. & num. 9. dat alias rationes,
ideoque facta laboris, pretij, & expenſarum pro
conſeruandis & tuendis mercibus compenſatio-
ne, ſolum quod ſupereſt intelligitur lucro eſſe:
glo. ſingularis in l. per diuerſas in verb. quam alijs cau-
ſis verſ. vel dic C. mand. l. illud & ibi gl. in verb. lucrum
C. de collat. Ancar. in d. c. paſtoralis numer. 2. & ſeq. &
num. 4. & 6. Io. And. num. 11. & ſeq. & num. 15. dam-
27 ni † vero accepti, ac expenſarum factarum pro
reſtauratione mercium, nulla habetur ratio; vt ſi
mercator emit centum libratas mercium, & caſu
fortuito medietatem amiſit, nihilominus de lu-
cro alterius medietatis decimam ſoluet, abſque
vlla deductione pretij medietatis amiſſarũ mer-
cium, aut etiam pretij aliarum libratarum, quas
pro reſtauratione aut loco amiſſarum coëmit, ſed
caſum fortuitum ſuis peccatis imputabit, c. paſto-
ralis in fin. ibi portio mercis depereat hoc tit. & ibi Hoſt.
ſub numer. 11. in verb. decimandis & Can. Ancar. vero
ibidem num. 9. & Io. And. num. 7. diſtinguunt an dam-
num contingat in eiſdem mercibus an in diuerſis, licet
alias regulariter fiat lucri & damni compenſatio,
§. de illa in fin. Inſtit. de ſociet. l. ſi negotio ff. de negot.
geſt. & ibi gl. Bart. & DD. l. mutius ff. pro ſocio, De
fructibus prædiorum † redditibus molendino- 28
rum, piſcariarum &c. & fructibus animalium,
ſoluuntur decimæ non deductis de prouentibus
decimandis expenſis, quæ fiunt pro fructibus
percipiendis, aut pro reſtaurando detrimento
quarumcumque rerum, ex quibus decimæ ſol-
uuntur; quoniam, ſalua decima, fructus efficiun-
tur eorum, qui faciunt dictas expenſas, & penes
dominum remanent res reſtauratæ, d. c. paſtoralis
& §. expenſas & §. fin. & ibi Pan. num. 9. c. cum homi-
nes c. ex parte canonicorum c. non eſt & c. ſeq. & c. tua
nos hoc tit. Sunt onus † reale, d. c. paſtoralis & c. cum 29
non ſint ab homine hoc tit. exiguntur decimæ præ-
ſentis temporis à colonis, qui rei inſiſtunt, d. c. in
quibuſdam hoc tit. præteriti vero temporis à nouo
poſſeſſore vel antiquo adoptionem eccleſiæ, cap.
cum homines & ibi Pan. num. 6. hoc tit. & Can. Franc.
Marc. deciſ. 549. par. 1. Pan. in c. paſtoralis num. 5. hoc
tit. antequam tradantur ſunt in dominio eccle-
ſiæ, adeo quod poterit ipſas vendicare, c. tua nobis
& ibi Pan. num. 5. 7. 12. & 13. hoc tit. d. c. paſtoralis ibi
quoniam ſalua decima fructus efficiuntur eorum & c. c.
decimæ ibi res alienas inuadunt 16. q. 1. prius ſoluen-
dæ ſunt, quam cenſus & tributa, vel ſaltem hi ad
quos cenſus & tributa indecimata peruenerint,
ea decimare coguntur eccleſijs, quibus de iure
debentur: c. cum non ſit ab homine, fructus ipſi alie-
nari non poſſunt ſine onere decimarum, d. c. pa-
ſtoralis & ibi Pan. num. 5. d. c. cum non ſit ab homine in
fine. adeo quod is penes quem reperiuntur fru-
ctus, teneatur ad decimas, ſiue ſit Dominus ſiue
colonus, ſiue quilibet alius, cui etiam gratis detur
portio fructuum, c. à nobis hoc tit. late Pan. in c. tua
nobis num. 14. & ſeq. eod. imo poteſt rector eccle-
ſiæ, cui debentur decimæ, prohibere colono ne
fructus colligat, niſi ipſo præſente aut eius nun-
cio, d. c. ex parte el 2. hoc tit. & ibi Pan. n. 5. ſpecul. tit.
de decimis n. 12. & ibi Bald. in addit.

Contra non ſoluentes † decimas prædiales 30
aut perſonales, tam pro decimis in futurum ſol-
uendis quam prçteritis non ſolutis ad petitionem
rectoris, vel à iudice ex officio, ac etiam extra iu-
dicium, poteſt fieri monitio generalis fulminans
excommunicationis ſententiam, ac poſtea non
ſoluentes denunciari, & contra contumaces im-
plorari auxilium brachij ſæcularis, quæ eſt bona
practica ad euitandum litigia. Clem. diſpendioſam
& ibi gloſſ. in verb. præmoniti & verb. coerceri de iud.
Zab. n. 26. 27. & 28. Vital. n. 43. & ſeq pulchre Ancar.

 num. 4.

num. 4. & Can. c. tua nobis in fine ibi ratione perſonarum aut etiam prædiorum gl. fin. & Can. hoc tit.

31 Subtrahentes decimas † eccleſijs aut impedientes earum ſolutionem excommunicantur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluuntur, *c. omnes decimæ 16. qu. 7. c. peruenit cum duob. cc. ſeqq. hoc tit. c. 12. ſeſſ. 25.*

32 Religioſi quicumque, † exempti à ſolutione decimarum, qui noualium, aut alias decimas eccleſijs debitas, ad eos non ſpectantes appropriare ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis coloribus vſurpate, per immixtionem animalium familiarium, aut vicinorum, aut aliorum cum ſuis, ſimulatas animalium emptiones, vel traditiones terrarum ſuarum alijs ad excolendum liberarum à decimis, vt maiores conſequantur redditus; niſi poſt requiſitionem vnicam per eos, quorum intererit, ſuper hoc eis factam, à præmiſſis deſtiterint intra menſem, aut ſi de eis quæ contra præmiſſa vſurpare vel retinere præſumpſerint, intra duos menſes, qui currunt à die factæ requiſitionis, damnificatis eccleſijs emendam non fecerint competentem, ſunt & tandiu manent ab officijs diuinis & alijs puta ſacriſtia, œconomatu, adminiſtrationibus & beneficijs ſuis ſuſpenſi, donec deſtiterint & ſatisfecerint, ſufficitque iudicis declaratio ſuper deſiſtentia & ſatisfactione, ſine alia abſolutione. Religioſi vero huiuſmodi adminiſtrationes, vel beneficia non habentes, ſententiam excommunicationis incurrunt ante ſatisfactionem condignam, nullatenus abſoluendi, *Clem. 1. hoc tit. & ibi gl. & DD.* nec hoc caſu textus in d. Clem. curauit repetere officia, quaſi ſola ſuſpenſio ab eis eſſet nimis parua pœna, *gloſ. marg. in d. Clem. 1.*

33 Religioſi mendicantes, † vel alij qui decimas nō percipiunt in ſermonibus vel alibi, proferentes aliqua verba, quæ poſſunt ſubtrahere auditores à ſolutione decimarum, ſunt ipſo facto excommunicati, & tenentur requiſiti à rectoribus eccleſiarum, Vicarijs, vel loca tenentibus, quoties populo prædicabunt in prima dominica, quarta, & vltima quadrageſimæ, & in feſtis Aſcenſionis dominicæ, Pentecoſtes, Natiuitatis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ matris Dei, audientes expreſſe informare, nec non his, quorum confeſſiones audient conſcientiam facere, quod decimas ſoluere non omittant: quod ſi forte in prædicationibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuadere ſciēter omiſerint, per ſuperiores ſuos grauiter puniuntur, qui vero ſcienter poſt poſuerint confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis decimis, ab officio prædicationis tamdiu ipſo facto manent ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis, ſi hoc ipſum ſibi dicendi commode facultatem habuerint, conſcientiam fecerint, & exinde excommunicationis incurrunt ſententiam, ſi prædicare præſumpſerint dicta negligentia non purgata, *Clem. cupientes de Peruſ. c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Can. notant.*

Laici decimas ſiue ius † decimandi acquirere non poſſunt præſcriptione, *c. cauſam de præſcript.* etiam tanti temporis, cuius initij non extat memoria, *Felin. in d. c. cauſam n. 2. plures cumulans & ibi Pan. & Can. communiter c. 1. 16. quaſt. 7.* cum allegatione priuilegij vel tituli feudalis, niſi vel fama priuilegij, vel recognitio, vel aliud æquipollens probetur, *Collectarius in c. ad hæc n. 5. & 6. aſſerens ita ſeruare Cancellariam apoſtolicam hoc tit. approbatus à Rota diuerſ. deciſ. 215. per totam part. 2 plures cumulans.* Ratio eſt, quia laici eas decimare nō poſſunt, & habent malam fidem non probato titulo, vel conceſſione ſibi facta, *c. fin. 16. quaſt. 1. c. decimas & ibi gloſſ. 1. 16. quaſt. 7. c. quamuis c. prohibemus hoc tit. gl. fin. in d. c. cauſam.* & in eo qui non poteſt poſſidere poſſeſſio immemorabilis non facit præſumi priuilegium, *Felin. in d. c. cauſam n. 2. & ibi Can. Creſcent. deciſ. 1. hoc tit.* Iuſto titulo eas poſſident, ſi probent infeudationem ab antiquo factam de decimis, *d. c. à nobis & ibi gl. fin. & Can. hoc tit.* quas in alium laicum vel clericum vllo modo transferre non poſſunt, niſi de conſenſu Epiſcopi, *d. c. prohibemus & ibi gl.* nec oppignorare alicui Eccleſiæ vel perſonæ, niſi illi ad quam de iure ſpectāt, *c. fin. hoc tit.* hodierno iure decimæ alicui laico in ſæculo remanenti in feudum aut alias perpetuo, vel ad longum tempus non poſſunt concedi à Prælatis Eccleſiæ, quia eſt ius mere ſpirituale, & Prælatus qui contrauenit à ſtatu ſuo ſuccidatur, & donec emendet, dolore ſuæ iaceat ruinæ proſtratus, *c. quamuis h. t. & ibi Can.* fructus decimarū poſſunt concedi laico ex cauſa ad tēpus vitæ ſuæ, *gl. in d. c. quamuis in verb. conceſſerit & ibi Can. communiter Mohed. deciſ. 7. de locat. & cond. & deciſ. 17. eodem inter omiſſas Franc. Marc. quaſt. 198. n. 11. par. 2.*

Præterea laici non poſſunt † acquirere libertatē à ſolutione perſonalium ſiue prædialium decimarum conſuetudine, vel præſcriptione, repugnat enim iuri diuino morali cuius transgreſſio indu-

inducit peccatum; *c. fin. de conſuet. Pan. poſt Innoc. c. in aliquibus n. 9. hoc tit. Felin. multos citans in c. cauſam n. 1. de præſcript.* & ad earum ſolutionem clericis faciendam, laici, ſi forſan moniti reddere noluerint, aut ſoluere neglexerint, Eccleſiaſtica diſtrictione, *c. nuncios c. non eſt verſ. 2. c. tua nobis §. verum hoc tit.* & cenſura Eccleſiaſtica, *c. ex parte 2. c. in quibuſdam hoc tit.* coguntur, atque de ſubtractis & retentis dignam ſatisfactionem compelluntur exhibere, *c. cum homines hoc tit.* cenſura Eccleſiaſtica non fertur pro leuibus & paruis culpis, ſed pro mortali imponitur crimine, *c. nemo el 2. & c. nullus 11. quæſt. 1.* Vnde laici allegantes ſolam conſuetudinem vel præſcriptionem, appellatione remota, ad ſolutionem decimarum compelluntur, *c. tua nobis in fine hoc tit. & ibi Pan. n. 8. & 9.* & admittitur eorum appellatio, quando allegant exemptionem Papæ, *d. c. à nobis:* quæ ſi ſit realis, eximit terras ab onere decimarum, & coloni priuilegio participant, ſi vero perſonalis, eximit terrarum dominos, ne de ſua parte ſoluant decimas, quas coloni de ſua parte ſoluunt, *Clem. 1. & ibi glo. in verb. excolendas in fine Tab. n. 21. Ancar. n. 6. & Can. Pan. in c. ex parte el 1. n. 4. & 5. hoc tit. Rot. deciſ. 4 de priuil. in antiq. & diuerſ. deciſ. 23. num. 5. & 6. parte 2.* aut compoſitionem legitimam, *c. ex multiplici hoc tit. c. ſtatuimus de tranſact. & ibi poſt gl. 1. DD.* aut laudabilem clericorum deſuetudinem; de non vendicandis aut petendis decimis, qua ſtante, qui non ſoluunt, non ſunt in ſtatu damnationis, *Franc. poſt diuum Thomam in c. 1. hoc tit in 6. Pan. in c. in aliquibus in fine hoc tit.* quia iura canonica requirunt negligentiam, *c. non eſt verſ. 1. ibi eas ſoluere neglexerit hoc tit.* aut voluntatem, *c. tua nobis verſ. 1. ibi moniti reddere noluerint hoc tit.* vt laici ob non ſolutas decimas incurrant mortale peccatum.

36 Summaria eſt † cauſa decimarum, quæ iure diuino debentur, ſiue quæſtio ſit cum debitore decimæ, ſiue inter duas Eccleſias ſuper iure percipiendi, *Clem. diſpendioſam & ibi gl. in verb. decimis de iudicijs Panorm. numer. 7. Vital. nu. 37. & 38. & Can.* non etiam earum quæ ex pacto, pollicitatione, ex voto, aut ex impoſitione ſummi Pontificis debentur; *Clement. fin. h. tit. gl. in d. Clem. diſpendioſam, in verbo decimis, & Zab. numer. 20. & ſeq. & Can.*

37 Nouale, eſt † ager de nouo ad cultum redactus, de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuerit, & qui prius modicum aut nullum fructum adferebat, *c. quid per nouale de verb. ſignif. c. commiſſum & ibi gl. fin. & DD. hoc tit.* ſemel nouale ſemper cenſetur iure noualium quoad immunitatem de non ſoluendis decimis, *c. fin. de priuil.* Eccleſiæ † habens generaliter decimatio- 38
nem alicuius loci dicitur etiam habere decimationem noualium, quia præteritæ, præſentes, & futuræ decimationes eodem iure illi competunt, *Archidiac. in c. cognouimus numer. 3. 12. quæſt 2 & ibi Prepoſ. & Can. Bald. in authentica excipitur num. 5. C. de bon. quæ lib. &c.* Fallit † in eo qui præſcripſerit 39
decimas in aliena parochia, & de nouo fiant noualia in eadem, quia cum perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure communi pertineat, decimæ noualium quæ fiunt in parochijs earumdem, ad ipſas procul dubio pertinere noſcuntur, *c. cum contingat & ſeqq. hoc tit.* Fallit ſecundo in antiqua decimarum infeudatione facta laico, cuius occaſione noualia non poteſt vſurpare, *c. tua el 1. §. fin. & Achil. deciſ. 4. hoc tit.* Priuilegium quoque conceſſum clerico ratione Eccleſiæ ſuper decimis non ſoluendis, comprehendit noualia, *c. ex parte 3. hoc tit.* ſimilis conceſſio facta laico, quia eſt multum odioſa, eſt reſtringenda, vt noualia nō comprehendat, *gl. pen. in fine in d. c. ex parte 3. & ibi Pan. n. 4. & Can.*

Primitiæ ſunt † primæ fruges prædiorum Deo 40
reddendæ, quæ non ſunt ſpeciali nomine vel quantitate definitæ, ſed arbitrio offerentium derelictæ, *c. 1. verſ. at vero primitiæ hoc tit.* debentur Eccleſiæ parochiali in cuius limitibus reperiuntur prædia, quia ex eis debentur & cenſentur onera realia, *Achil. deciſ. 1. hoc tit. arg. c. fin. de paroch. & alien. paroch. & ibi gl. fin. c. cum ſint homines & ibi gl. 2. & Can. hoc tit.* & ſunt de neceſſitate ſoluendæ, *c. reuertimini 16. quæſt. 1. c. præter hoc §. præcipientes 32. diſtinct. c. 1. in fin. ibi exigant & ibi gl. fin. hoc tit. Pan. n. 8. Abb. antiq. in fin. & Can. Achill. reprobata opinione D. Thomæ deciſ. 2. eodem.* Quando clerici parochialium Eccleſiarum eas petunt, quia laudabilis deſuetudo clericorum non petentium primitias excuſat non ſoluentes à peccato, vt dictum eſt ſupra in decimis. De peculibus debentur primitiæ, puta de ducentis agnus vnus, *gl. fin. in d. c. 1. hoc tit. & ibi Can.* Cancellaria apoſtolica non dat litteras ſuper ſolutione primitiarum vel decimarum, quæ non proueniunt ex poſſeſſionibus, ſicut ſunt decimæ caſeorum, ouorum vel animalium, *Collect. in d. c. 1. hoc tit. verſ. & ſciendum eſt.*

(Oblatio

Digitized by Google

41 Oblatio eſt † donatio alicuius rei licite acquiſitæ, 14. *quæſt.* 5. *in ſumma & c.* 1. 2. *&* 3. *& per tot. quæſt.* facta à Chriſtiano, *c. quanto de vſuris.* gratis Deo vel Eccleſiæ, *c. ſcriptum eſt* 14. *quæſt.* 5 *Pan. in c. cauſa n.* 1. *&* 2. *de verb. ſignif.* ab infidelibus eccleſia non recipit oblationem ſed æſtimationem oblationum pro intereſſe, *d. c. quanto.* neque ab eiſdem recipit perſonales decimas ſed prædiales, *c. de terris hoc tit. & ibi gl.* ſunt neceſſitatis & de iure debentur diebus dominicis & feſtiuis quando rector eſt pauper, vel in loco eſt conſuetudo dandi, *Pan. in d. c. cauſa n.* 2. *& in rubr. de paroch. & c. num.* 3. *Put. deciſ.* 173. *lib.* 1. extra dictos caſus ſunt voluntatis, *Put. d. deciſ.* 173. *Pan. poſt Hoſtien. in d. c. cauſa n.* 2. *& latius in d. rubr. de paroc. & alien. & c. n.* 3. *poſt D. Thomam.* (quænam oblationis nomine intelligantur, traditur *in c cum inter vos De verb. ſignificat.*)
42 cedunt † iure tituli presbytero Eccleſiæ parochialis etiamſi fiant capellæ ſitæ infra parochiam, vel imagini depictæ in muro alicuius parochiæ, aut alteri celebranti intra parochiam, quia Eccleſia parochialis fundat intentionem ſuam de iure cõmuni ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus contingentibus intra parochiam ſuam, *c. paſtoralis & ibi Pan. n.* 2. *& Can. de his quæ fiunt à prælat. & c. Felin. in c. dilectus n.* 1. 2. *& ſeq. de off. ordin. Pan. in rubr. de paroc. & c. n.* 3. *&* 4. *arg. à ſpeciali in c. ad audientiam* 1. *de eccleſ. ædif. cap. Tholoſ. quæſt.* 483. Quilibet poteſt oblationem facere niſi ſpecialiter prohibeatur. *cap. oblationes* 90. *diſtinct. & ibi gloſſ. enumerat ſpecialiter prohibitos quam vide & ibi Can.*

De regularibus & tranſeuntibus ad religionem.

Titulus XXXI.

SVMMARIA.

1 *Abbates omnibus in dignitate conſtitutis Epiſcopo inferioribus & canonicis cathedralium Eccleſiarum proferuntur.*
2 *Hic titulus differt à titulo de ſtatu monachorum & canonicorum regularium ſicut genus à ſpecie.*
3 *Regularia loca non poſſunt erigi ſine licentia Epiſcopi prius obtenta.*
4 *Regulares ſunt qui profitentur tria vota ſubſtantialia, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, in vna ex religionibus per ſedem apoſtolicam approbatis.*
5 *Religiones approbatæ ſunt quatuor ſancti Baſilij ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini & ſancti Franciſci.*
6 *Regulæ mendicantium ſunt quatuor.*
7 *Concilium Tridentinum conceſſit omnibus monaſterijs & domibus tam virorum quam mulierũ etiam mendicantium exceptis fratrum ſancti Franciſci capucinorum & eorum qui minorum de obſeruantia vocantur, vt deinceps bona immobilia poſſidere liceat.*
8 *Canones diſtrictius inhibent, vt aliquis nouum ordinem vel religionem adinueniat vel habitum nouæ religionis aſſumat.*
9 *Equites & Hoſpitalarij Sancti Ioannis Hieroſolimitani emittunt tria vota & ſunt religioſi.*
10 *Milites militiarum regularium & Hoſpitalarij qui matrimonio vtuntur ſunt religioſi ſecundum quid.*
11 *Eremitiæ ſubſunt Epiſcopo, gaudent priuilegijs clericorum, quando habitum aſſumunt ab Epiſcopo.*
12 *Profeſſio eſt duplex, expreſſa & tacita, ad expreſſam plura requiruntur primo in profitente in quacunque religione decimus ſextus annus expletus.*
13 *Secundo, quod non minore tempore quam per annum continuum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit.*
14 *Limita in ingrediente militarem religionem*
15 *Item excipe religionem clericorum ſocietatis Ieſu.*
16 *Tertio, requiritur ex parte recipientis quod fiat in manibus ſuperioris maſculi.*
17 *Quarto, quod ſuperior requirat conſenſum ſui conuentus vel conſilium.*
18 *Quinto, Quod profeſſio fiat vni ex religionibus approbatis in monaſterio ſiue clauſtro monaſterij.*
19 *Sexto, quod fiat ſimpliciter de tribus votis, obedientia caſtitate & paupertate per quacunque verba.*
20 *Septimo, In virginibus deo dicandis vt ante profeſſionem Epiſcopus vel Vicarius, vel aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus exponit virginis voluntatem diligenter in monaſterijs ordinario iure Epiſcopo Subiectis ac in ijs quæ ad Romanam immediate ſpectant Eccleſiam, in alijs exploratio virginis ſpectat ad abbates vel alios prælatos.*
21 *Profeſſionem tacitam inducunt, primo annalis delatio ha-*

Digitized by Google

latio habitus monachalis, indiſtincti aut indiſtinctiſſimi, aut patenter non diſtincti ab habitu profeſſorum, aut latenter ab eo diſtincti.

22 *Secundo, Ordinatio monialis non profeſſa in abbatiſſam.*

23 *Tertio, Promiſſio obedientiæ in manibus ſuperioris cum ſuſceptione habitus monachalis reſpectu certa & determinata regula approbatæ.*

24 *Quarto, Annalis in monaſterio poſt maiorem ætatem mora & habitatio profeſſi ante legitimam ætatem vel per vim.*

25 *Quinto, quando nouitij ſponte ſe ingerunt actibus profeſſorum.*

26 *Sexto, Receptio habitus profeſſorum poſt annum probationis in monaſterio vbi habitus profeſſorum ab habitu nouitiorum patenter aut latenter ſunt diſtincti.*

27 *Profeſſio præſumitur ex delatione habitus.*

28 *Profeſſionis effectus eſt quia per eum acquiritur ingreſſis ius in ipſo monaſterio vt ibi deſeruiat & alimentetur.*

29 *Viciſſim Abbati & monaſterio acquiritur ius in perſonam profeſſi.*

30 *Profeſſione emiſſa regula eſt in percepto quoad tria vota ſubſtantialia.*

31 *Ad profitendam religionem omnes Chriſtiani ſunt apti.*

32 *Prohibitus clericati propter ſuum aut eius ex quo deſcendit delictum non prohibetur intrare religionem.*

33 *Nullum crimen impedit religionem.*

34 *Aut ingratitudo erga parentes.*

35 *Vel irregularitas.*

36 *Seu excommunicatio etiam maior.*

37 *Epiſcopus non poteſt intrare religionem niſi petita & obtenta licentia à ſummo pontifice.*

38 *Quid iuris ſit in Prælatis inferioribus Epiſcopo immediate ſummo pontifici ſubiectis.*

39 *Cæteri clerici ſæculares poſſunt intrare religionem non petita licentia ab Epiſcopo.*

40 *Nouitij intra annum probationis, ac finito eo ante profeſſionem emiſſam abſque apoſtaſia nota vel noxa ad ſæculum redire & ad ſæcularia beneficia promoueri poſſunt.*

41 *Non debet nec cogitur reſtituere alimenta monaſterio.*

42 *An idem iuris ſit in cooptatis poſt biennalem probationem in corpus ſocietatis Ieſu & ante publicam profeſſionem dimiſſis, ac in eis qui poſt adeptum gradum coadiutorum formatorum à ſocietate ex cauſis dimittuntur.*

43 *Regularium nemini licet immobilia vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint tanquam propria aut etiam nomine conuentus poſſidere.*

44 *Nec licet ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere ad vſumfructum vel vſum aut commendam vel adminiſtrationem.*

45 *Prælati & religioſi habentes adminiſtrationem liberam habent fructuum diſpoſitionem in vita, & ex permiſſu ſuperiorum cæteri regulares poſſunt diſponere de fructibus beneficiorum ſuorum regularium.*

46 *Religioſi pœna qui ſine permiſſu ſuperioris quicquid tenere deprahenſus aut conuictus fuerit.*

47 *Regularibus non licet à ſuis conuentibus recedere etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi aut vocati fuerint.*

48 *Tenentur diligenter obſeruare quæ ad communem vitam victum & veſtitum pertinent.*

49 *Curia Romana tollerat quod regularibus taxetur aliquid pro veſtimentis vt [illegible]ntur ad id certa poſſeſſiones.*

50 *In monaſterijs tam virorum quam mulierum, is tantum numerus conſeruandus eſt qui ex redditibus proprijs monaſteriorum vel ex conſuetis eleemoſynis commode poteſt ſuſtentari.*

51 *Regularibus canones prohibent ne ſine ſui ſuperioris licentia ſe ſubijciant obſequio alicuius Prælati, principis, aut alterius cuiuſcunque perſonæ.*

52 *Ne excommunicatos à canone aut à ſententijs per ſtatuta prouincialia aut ſynodalia promulgatis ſeu à pœna & culpa quenquam abſoluere præſumant.*

53 *Ne prædicent etiam in eccleſijs ſuorum ordinum niſi de ſuperiorum ſuorum licentia cum qua perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant, in Eccleſijs vero quæ ſuorum ordinum non ſunt, præter licentiam ſuorum ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur.*

54 *Monaſterio in quo certa regula ab initio fuit conſtituta reducto ad priſtinum rigorem, ſi in eo regula, contrario abuſu, fuit labefactam regulares inibi exiſtentes compelluntur obſeruare illam reformationem.*

55 *Si regula in eo fuit collapſa, tunc inibi exiſtentes poſſunt cogi cauſatiue ad religionem profitendam, vel*

dam, vel vt exeant è monaſterio.

56 *Religioſus locus deformatus reformari debet de regularibus eiuſdem monaſterij, in defectum eorum de regularibus aliorum monaſteriorum eiuſdem ordinis, inde eis eiectis in perpetuum vel ad tempus deueniendum eſt ad regulares alterius ordinis poſtremo in defectum omnium regulariũ poterunt inſtitui clerici ſæculares authoritate Epiſcopi ſeruatis dictis gradibus.*

57 *De ſæculari viro Eccleſia poteſt fieri monaſterium ab Epiſcopo de conſenſu capituli cathedralis Eccleſiæ etiam inuitis clericis ſæcularis Eccleſiæ.*

58 *Regularibus per canones percepta enumerantur.*

59 *Regularis poſt profeſsionem emiſſam licite tranſit ad monaſterium alterius religionis quatuor concurrentibus primo quod ſecunda religio ſit ſtrictior, Secundo quod tranſeat Zelo ſanctioris vitæ.*

60 *Tertio, vt petat licentiam tranſeunti à ſuo Prælato.*

61 *Quarto, quod primo religionem ſtrictiorem inueniat.*

62 *Quod ſi impetrata licentia tranſiuerit ad arctiorem religionem, cuius non potuit ferre auſteritatem, & ante profeſsionem velit reuerti, debet recipi in priori monaſterio quia licentia & renunciatio facta fuit ex cauſa non ſubſecuta.*

63 *Regularis non poteſt vigore cuiuſcunque facultatis transferri ad laxiorem religionem.*

64 *Ad parem poteſt tranſire obtenta licentia ſui ſuperioris & iuſta cauſa.*

65 *Regularis omnis perpetuo ad aliud monaſterium translatus ſiue vt profit ſiue vt ſubſit debet iterũ profiteri præcedente anno probationis.*

66 *Monachis non licet à congregatione ad ſolitariam cellulam diſcedere.*

67 *Mendicantes de licentia prælatorum ſuorum poſſunt vitam eremiticam eligere, ac cellas habitationes & manſiones acquirere ac mutare in eremo.*

68 *Non poſſunt recipi in monachum aut fratrum alicuius ex ordinibus monaſticis, ordine cartuſienſium excepto.*

69 *Quid iuris eſt ſi tranſeant auctoritate apoſtolica ad non mendicantium ordines.*

70 *Translatum de vno ordine ad alium vigore cuiuſuis facultatis, nemo prælatus vel ſuperior ad habitum vel profeſsionem poteſt admittere niſi vt in ordine ipſo ad quem transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat.*

71 *Bona ingredientis monaſterium bonorum capax in communi poſt profeſsionem factam ſunt ipſius monaſterij ſi non fecit teſtamentum.*

72 *Poſt profeſsionem canonice translatus ad aliud monaſterium an & quæ bona recuperet.*

73 *Fugitiuus bona non recuperat.*

74 *Eiectus bona patrimonialia recuperat ex benignitate.*

75 *Vagabundus bona non recuperat.*

76 *Bona eorum qui profitentur certam regulam vel ordinem vt Camaldulenſium & non profitentur expreſſe certum clauſtrum acquiruntur toti ordini.*

77 *Monachus propter graue delictum depoſitus non recipit præbendam vt cæteri ſed in carceribus recluditur.*

ECCLESIASTICORVM duo ſunt genera, quoddam clericorum ſæcularium, de quibus dictum eſt; quoddam religioſorum, ſiue regularium, *c. vnico 19. q. 1. c. duæ ſunt §. lex vero priuata verſic. ſi quis locum 19. q. 2.* quia omnes clerici ſeculares etiam conſtituti in minoribus ordinibus ſunt in dignitate, *c. denique & ibi gloſſ. 1. & Can. 4. diſtinct.* & præferuntur iure Decretorum Abbatibus & monachis, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ, *c. à ſubdiacono 93. diſt.* ſed hodie Abbates omnibus † in dignitate conſtitutis, Epiſcopo inferioribus, & Canonicis Cathedralium eccleſiarum præferuntur, *c. fin. de off. deleg. in 6. & ibi Gemin. num. 3. c. ne pro defectu & ibi gl. in verb. regularis de electıon. & Canon.* Differt hic titulus † à titulo de ſtatu monach. &c. ſicut genus à ſpecie, omnes enim monachi & regulares Canonici, *Iaſ. in auth. ingreſſi num. 24. & ibi DD. C. de ſacroſ. eccleſiis Franc. in c. cum ſingula num. 2. de præb. in 6.* ſunt regulares, ſed non omnes regulares ſunt monachi aut Canonici, nam Prædicatores, Minores, Eremitæ ſancti Auguſtini & quorumlibet mendicantium ordines, regulares ac religioſi ſunt, ac reguntur à magiſtris aut miniſtris vel prioribus generalibus, eorumque loca conuentualia, adminiſtrationes vocantur, *Clem. dudum §. ſtatuimus de ſepult. Ioan. Andr. in c. quorundam ſub num. 4. & ibi Can. de elect. in 6.* Monachi vero reguntur ab Abbatibus & Prælatis, eorumque loca conuentualia *monaſteria* vocantur, *c. quorumdam de elect. in 6. Clem. 1. de reb. eccleſ. alien. vel non Pan. in c. cauſam quæ*

(margin numbers 1, 2 in right margin of body text)

Digitized by Google

ſam quae l.1.num. 2. de iudic. & appellatione monaſteriorum, non veniunt Prioratus, aut adminiſtrationes; *d. Clem.1.de reb.eccl.alien.vel non ibi monaſteriorum & altarum adminiſtrationum quia copula cadit inter diuerſa l. ſi is qui ducenta in princ. & ibi Bartol.ff. de reb. dieb. gloſſ. in rubr. ff. de iuris & fiat ignor. & ita in terminis noſtris per illum textum conſuluit Frederic. de ſemin. conſ.* 145. *num.*8. *Caput. deciſ.*84. *&* 225. *par.* 2. *Clem. dudum* §. *ſtatuimus de ſepult.* ſed hæc diſtinctio perpetua non eſt, quia ſub latiore ſignificatione monaſterij venit omnis locus regularis & dicitur à Μόνος, quod eſt ſingularis ſiue ſolus, quia monaſterium eſt ſolitariorum habitatio, *c.* 1. *& ſeq. c ſi cupis & cc. ſeqq.*16.*q.*1. *Archid. in c.* 1. *in princ. hoc tit. in* 6. & appellatio *cœnobium* à κοινὸν Græce, quod eſt latine *commune*, quia ibi religioſi communiter viuunt, vnde ſecundum ætymologiam vocabuli poteſt dici, *cœnobium* omnis locus in quo communiter plures viuunt, ſic etiam appellatur conuentus quia ibi omnes conueniunt, *Pan.in c.tua nuper ſub numer.* 3. *in verb. cœnobijs de his quæ fiunt à prælat. & c.c.*1.*in fin.*

3 15.*diſtinct.* Regularia † loca non poſſunt, erigi ſine licentia epiſcopi, *c. qui religioſis cum trib. cc.ſeqq.* 18.*quæſt.*3.*c.* 3. *in fin. ſeſſ.* 25. *de regular. quod corrigit c.*1.*de exceſſ. prælat. in* 6. *& Clem. cupientes de pœnis*, prius obtenta, *c.*3. *in fine ſeſſ.* 25. *de regul. & monial.*

4 Regulares ſunt † qui profitentur tria vota ſubſtantialia, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, *Clem. exiui* §. *cum igitur, &* §.*ſeqq. de verb.ſignif. Pan. in rub. huius tituli num.* 1. *& in c. non magnopere numer.*2.*ne cler.vel mon. c.*1.*ſeſſ.* 25. *de regul. & mon.* in vna ex religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis; *c. vnico de vot. in* 6. *c. fin. de relig. dom.* in his votis datur exceſſus, veluti paupertatis, *D. Tho.*2. 2. *q.*188. *art.*7. caſtitatis, cuius commutatio in caſtitatem coniugalem non mutat ſubſtantiam regulæ; *Sot. de iuſt.& iur.lib.*6.*q.*5. *art.* 30.*col. pen. Rot.diuerſ. deciſ.* 266.*num.*6 *part.* 2. obedientiæ, quæ aliquando ſi de ſuo aliquid habuerit, nulla eſt; aliquando ſi de ſuo aliquid non habuerit, minima eſt, *c. ſciendum* 8.*q.*1.*gloſſ. fin.in Clem.* 1. *de relig. dom. quæ ponit gradus humilitatis, & ibi Can.* ſtantibus his, quæ ſunt de ſubſtantia regulæ, ſolemnitates voti ex conſtitutione eccleſiæ proceſſerunt, *c.* 1. *de vot.in*6. ſuper quibus Papa liberam habet diſpoſitione, *arg. c. non debet de conſang. & affin.gl. in c. Deus qui, & ibi Pan.numer.*2.*& Can.de vit. & honeſt.cleric.* & poteſt relaxare, & ſtringere non ſolum in his, quæ ſunt de bonis fortunæ, ſed etiam circa dicta tria ſubſtantiala quia ſunt etiam inducta iure poſitiuo, *Inn.in c.cum ad monaſterium num.* 1. *& ſeqq. de ſtat. monach. Zab. in cap. Deus qui in* 1. *oppoſ. de vit. & honeſt. cler. & ibi Can.* ex quo quis per votum ſe ſubmiſit iugo illius, qui vicem Chriſti gerit in terris: *c. quorundam cap. ſi religioſus de elect. in* 6. *Anch. in clem. attendentes num.*3. *de ſtat. monach. glo. in c. vnico in verb. præſentes de ſtat. regul. in* 6. *& ibi Can.* Religiones approbatæ ſunt † quatuor S. Baſilij, Sancti Benedicti, 5
Sancti Auguſtini, *c. pernicioſam* 18. *q.* 2. & Sancti Franciſci, *Clem. exiui de verb. ſignif. Bart. in tract. minoritarum in princip. Franc. Marc. q.* 1015. *par.* 1. qui tres ordines inſtituit, *gl. in Clem. cum ex eo, in verb. tertio & verb. continentia de ſent. excom. Franc. Marc. deciſ.* 963. *part.* 1. priorum duorum inſtituta paupertatem, non tamen mendicitatem præcipiunt, poſteriorum hic mendicitatem præcipit, alter nõ præcipit, ſed conſtitutiones poſteriores hoc ſanxerunt. Sub iſtis militant omnes proprie religioſi, exceptis Carthuſienſibus, qui habent ſua ſtatuta pro regula, *B. Ant. in ſumm. part.* 3.*tit.*16.*c.*1.§ 5. *& ſeq. late Boer. de ſtat. & vit. Eremit. num.*1.*& ſeqq.*
Regulæ mendicantium † ſunt quatuor, Prædi- 6
catorum, ſiue Dominicanorum, Minorum Sancti Franciſci, Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum: *c. vnico* §. *ſane de relig. dom. in* 6. *c. quorundam de elect. in* 6. *& ibi Ioannes Andr. & Can. Caputaq. dec.* 224. *part.* 2. quibus adduntur ordines ſeruorum Beatæ Mariæ, *Pius V. conſtit. edita* 1. *Octobris* 1567. *Pontif. an.* 2. *in Bull.* 45. *& fol.* 997. Minimorum Sancti Franciſci de Paula, *Pius V. conſtit. edita* 9. *Octobris* 1567. *Pontif. anno* 2. *in Bull. num.* 48. *& fol.* 1001. Congregatio fratrum Sancti Hieronymo Ieſuatorum, *Pius V. conſtit. edita* 19.*Nouembris* 1567.*in Bull. num.* 49. *& fol.*1002.& Religio Societatis Ieſu, *Greg.* 13. *in conſt. edita* 8. *Cal. Iul.* 1584. *Pontif. anno* 13. *in Bull.* 102. *fol.* 1350. *in princip. qui refert conſtit. Pij V.* Concilium Tridentinum † conceſſit omnibus monaſterijs, & 7
domibus tam virorum, quam mulierum etiam mendicantium, exceptis fratrum Sancti Franciſci Capuccenorum, & eorum qui Minorum de obſeruantia vocantur, vt deinceps eis bona immobilia poſſidere liceat; *c. concedit ſeſſ.* 25, *de regul. & monial.* alij qui obedientiam promittunt, & non iſta tria vota profitentur, non dicuntur proprie habere regulam, ſed potius quemdam modum

viuendi, licet ille modus ſit approbatus per ſedem Apoſtolicam, *Clem. 1. in princ. & ibi gl. in verb. obedientiam de relig. domib. & Pan. numer. 4. & 5. & Can. Clem cum ex eo, & ibi gloſſ. in verb. tertio de ſent. excom. & ibi Can. Fel. in c. eccleſiæ B. Mariæ num. 1. & ſeqq. de conſtit.* & ſi viuant in vnum Conuentuales appellari poſſunt, *c. 1. & ibi poſt gl. 1. Archid. & Can. 10. q. 1.* ac gaudent priuilegio clericali, *Butr. in c. 2. ſub num. 6. verſ. & generaliter de for. compet.* Cano-
8 nes † diſtrictius inhibent, ne aliquis nouum ordinem, vel religionem adinueniat, vel habitum nouæ religionis aſſumat, *c. fin. de relig. dom. c. 1. in princ. eod. in 6.* diuerſum ab alijs, & communem inter ſe pluribus ſimul in eodem collegio habitantibus, & eamdem religionem profitentibus, alias ſingularis perſona ſectas non adinueniens, & ſeorſum habitans in domo ſua, vel in eremo, *c. qui verè 16. q. 1. Pan. in c. ex parte 2. num. 10. de conuerſ. coniug.* nouum habitum inducere ſibi poteſt, *d. c. 1. & ibi gl. in verb. habitum & Gemin. ac Can. de*
9 *relig. dom. in 6. c. parſimoniam 41. diſt.* Equites † & Hoſpitalarij Sancti Ioannis Hieroſolymitani emittunt tria vota, & ſunt religioſi, licet non ſuſcipiant ordines, *Put. deciſ. 382. libr. 1. Caſ. deciſ. 1. de prob. Molled. deciſ. 10. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. diuerſ. deciſ. 436. par 3. lib. 3. Rot. Farin. deciſ. 87. num. 1. & deciſ. 454. num. 3. part. 1. 2. Pan. in rub. huius tit. ſub num. 4. & ibi Can. Greg. 15. deciſ. 87. & deciſ. 509. Pan. in c. 2. num. 3. in fin. de ſtat. monach.* Idem obtinet in Equitibus B. Mariæ Theutonicorum, cæteri milites militiarum regularium, & Hoſpitala-
10 rij, qui matrimonio vtuntur, † neque large, neq; ſtricte ſunt religioſi, ſed ſunt religioſi ſecundum quid, *Pan. in rub. huius tit. num. 4. & in c. 2. num. 11. de for. comp. Rot. diuerſ. deciſ. 591. num. 4. & 7. & ſeq. part. 1. late Zab. in clem. per litteras numer. 9. de præb.* clerici, & ſacerdotes huiuſmodi militiarum regularium poſt profeſſionem ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, tum quia non emittunt tria vota ſubſtantialia, *c. vt lex 27. q. 1. & ibi gl. in verb. profeſſi, & Can.* tum quia non promittũt obedientiam monachalem, *c. non dicatis 12. q. 1 c. conſuluit, qui cler. vel vouent. &c. & ibi Can. Card in clem. 1. in 2. q. de relig. dom. Cald. conſ. fin. hoc tit.* nec ſufficit, vt dicantur regulares, quod ſimpliciter promittant obedientiam, aut reſtrictam ad ſtatuta, *Zab. in clem. 1. num. 5. de relig. dom.* cum canonici ſæculares eam promittant, *c. 3. & c. his quæ de maior. &*
11 *obed.* Eremitæ † ſunt ſicut Locuſtæ, quæ regem nõ habent, ſubſunt epiſcopis, gaudent priuilegio clericorum, *c. qui vere & ibi gloſſ. in verb. vero 16. q. 1. gl. fin. in c. nulla ratione 93. diſt. Innoc. in c. cum monaſterium in fin. de elect.* quando habitum aſſumũt ab epiſcopo, alias ſecus, *Franc. Marc. q. 630. part. 2.* Epiſcopus vero dictum habitum & ritum viuendi in communi eis non poteſt concedere obſtante c. ne nimia de relig. domib. edito in Conc. generali, *Extrauag. Ioan. 22. vnica §. quidam autem eorum de religioſ. domib.* poſſunt vocari ad prælaturã, *c. cum monaſterium de elect. gl. in d. c. qui vere in verb. vero c. ſi clericatus 16. q. 1. & ibi gloſſ. pen.* poſſunt de Eremitica vita licite tranſire ad monachatum, quia vita monachalis eſt magis ſtricta, quoad hoc, quod monachus renunciat proprijs, & ponit hominem ſupra ſe, *d. c. qui vere, & ibi gl. in verb. vero c. ſi clericatus, & ibi gloſſ. in verb. contubernium 16 q 1.* Eremita vero non renunciat proprijs, *cap. per latum §. è contra 19. q. 3.* fratres tertij ordinis de pœnitentia nõ gaudent priuilegio clericali, *Bart. in l. 1. in fin. ff. de pœn. Bart. in l. ſemper §. quibuſdam ff. de iur. immunit. & ibi late addit. pulchre Butr. in c. 2. num. 6. de for. comp. & ibi Felin. vbi recenſent plures, de quibus dubitatur, an gaudeant priuilegio clericali Franc. Marc. etiam plures enumerans q. 630. part. 2.*

Profeſſio eſt duplex, † expreſſa & tacita, ad 12
expreſſam plura requiruntur. Primo in profitente iure veteri pubertas. *c. ſignificatum hoc tit. c. illud 20. quæſt. 1.* & ſi religio eſt dura plena pubertas: *c. quia hoc tit.* ex decretis Concilij Tridentini in quacumque religione tam virorum quam mulierum decimus ſextus annus expletus, *in quacumque ſeſſ. 25. de regul. & mon.* Secundo quod non
minori † tempore quam per annum, *d. c. in qua-* 13
cumque c. ad apoſtolicam hoc tit. 17. quæſt. 2. in ſumma & c. 1. in fin. vel ſi dura ſit congregatio aut ſtatuta ordinis vt præmonſtraten. requirant per biennium *c. monaſterijs 19. quæſt. 3. arg. c. quia in inſulis hoc tit.* continuum non interruptum, *Franc. in c. 1. ſub num. 3. verſ. quid autem ſi non fuit continuatus, & ibi Can. hoc tit. in 6. late Iap. alleg. 46. & ibi addit. Pan. in c. ad apoſtolicam num. 9. & ſeqq. hoc tit. & ibi Can.* poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, nam finito tempore nouitiatus ſuperiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum admittere debent, aut è monaſterio eos eijcere, *d. c. in quacumque iunct. c. nulla §. finito ſeſſ. 28.* profeſſio antea facta iure canonico valida eſt, *c. porrectum c. ad apoſtolicam hoc tit.* niſi facta fuerit

alicui

Digitized by Google

alicui religioni mendicantium, *c.2. & 3. hoc tit. in 6.* ex decretis Concilij Tridentini eſt nulla nullamque inducit obligationem ad alicuius regulæ vel religionis vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectui. *d. c. in quacumque.* & ſublata videtur diſtinctio inter mendicantes ac alias religiones, ac inter expreſſam & tacitam intra annum factam profeſſionem traditam in c. conſtitutionem §. in alijs hoc tit. in 6. ac inter ſuſceptionem habitus profeſſorum ac ſuſceptionẽ habitus nouitiorum intra annum, *c. ſuper eo hoc tit.* nulla quoque renunciatio aut obligatio de bonis aut patrimonio antea facta etiam cum iuramento vel in fauorem cuiuſcumque piæ cauſæ, valet, niſi cum licentia epiſcopi, ſiue eius vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & non alias intelligitur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter vero facta etiam cum expreſſa decreti Concilij Tridentini renunciatione etiam iurata, eſt irrita, & nullus effectus, *c. nulla quoque ſeſſ. 25. de regul.* quod decretum locũ non habet in teſtamentis & vltima voluntate, *Garc. de benef. part. xj. cap. 9. num. 10. & plurib. ſeqq.*

14 Limita in † ingrediente militarem religionem, qui non tenetur poſt ſuſceptum habitum ſtare per annum ad profeſſionem emittendam *iuxta d. c. in quacumque ſeſſ. 25. Card. Seraph. deciſ. 121. arg. eorum quæ tradit ſpecul. de ſtat. monach. & c. quaſt. 36. Pan. in rubr. huius tit. num. 4.* Præterea Concilium Tridentinum in d. c. nulla ſeſſ. 25. excipit à generali percepto dicti §. *finito.* religionem clerico-

15 rum † ſocietatis Ieſu, quæ habet nouitiatum biennij, quo completo & tribus votis ſubſtantialibus ſimplicibus, obedientiæ caſtitatis & paupertatis priuatim emiſſis, qui literis operam dederunt, vel daturi ſunt vt ſcholares approbati, alij vero vt coadiutores temporales non formati, in ſocietatis corpus cooptantur, deinde ſtudijs abſolutis, antequam profeſſi vel adiutores ſpirituales formati fiant, tertium adhuc vlterioris probationis annum in deuotionis exercitijs impendunt, ad quem temporales coadiutores vt ad gradum formatorum recipiantur non obligantur, *Gregor. 13. in Bullar. ſiue conſt. aſcendente domino.*

16 Tertio, ex parte recipientis † quod fiat in manibus ſuperioris maſculi, *c. fin. & ibi gl. 1. 20. quaſt. 1. & c. ſtatuimus 20. quaſt. 2.* vel de eius licentia, *c. porrectum, & ibi Pan. in 5. notab. & in c. ad apoſtolicam num. 4. hoc tit.* vel ſequatur eius rati habitio, *Inn. in d. c. porrectum num. 4. & 5. & ibi Can.* vel fiat in manibus Epiſcopi recipientis per ſe vel miſſos ſuos profeſſionem certæ regulæ approbatæ in monaſterio ſibi ſubiecto, *Sylueſter in verbo religio 3. quaſt. 14. Cunct. Inſt. maior. lib. 3. tit. de regular. n. 62. c. porrectum & ibi Innoc. ſub n. 5. de Regular. & Canon. qui inter ſe diſputant inſinuante qui clerici vel vouentes & ibi gl. in verbo quod in manibus c. dudum ibi in perſonã Eccleſiæ huiuſmodi reſignationem recipere procurauit, de conuerſ. coniugator.* Quarto, quod ſuperior † re- 17
quirat conſenſum ſui conuentus, *gl. 1. & Prob. ad Monach. in c. fin. num. 2. & 3. hoc tit. in 6. & ibi Can. c. veniens de ſimon. Lap. alleg. 31.* vel Conſilium, *gloſſ. addit. in d. c. fin. hoc tit. in 6. Pan. in d. c. ad apoſtolicam num. 12.* Quinto, quod profeſſio † fiat vni ex reli- 18
gionibus, *c. vnico, verſ. aut per profeſſionem de vot. in 6. Butr. in c. ruſum ſub n. 8. verſ. quandoque ſolemnitatur profeſſione, qui cler. vel vou. Clem. fin. & ibi gl. in verb. religione hoc tit. Nauar. conſ. 35. numer. 1. hoc tit.* per ſedem apoſtolicam approbatis, *d. c. vnico verſ. aut per profeſſionem de vot. in 6. c. fin. de relig. domib. c. vnico eod. in 6.* in monaſterio ſiue clauſtro monaſterij, ſed poteſt concedi ex cauſa vt profeſſio fiat extra monaſterium, *c. ex publico, & ibi Pan. num. 10. de conuerſ. coniug. c. vt lex, & ibi gl. fin. & Can. 27. quaſt. 1. Bart. in auth. ingreſſi num. 12. de ſacroſ. eccleſ.* Sexto, quod fiat † ſimpliciter de tribus votis 19
obedientia caſtitate & paupertate, *c. non dicatis 12. quaſt. 1. c. 1 ſeſſ. 25. de regul.* per quæcumque verba videlicet trado me tibi in monachum & fratrem, *d. c. porrectum, & ibi Can.* volo religionis propoſitum inuiolate obſeruare, *c. fin. 20. quaſt. 1.* ſcriptura non eſt neceſſaria ſed adhibetur vt ei obuiet, qui contrauenit, *gloſſ. 2. in d. c. fin. 20. quaſt. 1. & ibi Can. c. omnes 27. quaſt. 1. c. nuper de teſtib.* neglectus formæ traditæ à regula circa actum profeſſionis, non inducit nullitatem, *Pan. in d. c. porrectum n. 13.* aut ſi habitum non ſuſceperit, *c. conſuluit qui cler. vel vou. & c. c. vt clerici d. c. porrectum, & ibi gloſſ. in verb. Monachum c. ex parte hoc tit.* vel habitauerit extra monaſterium, *c. ſicut 2. hoc tit.* Septimo, in virginibus † Deo dicandis, vt ante profeſſionem 20
Epiſcopus vel eius Vicarius aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, exploret virginis voluntatem diligenter, an coacta an ſeducta fuit, an ſciat quid agat, & ſi voluntas eius pia & libera cognita fuerit, libere ei profiteri licet non in manibus Abbatiſſæ vel alicuius ſanctimonialis quibus velamen nulli alteri ſanctimoniali imponere

Digitized by Google

licet, c. puella verſ. fin. & c. vidua 20. quæſt. 2. ſed E-
piſcopi vel ſacerdotis aut miniſtri, c. vidua 20.
quæſt. 1. & ibi gl. 1. & Can. Franc. Marc quæſt 957. l. 1.
& tenetur præfecta monaſterio Epiſcopum ante
menſem certiorem facere, quod ſi non fecerit
quamdiu epiſcopo videbitur ab officio ſuſpen-
ditur, c. libertati ſeſſ. 25. de regul. quæ locum habent
in monaſterijs ordinario iure Epiſcopis ſubiectis,
ac in ijs quæ ad Romanam immediate ſpectant
Eccleſiam, in alijs exploratio voluntatis virginis
ſpectat ad Abbates & alios tam exemptus quam
non exemptos prælatos quibus monaſteria hu-
iuſmodi ſunt ſubiecta, c. periculoſo §. fin. de ſtat. re-
gul. in 6. Clem. attendentes in fin. princ. de ſtat. monach.
& ibi Can. Ab his excipiuntur mulieres quæ pœ-
nitentes aut conuertitæ appellantur, in quibus
conſtitutiones earum ſeruantur, c. anathemati ſeſſ.
25. de regular.

21 Tacitam profeſſionem † inducunt, Primo,
annalis per conſtitutum in legitima ætate dela-
tio, in religione vel monaſterio, c. vt clerici, & ibi
gloſſ. fin. & Can. c. ex parte, & ibi gl. fin. Clem. fin. &
ibi gloſſ. in verb. aliqua hoc tit. Put. deciſ. 131. libr. 1.
poſt annum continuum probationis peractum,
c. in quacumque iuncto c. nullo §. finito ſeſſ. 25. de regul.
Garc. de benef. part. xj. cap. 9. numer. 5. & ſeqq. habitus
monachalis indiſtincti aut indiſtinctiſſimi, aut
patenter nō diſtincti ab habitu profeſſorum, aut
latenter ab eo diſtincti, c. ex parte tua hoc tit. & ibi
Pan poſt gl. fin. numer 3. & Can. Clem. fin. eod. ſed ſi
habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum ſit
diſtinctus patenter, colore, ſciſſura, forma, d.
Clem. fin. verſ. fin hoc tit. eius delatio per quantum-
cumque tempus non inducit profeſſionem, gloſſ.
in Clem. fin. in verb. deinceps in fin. & ibi Can. latens
diſtinctio inducitur ex benedictione veſtium
tempore profeſſionis, c. ſtatuimus hoc tit. earumque
datione à certis perſonis, vel in certis diebus,
certo loco, aut certis formis & ſolemnitatibus,
c. 1. §. fin. hoc tit. in 6. indiſtinctus habitus eſt vt quia
profeſſi & nouitij eodem habitu vtuntur, indi-
ſtinctiſſimus quando non ſolum nouitij & pro-
feſſi ſed etiam communem ducentes vitam, cum
eis deferunt eundem habitum, Pan. in d. c. ex parte
n. 3. gloſſ. in d. Clem. fin. in verb. deinceps, & ibi Can.
hoc tit. Secundo, inducit tacitam profeſſionem
22 ordinatio † monialis non profeſſæ in Abbatiſ-
ſam, licet electio non valeat, c. 2. & ibi Ioan. Andr.
num. 3. & Can. de teſtam. nouitijs vero ordinari ſe
permittens ad minores intra annum probatio-
nis, per hoc non intendit profiteri, Gemin. in c. ab-
bates num. 9. poſt Ioan. And. de priuil. & c. in 6. Tertio,
promiſſio † obedientiæ in manibus ſuperioris 23
cum ſuſceptione habitus monachalis reſpectu
certæ & determinatæ regulæ approbatæ, opera-
tur profeſſionem expreſſam quoad votum obe-
dientiæ & tacitam quoad alia vota, Butr. in d. c.
porrectum nu. 9. verſ. 3. modo hoc tit. & in c. rurſus ſub
num. 8. verſ. quandoque ſolemnizatur qui cler. vel nou.
& c. Prepoſ. in c. conſuluit ſub n. 1. verſ. & ita D. Anton.
& alij & c. eod. tit. approbati à Rot. diuerſ. deciſ. 216.
ſub n. 10. part. 2. Quarto, annalis † in monaſterio 24
poſt maiorem ætatem mora & habitatio profeſſi
ante legitimam ætatem vel per vim, c. ſignificatum
c. cum virum c. 2. hoc tit. c. 1. eod. in 6. ex decretis
Concilij Tridentini quicumque regularis præ-
tendit ſe per vim, aut metum, aut ante ætatem
debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile non
auditur niſi intra quinquennium à die profeſſio-
nis coram ſuo ordinario & ſuperiore, & ſi antea
habitum ſponte dimiſerit nullatenus ad allegan-
dam quamcumque cauſam admittitur, ſed ad
monaſterium redire cogitur & tanquam apoſta-
ta punitur, interim vero nullo priuilegio ſuæ re-
ligionis iuuatur, c. quicumq; ſeſſ. 25. de regul. Quin-
to, quando † nouitii ſponte ſe ingerunt actibus 25
profeſſorum, c. vidua hoc tit. & ibi Can. Sexto, rece-
ptio † habitus profeſſorum poſt annum proba- 26
tionis in monaſterio vbi habitus profeſſorum ab
habitu nouitiorum patenter aut latenter ſunt di-
ſtincti, c. ſuper eo verſ. fin. c. ſtatuimus & c. conſulti hoc
tit. iura enim decretalium limitanda & reſtrin-
genda ſunt iuxta Conciliū Tridentinū quod re-
quirit in profitente decimum ſextum annum ex-
pletum; & præcedentem annum continuum
probationis peractum, d. c. in quacumque ſeſſ. 25. gl.
fin. circa fin. in d. c. ex parte & ibi Can. Pan. in d. Clem.
fin. nu. 9. & 10. hoc tit. vbi ponderat dictionem, per, &
ibi Can. & concurrentibus alijs requiſitis tacitam
profeſſionem non excludit. Garc. de benef. part. xj.
cap. 9. num. 5. & 8. Greg. 15. deciſ. 385. in fin. & ibi late
annotata. Ex delatione habitus † præſumitur pro- 27
feſſio & fundatur intentio monaſterij & qui di-
cit ſe non profeſſum debet hoc probare, c. quod
interrogaſti: 27. diſt. & ibi Archid. & Can. Io. And. in
c. 2. ſub num. 2. verſ. item hoc quod dictum eſt hoc tit.
Rot. diuerſ. deciſ. 216. num. 18. part. 2. Effectus pro-
feſſionis † eſt, quia per eam acquiritur ingreſſis 28
ius

Digitized by Google

ius in ipſo monaſterio, vt ibi deſeruiant & alimententur, *c. porrectum de regul. gl. fin. c. cum dilecta, & ibi Can. de reſcript. Pan. ſub num.* 13. & licet pro alimentis ſibi ſubtractis non poſſint agere, pro ſibi miniſtrandis in futurum bene poſſunt agere. *Rot. deciſ.* 10. *de iudic. in nou. Felin. in c. cum dilecta n.* 16 *& ſeqq. de reſcript. Cald. conſ. xj. hoc tit.* Per prioratum vel Abbatiam retinetur monachatus, & licet prior vel Abbas renunciet vel deponatur remanet monachus monaſterij, *c. ſicut ex litteris, & ibi Pan. in* 1. *not. Felin. num.* 1. *& Can. de iureiur. c. fin. de Simon.* monachus vero translatus ad prioratum vel Abbatiam alterius monaſterij etiam eiuſdem ordinis, perdit locum & vocem actiuam in priori monaſterio, etiamſi talia iura ab Abbate & monachis prioris monaſterij ſibi fuerint reſeruata, *c. conſtitutis de elect. c. cum ſingula* §. *prohibemus, & ibi gl. in verb. canonica, & Can. de preb. in* 6. Viciſ-
29 ſim Abbati † & monaſterio acquiritur ius in perſonam profeſſi, vt eum forſan fugitiuum, aut eiectum poſſit & cogatur vindicare, *d. c. porrectum, & c. fin. de regul.* ac in bonis per eum habitis acquiſitis ac acquirendis, *Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccl. & ibi DD. c. in præſentia, & ibi Can. de probat. c.*
30 *abbates* 18. *q.* 2. *& ibi gl. pen.* Profeſſione † emiſſa regula eſt in præcepto quoad tria vota ſubſtantialia, *c. ex parte hoc tit. c. cum ad monaſterium de ſtat. monach.* omnia alia contenta in regula non ſunt in præcepto, *Hoſt. in c. relatum ſub numer.* 2. *ne clerici vel mon. &c. & ibi Pan. ſub numer.* 6. *latius diſtinguit, & Can. communiter Fel. in cap. nam concupiſcentiam num.* 1. *& num.* 9. *& ſeqq. & ibi Can. de conſtit. Pan. in c. Deus qui num.* 3. *de vit. & honeſt. cler. Bouh. in d. c. cum ad monaſterium numer.* 18. *& ſeqq. de ſtat. monach. &c. Matheſ. ſing.* 77. *& ibi add.*

31 Iure canonico omnes Chriſtiani † ſunt apti ad profitendum religionem, & ſtatuta inferiorum à Papa aliquem inhabilitantia non valent, *Nauarr.*
32 *conſ.* 26. *hoc tit. num.* 4. *& ſeqq.* prohibitus † clericari propter ſuum, aut eius ex quo deſcendit, delictum, non prohibetur intrare religionem, ſed prohibetur ne in domibus regularibus alicuius prælationis aſſequatur honorem, *c. in quibuſdam*
33 *in fin. & ibi Can. de pœn.* Imo nullum crimen † impedit ingreſſum religionis, & factam in ea profeſſionem, *c. poſt translationem de renunc.* nec homicidium voluntarium, *c. admonere t* §. *idcirco* 33. *quæſt.* 2. etiam presbyteri, *c. in quibuſdam in fin. de*
34 *pœn.* aut ingratitudo † erga parentes vel liberos, imo hæc per ingreſſum monaſterij aboletur, *c. fin.* 19. *q.* 3. vel irregularitas, *c.* 1. 56. *diſt. Nauar. conſ.* 1.
de ſtat. monach. quæ † ſi prouenit ex delicto, non 35
tollitur per ingreſſum religionis, *cap. veniens de eo, qui furt. ord. ſuſcept. & ibi Pan. num.* 3. *Anch. num.* 6. *& Can. Pan. in c. tua num.* 4. *de Simon. late Fel. in cap. cum deputati num.* 2. *& ſeqq. de iudic.* aliunde proueniens tollitur in caſibus in iure expreſſis tantum & non in alijs, *c.* 1. *de fil. presb. Pan. poſt gloſ. in c.* 2. *num.* 5. *de apoſt. & ibi Can.* præbet ingreſſus religionis materiam diſpenſandi poſt laudabilem conuerſationem in monaſterio etiam nulla pœna impoſita, quia pœnitentia relaxatur ingredienti religionem, *c. ſcriptura de vot. & ibi gloſſ. & DD. c. quis aliquando* §. 1. *de pœnit. diſt.* 1. excommuni-
catus † maiore excommunicatione poteſt re- 36
cipi ad religionem, quia licet cum excommunicato orare pro vtilitate & ſalute animæ illius, *c.* 1. *de eo, qui furt. ord. ſuſc. licet aliter ſentiant Archid. in c. monaſterijs* 19. *q.* 3. *Franc. Marc. q.* 682. *num.* 2. ſunt tamen quædam qualitates quæ impediunt ingreſſum, & aliquando eum annullant, ex quibus octo recenſet ſumma Angel. *in verb. religio, ius à nu.* 4. *vſque ad num.* 15. gloſſ. fin. *in c. duæ ſunt* 19. *quæſt.* 2. ponit tres, *& ibi Can.* quibus adde militiam quę requirit præuium conſenſum ſummi Pontificis,
c. monaſterijs §. *miles* 19. *qu.* 3. Epiſcopus ſiue † ſit 37
conſecratus ſiue non, *c. inter corporalia de translat. epiſcoporum*, nō poteſt intrare religionem, niſi petita & obtenta licentia à Rom. Pont. *c. licet quibuſdam hoc tit.* ex iuſta cauſa, *c. niſi cum pridem. de re-*
nunc. an idem iuris ſit, in prælatis † ſecularibus E- 38
piſcopo inferioribus immediate Summ. Pont. ſubiectis, *vide Pan. in c. licet num.* 13. *hoc tit. late Ioan. Andr. in c. cum non ſtat. de reg. iur. in* 6. qui diſputat in vtramque partem in Mercurial. cæteri clerici
ſeculares † poſſunt intrare religionem non peti- 39
ta licentia ab Epiſcopo, *Pan. in d. c. licet num.* 14. *de regular. & trans. ad vel ſylueſt. in verb. religio* 2. §. 8. *quæritur c. alienum, & c. duæ* §. *tex. vere* 19. *quæſt.* 2.

Nouitij intra † annum probationis, *c. conſulti c.* 40
poſtulaſti c. ſtatuimus hoc tit. ac finito eo ante profeſſionem emiſſam, *c. nulla* §. *finito ſeſſ.* 25. *de regul.* abſque apoſtaſiæ nota vel noxa ad ſæculum redire & ad ſæcularia beneficia promoueri & in eis libere poſſunt miniſtrare, *d. c. poſtulaſti.* Prohibet Concilium Tridentinum ne ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu nouitij, illius temporis quo in probatione eſt quocumque prætextu monaſterio

Digitized by Google

naſterio ex eiuſdem bonis aliquid tribuatur, ne hac occaſione diſceſſus impediatur, ac præcipit ſub anathematis pœna dantibus & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus reſtituantur quæ ſua erant; *l. nulla verſ. ſed neque ante profeſsionem ſeſſ. 25. de regul.* nam regulariter nouitius egrediens monaſterio intra annum proba-
41 tionis vel eo finito, non debet † nec cogitur reſtituere alimenta monaſterio, quia fructus ſunt ad hoc deputati vt ſuſtentetur: *Gemin. in c. 1. §. ſanenum. 2. de ſtat. regul. in 6. tex. in c. non ſolum, ibi aliquatenus impedire hoc tit. in 6. & ibi Gemin. num. 5. not. & Can. ſylueſt. in verb. religio 5. in 8. quæſt. circa princ. cap. ſtatuimus ibi libere, hoc tit. & Can.* quod decretum procedit & iam in donationibus factis ab ingreſſuris monaſterium, *Nauarr. conſ.* 81. 82. *& 83. de regul.* ac in renunciatione beneficijs quæ facienda eſt de conſenſu ſuperiorum ante duos menſes profeſſionis, ne temere quis renunciet dum eſt nouitius, & poſtea contingat carere beneficio & monachatu, ſi forte non admittatur ad profeſſionem, vel ipſe poſtea nollit profeſſionē emittere, *Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 13. à numer. 4. vſque ad fin. Garc. de beneſ. part. xj. cap. 9. num. xj. & plur. ſeqq. in vtramque partem.* Eadem fere obtinere vi-
42 dentur non ſolum in cooptatis † poſt biennalem probationem in corpus Societatis IESV per priuatam emiſſionem trium votorum ſubſtantialium & ante publicam profeſſionem à præpoſito generali dimiſſis, ſed etiam in eis qui poſt adeptum gradum coadiutorum formatorum ſpiritualium ſeu temporalium à Societate ex cauſa dimittuntur: *arg. l. 5. ff. de re milit. l. ictus ff. de his qui not. infam. & ibi gloſſ. & DD. l. nullam l. interlocutio C. de his qui not. infam.* Concil. Tridentinum excipit religionem clericorum ſocietatis Ieſu à regula §. *finito c. nulla. ſeſſ. 25. de regular. & monial.* quod ipſa non ſolis nouitijs & profeſſis vt reliqui regulares ordines conſtet ſed habeat plures gradus, vt cōmunibus aliorum regularium ordinum rationibus & ſanctionibus eius inſtitutum metiri non poſſit. Ingreſſuris in ſeparata habitatione traduntur conſtitutiones & priuilegia ſocietatis maturius conſiderāda, deinde vt nouitij biennio probantur, quo expleto tria vota ſubſtantialia ſimplicia emittunt priuatim, & promittunt ſe eamdem ſocietatem ingreſſuros, id eſt vlteriorem aliquem illius gradum arbitrio generalis; votis emiſſis nouitij eſſe deſinunt, & in ſocietatis corpus qui literis operam dederunt vel daturi ſunt vt ſcolares approbati, alij vero vt coadiutores temporales nondum formati cooptantur ex parte ipſorum perpetuo, ex parte ſocietatis quamdiu præpoſitus eos in ſocietate retinendos cenſuerit; vt liberi potius quam votis obligati dimittantur contra vulgatam regulam *l. 1. verſ. nam quod Ariſto ff. de reſcind. vendit. & ibi poſt gl. DD.* ſtudijs abſolutis antequam profeſſi vel coadiutores ſpirituales formati fiant, non ſolum tertium probationis annum adhuc impendunt, ſed etiam in pœnitentiæ & ſacramentorum miniſterijs, alijsque officijs & exercitiis ſocietatis tamdiu probantur, quamdiu generali videbitur & interim bonorum ſuorum ius atque dominium ad tempus generalis præpoſiti iudicio præſcribendum retinent, vt maiorem ſocietas habeat libertatem illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſione dimittendi, vſum vero eorum arbitrio ſuperioris, *Greg. 13. in Conſtit. ſiue Bull. aſcendente Domino §. & licet.* poſſunt itaque de eis libere præhabita licentia in pios vſus teſtari, *l. in re C. Mand. l. qua ratione §. 1. verſ. nihil enim ff. de acquir. rer. domin.* vita & doctrina eorum probata poteſt generalis ſacerdotes quos idoneos cenſuerit admittere ad profeſſionem quatuor votorum, nempe trium ſubſtantialium ac ſpecialis obedientiæ ſummo Pontifici, qui à ſocietate non dimittuntur, niſi in certis quibuſdam caſibus, & nonnullos ad ſpiritualium coadiutorum gradum per tria illa vota publica, ſed ſimplicia in manibus ſuperioris emiſſa, quæ ceſſant, id eſt non valent, ac nulla ſunt, *l. ſi procuratorem §. mandati actio, & ibi gloſſ. in verb. ceſſat ff. Mand. l. ergo §. ſi bona fiſco, & ibi gl. in verb. ceſſat ff. de fideicom. libert.* per dimiſſionem legitimam à ſocietate ipſo iure, *glo. in rubr. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript. l. 3. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt in exim.* & antea non extinguuntur, *l. inter ſtipulantem §. ſacram, & ibi gl. in verb. ceſſaturam ff. de verb. oblig. l. qui res §. aream ff. de ſolut.* coadiutores temporales non formati poſt aliquot annos, quibus generali & ſocietati ſatisfecerint, ſine alia vlteriore probatione tertij anni per tria vota publica in manibus ſuperioris emiſſa non tamen ſolemnia in adiutorum temporalium formatorum gradum admittuntur, & tam ſpirituales quam temporales coadiutores formati, certum in ſocietate gradum habent ſuntque omnis hæreditariæ ſucceſſionis incapaces, & nihil proprii habent, nec propter emiſ-

pter emiſſa huiuſmodi vota publica aut per mor-
tem ab inteſtato in illorum ſicut nec in profeſſo-
rum bonis, domus vlla aut eccleſia vel collegium
dictæ Societatis ſuccedere poteſt, *d. conſtit. aſcen-
dente Domino §. quibus emiſſis*, cenſenturque men-
dicantes quorum gaudent priuilegijs, & habent
diuerſa à collegijs loca, *Felic. epiſc. Scalen. in Enchir.
de cenſ. irregul. & priuil. cap. 10. circa finem, & c. pri-
uilegia Societatis Ieſu.* Hæc omnibus communia
ſunt, quod nouitiatu completo & emiſſis votis
ſimplicibus vna eſt omnibus omnino viuendi &
obediendi ratio, in domibus quidem probatio-
num & collegij ex redditibus, in domibus vero
profeſſorum, quæ nullos omnino redditus habe-
re poſſunt ex eleemoſynis tantum, quodque non
modo ij qui ad profeſſionem vel in coadiutorum
formatorum gradus admittuntur, ſed & ſchola-
res ipſi ac ſupradicti alij omnes, & quicumque,
qui in ipſam Societatem admiſſi, biennio proba-
tionis à quolibet ipſorum exacto tria vota ſub-
ſtantialia tametſi ſimplicia emiſerint, vere ac pro-
prie ſunt religioſi, & ab omnibus cenſeri & no-
minari debent, *d. conſt. Greg. 13. aſcendente Domino,
§. biennio, & §. etiam non modo*, & habent in eis lo-
cum canones de religioſis & eorum votis loquē-
tes. Dimiſſi à Societate nullam apoſtaſiæ notam
incurrunt, ac poſſunt, eis qui profeſſionem qua-
tuor votorum emiſerunt, exceptis, ad beneficia
eccleſiaſtica & dignitates promoueri, laici aut
conſtituti in minoribus ordinibus vxorem duce-
re, quia iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII.
per dimiſſionem vota ceſſant, & in eadem nulla
fit mentio de incurſu alicuius inhabilitatis, & ab
ea parte, quæ dicit aduerſarium ſuum ab aliquo
iure prohibitum eſſe ſpecialiter lege vel conſtitu-
tione, id probari oportet, *l. ab ea parte ff. de probat.
l. ſi quæramus, & ibi gloſſ. 1. & DD. ff. de teſt. ord. & c.*
tum quia clericos poſſe promoueri ad beneficia
eſt de genere permiſſorum, *c. inter corporalia, &
ibi gloſſ. in verb. non inuenitur Pan. num. 37. & Can.
de tranſl. epiſc.* ſicut etiam eſt de genere permiſſo-
rum, laicos, *c. duo ſunt §. aliud vero* 12. *q.* 1. ac cleri-
cos conſtitutos in minoribus ordinibus poſſe v-
xores ducere, *c. 1. de cler. coniug. & ibi poſt gloſſ. Can.*
& quod in dubio præſumatur dimiſſio cauſaria,
honeſta, & non ignominioſa, *l. hæ enim cauſæ, &
ibi gl. in verb. verum & DD. ff. de ſuſpec. tut. l. 2. §. igno-
minia ff. de his qua not. inf. & ibi poſt gloſſ. in verb. cur
miles DD.*

Nemini regularium † licet immobilia, vel mo- 43
bilia cuiuſcumque qualitatis fuerint tanquam
propria, aut etiam nomine conuentus poſſidere,
quæ ſtatim tradi debent ſuperiori conuentuique
incorporati, *c. 2. c. cum ad monaſterium de ſtat. mo-
nach. & c. c. non dicatis 12. q. 1. cap. 1. 18. q. 1. c. nemini
ſeſſ. 25. de regul.* Imo regularis non habet domi-
nium pannorum, quos in dorſo defert inſtar ſer-
ui: *l. id veſtimentum ff. de pecul.* non licet ſuperiori-
bus † bona ſtabilia alicui regulari concedere et- 44
iam ad vſumfructum vel vſum aut commendam
vel adminiſtrationem, *d. c. nemini §. nec deinceps
ſeſſ. 25. &c.* & correcta ſunt iura de ore talium
quibus permiſſum erat regulari peculium habe-
re, pro iniuncta ſibi ab Abbate adminiſtratione;
*c. quanto de off. ord. cap. 2. ff. qui vero peculium de ſtat.
monach.* mobilium vero vſum ita poſſunt permit-
tere, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis conue-
niat, *d. c. nemini §. mobilium.* Prælati & † religioſi 45
habentes adminiſtrationem liberam habent fru-
ctuum diſpoſitionem in vita, *Greg. 15. deciſ. 401.
Bal. in c. clerici el 2. num. 7. de vit. & honeſt. cler. Zab.
in c. ſi quis col. pen. verſ. in religioni de pecul. cler. Zab.
Clem. 2. §. ſed & talis in princ. de vit. & honeſt. cler. &
alijs infra alleg.* & ex permiſſu ſuperiorum cæteri
regulares poſſunt diſponere de fructibus benefi-
ciorum ſuorum regularium, *Clem. 2. §. ſed & tales,
& ibi Zab. in 1. not. & Can. de vit. & honeſt. Rot. diuerſ.
deciſ. 772. numer. 4. part. 1. Zab. in Clem. gratia col.
pen. in fin. de reſcript. Nauar. de reddit. eccl. q. 1. monit.*
8. præſertim de parte fructuum ad ſuum victum
& vſum deſtinata, *Nauar. de reddit. eccl. q. 1. monit.
33. num. 2. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 401. num. 6.* quia
nō repugnat ſtatui paupertatis habere peculium
ex permiſſu ſuperioris, pro vtilitate monaſterij
aut ſuis alimentis; *c. inſinuante, qui cler. vel vou. & c.
Pan. in c. 2. numer. 4. de ſtat. monach. & c. Rot. diuerſ.
deciſ. 216. num. 12. 13. & 14. part.* 2. quod ſi quis a-
liter quicquam tenere deprehenſus aut conui-
ctus fuerit, is † biennio actiua & paſſiua voce 46
priuatus eſt, *d. c. nemini in fin.* regulari monitione
præmiſſa de monaſterio expellitur, nec recipitur
vlterius, niſi pœniteat ſecundum monaſticam
diſciplinam, *c. cum ad monaſterium de ſtat. monach.*
à communione altaris remouetur, *c. 2. de ſtat. mo-
nach.* quod ſi proprietas apud quemquam inuen-
ta fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perdi-
tionis extra monaſterium ſubterratur, & ad ter-
rorem aliorum eccleſia pro eo non orat, *cap. 2 §.*

qui vero peculium c. ſuper eo c. cum ad monaſterium, verſ. quod ſi proprietas, & ibi gl. in verb. in ſterquilinio de ſtat. monach.

47 Regularibus † non licet à ſuis conuentibus recedere, cap. quanto de off. ord. c. non magnopere, ne cler. vel monach. &c. Clem. ne in agro §. quia vero de ſtat. monach. etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi aut vocati fuerint, qui ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit ab ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti punitur, c. prohibet §. nec liceat ſeſſ. 25. de regul. & ad monaſterium regredi compellitur, c. non eſt hoc tit. in quo tam in eccleſia quam in refectorio atque dormitorio cõmuniter eſſe debent, nec propria ſibi ædificare receptacula aut priuata domicilia, c. perniciosam

48 18. q. 2. nec non diligenter † obſeruare, quæ ad communem vitam victum & veſtitum conſeruanda pertinent, c. 1. ſeſſ. 25. de regul. Curia Roma-

49 na ſcit & tolerat † quod regularibus taxetur aliquid pro veſtimentis, vel dentur ad id certæ poſſeſſiones vnde & regulares Capellani Papæ de ſeruitijs ita recipiunt portionem, ſicut alij, teſtati tamen de his non poſſunt ſicut proprietarij. Idem de monialibus, quæ à monaſterijs habent ſolum victum, & à parentibus vel de ſuo lucro habent indumenta, Ioan. And. in d. c. cum ad monaſterium num. 23. de ſtat. monach. & Cun. regul. Franc. Marc. deciſ. 963. par. 1. Felin. in c. cum tu numer. 26. de conſt. Creſc. deciſ. 3. num. 3. de loc. & cond. & regulariter religioſi poſſunt habere peculium pro vtilitate monaſterij vel alendo ſeipſos, Pan. in c. 2. num. 4. de ſtat. monach. c. inſinuante, & ibi gloſſ. in verb. vt in domo propria, qui cler. vel vou. & ibi Can. gloſſ. in cap. vnico in princ. in verb. præſentes, & ibi Can. de ſtat. regul. in 6. verum ſi ſuperiori reuocanti peculium, pro vtilitate monaſterij, vel alendo ſe ipſos, reſiſtant, quia volunt abundare & de ſuis ſuo modo facere, ſunt in malo ſtatu, cum ſæculariter viuant & velint perſeuerare; c. relatum ne cler. vel monach. ſylueſt. in verb. religio 6. num. 7. in fin. In prædictis

50 autem † monaſterijs & domibus tam virorum quam mulierum bona immobilia poſſidentibus vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſeruandus eſt, qui ex redditibus proprijs monaſteriorum vel ex conſuetis eleemoſynis commode poteſt ſuſtentari, c. 3. §. in prædictis ſeſſ. 25. de regul. & ſublata videtur ſiue correcta iura decretalium requirentia vt abſque penuria ſuſtentari poſſit, c. 1. & 2. de inſtit. c. periculoſo §. ſane in fin. & ibi gloſſ. in verb. abſque penuria de ſtat. regul. in 6. & differentia tradita in d. § ſane iuncta gloſſ. in verb. irritum, inter receptionem monialium in monaſterijs ordinum non mendicantium, quæ eſt nulla ipſo iure, & receptionem monachorum vltra quam per facultates ſuſtentari poſſint, quæ eſt valida, quia cœtibus hominum ſe immiſcere & ſibi vitæ neceſſaria acquirere poſſunt, c. nunquam diſt. 5. de

conſecr. Prohibent † quoque Canones regulari- 51
bus, ne ſine ſui ſuperioris licentia ſub prætextu prædicationis aut lectionis vel cuiuſuis pij operis ſe ſubijciant obſequio alicuius Prælati Principis vel vniuerſitatis communitatis aut alterius cuiuſcumque perſonæ vel loci, neque eis aliquod priuilegium aut facultas ab alijs ſuper ijs obtenta ſuffragatur, contrafaciens tanquam inobediens arbitrio ſuperioris punitur, c. prohibet ſeſſ. 25. de re-
gul. & ne excommunicatos † à Canone, præter- 52
quam in caſibus in iure expreſſis, vel per priuilegia ſed is Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, aut à ſententijs per ſtatuta prouincialia aut ſynodalia promulgatis, ſeu à pœna & culpa quemquam abſoluere præſumant, alioquin excommunicationis incurrunt ſententiam ipſo facto per ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi, Clem. 1. de priuil.
Præterea † niſi à ſuperioribus ſuis de vita, mori- 53
bus, & ſcientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in eccleſijs ſuorum ordinum prædicare non poſſunt, antequam cum hac licentia perſonaliter ſe coram epiſcopis præſentent, & ab eis benedictionem petant, c. 2. §. regulares ſeſſ 5. & in eis, contradicente epiſcopo, prædicare non præſumant, c. prædicationes § nullus ſeſſ. 24. In eccleſijs vero quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum etiam licentiam epiſcopi gratis concedendam habere tenentur ſine qua in ipſis eccleſijs non ſuorum ordinum prædicare non poſſunt, d. c. 2. §. regulares ſeſſ. 5. & cauere debent epiſcopi, ne aliquem eorum qui cum ſint nomine regulares, extra clauſtra tamen & obedientiam religionum ſuarum viuunt, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in ſua ciuitate vel diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis epiſcopis ſancta ſedes Apoſtolica conſultatur, à qua priuilegia huiuſmodi non niſi tacita veritate & expreſſo mendacio ab indignis extorqueri veriſimile non eſt, cap. 2. §. caueant ſeſſion. 5. Reliqua prohibita regularibus

Digitized by Google

bus annotata ſunt ſub titulo de ſtat monach. &c.

54 Quando † monaſterium, in quo regula certa & approbata ab initio fuit conſtituta, reducitur ad priſtinum rigorem, ſi in eo regula eiuſque auſteritas deinde contrario abuſu fuit labefactata, regulares inibi exiſtentes præciſe compelluntur obſeruare illam reformationem, quia in profeſſione fuerunt profeſſi regulam non conſuetudinem, *c.2.& ibi Hoſt.à num.4.in fin.& n.5.Ioan. Andr. nu.2.& Can. di teſt. c.ante triennium,& ibi Prap.n.3. 31.diſt. Rot. diuerſ.deciſ.216. per tot.part.2. c.ea quæ in princ.de ſtat.Monach.& c.Gemin.in c.1.§ qui vero n.6. hoc tit. in 6. Late Pan.in c.ſuper eo n.4.& ſeqq.hoc tit.*

55 *& ibi Can.* ſi vero regula † in eo fuit collapſa ita quod in eo nec regulæ, nec religio aliqua obſeruabatur, tunc inibi exiſtentes poſſunt cogi cauſatiue ad religionem profitendam, ad quam iſtud monaſterium fuit inſtitutum vel vt exeant monaſterio,& ibi remaneant monachi qui iuxta conſtitutionem regulæ profiteantur, *Prapoſ. in d.c. ante triennium ſub n.3.verſ. aut non tractamus ſolum 31.diſt.Ioan.And.in d.c.2.verſ.ſi quis in trat.de teſtam.*

56 *& vtrobiq; Can.* quia locus religioſus † deformatus reformari debet de regularibus eiuſdem monaſterij, in defectum eorum de regularibus aliorum monaſteriorum eiuſdem ordinis, inde eis eiectis in perpetuum vel ad tempus, done corrigantur & reuertantur poſtea. *gl.pen.in d.c.relatum & ibi Can.* deueniendum eſt ad regulares alterius ordinis, poſtremo in defectum omnium regularium poterunt inſtitui clerici ſæculares, *c. inter quatuor & ibi Pan. & Can. de relig.dom. late Boich.in c.ad noſtram nu.3.& ſeqq. hoc tit.c.relatum ne cler.vel monach. &c.* auctoritate Epiſcopi ſeruatis dictis gradibus, *Ioan. Andr. in d.c.inter quatuor ſub num.3. per gloſſ.in c.ſi Epiſcopus 12.quaſt.2.c.relatum, ne cler. vel monach.&c.* quia canones prohibent monaſteria fieri clericorum habitacula, *c.peruenit 2.18. quaſt.2.c.ſtatuimus in fin. verſ.quaritur,& c.ſeq.19. quaſt.3.* quæ eſt notabilis limitatio ad regulam, quod nullus citra Papam poteſt alterare ſtatum Eccleſiæ religioſæ, vt ſi conſueuit regi per regulares, regatur nunc per ſæculares, *c. qua ſemel. 19. quaſt.3.c.poſſeſſiones de reb.eccl.non alien.* & à practicis appellatur reductio ad ſæcularitatem, *Mand.de ſign. grat. tit. reductio ad ſacularitatem.* An eccleſia regularis reducta ad ſæcularitatem perdat ſua priuilegia late diſputat Prob. *ad monac. in c. cum de beneſ.ſub n.22.verſ.nunc intro dubium.& num.ſeqq.& num.42.& ſeqq.de praben.in 6.* quod non perdat exemptionem vel ſubiectionem tenet Pan. in c. dilectus num. 9. de capel.Monach.ex quibus infertur quod ordo ſancti Benedicti cuius monaſteria per Abbates gubernantur ſub iuriſdictione diœceſanorum indiſtincte poſſit vindicare monaſteria aggregata & non aggregata hæreticis aut hoſtibus erepta, *l. cum loca ff.de relig.& ſumpt. fun.iuncta gl.in c.paſtoralis in verb.reuertaris, verſ.ſed contra 7.quaſt.1.Vital.in Clem.in plerisque numer.19.& 20.de elect.faciunt not.per Felin.in c.dilecti num.2. de maior.& obed.* quando paratus eſt ea ordinare ex monachis aliorum monaſteriorum ordinis, *c.inter quatuor de relig. domib. c.relatum ne cler. vel monach. &c.* quia canones prohibent ea tunc ſæcularia fieri habitacula, *c.ſtatuimus §.quaritur & c.ſeq.19.quaſt.3.* ſiue clericorum ſiue laicorum, *c.peruenit el 2.18.quaſt.2. c.poſſeſſionis de reb. eccl.non alien. &c.* vel ad ordinem in quo fuerunt fundata redeunt iure Poſtliminis, *d.l.cum loca l. ſi captiuus verſ.expulſis ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.l.ab hoſtibus la 3. C. eod gl.pen. in l.transfugam ff.de acquir.rer dominn.* quæ iura in eccleſijs & monaſterijs locum habent, *c.1.actione 16.quaſt.3.c.paſtoralis 7.quaſt.1. Innoc.in c.2 num.2.& ibi Pan.n.5 & Can.communiter de nou. oper. nunc. c.ſuper eo, & ibi Hoſt.in princ.de cenſib.* vel non deſierunt eſſe loca ſacra & monaſteria per captiuitatem aut occupationem ab hæreticis, *c.paſtoralis & ibi gl. in ver.reuertaris verſ ſed contra 7. quaſt.1. Clem. in plerisque & ibi gl. in verb. Chriſtiano de elect.* De ſæculari vero Eccleſia † poteſt ab Epiſcopo fieri monaſterium de conſenſu 57
capituli cathedralis Eccleſiæ etiam inuitis clericis ſæcularis Eccleſiæ; & ſine eorum præiudicio. *c.ſi Epiſcopus 12. quaſt.2.& ibi gl. Anchar.in c.de monachis num.6.de prab.*

Canones † præcipiunt regularibus Primo, vt 58
omnes tam viri quam mulieres ad regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant nec non pertinentia ad communem vitam, victum, & veſtitum fideliter obſeruent; *c.1.ſiſſ.25.de regul. Clem.ne in agro de ſtat.monach.* Secundo, quod omni menſe confiteantur & cōmunicent, *d.Clem. ne in agro §.ſane c.attendant ſiſſ.25.de regul.* Tertio, vt is qui capitulo præeſt, exponat per ſe vel alium regulam in capitulo vulgariter, *d.Clem.ne in agro §.ſane verſ.regula.* Quarto, quod ſeruent ſilentium continuum in dormitorio, refectorio, & oratorio, in

Digitized by Google

rio, in clauſtris certis horis & locis, *c. cum ad monaſtrium §. in oratorio de ſtat. monach.* Quinto, vt nihil habeant poſſideant, dent vel accipiant, ſcribant vel mittant epiſtolas ſine ſuperioris licentia, *c. non dicatis 12. quæſt. 1.* Sexto, quod bona monaſteriorum ſeu conuentuum per ſolos officiales eorumdem ad nutum ſuperiorum amouibiles adminiſtrentur, *c. nemini §. adminiſtratio ſeſſ. 25. de*
59 *regul.* Septimo, permittunt Regulari † poſt profeſſionem emiſſam etiam moniali, *Pan. in c fin. n. 5. & 7. de ſtat. monach. & Can. regul. & ibi Can. Franc. Marc. deciſ. 963. in fin. part. 1. c. virgines 20. quæſt. 4.* vt licite tranſeat ad monaſterium alterius religionis, etiamſi prima religio ſit priuilegiata, quod de illa ad arctiorem aliam tranſiri non poſſit, *c. non eſt c. licet. hoc tit. c. mandamus, c. ſtatuimus 19. quæſt. 13.* quatuor concurrentibus primo quod ſecunda religio ſit ſtrictior, *d. c. licet.* dicitur autem arctior & laxior non habito reſpectu ad regulam ſed ad obſeruantiam, ac etiam ad conſtitutiones factas vltra regulam, oportet enim quod monaſterium ſecundum exiſtat de præſenti in maiori obſeruantia, *c. ſane hoc tit. & ibi Pan. n. 3. Io. And. & Can.* ſtrictior clauſura non inducit ſtrictiorem religionem, *c. periculoſo, & ibi Franc. n. 5. de ſent. excom. in 6.* Secundo, vt non tranſeat ex leuitate, temeritate, aut odio ſui prælati, ſed zelo ſanctioris vitæ.
60 Tertio, vt † petat licentiam tranſeundi à ſuo prælato licet eam non obtineat, *d. c. licet, & ibi gloſſ. in verb. licentiam & Can. iura decretorum requirunt conſenſum conuentus. c. ſtatuimus 19. quæſt. 3. cap. 2. & ibi gloſſ. mag. 58. diſt. Inn. in c. fin. num. 1. de renunc.* Quar-
61 to, quod primo † religionem ſtrictiorem inueniat quæ parata ſit eum recipere: ſi aliter recedit, fugitiuus eſt & apoſtata cum non ſit in alicuius obedientia, *Innoc. in c. fin. numer. 2. de renunciat.* Quod ſi dubitari contingat, an ſecunda religio ſit ſtrictior, vel an ex temeritate fiat tranſitus, non ſtatur verbo volentis tranſire; nec prælati denegantis, ſed iudicium erit ſuperioris, ad quem appellaretur, ſi ille religioſus grauaretur, quia non debet proprius prælatus eſſe iudex in cauſa ſua, *Innoc. in d. c. licet n. 2. & ibi Can.* Quod ſi regularis
62 impetrauit † licentiam tranſeundi ad arctiorem regulam cuius poſtea non potuit ferre auſteritatem & ante profeſſionem vult reuerti debet recipi in priori monaſterio quia licentia & renunciatio facta fuit ex cauſa non ſubſecuta, *Syluest. in verbo religio 4. n. 5. Euch. Inſt. maior. lib. 3. tit. de Regul. num. 140.* An Abbas vel alius prælatus regularis poſſit tranſire ad ſtrictiorem religionem prælaturis dimiſſis, petita licentia & non obtenta. *Vide Pan. in c. licet n. 13. hoc tit. Ioannem Andr. in c. cum non ſtat. de regul. iur. in 6. in mercurial.* nemo regularis † vigore cuiuſcumque facultatis poteſt 63
transferri ad laxiorem religionem, *c. quicumque in fin. ſeſſ. 25. de regul.* qualis tranſlatio, ſtante dicta prohibitione Conc. Tridentini à ſolo Papa peti & concedi poſſe videtur, ſiue laxior ſit religio ratione regulæ, ſiue obſeruantiæ: *Lap. alleg. 130. nu. 2. licet Pan. in c. non eſt n. 6. aliter diſtinguat.* tranſiens auctoritate propria ad laxiorem religionem, & ibidem habitum illius aſſumens, & deferens non dicitur apoſtata, ita quod ſit excommunicatus, quia hoc non eſt expreſſum in iure, *Lap. alleg. 33. & ibidem Add. gl. 1. in c. non eſt hoc tit. & ibi Can. Zab. in Clem. fin. n. 12. de elect.* ad parem † ſiue æqualem 64
religionem tranſire poteſt petita & obtenta licentia ſui ſuperioris ex iuſta cauſa, *c. non eſt hoc tit. & ibi gl. 1. in fin. Pan. n. 6. dicens cautius eſſe obtinere diſpenſationem Epiſcopi.* ſine cauſa non poteſt abſq; diſpenſatione ſummi pontificis, *Pan. in d. c. non eſt ſub num. 6.* Omnis regularis etiam † Abbas per- 65
petuo ad aliud monaſterium tranſlatus, ſiue vt præſit, ſiue vt ſubſit, debet iterum profiteri, præcedente anno probationis, ſaltem obſeruantiam illam, quæ vltra tria vota in ſecundo monaſterio eſt ſeruanda, *c. Deus, qui Eccleſiam, de vit. & honeſt. cler. Nauar. conſ. 60. & 61. hoc tit. approbatus à Rot. Fariu. 109. num. 4. part. 2. Dec. in c præterea nu. 6. de præbn.* Monachis non licet à congregatione † ad 66
ſolitariam cellulam diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior regula Abbatis licentia remittatur, & inter eadem monaſterij ſepta ſub Abbatis poteſtate ſeparatas habere cellulas permittatur, *c. Monachum 20. quæſt. 4. c. priuilegium & ibi gl. in verb. ſecreta de verb. ſign. in 6.* eadem prohibitio locum habet in monialibus, *c. pernicioſam 18. quæſt. 2.* Prædicta locum habent in regularibus monaſticis, ſiue non mendicantibus: mendicantes de licentia † prælatorum ſuorum poſſunt vitam 67
eremitarum eligere, ac cellas, habitationes, ac manſiones acquirere, & mutare in eremo, ſiue in locis, vbi non ſit hominum habitatio de propinquo: *c. vnico §. fin. de exceſſ. prel. in 6.* non † poſſunt 68
admitti, aut recipi quocunque quæſito colore in monachum, aut in fratrem alicuius ex ordinibus mona-

Digitized by Google

monaſticis, ordine Chartuſienſium excepto, ſub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipſo facto incurrunt, à qua à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, poſſunt abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere, & nihilominus receptio eſt nullius momenti, *Extrauag. 1 hoc tit. inter*
69 *communes*, Imo quilibet mendicantes, † qui ad non mendicantium ordines etiam auctoritate Apoſtolica tranſeunt, vocem aut locum in Capitulo generali, prouinciali, aut ſpeciali ipſius monaſterij, in quo degunt, non habent, etiamſi hoc ſibi ab alijs libere concedatur, *Clem 1. §. & ibi poſt gl. Anch. & Can. hoc tit.* in electionibus, tractatibus, & alijs, quæ ſunt honoris, ſecus in his, quæ ſunt oneris, vt diſciplinis, & correctionibus, quia pœna non præſtat immunitatem contra iura, *cap. ad noſtram c. reprehenſibilis in fin. de appell. l. relegatorum §. fin. ff. de interd. releg. & c. c. legi, & ibi gl. 1. 16. q. 1.* nec poſſint aſſumi ad prioratus, adminiſtrationes, aut quæcumque officia dicti ordinis, ad quem ſunt tranſlati, *Anchar. in d. clem. 1. num. xj. hoc tit. Franc. Marc. deciſ. 1284. par. 1.* etiam tanquam Vicarij, ſeu miniſtri, vel locum tenentes, neque animarum curam, aut regimen proſe, aut alijs exercere, quicquid in cōtrarium actum fuerit, eſt ipſo iure irritum, quouis priuilegio non obſtante; in his quæ ſunt retractabilia, vt eſt ſuffragium vocis, promotio ad prioratus, ad curam animarum, &c. Sunt enim quædam de officio curæ, quæ non poſſunt cadere in hoc decretum, quia non ſunt retractabilia, vt baptizare, Euchariſtiam dare, & his ſimilia: item ea, quæ cōſiſtunt in facto, & nequeunt non fuiſſe, ſicut prædicare, & ſimilia, *Clem. 1. hoc tit. & ibi Can. communiter in §. ad prioratus.* Ex decretis Concilij Trident. ne-
70 mo cuiuſcumque ordinis † prælatus, vel ſuperior vigore cuiuſuis facultatis aliquem de vno ordine ad alium tranſlatum ad habitum & profeſſionem admittere poteſt, niſi vt in ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, ac taliter trāſlatus, etiamſi canonicorum regularium fuerit, ad beneficia ſæcularia etiam curata omnino incapax exiſtit, *cap. quia vero el 2. ſeſſ. 14. & ſublata videtur quæſtio mota per Anchar. in clem. 1. nu. 11. hoc tit. & Can.*

71 Bona ingredientis † monaſterium bonorum capax in communi poſt profeſſionem factam ipſo iure quoad dominium & poſſeſſionem, ſine noua apprehenſione. *arg. l. ſi adoptauero, & ibi Bart. & DD. ff. de precar. c. pen. & ibi gl. in verbo non exſtantibus, verſic. ſed nunquid monaſterium 19. q. 3. Bald. in auth. ingreſſi num. 19. & ſeqq. C. de ſacroſ. eccleſ.* ſunt ipſius monaſterij; *Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi DD. c. in præſentia de probat. & ibi Can. c. quia ingredientibus. c. ſi qua mulier 19. q. 3.* Si non fecerit teſtamentum, quia iura permittunt ei teſtari ante profeſſionem, quomodo vult, *§. illud authent. de monach. c. pen. §. fin. 19. quæſt. 3. c. religioſo. §. fin. de ſent. exc. in 6.* & ſi nihil reliquit monaſterio iure inſtitutionis non rumpitur teſtamentum q̄ iure cautum non reperitur, monaſterium quoad hoc haberi loco filij. *Felin. in c. in præſentia ſub num. 54. de prob. & ibi Immol. num. 22. gl. in c. ſi qua mulier in verbo non exſtantibus 19. quæſt. 3. & ibi Arch. in §. nunc autē,* ſi vero ingreditur monaſteriū religionis incapacis bonorum, quia mors illa ciuilis habet eundem effectum quem naturalis quoad id de quo quæritur, *cap. placuit communi 16. qu. 1. & ibi poſt gl. fin. Canon.* Succedunt ſtatim venientes ab inteſtato & ſi fecerit teſtamētum ante ingreſſum, venit inſtitutus & teſtamentum habet ſuum effectum, *Imol. in d. c. in præſentia num. 21. late Bald. in auth. ſi qua mulier, num. 9. & plur. ſeqq. & nu. 24.*
C. de ſacroſ. eccl. quod ſi poſt profeſſionem † cano- 72
nice transferatur ad aliud monaſterium; ſi quidem propter peccatum ad peragendam pœnitentiam, proprietas bonorum manebit apud primum monaſterium: vſusfructus, vita monachi durante, ſpectabit ad monaſterium, ad quod fuit tranſlatus, *c. de lapſis 16. quæſt. 6.* vel primum monaſterium præſtabit alimenta, *c. quod ad te, & ibi Pan. num. 6. Imol. num. 10. & Can. de cler. coniug. Rot. Farin. deciſ. 109. part. 2. gloſ. fin. in c. fin. hoc tit. & ibi Pan. late, & Can.* ſi recedit in caſu licito cum licentia ſuperioris, recuperat bona patrimonialia, quæ adfert ſecundo monaſterio, ad quod tranſit; acquiſita induſtria monachi remanent penes primum monaſterium, *cap. ex tranſmiſſa de renunciat. Pan. in d. c. quod à te num. 8. per illum tex. de cler. coniug.* imo interim dum quærit aliud monaſterium, acquirit primo, *Ioan. Andr. in c. 1. num. 7. de infant.*
& lang. expoſ. Fugitiuus † qui moratur extra mo- 73
naſterium, & celat ſe ſuo abbati, *l. ſi quis ſit fugitiuus, ff. de ædil. edict.* bona non recuperat, quem poteſt abbas quocumque acceſſerit cum omnibus bonis per eum acquiſitis vindicare, *c. quanto de off. ordin. & ibi Pan. num. 2. c. abbates 18. q. 2. & ibi gloſ.*

74 *pen. & vtrobique Can.* eiectus † qui religione, ha-
bitu, & alimentis, culpa ſua exigente, ſpoliatur,
ſed votis non ſoluitur, *c. ea qua poſt princ. de ſtat. mo-
nach. l. quod ait prætor §. ignominiæ. verſ. ſed etſi ita ff.
de his, qui not. infam. Feder. conſ. 38. Pan. conſ 96. Put.
deciſ. 502. lib. 1.* recuperat bona patrimonialia ex
benignitate, quia omnis donatio facta monaſte-
rio tempore ingreſſus tacitam habet conditionē,
vt duret eo ibidem perſeuerante ad inſtar dotis,
*gloſſ. in d. c. quod à te, & ibi gl. in verb. redire commu-
niter approbata,* poſt eiectionem non acquirit mo-
naſterio, ſed epiſcopo, *c. cum olim el 2. & ibi Ioann.
Andr. ſub num. 5. Boich. ſub num. 4. Hoſt. ſub num. 12.
& Can. communiter de priuileg.* vel eius ſtipulatio
non valet, *l. quod ſeruus 35. & ibi Bart. num. 1. ff. de ſti-*
75 *pulat. ſeru.* Vagabundus † bona non recuperat,
& acquirit monaſterio, ac vbi inuentus fuerit,
cum auxilio epiſcopi tanquam fugax ſub cuſto-
dia reuocatur, *c. Abbates §. monachi 18. qu. 2. & ibi
poſt gloſſ. pen. Can. c. quidam 16. q. 1.* Prædicta proce-
dunt quando profeſſio fit ad certam regulam, &
76 in † certo monaſterio, eorum bona qui profiten-
tur certam regulam, vel ordinem, vt Camaldu-
lenſium, Vallis vmbroſæ, &c. & non profitentur
expreſſe certum clauſtrum, aut ſtabilitatem in
monaſterio, & habent ſuperiorem vnum, in cu-
ius manibus fit profeſſio, vel cuius nomine pro-
feſſio recipitur, toti ordini acquiruntur, *cap. de vi-
duis el 1. & ibi gloſſ. in verb. proprijs 27. quaſt. 1. & ibi
Can. Bart. in c. præſentia num. 64. verſ. profeſſos au-
tem in genere ſub alterno deprobat.* quia cum cauſa,
ex qua fit incorporatio, non determinetur ad lo-
cum, ſed ad religionem in vniuerſo, ita bona ac-
quiruntur non loco, ſed religioni in genere, vt ſic
effectus ſequatur naturam ſuæ cauſæ, *Iaſ. in d. l. de*
77 *quibus nu. 32. ff. de legib.* Monachus † propter gra-
ue delictum depoſitus non recipit præbendam,
vt cæteri, ſed à conſortio aliorum fratrum exclu-
ſus in carceribus recluditur, *Anch. in Clem. 1. §. qui-
bus num. 18. & 19. de priuil. c. cum in eccleſiis in fin. de
maior. & obed. iuncto c. ſi cuſtos §. præſentia 27. q. 1.*

De conuerſione coniugatorum.

Titulus XXXII.

SVMMARIA.

1 *Coniugum vnus poſt conſenſum de præſenti ante conſummatum matrimonium poteſt altero inconſulto & repugnante monaſterium eligere.*

2 *Alteri in ſæculo remanenti licitum eſt ad ſecunda vota redire.*

3 *Si poſt conſenſum de præſenti ante conſummatum matrimonium alter velit in habitu religionis in domo propria remanere quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſeruaturus, conſummandum eſt matrimonium iam contractum.*

4 *Niſi ſe voto adſtrinxerit ad obſeruantiam regularem quo caſu compelli poteſt vt religionis propoſitum exequatur.*

5 *Si ſponſus rapuit ſponſam de præſenti & ipſam inuitam cognouit cum haberet propoſitum ingrediendi religionem non dicitur conſummatum matrimonium.*

6 *Coniugum alter ſi poſt conſummatum matrimonium ingrediatur religionem plures caſus ſunt diſtinguendi aut vnus coniugum altero inuito vel ignorante ingreſſus eſt religionem & poteſt alter qui remanet ingreſſum reuocare.*

7 *Aut ingreditur monaſterium altero ſciente & diſſimulante & præmortuo coniuge ad ſæculum redire non poteſt.*

8 *Aut coniuges ſe ad inuicem à mutua ſeruitute propter Deum abſoluerunt & alter alterum non poteſt repetere.*

9 *Aut vnus de conſenſu alterius ingreditur religionem & non eſt recipiendus ad obſeruantiam regularem niſi reliquus perpetuam continentiam promittat.*

10 *Votum ſolemnitatum per ſuſceptionem ſacri ordinis impedit matrimonium contrahendum ac dirimit ſi poſt contractum fuerit nō diſſoluit prius contractum per verba de præſenti etiam per carnis copulam non fuerit conſummatum.*

11 *Pœna eius qui durante matrimonio nondum conſummato aliquem de ſacris ordinibus præſumit ſuſcipere.*

12 *Coniugatus, vxore conſentiente & continentiam profitente etiam poſt conſummatum matrimonium poteſt ad ſacros ordines promoueri.*

13 *Nec vxor conſentiens debet intrare religionem.*

14 *Vxor Epiſcopi etiam vetula cogitur intrare religionem.*

Coniugati aliquando intrant religionē,
ideo compilator poſt titulum generalem de
Regularibus ad clariorem doctrinam ponit de
eo ſpecialem rubricam. Poſt conſenſum † de præ- 1
ſenti

Digitized by Google

ſenti ante conſummatum matrimonium vnus coniugum poteſt altero inconſulto, & repugnante monaſterium eligere, *c. ex parte 2. hoc tit. c. 2. eod.* data ſufficienti cautione, quod infra ſpatium duorum menſium, qui currunt non à tempore contracti matrimonij, ſed à tempore quo iudex ſtatuit terminum, alterum faciat, vel ad coniugem redeat, vel monaſterium ingrediatur, & profiteatur, *c. ex publico, & ibi gloſ. in verb. intra duorum hoc tit.* quia huic non datur annus probationis, niſi coniunx conſentiat, *d. c. ex publico in verb. intra duorum, & Pan. ſub num. xj. verſ. nota bene gl. Zab. in 5. quæſt. Garz. de benef. part. xj. cap. 9. ſub num. 7. dicit annum non poſſe abbreuiari*, quæ eſt notabilis limitatio *ad c. in quacumque ſeſſ. 25. de regul.* propter imminens periculum fornicationis, *c. ſtatuimus, & ibi glo. 1. circa fin. verſ. idem credo ſeruandum de regul. &c. Pan. ſub num 3. Zab. in 6. q. & Can.* alteri

2 in † ſæculo remanenti, ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt ad ſecunda vota tranſire, quia nondum ſunt vna caro ſimul effecti; *d. c. 2. hoc tit.* vnde primi matrimonij vinculum ſoluitur per ingreſſum religionis, etiamſi remanens in ſæculo non contrahat cum alia: *d. cap. ex parte 2. gl. fin. & marg. in d. c. 2. hoc tit. & ibi Pan.*

3 *& Can.* ſi vero poſt † conſenſum de præſenti ante conſummationem matrimonij, alter velit in habitu religionis in domo propria remanere, quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſeruaturus, nihilominus conſummandum eſt matrimonium iam contractum, *d. c. ex parte §. porro,* quia ad bonum & malum ſe poſſet habere, & ideo quod certius eſt tenendum eſt, *c. iuuenis de ſponſal. Zab. in d. c. ex publico in 3. q. & ibi Can. hoc tit.* & ceſſante monachata ſponſa eſt reſtituenda ſponſo, licet adhuc non fuerit cognita, *Felin. in c. cauſam numer. 3. de te-*

4 *ſtib. & ibi Can. communiter,* niſi ſe voto † adſtrinxerit ad obſeruãtiam regularem, in quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſæculo religionis propoſitum exequatur, *d. c. ex parte 2. in fin.* ſi ſponſus vio-

5 lenter † rapuit ſponſam de præſenti, & ipſam inuitam cognouit carnaliter, cum haberet propoſitum ingrediendi religionem, non dicitur conſummatum matrimonium, vt impediatur ingreſſus religionis, quoad profeſſionem faciendam: ſed oppreſſa non poterit inter virgines conſecrari, cum à canonibus potius attendatur opus, quã voluntas, *late Franc. Marc. quæſt. 521. part. 1. plures citans gl. in c. ſi Euangelica 55. diſtinct. Felin. plures cumulans in c. cauſam monaſterij ſub numer. 4. circa fin. verſ. item dicit Bald. hic de probat.* Poſt conſummatum † matrimonium, ſi alter coniugum in- 6

grediatur religionẽ, plures caſus ſunt diſtinguẽdi, aut vnus coniugum altero inuito vel ignorãte religionem ingreſſus fuit, & poteſt alter, qui remanſit, ingreſſum reuocare, *c. quidam c. placet. & c. ſeq. hoc tit.* ne illius conuerſio relicto in ſæculo poſſit fieri perditionis occaſio, *c. Agathoſa 27. quæſtion. 2.* niſi commiſerit adulterium carnale, *c. conſtitutus, & c. ſeq. hoc tit.* quia propter fornicationem licitum eſt dimittere coniugem, *d. c. Agathoſa.* aut ſpirituale, ſecuta ſententia diuortij inter eos, *c. fin. hoc tit.* reuocatus mortuo reuocante nõ cogitur redire ad monaſterium, quia ingreſſus non tenuit; *d. c. quidam, d. c. placet in fin.* vlterius tamen matrimonium non poteſt contrahere, quia licet votum eius vſquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus ſe poterat obligare, promiſit enim intrando monaſterium ſe non exacturum carnis debitum, quod erat in poteſtate ipſius, redire vero ad ſæculum in eius poteſtate non erat, ſed in poteſtate alterius coniugis, ideo quantum ad ipſum tenuit votum, quod poſt obitum coniugis tenere non deſijt, cũ ad eum caſum, à quo poterat efficax habere principium, perueniſſe noſcatur: *d. c. quidam d. c. placet.* aut ingreditur † monaſterium altero ſciente, & 7

diſſimulante, & præmortua coniuge ad ſæculum non poteſt redire, *c. conſuluit hoc tit. & ibi Pan. in 3. lect.* quia incontinenti, quando ſublatum fuit obſtaculum poſt mortem coniugis, remanet profeſſio ſua valida, quæ quoad ipſum ſemper tenuit. Aut coniuges † ſe ad inuicem à mutua ſer- 8

uitute omnino propter Deum abſoluerunt, continentiam promittentes in manibus ſacerdotis in perſonam eccleſiæ reſignationem huiuſmodi recipientis, etiam abſque licentia epiſcopi, *Pan. in c. dudum num. 3. hoc tit. & ibi fuſe Anchar. num. 12. & Can.* ac alter ſiue vterque religionem ingreditur, & alter alterum non poteſt repetere, *c. dudum hoc tit. & ibi Can. c. vnico 32. quæſt. 8. c. manifeſtum paulo ante fin. 33. quæſt. 5.* aut vnus † de conſenſu, & li- 9

centia alterius ingreditur monaſterium, & non eſt recipiendus ad obſeruantiam regularem, niſi reliquus perpetuam continentiam promittat, *c. coniugatus, c. ad apoſtolicam hoc tit.* quia cum per copulam carnalem effecti ſint vna caro, non poteſt vna pars conuerti ad dominum, altera in ſæ-

culo

culo remanente: ideo ſi conſentiens eſt ſuſpectus de incontinentia, cogitur intrare religionem, ſi non eſt ſuſpectus, cogitur publice in conſpectu eccleſiæ continentiam profiteri, & poterit in domo propria cum familia remanere, *c. cum ſit. c. vxoratus, c. ad apoſtolicam hoc tit.* aliter profeſſus poteſt & debet à monaſterio reuocari, & coniugi reſtitui; *c. 1. c. chariſſimus hoc tit.* ipſe profeſſus, etiamſi monaſterium nunquam intrauerit, non poteſt poſt mortem coniugis conſentientis ad ſecunda vota tranſire. *c. ex parte 1. hoc tit. & ibi Zab. verſ. ſed pro intellectu opinionum, vbi latius diſtinguit.*

10 Votum ſolemnizatum † per ſuſceptionem ſacri ordinis impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit, ſi poſt contractum fuerit, *c. alter 31. diſt. c. cum in præterito 84. diſt c. cum olim de cler. coniug. c. 1. de vot. in 6.* non diſſoluit prius contractum per verba de præſenti, etiamſi per carnis copulam non fuerit conſummatum; ignorante, aut inuita vxore, cum nec iure diuino, nec per ſacros canones reperiatur hoc ſtatutum, *Extrauag. Ioan. 22. de vot. & vot. redempt.* quia nullum votum poteſt emittere maritus in præiudicium iuris maritalis vxore non conſentiente; *c. vna ſola c. mani-*
11 *feſtum 33. quæſt. 5.* ſi quiſpiam † durante matrimonio, nondum etiam conſummato aliquem de ſacris ordinibus præſumat ſuſcipere, nec ſoluto matrimonio in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines prouehi, neque ad aliquod beneficium, vel officium eccleſiaſticum valet promoueri, niſi aliquam de religionibus approbatis, quarum profeſſio ad caſtitatis cuſtodiam, & abdicationem temporalium in ſpeciali, & communi, & ſui ſuperioris obedientiam ſuos profeſſores aſtringit, ingrediatur; quo caſu diœceſanus cum eo ſuper præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum poteſt diſpenſare; ad ingreſſum huiuſmodi ſic ordinatus, ſi matrimonium conſummatum non fuerit, per diœceſanum inſtanter eſt inducendus; quod ſi renuerit adimplere, & ſponſa inſtiterit, per cenſuram eccleſiaſticam compellendus eſt contractum matrimonium conſummare, *Extrauag. Ioan. 22. vnica de voto & voti redempt. §. quod ſi ſecus & ibi gloſſ. & Can.* vxore vero
12 conſentiente, † & continentiam profitente, etiam poſt conſummatum matrimonium, poteſt coniugatus ad ſacros ordines promoueri; *c. coniugatus hoc tit. c. ſeriatim 32. diſt. & ibi gl. fin.* nec e-
13 nim iſta † debet intrare religionem, quia nec vir eius intrat; ſed ſequeſtrato à viro manſionis cubiculo, habitare, *c. epiſcopus benedictionem, verſ. ſane 77. diſt. & ibi gl. in verb. ſequeſtrato gloſ. fin. in fin. in d. c. coniugatus, licet Pan. ibidem num. 4. aliter diſtinguat.* ſecus eſt in vxore monachi, & epiſcopi. *c. ſane hoc tit. & ex antedictis.* Ratio diuerſitatis eſt, quia vir promotus ad ſacros ordines tenetur vxori in neceſſarijs prouidere, *c. omnino 31. diſt.* & ſic ſibi materia incontinentiæ prætextu defectus neceſſariorum incurrendæ aufertur; *arg. l. palam §. 1. verſ. non eſt ignoſcendum ff. de rit. nupt.* & in ſe peccantem in vinculis detinere, & ad ieiunia cogere, *c. placuit 33. quæſt. 2. c. hæc imago 33. quæſt. 5. gl. fin. in c. quemadmodum de iureiur. & ibi Pan. num. 15. Hoſt. in fin & Can. communiter.* Sed non debet eam verberibus afficere, quæ ingenuis aliena ſunt: *l. conſenſu in fin. C. de repud.* quæ omnia ceſſant facienda per virum ingreſſum religionem carentem proprio, & libero arbitrio: Epiſcopi † autem 14
vxor etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiam dignitatis epiſcopalis, *Zab. in d. c. ſane in 1. quæſt. hoc tit. & Can.* & quia inter epiſcopum, & eccleſiam contrahitur matrimonium ſpirituale. *dictum eſt ſupra in tit. de elect.*

De conuerſione infidelium.

Titulus XXXIII.

SVMMARIA.

1. *Coniugum altero de Iudaicæ cæcitatis aut infidelitatis errore ad Chriſtum adducto altero in infidelitatis errore remanente & nullo modo, vel nõ ſine blaſphemia diuini nominis vel vt pertrahat eum ad mortale peccatum ei cohabitare volente qui relinquitur poteſt ad ſecunda vota tranſire.*
2. *De infideli relinquente Eccleſia nihil ſtatuit.*
3. *Quomodo conſtare poteſt quod infidelis nolit cohabitare fideli.*
4. *Si conuerſus plures in infidelitate habuit vxores præfigendus eſt terminus prima vt cohabitet fideli.*
5. *Suſcepta in infidelitate communis proles, in pueritia conſtituti aſſignantur conuerſo.*
6. *Alij doli capaces ſuo arbitrio relinquuntur.*
7. *Saracenus ad fidem conuerſus poteſt Chriſtianam mulierem quondam vxorem eius quem in belli*

certam i ne

Digitized by Google

certamine occidit ſibi matrimonialiter copulare.

8 *Si vero occiderit machinatione Chriſtianæ mulieris, cum ea matrimonium contrahere non poteſt & ſi contraxerit ſeparatur.*

9 *Ratihabitio in delictis trahitur retro quatuor cõcurrentibus.*

10 *In foro poli ratificans delictum tenetur ad peccatum.*

POST conuerſionem coniugatorum ad religionem tranſeuntium ſequitur videre de cõiugatis tranſeuntibus ad fidelitatem, ideo &c.
1 Quando alter † coniugum de Iudaicæ cœcitatis, aut gentilitatis errore ad Chriſtum adducitur, altero in infidelitatis errore remanente, & nullo modo vel non ſine blaſpemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad ſecunda ſi voluerit vota tranſit; quia contumelia creatoris ſoluit in dictis tribus caſibus ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, *c. quanto de diuort. c. ſi quis infideles* 28. *quaeſt. gl. in c. non ſolum in verb. recede* 28. *quaeſt.* 1. *c. gaudemus* §. *qui autem ſecundum, de diuort.* Verum enim matrimonium inter infideles exiſtit, non tamen eſt ratum, *c. ſi quis iudaica* §. *item*
2 *illud* 28. *quaeſt.* 1. de infideli † relinquente Eccleſia nihil ſtatuit, quid enim ad eccleſiam de his, qui foris ſunt, *c. multi* 2. *quaeſt.* 1. *c. gaudemus de diuort.*
3 Conſtare poteſt, † quod infidelis non vult cohabitare fideli per teſtes: item iudex poteſt præfigere terminum remanenti in infidelitate, vt cohabitet fideli, quod ſi noluerit, diſſoluitur matrimo-
4 nium: *Pan. in d. c. gaudemus n.* 15. ſi conuerſus † plures in infidelitate habuerit vxores, quia repudiata prima duxit ſecundam, præfigendus eſt terminus primæ, vt cohabitet fideli, & maritus conuerſus illi volenti redire cogitur adhærere, quia repudium factum in infidelitate, non valet poſt conuerſionem, nec etiam in infidelitate valuit, cum non ſit licitum cuicumque quantocumque infideli eodem tempore plures habere vxores: *Pan. in d. c. gaudemus n.* 7. *&* 9 *per illum tex.* quod ſi recuſet, maritus conuerſus poteſt aliam ducere,
5 *d. c. quanto d. c. gaudemus.* Suſcepta † ex remanente in infidelitate communis proles, in pueritia, ſeu infantia conſtituti aſſignantur conuerſo, fauore Chriſtianæ religionis, *c.* 2. *hoc tit. c. iudei, & c. ſeq.* 28. *quaeſt.* 1. quia in tali ætate quis non debet apud eas remanere perſonas, de quibus poſſit eſſe ſuſpicio, quod ſaluti, vel vitæ inſidientur illius, *l.* 1. *& l. pen. ff. vbi pupill. educ. & c. l.* 1. *C. eod. tit.* alij doli † ca- 6
paces ſuo arbitrio relinquuntur: *c. ad fidem* 23. *quaeſt.* 5. *c. de iudæis* 45. *diſt.* Etenim non vi, ſed libera arbitrij ſui voluntate & facultate, vt conuertantur, ſuadendi ſunt, & non impellendi: *d. c. de iudæis* 45. *diſtinct.* cogi tamen poſſunt, vt admittant prædicatores euangelij, *Innoc. in cap. quod ſuper num.* 8. *de vot.*

Saracenus † ad fidẽ conuerſus poteſt Chri- 7
ſtianam mulierem quondam vxorem eius, quem in belli certamine occidit, ſibi matrimonialiter copulare, *c.* 1. *verſ. ad hæc hoc tit.* Si vero † occiderit 8
machinatione Chriſtianæ mulieris, cum ea matrimonium contrahere non poteſt, & ſi contraxerit, ſeparatur, licet per eam ſit conuerſus ad fidem, cum tale damnum tali lucro eccleſia compenſare non velit, *d. c.* 1. *in princ. hoc tit. c. ſi quis viuente* 31. *quaeſt.* 1. & nota, quod canones dicunt occidiſſe, vnde niſi machinatio fuerit cum effectu, non impeditur matrimonium, puta, ſi voluerit dare venenum, & non dederit, *c.* 3. *& ibi gl. in verb. machinata de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. & c.* ſed nec impeditur, ſi mortem viri vxor ratam habet, dummodo non præcepit, *gloſſ. fin. in fin. in d. c.* 1. *hoc tit. & ibi Can.* vbi requiritur actus perſonalis alicuius, nunquam poteſt fieri per alterum, nec locum habet ratihabitio, *Io. de Anan. in d. c.* 1. *in fin. hoc tit. Bart. in l. ſi quis mihi bona* §. *ſed quid ſi mandauit ff. de acquir. her.* licet † alias in delictis re- 9
trotrahatur ratihabitio quatuor concurrentibus. Primo, quod delictum ſit geſtum nomine meo, id eſt, contemplatione mei, *c. cum quis, & ibi glo. in verb. tuo nomine de ſent. excom. in* 6. Secundo, quod habeant ratum geſtum & factum nomine meo, nam ſi dicerem, doleo quod fecerit nomine meo; ſed gaudeo, quod ſit factum, non dicor ratum habere. Tertio, quod ſit tale delictum, quod poſſit committi per alium, vt adulterium nõ poteſt cõmitti per alium, *gl. in l.* 1. §. *ſi quis ff. de vi & vi arm. Bal. in l. fi. n.* 10. *& ſeqq. C. ad S. C. Maced.* Quarto, quod ratihabitio fiat eodẽ tempore, quo actus ille fieri poteſt, *l.* 1. §. *quoties & ibi poſt gl. Bart. ff. de vi, & vi arm. Iaſ. in l. prætor ait* §. *hoc interdictum n.* 3. *ff. de nou. op. nunc. Salic. in l. non ideo minus num.* 30. *& ſeqq. C. de accuſ. Bald. in d. l. fin. n.* 2. *vbi ponit* 8. *fallent. ad regul. ratihabitio retrotrahitur C. ad S. C. Maced. Ioan. de Anan. in d. c.* 1. *n.* 9. *hoc tit.* Prædicta proce-

Digitized by Google

dunt quoad forum iudiciale: in foro pœnitentiali, ſiue poli † ratificans delictum tenetur ad peccatum, quamuis illud non ſit factum nomine ſuo, ſed non incurrit pœnam excommunicationis, vel aliam. *d. c. cum quis §. ſi vero.*

De voto, & voti redemptione.

Titulus XXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Votum ab initio eſt voluntatis.*
2 *Ad illud tria requiruntur, deliberatio, propoſitum voluntatis, & promiſſio oris.*
3 *Diſtinguitur in ſolemne & ſimplex, ſolemne eſt quod ſolemnizatur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, vel profeſſionem factam alicui ex approbatis religionibus.*
4 *Simplex eſt omne aliud votum à ſolemni quantumcunque cum multis cæremonijs ſit factum.*
5 *Solemne impedit contrahendum & dirimit contractum, ſimplex aliquando impedit contrahendum ſed nunquam dirimit contractum matrimonium.*
6 *Emittitur ſuper rebus tendentibus ad Dei honorem & vtilibus ad ſalutem vouentis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, peregrinationibus, religionibus, abſtinentijs, & continentijs propter bonum finem.*
7 *Non eſt ſeruandum, quo vel ſpiritualis, vel temporalis ſalus adimitur.*
8 *Sepulcrum Dominicum & alia vltra marina loca non licet viſitare niſi de licentia ſedis apoſtolicæ.*
9 *Vouere quilibet poteſt.*
10 *Excipiuntur Epiſcopi & alij ſuperiores prælati.*
11 *Clerici beneficiati in beneficijs in quibus requiritur reſidentia.*
12 *Religioſi.*
13 *Abbates & prælati religioſorum.*
14 *Serui.*
15 *Vir et vxor.*
16 *Impubes.*
17 *Filiusfamilias.*
18 *Vouens nõ tenetur adimplere per aliũ votũ emiſſum pro deuotione ſuperueniẽte impedimẽto omnino impeditus quando prius nõ fuit in mora in executione.*
19 *Poteſt ſi vult per aliam ſupplere.*
20 *Hæres non cogitur ad complementum pœnitentiæ defuncti quæ conſiſtit in ieiunijs vigilijs & orationibus.*
21 *Limita vbi quis voto ſe obligat ad certum quid quod poteſt cum ſuis expenſis facile per alium expedire.*
22 *Impedimentum difficultatis reddit facilitatem diſpenſandi.*
23 *A Voto liberant ingreſſus religionis.*
24 *Impedimentum perpetuum & defectus conditionis generalis quæ eſt multiplex.*
25 *Defectus conditionis ſpecialis.*
26 *Irritatio.*
27 *Diſpenſatio.*
Qui ſuper voto poſſunt diſpenſare.
28 *Commutatio.*
29 *Redemptio.*
30 *Matrimonium carnale etiam non conſummatum ſubſequens tollit votum ſimplex præcedens, ſed non matrimonium ſpirituale.*
31 *Dilatio.*

DICTVM eſt de voto, quod emittitur per ingreſſum religionis, vel per ſuſceptionem fidei, nunc ſubijcit de voto in genere, & de eius redemptione. Votum à principio † eſt voluntatis, 1
poſtquam emiſſum eſt neceſſitatis: *c. licet in princ. hoc tit.* ad illud tria † requiruntur, deliberatio, *cap.* 2
litteraturam hoc tit. Secundo propoſitum voluntatis, *c. qui bona 17. qu. 1.* Tertio promiſſio facta Deo, vel Sanctis, *c. licet c. per tuas hoc tit.* His adduntur alia duo ad quandam voti confirmationem, pronunciatio oris, & teſtimonium aliorum, quæ non ſunt de ſubſtantia voti; *gloſſ. fin. in c. fin. & Pan. in d. c. litteraturam ſub num. 2. hoc tit. Collect.*
in fin. Abb. antiq. & Can. ibid. diſtinguitur † in ſo- 3
lemne, & ſimplex, ſolemne eſt illud ſolummodo, quod ſolemnizatur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, aut per profeſſionem tacitam, vel expreſſam factam alicui de approbatis religionibus, *cap. vnico hoc tit. in 6. gloſſ. 2. in c. rurſus qui cler. vel vouent. &c. c. presbyteris in fin. 27. diſt.* ſimplex
eſt † omne aliud votum à ſolemni quantumcun- 4
que cum multis cæremonijs, miſſa, Litanijs factũ ſit, *d. c. vnico hoc tit. in 6. & ibi Franc. nu. 2. & Can.* ſolemnia impedit contrahendum, & dirimit cõ-
tractum, ſimplex † aliquando impedit contra- 5
hendum, *d. c. rurſus qui cler. vel vouent. & c.* ſed nunquam

quam dirimit contractum matrimonium, *d. cap.*
vnico hoc tit. in 6. gloſſ. in ſumma 27. *q.* 1. Emittitur
6 votum † ſuper rebus tendentibus ad Dei hono-
rem, ac vtilibus ad ſalutem vouentis, vt ieiunijs,
orationibus, eleemoſynis, peregrinationibus, re-
ligionibus, abſtinentijs, & continentijs, & his ſi-
milibus propter bonum finem, *&* 1. *c. ſcriptura c. li-*
cet c. per tuos hoc tit. c. nouit 33. *q.* 5. Circa quas no-
7 tanda eſt regula: votum non eſt † ſeruandum,
quo vel temporalis, vel ſpiritualis ſalus adimitur,
vel ſine qua vtraque ſalus reparari, vel confirma-
ri non poteſt, *c. innocens* §. *quiſquis* 22. *q.* 4. Item
8 non licet † ſepulchrum dominicum, & alia loca
vltramarina viſitare, niſi de licentia ſedis Apoſto-
licæ, quæ datur ſub ſola ſignatura etiam pro ab-
ſentibus, & pro religioſis de licentia ipſorum ſu-
perioris, ne ſub ſpecie peregrinationis vagentur,
Staphyl. de reſcript. Apoſt. in form. breuis §. *datur per*
breue num. 18. *Mand. de ſign. grat. tit. licentia verſ. li-*
centia viſitandi ſepulchrum, & verſ. ſeqq.

9 Quilibet poteſt † vouere niſi prohibeatur, *cap.*
10 *duæ* 19. *q.* 2. Excipiuntur primo Epiſcopi, & † alij
ſuperiores prælati, qui nõ poſſunt facere votum,
quo vinculum inter ipſos, & eccleſias diſſolua-
tur, ſine licentia Papæ, *c. niſi cum pridem* §. *verum ſi*
propter de renunciat. vel quo diu ab eccleſia ſua ha-
beant abſentari, *c. epiſcopus de conſecr. diſt.* 3. *& ibi gl.*
Pan. in c. magnæ num. 9. *&* 10. *hoc tit. per illum text.*
11 Secundo Clerici † beneficiati in beneficijs, in
quibus requiritur reſidentia, qui non poſſunt fa-
cere votum longæ peregrinationis ſine licentia
Epiſcopi, *d. c. magnæ* §. *ipſum hoc tit. cap. non oportet*
diſt. 5. *de conſecrat.* in alijs libere poſſunt vouere.
12 Tertio Religioſi † qui nullum votum facere poſ-
ſunt ſine conſenſu Abbatis: *c. monacho* 20. *q.* 4. *cap.*
noluit 33. *q.* 5. immo Abbas poteſt reuocare votũ,
quod religioſus fecit ante ingreſſum, *gl. in d. c. mo-*
nacho 20. *qu.* 4. quando religioni non eſt conſo-
num, *Pan. in c. ſcriptura ſub num.* 6. *hoc tit.* Quarto
13 Abbates † & prælati religioſorum non poſſunt
facere votum, per quod habeant diu ſe abſentare
ab eorum eccleſijs & conuentibus, præterquam
vltra marinum pro ſubſidio Terræ Sanctę, quan-
do fit paſſagium generale ex diſpoſitione Papæ,
c. fin. & ibi gloſſ. in verb. enormiter hoc tit. Pan. ſub nu.
14 2. *& Can.* Quinto † ſerui, qui non poſſunt face-
re votum in præiudicium operum corporalium
debitorum dominis: ſecus in ſpiritualibus, vt di-
cere tot orationes, *c. ſi quis incognitus* 17. *q.* 2. *arg. c.*
relatum de ſent. excom. Sexto vir † & vxor, qui nõ 15
poſſunt facere votum, per quod præiudicium al-
teri generetur, quia ad imparia non iudicantur,
c. gaudemus, & ibi gloſſ. in verb. non ad imparia, &
Can. de diuort. c. ſi quis vxorem 1. 32. *q.* 1. *c. præcepit c.*
Chriſtiana 32. *q.* 5. *Pan. in c. ſcriptura numer.* 8 *hoc tit.*
præter votum peregrinationis, in ſubſidio terræ
Sanctæ, quod vir ſine licentia vxoris facere, & li-
bere adimplere poteſt: *c. ex multa* §. *in tanta hoc tit.*
maritus poteſt reuocare votum vxoris ante nu-
ptias factum, nec mulier rea iudicabitur ob vo-
tum non ſeruatum, *c. noluit* 33. *q.* 5. Septimo im-
pubes, qui † non poteſt ſe obligare voto expreſ- 16
ſe, aut tacite ſuſcipiendo ordinem ſacrum, *c. illud*
25. *q.* 1. *c. ſignificatum c. ſicut de regul. Caſ. deciſ.* 2. *n.*
9. *plures cumulans, & num.* 27. *de ijs, quæ vi, metusve*
cauſ. fi. De Stylo Cancellariæ, & Pœnitentiariæ
declaratur talem non teneri ad ſeruandam con-
tinentiam, ſed poſſe libere, & licite matrimoniũ
contrahere, *Caſ. d. deciſ.* 2. *num.* 27. *Pract. Canc. A-*
poſt. tit. ſumm. doctr. collecta ex form. antiq. Cancell.
&c. verſ. & pro accipientes, & verſ. ſeq. niſi ſit doli
capax, aut forſan in maiori ætate ratum habuerit,
quo caſu tenetur votum adimplere, niſi abſolu-
tionem impetret propter facilitatem teneræ æta-
tis, *c.* 2. *& ibi gl.* 1. *Pan. num.* 2. *& Can. hoc tit.* Octa-
uo filiusfamilias † ex voto, quod facit cum præ- 17
iudicio patriæ poteſtatis, niſi pater conſenſerit,
non obligatur, *Pan. in c. ſcriptura numer.* 7. *hoc tit.*
per l. 2. *ff. de pollicit.* & diſſoluta patria poteſtate
non tenetur votum adimplere, *arg. c. quidam cap.*
placet de conuerſ. coniug. Pan. in d. c. ſcriptura n. 7.

Vouens non tenetur † adimplere per alium 18
votum emiſſum pro deuotione ſuperueniẽte im-
pedimento omnino impeditiuo, *Pan. in c.* 1. *num.*
4. *& Inn. in c. licet & ibi Pan. num.* 12. *hoc tit.* quan-
do prius non fuit in mora in executione, *Pan. in*
d. c. licet numer. 14. *& in c. per tuas in* 2. *not. hoc tit.*
quia in omni voto de iure tacitæ ſubintelligun-
tur conditiones, ſi potero, ſi Deo placuerit, ſi vi-
xero, quatum defectus facit deficere votum: *Io.*
de Anan. in d. c. ſcriptura num. 3. Poteſt, ſi vult † per 19
alium ſupplere, quia amicorum orationibus, &
eleemoſynarum ſtudijs pondus pœnitentiæ, &
pœna ſubleuatur, *c. ſi quis fuerit, & ibi gloſſ. in verb.*
oblationem 26. *q.* 6. *& c.* 1. *ead. cauſ. q.* 7. *c. pro obeun-*
tibus c. pro anima 13. *q.* 2. nec intereſt quis ſoluat,
vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo, liberatur
enim & alio ſoluente, & ſatisfaciente, *Inſtit. quib.*

Eeee 2 *mod. toll.*

Digitized by Google

20 *mod. toll. oblig.* ſed hæres † non cogitur in bonis temporalibus ad complemẽtum pœnitentiæ defuncti, quæ conſiſtit in ieiunijs, vigilijs, & orationibus, & his ſimilibus: idem obtinet, quando pœnitentia iniuncta licet ſalutifera non poſſet expleri per alium: *c. accuſatus §. ſi vero, & ibi gl. in verb. in temporalibus de hæret. in 6. & ibi Can.* ſed vbi quis
21 voto † ſe obligat ad certum quid, quod poteſt cũ ſuis expenſis, quas poſſet facere, aut facturus eſſet rerum facultate penſata, perſonæ præterea labore compenſato, facile per alium expedire, tunc ſi non poteſt per ſe, tenetur per alium votum adimplere, *c. quod ſuper his Pan. in c. licet nu. 13. & Imm. in d. c. ſcriptura hoc tit.* & ad complementum ipſius à iudice eccleſiaſtico ordinario cogi debent hæredes laici, vel alij ad quos bona defuncti deuenerunt, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem, ſiue defuncto ſe obligauerint, ad voti executionem ſiue ſe non obligauerint. *d. c. licet hoc tit. & ibi Pan. & Can. communiter arg. c. accuſatus §. ſi*
22 *vero de hæret. in 6.* Impedimentum † difficultatis, voti non aufert obligationem, ſed reddit facilitatem diſpenſandi, vt infirmitas. *c. 1. & Pan. in c. non eſt num. 6. hoc tit.*

23 Liberant à voto † ingreſſus religionis, *d. c. ſcriptura c. admonere, & ibi gloſ. in verb. monaſterium 33. quæſt. 2.* quia temporale obſequium in perpetuam pœnitentiæ, & obedientiæ obſeruantiam commutat. *c. quia aliquando §. his auctoritatibus de pœnit. diſt. 1. & ibi gl. in verb. totum vitæ tempus; c. admonere, & ibi gl. in verb. monaſterium, & Can. 33. quæſt. 2.* Im-
24 pedimentum † perpetuum, vt ſupra dictum eſt; defectus conditionis generalis, quæ multiplex eſt, ſi deo placuerit, ſi potero, ſi vixero, ac ſubintelliguntur, etiamſi non exprimantur, *c. beatus, & ibi gl. 1. 22. quæſt. 2. & Can. l. fin. & ibi gloſſ. & DD. ff. qui ſatisd. cog. &c.* ita vt ſuperueniente totali impedimento, non ſit neceſſaria voti commutatio, aut redemptio, ſed tollitur ipſius obligatio: *Pan. in c. 1. num. 4. & in c. ſcriptura num. 3. hoc tit. Inn. in d.*
25 *c. licet in princip.* defectus † conditionis ſpecialis, quæ ſunt multæ, ſi filius meus conualuerit, ſi ego liberatus fuerim &c. quæ ſi defecerit, nõ obligatur quis ad voti executionem. *c. 1. 22. quæſt. 4. c. vnico 32. quæſt. 8. & ibi gl. pen. & fin. Pan. in d. c. ſcri-*
26 *ptura num. 4. 5. & ſeq. & ibi Can.* Irritatio, † quæ eſt annullatio obligationis voti ex beneplacito voluntatis eius, cui vouens ſubeſt ratione poteſtatis, aut colligatus eſt vinculo matrimoniali; ita pater irritat votum filij impuberis etiam religionis intra annum, & diem, *c. 2. de regul. &c. c. puella 20. quæſt. 2.* tutor pupilli, *d. c. puella 20. quæſt. 2.* coniunx vxoris; *c. manifeſtum c. hæc imago 33. quæſt. 5.* dominus ſerui, *c. ſi quis incognitus 17. quæſt. 2.* prælatus ſubiecti, *c. magna §. ipſum etiam votum hoc tit. c. non oportet de conſecr. diſt. 5.* Diſpenſatio, † quæ eſt an- 27
nullatio voti, ſiue abſolutio ab eo ex cauſa rationabili neceſſitatis, vel vtilitatis facta à ſuperiore. *c. quod ſuper his de fid. inſtr. Pan. in c. non eſt num. 5. hoc tit.* Epiſcopus regulariter in omni voto poteſt diſpenſare. *c. ex multa, & ibi gl. in verb. incumbit. Pan. num. 10. & Can. & Pan. in c. 1. nu. 7. hoc tit.* Prælati inferiores non poſſunt diſpenſare niſi in caſibus à iure expreſſis. *Pan. in d. c. 1. num. 7. hoc tit. dictum eſt ſupra in tit. de off. ord.* Summo Pontifici reſeruatur non omne votum vltramarinum, ſed emiſſum pro ſubſidio terræ ſanctæ, *c. ex multa hoc tit.* ac vota continentiæ, caſtitatis, *c. veniens, qui cler. vel vouent. &c. & ibi Pan. n. 6.* & religionis: *Pan. in c. cum ad monaſterium num. 21. & ſeq. hoc tit.* votum de non nubendo, non eſt votum caſtitatis, & ita ſeruat ſacra pœnitentiaria. *Nauar. in man. c. 22. ſub num. 85.* Commutatio, † quæ eſt annulla- 28
tio obligationis ex cauſa cũ ligamine ad aliquid aliud faciendum, vt ſi ei qui vouit peregrinationem, imponatur ieiunium. *c. magna §. fin. hoc tit.* Redemptio, † quæ eſt annullatio voti ex cauſa 29
cum ligamine ad aliquid dandum, vt ſi impedito ad peregrinationem promiſſam præcipiatur tantum dare, quantum erat expanſurus in eundo, morando, & redeundo. *d. c. magna §. cum igitur hoc tit. c. presbyter & ibi gl. in verb. denar. 82. diſtinct.* Debent commutatio, & redemptio eſſe iuſti pretij, & æquales, in quibus non poteſt dari certa regula, ſed totum dependet ex arbitrio ſuperioris, qui ex diuerſis informabit motum animi ſui. *c. 1. & ibi Pan. in 1. & 2. notab. hoc. tit.* Matrimonium † carnale etiam non conſummatum ſubſe- 30
quens tollit votum ſimplex præcedens, *c. vnico hoc tit. in 6.* ſed non matrimonium ſpirituale, vt is qui vouit ingredi religionem intra certos dies, ſi interim eligatur in epiſcopum debet electioni renunciare, & votum religionis adimplere, & non inhabilitatur, quin poſt ingreſſum religionis ad eamdem eccleſiam iterum eligi poſſit. *c. per tuas hoc tit.* Dilatio, † quæ eſt quando vouenti, qui 31
temporalem impedimenti cauſam habet, à ſuperiore

rioro

Digitized by Google

riore indulgetur prolongatio executionis voti, quouſque cauſa impedimenti ceſſauerit. *c. non eſt c. quod ſuper his §. vnde credimus hoc. tit.*

De ſtatu Monachorum, & Canonicorum regularium.

Titulus XXXV.

SVMMARIA.

1 *Monaſteria ordinata ſunt ad religionem eleemoſynas & hoſpitalitatem ſeruanda.*

2 *Monachus à ſolitudine nomen accepit habitum mutat, profeſſionem emittit & promouetur ad ordines.*

3 *Conuerſus eſt qui dedicat ſe & ſua habitu mutato, eſt ſæcularis & non promouetur ad ordines.*

4 *Oblatus eſt qui dedicat ſe & ſua habitu non mutato.*

5 *Conuerſi emittunt profeſſionem oblati non profitentur vterque eſt perſona eccleſiaſtica.*

6 *Oblati cuicunque monaſterio exempto aut priuilegiato vel quomodocunque addicti ſunt ordinarij iuriſdictioni ſubiecti exceptis ijs qui intra eorum ſepta & domos reſident.*

7 *Monachis canones præcipiunt primo quod faciant de triennio in triennium commune capitulum.*

8 *Secundo. Quod ſtent in clauſtro.*

9 *Tertio, Quando ſtudiorum cauſa ad vniuerſitatem accedunt debent à ſuo prælato cum Conſilio ſui conuentus eundi ad ſtudium licentiam prius obtinere.*

10 *Monachis canones prohibent primo ne in eodem monaſterio vtantur diuerſo habitu aut colore aut ad præbendas recipiant clericos ſæculares.*

Secundo, Ne vnus monachus habeat locum in pluribus monaſterijs.

Tertio, ne prioratus, Eccleſia, adminiſtrationes, aut officia, vnius monaſterij cōmittantur monachis alterius monaſterij.

11 *Quarto, ne vtantur camiſeis lineis.*

12 *Quinto, ne comedant carnes in refectorio aut cameris.*

13 *Sexto, ne occupentur aut venentur.*

14 *Septimo, ne monachus poſt profeſſionem emiſſam tranſeat in eadem religione de vno monaſterio ad aliud.*

15 *Octauo, ne ad curias principum abſque ſpeciali licentia prælatorum ſuorum ſe conferant niſi adminiſtrationem aliquam habeant.*

16 *Nono, ne prioratus aliquis ſiue adminiſtratio committatur alicui ſiue conferatur niſi expreſſe profeſſus fuerit ordinem monachalem.*

17 *Prioratus manuales æquiparantur perpetuis beneficijs.*

18 *Adminiſtrationes in monaſterio ſiue obedientias quinam habere cenſeantur.*

19 *Abbas poteſt priores manuales & monachos habitantes in prioratibus libere ad monaſterium reuocare.*

20 *Decimo, ne ſinguli monachi in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus vel prioratibus aut Eccleſijs parochialibus monaſterio ſubiectis habitare præſumant.*

21 *Monachus an Eccleſiæ parochiali ſæculari poſſit præfici.*

22 *Vndecimo, ne forenſis negotij ſuſceptores, executores ſiue procuratores exiſtant.*

23 *Monachus nomine ſuo agere non poteſt aut procuratorem conſtituere ſine licentia immediate ſui ſuperioris.*

24 *Quæ regula limitatur quatuor modis.*

25 *Duodecimo, ne mulieres qualibet occaſione in monaſterio accedant.*

26 *Decimo tertio ne monachi & moniales in vno monaſterio habitent.*

27 *Regulares Canonici à ſanctorum monachorum cōſortio non ſunt ſeparati ſed regula inſeruiunt Caxiori.*

28 *Poſſunt præſentari, inſtitui & prouideri de Eccleſijs parochialibus ſæcularibus de licentia ſui ſuperioris abſque diſpenſatione Epiſcopi etiam iuxta Concilium Tridentinum.*

29 *Beneficiorum ſæcularium ſimplicium ſunt incapaces abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicæ.*

30 *Abbas vel quocunque alio nomine præfectus in correctionibus ſecundum regularem diſciplinam præfertur epiſcopo.*

31 *Quæ verſantur in figura iudicij ſpectant ad Epiſcopum.*

32 *Monacho de ſæuitia vel intollerabili iniuria per Abbatem perſonæ ſuæ illata competit officium iudicis.*

33 *Si iniuſte abijciatur ex monaſterio, petit ſe reſtitui per viam iuris.*

34 *Spoliato prioratu, adminiſtratione aut obedientia nulla datur actio.*
35 *Niſi abbas illum ſpoliaſſet malitioſe.*
36 *Durante lite ſuper iniuria perſonali aut iniuſta abiectione ex monaſterio debet habere ſumptus litis cum alimentis.*
37 *Monachus æquiparatur ſeruo, & in vltimis voluntatibus & ſucceſsionibus filio in poteſtate conſtituto.*
38 *Abbates de iure communi habent Dominium & poſſeſsionem rerum quibus præſunt ac etiam actiones.*
39 *Non competit eis ratione dignitatis vſus mitræ & pontificalium, ſed poteſt competere ex priuilegio apoſtolico.*
40 *Qualibus mitris vti poſsint.*
41 *Dum celebrant vtuntur poſtergali tapete & non baldachino aut ſublimiore ſede.*
42 *Non poſſunt benedicere populo niſi ex ſpeciali priuilegio apoſtolico.*
43 *Abbates vtentes inſignijs pontificalibus vel ex diſpoſitione iuris communis aut ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta benedicunt pateras, veſtes ſacerdotales & alia ſimilia ad opus ſuarum Eccleſiarum.*
44 *Propter infirmitatem religioſi aſperiorem regulæ diſciplinam remittunt.*
45 *Diſpenſant in caſibus à iure expreſsis.*
46 *Abſoluunt monachum ſuum inijcientem manus in monachum ſuum vel alterius ſed non poſſunt abſoluere ſi percuſſerit clericum ſæcularem.*
47 *In monachis & abbatibus diſpoſitum extenditur ad abbatiſſas & moniales quoad eis proportionabilia.*
48 *Virgines quibus diebus ſunt velandæ & conſecrandæ.*
49 *Velum multiplex eſt conuerſionis.*
50 *Profeſsionis.*
51 *Conſecrationis.*
52 *Ordinationis.*
53 *Prælationis.*
54 *Moniales debent eſſe ſub clauſura.*
55 *Monialium nemini licet poſt profeſsionẽ exire monaſterio etiam ad breue tempus.*
56 *Excipiuntur tres caſus.*
57 *Monialium monaſterij ſepta ingredi nemini licet aliquatenus in honeſte perſonæ vel honeſte ſine epiſcopi vel ſuperioris licentia.*
58 *Quæ danda eſt non ex rationabili & manifeſta cauſa ſed in caſibus neceſſarijs.*
59 *Datur licentia à ſede apoſtolica mulieribus honeſtis nobilibus valde dignis ingrediendi monaſteria monialium quater in anno.*
60 *Monialium monaſteria per quos viſitentur & gubernentur.*
61 *Fornicantis cum moniali & monialium fornicantium pœna.*

QVI conuertuntur ad religionem, vt plurimum fiunt Monachi, religioſi, & regulares Canonici, ideo dicendum reſtat de eorum vita, & ſtatu. Monaſteria † ordinata ſunt ad religio- 1
nem, eleemoſynas, & hoſpitalitatem ſeruanda, *c. 1. in princ. ne ſed. vac. &c.* Monachus † à ſolitu- 2
dine nomen accepit, quia μοναχὸς, Latine *ſingularis* dicitur, id eſt, ſeparatus à conuerſatione ſæcularium, *c. 1 c. placuit 16. q. 1.* plangentis habet officium, qui ſe, & mundum lugeat: *c. Monachus 1. 16. q. 1.* hodie proprie dicitur, qui habitum mutat, profeſſionem emittit, & promouetur ad ordines: *c. moderamine, & cc. ſeqq. c. adijcimus §. ecce in hoc capitulo 16. q. 1.* differt à conuerſo, & oblato, *c. per exceptionem de priuil. in 6. clem. 1. §. ad ampliationem de ſtat. monach. cap. nullus el 2. §. fin. ſeſſ. 25. in Trident.* Conuerſus † eſt, qui dedicat ſe, & ſua ha- 3
bitu mutato, *c. vt lex continentia & ibi gloſſ. in verb. profeſsi 27. q. 1. Boer. deciſ. 20. num. 5. & 6.* & eſt ſæcularis, nec promouetur ad ordines, *c. 2. de inſtit. & ibi gloſſ. fin. c. non dubium de ſent. excom.* neq; habet locum, aut vocem in capitulo, *Collect. in c. cum M. ſub num. 1. verſ. ſed nunquid laicus de conſtit.* Oblatus eſt, † qui dedicat ſe, & ſua monaſterio habi- 4
tu non mutato: vterque aſtringitur magis monaſterio, quam monachus; quia etiam cauſa arctioris vitæ petita licentia nõ poſſunt tranſire ad monaſterium ſtrictioris religionis, & efficiuntur quaſi ſerui monaſterij, *c. vt lex continentia, & ibi gl. in verb. profeſsi 27. q. 1. Pan. in c. non eſt numer. 2. & 3. de regul. &c.* Oblati non tenentũr ad ſubſtantialia regulæ, ſed habent quemdam modum viuendi. Conuerſi † tenentur ad ſubſtantialia regulæ, *Zab.* 5
in Clem. 1. §. nonnulli in 2. notab. de exceſſ. præl. Anch. in Clem. 1. num. 16. de decim. & ibi Vital. numer. 105. & ſeqq. quia conuerſi emittunt profeſſionem, oblati vero non profitentur, *Franc. Marc. q. 624. num. 14. part. 2. Felin. poſt Pan. in c. in præſentia nu. 4. de probat. & ibi DD.* vterque eſt perſona eccleſiaſtica, *c. ex eo §. fin. & ibi gloſſ. fin. de elect. in 6. clem. 1. in fin.*

Digitized by Google

1. in fin. & ibi poſt glo. DD. de decim. Franc. Marc. qu. 624. & ſeq. num. 2. & 3. part. 2. Cuicumque mona-
6 ſterio † exempto, aut priuilegiato oblati, vel quomodocumq; addicti etiam ſub nomine ſeruientium militijs, ſeu monaſterijs, hoſpitalibus, collegijs, ſunt ordinarij iuriſdictioni ſubiecti, exceptis ijs, qui præfatis locis actu ſeruiunt, ſeu intra eorum ſepta, & domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt; ſiue ijs qui legitime, & ſecundũ regulam earumdem militiarum profeſſionẽ fecerint, de qua ordinario conſtare debeat, nõ obſtantibus priuilegijs quibuſcumque, etiam religionis Sancti Ioannis, & aliarum militiarum; *cap. quoniam 1. ſeſſ. 24.* idem iuris eſt in receptis in cõfraternitatem eorum, & non plene translatis, *cap. pen. de priuil. & ibi gloſ. pen. c. cum vt plantare §. fin. c. vt priuilegia de priuileg.*

7 Canones præcipiunt † monachis. Primo quod faciant de triennio in triennium commune capitulum Abbatum, & Priorum abbates proprios non habentium, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obſeruantia regulari, ac deputentur religioſæ circumſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias eiuſdem prouinciæ non ſolum monachorum, ſed etiam monialium vice ſummi Pontificis ſtudeant viſitare, *cap. monaſteria ſeſſ. 25. de regular. & c. c. in ſingulis hoc tit.*
8 Secundo quod ſtent † in clauſtro, *c. ſicut ex litteris de iureiur. c. ſi cupis c. placuit, c. iuxta 16. q. 1.* extra quod ſtare non poſſunt, niſi quando interuenit ſuperioris auctoritas, *c. cum paſtoris 2. q. 7. Pan in d. c. ſicut ex litteris num. 3. in fin.* in ſcriptis obtenta, *c. prohibet ſeſſ. 25. de regular. & c.* ex cauſa ſpeciali, & ad breue tempus: *arg. c. vnici §. verum hoc tit. in 6.* nam ſuperior non poteſt abſoluere à reſidentia, ſeu mora clauſtrali, quia per huiuſmodi abſolutionem fides profeſſionis frangeretur, & ſtabilitatis propoſitum euacuaretur, *arg. d. §. verum, & c. ſicut ex litteris de iureiur.* Tertio quando ſtudio-
9 rum † cauſa ad vniuerſitatem accedunt, debent à ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus, vel maioris partis eiuſdem, eundi ad ſtudium licentiam primitus obtinere, alias excommunicationis ſententiam incurrunt ipſo facto, *c. 2. ne Clerici, vel Monach. ſec. neg. ſe immiſceant in 6. Franc. in c. cum ex eo num. 3. de elect. in 6.* & tantum in conuentibus habitare, alioquin per ordinarios contra eos procedi poteſt. *d. c. prohibet in fin. ſeſſ. 25.*

10 Prohibent canones † monachis. Primo ne in eodem monaſterio vtantur diuerſo habitu, aut colore, *c. ex parte 1. & ibi Pan. nu. 1. de decim. Clem. 1. de elect. c. in nona 16. quæſt. 7. & ibi gl. in verb. nec habitu.* aut ad præbendas recipiant clericos ſæculares; *c. ea quæ §. præcipimus hoc tit. & ibi Anch. num. 15. & ſeq. Pan. num. 10. & ſeqq. & Can.* per quem textum reprobatur aſſerta conſuetudo, iuxta quã aliqui Reges, & Duces mandant aſſignari militi impotenti, aut alteri pauperi præbendam monachalem in monaſterio iure regali, aut ducali, de quo conſtare debet, fundato, & dotato; *de qua per Rebuff. in prax. part. 3. tit. de oblat. quand. reg. nom. in Monaſt. ſunt recip.* quia principes rerum eccleſiaſticarum diſpoſitionem ſibi vindicare prohibentur; *c. non placuit, cum duob. et ſeqq. 16. q. 7.* Patronus quoque ab eccleſia, ſeu monaſterio à ſe fundato non poteſt aliquod temporale, vel aliquod ſeruitium exigere, nec aliquod grauamen inferre, niſi reperiatur illud iure cautum, vel fuerit reſeruatum per Epiſcopum tempore fundationis monaſterij; *c. præterea el 1. & melius in c. præterea el 2. & ibi Pan. num. 3. & Can. communiter de iurepatr.* & homines diſparis profeſſionis in monaſterijs non ſunt ſociandi, *Clem. 1. & ibi gloſ. in terminis noſtris in verb. ſocientur de elect.* in Germania Abbates monaſteriorum imperiali, aut regali munificentia fundatorum, & dotatorum ſunt aut Principes, aut ſtatus S. R. Imperij, taxanturque certo numero equitum, & peditum, vt alio grauamine alimentorum impotentis militis, vel pauperis nõ debeant onerari; *l. qui dotem & ibi gloſſ. fin. alleg. concord. ff. de dot. præleg. l. Titia cum teſtamento §. qui inuita ff. de leg. 2. l. nauis la 1. §. cum autem ff. ad leg. Rhod. de iact. & c. c. mandatum, c. abbatem de reſcript.* Prȩterea alimenta patrono debita ſunt merè perſonalia, *c. quicumque 16. q. 7. ibi, ipſi, aut filij ipſorum & c.* nam dictio ipſe eſt perſonaliſſima demonſtratiua ad oculum, *l. ipſe diſſice C. de eden. l. reſtitutu §. pupillus autem ipſe ff. ad Trebell. Iaſ. in l. filius familias §. Diui numer. 151. in 2. repet. ff. de leg. 1. Bald. conſ. 304. vol. 5.* Secundo ne vnus monachus locum habeat in pluribus monaſterijs, niſi vnum dependeat ab alio, aut ſint connexa, *c. fin. in fin. de relig. dom. c. cum ſingula §. prohibemus de præb. in 6. c. 1. §. in eos in fin. de priuil. in 6. & ibi gloſſ. in verb. dependere & Can.* Tertio ne prioratus, eccleſiæ, vel adminiſtrationes, aut officia vnius monaſterij committantur monachis alterius monaſterij, *d. c. cum ſingula §. prohibemus, dictum eſt ſupra in titul. de præb.*

11 præb. §. altera beneficiorum diuiſio. Quarto ne † vtantur camiſeis lineis, cap. cum ad monaſterium in
12 princ. hoc tit. Quinto ne comedant carnes † in refectorio, aut cameris, cap. carnem de conſecr. diſt. 5. nec in certis ſolemnitatibus conuentus exeat cũ abbate, paucis in monaſterio relictis, vt extra refectorium comedant carnes, ſed tantum debiles, & infirmi ex cauſa infirmitatis in infirmitorio, d. c. cum ad monaſterium §. in refectorio vero hoc tit. Sex-
13 to ne † aucupentur, aut venentur, niſi ſaltus, viuaria, aut garenas proprias habeant, aut ius venandi habeant in alienis, quo caſu intra monaſteria ſeu domos, quas habitant, aut eorum clauſuras canes venaticos tenere, aut venationi non debent perſonalem adhibere præſentiam, Clem. ne in agro §. quia vero de iur. venan. vide Gail. obſ. 66.
14 cum 2. obſer. ſeqq. lib. 2. Septimo ne † monachus poſt profeſſionem emiſſam tranſeat in eadem religione de vno monaſterio ad aliud, niſi monaſteria ad inuicem ſint annexa, aut vnum ab alio dependeat; cum tunc non ſit inconueniens aliquem vtrobique locum habere monachicum, c. 1. §. fin. in fin. de priuil. in 6. late Boich. in c. fin. de relig. domib. aut de vno ad aliud auctoritate Apoſtolica canonice transferatur, c. cum ſingula §. prohibemus de præb. in 6. c. fin. in fin. de relig. dom. inuitus transferri non poteſt, quia promiſit ſtabilitatem in loco, c. qui vere 16. q. 1. c. quanto de off. ord. c. ſicut ex litteris de iureiur. Nauar. conſ. 4. numer. 1. hoc tit. etiamſi ſit fugitiuus, aut ob crimen eiectus, quoties paratus eſt ſubire ordinis diſciplinam, quæ conſiſtit in ſeptem gradibus, c. fin. de regul. & ibi Anchar. Zab. in 7. & 8. q. & Can. & recidens in idem crimen & poſtea pœnitens vſq; ad tertiã vicem tantum recõciliandus eſt, & nõ vltra; quia tunc præſumitur incorrigibilis, etſi deinde pœnitentiã promitteret, eſſet includendus auctoritate apoſtolica iuxta monaſteriũ in loco arcto cõpetenti, ſiue ergaſtulo, quãdo abſq; graui ſcandalo fieri poteſt, alioquin ad aliam religioſam domũ eiuſdem ordinis transfertur ad peragendam pœnitentiam: d. c. fin. de regul. & c. & ibi Hoſt. num. 6. & Can. & notandum quod in d. c. fin. tertio loco monacho pœna translationis imponitur nõ ſimpliciter, ſed conditionaliter per dictionem, alioquin, quæ inducit conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni, Iaſ. in §. in perſonam num. 8. Inſtit. de act. Bart. in l. 1. n. xj. ff. de cond. & dem. Franc.
15 in c. vt circa §. alioquin n. 5. de elect. Octauo, ne † ad Curias Principum abſque ſpeciali licentia prælatorum ſuorum ſe conferant, d. Clem. ne in agro §. quia vero. niſi adminiſtrationẽ aliquam habeant, illos enim quandoque pro ipſarum adminiſtrationum cauſis illuc ire oportet, d. §. quia vero c. cum deputati de iudic. ij vero qui ad dictas curias ſe transferunt, vt ſuis prælatis, aut monaſterijs damnum aliquod inferant, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, d. §. quia vero, verſ. quod ſi, & ibi gloſſ. in verb. ipſo facto, & Can. eamdem excommunicationis ſententiam incurrunt, qui intra ſepta monaſteriorum, ſine licentia abbatum ſuorum, arma tenent, d. §. quia vero. Nono, ne
prioratus † aliquis ſiue adminiſtratio committatur alicui, ſiue conferatur, niſi expreſſe profeſſus 16
fuerit ordinem monachalem: neque prioratus, aut adminiſtrationes extra monaſterium obtinentes permittantur in monaſterijs, ſed teneantur in ipſis prioratibus, ſeu adminiſtrationibus (quacumque non obſtante conſuetudine) reſidere; niſi ex ſtudiorum, vel alia cauſa rationabili ad tempus forte ab huiuſmodi reſidentia excuſentur, Clem. ne in agro §. cæterum verſ. ſane hoc tit. & tam monaſterij, quam ipſorum prioratuum monachi reputantur, c. 1. §. fin. de priuil. in 6. ſi prioratus, ſiue adminiſtratio habeat ius ſpirituale annexum, vel bona ſibi appropriata & diſtincta à bonis monaſterij, & abbatis, non habet abbas illorum adminiſtrationem, ſed prior, alioquin ſi eſſent de menſa abbatis vel monaſterij, poſſent abbas, & monachi ſtatuere, quod monachus, cui talis prioratus, ſiue adminiſtratio committitur, certum quid ſoluat annuatim de redditibus eorum, ſed non aliunde, & talis monachus dicetur potius miniſter, & cuſtos quam prior, quod ſonat in dignitatem, c. 2. & ibi Hoſt. n. 2. Butr. num. xj. & Can. per illum tex. hoc tit. Felin. in c. per tuas ſub n. 4.
de maior. & obed. dictique prioratus † manuales 17
æquiparantur perpetuis beneficijs, in tempore Lateranenſis Concilij, c. 2. de conceſſ. præb. in cenſibus nouis non imponendis, neque antiquis augendis, in fructibus eorum, cum vacant, non occupandis, in ipſorum pluralitate non habenda, in ætate, in ordine, in profeſſione, & in reſidentia, Clem. ne in agro §. cæterum verſ. ſane, & ibi gl. in verb. reſidere hoc tit. per d. Clem. & Clem. vnic. de ſuppl. negl.
præl. Adminiſtrationes † in monaſterio, ſiue obe- 18
dientias, Hoſtien. in c. 2. nu. 4. hoc tit. habere cenſentur, veſtiarius, eleemoſynarius, cellerarius, vel

alius

Digitized by Google

alius quicumq; habens certum officium, ratione cuius habet expendere, & recipere in vſus monaſterij, ſeu monachorum temporalia, ſiue ſint pecuniæ, vel quæcumque alia, quales ratione adminiſtrationis habent proprium, *arg. c. 3. de præb. Hoſt. in c. 2. ſub n. 3. in verb. adminiſtrationes & n. 4. hoc tit. & ibi Butr. n. 10.* Aliud cenſeretur, ſi eſſet officium, ratione cuius circa ſpiritualia tantum haberet intendere, ſicut eſt prior clauſtralis, vel qui vis alius audiens tantum confeſſiones, vel obſeruationi regulæ tantum vacans, quales non cenſentur habere adminiſtrationem, nec proprium habere poſſunt, plusquam ſimplex clauſtralis, nec habent ſe aliquibus ſæcularibus negotijs implicare, *c. 1. in fin. ne cler. vel monac. ſæc. neg. ſe immiſc. c. 4. in fin. & c. 6. eod. tit. Hoſt. in c. 2. ſub n. 3. in verb. admini-*
19 *ſtratione hoc tit.* Abbas poteſt † priores manuales, & monachos habitantes in prioratibus libere ad monaſterium reuocare, *c. cum nullus § religioſi, & ibi not. de temp. ord. in 6. c. 1. § fin. in fin. de priuil. in 6.* & commiſſas adminiſtrationes; & obedientias libere adimere, *c. cum ad monaſterium § tales hoc tit. c. porrecta de confir. vt & c.* ſed non poteſt reuocare priores in conuentualibus eccleſijs per electionem capitulorum ſuorum canonice inſtitutos, quia non poſſunt mutari, niſi ex manifeſta, & rationabili cauſa, aut pro neceſſitate maioris officij de Conſilio fratrum transferri, *c. 2 in fin. hoc tit. &*
20 *ibi Butr. n. 20.* Decimo, ne † ſinguli monachi in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus, vel
21 prioratibus, aut eccleſijs parochialibus † monaſterio ſubiectis nam in huiuſmodi parochialibus quæ ad monachos pleno iure pertinent poteſt monachus ſolius Abbatis authoritate, aut Abbatis & conuentus præfici, *c. viſis 16. quæſt. 2. Syluest. in verb. religio 7. quæſt. 3. in fin.* habitare præſumant, *c. 2. hoc tit.* etiamſi habeant reſcriptum apoſtolicum, vt in ſingulis eorum prioratibus ſinguli monachi commorentur, ſi pluribus non ſuppetent facultates, niſi in illo fiat mentio de Lateranenſi Concilio, *c. ex parte de capell. monach. & c.* Ordinarius, monitione præmiſſa, per cenſuras cōpellit ipſorum abbates, ſeu priores, data abbatibus optione, *Pan. in c. fin. ſub nu. 1. de capell. monach. & ibi Can.* vt vel ipſos ad clauſtrum reuocent facientes in ipſis Eccleſijs deſeruiri per clericos ſæculares, vel alios monachos eiſdem aſſocient: *c. fin. de cap. monach.* quia monachus deputatus ad prioratus, vel eccleſias monaſterio ſubiectas, non eximitur à poteſtate ſui abbatis, *Pan. in c. fin. nu. 2. de capell. monach. & ibi Can.* quod ſi prouentus prioratuum, adminiſtrationum, ſeu eccleſiarum huiuſmodi duobus forte non ſuppetant, debent ijdem, niſi per abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis alijs vicinioribus ad eorum monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officinis, aut inter ſe inuicem, monachis primitus ad clauſtrum reuocatis, & clericis ſæcularibus ibidem deſeruituris aſſignata congrua cum Conſilio, & conſenſu abbatum per locorum ordinarios vniri, *d. Clem. ne in agro § adhæc.* Eccleſiæ parochialis ſæcularis collatio facta monacho, etiam de conſenſu abbatis, aut præſentatio illius ad eamdē eſt ipſo iure nulla *Rot. dec. 28. de præb. in nou. & deciſ. 5. de iurepat. in nou. Bell. dec. 750. c. in parochia c. monachi & c. ſeq. 16. q. 1. Garc. de benef. p. 7. c. 10. n. 17. & 20. & ſeqq.* niſi cum eo diſpenſetur de conſenſu abbatis ſolius, ſine conſenſu ſui conuentus, *Archid. in c. 1. 16. quæſt. 1. & ibi Can.* per epiſcopum ex magna cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, aut per ſummum pontificem, *c. 2. & ibi gl. in verb. parochialis hoc tit. c. in parochia c. doctis, & cc. ſeqq. 16. quæſt. 1. Rot. deciſ. 5. de iurepatr. in nou. Bellam. d. deciſ. 750. num. 4. & 5. Staphyl. de litt. grat. de qual. & ſtat. benef. § 1. quid ſi: nu. 6. Lambert. de iurepat. 19. art. 7. q. princ. 1. par. lib. 2. Roch. de Curte de iurepatr. in verb. Honorificum in 4. quæſt. nu. 13.* & tunc habita corporali parochialis eccleſiæ poſſeſſione, *gl. fin. in c. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1.* deſinit eſſe monachus monaſterij, *d. c. ne pro cuiuslibet late Franc. Marc. deciſ. 481. part. 1.* & abſoluitur ab obedientia, ieiunio, ſilentio, ac vigilijs, *c. nemo poteſt & ibi gl. fin. 16. quæſt. 1.* & in toto eximitur à iuriſdictione abbatis, *gl. mag. 1. in d. c. de monach. 16. quæſt. 1. d. c. in parochia eod. Pan. in c. ad audientiam num. 2. de Capell. monach. & c. tex. in c. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1.* nec tenetur abbas ei dare ſocium, *gloſ. not. in d. clem. ne in agro § ad hæc in verb. ad clauſtrum, & Can. Pan. in c. monachi num. 3. & in c. quod Deo num. 9. hoc tit.* non abſoluitur ab habitu, *c. clerici in fin. de vit. & hon. cler.* etiamſi fieret Epiſcopus, vel Cardinalis, *Pan. in d. c. clerici num. 5. in fin.* nec à continentia, neque à voto paupertatis, vnde nihil acquirere poteſt ſibi ipſi, ſicut nec poterat exiſtens monachus, *gl. mag. in d. c. de monach. 16. quæſt. 1. Pan. in d. c. clerici in fin. de vit. & honeſt. cleric.* ſed promotus in epiſcopum acquirit epiſcopatui, ac factus parochus eccleſiæ cui præ-

eſt, *c. cum olim el 2. & ibi gl. in verb. reſtitutionem, & ibi Io. And. num. 5. & Can. de priuil. Bart. in l. ſi ſeruus communis ita 37. ſub nu. 6. ff. de ſtipul. ſeru.* niſi conſtet quod noluerit acquirere eccleſiæ, ſed alteri perſonæ, *Greg. 15. deciſ. 401. & 476.* quia de iure canonico indiſtinctè alteri vtiliter ſtipulamur, *c. quoties, & ibi gloſſ. in verb. & per te 1. q. 7. & ibi Can. Bell. in c. 1. num. 4. de pact. & ibi Can. facit lex ſeruus*
22 *meus ff. de ſtipul. ſeru.* II. ne forenſis † negotij ſuſceptores, vel executores, ſiue procuratores exiſtant, etiamſi id monaſterij expoſcat vtilitas, ſine licentia ſuperioris, *c. monachi à monaſterio 16. qu. 1.* niſi pro conſorte eiuſdem litis, *Clem. religioſus in princ. de procurator.* ſufficitque auctoritas Vicarij generalis, vel immediati ſuperioris, vt procurator eſſe poſſit, *Achill. deciſ. 5. de procur. Zab. in Clem. religioſus in 3. not. de procurat.* tenet iudicium cum eo geſtum, donec opponatur, quia per exceptionem repellitur *c. ex parte de poſtul. Collect. in c. dilectis ſub num. 2 de arbitr. Pan. in c. ſacerdotibus num. 3. ne cler. vel monach. Fel. in c. 2. num. 3. de iudic.* neque etiam poteſt procuratorem ſubſtituere, etiamſi per conſtituentem hoc expreſſe ſibi fuerit iniunctum, niſi cum ſimili licentia: *Clem. religioſus verſ.*
23 *fin. de procurat.* Monachus † quoque nomine ſuo agere non poteſt, *Fel. in c. cum dilecta numer. 15. vbi ponit 8. fall. de reſcript. & ibi Can.* aut procuratorē conſtituere ſine licentia ſui immediati ſuperioris, ipſaque conſtitutio nulla eſt, etiamſi facta ſit in capitulo congregato, ſi in dicto capitulo non fuerit prior, *Achill. deciſ. vn. de regul. & c. Vital. in d. clem. religioſus num. 22. & 23. de procur.* Limita pri-
24 mo † quando monachus ab actore citatus conſtituit procuratorem, quia citando videtur approbaſſe inhabilem, *c. intelleximus, & ibi not. de iud. Innoc. in c. cum inter ſub num. 1. de except. Iaſ. in l. fin. numer. 24. plures cumulans de edict. D. Adr. toll. & ibi DD. Achil. dec. vnica de regu.* Limita ſecūdo in quocumque religioſo, ac moniali habentibus aliqua officia diſtincta, ſiue adminiſtrationes extra monaſterium, quia nomine ſuo agere poſſunt pro iuribus ſuarum adminiſtrationum, *c. edocui de reſcript. Clem. 1 eod. Rot. deciſ. 8. de iud. in nou. dictum eſt in tit. de procur. §. 1. in fin.* Limita tertio vbi monachus, vel monacha contra aliquem deliquit, ipſe conueniendus eſt non monaſterium, *c. quia ſæpe contingit de elect. in 6. Auth. cauſ. quæ fit cum Monacho C. de epiſc. & cler. Archid. in cap. 2. in fin. & Rot. deciſ. 8. in fin. de iudic. in nou.* Limita quarto vt præfata procedant in monacho clauſtrali, ſecus in prælato, *gl. 1. in d. Clem. religioſus c. ſæpius de cenſib. c. 2. & ibi not. de teſt. in 6. c. de præſentia 16. q. 1.* eadem ratione monachus clauſtralis ſine licentia ſui ſuperioris non poteſt eſſe officialis, ſiue Vicarius Epiſcopi, prout poteſt eſſe monachus habens adminiſtrationem, *Guid. Pap. deciſ. 563.* Alias limitationes vide apud Felin. *in c. cum dilecta num. 15. & ſeqq. de reſcript.* Duodecimo ne mulieres † qua- 25
libet occaſione in monaſterio accedāt, & ne monachi commatres ſibi faciant, non baptizando, ſed leuando, quia in hoc contrahitur maior familiaritas, *c. peruenit 1. & ibi gl. 18. q. 2. & Can.* Decimotertio ne monachi, & moniales in vno monaſterio † habitēt, *c. in nullo 18. q. 2.* & ne canonici, 26
aut monachi in eccleſia conueniant in vno choro ad pſallendum cum ſanctimonialibus, *c. perniciosam §. ſimili 18. q. 2.* Cætera monachis interdicta ſub ſuis titulis ſunt annotata.

Regulares † canonici à ſanctorum monacho- 27
rum conſortio non ſunt ſeiuncti, *cap. præſens paulo ante fin. 2. q. 3. c. quod Dei. hoc tit. c. ex parte de poſtul.* ſed regulæ inſeruiunt laxiori, *c. quod Dei hoc tit. cap. ex parte de poſtul.* & poſſunt intra ſepta monaſteriorum arma tenere ſine licentia ſuorum Abbatum, quæ à monachis teneri nō poſſunt, ſub ſententia excommunicationis ipſo facto incurrenda, *Clem. ille in agro §. quia vero verſic. fin. & ibi gloſ. in verb. monachos hoc tit.* poſſunt ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus, prioratibus, aut eccleſijs parochialibus obedientialibus, ſi cōmode ex eorum prouentibus duo non poſſunt ſuſtentari, *gl. in ſumma 16. qu. 1. d. c. quod Dei Franc. Marc. deciſ. 481. num. 6. & deciſ. 1281. par. 1* ac præ-
ſentari † inſtitui, & prouideri de eccleſijs parochialibus ſæcularibus, & collatio de eiſdem ipſis facta valida eſt, *Rot. deciſ. 5. de iurepatr. nu. 2. in nou. Mandoſ. de ſign. grat. tit. prouiſiones verſ. regularem fol. 47. atteſtans ita deciſum in Rota Nauarr. conſ. 11. num. 2. & 5. & conſ. 12. hoc tit.* de licentia ſui ſuperioris abſq; diſpenſatione epiſcopi; *Card. Seraph. deciſ. 1269. qui reprehendit Caput. deciſ. 85. part. 1. Pan. in c. quod Dei timorem num. 7. de ſtat. monach. & in ſum. Zab. & Can. gl. in ſumma in verb. quod monachi 16. q. 1. Franc. Marc. deciſ. 481. num. 6. par. 1.* etiā iuxta Concilium Trident. *c. qui vero regulares in fi. ſeſſ. 14. Nauar. conſ. 12. hoc tit. plures citans.* dum ſtatuit *in d. c. quia vero*, tranſlatis ad ordinem canicorum regularium ad beneficia ſæcularia etiam 28

curata

curata omnino incapaces exiſtere, ergo canonici regulares in eodem ordine profeſſi, & non ad eum tranſlati capaces ſunt ſæcularium beneficiorum curatorum, *Card. Seraph. deciſ. 1269. alleg. dec. Guid. 96.* quando primo abdicantur à clauſtro, & præſentantur, & inſtituuntur, vt clerici; alias regularis remanens clauſtralis non poteſt aſſumi ad eccleſiam ſæcularem parochialem conſuetam regi per ſæculares etiam cum diſpenſatione Epiſcopi, *late Faſtol. deciſ. fin. per c. doctos & cc. ſeqq. 16.*
29 *q. 1.* beneficiorum ſæcularium † ſimplicium ſunt incapaces, *Garc. de benef. part. 7. cap. 10. num. 26. & ſeqq. Billam. deciſ. 172. Nau. conſ. 11. num. 1. hoc tit.* abſque diſpenſatione Papæ, *Lambert. de iurepatr. art. 19. 7. quæſt. princ. 1. par. 2. lib. numer. 24. facit c. quia vero regulares in fin. ibi ad regularia etiam curata omnino incapax exiſtat ſeſſ. 14. Garc. de benef. par. 7. cap. 18. num. 26. & pluribus ſeqq. vbi refert deciſionem Rotæ. & congregationis interpretum Conc. Tridentin.* In ſacro & venerabili ordine Præmonſtratenſi, qui in Ducatu Brabantiæ, & finitimis locis maxime floret, & eſt canonicorum regularium ſub regula S. Auguſtini, ſpecialiter cautum eſt, quod parochiales eccleſias, & animarum ſæcularium curas in proprijs perſonis ſuſcipiant, nec abdicantur à clauſtro, ad quod per Abbates poſſunt reuocari, *Iac. Card. Vitriacus in hiſt. occid. cap. 12. Hubertus Miræus in proœm. Chron. ordinis præmonſtraten. in*
30 *princip.* Abbas vel † quocumque alio nomine præfectus in correctionibus ſecundum regularem diſciplinam præfertur epiſcopo, *c. qui reſiſtit 11. q. 3. & ibi gl. 1. Archid. ſub num. 4. & Can. c. 1. & 2. 58. diſt.* poteſt monachum corrigere, punire, & de monaſterio expellere ſecundum regularia inſtituta, *Pan. in c. quanto num. 4. de off. ord.* Quæ ver-
31 ſantur † in figura iudicij ſpectant ad epiſcopum, tam in criminalibus, in quibus monachus delinquens, non autem monaſterium conuenitur, *Archid. in c. 2. in fin. de iud. & alijs ſupra alleg.* quam etiam in ciuilibus, in caſibus in quibus monachus alteri poteſt ciuiliter obligari, *Archid. in d. cap. qui reſiſtit ſub num. 4. Pan. in d. c. quanto nu. 4. 5. & ſeqq. & ibi Can. Zab. in d. clem. ne in agro §. quia vero in 8. q. Rot. diuerſ. deciſ. 78. part. 1. dictum eſt ſupra in tit. de off. ord. §. duæ ſunt leges in fin.*
32 Monacho de ſæuitia, † vel intolerabili iniuria per Abbatem perſonæ ſuæ illata competit officium iudicis ad inſtar ſerui, *§. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. C. de precib. Imper. offer.* ſi iniuſte abijciatur † ex monaſterio, recte petit ſe reſtitui 33
ad monaſterium per viam iuris, *Pan. in c. olim nu. xj. de accuſat.* quia per ingreſſum monaſterij, & profeſſionem ius fuit ei quæſitum in monaſterio, vt ibi deſeruiat, & alimentetur, *c. porrectum de regul. gl. fin. in c. cum dilecta, & ibi Can. de reſcript.* ſi ſpoliatur † prioratu, adminiſtratione, aut obedi- 34
entia per Abbatem, nulla datur ei actio, *c. cum ad monaſterium §. tales hoc tit. Gemin. & Franc. in c. cum ſingula num. 5. de preb. in 6.* quia prioratus, & adminiſtrationes ſicut peculium, licet non intelligantur reuocari morte abbatis, *Pan. in c. fin. n. 6. de precar. Felin. in c. per tuas num. 4. de maior. & obed.* tamen etiamſi promiſſio facta eſſet monacho per abbatem de non auferendo ſibi prioratum, *Ioan. Andr. in c. præſenti num. 1. & ſeq. de off. ord. in 6. & ibi Can.* nuda abbatis voluntate adimuntur; *l. non ſtatim in 2. reſp. ff. de pecul. iuncto c. 2. & ibi not. hoc tit. c. non dicatis 12. qu. 2. c. quorumdam c. ſi religioſus. & & ibi annot. de elect. in 6. cap. nemini §. adminiſtratio ſeſſ. 25. Felin. in c. per tuas ſub nu. 4. de maior. & obed.* niſi † Abbas illum ſpoliaſſet malitioſe ad impe- 35
diendam proſecutionem accuſationis, ſiue denunciationis contra eum coram ſuperiore inſtitutæ, *c. olim de accuſat.* aut ſpoliatio facta eſſet de rebus neceſſarijs, puta veſtibus, libris &c. *Pan in d. c. olim in fin.* Præterea durante † lite ſuper iniu- 36
ria perſonali, aut iniuſta abiectione ex monaſterio, monachus debet habere ab Abbate ſumptus litis cum alimentis, tam in cauſa principali, quam in cauſa appellationis, *c. ex parte de accuſ. & ibi Pan. num. 9. & Can. l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. de inoff. teſtam. l. fin. C. de ord. cognit. Pan. in repet. cap. ſi quis contra ſub numer. 47. & ſeq. & in c. cum contingat ſub num. 26. & ſeq. de for. compet. Affl. deciſ. 10. numer. 2.* quando eſt in poſſeſſione monachatus, *Bart. in l. ſi negat ff. de lib. agnat. & al. & c. nu. 2. Put. deciſ. 202. lib. 1.* etiamſi religio habeat cõſuetudinem, quod non det alimenta tractantibus cauſam propriam, *Rot. diuerſ. deciſ. 1. part. 3. libr. 1. Afflict. deciſ. 10. nu. 2. Rot. deciſ. 2. de iud. in antiquior. gloſſ. fin. quæ allegat. concord. in l. fin. C. de ordin. cogn.* ac etiam pendente accuſatione, & denunciatione contra Abbatem coram ſuperiore facta, *c. olim §. fin. de accuſ. c. cum paſtoris, & ibi gl. 1. 2. q. 7. & Can.* quod ſi non poſſit habere expẽſas ab ipſo abbate, licitum eſt ei propria auctoritate capere de bonis ipſius monaſterij, cum ipſius vtilitatem procuret, nec poteſt cõtra eum agentem excipi de ſpoliatione, *Pan. in d.*

Digitized by Google

c. olim num. 8. In cæteris conſtitura in ſeruis, ven-
37 dicant † ſibi locum in monachis noſtri temporis, *l. Padius* §. 1. *& ibi gloſſ. in verb. nullum ff. de arbitr. gl. in l. ex pluribus ff. de reg. iur. gl. in c. non dicatis in verb. poßidere* 12. *q.* 1. *l. cum hæredes* §. *fin. & ibi gloſſ. pen. & Bart. ff. de acq. poſſ. Pan. in c. penult. num.* 10. *de fideiuſſ. c. ſtatutum* 18. *q.* 4. *Innoc. in c. cum olim* 2. *num.* 3. *&* 4. *de priuil. Bald. in l. fin. in fin. C. quod cum eo, qui in alien. eſt* 1. *&c.* prætetquam in ijs, quæ iure ſanguinis competunt, vt nobilitate, & alijs, quia ſunt incommutabilia, *Rom. ſing.* 37. *atteſtans ita deciſum in Rota contra gl. fin. in c.* 1. *de purgat. Can. gl. in c. ea quæ in princ. in verb. de electu perſonarum de ſtat. monach.* in vltimis voluntatibus, & ſucceſſionibus quoad ſuitatem, *Alex. in l. ſub conditione ff. delib. & poſth. & ibi DD.* legitimam, *l. Deo nobis* §. *hoc etiam C. de epiſc. & cler.* & aditionem hæreditatis, in qua monachus magis æquiparatur filio in poteſtate, vel filio, aut ſeruo, prout monaſterio eſt fauorabilius, *Bald. in d. l. Deo nobis num.* 6. *&* 7. *& in l.* 1. *num.* 50. *&* 51. *C. qui adm. ad bon. poſſ. & in l. cum proponas num.* 12. *C. de hæred. inſtit. Pan. in c. in præſentia num.* 76. *de probat.* ac electione ſepulturæ, quam monachus non eligit, *c. fin. de ſepult.* ſeruus poteſt eligere, *c. de vxore & ibi Can. de ſepulturis.*

38 De iure communi † abbates habent dominium, & poſſeſſionem rerum, quibus præſunt, ac etiam actiones, *c. edoceri de reſcript. & ibi poſt gloſſ. DD. Pan. in c. cum deputati numer.* 8. *&* 9. *& Can. de iud. Nauarr. de regular. in comm.* 1. *num.* 31. *& comm.* 2. *in princ. dicit, quod habent ius adminiſtrandi.* quia habent eccleſiam, & monaſterium in titulum, & per inferiorē prælatum, vel cuſtodem poſſident, & retinent poſſeſſionem, *cap. cum veniſſent de reſtit. ſpol. c. ſicut de ſuppl. negl. prel.* nec ſatiſdant de rato, *l. vulgo ff. de admin. tut.* aut iudicato ſoluendo, *l.* 1. §. 1. *ff. de adminiſt. tut.* ac ſententia contra eos lata mandatur executioni contra eccleſiam: *Pan. in c. cum deputati num. xj. de iudic.* non competit ratio-
39 ne † dignitatis abbatibus, & alijs inferioribus prælatis ab epiſcopis vſus mitræ, & pontificalũ; ſed poteſt competere ex priuilegio Apoſtolico tantum, non autem ex conceſſione legati à latere, *Gemin. in c. vt Apoſtolica num.* 6. *de priuil. in* 6. aut Epiſcopi, *Pan. in c. accedentibus ſub num.* 2. *de exceſſ. prælat.* quo caſu in prouincialibus, & epiſcopali-
40 bus concilijs exempti vti poſſunt † mitris aurifriſiatis, non habentibus laminas, aut gemmas, non exempti albis, & planis, vt ex maiore decore ornatuum epiſcoporum, maioritas appareat dignitatum, in alijs vero locis poſſunt vti mitris, prout indulta eis conceſſa permittunt, *d. c. vt Apoſtolica de priuil. in* 6. Eadem ratione dum celebrant † in 41
Pontificalibus, vtuntur poſttergali tapete tempori conueniente, & non baldachino, neque ſublimiore ſede, ad quam aſcendi oporteat per plures gradus, *arg. d. c. vt Apoſtolica in princ. de priuil. in* 6. tum quia priuilegium in eo, quod tangit ius tertij, eſt ſtricte interpretandum, *c. paſtoralis de priuil. & ibi gl. fin. & Can.* In Germania abbates Sacri Rom. Imperij Principes eadem cum Reuerendiſſimis Epiſcopis maieſtate, & ſolemnitate celebrant: non poſſunt ſolemniter † benedicere 42
populo, niſi ex ſpeciali priuilegio Apoſtolico, quod per ius commune reſtringitur ad eccleſias eis pleno iure ſubiectas, quando in eis diuina celebrant officia poſt miſſarum ſolemnia, matutinas, & veſpertinas laudes, alibi non poſſunt, niſi hoc eis priuilegio expreſſo ſit conceſſum, *c. abbates de priuileg. in* 6. *late Franc. Marc. quæſt.* 1078. *cum duabus queſt. ſequen. part.* 1. An autem habentes vſum † pontificalium inuitati ad celebrandum in 43
alio monaſterio, aut eccleſia, vti poſſint pontificalibus, *vide Gemin. in d. c. vt Apoſtolica num.* 7. *Ioan. Andr. num.* 2. *Lap. alleg.* 19. Præfati abbates vtentes inſignijs pontificalibus, poſſunt ſecundum aliquos ex diſpoſitione iuris communis, *gloſſ. addit. ad gloſſ. pen. in c. abbates de priuileg. in* 6. *& ibi Franc. arg. c. præcipimus* 12. *q.* 1. *Arcad. c. presbyt. el.* 1. 26. *q.* 6. aut ex priuilegio, quod eſt latiſſime interpretandum, *Archid. in c. quoniam ſub num.* 1. *in verb. proprio monaſterio* 69. *diſt.* vel conſuetudine præſcripta, *Summ. Ang. in verbo calix. num.* 1. *Syluest. in verb. benedict. q.* 4. *& ibi omnes Summiſtæ.* benedicere patenas, cruces, veſtes, ſacerdotales, & alia ſimilia, *de quibus in c. vnico.* §. *fin. de ſacr. vnct. & c. veſtimenta. de conſecr. diſt.* 1. in quibus fit ſolum verbalis benedictio ad opus ſuatum eccleſiarum, à conſecratione calicis, in quo fit vnctio abſtinere debent, quia talia ſunt potius dignitatis epiſcopalis, quam ordinis epiſcopalis, *Franc. in d. c. abbates ante fin. & ibi Io. And. in fin. & Can. c. accedentibus in fin. & ibi Pan. de exceſſ. præl. c. auditis de præſcript. & vtrobique Can. Zab. in Clem.* 2. §. *ſtatuimus q.* 9. *hoc titul. per c. comperimus* 14. *q.* 6. Olim huiuſmodi indulta in Curia Romana Abbatibus concedebantur à ſede Apoſtolica, hodie non conceduntur niſi de conſenſu Epiſcopi diœceſani, de cuius preiudicio

agitur,

Digitized by Google

44 agitur, Abbates propter † infirmitatis neceſſitatem religioſis aſperiorem regulæ diſciplinā poſſunt remittere: *c. monachum §. ſeruandum 20. q. 4.*
45 non diſpenſant niſi in caſibus † in iure expreſſis recenſitis per ſpecul. *tit. de diſpenſ.* §. 8. ſunt quoq; nonnulli, puta ſuper eſu carnium ex cauſa ſtudij, infirmitatis, vel alterius neceſſitatis extra refectorium, *Pan. in c. cum ad monaſterium num. 16. &*
46 *17. de ſtat. monach.* abſoluunt † monachum ſuum inijcientem manus in monachum ſuum, vel alterius, *cap. cum illorum de ſent. excomm. in 6.* ſed non poſſunt abſoluere, ſi percuſſerit clericum ſæcularem, ſed abſoluendus eſt vel à diœceſano epiſcopo in caſibus, in quibus poteſt clericum ſæcularem abſoluere; ſi percuſſiſſet alium clericum ſæcularem; vel eſt remittendus ad ſummum pontificem, *c. religioſo de ſent. excom. in 6. & ibi poſt gl. 1. & 2. Can. de ſent. excom. in 6.* Diſpoſitum in mo-
47 nachis, & abbatibus † extenditur ad abbatiſſas, & moniales, quoad eis proportionabilia, *cap. fin. §. fin. de ſtat. monach. &c. & ibi Pan. num. 5. & Can. clem. 1. & ibi Pan. in princ. de elect.* ſed non è contra, *Clem. attendentes §. ipſos autem, & ibi glo. in verb. duabus, & Can. de ſtat. monach. &c.*

Specialia quædam conſtituta ſunt circa mulieres Deo dicatas, & earum monaſteria :. Virgines
48 ſunt † velandæ; & conſecrandæ in die Epiphaniarum, albis paſchalibus, aut in apoſtolorum natalibus *c. deuotis 20. quæſt. 1.* ac quolibet die dominico, *c. 1. de temp. ordin.* niſi graui languore correptæ implorent velum conſecrationis, quod eis negari non debet, ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, *d. c. deuotis 20. quæſt. 1.* Multiplex eſt, velum
49 conuerſionis, † quod vidua accipit de altari, *cap. viduas el 1. & c. vidua 27. quæſt. 1. c. vidua de regul.* ve-
50 lum profeſſionis, † quod imponitur tam virgini, quam viduæ, *c. vidua 20. quæſt. 1. c. viduas autem ibi, velamen quamuis non conſecratum & c. vidua ſi primu-*
51 *quam 27. quæſt. 1.* velum conſecrationis, † quod tantum virginibus imponitur in vigeſimo quinto anno, *c. placuit, & c. ſeq. 20. quæſt. 1. c. placuit 77. diſt.* & ad conſecrationem Epiſcopo ſuo offertur, in veſtibus quibus ſemper vſura eſt, etiam in lecto, & in infirmitate, profeſſioni & ſanctimoniæ aptis, *c. Sanctimonialis, & ibi gl. diſt. 23.* corrupta etiam inuita non poteſt conſecrari, quia canon opus inſpicit, non voluntatem, ideo virgo oppreſſa in perſecutione repellitur, *c. ſi Paulus §. caue c. illa autem 32. quæſt. 5. Dec. in c. cauſam monaſterij nu.*

16. & ſeqq. de probat. Fœmina cathecumena vitiata non poteſt poſt baptiſma inter Dei virgines conſecrari, quia deficit conſecrationis ſignaculum, *c. acutius 26. diſtinct.* è contra ſi virgines dicentes ſe meretrices, ingrediuntur monaſterium inſtitutum ad recipiendas meretrices pœnitentes, & non alias, non tenet receptio, nec poſſunt ibi ſaluari, fraude durante, qua reuelata inde debent expelli, *Io. An. in c. periculoſo n. 6. hoc tit. in 6. facit Clem. quia contingit in fin. princ. de relig. domib. c. cum dilectus verſ. nos vero de elect.* Cum corrupta ad Abbatiſſatum diſpenſat ſummus Pontifex, & alius ab eo diſpenſare non poteſt, *Zab. in Clem. fin. §. ſtatuimus in xj. quæſt. hoc tit. Felin. in c. meminimus num. 4. de accuſat. Dec. in c. cauſam monaſterij nu. 16. & 17. de probat.* velum ordinationis, † quod olim 52
imponebatur diaconiſſis in quadrageſimo anno, *c. ſanctimoniales 20. quæſt. 1.* Velum † Prælationis, 53
quod datur Abbatiſſæ, *cap. iuuenculas 20. quæſt. 1. gl. mag. in d. c. deuotis 20. q. 1. & ibi Can.* Concilium Tridentinum anathemati ſubijcit omnes, & ſingulas perſonas, etiam qualibet dignitate fungentes, quæ quomodocumq; coëgerint aliquā virginem, viduam, aut aliam quamcumq; mulierē inuitam, præterquam in caſibus à iure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, ad ſuſcipiendū habitum, vel emittendam profeſſionem, quique conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, quiq; ſcientes eam non ſponte ingredi, vel profiteri, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel Conſilium, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam virginum, & aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi ſine iuſta cauſa quoquo modo impedierint, *c. anathemati ſeſſ. 25.* Moniales debent eſſe † ſub clauſura, cuius 54
reſtitutio, vbi violata fuerit, & vbi inuiolata eſt, conſeruatio Epiſcopis in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis, ordinaria; in alijs ſedis apoſtolicæ auctoritate eſt commiſſa, *c. 5. ſeſſ. 28. de regul. quod innouat. c. periculoſo hoc tit. in 6.* Nemini ſanctimonialium † licet poſt profeſſionem exire mona- 55
ſterio etiam ad breue tempus, quacumque ratione, vel cauſa; ac d. c. *periculoſo.* excipit tantum duos † caſus, quando forte tanto, aut tali morbo 56
euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum alijs abſque graui ſcandalo, ſeu periculo commorari, *d. c. periculoſo in princip.* ac concedit Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ pro

Digitized by Google

feudo, quod monaſterium tenet ab aliquo Principe ad iuramentum fidelitatis aſtrictæ, niſi quod per procuratorem illud præſtet, efficere poſſit apud eum, vt cum honeſta, & decenti ſocietate poſſit exire monaſterio, præſtito fidelitatis iuramento ad illud è veſtigio reuerſura, *d.c. periculoſo §. verum hoc tit. in 6.* Concilium Tridentinum *c. 5. ſeſſ. 25. de regul.* addit tertium caſum, quando monialis exit ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo

57 approbata. Ingredi autem † intra ſepta monaſterij nemini licet, aliquatenus in honeſtæ perſonæ, vel etiam honeſtæ, *d.c. periculoſo in fin. princip.* cuiuſcunque generis aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Ii cenſetur ſuperior, qui ab Epiſcopo comprobatus, *c. qui religioſi. 18. quæſt. 2.* præeſt illi monaſterio, *c. in decima 18. quæſt. 2.* vel qui habet clauſuram, *Franc. poſt alios in d.c. quia periculoſo n. 5. per tex. ibi in §. fin. verſ. abbates vero.* non abbatiſſa, cum & ipſa arctetur hac clauſura, *d.c. quia periculoſo §. verum.* neque alius vllo modo etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti conceſſi vel in poſterum concedendi, *d.c. 5. §. dare*

58 *autem ſeſſ. 25. de regul.* Danda eſt licentia † non ex rationabili, & manifeſta cauſa, *d.c. periculoſo in fin. princ. d.c. cum. monaſteria de vit. & honeſt. cleric.* ſed in caſibus neceſſarijs, *d. c. 5. §. dare autem ſeſſ. 25. qui corrigit præallegata iura decretalium.* Datur licentia

59 à ſede † apoſtolica mulieribus honeſtis nobilibus, vel valde dignis, quod quater in anno cum tribus, aut quatuor mulieribus honeſtis intrare poſſint quæcunque monaſteria monialium quorumcumq; ordinum etiam ſanctæ Claræ de licentia eorum, qui monaſterijs præfuerint, cum clauſula, dummodo ibi non pernoctent; interdum cum clauſula, quod aliquando pernoctare poſſint in quadrageſima de licentia abbatiſſæ. *Mandoſ. de ſign. grat. tit. licentia, verſ. datur licentia*

60 *&c. & verſ. ſeq.* Singula monialium † monaſteria per ordinarios, exempta, quæ ita ſedi apoſtolicæ, quod nulli alij ſubiecta noſcuntur, apoſtolica, non exempta ordinaria auctoritate, ac exempta alia per alios quibus ſubſunt, annis ſingulis debent viſitari, *Clem. attendentes hoc tit.* Præterea exempta ſedi apoſtolicæ immediate ſubiecta ab Epiſcopis tanquam ſedis apoſtolicæ delegatis gubernantur: & limitata ſunt iura decretalium, quæ præter clauſuram & viſitationem nullam aliam iuriſdictionem, aut poteſtatem in eis Epiſcopis attribuebant, *c. cognouimus 18. quæſt. 2. c. monaſteria el. 2. ſeſſ. 25. de regul. quod ita limitat. §. fin. in fin. c. periculoſo de ſtat. regul. in 6. & d. Clem. attendentes §. ad quæ omnia.* quæ à deputatis in capitulis generalibus, vel ab alijs regularibus prælatis tam exemptis, quam non exemptis reguntur ſub eorum cura, & cuſtodia ſunt relicta, *d.c. monaſteria el. 2. ſeſſ. 25. de regul. d. c. periculoſo §. fin. verſ. abbates vero.* Monaſteria monialium extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta, intra vrbes, & oppida frequentia ſunt reducenda, ne malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus ſint expoſita, *c. bonifacij §. fin. ſeſſ. 25. de regul. &c.* Moniales vinum fugiant vt venenum, *c. vinolentum in fin. diſt. 35.*

Is qui cum ſanctimonialibus † in aliqua for- 61
nicatione repertus fuerit; ſi laicus eſt, omni communione priuatur; ſi vero clericus à ſuo remotus officio in monaſterium detruditur, *c. ſi quis Epiſcopus c. ſi qua monachorum in fin. 27. quæſt. 1.* ipſa monialis ad lapſum adulterij, aut in ſtupri voraginem deducta poſt ſeueritatem competentis vindictæ in aliud diſtrictius monaſterium virginum redigitur in pœnitentia, vt iſtic metuendum cæteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum, *d. c. ſi qua monachorum 27. quæſt. 1.* quod ſi ex illicitis complexibus ſiue nuptijs liberos procreauerit, à monaſteriorum cætu, Eccleſiarumque conuentibus eliminantur, in ergaſtulis retruduntur, in articulo mortis ſolius miſericordiæ intuitu eis per communionis gratiam ſubuenitur ad conſeruandam Eccleſiæ diſciplinam, & cæterorum terrorem, *c. impudica 27. quæſt. 1. & ibi gl. & Can.* In Abbatiſſa corruptio ſubſequens caſtigatur pœna priuationis, *Creſcent. deciſ. 9. de probat. per cap. impudicas. c. peruenit cap. omnes Fœminæ 27. quæſt. 1.*

De Religioſis domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiecta.

Titulus XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Religioſæ domus ſunt templa, monaſteria, Xenodochia, oratorium, authoritate epiſcopi ædificatum, collegia quæcunque.*

2 *Hoſpitale*

Digitized by Google

2 *Hoſpitale deputatum ad hoſpitalitatem authoritate Epiſcopi ſecus ſi ſit ædificatum ſine authoritate Epiſcopi de quo patronus ad libitum diſponit dum viuit.*

3 *Collegia quæcunq; ac confraternitates laicorum, eleemoſynæ, montis pietatis, pia loca omnia quomodocunque nuncupentur.*

4 *Subſunt epiſcopo in cuius diœceſi ſita ſunt quoad ius Epiſcopale.*

5 *Non ſubſunt Epiſcopo in temporalibus, videlicet vt de rebus temporalibus ſeu prouentibus earum poßit diſponere ad libitum, ſed vt ordinet ad vſum deſtinatum.*

6 *Hoſpitalium adminiſtrationes non tamen regularibus ſubiectos vbi viget regularis obſeruantia, Epiſcopus monitione præmiſſa ad hoſpitalitatis munus reipſa obeundum per cenſuras & alia iuris remedia compellit.*

7 *Ac etiam ipſorum hoſpitalium adminiſtratione perpetuo priuat.*

8 *Cogit adminiſtratores cæterorum piorum locorum vt ea quæ largitione fidelium ad certum vſum ſunt deſtinata ad illum vſum conuertant.*

9 *Si ad certarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec ibi ſimiles aut perpaucæ perſonæ reperiantur fructus illorum in alium pium vſum conuertit adhibitis duobus de capitulo per ipſum deligendis.*

10 *Viſitat omnia loca pia quomodocunque nuncupata.*

11 *Adminiſtratores piorum locorum ac Fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ ſingulis annis rationem ordinario reddere tenentur.*

VISVM eſt de ſtatu religioſorum; nunc dicen-
dum eſt de religioſis domibus, & capellis,
1 Religioſæ † domus ſunt, templa, monaſteria, *cap.*
quæ ſemel 19. *q.* 3. Xenodochia, *c. de xenodochijs hoc*
tit. oratorium auctoritate Epiſcopi ædificatum,
c. vnicuique cum c. ſeq. de conſecr. diſt. 1. Hoſpitale æ-
2 dificatum, vel deputatum † ad hoſpitalitatem au-
ctoritate Epiſcopi, *c. adhæc hoc tit. Greg.* 15. *deciſ.* 4.
num. xj. & 15. & 16. *Felin in c. de quarta à num.* 3. *vſ-*
que ad num. 18. *de præſcript.* quæ ex aliquibus ſignis
præſumitur traditis per Pan. in c. inter dilectos
numer. 8. & ſeq. de donat. & ibi Can. ac ad mun-
danos vſus reduci non poteſt, *d. c. adhæc*, idque re-
gulare eſt in omnibus conſecratis, & Deo dicatis,
c. ligna c. vaſa de conſecr. diſt. 1. ſecus ſi eſt ædificatũ
ſine auctoritate Epiſcopi, de quo patronus hoſpi-
talis ad libitum diſponit, *c. inter dilectos de donat. &*
ibi Collect. n. 8. *Pan. n.* 12. & dum viuit, ſublatis le-
ctis poteſt reducere ad temporalitatem, *d. c. adhæc*
& ibi Pan. num. 4. *& in d. c. de xenodochijs numer.* 3.
eo mortuo pertinet ad curam epiſcopi, vt pia de-
functi voluntas mandetur executioni, §. *ſi quis ad*
ædificationem, *& § ſi quis autem pro redemptione ca-*
ptiuorum. Auth. de eccl. tit. Pan. in d. c. de xenodochijs
num. 3. tum quia ex diſpoſitione iuris canonici, &
ex decretis Conc. Tridentini, Epiſcopus etiam
tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus eſt in caſi-
bus à iure conceſſis executor omnium piarum
diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quam
inter viuos, *cap. tua nobis de teſtam. c. epiſcopi ſeſſ.* 22.
etiamſi in fundatione priuati hoſpitalis cautum
ſit, quod Epiſcopus non ſe intromittat, *d. cap. tua*
nobis & ibi Can. licet aliter ſentiat Anthar. in d. c. ad-
hæc num. 5. verum id non tenetur epiſcopo in epi-
ſcopalibus reſpondere, nec gaudet priuilegijs
piæ domus, neque epiſcopo competit in eo inſti-
tutio, aut deſtitutio, *Bald. in auth. hoc ius porrectum*
num. xj. *C. de ſacroſ. eccleſ. Pan. in d. c. de xenodochijs*
ſub num. 3. *in fin. Anch. in d. c. adhæc num.* 3. quamuis
tenentium in eo hoſpitalitatem collegium ſit li-
citum, *Pan. in d. c. inter dilectos num.* 10. Præterea
cenſentur religioſæ domus † Collegia quæcum- 3
que, ac confraternitates laicorum, eleemoſynæ
montis pietatis, ſiue charitatis, pia omnia loca
quomodocumque nuncupentur, etiamſi cura
præfatorum locorum ad laicos pertineat, quæ ad
Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes
ſuſtentandos, captiuos redimendos, inſtituta
ſunt, *c. Ioannes de teſtam. l. pen. & fin. C. de ſacroſ. ec-*
cleſ. ac rectores hoſpitalium, ſimiliumque loco-
rum piorum, quando fundata ſunt auctoritate
Epiſcopi, nõ poſſunt conueniri in cauſis tangen-
tibus eadẽ loca, niſi in foro eccleſiaſtico, etiamſi
habeant vxorem, quia quæ religioſis adhærent
ſunt religioſa, *Rom. ſing.* 353. *l. quæ religioſis ff. de rei*
vendic. in perſona, & alijs rebus proprijs non gau-
dent priuilegio clericali, *pulchre Ant. de Butr. in c.* 2.
n. 6. *verſ. de hoſpitalarijs de for. comp.*

Subſunt religioſæ † domus illi Epiſcopo, in 4
cuius diœceſi ſita ſunt, *c. cum dilectus* §. *pen. hoc tit.*
c. cum Epiſcopus de off. ord. in 6. etiamſi authoritate
Papæ ſint vnitæ Eccleſiæ alterius diœceſis, *c. quia*
monaſterium hoc tit. quoad ius epiſcopale, *c. cum ve-*
nerabilis hoc tit. c. cum venerabilis de except. niſi ſint

priuilegio

priuilegio exemptionis munitæ , *d.c.cum dilectus.* aut præſcriptione , *d.c.cum dilectus c.auditu de præſcript.* vel Epiſcopis ius epiſcopale remiſerit pure, aut ſub annua certa reſponſione, vel cenſu; *c.conſtitutis hoc tit.* quia epiſcopus poteſt concedere priuilegia exemptionis , & legem iuriſdictionis remittere de conſenſu ſui capituli, *c.viſis 16.quæſt. 2. & ibi Archid. n. 4. & Can.d.c.cum venerabilis iuncto c.paſtoralis de donat.* quantumcumque generaliter eximat eccleſiam , ſemper retinet viſitationem, procurationem , correctionem & cathedraticum, *gl. in d.c. viſis in verb.tradita Rot.deciſ.2. de cenſib.in antiq. & diuerſ.deciſ.186.numer.2.part.1.* in eccleſia iam conſtructa,& ædificata, quia tunc agitur de amittendo iure quæſito; ſed epiſcopus in limine fundationis poteſt eccleſiam, aut alium pium locum liberare à viſitatione, ac ſupradictis iuribus in ſui, ac ſucceſſorum præiudicium, quia remittit ius quætendum, & forſan alias non fundaſſet, *c.cum dilectus §.dictus & ibi gloſſ. in verb.conſtitutum, & Can.de conſuet. Felin.in c.cum venerabilis ſub n.33. de except. Innoc. in c. in Lateranenſi ſub n.5. de præb. Pan.in c. nobis ſub num.5.de iurepatr. Roch.de Curt. de iurepatr. in gloſſ. ſuper verb. pro eo numer. 26. & ſeqq. Bald.in l.fin. §. vbi autem num. 6. in fin. C.de caduc. toll. licet Freder.de ſen. conſ.247. aliter ſentiat. Ang.de Peruſ. in l.teſtamenta C. de teſtam. fuſe diſtinguit.* Conceſſa ab Epiſcopo inferiori facultas corrigendi, carcerandi, & mulctandi, non intelligitur de correctione quæ fit in viſitatione ; ſed de ea, quæ fit in ordinaria cognitione cauſarum criminalium, *Rot. diuerſ. d.deciſ.186.num.3.part.1.gl. pen. in c. paſtoralis, & ibi Can.de donat. c.cum venerabilis de cenſib. Rot.deciſ. 2.de cenſib. in antiq.* quia materia eſt odioſa, & ſtricte intelligenda, in præiudicium Archidiaconi non poteſt iura aliqua eccleſiæ remittere, *c. 2. de exceſſ. prælat.* Non ſubſunt
5 præfatæ † domus Epiſcopo in temporalibus, videlicet, vt de rebus temporalibus, ſeu prouentibus earum poſſit diſponere ad libitum, ſeu in vſus ſuos conuertere , niſi alias probetur hoc ius competere Epiſcopo de iure ſpeciali, *d.c.cum venerabilis hoc tit. & ibi Pan. in princip.d. c.cum venerabilis de except. & ibi Panor. in 6. not.* ſed vt ordinet ad vſum deſtinatum, *Pan.in d.c. de xenodochijs nu.3.* etenim omnes, & ſinguli cuiuſcumque ordinis, & religionis , & dignitatis, etiamſi laici fuerint,
6 qui adminiſtrationem † hoſpitalium habent, nō tamen regularibus ſubiectis, vbi viget regularis obſeruantia , ſi ab eo moniti, hoſpitalitatis munus, adhibitis omnibus ad quæ tenentur, neceſſarijs reipſa obire ceſſauerint, non ſolum per cenſuras eccleſiaſticas , & alia iuris remedia ad id compellit, ſed etiam † hoſpitalis ipſius admini- 7
ſtratione perpetuo priuare poteſt, alijſque tunc eorum loco ab ijs, ad quos pertinet, ſubſtituuntur, *c. admonet §. itaque ſi prædicti ſeſſ. 25.c.curent ſeſſ. 7.* & nihilominus priuati ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgetur, in foro conſcientiæ tenentur, *d. c. admonet §. & prædicti ſeſſ. 25* Eadem ratione cogit † adminiſtratores cæterorum 8
piorum locorum, vt ea, quæ largitione fidelium ad certum vſum ſunt deſtinata, ad illum, & non ad alium vſum conuertant; *Clem. quia contingit de relig. domib. gloſſ.1. in c. 3 de appell. & ibi Can. l. 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & ibi DD.* aut ſi loca † pia, 9
vel hoſpitalia ad certarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec ibi ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, fructus illorum in alium pium vſum, qui illorum inſtitutioni proximior ſit, aut pro loco, aut tempore vtilior, conuertit adhibitis duobus de capitulo , qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum diligendis, niſi aliter forte etiam in hunc caſum in eorum fundatione, & inſtitutione fuerit expreſſum, *d. c. admonet §. quod ſi hoſpitalia ſeſſ. 25.* Præterea ex decretis Conc. Tridentini Epiſcopus tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus in caſibus à iure expreſſis omnium piarum diſpoſitionum , tam in vltima voluntate, quam inter viuos eſt executor, vt ſupra dictum eſt, habet ius † viſitandi hoſpitalia, collegia quæ- 10
cumque, ac confraternitates laicorum , non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia , eleemoſynas montis pietatis, & pia loca omnia quomodocumq; nuncupata, etiamſi dictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem ſint exemptionis priuilegio munita, non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto, *c. epiſcopi ſeſſ. 22.* ac tenentur adminiſtratores tam laici, quam † eccleſiaſtici dictorum locorum pio- 11
rum , ac fabricæ cuiuſuis eccleſiæ, etiam cathedralis ſingulis annis, etiam non requiſiti offerre, *Clem. quia contingit §. illi etiam, & ibi gl. in verb. ſingulis annis & Zab. num.3. hoc tit.* & reddere rationem adminiſtrationis ordinario, conſuetudini-

bus,

Digitized by Google

bus, & priuilegijs quibuſcumque in contrarium ſublaris, niſi ſecus forte in ordinarione, & inſtitutione loci pij cautum ſit; quod ſi ex priuilegio, aut conſuetudine, aut ex conſtitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda ſit, tunc cum ijs adhibendus eſt ordinarius, & aliter factæ liberationes adminiſtratoribus minime ſuffragantur, *c. adminiſtratores ſeſſ. 22. c. admonet ſeſſ. 25. c. fin. ſeſſ. 7. quod innouat Clem. quia contingit hoc tit.* non offerentes ſingulis annis rationes peccant, tamen non ex hoc ſunt puniendi, ſed puniri poſſunt, ſi requiſiti non reddant, *Zab. in d. Clem. cum contingat §. illi num. 3. & ibi Can. Collect. in c. potuit num. 52. & 53. de locat.*

De Capellis monachorum, & aliorum religioſorum.

Titulus XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Capella ad religioſos Epiſcopis ſubditos pertinere poſſunt primo ex fundatione ipſorum religioſorum & habent in eis omnia temporalia Epiſcopus vero omnia ſpiritualia.*

2 *Secundo, ex donatione laici etiam facta ſine conſenſu Epiſcopi & religioſi tantummodo obtinent iuſpatronatus.*

3 *Tertio, ex donatione Epiſcopi facta de conſenſu capituli cathedralis Eccleſiæ, quæ ſi facta eſt ſub certa forma non habent plus iuris in Capellis quã in donatione expreſſum eſt.*

4 *Si donauit vtroque iure vel pleno iure tunc habebunt temporalia & ſpiritualia.*

5 *Sed non poſſunt religioſi conuertere fructus in vſus proprios ſicut Epiſcopus qui habet Eccleſiam pleno iure ſubiectam non capit fructus pro vtilitate proprios.*

6 *Si donauit capellas religioſis pleno iure in vſus ſuos conuertendas poteſt abbas, ſuſtentatione clericis ibidem deſeruientibus ad vita neceſſaria reſeruata reliquos fructus ſibi & religioſis retinere.*

7 *Si Epiſcopus ſimpliciter donauit tunc illam portionem contuliſſe videtur quam in eadem temporaliter percipere conſueuit & ſi nihil tale percipiebat tunc videtur donaſſe id quod iure ſpirituali percipiebat in ipſa præter curam populi cathedraticum, viſitationem, procurationem, & correctionem.*

8 *Quarto, poſſunt Capella ad religioſos pertinere præſcriptionem intercedente.*

9 *Quinto, ex priuilegio vel conceſſione apoſtolica cuius tenor inſpiciendus & ſeruandus eſt & ſi ex priuilegio ad religioſos pertineat pleno iure quoad ſpiritualia & temporalia Epiſcopus in eis nihil poteſt attendare.*

10 *Limita vno modo.*

11 *Capellæ pertinent ad religioſos per vnionem.*

12 *In exemptis monaſterijs & eorum Capellis quod principi placet legis habet vigorem.*

13 *Si epiſcopus monaſterio exempto cum Capellis habitis & habendis concedit Eccleſiam, ea pleniſſimo iure pertinet ad monaſterium etiam quoad correctionem exceſſuum excepta cura populi.*

NVNC in ſpecie tractat de Capellis, † quæ 1
pluribus modis poſſunt ad religioſos Epiſ-
copis ſubditos pertinere. Primo, ex fundatione
ipſorum religioſorum, & habent in eis omnia
temporalia, etiamſi alius Eccleſiam dotaſſet, quia
quicquid illi Eccleſiæ confertur, datur etiam
monaſteria: Epiſcopus vero omnia habet ſpiri-
tualia, & ſi ſit parochialis Eccleſia, curam com-
mittit de conſenſu abbatis, *c. ſane & ibi gloſſ. 1. &*
marg. & c. fin. 16. quæſt. 2. Anch. in d. c. de monachis nu.
8. & 9. de præb. Secundo, ex † donatione laici, 2
Pan. in c. illud ſub n 2 & 3. de iurepatr. quæ pulchre di-
ſtinguit. etiam facta ſine conſenſu Epiſcopi, &
religioſi tantummodo obtinent iuſpatronatus,
c. cum ſæculum de iurepatr. c. 1. eodem in 6. quod aſſu-
mit naturam iurispatronatus eccleſiaſtici, qui
poſſunt exigere rationem de temporalibus, &
habent cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, *Pan. in cap.*
de monachis n. 6. de præb. & ſex menſes ad præſen-
tandum, *c. vnico §. fin. de iurepatr. in 6.* Ex arbitrio
vero ſolius Epiſcopi in vtroque præmiſſo caſu
tam ordinatio presbyteri, quam eius depoſitio,
& totius vitæ pendet conuerſatio, *c. 1. hoc tit. c. 1.*
hoc tit. in 6. & eſt perpetuus quocumque ſtatuto,
& conſuetudine non obſtante, nec poteſt ab ea-
dem eccleſia niſi per Epiſcopum, & ex cauſa ra-
tionabili amoueri, *c. 1. hoc tit. in 6. & ibi gl. fin. &*
Ioan. Andr. & Can. Tertio, ex donatione † epiſco- 3
pi de conſenſu capituli cathedralis Eccleſiæ,
Clem. ſi vna de reb. eccl. alien. c. paſtoralis de donat. quæ
ſi facta ſit ſub certa forma, non habent plus iuris

in Capellis , quam in donatione expreſſum eſt,
4 *c. conſtitutus de relig. domib.* ſi donauit † vtroque
iure, ſiue pleno iure, *c. cum & plantare §. in Eccleſiis, & ibi gl. in verb. plantare, & Pan. in c. quoniam nu. 3. de priuil.* tunc habebunt ſpiritualia, & temporalia, *c. viſis, §. conſilio itaque & ibi gloſſ. in verb. tradita 16. quaſt.* 2. in ſpiritualibus habebit abbas poteſtatẽ inſtituendi vicarium , eumque deſtituendi ob malam adminiſtrationem , vel ſimilem cauſam cum cauſæ cognitione , & alia iuriſdictionalia exercendi, *Pan. in c. quoniam num. 3. de priuil.* non audiet cauſam criminalem ſacerdotis, nec propter crimen eum amouebit, ſed inquiret, vt Epiſcopo referat, *Archid. in d. c. viſis in gl. ſuper verb. præſumpſerint.* quia abbas, & minores iudices cauſas criminales clericorum non poſſunt diffinire, *dictum eſt ſupra de off. ord.* de temporalibus poterit exigere rationem , ſicut patronus Eccleſiaſticus, *Pan. in d. c. paſtoralis n. 9. de priuil. Inn. in c. cum ad ſedem ſub n. 5. de reſt. ſpol. Anch. in d. c. de monachis n. 7.*
5 *de præb.* non poſſunt religioſi † conuertere fructus in vſus proprios, ſicut Epiſcopus, qui habet Eccleſiam pleno iure ſubiectam , non capit fructus pro vtilitate propria, *c. ad aures de exceſſ. præl. Clem. 1. & ibi gl. in verb. ad menſam eod. tit. & ibi Pan. num. 17. in fin. Clem. quia regulares, de ſuppl. negl. præl. Late Felin. in c. auditis n. 4. & ſeqq. de præſcript. Pan. in d. c. paſtoralis n. 9. & in c. quoniam numer. 3. de priuileg.* vel pleno iure dicuntur conceſſæ Capellæ, quando conceduntur quoad legem iuriſdictionis, & quoad legem diœceſanam, *de quibus notatur in c. dilectus de off. ordin. & c. 1. de ſtat. monach.* vel vt habeant in eis iura Epiſcopalia, quæ ſunt tantum iuriſdictionis, præter curam populi, viſitationem, correctionem , procurationem, & cathedraticum, quæ in generali conceſſione non veniunt, *Vital. in Clem. 1. num. 85. & 86. & ſeqq. de exceſſ. præl. c. cum venerabilis de cenſib. d. c. viſis, & ibi gl. in verb. tradita verſ. ſed nunquid, dictum eſt ſupra tit. proximo.* non ea quæ ſunt ordinis , quorum abbas non eſt capax , *Pan. in d. c. quoniam n. 3. de priuil. Anchar. in d. c. de monachis n. 7. de præben. gloſſ. mag. 16. quaſt. 2.*
6 *in ſumm.* Si donauerit † Capellas religioſis pleno iure in ſuos vſus conuertendas , poteſt Abbas ſuſtentatione clericis ibidem deſeruientibus ad vitæ neceſſaria reſeruata, reliquos fructus ſibi & religioſis retinere, *c. paſtoralis de his, quæ fi. à præl. & c. Anch. in c. 1. circa fin. de præb. in 6.* nec habent locum iura prohibentia veterum cenſum augeri, aut nouum imponi, *c. ſignificauit de cenſib.* cum omnia ſpectent ad Prælatum , & poſſit fructus vendere, & locare , *Zab. in Clem. vnica § præſentatos num. 5. de exceſſ. prælat.* & monaſterium intelligitur prælatus Eccleſiæ, teneturque illam Eccleſiam conſeruare in ſtatu priſtino: vnde ſi Eccleſia erat collegiata, debet ibi ſeruari collegium, ſi ſolet inſtitui vnus rector, ponet Vicarium ibi, & ſi Eccleſia ſit parochialis, cui cura populi imminet, non poteſt deputare aliquem ad dictam curam, niſi de conſenſu , & præuio Epiſcopi examine, quia nunquam venit cura, niſi exprimatur, *Vital. in Clem. 1. n. 85. in fin. de exceſſ. præl. Pan. in c. paſtoralis n. 6. & 7. de priuil. Anch. in d. c. de monachis numer. 5. & 6. de præb. & concordat. Concil. Triden. c. in monaſteriis ſeſſ. 25.* & ipſum propter malam adminiſtrationem poterit remouere, *c. dilecta, & ibi Pan. nu. 2. de maior. & obid. c. cum & plantare §. in eccleſiis, & ibi gloſſ. in verb. pleno iure, verſ. ſed cum pleno de priuil. & ibi Can.* ſi vero criminaliter accuſatur, per Epiſcopum audietur: *c. viſis 16. q. 2. Anch. in c. de monachis ſub num. 7. de præb. & ibi Can.* Eccleſia vero donata in proprios vſus retinet actiones, & iura ſua , quæ non tranſeunt in monaſterium , cui eſt facta donatio, ita quod poſſint pro debitis monaſterij inquietari, immo creditores eccleſiæ ſic donatæ poterunt petere ſeparationem bonorum monaſterij, *Anch. in d. c. 1. in fin. de præb. in 6.* Quod
ſi Epiſcopus † ſimpliciter donauit, tunc illam 7
portionem contuliſſe videtur , quam in eadem temporaliter percipere conſueuit, forte aliquid tempore dedicationis impoſitum , etſi nihil tale percipiebat, tunc videtur donaſſe omne id, quod ſpirituali iure percipiebat in ipſa præter curam populi, *Vital. in d. Clem. 1. num. 85. & ſeqq. de exceſſ. præl.* Cathedraticum , viſitationem, procurationem, & correctionem, *c. paſtoralis de donat. & ibi Can. c. viſis & ibi gloſſ. in verb. tradita verſ. ſed nunquid 16. q. 2.* Quarto poſſunt † eccleſiæ ſiue Ca- 8
pellæ pertinere ad religioſos præſcriptione, intercedente titulo , vel tanti temporis interuallo, quod eius initij non ſit memoria, cum talis præſcriptio ſit contra ius, *Pan. in d. Clem. vnica poſt glo. in verb. ad menſam ſub numer. 17. de exceſſ. prelat. & Can. Anchar. numer. 16. Zab. ibidem in §. præſentatis*
num. 3. Quinto ex † priuilegio, vel conceſſione 9
Apoſtolica, *c. paſtoralis de priuileg.* cuius tenor inſpiciendus, & ſeruandus eſt, *c. porro de priuileg. c. ad audientiam de decim.* quod ſi ex priuilegio ad religioſos

ligioſos pertineant pleno iure quoad tempora-
lia, & ſpiritualia, Epiſcopus in eis nihil poteſt at-
tentare, ſed inſtitutio, & deſtitutio ad ipſos per-
tinet, habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,
*c. cum & plantare §. in eccleſiis, & ibi gloſſ. in verb. ple-
no iure, & in c. quoniam de priuil. Pan. in c. ſicut vnire
in fin. n. 3. de exceſſ. præl.* poſſunt abſoluere excom-
municatos in caſibus in quibus poteſt epiſcopus,
etiamſi monaſterium, & religioſi non ſint exem-
pti, *Pan. in c. ſtatuimus num. 4. in fin. de tranſact. con-*
10 *tra Hoſtien. ibidem alleg.* Limita primo † quia in
monaſterijs virorum, ſeu mulierum, quibus im-
minet cura perſonarum ſæcularium, præter eas,
quæ ſunt de monaſterio, vel illorum familia, per-
ſonæ tam regulares, quam ſæculares huiuſmodi
curam exercentes ſubſunt immediate in ijs, quæ
ad curam pertinent iuriſdictioni epiſcopali, in
cuius diœceſi ſita ſunt, nec ibi aliqui etiam ad nu-
tum amouibiles deputari poſſunt, niſi de conſen-
ſu, & præuio per epiſcopum examine; exceptis
monaſterijs in quibus abbates generales, aut or-
dinum capita ſedem ordinariam principalem ha-
bent, atque alijs, in quibus abbates, aut alij regu-
larium ſuperiores iuriſdictionem epiſcopalem,
& temporalem in parochos aut parochianos ex-
ercent, ſaluo epiſcoporum iure, qui maiorem in
præfata loca, vel perſonas iuriſdictionem exer-
cent, *c. in monaſterijs ſeſſ. 25.* quod decretum etiam
monaſteria exempta, & priuilegiata comprehen-
dit, ſed non videtur comprehendere monaſteria,
& loca nullius diœceſis, quia illa non ſunt ſita in
diœceſi, nec ſunt de diœceſi, ſed ſeparatum terri-
torium, *Felin. in c. graue nu. 2. de off. ord. Rot. diuerſ.
deciſ. 207. numer. 2. & ſeqq. & in fin. part. 2.* Sexto
11 Capellæ † ad religioſos pertinent per vnionem
illis, aut eorum menſis auctoritate Apoſtolica,
vel epiſcopali factam, *Clem. ſi vna de reb. eccl. alien.
& c. dictum eſt ſupra tit. de preb. & c. §. quintus modus*
12 *prouiſium.* In exemptis † monaſterijs, & eorum
Capellis, quod principi placet, legis habet vigo-
rem: *gloſſ. in ſumma 16. q. 2. dicetur inferius in titul. de*
13 *priuileg.* ſi Epiſcopus † monaſterio exempto cum
Capellis habitis, & habendis concedit eccleſiam,
ea pleniſſimo iure peruenit ad monaſterium, et-
iam quoad correctionem exceſſuum, excepta cu-
ra populi ex antedictis, & ſecluſa viſitatione;
maxime ſi abbas ſit negligens: tamen abbas
non deponet aliquem, nec ſuſpendet in per-
petuum, niſi hoc haberet ex aliquo priuilegio, *c.
viſis & ibi gl. in verb. tradita 16. q. 2. & Archid. nu. 3.
in verb. pleno iure.*

De Iurepatronatus.

Titulus XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iuſpatronatus eſt ius ſpirituali annexum, honorificum, oneroſum & vtile competens alicui in Eccleſia.*

2 *Acquiritur multis modis primo ex voluntaria non coacta fundatione.*

3 *Conſtructione.*

4 *Readificationem pœnitus diruta Eccleſia ita vt noua indigeat conſecratione.*

5 *Congrua dotatione Eccleſia conſtructa conſecrata indotate.*

6 *Ad Capellam in Eccleſia patronata præſentatio ſpectat ad ipſius Eccleſia patronum niſi alius Capellam dotauerit, qui efficitur compatronus.*

7 *Priuilegio apoſtolico.*

8 *Præſcriptione quadragenaria non quidem contra Eccleſiam liberam ſed ſi Eccleſia habet patronum tunc poteſt alius contra patronum præſcribere iuſpatronatus.*

9 *Conſuetudine.*

10 *Non acquiritur ex ſimplici donatione largitione vel legato bonorum.*

11 *Ex augmento dotis.*

12 *Ex redotatione de nouo facto.*

13 *Ex priuilegio & gratioſa conceſſione Epiſcopi.*

14 *Iuſpatronatus eſt triplex, Eccleſiaſticum.*

15 *Laicale.*

16 *Mixtum.*

17 *Patronis non competit collatio aut diſpoſitio Eccleſia ſeu beneficij in quo habent iuſpatronatus ſed ius præſentandi actu clericum præſentem Epiſcopo ad eccleſiam ſeu beneficiũ vacans per ipſum in eo reſtituendum.*

18 *Præſentatum à patrono an epiſcopus poſſit inſtituere extra diœceſim.*

19 *Præſentatio debet fieri realiter & cum effectu ſuperiori.*

20 *Poteſt fieri per literas ſeu Inſtrumentum publicum.*

21 *Infra quatuor menſes ſi patronus eſt laicus licet ſuperior tamen non admittat.*

22 *Per negligentiam patroni deuoluitur poteſtas ad inferiorem prælatum Epiſcopo ad quem pertinet ius inſtituendi iure ſpeciali vel ad Epiſcopum qui habet ſex mēſes à die deuolutionis ad conferendū*

23 *Patronus laicus poteſt plures ſimul præſentare ac etiam ex interuallo accumulatiue poteſt variare ſemel tantum.*

24 *Ex pluribus præſentatis poteſt epiſcopus vni gratificari omnibus exiſtentibus paribus, alias potior eſt præferendus.*

25 *Præſentato poſt acceptationem quæritur ius ad beneficium quando vnus eſt præſentatus.*

26 *Quid iuris eſt ſi Deo pluresue ſint præſentati.*

27. *In conuentuali eccleſia electioni prælati facta, patroni laici poſtulatur aſſenſus.*

28 *Patronus laicus poteſt inquirere de ſtatu Eccleſiæ & vita clericorum extraiudicialiter &c.*

29 *Se opponere, ne noua alienationes fiant.*

30 *Debetur ei honor proceſſionis & ſi ad inopiam vergat ab Eccleſia ei modeſte ſuccurritur.*

31 *Habet ius defendendi Eccleſiam non vacantem.*

32 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra fundationem aut eam immutare ſine conſenſu patroni.*

33 *Summus pontifex iuri patronatus laicorum poteſt derogare, ſed non ſolet in totum derogare.*

34 *Pro medietate ſolet ei derogare.*

35 *Certis caſibus, hic annotatis Papa derogat in totum.*

36 *Certis caſibus, mentio iuriſpatronatus non eſt neceſſaria in prouiſione Papæ.*

37 *Legatus à latere non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad præſentationem laici.*

38 *Beneficia iuriſpatronatus laicorum non comprehenduntur ſub regulis reſeruatorijs aut ſub generali reſeruatione beneficiorum.*

39 *Excipe ſi iuſpatronatus competit laicis ex priuilegio apoſtolico aut præſcriptione vel conſuetudine.*

40 *Patronus eccleſiaſticus præſentat vnum infra ſex menſes nec poteſt plures præſentare ſimul aut ex interuallo.*

41 *Cuſtodia Eccleſiarum vacantium pertinet ad eum Excepta cuſtodia parochialis Eccleſiæ vacantis.*

42 *Præſentatus debet ei rationem reddere adminiſtrationis temporalium.*

43 *Si imponitur collecta Epiſcopo de per ſe & patronis clericis de per ſe, clerici eccleſiæ patronatæ, contribuent cum patronis.*

44 *Præſentans non idoneum priuatur ea vice.*

45 *Summus Pontifex & legatus à latere ſuo iure conferunt beneficia iuriſpatronatus eccleſiaſtici.*

46 *Comprahenduntur ſub generali reſeruatione & ſub regulis reſeruatorijs.*

47 *Iuripatronatus mixto derogatur in totum, de eo debet fieri mentio, beneficia huiuſmodi non comprahenduntur ſub regulis reſeruatorijs aut generali reſeruatione, & legatus à latere non confert.*

48 *Præſentatione à laico infra quadrimeſtre, aut à clerico infra ſex menſes facta ſi Epiſcopus vel alius habens inſtituere infra ſex menſes non inſtituat quid iuris ſit.*

49 *Patroni ſiue laici ſiue clerici non poſſunt ſeipſos præſentare ad vacantem Eccleſiam nec immediate per ſe nec mediante procuratore conſtituto poſtquam beneficium vacauit.*

50 *Limitatur dicta regula tribus modis.*

51 *Collatio ordinarij infra tempus ad præſentandum à iure conceſſum valida eſt ſi patroni infra dictum tempus non contradicant.*

Si contradixerint eſt nulla ipſo iure.

52 *Collatio Papæ cum narratiua quod beneficium ſit iuriſpatronatus laici ſi non ſit obtenta derogatio vel obtenta ſit, ſed inualida non valet nec reconualeſcit ſi patronus intra tempus non præſentat.*

53 *Patroni plures quando ipſi habent præſentare vt collegium debent omnes conuenire & vocari ad actum præſentationis.*

54 *Quando præſentant vt ſinguli poteſt quiuque per ſe præſentare, vel aliqui eorum alijs non vocatis.*

55 *Si vnus ex pluribus patronis præſentauerit, valet præſentatio quando veniunt ex eodem iure, ſecus ſi veniunt ex diuerſo iure.*

56 *Ex pluribus hæredibus vnius patroni qui habent vnam vocem quilibet iſtius vocis habet vnam partem & ſuum votum diuiſum poteſt exprimere.*

57 *Patronis diſcordantibus ille præficitur ſi ſit idoneus qui plurium patronorū voces habuerit aut ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poteſt Epiſcopus ordinat Eccleſiam.*

58 *Patronatæ Eccleſiæ ordinatio & inſtitutio ſi propter litem & controuerſiam differatur ſeruanda eſt diſtinctio hic annotata.*

59 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur ex vnico actu præſentationis & inſtitutionis cum bona*

fide qua

Digitized by Google

ſide qua ſortita fuerint ſuum effectum.

60 *Iuſpatronatus antiquum difficillimum eſt probatu.*

61 *Concilium Tridentinum derogat titulo priuilegij præſcriptionis conſuetudinis & alterius cuiuſcunque conceſſionis, ac etiam profeſſioni cuiuſcunque iuriſpatronatus aliter acquiſiti quam ex fundatione conſtructione, dotatione ideo & vel quaſi poſſeſſio poßit ſuffragari & docendum de legitimo titulo tam in petitorio quam in poſſeſſorio etiam manutenſionis & ſpolij niſi ordinarius cauſa cognita ſemel approbauerit iuſpatronatus & inſtituit præſentatum.*

62 *Iuſpatronatus antiquum quomodo probetur.*

63 *Dato ſtatu iuriſpatronatus beneficij præſumitur ex fundatione ſeu dotatione etiam in parochianis & alijs magnatibus potentibus per tempus immemorabile.*

64 *Concilium Tridentinum in perſonis familia potentibus ac vniuerſitatibus etiam paruis vltra probationem immemorabilis requirit aliã probationis ſpeciem per ſcripturas authenticas de continuatis præſentationibus per ſpatium quinquaginta annorum quæ omnes ſortitæ fuerunt effectum.*

65 *Obtentorum expreßio non eſt neceſſaria in præſentatione & inſtitutione.*

66 *Præſentati à patronis inſtitutio non debet fieri iuxta diſpoſitionem c. fin. de elect. in 6.*

67 *A patronis nominatus ſi ante præſentationem aut etiam præſentatus ſi ante Inſtitutionem tanquam beneficiatus accipit poſſeſſionem vel adminiſtrat in diuinis incidit in pœnam c. auaritia de elect. in 6.*

68 *Iuriſpatronatus cauſa eſt profana ad effectum concedendi remiſſoriam in prima inſtantia, extra hunc caſum eſt connexa ſpiritualibus cauſis.*

69 *Iuſpatronatus transfertur ſucceßione.*

70 *Si plures ſint heredes, eſt apud quemlibet in ſolidum licet ſint hæredes pro inæqualibus quotis, quoad quemlibet eius effectum præter ſacerdotis præſentationem quæ eſt apud omnes pro parte.*

71 *Non poteſt diuidi inter heredes neque vni heredem adiudicari.*

72 *Poſſunt liberè ſine Epiſcopi authoritate conuenire ve alterius vicibus præſentent.*

73 *Si adhæret caſtro, villo, aut comitatui, tranſit in heredem abſque alia corporali apprehenſione.*

74 *Secundo, transfertur donatione.*

75 *Tertio, permutatione.*

76 *Quarto, transfertur cum vniuerſitati ſine authoritate Epiſcopi cuius vel plenum vel vtile tranſit dominium quando talis eſt res quæ ſine expreſſione ſigni vniuerſalis vniuerſitatem in ſe continet.*

77 *Decima & alia iura ſpiritualia non tranſeunt cum vniuerſitate niſi talis ſit quæ in ſe habet & temporalia & ſpiritualia iura.*

78 *Patronus quibus modis priuetur iurepatronatus.*

IN præbendis, dignitatibus, & Capellis ſæpius
fit inſtitutio ad præſentationem patroni; ideo
tractandum eſt de iurepatronatus, quod eſt † ius 1
ſpirituali annexum, *Pan. in c. quantum num. 3. in fin.*
& numer. 4. de iudic. c. de iure hoc tit. honorificum,
oneroſum, & vtile competens alicui in eccleſia,
Pan. in rub. huius tit. & Can. communiter, vt patebit
ex infra dicendis, acquiritur † multis modis; ex 2
voluntarijs, non coactis, *Lambert. de iuripatr. 6. &*
7. art. 4. part. princip. 1. part. lib. 1. arg. l. nam quod §.
qui compulſus ff. ad Trebell. fundatione eccleſiæ,
quia fundum ad eam ædificandum dedit; *c. nobis*
§. fin. hoc tit. c. abbatem el 2. 18. q. 2. piæ mentis, & cap.
ſeq. 16. qu. 7. & constructione † eccleſiæ abſque 3
dotatione; *c. monaſterium 16. qu. 7. c. nobis in princ.*
hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 331. in fin. part. 2. & reædificatione
† penitus dirutæ eccleſiæ; ita vt noua in- 4
digeat conſecratione: *gloſſ. 1. in c. 3. hoc tit. Roch. de*
Curt. de iurepatr. in verb. conſtruxit numer. 12. Rot. diuerſ.
deciſ. 178. part. 1. & deciſ. 269. numer. 2. part. 2.
nam ius quæſitum ex ſola conſtructione eccleſiæ
perditur, ſi eccleſia ruat, & primus conſtructor
deſinit eſſe patronus: *l. quid tamẽ ff. quib. mod. vſufr.*
amitt. Pan. in c. quoniam num. xj. poſt gl. hoc tit. & ibi
Can. & congrua † dotatione eccleſiæ conſtructæ, 5
& conſecratæ, & indoratæ, *Pan. in c. quoniam nu.*
xj. hoc tit. & ibi Can. Roch. de Curt. de iurepat. in verb.
& dotauit in 2. quæſt. Rot. diuerſ. deciſ. 528. numer. 2.
part. 1. quando non poteſt haberi recurſus contra
eum monitum, & requiſitum, qui eccleſiam
conſtruxit, vel conſecrari fecit: *Pan. in c. ad audientiam*
el 1. num. 5. de eccleſ. ædif. vel repar. c. cum ſicut de
conſecr. eccl. vel alt. & iurib. proxime alleg. late Garc.
de benef. part. 5. cap. 9. à num. 36. vſque ad num. 71. requiritur
conſenſus Epiſcopi pro eccleſia fundanda,
conſtruenda, reædificanda, dotanda, & ſine
eo non quæritur iuſpatronatus, *Pan. in c. cum olim*
2. ſub num. 9. de priuil. c. nobis in princ. hoc tit. Garc.
de benef. part. 5. cap. 9. num. 71. & ſeqq. ſed alius Epi-
ſcopi con-

Digitized by Google

ſcopi conſenſus non requiritur ſuper iurepatronatus, *cap. nemo 1. de conſecr. diſt. 1. & c. nobis, & ibi Can. hoc tit. c. frigentius c. filius 16. q. 7. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in antiq. & diuerſ. deciſ. 222. num. 3. part. 1. & deciſ.*
6 *85. per totam part. 2.* Præſentatio † ad Capellam in eccleſia patronata ſpectat ad patronum ipſius eccleſiæ, *Felin. in c. cum venerabilis nu. 38. de except. Rot. deciſ. 15. & deciſ. 16. hoc tit. in antiq.* niſi alius Capellam, vel altare exiſtens in eccleſia dotauerit, qui efficitur compatronus, *late Pariſ. conſ. 55. vol. 4. Pan. in c. ad audientiam el 1. numer. xj. de eccleſ. ædif. Pan. in c. cum eccleſia vulterana num. 8. in fin. de elect. Fel. in c. cum venerabilis ſub num. 8. verſ. adde de except.* ex eadem, vel diuerſa cauſa plures poſſunt eodem tempore eſſe patroni eiuſdem eccleſiæ, vel beneficij: *Pan. in c. quoniam ſub num. xj. hoc tit.*
7 Præterea acquiritur iuspatronatus ex † priuilegio Apoſtolico, quod nemo, niſi eccleſiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, ſeu iam erectam, quæ ſine ſufficiēti dote fuerit, de ſuis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, impetrare aut obtinere poteſt aut debet, & reſeruanda eſt in caſu fundationis, aut dotationis inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori; *c. nemo ſeſſ. 14. c. piæ mentis, & c. ſeq. 16. q. 7.* ex aſſignatione ratæ decimarum pro congrua non acquiritur iuspatronatus, quia neceſſitas reſtitutionis eccleſiæ parochiali, quæ ad ipſam ſpectabant, excludit omnem liberalitatem, *l. rem legatam in fin. ff. de adim. leg. ſi ſeruo ff. de hered. inſtit. Greg. 15. deciſ. 397.* Patronatus ex priuilegio tantum ſunt ſublati, nec non facultates, & priuilegia nominandi, eligendi, præſentandi ad beneficia cum vacant. exceptis patronatibus ſuper cathedralibus eccleſijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatores, & Reges, aliosque ſublimes, ac ſupremos principes pertinent, & quæ in fauorem ſtudiorum generalium ſunt conceſſa: *c. ſicuti §. reliqui ſeſſ. 25. Garc. de benef. cap. 9. part. 5. num. 115. & ſeqq. vſque ad num. 122. Greg. 15. deciſ. 397. numer. 3. & ibi late annot. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 18. numer. 19. & plur.*
8 *ſeqq.* Item acquiritur præſcriptione † quadragenaria, non quidem contra eccleſiam liberam, ſed ſi eccleſia habet patronum, laicum, *Pan. poſt Ioan. Andr. in c. querelam num. 9. de elect.* atteſtans ita ſeruari in practica, *licet ipſe aliter ſentiat. Rot. diuerſ. deciſ. 229. & 407. num. 1. part. 1. Lambert. de iurepatr. art. 5. xj. q. princ. 2. part. lib. 1.* ſiue eccleſiaſticum, aut eccleſiam, & laicum in communi; *Lambert. de iurepatr. art. 6. xj. q. princ. 2. part. lib. 1.* tunc poteſt laicus contra patronum præſcribere iuspatronatus; ac † conſuetudine, *c. dilectus & ibi Pan. num. 3.* 9
& Can. de off. ord. quale etiam iuspatronatus per Conc. Tridentinum eſt ſublatum: *c. 9. §. reliqui ſeſſ. 25. Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter. gl. 18. num. 18. vſque ad num. 32.* ex ſimplici † donatione, 10
largitione, vel legato bonorum non acquiritur iuspatronatus, niſi donatio, legatum, vel largitio bonorum expreſſe fiat pro dote, *Pan. in c. quoniam num. 10. hoc tit.* & hæres legantis acquirit iuspatronatus, ſi legatum ſponte ſoluit, ſi cogatur à iudice non habet iuspatronatus: *Rot. diuerſ. dec. 167. part. 2. plures cumulans Lambert. de iurepatr. part. 1. q. 4. art. 7. lib. 1. Paul. de Cittadin. de iurepatr. cauſ. 1. q. 22. num. 55.* ex augmento † dotis non acquiri- 11
tur iuspatronatus, *Lambert. de iurepatr. 2. art. 6. q. princ. 1. part. libr. 1. Roch. de Curt. in verb. & dotauit q. 3. de iurepatr. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 122. vſque ad num. 128.* ideo iuspatronatus ex augmento dicitur iuspatronatus ex priuilegio, ex cauſa oneroſa conceſſo, *Card. Seraph. deciſ. 518. Rot. Farin. deciſ. 58. part. 1. num. 5. & 6.* quod non cadit ſub reuocatione Conc. Tridentini, *Card. Seraph. deciſ. 499. in fin. Gabr. conſ. 195. vol. 1.* quia Concilium ſubijcit examini, & remiſſioni ordinarij iuspatronatus conceſſum ex augmento à 40. annis citra: *c. ſicuti §. ſimiliter ſeſſ. 25. Greg. 15. deciſ. 397. in fin. & ibi late annot. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. nu. 120. &*
ſeqq. ex redotatione † de nouo facta non acqui- 12
ritur iuspatronatus, niſi doceat redotans primam dotam fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe, *Zab. in c. quoniam contra in 1. quæſt. hoc tit. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 18. ſub numer. 53.* ac Staphyl. *in tract. de litt. grat. tit. de mod. & form. impetr. §. de iurispatronatus prærogatiua ſub num. 3.* dicit, quod Epiſcopus ſeu alius inferior prælatus citra Papam non poteſt concedere laico iuspatronatus in eccleſia conſecrata, neque Capella, quia eſſet imponere ſeruitutem rei ſacræ, quod eſt prohibitum: *l. ſeruitutes §. fin. ff. de ſeruit.* ex priuilegio † ve- 13
ro, & gratioſa conceſſione Epiſcopi nullo modo acquiritur iuspatronatus, *c. 2. de reb. eccl. alien. vel non in 6. Roch. de Curte de iurepatr. in verb. pro eo quod de diœceſani conſenſu numer. 34. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 128. & ſeqq.*

Ius patronatus eſt † triplex, Eccleſiaſticum, 14
quando clericus habet illud nomine eccleſiæ ſuæ,

Digitized by Google

ſuæ, *Pan. in c. eam te in fin. hoc tit. c. fin. §. 1. & 2. de præb. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 18. num. 2. vſque ad num.* 18. ſeu quando ipſa eccleſia, vel Collegium religioſum, *d. c. fin. de præben. in 6. c. cum autem hoc tit.* etiam beguinarum habet iuspatronatus, *c. vnico §. fin. hoc titul. in 6. Rot. deciſ. 8. hoc tit. in antiq.* vel quando præſentat clericus. *d. c. fin. de præb. in 6. & ibi not.* vel quando eccleſia fundata, dotata, aut constructa eſt ex redditibus, aut bonis eccleſiaſticis, *c. 3. de eccl. ædif. c. Apoſtolicos, & ibi gl. pen. & Can. 12. q. 2. Felin. in c. cum venerabilis*

15 *ſub num. 37. verſ. 3. caſus de except.* Laicale, † quando laicus, vel clericus nomine ſui patrimonij eccleſiam fundauit, conſtruxit, dotauit, *c. cum dilectus §. nos igitur attendentes hoc tit. & ibi Can. Clem. plures & ibi gl. in verb. præſentare, & Pan. in c. eam te in fin. eod. Collect. in c. ex inſinuatione num. 1. & 2. eod.* vel quando præſentat laicus, etiamſi teneatur præſentare cum Conſilio perſonæ eccleſiaſticæ, quia licet teneatur requirere Conſilium, tamen non tenetur ſequi: *Put. deciſ. 494. libr. 2. Rot. deciſ. 79. de reſcript. in antiq. c. 1. §. cum vero & ibi gloſſ. in verb. aſſenſu, & §. fin. & ibi gl. in verb. cum Conſilio, ne ſed. vac. &c. in 6. c. cum olim de arbitr. & ibi not. cap. cum in veteri de elect. & vtrobique Canoniſt. l. quidam §. 1. & l. Titium ff. de admin. tut.* Iuspatronatus tale præſumitur, qualis eſt perſona quæ poſſidet, & cum quaſi poſſideatur à laicis, præſumitur laicale, etiamſi ſit ex fundatione, vel dotatione presbyteri, *c. ſint manifeſta, & ibi gl. in verb. probantur in fin. 12. q. 1. gl. fin. in c. 1. 12. q. 5. Mohed. deciſ. 9. Creſc. deciſ. 9. & Achill. deciſ. 1. hoc tit. Gonz. ſuper regul. de menſ. & alter. gl. 18. num. 107. & ſeqq.* quando clericus eſt in poſſeſſione, tunc occurrit quæſtio, an cenſeatur acquiſitum ex bonis eccleſiæ, vel patrimonij, *Mohed. d. deciſ. 9. hoc tit. Lambert. de iurepatr. in 8. art. 1. quæſt. princ. 1. part. libr. 1. num. 17. per cap.*

16 *conſultationibus hoc tit.* Mixtum eſt † quod eſt ſimul clericorum, & laicorum, & aſſumit naturam eccleſiaſtici, *gl. fin. in c. vnico § fin. hoc tit. in 6 & ibi Can. Panor. in c. cum propter in fin. hoc tit.* quando ſunt contemplatæ perſonæ tam laicorum, quam clericorum, alias patronatus confraternitatibus laicalibus competens dicitur laicale, etiamſi in tali confraternitate ſint aliquæ perſonæ eccleſiaſticæ, dummodo non ſint contemplatæ earum perſonæ, *Bald. in l. ſi quis ad deſtinandam §. in omnibus numer. 19. C. de epiſc. & cler. Felin. in tract. quan. litt. Apoſt. noc. patr. eccleſ. ſub 4. limit. Rot. diuerſ. deciſ. 574. nu. 6. & ſeqq. part. 1. Couarr. pract. quæſt. cap. 36. num. 8.*

Patronis non † competit collatio, prouiſio, 17
aut diſpoſitio eccleſiæ, ſeu beneficij, in quo habent iuspatronatus, ſiue ſint laici, *c. illud c. conſuluit. c. cum laici hoc tit.* ſiue ſint clerici, *c. fin. hoc tit.* nec poſſunt pro arbitrij ſui temeritate, aut cupiditate presbyteris dare, aut auferre eccleſias, ſeu beneficia, *c. laici, c. inuentum. 16. quæſt. 7. facit Nauar. conſ. 9. de off. ord.* ſed competit ius præſentandi non laicum, *c. 2. de inſtit. Alph. Hoied. de beneſ. incomp. part. 1. cap. fin. nu. 72. Garc. de benef. part. 7. cap. 1. num. 28. & ſeqq.* ſed actu clericum præſentem corporaliter, ſeu perſonaliter, *Pan. in c. ea noſcitur ſub num. 3. de his, quæ fi. à præl. &c. Pan. in c. cum parati num. 5. de appell. gloſ. in clem. dudum in verb. præſentari de ſepult. Garc. de benef. part. 4. cap. 1. num. 15. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 34.* epiſcopo, ad eccleſiam ſeu beneficium vacans de iure, & de facto, *d. c. illud hoc tit.* vel vacans de iure tantum, *Rot. deciſ. 9. hoc tit. in antiq. arg. c. licet epiſcopus de præb. in 6.* per ipſum in eo inſtituendum, *d. c. illud, & ibi Pan. in 2. not.* nec licet ex decreto Conc. Tridentini patrono cuiuſuis priuilegij prætextu aliquem ad beneficia ſui iurispatronatus, niſi epiſcopo loci ordinario, ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio iure pertineret, quoquo modo præſentare, alias præſentatio, & inſtitutio forſan ſecutæ nullæ ſunt, *c. non liceat ſeſſ. 14. Pan. poſt Innoc. in d. c. ad audientiam num. 13. de eccl. ædif. Pan. in c. nobis num. 5 hoc tit. Lamb. de iurepatr. 4. art. 4. quæſt princip. 2. part. 2. lib.* Epiſcopus præſentatum † à patrono extra diœceſim non poteſt in- 18
ſtituere, contradictore apparente, quia tunc inſtitutio requirit cauſæ cognitionem: *Pan. in c. nouit nu. 5. de off. leg. Anch. in c. fin. in fin. de off. vic. in 6.* contradictore non apparente eſt iuriſdictionis voluntariæ. *Lamb. de iurepatr. lib. 2. par. 3. art. xj. n. 7. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſib. & alter. gl. 62. num. 8. Garc. de benef. par. 5. cap. 8. num. 141. & ſeq.* Inferiori prælato inſtitutio poteſt competere ex ſtatuto, vel de conſenſu epiſcopi in ipſa fundatione, *Pan. in c. nobis ſub num. 5. de iurepatr. & in c. cum dilectus num. 4. & 5. & ibi Can. communiter de conſuet.* aut iure particulari priuilegij, vel præſcriptionis, accumulatiue, aut inſolidum, vel ſimul cum epiſcopo vel priuatiue quoad Epiſcopum, *vt latius perſequitur Lambert. de iurepatr. 7. artic. 4. quæſt. princip. 2. par. 2. lib. Lap. alleg. 78.* Patroni conferentes

ferentes beneficia ſunt excommunicandi, *c. præterea hoc tit.* ipſa collatio eſt nulla, & ea non obſtante poſſunt præſentare, *c. illud c. cum laici c. fin. hoc tit.* Clerici qui occaſione laice conceſſionis non requiſita Epiſcopi audientia beneficia ſibi vendicant ſunt excommunicandi, & ſi commoniti ea non reſignauerint ab officio & beneficio deponuntur, *c. præterea 1. c. relatum hoc tit.* & licet gloſ. *in d. c. relatum* dicat pœnas *c. ſi quis deinceps & c. ſi epiſcopus 16. quæſt. 7.* hodie non imponi, tamen in Germania ex concordato inito inter Calyxtum Papam 2. & Henricum Imperatorem quartum vltimo dicta Iura eorumque pœnæ obſeruantur.
19 Præſentatio † debet fieri realiter, & cum effectu ſuperiori, ad quem ſpectat collatio vel inſtitutio, & non ſufficit nominatio vel electio præſentandi, *Io. Andr. in c. fin. num. 3. & ibi Pan. num. 4. & 5. tradit formam præſentationis hoc tit. & in c. vnico in verb. ad præſentandum eod. in 6. Achil. deciſ. 2. hoc tit.* aut præſentatio nominati facta epiſcopo ad examinandum, quando collatio aut inſtitutio pertinet ad inferiorem, *Garc. de benef. par. 10. ca. 3.
20 num. 6. & ſeqq.* poteſt fieri † per literas, *c. ea noſcitur de his quæ fiunt à prælat. & ibi gloſ. in verb. literas & Can. faciunt c. 1. 2. & 3. 64. diſtinct.* ſiue potius per inſtrumentum publicum, quod continere debet teſtes & locum loci, *Garc. de benef. par. 8. c. 4. nu. 51. & ſeqq. l. inſtrumenta C. de probat. l. contractus C. de fid. inſtrum. & ibi DD.* quod ſufficit ei ad quem pertinet inſtitutio præſentari, realiter & vim effectu; *Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. Io. Andr. in c. fin. num. 3. hoc tit. c. 1. & ibi Archidiac. in in verb. præſentatio de præb. in 6. Io. And. in c. vnico ſub num. 5. in verb. ad præſentandum hoc tit. in 6. Clem. 1. §. præſentatos & ibi gloſ. Zab. & Can. de exceſſ. prælat.* ſi pa-
21 tronus ſit laicus infra † quatuor menſes, *c. vnico §. fin. hoc tit. in 6.* licet ſuperior eam non admittat quia tempus præfixum eſt præſentationi, *Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nou. Pan. in c. paſtoralis hoc tit. num. 6. & ibi Can.* qui currunt patrono non à tempore, quo eſt vacatio beneficij ſed à tempore ſcientiæ patroni, *Clem. cum ei quem in fine de conceſſ. præb. & Rot. deciſ. 1. hoc tit. in antiq. aliter ſentient reprobatur per Caputaq. deciſ. 248 par. 3. Roch. de curt. in trat. de iurepat. in verb. honorificum quæſt. 27. Lap. alleg. 78. nu. 12. & ibi addit.* vel à tempore quo ſcire potuit & debuit, *c. licet de ſupp. neg. prælat. l. fin. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. &c. circa princip. Rot. deciſ. 7. de præbend. in antiquior. Garc. de benef. par. 10. cap. 2. à num. 34. vſque ad finem plures cumulans.* poteſt epiſcopus tempus præſentandi prorogare patronis laicis, & eccleſiaſticis, vt melius deliberent ſine aliqua cauſa, *Creſcent. deciſ. 11. & 12. de dilat. Pan. in c. cum ſit Romana num. 11. verſ. aduerte & ſeqq. de appell. l. qui pro tribunali ff. de re iud. & ibi Bart. n. 11. & DD.* quando in beneficio poſuit œconomum temporalem, *c. cum vos de off. ord. & ibi Can. Creſcent. d. deciſ. 12. de dilat.* probatur præſentatio per aſſertionem epiſcopi factam in literis inſtitutionis, *Rot. deciſ. 11. de iurepat. in nou. c. vra & ibi poſt gl. Can. 11. quæſt. 3. c. poſt ceſſionem & ibi gloſ. & Can. de prob. Garc. de benef. par. 8. cap. 4. num. 39. & ſeqq. & num. 48. & 49. limitat 2. mod.* quod ſi per negligentiam † patroni deuoluitur poteſtas ad inferiorem prælatum epiſcopo ad quem pertinet ius inſtituendi iure ſpeciali, *Clem. vnica & ibi gloſ. in verb. diſpoſitionem de ſupp. negl. prælat. & ibi Can. Pan. in c. nulla num. 14. & ibi Can. de conceſſ. præb.* vel ad epiſcopum, habet ſex menſes à die deuolutionis ad conferendum hoc beneficium, poteſtque vnico actu prouiſionis ſe expedire, *Pan. in c. cauſam quæ ſub num. 6. de elect.* laicus † patronus poteſt plures ſimul ad vacantem eccleſiam per vota alternatiua aut alias eo modo præſentare perſonas, quod vna ex eis eligi per epiſcopum valeat & admitti, *Clem. 2. in fine & ibi gloſ. in verb. præſentare hoc tit. & ibi Can. Io. And. in c. 2. de elect. in 6.* ac etiam ex interuallo accumulatiue ita quod non in toto recedat à prima præſentatione, poteſt variare ſemel tantum & pro prima vice & non pluries, *Fel. in c. omnes leges n. 12. diſtinct. 1. Cald. conſ. 16. hoc tit. Tiraq. in l. boues §. hoc ſermone n. 25. ff. de verb. ſignif. Garc. de benef. part. 5. c. 9. §. 1. num. 111. & ſeqq. vſq; ad num. 122.* & ex pluribus † præſentatis poteſt Epiſcopus vni gratificari, *c. quod autem c. cum autem hoc tit. Menoc. de arbitr. iud. caſ. 255. lib. 2. cent. 3.* omnibus exiſtentibus paribus, alias potior eſt præferendus; *Pan. in d. c. cum autem num. 4. 5. & ſeq. Caſ. deciſ. 1. n. 9. hoc tit.* Pauperior idoneus præferendus eſt diuiti magis idoneo, *Late Lambert. de iurepat. in 3. art. 5. quæſt. princ. 3. part. 2. lib. Caſ. dec. 1. num. 10. hoc tit.* Præſentato † poſt acceptationem quæritur ius ad beneficium, quando vnus ſolus eſt præſentatus, *c. cum Bertholdus & ibi gl. in verb. aduerſus de re iud. c. paſtoralis hoc tit. Rot. deciſ. 17. de præb. in nou.* Quando duo † pluresue ſunt præſentati tunc neutri ius ad rem eſt quæſitum, licet omnes in communi habeant ius & actionem, vt
22
23
24
25
26

vnum

vnum ex eis Epiſcopus inſtituat, *c. cum autem hoc tit. Pan. in d. c. cum Bertholdus n. 9. 10. & ſeqq.* Item neutri ius quæritur ad beneficium quando vnus eſt præſentatus à quibuſdam patronis, alius ab alijs, in æquali & pari numero, nam vt vnus dicatur habere ius ab beneficium requiritur maior pars patronorum & vocum, *Ioan. de Anan. in d. c. cum autem n. 2. & Can. Garc. de benef. part. 4 c. 3. n. 11.*
27 *14. & ſeqq.* In conuentuali † Eccleſia non electioni prælati faciendæ, ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, & poteſt excipere contra ipſum ſi non ſit idoneus, *c. nobis hoc tit. & ibi poſt gl. in verb. honeſtius Can. c. cum terra c. ſacroſancta de elect. & vtrobique Can.* Niſi habeat priuilegium Apoſtolicum, quod partes ſuas interponere debeat electioni tractandæ, *c. hinc eſt etiam 16. quaſt. 1. d. c. nobis & ibi gl. in verb. de ſua & Pan. n. 9. & 10.* vel præſentare. *Mohed. deciſ. 10. n. 2. hoc tit. c. nobis hoc t. & ibi gl. in verb. de ſua & Can. c. Eleutherius & ibi gl. 1. & Can. 18. quaſt. 2. c. hinc eſt 16. quaſt. 1.* Secundo, Patronus laicus poteſt inquirere de ſtatu
28 Eccleſiæ † & vita clericorum extraiudicialiter, & ſi reperit aliquid corrigendum denunciare epiſcopo, *c. filijs & c ſeq. 16 quaſt. 7.* Tertio, poteſt ſe
29 opponere † ne nouæ alienationes fiant, *d. c. filijs.*
30 Quarto, debetur ei honos † præceſſionis, & ſi ad inopiam vergat ab eccleſia illi modeſte ſuccurritur, habito reſpectu ad facultates Eccleſiæ & ad qualitatem perſonæ patroni, *d. c. nobis §. fin. & ibi gl. pen. hoc tit. & Can. c. quicunque 16. quaſt. 7.* Quin-
31 to, habet ius † tuendi & defendendi Eccleſiam non vacantem expenſis ipſius eccleſiæ, *Pan. in c. in quibuſdam ſub n. 1. verſ. In gloſſ. 1. de pœnis.* & ideo aduocatus dici poteſt, *c. cum autem hoc tit. d. c. quicumque 16. quaſt. 7.* vacantis non habet cuſtodiam ſed epiſcopus ponit œconomum, vel cuſtodia erit penes illum ad quem pertinet inſtitutio, *c. cum vos & ibi Pan. de off. ordin.* Hinc verſus,

Patrono debetur honos, onus, emolumentum,
Præſentet, præſit, defendat, alatur Egenus.

32 Epiſcopus non poteſt diſpenſare † contra fundationem vel ipſam immutare, vel contra eam venire ſine conſenſu patroni vel eius hæredis; de conſenſu vero eorum poteſt pro vna vice inſtituere in beneficio non habentem qualitates in fundatione requiſitas. *Felin. in c. cum acceſſiſſent ſub num. 17. verſ. & per hoc dicitur & num. ſeqq. de conſtit. Garc. de benef. par. 7. cap. 1. §. 1. nu. 102. & pluribus ſeqq. referens contrarias opiniones.* Sexto ſummus

Pontifex iuripatronatus † laicorum poteſt de- 33
rogare hoc expreſſo, ſed non ſolet in totum derogare, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb. Apoſtolicis & Can. de preb. c. dilectus de off. leg. & ibi Pan. num. 4. & Can. c. cum dilectus & ibi gloſſ. in verb. præſentare & Pan. num. 11. hoc tit. Couar. pract. quaſt. cap. 36. vbi latiſſime tractat. de iurepat. laic.* ex ſola narratione quod beneficium ſit iuriſpatronatus laicorum nō cenſetur patronis præiudicatum, *Caſ. deciſ. 3. numer. 6. & 7 de reſcript. poſt Felin. aſſerentem ita ſemper tenuiſſe Rotam ſuo tempore & alios ibi allegatos,* ratio eſt ne laici retrahantur à fundatione, dotatione & conſtructione eccleſiarum, *c. cum dilectus & ibi gloſ. in verb. præſentare in fine hoc tit. & Can.* Pro medietate † ſolet ei derogare, quando ad plures vt ſingu- 34
los ſpectat præſentatio ſeu iuſpatronatus, *Rot. diuerſ. deciſ. 468. in fine lib. 1. part. 1. Pan. in c. quoniam ſub num. 2. hoc tit. Ancar. num. 3. & clarius Zab. in 3. not.* ac prouiſio Apoſtolica cum clauſula dummodo conſenſus medietatis patronorum accedat, eſt modalis, quia quælibet diſpoſitio potius cenſetur modalis quam conditionalis, *Alex. & Iaſ. in l. cum mora C. de tranſact.* tum quia illa clauſula ponitur in parte derogatiua ad validitatem prouiſionis completæ & pure factæ, *c. ſignificaſti de elect. c. ſignificatum de præbend. c. 2 de elect. in 6. & ibi poſt gloſſ. Franc. ſub num. 5. verſ. non obſtat Put. deciſ 420. lib. 1.* talis autem derogatio non poteſt applicari iuripatronatus vniuerſitatis, quæ vnum tantum corpus conſtituit, *Garc. de benef. par. 10 cap. 3. ſub num. 13. verſ. nec & tam innuari poteſt Pan. in c. eccleſia veſtra el 1. numer. 6. de elect. vbi tradit duas regulas & Can.* Certis caſibus † Papæ derogat in totum, 35
quādo beneficia vacant per obitum apud ſedem niſi regibus competat, *Staphyl. de lit. grat. de mod. & form. impetrand. §. ſequitur videre numer. 9. & 10. Couar. pract. quaſt. cap. 36. nu. 4.* de quo indiuidua mentio eſt facienda, & non ſufficit derogatio in genere, *Felin. in tract. quando litt. Apoſt. noc. pat. eccl. num. 8. verſ. amplia octauo.* quando vacant per aſſecutionem, conſtitutionem execrabilis, ſiue c. de multa, aut alio quouis modo, vbi beneficia habent poſſeſſores, quos oportet per lites expellere, *Mandoſ. de ſign. grat. titul. derogationes iuriſpatr. verſ ſimiliter & ſeqq.* aut pro vno patronorum, aut filio, aut nepote vnius ex patronis, quia tunc non poteſt prætendi ſpretus patronorum, *Mandoſ. de ſig. grat. titul. derogat iuriſp. verſ. aliquando derogatur,* niſi ex conuentione alterius vicibus præſen-

tent, *Clem. plures hoc tit.* & pro illa iure præſentatio ſpectet ad alium, quia in illa vacatione non eſt totaliter compatronus, quod non concurrat in præſentando, *Put. deciſ. 106. lib. 3. Achil. deciſ. 2. hoc tit. Clem. plures §. vt & facilius hoc tit.* ſed & cõuentionibus in reſeruatione iuriſpatronatus circa temporalia licite factis, ſummus Pontifex non derogat, *Innoc. in c. ſignificatum de præb. & ibi Dec. num. 16. & ſeqq. Butr. numer 9. & ſeqq.* ſecus eſt in conuentionibus circa ſpiritualia, quibus ſummus Pontifex pro ſuo arbitrio derogat; *Clem. dudum §. antep. nos etenim de ſepult. Pan. in c. ex multiplici num. 6. de decimis Dec. in d. c. ſignificatum ſub num. 16 Butr. ſub num. 9. & Can.* an vero in talibus conuentionibus conſenſus Epiſcopi à principio requiratur, an vero etiam ex interuallo accedente Epiſcopi conſenſu fieri poſſint, *vide Dec. in d. c. ſignificatum num. 17. & ſeqq. de præb. & ibi Can.* Certis caſibus
36 mentio † iuriſpatronatus non eſt neceſſaria, vt quando beneficium eſt litigioſum quia tunc omnino patroni ſunt impediti, *Caput. deciſ. 127. part. 2. Creſc. deciſ. 8. hoc tit. c. fin. vt lit. pend. & c. in 6. Couarr. pract. quæſt. cap. 36. num. 7.* & quando collatio eſt deuoluta ad ſedem Apoſtolicam, *Caſſad. deciſ. 3. numer. 7. vt lit. pend. & c. Rebuff. in prax. in 3. part. ſign. in verb. necnon iuriſpatronatus nu. 6. Staph. de lit. grat. tit. de mod. & for. impetr. §. quinto pro com-*
37 *plemento num. 5.* Septimo legatus † à latere non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad præſentationem laici, *Clem. 1. & ibi gloſſ. in verb. Apoſtolicis de præb. c. dilectus, & ibi Pan. num. 4. de off. leg. c. cum dilectus, & ibi gloſſ. in verb. præſentare, & Can. hoc tit.*
38 Octauo beneficia † iuriſpatronatus laicorum nõ comprehenduntur ſub regulis reſeruatorijs, aut ſub generali reſeruatione beneficiorum: *gloſſ. in c. 2. in verb. collatio de præb. in 6. & ibi Franc. nu. 8. Gemin. num. 11. Lap. alleg. 84. nu. 6. & alleg. 96.* Exci-
39 pe ſi ius † patronatus competat laicis ex priuilegio Apoſtolico, *Gemin. in c. 2. num. 12. & ibi Franc. ſub num. 9. & Can. de præb. in 6.* etiam ex cauſa augmenti dotis, *Rot. Farin. deciſ. 58. numer. 5. & 6. & deci. 188. par. 1. late annot. ad deciſ. Greg. 15. 397.* aut præſcriptione, vel conſuetudine, *Pan. in c. dilectus num 6. de off. leg. & ibi Butr. numer. 11. & 12. Zab. in Clem. 1. in 7. quæſt. vt lit. pend. & c.* cuius non requiritur mentio, & ea facta in totum derogatur, *Fel. in tract. quando lit. Apoſt. noc. pat. eccl in 11. & vlt. limit. Caſſad. dec. 7. num. 4. & 5. hoc tit. Couarr. pract. quæſt. cap. 37. num. 5.* Legatus ea conferre poteſt, *Pan. in c. dilectus num. 6. de off. leg. & ibi Can.* quia ceſſat ratio retrahendi laicos à fundatione, dotatione, & conſtructione eccleſiarum, & ad effectum derogationis præſumitur ex vſurpatione potius, quam dotatione, *Mohed. deciſ. 10. num. 1. & 2. hoc tit. Butr. in d. c. dilectus ſub numer. 12. de off. leg.* Amplius habet † patronus eccleſiaſticus, qui vnum præſentat infra ſex menſes, *c. eam te c. cum autem in princ. hoc tit. c. vnico §. fin. eod. in 6.* nec poteſt plures ſimul præſentare per vota alternatiua, *gl. in verb. præſentare in fin. in Clem. 2. hoc titul. & ibi Can.* aut ex interuallo variare, ſed prior præſentatus iure potior eſt; *c. cum autem in fin. hoc tit.* quia eius præſentatio habet vim electionis, *Pan. poſt Inn. in d. c. cum autem num. 3.* Secundo cuſtodia † eccleſiarum vacantium pertinet ad patronum eccleſiaſticum, & non ad laicum, *c. cum nos de off. ord. & ibi Pan.* Excipitur cuſtodia parochialis eccleſiæ vacantis, cui Epiſcopus idoneum conſtituit Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione, qui onera eius ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur: *c. expedit in princ. ſeſſ 24.* Tertio præſentatus † debet rationem reddere adminiſtrationis temporalium patrono eccleſiaſtico non laico, non tamen ſtricte, dicendo, quid expendat quotidie de victualibus, ſed in genere, *c. ex litteris in fin. hoc tit. & ibi Pan. ſub num. 3. c. in Lateranenſi de præb. & ibi Pan. num. 3. & ſeqq. & Can.* Patroni in ijs, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus ſe immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, & fundatione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, & fabricarum redditus in vſus eccleſiæ expendi curent, *c. Patriarcha §. fin. ſeſſ. 24.* quia patroni etiamſi ſint clerici ex iurepatronatus nõ conſequuntur ius adminiſtrandi bona eccleſiaſtica, *c. præterea hoc tit. & ibi Panor. c. 1. 16. q. 5.* Quarto ſi imponitur † collecta Epiſcopo de per ſe, & patronis clericis de per ſe, eccleſiæ patronatæ contribuent cum patronis, & non cũ Epiſcopo, *c. cum & plantare, & ibi Anch. in fin. Ioan. Andr. num. 7. de priuil.* Quinto patronus eccleſiaſticus præſentans † non idoneum priuatur ea vice, *c. ſicut in fin. de ſuppl. negl. præl. cap. 3. in fin. de eccl. ædif.* Laicus quoque præſentans indignum priuatur ea vice, & fit deuolutio ad habentem inſtitutionem, *Pan. in c. cum vos numer. 5. & 6. de off. ord.*

Rot.

Line-start margin numbers in the right column: 40 (Amplius habet † patronus), 41 (Secundo cuſtodia †), 42 (Tertio præſentatus †), 43 (Quarto ſi imponitur †), 44 (præſentans † non idoneum).

Rot. deciſ.5. in fin. de iurepatr. in nou. Roch. in tract. de iurepatr. in verb. honorificum ſub nu. 16. Prob. ad monachi in c. ſi tibi abſenti num.53. de præb. Garc. de beneſ. part.10.cap.3.nu.4.& 5. Poteſt variare, vt dictum eſt, ſuperiori datur ſemeſtre à die notitiæ ad conferendum, licet deuolutio fiat à patrono laico, qui tantum habet quadrimeſtre, *Pan. in c. quia diuerſitatem num. 8. de conceſſ. præb. & ibi Can. Pan. in c. fin. num.7. de iurepatr. & vtrobique Can. Innoc. in c. licet de ſuppl. negl. præl. Rot. deciſ. 6. hoc titul. in nou.*
45 *Lamb. 3. part. 2. lib. quæſt. 2. art. 8.* Sexto † ſummus Pontifex, & legatus à latere ſuo iure conferunt beneficia iuriſpatronatus eccleſiaſtici, etiam ſine patronorum conſenſu, & nulla facta mentione, nec derogatione huiuſmodi iuriſpatronatus, *Fel. in tract. quand. lit. Apoſt. noc. patr. eccl. in 3. limit. c. cum dilectus hoc tit. Caſſad. deciſ. 4. num. 11. de probat.*
46 Septimo beneficia iuriſpatronatus † eccleſiaſtici comprehenduntur ſub generali reſeruatione, & ſub regulis reſeruatorijs, *gloſ. in verb. collatio in cap. de præb. in 6. & ibi Franc. num. 3. Gemin. num.11. & Can. communiter, Mand. in reg.1. reſeruat. q. 10. nu.5.* Hinc verſus, Clericus, & Laicus diſtant per plura patroni, pœnitet, & tempus, ſubiectis, pœnaque forſan: in eo conueniunt, quod patronus clericus, & laicus ſcienter præſentans criminoſum, vel alias notorie indignum, priuatur ea vice poteſtate iterum præſentandi: *c. inter dilectos & ibi gl. in verb. poſt modum de exceſſ. præl. Creſc. deciſ. 11. hoc tit. contra glo. & Ioann. Andr. in c. cum vos de off. ord.*
47 Iuripatronatus † mixto clericorum, & laicorum derogatur in totum, *Rot. deciſ. 46. de conceſſ. præb. in antiq. arg. c. contingit & ibi gloſ. mag. & Can. & c. per tuas de arb. Couarr. pract. quæſt. cap.36. ſub nu. 4. verſ. tertio opportune,* de eo debet fieri mentio, *Caſſad. deciſ.7. in fin. Achill. deciſ.3. num.2.7.& 8. hoc tit. Put. deciſ. 157. lib.3. nu. 4. & 5. atteſtatur de vſu Curiæ. Anch. in c. cum propter ſub num. 4. circa fin. hoc tit.* beneficia iuriſpatronatus mixti non comprehenduntur ſub regulis reſeruatorijs, & generali reſeruatione, *Achill. deciſ.3. hoc tit. Fel. in tract. quand. littera Apoſt. noc. patr. eccleſ. in 6. ampliat. Mandoſ. in reg.1. reſeruat. q.10. nu.8.* Legatus à latere ea conferre non poteſt, *Pan. in c. dilectus num. 5. de off. leg. & ibi Can. & in c. fin. in fin. hoc tit. Gemin. in c. vnico §. fin. in fin. eod. in 6. & ibi Anch. num.6.*
48 Præſentatione à † laico infra quadrimeſtre, aut à clerico infra ſex menſes facta, ſi epiſcopus, vel alius habens inſtituere, infra ſex menſes non inſtituat, non deuoluitur poteſtas inſtituendi ad ſuperiorem, ſicut ſeruatur in eo, qui habet conferre quia nullibi ſtatuitur tempus ad inſtitutionem faciendam, vnde tempus eſt arbitrarium, *Pan. in c. 2. n. 12. de conceſſ. præb. qui allegat deciſ. Rot. Rom. Anch. in Clem. 2. in fin. hoc tit. Garc. de beneſ. part.10. cap.4. n.1. & per totum.* oportet itaq; quod præſentatus recurrat ad ſuperiorem habentis inſtituere, qui illi præfiget terminum, & ſi non inſtituri infra terminum, ipſe ſupplebit, *Pan. in d. c. 2. num.12. & 13. de conceſſ. præb. Pan. in c. paſtoralis n.5. & 6. hoc tit. Garc. de beneſ. part.10. cap.4. n.5. & ſeqq.* vel quod appellet ab iniuſta denegatione inſtitutionis, *Pan. in d. c. paſtoralis n. 5. & ſeqq. Garc. de beneſ. part.10. cap.4. n.9. plures citans.* Epiſcopus qui præſentatum idoneum malitioſe recuſauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellitur: *d. c. paſtoralis hoc tit.* Per mortem præſentati, qui non fuit inſtitutus non inducitur noua vacatio, ſed vacat per mortem primi, *c. ſi electio de elect. in 6. Put. deciſ.194. libr.1. Rot. deciſ.8. hoc tit. in nou. Card. Seraph. deciſ. 1446. n.1. & ſeqq. Clem.1. & ibi gl. in verb. collato & Vital. n.47. vt lit. pend. & c.* & ab eius obitu currit de nouo tempus à iure præfixum patronis ad præſentandum, *arg. c. ſi electio de elect. in 6. Rot. deciſ.8. de iurepat. in nou.*

Patroni ſiue † laici ſiue clerici non poſſunt ſeipſos præſentare ad vacantem Eccleſiam, vt euitetur vitium ambitionis, & ſit differentia inter 49
præſentantem & præſentatum, nec immediate per ſe, *c. per noſtras hoc tit. c. fin. de inſtitution.* nec mediante procuratore à ſe conſtituto poſtquam beneficium vacauit, *Lambert. de iurepatr. art.9.8. quæſt. princ. 1. part. lib. 2.* antequam beneficium vacet, procuratorem conſtituere non poſſunt ad præſentandum, niſi generalem ad omnia bona, ac etiam ad præſentandum, nam ſpeciale requiritur mandatum, *Pan. in c. cum dilecta n.6. de conceſſ. præb. & ibi Can. Lambert. de iurepatr.17. art 4. quæſt. princ.1. part.2. lib.* ex iuſta cauſa abſentiæ vel alia, ne detur occaſio mortis captandæ beneficiati, ſicut non poſſunt promittere ſe præſentaturos ad beneficium vacaturum, *c. fin. de conceſſ. præb. & ibi Pan. n. 6. & Can. communiter Garc. de beneſ. part. 10. cap. 1. n.14. & 16. & ſeqq. Limitat. 4. modos Greg. 15. deciſ. 420. n.3. & ſeqq. & ibi annot.* Limita primo,
quia † patronus compatronum & pater filium 50
præſentare poteſt, *c. conſuluit. & ibi gloſſ. pen. & fin.*

*hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ.*185. *part.*2. Secundo, limita quando epiſcopus ſponte & motu proprio beneficium patronatus ipſi patrono confert, *Pan. in d. c. per noſtras num.*3. *&* 4. Tertio, limita, quia donatarius iuriſpatronatus, cui ex toto conceſſum fuit iuſpatronatus, poteſt donatorem præſentare, quia præſentat nomine proprio & Dominus eſſe patronus deſinit, ſecus ſi non eſt vere donatarius, ſed patronus conceſſit pro iſta iure ius præſentandi, quia is facit cuius nomine fit, *c. ex inſinuatione, & ibi Ioan. And. n.*3. *Pan. n.*7. *& Can. communiter hoc tit.*

51 Collatio ordinarij † infra tempus ad præſentandum à iure conceſſum valida eſt, ſi patroni infra dictum tempus non contradicant, *Felin. in c. cum Berthold. ſub numer.* 10. *verſ.*3. *aduerte de re iud. Caſſad. deciſ.* 2. *numer.* 4. *de loc. Rot. diuerſ. deciſ.*77. *numer.*4. *part.*1. etiamſi collatio facta ſit de beneficio abſque mentione iuriſpatronatus, *Rot. deciſ.* 10. *hoc tit. in antiq. Caputaq. deciſ.*189 *part* 3. *arg. l. ingenui. & l. fin. C. de ingen. manum.* & per eam ſtatus vltimus quaſi poſſeſſionis præſentandi patronorum non turbatur, *Caputaq. deciſ.*189 *part.*3. *Bell. deciſ.*107. *l.*3. *§. in amittenda, & ibi gl. in verb. animo, ſolo l. quemadmodum ff. de acq. poſſeſ. & vtrobiq. DD.* ſi contradixerint, eſt nulla ipſo iure, *d. c. ex inſinuatione, & ibi Pan. nu.*3. *per illum tex. c. decernimus* 16. *queſt.*7. *Bell deciſ.*163. *Caput. deciſ.*133 *part.*1. *Felin in d. c. cum Berthold. ſub numer.*7. *verſ. inſtitutio, vbi limitat ſex modis de re iud. Garc. de benef. part.*5. *cap.*9. §.1. *n.*231. *vſq. ad fin.* ideo quando prouiſus authoritate ordinaria de beneficio iuriſpatronatus laicorum, poſſeſſione ſubſecuta petit nouam prouiſionem cum derogatione iuriſpatronatus attenta poſſeſſione, in fine huiuſmodi derogationis additur clauſula, & patronis non reclamantibus, vel pro medietate. *Mandoſ. de ſign grat. tit. nouæ pro-*

52 *uiſiones, verſ. quando prouiſus.* Collatio Papæ † cum narratiua, quod beneficium ſit iuriſpatronatus laici, ſi non ſit obtenta derogatio, vel obtenta ſed inualida, non valet, *Fel. in c. cum inter priorem n.*4. *in fin. de except. Mohed. deciſ.*6. *in fin. hoc tit.* nec reconualeſcit, ſi patronus intra tempus non præſentat, *Put. deciſ.* 6. *hoc tit. Mand. de ſign. grat. tit. derogationes iuriſpatronatus verſ. quæro quid ſi non ſit obtenta. & verſ. ſequent.* ſtatus beneficij non conſtituitur ex prouiſione Pontificis, nec immutatur iuſpatronatus laicale, nec poſſeſſio illius impeditur etiam derogando, quia Papa in dubio non intendit præiudicare patronis laicis, *Dec. conſ.*126. *Achill. deciſ.* 13. *hoc tit. Felin. in tract. quand. lit. apoſt. noc. patr. in princip.*

Plures † patroni quando ipſi habent præſentare, vt collegium, debent omnes conuenire, & vocari ad actum præſentationis, alias non vocati poſſunt agere de contemptu, *c. ea noſcitur de ijs, quæ fiunt à prælat. &c. & ibi Can. Rot. deciſ.*19. *de præb. in antiq.* quando præſentant vt ſinguli, † poteſt quilibet per ſe præſentare, vel aliqui eorum alijs non vocatis, *Io. And. in c. quoniam n.* 4. *hoc tit. approbatus à Rot. Caſ. deciſ.*1. *&* 2. *hoc tit.* *licet Pan. in d. c. quoniam num.* 14. *aliter ſentiat per l. & ſuum hæredem in fin. & ibi Bart ff. de pact. Garc. de benef part.*5. *cap.*9. §. 1. *numer.* 222. *vſq. ad numer.* 231. quod ſi vnus † ex pluribus patroni ſolus præſentauerit, valet præſentatio, quia eſt actus diuiduus, qui ab vno fieri poteſt, & lapſo tempore alij videntur conſentire, quia lapſo tempore non poſſunt dici contempti, ſed ipſi ius ſuum contempſiſſe, *Zab. in Clem.* 1. *ſub num* xj. *verſ. ſed poſt longam cogitationem de ſuppl. neg. prælat. Achill. deciſ.*4. *n.*13. *&* 14 *de præb.* quando veniunt ex eodem iure, ſecus ſi veniant ex diuerſo iure, *Rot. diuerſ. deciſ.*229. *part.*1. *l. ſeruitus & l. ſeq. l. ſi communem ff quem ſeru. amitt. l. arboribus §. fin. circa finem ff. de vſufr. &c.* vbi ſunt plures hæredes † vnius patroni, qui habent vnicam vocem, quia in iurepatronatus ſucceditur in ſtirpes, & non in capita, quantū ad ius præſentandi, quilibet illius vocis habet ſuam partem, ſicut ſi vnus eſſet patronus, & ſuum votum diuiſim exprimere poterit, licet honeſtius fieret coniunctim, *Clem. plures hoc tit. & ibi gl.* 1. *mag. & Can. Ioan. Andr. in d. c. quoniam in fin. num.* 4. *hoc tit.* & patronis † diſcordantibus ille præficitur, ſi ſit idoneus, qui plurium patronorum voces habuerit, aut ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poteſt, Epiſcopus ordinabit Eccleſiam, *c. quoniam hoc tit.* in alijs vero iuribus patronatus, vt in iure præſtationis alimentorum, defenſionis, & ſimilibus, *de quibus in cap. nobis hoc tit.* ſuccedunt in capita, & æqualiter, licet inæqualiter ſint hæredes, *Anchar. in Clem. plures n.*2. *et ſeqq. hoc tit.* 53 54 55 56 57

Contingit ſæpius, † quod propter controuerſiam ſiue litem ordinatio, & inſtitutio Eccleſiæ differatur, & ſi quidem lis eſt inter epiſcopum, & præſentantes, forte epiſcopo ignorante eos eſſe patronos ſuper iur. patronatus, aut conſtat præſentantes eſſe patronos, & quæſtio eſt ſu- 58

per

per idoneitate præſentati vtroque caſu Epiſcopus, donec quæſtio finiatur, ponet in Eccleſia Oeconomum, ſi ius patronatus ſit laicale, *c. cum vos de off. ordin.* nam ſi iuſpatronatus eſt eccleſiaſticum, ipſe patronus habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, *Pan. in d. c. cum vos n.* 4. neutro caſu lapſo tempore ad præſentandum epiſcopus poteſt ordinare Eccleſiam, *d. c. cum vos Pan. in c. quoniam n. 7. hoc tit.* Aut contentio eſt inter ipſos patronos de quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, vel etiam de proprietate iuriſpatronatus, nullo eorum poſſidente, & expectat epiſcopus, poſtquam eccleſia vacauerit, ad ſex menſes, ſi ſint clerici, *c. eam te hoc tit.* aut ad quatuor menſes, ſi ſint laici, & prouidet eccleſiæ de perſona, ſaluo in poſterum iure eius qui euicerit, *c. quoniam c. ſi vero c. cum propter hoc tit.* qui poteſt ab epiſcopo prouiſum repræſentare, vt per hoc ſit in quaſi poſſeſſione ſui iuris, nec poſtea vexetur de facto, *c. ſi vero in fin. & ibi gl. fin. hoc tit.* currit enim patronis ſe mutuo impedientibus tempus ad præſentandum, quia patroni conſequuntur iuſpatronatus ex gratia, iuſta ratione fundata, & in corpore iuris clauſa, & permiſſione quadam, & tolerantia Eccleſiæ, *cap. quoniam & ibi Panor. in 1. not. & n. 5. & 6. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 385 n. 2. part. 1.* quod ſi de proprietate iuriſpatronatus ſit quæſtio, & conſtet quod alter poſſidet, ſola enim credulitas, quod ſit, & habeatur patronus abſq; poſſeſſione non ſuffragatur, poſſeſſor cui de poſſeſſione quæſtio non refertur, vel de cuius vltima, & immediata poſſeſſione conſtat, quæ in his ſolum attenditur, *cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & propr. l. ſi is qui §. ſi quis bona ff. de vſucap. l. qui fundum §. qui bona fide ff. pro empt. Oldr. conſ. 312. numer. 2. circa fin.* præſentabit pendente lite proprietatis, *c. ex literis, & ibi gl. fin. mag. & Can. c. conſultationibus & Io. And. in c. quoniam ſub n. 7. hoc tit.* & præſentatus ab eo præfertur præſentato à vero patrono, & nõ remouetur, licet iuſpatronatus à vero patrono poſtea euincatur, propter hoc tamen nullũ fit præiudiciũ vero patrono in poſterũ, *d. c. conſultationibus, & ibi gl. & DD. hoc tit. Pan. n. 9.* ratio eſt, quia præſentare eſt fructus induſtrialis, cum præſentatio fieri debeat de idoneo intra legitimum tempus, *Pan. in c. conſultationibus ſub num. 3. verſ. ſed ratio decidendi hoc tit.* quos bonæ fidei poſſeſſor facit mero iure ſuos, ſed ex æquitate tantum tenetur illos reſtituere, *§. ſi quis à non domino & ibi DD. inſtit. de rer. diuiſ. l. & ex diuerſo, & ibi gl. mag. in verb. non habendam, & Bart. num. 5. & 6. & ibi DD. ff. de rei vendic.* quæ æquitas ceſſat in præſenti caſu, cum nulli alij fructus producantur, quos poſſit bonæ fidei poſſeſſor lucrari. *Rip. in c. cum eccleſia num. 93. in fin. de cauſ. poſſ. & propr.* Aut certum eſt omnes eſſe patronos, & tunc ſi diſcordant in præſentando, epiſcopus præferet præſentatum à maiore parte patronum, ſi eſt idoneus, & ſine ſcandalo fieri poteſt, alioquin epiſcopus ordinabit eccleſiam ex ratione prææallegata, quia iuſpatronatus innititur gratiæ, *c. quoniam hoc tit.* ſi præſentati pares ſint in votis patronorum, & meritis, gratiam poteſt facere epiſcopus vni ex eis cui vult, vt ſupra dictum eſt, *c. ſi forte 63. diſt. c. cum autem hoc tit.* aut nolunt aliquem præſentare, & epiſcopus reliquias exiſtentes in capſis extra altaria de eccleſia auferet, & eiuſdem eccleſiæ oſtia claudet, vt nullus in ea celebret, antequam vnum eligant presbyterum. *c. 1. & 2. hoc tit. & ibi DD. c. ſi plures & ibi gl. mag. ponit hanc diſtinctionem & Can. 16. quæſt. 7. late Garc. de benef. part. 5. c. 6. nu. 20. & ſeqq.*

Acquiritur quaſi † poſſeſſio præſentandi ex vnico actu præſentationis, & inſtitutionis cum bona fide, quæ ſortitæ fuerint effectum, per adeptionem poſſeſſionis beneficij à præſentato, & inſtituto, *d. c. conſultationibus, & ibi DD. Mohed. deciſ. 10 in princ. hoc tit. c. querelam de elect. Rip. in d. c. cum eccleſia num. 90. & ſeqq. vbi ponit ſex requiſita ad acquir. hanc quaſi poſſ. de cauſ. poſſ. & propr. Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. competens alicui quæſt. 14.* & non requiritur titulus, ſiue agatur inter patronos, ſiue contra ordinarium, *c. cum eccleſia Sutrina & ibi gl. in verb. vlt. & verb. breuitatem temporis in princip. & Can. de cauſ. poſſ. & propr. c. ſi de beneficio ibi vno, vel plurib. de præb. in 6. Freder. de Sen. conſ. 234. nu. 4. Cald. conſ. 12. hoc tit. Achill. deciſ. 5. hoc tit.* ſed & conſenſus à patrono præſtitus in permutatione beneficij conſtituit ipſum in quaſi poſſeſſione omnium, ac iuris præſentandi, *Rot. diuerſ. deciſ. 792. num. 8. part. 1. Freder. de Sen. d. conſ. 234. ſub nu. 4. verſ. vnde cum appareat Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. competens quæſt. 15. Pan. in c. 1. num. 3. & 4. de relig. domib.* & quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium vacans per reſignationem, extenditur ad beneficium vacans per obitum. *Mohed. dec. 40. num. 4. hoc tit. Pan. in d. c. 1. de relig. domib. Io. Andr. in cap. quod alicui gratioſe de regul. iur. in 6. in Mercur. numer. 10.* & generaliter quando plures actus ab 59

 aliquo

aliquo iure dependent, per exercitium vnius actus acquiritur poſſeſſio totius iuris vniuerſalis, *Ioan. Andr. in c. quod alicui gratioſe num. 10. de regul. iur. in 6. Pan. in c. 1. num. 3. & 5. de relig. domib. Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. competens alicui quaſt. 15.* niſi alius ſit in exercitio, & poſſeſſione aliorum actuum iuriſpatronatus: *Pan. in c. dilectus in fin. de cap. monach. Creſc. deciſ. 2. hoc tit. Roch. de Curt. de iurepatr. in d. verb. competens alicui quaſt. 15.* patronus præſentans præſeruat poſſeſſionem aliorum compatronorum, quos conſtat per prius fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Calder. conſ. 18. de iurepatr. Put. deciſ. 290. libr. 2. Roch. de Cur. in tract. de iurepatr, in verb. competens qu. 17. Greg. 15. deciſ. 417. num. 9. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 452. num. 9. & ſeqq.* bonæ fidei poſſeſſor cenſetur, qui non habet notitiam rei alienæ, *Pan. in c. auditis nu. 13. & ſeqq. de præſcript.* vel qui credit titulum ſpecialem interueniſſe probabili credulitate ductus, vt quia audiuit à fide dignis, vel eſt fama viciniæ, *Pan. in c. cura paſtoralis numer. 6. Mohed. deciſ. 10. in princ. hoc tit.* ſicut ille dicitur male fidei, qui habet notitiam rei alienæ, *c. ſi virgo 34. qu. 1. & 2.* cui per vnicam præſentationem factam, & admiſſam non acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus, & ſequens præſentatio non eſt admittenda, imo facta & admiſſa quandocumque conſtito de mala fide, debet caſſari, *d. c. conſultationibus in fin. & ibi Pan. nu. 4. & ſeqq.* præſertim ſi fuerit facta à laico, *Creſc. dec. 5. in princ. hoc tit. c. ſacroſancta & ibi gl. pen. cap. maſſana, & ibi gl. 1. & Can. de elect. Pan. in c. conſultationibus num. 5. & 8. hoc tit. Alex. conſ. 71. vol. 4.* quia malæ fidei poſſeſſor tenetur indiſtincte ad reſtitutionem fructuum, §. *ſi quis à non domino in fin. Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi fundum C. de rei vend. glo. mag. in c. grauis in verb. fructus de reſtit. ſpol. Rot. deciſ. 7. hoc tit. in nou.* cum itaque reſtitutio fructuum iuris præſentandi fiat per remotionem inſtituti, bene ſequitur, quod caſſanda venit inſtitutio: *Pan. in c. cum eccleſia ſutrina num. 26. de cauſ. poſſ. & propr. & in d. c. conſultationibus numer. 4. & ſeqq. hoc tit. & ibi DD.* ex vnica autem præſentatione præſumitur mala fides, ex quo iſta poſſeſſio eſt iure reſiſtente, cum omnia beneficia præſumantur libera, & non ſerua, *Inn. in c. 2. num. 6. de in integr. reſtit. Pan. in d. c. conſultationibus numer. 8. Rip. in d. c. cum eccleſia ſutrina num. 92. vbi amplia duob. mod. de cauſ. poſſ. & propriet.* niſi ex coniecturis probabilibus tollatur præſumptio malæ fidei enumeratis à Rip. in d. c. cum eccleſia ſutrina, *Pan. in c. ſi diligenti num. 16 de præſcript. & ibi Fel. nu. 4. & ſeqq. & Can.* aut ſi collitigantes faterentur beneficium eſſe iuriſpatronatus, *Creſ. deciſ. 5 hoc tit. Innoc. in c. 2. num. 4. & 6. de in integ. reſt. & ibi Can. Bart. in l. celſus num. 17. & ſeq. ff. de vſucap. & ibi DD. Rip. in c. cum eccleſia n. 96. de cauſ. poſſ. & propr.* vel præſentatus fuiſſet in poſſeſſione beneficij per 25. aut 30. annos, *Put. deciſ. 186. lib. 1. & deciſ. 237. lib. 2. Pan. in c. conſultationibus num. 8. in fin. hoc tit. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina num. 99. & ſeqq. de cauſ. poſſ. & propr.*

Iuſpatronatus † antiquum difficillimum eſt 60
probatu, cum non ſufficiat probatio continuæ poſſeſſionis 40. annorum & vltra, ex quo certis modis acquiritur, de quibus dictum eſt ſupra in princ. tit. *Archid. in c. 1. ſub nu. 1. verſ. item nota quod eſſe patronum hoc tit. in 6. & Can.* Diuerſa ſunt eſſe patronum, quod reſpicit petitorium, & eſſe in poſſeſſione, quod reſpicit poſſeſſorium, nec ſequitur, poſſideo, ergo habeo ius in re, nihil enim commune habet proprietas cum poſſeſſione, *l. naturaliter l. commiſceri ff. de acq. poſſeſſ.* quantum ad præſentatum prodeſt poſſeſſio, cum præſentatio debeat ab eo fieri, qui eſt in poſſeſſione, vti dictum eſt, *c. conſultationibus hoc tit. c. querelam de elect.* Prodeſt etiam poſſeſſio ad præſumendum eum eſſe patronum, qui probat multitudinem præſentationum per ſucceſſiua tempora, & legitimam conſequentiam: *l. ſi filius, & ibi gloſſ. in verb. detinuit C. de petit. hæred. Bald. in l. cum ſuper C. de rei vend. Franc. in c. 1. num. 5. hoc tit. in 6.* verum quia
per Concilium Tridentinum † derogatur non 61
ſolum titulo priuilegij, præſcriptionis, conſuetudinis, & alterius cuiuſcumque conceſſionis, ſed etiam poſſeſſioni cuiuſcumque iuriſpatronatus aliter acquiſiti, quam ex fundatione conſtructione, vel dotatione, vt quaſi poſſeſſio poſſit ſuffragari, eſt docendum de legitimo titulo tam in petitorio, quam poſſeſſorio, etiam manutentionis, ac ſpolij: *Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 18. num. 23. & ſeqq. qui refert declarationes interpretum Conc. Trident. Mohed. deciſ. 2. hoc tit. Caput. deciſ. 132. par. 2. Greg. 15. deciſ. 222. & ibi annot. Garc. de benef. par. 5. cap. 9. num. 99. & ſeqq.* ſed ſi ordinarius cauſa cognita iuxta formam Concilij Tridentini ſemel approbauit iuſpatronatus, & inſtituit præſentatum, tunc quantumuis poſtea multoties idem beneficium vacare contingat, licet de eodem iurepatronatus controuertatur ſufficit patrono

Digitized by Google

patrono ſua quaſi poſſeſſio, *Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 18. numer. 26. & ſeqq. qui refert declarationes interpretum Conc. Trid.* Præterea
62 iuspatronatus † probatur per famam in antiquis, quando adeſt longiſſima poſſeſſio, & adſunt iudicia, *Achill. dec. 6. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 792. part. 1. Bald. in l. cum ſuper C. de rei vendic. Caſſad. deciſ. 2. num. 4. de probat. plures citans. Dec. conſ. 173. num. 4. & ſeqq. Garc. de benef. part. 5. cap 9. num 81. & ſeqq.* per tria inſtrumēta antiquiſſima, in quibus enunciatur ſpectare iuspatronatus de iure, vel conſuetudine, dummodo dicta inſtrumenta ſint rogata à diuerſis notarijs, ſecus ſi rogata fuerint ab vno, eodem notario, *Achill. deciſ. 7. & 8 hoc tit. Franc. Aret. in c. cum cauſam num. 17. de probat.* confeſſionem partis factam in noua prouiſione, *Put. deciſ. 36. libr. 3. l. cum precum C. de lib. cauſ. Greg. 15. deciſ. 452. num. 1. & ibi annot.* nec non etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimū temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, *c. ſicuti ſeſſ. 25.* quia habet vim priuilegij: *l. hoc iure §. 1. verſ. ductus aquæ ff. de acq. quot. & æſt. c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. c. 1. in fi. de præſcript.*
63 *in 6.* dato ſtatu † iurispatronatus beneficij, præſumitur ex fundatione vel dotatione, *Caſſad. deciſ. 4. in princ. de probat. & deciſ. 7. de iurepatr. in princ. Put. deciſ. 394. lib. 2. & 36. lib. 3 c. pia mentis 16. qu. 7. & ibi gl. mag.* ac etiam in parochianis, & alijs magnatibus potentibus per tempus immemorabile, *Pan. in c. querelam num. 9. in fin. de elect. Achill. deciſ. 4. hoc titul. plures cumulans, pulchre Put. deciſ.*
64 *206. lib. 1.* Concilium Trident. † in perſonis, familia potentibus, & vniuerſitatibus etiam paruis, *Rot. Farin. deciſ. 481. in princ. part. 1. Butr. in c. dilectus num. 12. de off. leg. d. c. ſicuti §. in ijs vero perſonis, ſeu vniuerſitatibus ſeſſ. 25. ponderando dictionem, ſeu, Bart. in l. ſi quis ita ff. de aur. & arg. leg. & ibi DD.* ſola probatione immemorabilis nō contentatur, ſed vltra probationem præfatam, requirit aliam probationis ſpeciem per ſcripturas authenticas de continuatis præſentationibus per ſpacium quinquaginta annorum, quæ omnes ſortitæ fuerunt effectum, *c. ſicuti §. in ijs vero perſonis ſeſſ. 25. Rot. diuerſ. deciſ. 409. part. 1. & deciſ. 199. par. 2. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 98. & ſeqq. vſque ad num. 115. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gl. 18. numer. 63. vſque ad nu. 107.* & inducit formam propter verba, non aliter, *Rot diuerſ. d. deciſ. 199. num. 4. Iaſ. in l. 1. num 7. & ſeq. ff. de lib. & poſth. & ibi DD. Fel. in c. cum dilecta ſub numer. 6. verſ. quintum ſignum, & ibi Can. de reſcript.* quibus probatis quilibet titulus etiam ex fundatione, & dotatione à potente allegari poteſt, *l. 3. §. ſi aquam verſ. ductus ff. de acq. quot & c. c. ſuper quibuſdam & ibi gloſſ. in verb. non extat memoria alleg. concord. de verb ſignif.* niſi conſtaret de initio contrario, & alijs prioribus præſentationibus per alios factis: *Put. deciſ. 426. libr. 2. c. 2. & ibi poſt gloſ. Can. de purg. vulg. c. conſuetudo diſt. 8. c. cum Bertholdus §. licet autem de re iud. & ibi Can.* in alijs vero reliquit in diſpoſitione iuris cōmunis, *Rot. diuerſ. deciſ. 331. num. 1. part. 2. & deciſ. 798 ſub num. 4. verſ. non obſtat part. 1. l. præcipimus in fin. C. de appell. & ibi gloſ. fin. l. ſancimus in princip. & ibi gloſſ. & DD. C. de teſtam. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gl. 18. nu. 31. vſque ad num. 63.*

In præſentatione, † & inſtitutione non eſt ne- 65
ceſſaria expreſſio obtentorum, quia præſentatus nihil petit, ſed patronus, qui præſentat, ipſe ſupplicat, & inſtitutio pendet ex officio Epiſcopi, vel alterius habentis inſtituere, *glo. in Clem. fin. in verb. collationem de off. ordin. & ibi Zab. in 15. quæſt. Imol. ſub n. 14. Anch. n. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 530. part. 1.* Inſti-
tutio præſentati † non debet fieri iuxta diſpoſi- 66
tionem c. fin. de elect. in 6. niſi quando talis conſuetudo proponendi edicta eſſet in loco, *Bellam. deciſ. 619. Creſcent. deciſ. 12. hoc tit. arg. c. cum in illis, §. illis vero, & ibi Hoſt. & §. cum autem de preb. in 6. licet aliter ſentiat Garc. de benef. part. 9. cap. 4. num. 1. & ſeqq. vſq; ad num. 16.* Præterea per d. c. fin. tantum inſtitutio annullatur, & firma remanet præſentatio in tempore facta, quæ poteſt admitti, & inſtitutio de nouo peti ab Auditore dato à ſummo pontifice, in Romana Curia, *Clem. auditor de reſcript. Creſc. deciſ. 12. in fin. hoc tit.* Nominatus † à 67
patronis, ſi ante præſentationem, aut etiam præſentatus, ſi ante inſtitutionem, tanquam beneficiatus accipit poſſeſſionem, vel adminiſtret in diuinis, incidit in pœnam c. auaritiæ de elect. in 6. & ipſo facto eſt priuatus iure, ſi quod ei per præſentationem quæſitum fuerat, & redditur inhabilis ad conſequendum amplius ex poſt, ius ad beneficium, vel in beneficio, ita quod amplius præſentari, & inſtitui nequeat, quia *d. c. auaritiæ* habet locum in electione, poſtulatione, præſentatione, & alijs ſimilibus, necnon in quibuslibet beneficijs, & ſiue quis ſimpliciter, & nullo quæſito colore, ſiue ſub Oeconomatus, aut procurationis nomine, aut alio quæſito prætextu in tem-

porali-

poralibus, aut ſpiritualibus per ſe, vel alium pro parte vel in totum adminiſtrat, *Franc. in c. auaritiæ numer. 2. de elect. in 6. Lap. alleg. 8 ſub num. 4. & ibidem in princ. plures cumulat differentias inter electionem, & præſentationem Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. honorificum quæſt. 39. Late Creſc. deciſ. 6. hoc tit. Garc. de benef. part. 9. cap. 2. numer. 11. & plurib ſeqq.*

68 Cauſa iuriſpatronatus † eſt prophana ad effectū concedendi remiſſoriā in prima inſtantia, *Achill. deciſ. 11 hoc tit. faciunt not. per Pan in Clem. diſpendioſam numer. 3. in fin. & num. ſeqq. de iudic. & Zab. & Can. Selu. de benef. part. 1. quæſt. 7. numer. 78. & 83.* etiam communitati, ac ſtante decreto *c. 9. ſeſſ. 25.* extra hunc caſum eſt connexa ſpiritualibus cauſis, *Late Caſ. deciſ. 1. de dilat. Put. deciſ. 56. & 199. lib. 1. Felin. in c. cauſam quæ n. 7. de præſcript.*

Iuſpatronatus vendi non poteſt, quia eſt ſpirituali annexum, *c. de iure c. præterea hoc tit.* transfertur ſucceſſione, † in qua non requiritur probatio

69 deſcendentiæ à primo fundatore, ſed ſufficit probare deſcendentiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Molin. de primog. hiſp. lib. 3. cap. 7. num. 7. Greg. 15. deciſ. 349. atteſtans ita deciſum in Rot. & ibi annot.* immo is qui eſt in poſſeſſione præſentandi, præſumitur deſcendere à veris patronis, & nō tenetur ſuam probare deſcendentiā, *Rot. Farin. deciſ. 224. n. 9. in fin. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1334. num. 8.* ac tranſit in filios etiam naturales, *Bal. in l. eam quam in fin. de fideic. Roch. de iurepat. in verb. competens num. 9. Lamb. de iurep. 1. part. lib. 1. quæſt. 7. art. 13. nu. 4. & ſeqq. Gig. de penſion. quæſt. 16. numer. 2.* niſi ſit gentilitium, *§. vulgo quæſitus Inſtit. de ſucceſſ. cogn. & ibi not.* aut requirat clericatum, ad quem non poſſunt promoueri abſque diſpenſatione, *dictum eſt ſupra tit. de fil. presbyt. &c. Rot. Farin deciſ 112 parte 1.* ac propinquos hæredes patroni, *c. filijs 16. quæſt. 7. c. conſtitutum 16. quæſt. 1.* ac etiam hæredes extraneos, *c. conſiderandum c. ſi plures 16. quæſt. 7. gloſſ. 1. & mag. in c. filijs 16. quæſt. 7. Innoc. in rubr. huius tit. Rot. deciſ. 385. n. 3. par. 1. diuerſ.* maſculos, & fœminas, *c. quoniam inueſtitura, & ibi gloſſ. 16. quæſt. 7. & Can. c. fin. de conceſſ. præb. & ibi Can. Pan. in c. cum dilecta n. 2. & 7. de conceſſ. præb. & ibi Can.* nam ſi tranſit cum vniuerſitate in extraneum, *d. c. ex litteris & c. cum ſeculum hoc tit.* fortius tranſit cum hæreditate in hæredes inſtitutos à patrono, *Rot. diuerſ. deciſ. 385. n. 3. part. 1. Anchar. Conſ. 81. Cald. conſ. 4. hoc tit. Lamb. de iurepatr. art. 5. 2. quæſt. princ. part. 2. lib. 1. Couar. Var. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 7.* & in dubio magis hæreditarium, quam familiare, & gentilitium eſt iudicandum: *Clem. plures, & ibi Card. in 6. quaſi hoc tit. Lambert. de iurepatr. 2. part. lib. 1. q. 2. per tot. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 6. late Rot. Farinac. deciſ. 482. & deciſ. 675. part. 1. in quib. tradit quomodo iuſpatronatus gentilitium probetur.* Ex hoc infertur, quod ſi pater inſtituit filium, vel filiam in re certa, & extraneum hæredem vniuerſalem, iuſpatronatus non tranſit in filium, vel filiam, ſed in hæredem vniuerſalem, *Pan. in c. 1. num. 2. & 3. hoc tit.* & ſi

plures ſint † hæredes, omnes ſimul efficiuntur 70 patroni, & iuſpatronatus eſt apud quemlibet hæredem in ſolidum, licet ſint hæredes pro inæqualibus quotis, quoad quemlibet eius effectu: *c. 1. & ibi gloſſ. 1. hoc tit. c. piæ mentis & ibi gloſſ. 1. in fin. 16. quæſt. 7.* ſicut & alia iura, quæ incorporalia ſunt, inſolidum deſcendunt ad quemlibet hæredem, *l. via ff. de ſeruit. & ibi gl. fin. l. ſi ſepulchrum C. de relig. &c.* præter ſacerdotis præſentationem, quæ eſt apud omnes pro parte, ita quod apud nullum eorum ſola ſit, *c. 1. & ibi gl. 1. hoc tit. & Can. Caſ. deciſ. 2. num. 3. eod.* & ſi forte in plures clericos, vel presbyteros vota patronorum ſe diuiſerint, ille præficitur eccleſiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur aſſenſu, vti dictum eſt: *cap. quoniam hoc titul.* Si enim ſingulis in ſolidum competeret præſentatio, occupantis eſſet melior conditio, *c. ſi à ſede de præb. in 6. c. ſi duo de procur. in 6.* quod eſt falſum: ſi plures ſuccedant vni ex duobus patronis, omnes habentur loco vnius, *Clem. fin. hoc tit.* Iuſpatronatus non † poteſt diuidi inter hæredes, neq; 71 vni hæredum adiudicari, *l. ſi ſepulchrum C. de relig. Pan. in c. 1 numer. 2. & 3. hoc tit.* Sed poſſunt † libere 72 ſine epiſcopi auctoritate conuenire, vt alternis vicibus præſentent, *Clem. fin. 2. reſp. hoc tit.* ſi adhæret † caſtro, villæ, ſiue comitatur tranſit in hære- 73 dem abſq; alia corporali apprehenſione, quia dignitas ſiue caſtrum videtur hoc ius præſentandi ſemper poſſediſſe, licet ſucceſſores mutentur: *Rot. deciſ. 1. hoc tit. in nou. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. declar. 5. part. 1. Gail. obſeru. 62. n. 7. lib. 1.* ſtatutum quod poſſeſſio tranſeat in ſucceſſores, & hæredes abſque noua apprehenſione, habet locum in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, quia quando ſtatutum generaliter loquitur, & poteſt recipere fauorem eccleſiarum, & clericorum, habet etiam locum in eccleſiaſticis, *Caput. deciſ. 211 part. 3. Late*

Dec. in

Digitized by Google

Dec. in c. Eccleſia Sancta Maria numer. 29. *& ſeqq. de conſtit. & ibi Can.* quando fauor Eccleſiarum verſatur, ſed non habet locum contra eccleſiam, quia eo ſtante ſtatuto non tranſit ex opinione Rotæ quaſi poſſeſſio præſentandi in hæredē ſine apprehenſione, *Achill. deciſ.* 5. *de cauſ. poſſ. & propr. vbi reprobat. dictum Lambert. in tract. de iurepatr. in* 1. *part.* 2. *lib. art.* 22. *l. cum hæredes ff. de acq. poſſ. Greg.* 15. *deciſ.* 222. *numer.* 8. *& ibi annot. Rot. Farin. deciſ.* 260. *numer.* 4. *part.* 2. *dicens Rot. non ſequi alleg. deciſ. Caputaq.* 211. *part.* 3. *Rot. Farin. deciſ.* 337. *n.* 3. *parte* 2. *Gregor.* 15. *deciſ.* 417. *numer.* 7. *& ſeqq. & ibi annot.*

74 Secundo, transfertur † iuſpatronatus donatione, *c. ex inſinuatione hoc tit.* Quando laicus iuſpatronatus in Eccleſia ſibi competens eidem, vel alteri Eccleſiæ, aut religioſo loco, aut clerico pro eccleſia donat, vel confert, valet huiuſmodi conceſſio ſingulariter de per ſe facta ſine aliqua vniuerſitate, puta caſtro, villa, gleba, *c. illud in fin. hoc tit. c. vnico in princ. eod. in* 6. *Rot. deciſ.* 9. *eod. in nou.* ſecus ſi fiat laico, vel clerico nomine proprio, quia tunc de per ſe non poteſt donari ſine conſenſu epiſcopi, *d. c. ex inſinuatione & ibi gloſſ pen. & Can. pulchre Pan. in c. illud n.* 3. *& ſeqq. vbi pulchre diſtinguit hoc tit. Franc. poſt Archid. in c.* 1. *num.* 2. *eod. in* 6. *& ibi Can. Greg.* 15. *deciſ.* 420. *num.* 1. *& ſeqq. & ibi late annot.* niſi conceſſio fiat compatrono, in qua epiſcopi conſenſus non eſt neceſſarius, quia non eſt proprio donatio, ſed potius proprij iuris relaxatio, cum quilibet patronus habeat ius in ſolidum, *d. c. ex inſinuatione, & ibi Pan. n.* 4. *& Can. Achill. deciſ.* 10. *hoc tit.* ſi quidem donatio fiat eidem eccleſiæ, cuius quis eſt patronus, extinguitur iuſpatronatus, & eccleſia efficitur libera, *arg. c. ſignificauit de cenſib.* quia iuſpatronatus eſt quædam ſeruitus, *Innoc. in rub. huius tit.* quæ extinguitur, cum peruenit ad eccleſiam, cum res ſua nemini ſeruiat, *l. ſi quis ædes ff. de ſeruit. vrb. præd. l. quicquid ff. compradior. &c.* Præfata locum habent, quando iuſpatronatus in totum renunciatur eccleſiæ, cuius quis eſt patronus, alias ſi tantum renunciatur iuri defendendi Eccleſiam retento iurepatronatus, cum ſit in damnum eccleſiæ, non valet renunciatio, & patronus ſe ab illo onere nō poteſt eximere propter reciprocam obligationem, quæ eſt inter patronum, & eccleſiam, *c. conſiderandum* 16. *quæſt.* 7. *& ibi gl. & Can. Ioan. And. in c.* 1. *in verb. ſi competens & ibi Anch. n.* 3. *hoc tit. in* 6. ſi fiat conceſſio alteri eccleſiæ, & loco religioſo, amodo cenſetur iuſpatronatus eccleſiaſticum, & non laicum, quantum ad præſentationem pertinet, *c.* 1. *§ fin. hoc tit. in* 6. *c. dilectus el* 3. *de præb.* & exactionem rationis adminiſtrationis temporalium, *Pan. in cap. de monach. n.* 14 *de præb.* quia iuſpatronatus eſt perſonale non reale, & mutatur mutata perſona, *Franc. in c.* 1. *§. fin. num.* 3. *hoc tit. in* 6. *& ibi Can.* vtroque caſu epiſcopo, qui non adhibuit conſenſum, nullum fit præiudicium; *cap.* 1. *in fin. princ. hoc tit. in* 6. Quod ſi fiat conceſſio iuriſpatronatus mixtim laico, & clerico, exempli gratia, quatuor ex ſenioribus Antianorum, & præpoſito talis eccleſiæ, aut illi quatuor habent ſeparatim vnuſquiſque vocem vnam, & præpoſitus vnam aliam, & ratione maioris partis vocum dicitur iuſpatronatus laicorum, *Felin. in c. ex litteris num.* 3. *de conſtit. Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. ius num.* 16. *plures allegans*, aut quatuor Antiani ſunt vocati ſub nomine collectiuo, quo caſu venirent pro vna voce, & pro dimidia eſſet laicale, pro dimidia eccleſiaſticum, *Creſc. deciſ.* 4. *hoc tit. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibi Iaſ. numer.* 4. *& ſeq. l. interdum, & ibi gloſſ.* 1. *& DD. ff. de hæred. inſtit.* & quantum ad præſentationem, & exactionem rationis adminiſtrationis temporalium cenſetur eccleſiaſticum, *c. vnico §. fin. hoc tit. in* 6. *Pan. in c. de monach. num.* 14. *de præb.* quantum ad derogationem, & facultatem conferendi à legato à latere cenſetur laicale, quia dignitas, ſeu qualitas clericatus eſt attendenda, quando ex hoc reſultat cōmodum, ſeu decus eccleſiæ; verum quando ex prædominatione qualitatis clericalis reſultat incommodum, ſeu inferioritas eccleſiæ, tunc inſpicitur potius laicalis qualitas, quod ex illa melioretur conditio eccleſiæ, *Fel. in tract. quand. lit. ap. noc. patr. eccl. in* 6. *ampliat. approbatus à Rot. Creſc. deciſ.* 3. *Achill. deciſ.* 3. *hoc tit. Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. ius num.* 15. *plures citans*, Conceſſio iuriſpatronatus facta per eccleſiam laico ſine conſenſu Epiſcopi non valet, *c.* 1. *hoc tit. in* 6. *Pan. in d. c. de monachis num.* 13. *de præb.* Tertio transfertur † permutatione iuriſpatronatus, *c. nemini* 16. *quæſt.* 7. 75

Quarto transfertur cum vniuerſitate † ſine auctoritate Epiſcopi, cuius vel plenum, vel vtile tranſit dominium, *c. ex litteris c. cum ſæculum hoc tit. Pan. in c. illud num.* 3. *& ſeqq. eod. Felin. in c. cauſam numer.* 8. *de præſcript.* non autem ius pignoris, vel hypothecæ, *c. cum Berthold. de re iud.* quando eſt talis res, quæ ſine expreſſione ſigni vniuerſalis 76

Digitized by Google

vniuerſitatem in ſe continet, ſicut eſt hæreditas, *Achill. deciſ. 9. hoc tit. Pan. in c. ex litteris num. 13. & ibi Can. hoc tit. Fel. in c. cauſam quæ nu. 8. de præſcr. Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. ipſe vel is, à quo cauſam habuit quæſt. 8. & 9. & ſeqq. l. hæreditatis 1. & 2. ff. de verb. ſignif.* bona, *l. bonorum la 2. ff. de verb. ſignif.* dos cui iuspatronatus eſt annexum, *Roch. de Curt. de iurepatr. in verb. ipſe vel is, à quo cauſam habuit nu. 62. quæſt. 28. Zab. in clem. pluris in 6. q. hoc tit. Tiraq. de leg. connub. gloſſ. fin. num. 5. & ſeqq. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. §. 1. num. 147. vſque ad num. 186. Pan. in c. cum dilecta num. 8. de conceſſ. præb.* villa, caſtrum, quæ in ſe continent iuriſdictionem & honorem, *Innoc. in d. c. ex litteris num. 1. 2. & 3. Pan. num. 10. & ſeqq. late Garc. de benef. part. 5. cap. 9. à num. xj. vſque ad 36.* non autem fideicommiſſum vniuerſale, *l. quia perinde §. reſtituta, & ibi poſt gl. Bart. & DD. ff. ad Trebell. l. ſi operarum ff. de oper. libert. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. ſub num.* 8. aut palatium, *Pan. in c. ex litteris num. 14. hoc tit. & ibi Zabar. in 13. qu. Hoſt. num. 7.* vel fundus *Hoſt. in d. c. ex litteris num. 7 & Can. Roch. de Curte de iur. patr. in verb. ipſe vel is à quo cauſam habuit quæſt. 23. & num. 43.* ſed decimæ
77 & † alia ſpiritualia iura non tranſeunt cum vniuerſitate; ratio diuerſitatis eſt, quia cum iuspatronatus non ſit mere ſpirituale, ſed ſpirituali annexum, non eſt mirum ſi annectatur vniuerſitati temporalium, ſed mere ſpiritualia, cum in nullo communicent temporalibus, eis nec cum vniuerſitate, nec ſine ea annecti poſſunt, niſi eſſet talis res, vt eſt præbenda quæ pariter in ſe habet & temporalia, & ſpiritualia iura, *Innoc. in d. c. ex litteris num. 1. & ibi Can. Zab. ibi q. 10. Hoſt. circa fin. nu. 4. c. cauſam quæ de præſcript.*

78 Priuatur † patronus iurepatronatus ipſo iure propter vſurpationem bonorum etiam feudalium, iuriſdictionum, fructuum, ac quarumcumque obuentionum eccleſiæ, vel beneficij, ac impedimentum præſtitum, ne ab eo, ad quem pertinent percipiantur, *c. fin. ſeſſ. 22.* Secundo propter occiſionem, vel mutilationem rectoris, vel clerici, ac eius poſteritates vſque ad quartam generationem nullatenus ad collegium clericorum admittuntur, neque in domibus regularibus alicuius prælationis aſſequuntur honorem, *c. in quibuſdam de pœnit.* Tertio confiſcatione omnium bonorum, *Pan. in c. nobis num. 3. & in c. cum laici 10. n. 3. hoc tit. & ibi Can.* Quarto tollitur iuspatronatus præſcriptione libertatis, *Rot. ponens omnia requiſita deciſ. 109. part. 2. diuerſ. Lamb. de iurepatr. lib. 3. art. 8. q. 7. princip. Greg. 15. deciſ. 452. num. 13. & ibi annot.* & alijs modis ſuis locis annotatis.

De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

Titulus XXXVIIII.

SVMMARIA.

1 *Cenſum imponere poſſunt quilibet in contractu cenſuali.*

2 *Summus pontifex ad iudicium percepta libertatis ſeu protectionis.*

3 *Epiſcopus quando remittit iura epiſcopalia, concedit eccleſias pijs locis, dedicat vel conſecrat Eccleſias necnon tempore fundationis aut dotationis ſibi vel alteri aut patrono ſoluendum.*

4 *Quilibet prælatus qui habet Eccleſiam pleno iure ſubiectam & iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco.*

5 *Ceteri ſacerdotes & clerici non poſſunt Eccleſias quibus præſunt facere cenſuales.*

6 *Cenſus nonos imponere aut veteres augere non poſſunt epiſcopi abbates aut alij prælati niſi ſubſiſtente cauſa.*

7 *Cenſus ignorantiæ, id eſt, cuius cauſa ignoratur, reprobatur.*

8 *Cenſus quoque per epiſcopum impoſitus Eccleſiæ per eum de manu laici excepta.*

9 *Cenſus ſolutio eſt præſcriptibilis excepta illa quæ fit in ſignum ſubiectionis, vbi ſubiectio non præſcribitur.*

10 *Cenſus ſoluendus eſt ad antiquam monetam in qua fuit inſtitutus vel ad eius æſtimationem ſi non ſit in vſu.*

11 *Exactiones & talias Epiſcopi & prælati imponere non poſſunt ſed Epiſcopus debet eſſe contentus canonicis & conſuetis.*

12 *Procuratio regulariter prælatis non præſtatur pro officio ſua impendendo.*

13 *Debetur primo ratione viſitationis quando perſonaliter officium viſitationis impendunt.*

14 *Viſitare tenentur Epiſcopi & hi maiores propriam diœceſim per ſeipſos vel generalem Vicarium aut viſitatorem, quotannis totam aut ſaltem maio-*

iorem

rem eius partem ita vt tota viſitatio biennio cõpleatur.

15 Metropolitani poſt plene viſitatam propriam diœceſim non poſſunt viſitare cathedrales eccleſias neque diœceſes ſuorum comprouincialium niſi cauſa cognita & probata in Concilio prouinciali.

16 Metropolitani officium in viſitatione prouinciæ.

17 Archidiaconi decani & alij inferiores in ijs Eccleſiis vbi hactenus viſitationem exercere conſueuerunt, debent aſſumpto notario de conſenſu epiſcopi per ſeipſos eatenum viſitare.

18 Viſitatores à capitulo deputandi prius ab epiſcopo debent approbari.

19 Abbates & prælati religioſorum viſitant monaſteria & monachos.

20 Legati ac Nuncij apoſtolici prouincias ſibi commiſſas.

21 Viſitari quænam perſonæ & quæ loca poſſunt per epiſcopos & alios ſuperiores prælatos.

22 Quot & quales perſonas epiſcopus poteſt ſibi aſſumere in viſitatione monialium in ipſo actu viſitationis & inquiſitione facienda in capitulo.

23 In viſitatione monaſteriorum religioſorum.

24 In viſitatione quam facit de proprio ſuo capitulo regulari aut ſæculari.

25 Epiſcopi in omnibus ijs quæ ad viſitationem ac morum correctionem pertinent ius & poteſtatem habent etiam tanquam ſedis apoſtolicæ delegati ea ordinandi moderandi puniendi & exequendi iuxta canonum ſanctiones quæ illis pro ſubditorum emendatione ac diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur nec illis exemptio aut vlla inhibitio appellatio querela etiam ad ſedem apoſtolicam interpoſita executionem eorum quoquo modo impedit aut ſuſpendit.

26 Abbates ordinum exemptorũ capita & cæteri præfatorum ordinum ſuperiores monaſteria ſibi ſubdita & prioratus ſuo quiſque loco & ordine viſitant etiamſi ſint commendata & in eis non vigeat regularis obſeruantia.

27 Ipſa quoque monaſteria ordinum capita viſitantur.

28 Monaſteria quæ ſub immediata ſedis Apoſtolicæ protectione & directione regi conſueuerunt tenentur quolibet triennio ſe in congregationes redigere.

29 Iure decretalium tam exemptorum monaſteriorũ quam epiſcopo ſubditorum & canonicorum regularium Abbates atque priores proprios abbates non habentes de triennio in triennium ſaluo iure diœceſanorum epiſcoporum tenentur in ſingulis regnis ſiue prouincijs commune capitulum celebrare ad quod vniuerſi conueniant apud vnum monaſterium ad hoc aptum.

30 Præſides à capitulo electi ordinariam habent iuriſdictionem.

31 Viſitatores deputati delegatam authoritate apoſtolica iuriſdictionem.

32 Viſitatorum officium.

33 Illi quoque qui habent Abbatias ſeu monaſteria vnita ſuis menſis quoad temporalia & ſpiritualia, cum ſpeciali cõceſſione iuriſdictionis abbati prius competentis ius habent viſitandi.

34 Vniuerſitates ſtudiorum generalium per quos viſitentur.

35 Viſitatio ab Epiſcopo inchoanda eſt à capitulo cathedralis ſuæ eccleſiæ & ipſa ciuitate deinde perficienda per diœceſim.

36 Debet fieri in proprio loco quem vult viſitare.

37 Si quidem viſitat loca, quod ſit eius officium.

38 Si viſitat perſonas citra exercitium iuriſdictionis aut cum exercitio iuriſdictionis quod ſit eius officium.

39 Viſitator à locis viſitatis pro diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebit, procurationem recipit, iuxta facultates Eccleſiarum ſiue in victualibus ſibi ac ſuis frugaliter miniſtrandis ſiue in pecunia ex arbitrio eorum qui fuerint viſitati.

40 Pœna viſitatoris, ſiue ipſe ſiue aliquis de eius familiaribus aliquid vltra procurationem accipiat, ac epiſcopi & aliorum qui officio viſitationis nõ impenſo procurationis nomine aliquid recipere præſumunt.

41 Procuratio quoque debetur epiſcopo quando conſecrat eccleſias, altaria, reconciliat eccleſiam.

42 Procurationes præſtantur legatis & nuncijs apoſtolicæ ſedis quando tranſeunt vel cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam aut ſiue in loco ad quem ſunt deſtinati.

43 Vltra victualia recipiunt pecuniam pro vecturis & equis mortuis, & alias expenſas in veniendo & redeundo & alia ſeruitia & ſubuentiones in ſuis neceſſitatibus.

44 Eccleſiæ omnes tenentur legatum & nuncium apoſtolicum procurare.

Digitized by Google

45 *Modus ſeruandus in exactione harum procurationem.*

46 *Prælatus plus debito extorquens à ſubditis prætextu procurationis vel alterius ſeruitij legato vel nuncio imperſi extortum reſtituit & tantundem pauperibus erogat.*

47 *Procurationes quædam debentur ex conſuetudine vel præſcriptione vel pacto in fundatione vel cõſecratione appoſito vel ex mera charitate.*

48 *Viſitare limina apoſtolorum tenentur epiſcopi qui ſedis apoſtolicæ ſubiacent ordinationi, vel à Papa confirmationem, conſecrationem, aut pallium recipiunt.*

49 *Ex conſtitutione Sixti quinti omnes epiſcopi & his ſuperiores prælati tenentur ſtatutis temporibus viſitare limina.*

EX prouentibus eccleſiæ aliquando cenſus, &
nonnullæ exactiones ſoluuntur, & certis caſibus dantur procurationes, de quibus nunc eſt
dicendum. Cenſus dici poteſt quicquid annuatim ſoluitur, *c. quæſitum in fin. 1. q. 3. l. fin. C. ſine cen-*
1 *ſu vel reliq. fund. comp. non poſſ.* Deberi † poteſt priuato ex contractu cenſuali, & non poteſt augeri,
quia in eo tranſit dominium omne in accipientem, & omnis poſſeſſio, *c. conſtitutus, & ibi glo. ord. in verb. iuxta ratam & marg. ibidem approbata per DD. de relig. domib. Bart. in l. 1. §. 1. num. 3. ff. de publ.* ſecus eſt in penſione quæ augeri poteſt, quia illam quis ſoluit ratione fructuum quos percipit de alieno, *Pan. in c. prohibemus num. 3. hoc tit.* In dubio cenſualis res potius præſumitur, quam emphyteutica, *Creſc. deciſ. vnic. hoc tit. Iaſ. in l. 2. numer. 41. & 42. poſt Albert. C. de iur. emphyt. Imol. in c. ad audientiam numer. 4. & ſeq. de reb. eccl. non alien. Marſ. ſing. 95. nu. 2. c. conſtitutus de relig. domib. & ibi Pan. num. 22. & Can.* Præterea deberi poteſt ſummo Pontifici, Epiſcopo, prælato eccleſiæ &c. de quo videamus. Cenſum imponunt ſibi ſoluendum
2 ſummus Pontifex † ad indicium perceptæ libertatis, aut perceptæ protectionis, *c. recepimus de priuil. c. conſtitutus circa fin. de relig. domib.* Epiſcopus,
3 quando † remittit iura epiſcopalia, *d. cap. conſtitutus*, concedit aliquas eccleſias, pijs locis de conſenſu ſuorum capitulorum, *c. paſtoralis de his quæ fi. à præl.* dedicat, vel conſecrat eccleſias, *c. Eleutherius 18. q. 2.* necnon tempore fundationis, vel dotationis ſibi, *c. prohibemus, & ibi gloſ. in verb. cenſus hoc tit.* vel alteri, *c. quanto hoc tit.* aut patrono ſoluendum, *c. præterea de iure patr.* Item cenſum imponit
quilibet † prælatus, qui habet eccleſiam pleno 4
iure ſubiectam, & epiſcopalem iuriſdictionem in loco, non quidem ad vtilitatem ſuam, niſi aliqua iura remittat, ſed alterius eccleſiæ, vel pij loci ex rationabili cauſa, *c. præterea, & ibi Pan. num. 3. hoc tit. Pan. in d. c. prohibemus hoc titul. ſub numer. 2.* Cenſus, qui ſoluitur Epiſcopo, aut inferiori prælato arguit ſubiectionem, *cap. omnis anima hoc tit.* quia præſumitur quod ſolutio illis fiat ratione iuris epiſcopalis, vel quaſi remiſſi, niſi ex aduerſo probetur, quod cenſus ſoluatur ex aliqua alia cauſa, *d. c. omnis anima, & ibi Can. Panor. in c. quoniam num. 4. de priuil.* ſi vero vna eccleſia ſoluit alteri cenſum, non arguit neceſſario ſubiectionem, *c. quanto, & ibi Pan. num. 2. hoc tit.* Cæteri ſacer-
dotes, & † clerici non poſſunt eccleſias, quibus 5
præſunt, auctoritate ſua, præſertim poſt deceſſum ſuum efficere cenſuales; perſonaliter vero ad ſolutionem cenſus ſe poſſunt obligare, *d. cap. præterea, & ibi Pan. nu. 4. hoc tit. c. de cætero de tranſact.* qui per colluſionem iudicialem, vel extraiudicialem conſtituit eccleſiam cenſualem, illa priuatur, *c. cum clerici hoc tit.* Epiſcopi, abbates, vel a-
lij prælati † nouos cenſus imponere eccleſijs, aut 6
veteres, etiam auctis eccleſiarum facultatibus, augere, vel partem reddituum ſuis vſibus appropriare non poſſunt, *c. prohibemus hoc tit. Clem. quia regulares §. 1. de ſuppl. negl. præl.* etiamſi in eccleſijs habeant iuspatronatus, *c. grauis hoc tit.* niſi ſubſiſtente cauſa rationabili, puta ſi accedat nouum prædium, noua parochia, vel quid ſimile, *d. cap. prohibemus & ibi gloſſ. in verb. veteres & Can.* ſecus in procuratione quæ poteſt imponi, & augeri auctoritate Epiſcopi, *gl. in d. c. prohibemus in verb. veteres per c. quanto hoc tit.* aut eccleſia ſit de menſa ipſorum, quo caſu poſſunt partem reddituum ſibi retinere, *Pan. in d. c. prohibemus ante numer. 3. per Clem. 1. de ſuppl. negl. præl.* nouus cenſus eſt, qui ab initio non fuit impoſitus, *c. ſcientes, & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* vel qui ab alijs eccleſijs non ſoluitur, aut imponitur ex cauſa canonibus non cognita, *cap. eccleſiis hoc tit.* ratio prioris eſt, quia rei ſacræ onus aliquod imponi non poteſt, cum ſit extra commercium, ratio ſecundi eſt, quia cenſus ſoluitur ſuperiori in ſignum ſubiectionis, ideo non refert, an multum, vel parum ſoluatur, *c. conſtitutus de relig. dom. d. c. omnes anima, & Pan. d. cap. prohibemus num. 3. hoc tit.*

Repro-

Digitized by Google

7 Reprobantur † cenſus ignorantiæ, id eſt, cuius cauſa ignoratur, etiamſi longo, aut longiſſimo tempore fuerit ſolutus, *c. peruenit hoc tit.* quia ex tempore non quæruntur iura, *l. ſi certis annis C. de pact. c. nullus epiſcopus 1. q. 1. & ibi gl. & Can.* niſi quis alleget titulum legitimum, quem intendit probare ex præſtatione diuturna, *l. cum de in rem verſo & ibi gl. mag. Bart & DD. ff. de vſur. Cyn. & Iaſ. nu. 7. in d. l. ſi certis annis. Pan. in d. c. peruenit num. 3. & ſeqq. & ibi Can.* ac lite pendente ſi præſtatio ſit merè perſonalis, in qua ſit repetire aliquem ſtatum, in eo poteſt quis facere ſe manuteneri, & ad eum reſtitui, ſi vero præſtatio eſt realis, poteſt agere poſſeſſorio, *Pan. in d. c. peruenit ſub num. 3. Anchar. num. 9. & Can. Pan. in c. querelam num. 12. in fin. de elect. Rot. diuerſ. deciſ. 196. num. 6. par. 1.* Secundo
8 cenſus † per epiſcopum impoſitus eccleſiæ per eum de manu laici ereptæ, *c. eccleſiis hoc tit.*

9 Omnis ſolutio † cenſus eſt præſcriptibilis, excepta illa, quæ fit in ſignum ſubiectionis, *c. ad audientiam, & ibi Pan. num. 18. & latius Felin. num. 2. de præſcript.* vbi ſubiectio non præſcribitur, *c. cum non liceat de præſcript.* vbi vero ſubiectio eſt præſcriptibilis, ita & cenſus in ſignum ſubiectionis debitus, quia ſubiectio, & cenſus ob eam debitus parificantur, *Felin in d. c. ad audientiam ſub nu. 20. l. comperit C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & ibi not.* poteſt ab Epiſcopo de conſenſu capituli ex iuſta cauſa, & rationabili remitti, ac etiam minui, *cap.*
10 *cum venerabilis hoc tit.* ſoluendus eſt † ad antiquã monetam, in qua fuit inſtitutus, vel ad eius æſtimationem, ſi non ſit in vſu, niſi fuerit præſcriptũ in alterius monetæ ſolutione, *c. olim cauſam c. cum canonicis hoc tit. gloſſ. in c. conquerente in verb. duos ſolidos & ibi Can. de off. ord. Anch in clem. fin. de decim. & ibi Can. Gail. obſ. 73. lib. 2 tenet quod non poſſit præſcribi. Mynſing. obſ. 1. cent. 4.* quia creditor non eſt cogendus in aliam formam nummos accipere, ſi ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit, *l. Paulus reſpondit la 1. ff. de ſolut.* ſpecies enim monetæ in cõtractu contenta eſt in ſolutione, ac in obligatione, *Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle ſub num. 5. ff. de ſolut. l. 1. §. fin. ff. de aur. & arg. leg.* & ſi ſit mutata bonitas intrinſeca, eſt attendendum tempus obligationis, quando vero eſt mutata bonitas extrinſeca attenditur tempus ſolutionis, *gloſſ. in c. quis ignorat in verb. tempore noſtro 32. qu. 4. & ibi Can. Bart. in l. cum quid num. 17. & ibi DD. ff. ſi cert. pet. Bart. in l. Paulus reſpondit la 1. numer. 6. & ſeqq. ff. de ſolut. Greg. 15. deciſ. 42. Rot. Farin. dec. 597 part. 1. & deciſ. 149. part. 2.* augmentum enim & diminutio valoris extrinſeci damno & lucro cedit creditoris, *Franc. Aret. conſ. xj. numer. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. num. 26. l. res in dotem ff. de iur. dot. Rot. Far. d. deciſ. 149. num. 7. & ſeqq. Couar. de coll. vet. num. cap. 7. §. vnico num. 3.*

Exactiones, & talias † epiſcopi, & prælati eccleſiaſtici imponere non poſſunt, *c. cum apoſtolus § prohibemus hoc tit. c. nullus 16. quæſt. 1.* etiamſi ſint S. Romani Imperij Principes, quia Inſtitutio vectigalium eſt de ſummo imperio & de reſeruatis Romanorum Imperatori, *tot. tit. C. vectigal. noua inſtit. non poſſe Mynſing. obſ. 29. cum ſeqq. cent. 5.* Sed Epiſcopus contentus eſſe debet canonicis, & cõſuetis, cathedratico, ſynodatico, quarta decimationum, & mortuariorum, *c. conquerente, & ibi gl. in verb. duos ſolidos in verb. decimationum, in verb. mortuariorum & Can. de off. ord.* cenſu in conſecratione impoſito, *c. cleutherius. 18. quæſt. 2.* charitatiuo ſubſidio, quod petere poteſt à ſubditis, ſi manifeſta & rationabilis cauſa exititerit, *d. c. conquerente in fin. de off. ord. c. cum apoſtolus §. prohibemus hoc tit.* & eſt impræſcriptibile, *Pan. in d. c. cum apoſtolus n. 5. in fin. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in antiq.* & ſi neceſſitate oſtenſa precibus, & monitis ſuis nolunt obſequi, poteſt recuſantes ad eius præſtationem compellere de conſenſu ſui capituli, *Anchar. in d. c. cum apoſtolus num. 10. & 11.* procuratione in certis caſibus, de qua loquitur tertia pars tituli. Archidiaconi, & alij prælati inferiores nullas exactiones, ſiue talias in presbyteros ſiue clericos exercere poſſunt, niſi in hoc ſint priuilegiati, vel habeatur conſuetudo, *d. c. cum apoſtolus § prohibemus in fin. & ibi Pan. n. 6. poſt gl.* 11

Procuratio regulariter † prælatis non præſtatur pro officio ſuo impendendo, niſi in caſibus à iure expreſſis, aut ſimilibus, *Pan. in c. cum ſit n. 2. de ſim. & ibi Can.* non pro labore ſacramenti, quia daretur pro ipſo ſacramento cum ſit annexus, *c. ſi quis obiecerit 1. quæſt. 3.* ſed in ſignum cuiuſdam ſuperioritatis, *c. Romana §. procurationes hoc tit. in 6.* Primo, debetur † ratione viſitationis, *c. cum apoſtolus cap. ſopita c. procurationes hoc tit.* Quando perſonaliter officium viſitationis impendunt, *d. c. procurationes.* & ab eius ſolutione epiſcopi eccleſiam non poſſunt eximere, *Pan. in c. cum venerabilis num. 2. hoc tit.* & ex toto à ſubditis præſcribi non poteſt, ſed quota, vel pars procurationis præſcribi po- 12 13

Digitized by Google

bi poteſt, *Butr. in c. cum ex officij n. 16. & ibi Io. Andr. Io. de Imol. & Can. de præſcript. Franc. Marc. quæſt. 198. num. 11. part. 2.* Viſitare dicuntur, qui circumeunt prouinciam, diœceſim, eccleſias, pro ſalute animarum, vel pro cultu diuino ampliando, pro ſtatu eccleſiæ in melius reformando, moribus corrigendis, *c. placuit. 10. quæſt. 1. c. procurationes §. porro hoc tit. Ioan. Andr. in c. 1. in verb. viſitatis eod. in 6. c. 3. §. viſitationum ſeſſ. 24. c. mandatum, & ibi gloſſ. 1. & Can. de off. archid. c. dudum el 2. verſ. ſed cum in iure de elect. & ibi Can.* & contra denegantes procurationem ſibi ſoluere poſſunt ferre ſententiam cen-
14 ſuræ, *c. cum nuper hoc tit.* Viſitationem † facere poſſunt epiſcopi, & his ſuperiores, aliiq; prælati inferiores ordinariam iuriſdictionem habentes, *c. Romana §. fin. hoc tit. in 6. c. cum apoſtolus c. procurationes hoc tit. Mar. Socin. in tract. de viſit. numer. 4.* In quibus Conc. Tridentinum quædam immutauit, cuius decreta breuiter recenſebo. Epiſcopi, & his maiores propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitime impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut viſitatorem quotannis totã viſitare tenentur, aut ſi propter eius latitudinem non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen vt tota viſitatio biennio per ſe, aut viſitatores ſuos compleatur, *c. patriarchæ ſeſſ. 24. c. epiſcopum. 10. quæſt. 1.* nec in hac generali viſitatione facienda tenentur requirere Conſilium, aut conſenſum ſuorum capitulorum, *iuxta tradita per Panorm. in c. qualiter, & quando el 2. num. 6. de accuſat. & c. ex literis de diuort. vel coniudicum iuxta c. 6. ſeſſ. 25.* quia viſitatio generalis ſpectat ad epiſcopum ex propria iuriſdictione, *c. 1. §. hanc autem hoc tit. in 6. d. c. patriarchæ ſeſſ. 24. d. c. 6. ſeſſ. 25.* Me-
15 tropolitani † etiam poſt plene viſitatam propriã diœceſim, non poſſunt viſitare cathedrales eccleſias, neque diœceſes ſuorum comprouincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio prouinciali, *d. c. patriarchæ §. in metropolitanis ſeſſ. 24. qui corrigit c. 1. §. 1. & c. fin. hoc tit. in 6.* & tunc
16 in † viſitatione prouinciæ poſſunt facere inquiſitionem præparatoriam in genere ſine vlla coactione, & qualibet exactione iuramenti de veritate dicenda, quia nullam habent iuriſdictionem in ſubditos mediatos, ideo non poſſunt compellere ſubditos ſuffraganeorum ad præſtandum iuramentum de veritate dicenda, ſed compellunt eos venire, reſpondere, ſibi obedire in his, quæ reſpiciunt officium viſitationis, præſtare iuramentum, per quod occultum prodere conſtringantur, etſi ſine iuramento aliqua referuntur corrigenda, ſuper his præſtare iuramentum de veritate dicenda, *c. 1. §. ſane, & ibi gl. in verb. coactione Gemin. ſub n. 6. verſ. oppono, & Can. hoc tit. in 6.* ac orta contra aliquos infamia eorum ordinarijs denunciare, vt ſuper his contra eos ſolemniter inquirant, notoria crimina, quæ examinatione non egent poſſunt libere corrigere, & punire, *c. 1. §. ſane verſ. fin. hoc tit. in 6.* Archidiaconi,
decani, † & alij inferiores, in ijs eccleſijs vbi ha- 17
ctenus viſitationem exercere legitime conſueuerunt, debent aſſumpto notario de conſenſu epiſcopi, per ſeipſos tantum ibidem viſitare, *d. c. patriarchæ §. archidiaconi ſeſſ. 24.* viſitatores à capi-
tulo † deputandi, vbi capitulum ius viſitandi ha- 18
bet, prius ab epiſcopo debent approbari, cui, ipſi archidiaconi, & alij inferiores viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, ac depoſitiones teſtium, & integra acta exhibere tenentur, non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, ac exemptionibus, & priuilegijs quibuſcumque, ſed non ideo epiſcopus, vel eo impedito, eius Vicarius eaſdem eccleſias ſeorſim ab his Viſitare prohibetur, *d. c. patriarchæ §. viſitationes.* Quia inferiores non præſcribunt iuriſdictionem priuatiue contra epiſcopum, ſed cumulatiue, *Pan. in c. paſtoralis numer. 7. in fin. de off. ord. & c. cum apoſtolus c. procurationes hoc tit.* cæterique canones, qui Archidiaconis, alijsque inferioribus ius viſitandi concedunt iuxta præfata ſunt
reſtringendi; præterea † abbates, ac prælati reli- 19
gioſorum viſitant monaſteria, & monachos, *cap. pen. & fin. de ſtat. monach.* ac Legati † & Nuncij a- 20
poſtolici prouincias ſibi commiſſas, *c. cum nuper, & c. procurationes & ibi Pan. in 2. not. hoc tit. c. 2. de off. leg. in 6.* numerum euectionum definit. *c. cum apoſtolus hoc tit.*

Viſitari poſſunt † per epiſcopos, & alios ſupe- 21
riores prælatos capitula cathedralium, & maiorum eccleſiarum etiam exempta, & ſedi apoſtolicæ immediate ſubiecta: *c. capitulo ſeſſ. 6. Rot. diuerſ. deciſ. 743. part. 1.* omnes eccleſiæ ſæculares ſuæ diœceſis, ſubditæ ordinariæ; exemptæ ſedi apoſtolicæ immediate ſubiectæ, delegata ſedis apoſtolicæ auctoritate, *c. locorum ſeſſ. 7. c. omnes ſeſſ. 14. c. ſtatuit ſeſſ. 25.* non obſtante tranſactione, vel ſententia arbitramentali inter eos lata, quia ſicut contra Papam ſententia, nec aliquid aliud obſtat,

ita nec

Digitized by Google

ita nec contra eius delegatum. *c. inferior 21. diſt. c. cum inferior de maior. & obed. l. minor autem ff. de minor. Put. dec. 212. lib. 3. quæ eſt notabilis Limitatio ad regulam quod generalis diſpoſitio non trahitur ad caſus deciſos ſententia, vel tranſactione l. cauſas & ibi Iaſ. poſt Bart. n. 3. & ſeqq C. de tranſact gloſſ. in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Iaſ. & DD.* In exemptis à iuriſdictione epiſcopi, & metropolitano, vel alteri immediate ſubiectis, *Pan. in c. ſuper eo n. 6. de paroch. & alien. paroch.* dicti canones Conc. Trident. locum non habent, *Vital. in Clem. attendentes §. hoc igitur nu. 9. & ſeqq. per illum tex. de ſtat. monach.* populus ſuæ diœceſis, *c. epiſcopi ſeſſ. 25.* capellæ regiæ, earumque canonici, & Capellani, qui ſubſunt ordinarijs, nõ magiſtris capellarum, cum & ipſi reges in ſpiritualibus ſubſint epiſcopis locorum, *c. omnes principes de maior. & obed. Pan. in c. cum capella in 2. not. de priuil. Rot. diuerſ. deciſ. 736. part. 1.* & Conc. Trident. *in c. quoniam el 1. ſeſſ. 24.* præſeruat, *c. cum capella de priuil.* quoad excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, de quibus d. c. *cum capella* loquitur, non autem quoad viſitationem; *Rot. diuerſ. deciſ. 744. part. 1. gloſſ. mag. in d. c. cum Capella in fin. & ibi Can. communiter.* Eccleſiæ quæcumque quomodolibet exemptæ auctoritate Apoſtolica, in quibus opportunis iuris remedijs prouident; vt, quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi qua illis immineat, alijſque debitis obſequijs minime defraudentur, appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præſcriptis &c. penitus excluſis; *c. locorum ordinarij ſeſſ. 7.* eccleſiæ de nouo conuerſæ, quæ in procurationibus, & alijs ſeruant conſuetudinem vicinarum, *c. ſuper eo hoc tit.* hoſpitalia, collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum, *late Pariſ. conſ. 34. vol. 4.* etiam quas ſcholas, ſeu quocumque alio nomine vocant, nõ tamen quæ ſub regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia, eleemoſynæque montis pietatis, ſiue charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, aut in fundatione alicui ſpecialiter commiſſa ſit viſitatio, quia intelligitur commiſſa cumulatiue, non autem priuatiue quoad epiſcopum, *Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 99. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 8. Pan. in c. paſtoralis num. 7. & ibi Can. de off. ordin.* atque eadem exemptionis priuilegio ſint munita, non obſtante quacumq; conſuetudine etiam immemorabili priuilegio, ac ſtatuto, ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt: *c. epiſcopi el 2. ſeſſ. 22.* ideo Rota ad probandum immemorabilem ſolet denegare remiſſoriam ex capite irreleuantiæ, quia per Conc. Tridentin. quoad viſitationem derogatur immemorabili, *Rot. diuerſ. deciſ. 744. in princ. part. 1. c. 8. ſeſſ. 7. c. 8. ſeſſ. 21. c. 3. & c. 9. ſeſſ. 24.* Et notandum eſt, quod in d. *epiſcopi el 2.* clauſulis derogatorijs non fit mentio fundationis, per quã Epiſcopus facta de ipſo expreſſione ſpecifica, vel ſi dicatur, quod viſitatio fieri debet per inferiorem prælatum, & non per aliam perſonam; poteſt ab eadem prohiberi & excludi, *Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 98. & ſeqq. per text. in d. c. epiſcopi el. 2. & ſeqq. ſeſſ. 22. Greg. 15. deciſ. 8. num. 1. in fin. & ſeqq.* excepto caſu negligentiæ, aut non implementi per inferiorem monitione præmiſſa, *c. tua, & ibi gloſſ. magn. & Can. de teſtam. c. Ioannes c. ſi hæredes eod. tit. l. nulli & auth. ibi poſita C. de epiſ. & cler.* Item viſitantur per epiſcopos quælibet monaſteria monialium, & canonicarum ſæcularium, exempta videlicet, quæ ita ſedi Apoſtolicæ, quod nulli alij ſubiecta noſcuntur Apoſtolica: (exempta alia per alios quibus ſubſunt, viſitantur) non exempta, ordinaria auctoritate, *Clem. attendentes de ſtat. monachor.* ac virorũ ſuæ iuriſdictionis ſubiecta, *c. ſopitæ c. cum olim hoc tit.* ac etiam exempta & commendata in quibus non viget regularis obſeruantia, *c. quæcunque ſeſſ. 21.* dummodo non ſint exempti ordinis, *c. abbates in princ. ſeſſ. 25.* ſi in eis viget regularis obſeruantia, debent Epiſcopi paterne monere regularium ſuperiores, vt regularia inſtituta obſeruent, & à ſibi ſubditis obſeruari faciant, qui ſi admoniti infra ſex menſes, eos non viſitauerint, vel correxerint, tunc ijdem epiſcopi, etiam vt delegati ſedis Apoſtolicæ eos viſitare poſſunt, & corrigere, prout ipſi ſuperiores poſſent iuxta eorum ſtatuta, quibuſcumque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus non obſtantibus, *d. c. quæcumque verſ. ſi in tis vigeret.* Præcipitur † Epiſcopis, & alijs viſitatoribus, vt in vi- 222
ſitatione monialium in ipſo actu viſitationis, & inquiſitione in capitulo facienda, notarijs duobus, clericis, non pluribus, *Clem. attendentes §. ipſos & ibi gloſſ. in verb. duobus Vital. numer. 4. & Can. de ſtat. monach.* excluſis aduocatis, *c. vt iuxta de off. ord. ibi Pan. num. 2. Butr. nu. 3. & 5. Zab. circa fin. & Can.*

commu-

Digitized by Google

communiter, & perſonis duabus ſuæ eccleſiæ ca-
thedralis non inferioris, *Vital. cont. gl. in d. clem.*
attendentes §. *ipſis num.* 3. quatuorq; cæteris alijs cle-
ricis, *Vital. in d. Clem. attendentes* §. *ipſis num.* 4. ho-
neſtis, & maturis ſint contenti, *Clem. attendentes* §.
23 *ipſis de ſtat. monach. & ibi gloſſ.* in † monaſteriorum
religioſorum viſitatione prohibetur Epiſcopis,
ne in monaſterijs laicos, aut clericos ſæculares
in capitulo, & actu viſitationis, niſi duos aut tres
de canonicis eccleſiæ ſuæ in decenti habitu, &
alijs quos expedire viderint, religioſis adiunctis,
introducant, *c. vt iuxta de offic. ordin. & ibi gloſſ. &*
Doct. qui ſunt in huiuſmodi viſitationis officijs
exercitati, *c. in ſingulis* §. *aduocent de ſtat. monach.*
neutro caſu numerus procurandorum diminui-
tur, *Arch. in d. clem. attendentes in* 7. *not. & Can.* in
24 viſitatione, quam facit † epiſcopus de proprio
capitulo ſuo regulari in viſitationis actu duas vel
tres honeſtas perſonas clericali charactere inſi-
gnitas, quarum vna ad minus ſit religioſa, ordi-
nis eiuſdem, & vnum notarium clericum ſecum
habere poteſt, & non plures; *Extrauag. 1. de off. or-*
din. inter communes. ſi ſeculare ſit proprium capi-
tulum, poteſt epiſcopus per ſe ipſum ſolum, vel
illis quibus ſibi videbitur, adiunctis, toties quo-
ties opus fuerit, viſitare, corrigere, & emendare,
c. capitul. ſeſſ. 6. prætereа viſitantur ab epiſcopis
beneficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus,
collegiatis, ſeu alijs eccleſijs, vel monaſterijs, be-
neficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcum-
que perpetuo vnita, & annexa reperiuntur, ac
ſollicite prouident, vt per idoneos vicarios etiam
perpetuos, niſi ipſis ordinarijs pro bono eccle-
ſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis
cum congrua fructuum portione, non maiore
centum, neque minore quinquaginta ſcutorum
annuorum ſumma, etiam ſuper certa re aſſig-
nanda, ibidem deputandos, ad nominationem
eorum, in quorum eccleſijs vnitis ponuntur, cum
ipſorum ordinariorum, ſeu eorum vicariorum
præuio examine, approbatione, abſque concurſu,
cura animarum exerceatur; priuilegijs, exem-
ptionibus, etiam cum iudicum deputatione, &
illorum inhibitionibus quibuſcumque in præ-
miſſis minime ſuffragantibus, *c. beneficia ſeſſ. 7.*
Pius V. conſtit. 46. in Bullario antiquo, quæ emanauit
ad d. c. 7. declarationem. ac etiam viſitatur beneficia
tam curata, quam non curata, ſæcularia, regula-
ria, qualitercumque commendata, etiam exem-
pta, *d. c. quæcumque verſ. nec non beneficia.* Eccleſiæ
ſæculares, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur,
ab epiſcopo, cuius eccleſia cathedralis proxi-
mior eſt, ſi id poſſit, alioquin ab eo, qui ſemel in
Concilio prouinciali à prælato loci illius electus
fuerit, tanquam ſedis apoſtolicæ delegato, non
obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus, et-
iam immemorabilibus, *c. quæ alias ſeſſ.* 24. Epiſ-
copi † in omnibus ijs, quæ ad viſitationem, ac 25
morum correctionem ſpectant, ius & poteſta-
tem habent, etiam tanquam ſedis apoſtolicæ
delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, &
exequendi iuxta canonum ſanctiones, quæ illis
ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione,
& diœceſis ſuæ vtilitate, neceſſaria videbuntur,
nec in his exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio
ſeu querela, etiam ad ſedem apoſtolicam inter-
poſita, executionem eorum, quæ ab his manda-
ta, decreta, aut iudicata fuerit, quoquo modo
impedit, aut ſuſpendit, *cap. Epiſcopi, vt aptius*
ſeſſ. 24.

Abbates ordinum † exemptorum capita, & 26
cæteri præfatorum ordinum ſuperiores mona-
ſteria ſibi ſubdita & prioratus ſuo quiſque loco
& ordine viſitant, etiamſi ſint commendata, &
in eis non vigeat regularis obſeruantia, & tenen-
tur quicumque præfatorum ordinum monaſte-
rijs præſunt, viſitatores recipere, & illorum or-
dinationes exequi; ipſa quoque monaſteria † or- 27
dinum capita viſitantur, & quamdiu durant
commendæ, priores clauſtrales aut in priorati-
bus conuentum habentibus, ſub priores, qui
correctionem & ſpirituale regimen exercent
à capitulis generalibus vel ipſorum ordinum vi-
ſitatoribus inſtituuntur, *c. abbates ſeſſ.* 25. Mona-
ſteria quæ generalibus † capitulis aut epiſcopis 28
non ſubſunt, ſed ſub immediata ſedis apoſtolicæ
protectione & directione regi conſueuerunt, te-
nentur quolibet triennio ſe in congregationes
redigere iuxta *c. in ſingulis de ſtat. monach.* & ſi infra
limites vnius prouinciæ non ſit ſufficiens talium
monaſteriorum numerus, poſſunt duarum vel
trium prouinciarum monaſteria vnam facere
congregationem, & ſi in his negligentes fue-
rint, licet metropolitano, in cuius prouincia præ-
fata monaſteria ſunt, tanquam ſedis apoſtolicæ
delegato, eos pro prædictis cauſis conuocare, &
ſi eo inſtante prædicta exequi non curauerint, e-
piſcopis in quorum diœceſibus ſita ſunt, tanquã
ſedis

Digitized by Google

ſedis apoſtolicæ delegatis ſubduntur, *c. monaſteria ſeſſ. 25. de regul. & mon.* Ipſis congregationibus conſtitutis illarum generalia capitula, & ab illis electi præſides, vel viſitatores eamdem habent auctoritatem in ſuæ congregationis monaſteria & regulares, quam alij præſides & viſitatores in cęteris habent ordinibus, tenenturque ſuæ congregationis monaſteria frequenter viſitare, *d. c. monaſteria ſeſſ. 25.* quia quando prælati vnius vel plurium prouinciarum ſimul conueniunt, vnam faciunt vniuerſitatem, licet quilibet in eccleſia ſua faciat collegium ſiue conuentum cum ſuo capitulo, ideoque ſtatur maiori parti, non obſtante contradictione minoris partis, *c. 1. & 2. 65. diſt. Pan. in c. in ſingulis n. 1. de ſtat. monach.* Electi à capitulo annali præſidentes ordinariam habent iuriſdictionem, & poſſunt ad nutum capituli mutari, *Zab. in c. in ſingulis §. aduocent & §. huiuſmodi in princ. de ſtat. monach.* & poſt depoſitum officium inquiri & puniri de male geſtis, *c. ea quæ §. ſequentes autem de ſtat. monach. arg. l. magiſtratus ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* deputati viſitatores delegatam auctoritate apoſtolica, *Pan. in d. c. in ſingulis nu. 3. & 7. per tex. in §. ordinentur ibi vice noſtra.* Quod ſi cognouerint Abbatem à regimine amouendum, tenentur in capitulo præſidentes per nuncios, quibus de communi contributione expenſæ miniſtrantur, eius exceſſus intimare, ac depoſitionem ſedi apoſtolicæ reſeruare; & eo interim ab omni adminiſtratione per viſitatores vel in capitulo præſidentes ſuſpenſo, monaſterio deputatur adminiſtrator: *c. ea quæ §. hæc eadem circa exemptos, & ibi Anch. in xj. notab. & Can. de ſtat. mo-*
29 *nach.* Iure decretalium † tam exemptorum monaſteriorum, quam epiſcopo ſubditorum, & Canonicorum regularium Abbates, atque priores proprios Abbates non habentes, de triennio in triennium, ſaluo Iure diœceſanorum epiſcoporum, tenentur in ſingulis regnis ſiue prouincijs commune capitulum celebrare, ad quod, vniuerſi conueniant, apud vnum de monaſterijs ad hoc aptum, *c. in ſingulis de ſtat. monach. c. fin. eod. tit.* hoc adhibito moderamine vt nullus eorum pluſquam ſex euectiones & octo perſonas adducat, *d. c. in ſingulis §. hoc adhibito.* ac electi à capitulo
30 præſides † ordinariam habent Iuriſdictionem, *d. c. in ſingulis §. & quod ſtatutum fuerit, & ibi gl. in verb. illis quatuor.* & tenentur ſollicite annuatim requirere fugitiuos ſuos & eiectos de ordine ſuo *iuxta c. fin. de regul.* etiam ſæpius & pluries fugientes, *c. peruenit 27. quæſt. 2. & ibi gl. alleg. concord.*
deputati † viſitatores delegata auctoritate apo- 31
ſtolica, *d. c. in ſingulis §. ordinentur, & ibi gl. in verb. vice noſtra, & DD. c. ea quæ in princ. & §. ipſi etiam viſitatores de ſtat. monach.* poſſunt viſitare, etiam ſi epiſcopi non fuerint negligentes, *d. c. in ſingulis §. porro diœceſani, & ibi gl. in verb. viſitatores acceſſerint, & Can.* in concurſu epiſcopis præferuntur, *Anch. in d. c. in ſingulis in fin. & Can. c. ſane el 2. de off. deleg.* ac etiam nuncijs & legatis Apoſtolicis, quia religioſis à Capitulo annali deputatis ſpecialiter cõmittitur vice ſummi Pontificis viſitatio, correctio, & reformatio auctoritate d. c. in ſingulis §. ordinẽtur, c. fin. poſt prin. de ſtat. monach. innouata per Concil. Triden. *c. 8. ſeſſ. 25. de regul.* ideo alius qui ſit generalis in prouincia Legatus eos non poteſt impedire, quia ſpeciale mandatum derogat generali, *c. 2. de off. legat. l. in tot iure ff. de regul. iur. c. generi de reg. iur. in 6.* & quantum ad viſitationem maiorem illis habent poteſtatem, & ſicut locum tenentes ſummi Pontificis debent honorari, *arg. c. præcipimus 39. diſt. cap. paſtoralis §. præterea de off. ord. & ibi Can.* ſed abſoluta per eos viſitatione Epiſcopus, legatus aut nuncius poſſunt viſitare, *Anch. in c. tibi ſub num. 2. verſ. quid ergo ſi Papa de reſcript. in 6. Iaſ. in l. quod in rerum §. ſi quis poſt numer. 5. & ſeqq. & ibi DD. ff. de leg. 1. & ibi DD.* quia ſpecialis iuriſdictio dicitur attribui cumulatiue non priuatiue, *c. per hoc de hæred. in 6. cap. in galliarum, & ibi gloſſ. in verb. prætermitti 25. quæſt. 2. Rom. conſ. 393. præſens conſultatio vbi decem textus allegat. Iaſ. in d. l. quod in rerum §. ſi quis poſt num. 8. & ſeqq. & ibidem DD. Fel. in d. c. paſtoralis num. 2. de off. ord.*
Ad officium † viſitatorum ſpectat inqui- 32
rere de ſtatu monaſterij, obſeruantijs regularibus, & de ſpiritualibus & temporalibus; *c. ea quæ in princip. de ſtat. monach.* non puniunt præteritos monachorum exceſſus, quorum correctio pertinet ad abbates, *d. c. ea quæ, & ibi gloſſ. 1. & Can. cap. quanto & ibi gloſ. pen. de off. ordin. c. reprehenſibilis in fin. de appell.* etiam priuatiue quoad alios viſitatores, *d. c. ea quæ in princ.* ſed ſi ab abbatum correctione ſe contumaciter ſubtrahunt, quia iſta noua culpa rebellionis, viſitationis officio eſt annexa, aut ſunt contumaces in viſitationis officio, quia interrogati nolunt reſpondere de ſtatu monaſterij, vel ingerunt impedimenta in viſitationis officio, tunc per viſitatores auctoritate Apo-

ſtolica iuxta modum culpæ puniuntur, *d. c. ea qua §. ipſi etiam viſitatores, & ibi Anch. nu. 2. & Canoniſt.* Abbates incorrigendo iuxta viſitatorum mandatum, & regularia ſtatuta in ſe ipſis, & monachis negligentes, in Capitulo generali proclamantur, id eſt accuſantur, & publice puniuntur, *d. c. ea qua §. ſi vero abbates.* Si abbas nō exemptus, fuerit à viſitatoribus nimis negligens, aut remiſſus inuentus, id loci diœceſano denunciant ſine mora, & per illum datur ei coadiutor vſque ad generale Capitulum, *arg. §. interdum & §. ſeq. & ibi poſt gl. DD. Inſtit. de Curat.* ſi autem dilapidator inuentus fuerit, vel alias merito amouendus, per diœceſanum, cui proceſſus eſt exhibendus, ad denunciationem viſitatorum, vocato inquiſito, *Pan. in d. c. ea ſub num. 12. per l. Diuus Adrianus ff. de cuſt. & exhib. reorum Butr. in d. c. ea qua ſub num. 23. & Can. communiter*, amouetur abſque iudiciorum ſtrepitu à regimine, conſtituto interim idoneo adminiſtratore, qui temporalium curam gerat; Capitulum vero ſuccedit in ſpirituali iuriſdictione, donec monaſterio fuerit de abbate prouiſum, *d. cap. ea qua §. ſi vero abbates & §. ſeq. & ibi Pan. num. 8 & 9. & Can.* Hæc eadem circa abbates exemptos fieri præcipitur per viſitatores, vel præſidentes Capitulo generali depoſitione ipſorum ſedi Apoſtolicæ reſeruata, *c. fin. §. hæc eadem circa exemptos de ſtat. monach.* prout latius de præſidentibus Capitulo, tractatibus habendis in Capitulo, communi vita dicenda, viſitatoribus eligendis, & eorum officio, viſitatione, & officio diœceſanorum, correctione monachorum & abbatum latius diſponunt d. cap. *in ſingulis* & d. c. *ea*
33 *qua de ſtat. monach.* Illi quoque qui habent † abbatias, aut monaſteria vnita ſuis menſis, quoad temporalia, & ſpiritualia cum ſpeciali conceſſione iuriſdictionis abbati prius competentis, habent ius viſitandi eccleſiam, ac monachos reſpectu eorum, quæ concernunt ſeruitium eccleſiæ, cum actus viſitandi ad iuriſdictionem pertineat, *Pauin. de viſit. par. 2. qu. 1. num. 8. Mar. Socin. de viſitatione lib. 2. q. 10. Greg. 15. deciſ. 304. & ibi annot.*

34 Vniuerſitates † ſtudiorum generalium immediate ſummi Pontificis protectioni, & viſitationi ſubiectas ſua ſanctitas per ſuos delegatos viſitat, & reformat; cæteræ viſitantur ab ijs, ad quos earum cura, viſitatio, & reformatio pertinet, & in his docentes initio cuiuslibet anni ſolemni iuramento ſe debent obſtringere, quod ad inſtitutum, & normam Concil. Tridentin. docebunt, & interpretabuntur, quæ ſunt Catholicæ fidei, *c. 2. §. adhæc ſeſſ. 25.*

Viſitatio ab Epiſcopo † inchoanda eſt, niſi ſub- 35
ſit difficultas, vel incommoditas, à Capitulo cathedralis ſuæ eccleſiæ & ipſa ciuitate, deinde perficienda per diœceſim, *Gemin. in c. 1. §. 1. num. 6. & ibi Franc. num. 1. & Can. hoc tit. in 6.* ac debet fieri
in † proprio loco, quem vult viſitare. *c. conqueren-* 36
te ibi ad eos viſitandos acceſſerit de off. ord. c. 1. & ibi gl. in verb. plene hoc tit. in 6. nec poteſt ſuum vel alterius Capitulum ad aulam, vel cameram ſuam cōuocare, vt illud ibi viſitet, *Franc. in d. c. in fin. princ. hoc titul. in 6. Gemin. ſub numer. 8. in fin. & Can.* etſi commode, vel abſque difficultate accedere ad vnumquemque non poterit, de pluribus locis ad vnum congruum clericos, & laicos ſtudeat conuocare, ne in illis viſitatio poſtponatur, *c. 1. in fin.*
princ. hoc tit. in 6. ſi quidem viſitat loca, puta † ec- 37
cleſiam, debet inſpicere loca ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, baptiſmi, reliquiarum, Altaria, Capellas, vaſa, & veſtimenta eccleſiaſtica, & alia ad cultum diuinum ſpectantia, item domos eccleſiæ, & poſſeſſiones, quia ſubijcienda eſt res oculis, & perſonæ præſentia multum operatur: *l. ſi irruptione §. fin. ff. fin. regund. c. fin. §. is cui de off. deleg.* idem obtinet quando viſitat alia pia loca, ſi
viſitat perſonas † quædam adhibenda eſt diſtin- 38
ctio, aut citra exercitium iuriſdictionis, & tunc paterne admonet, prima die diſcutit quomodo clerici peragant diuina officia. & ignaros docet, altera die conuocata plebe illius eccleſiæ, docet illos, vt errores fugiant, & diuerſa crimina, expectent. & timeant diem iudicij; *c. placuit 10. q. 1. c. 1. §. 1. & ibi Gemin. num. 5. & Can. hoc tit. in 6.* aut cum exercitio iuriſdictionis, & inſpiciendus eſt finis, ad quem inſtituitur viſitatio: aliquando viſitat cauſa imponendi pœnitentiam per viam fori pœnitentialis, *c. fin. in fin. hoc tit. in 6.* & poteſt de omni crimine inquirere abſq; vlla diſtinctione, *Gemin. in c. 1. in princ. numer. 7. & 8. hoc tit. in 6. c. nouit de iud.* ac debet ſeparatim clerum, & populum viſitare, *c. 1. §. deinde, & ibi gloſſ. in verb. populos hoc tit. in 6. & Can.* quia talium vita eſt ſeparata: *c. duo 12. quæſt. 1.* quandoque viſitando reformat in capite & membris faciendo inquiſitionem nō ſolemnem, ſed præparatoriam, quam alij ordinariam vocant, abſque exactione iuramenti de veritate dicenda, ſed exigit iuramentum, per quod exami-

Digitized by Google

examinandus occultum prodere conſtringatur, & præpoſito verbo Dei, & ſalubribus moniris quærit de vita, & honeſtate miniſtrantium in eccleſijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, & cæteris quæ ad ipſum officium ſpectant, notoria ipſorum crimina, quæ examinatione non egeant, libere corrigit, debitam de iure pro illis pœnam infligendo: *c. 1. §. ſane, & ibi gl. in verb. coactione Gemin ſub num. 6. verſ. oppono, & §. hanc autem hoc tit. in 6.* altera die plebi, & populo vocato prædicat, inquirit de vita, conuerſatione, & moribus laicorum, an debitis diebus & horis veniant ad eccleſiam, ſemel confiteantur in anno, ac alijs delictis fori eccleſiaſtici, ac etiam mixti fori, in quibus locus eſt præuentioni, notoria debite punit, de delictis fori dumtaxat ſæcularis non poteſt Epiſcopus ſe impedire, quia de talibus, nec mediatam, nec immediatam habet iuriſdictionem, *Gemin. in c. 1. num. 7. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in 4. not. & Can. Socin. in c. qualiter & quando el 2. num. 84. & ſeqq. de accuſat.* Aliquando Epiſcopus in viſitatione facit inquiſitionem ſolemnem, exigit iuramẽtum, & alia facit, quæ in ſolemni inquiſitione fieri ſolent, etiamſi non deueniat ad correctionem & punitionem, & habet locum *c. qualiter, & quando el 2. de accuſat.* de qua ſuo loco dicemus.

39 Viſitator à locis † viſitatis, & non ab alijs, pro diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebit, procurationem recipit, ac Epiſcopus ab eccleſijs, & monaſterijs in ſua ciuitate ſitis: *cap. venerabili hoc tit.* non obſtante canone antiquo, qui contrarium inſinuere videtur, *cap. charitatem verſ. fin 12. q. 2.* & Metropolitanus, nec non legatus per prouinciam eſt procurandus, *c. cum nuper hoc tit.* iuxta facultates eccleſiarum, *c. cum Apoſtolus c. ſopite & ibi glo. fin. & gloſſ. in c. cum inſtantia in verb. pragrauari hoc tit. Ioan. Andr. in c. 1. numer. 12. eod. in 6.* ſiue in victualibus ſibi ac ſuis frugaliter, moderateque pro temporis neceſſitate, & non vltra miniſtrandis, ſiue in pecunia ex arbitrio eorum, qui fuerunt viſitati, *c. felicis hoc tit. in 6. cap. 3. §. interimque & §. ſit tamen ſeſſ. 24.* vna die vnam tantum procurationem, ſiue vnum locum viſitauerit, ſiue plura, etiamſi locus quilibet viſitatus ab illo, ſufficeret ad procurationem integram perſoluendam; *d. c. felicis §. adijcientes,* ab vna eccleſia procurationem vnius diei tantum, *cap. inter cætera verſ. cum vero epiſcopus 10. q. 3.* quia viſitans trahit moram in vno loco per vnam diem, & ſequenti die prædicat ad populum, & recedit, *c. placuit. 10. quæſt. 1.* incipitque procuratio à cœna, & finitur in prandio diei ſequentis, & ſic ſunt duo dies, & procuratio vnius diei. *Ioan. And. in d. c. cum Apoſtolus num. 5. & ibi Hoſt. Butr. & Can. communiter*, ſi infra dictum tempus viſitatio expediri non poteſt, pluribus diebus, vt oportuerit, procurandus eſt; *c. viſitandi, c. non ſemel 18. q. 2. Ioann. Andr. in cap. 4. in verb. viſitatis circa fin. hoc titul. in 6. & ibi Can.* quando aliqua eccleſia non ſufficit per ſeipſam ad procurationem exhibendam, duæ, pluresve coniunguntur in vnam, *c. procurationes in fi. princ. hoc tit.* notorie impotentem prælatus viſitat ſuis impenſis, *d. c. cum Apoſtolus, & ibi gloſſ. in verb. ſumptuoſas d. c. cum inſtantia, & ibi gloſſ. in verb. prægrauari, & Can.* in dubio poterit exigere iuramentum de impotentia, *arg. c. fin. de iureiur.* vel excommunicare ſub conditione, puta excommunico te, niſi me procuraueris ſecundum facultatem tuam; *Pan. in d. c. procurationes num. 7. & 8.* pro oratorijs priuatis procurationes, quæ ratione viſitationis debentur, non præſtantur; *c. fi. hoc titul.* ſi per alium viſitat, viſitati procurationem miniſtrare tenentur viſitanti, ſed Epiſcopus, aut alius ſuperior, qui viſitationem delegauit, nihil poteſt accipere, *c. relata 10. q. 1. c. relatum 10. q. 3.* imo tenetur viſitatori à ſe deputato prouidere de equis, veſtibus, familia, & alijs opportunis, ſicut pararet, ſi ipſemet viſitaret: *c. ſi epiſcopus de off. ord. in 6.* Viſitatione facta vltra procurationem alio modo quid ſiue ipſe viſitans, vel aliquis de eius familiaribus, etiam occaſione alicuius officij, vel conſuetudinis, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id quod ex relictis pijs iure debetur, *c. 3. §. interimque ſeſſ. 24.* vel etiam munus ſponte oblatum, aut eſculentum portandum, ſiue viſitationis officio non impenſo, Epiſcopi, aut alij procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occaſione exigere, aut à volente recipere præſumentes, tenentur vltra maledictionem, quam incurrunt, intra menſem duplum reſtituere eccleſiæ, à qua illud eſt receptum, alioquin ex tunc patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, duplum ipſum vltra præfatum tempus reſtituere differentes, ingreſſu † eccleſiæ ſunt interdicti, etſi durante interdicto moriantur, non ſepeliuntur in 40
cœmiterio, niſi pœnituerint, *c. is cui §. talis de ſent. exc. in 6* ſi interim celebrent in eccleſia in ſuo officio ſicut prius, *Franc. in d. c. is cui ſub num. 3. de ſent.*

 exc. in

Digitized by Google

exc. in 6. vbi pulchre illa verba explicat, late Dias in prax crimin.c.132. irregulares efficiuntur: Inferiores vero ab officio, & beneficio ſunt ſuſpenſi, etſi interim celebrent, fiunt irregulares, nec poterunt ab alio, quam à Papa abſolui, quouſque de duplo huiuſmodi grauatis eccleſijs plenariam ſatisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate, ſiue gratia valituris, *cap. procurationes in fin. hoc tit. c. 1. §. procurationes c. exigit, & ibi gloſſ. in verb. interdictum, & verb. ſuſpenſos eod. in 6. & Can. innouata per cap. 3. §. interimque & §§. ſeqq. ſeſſ. 24. l. inuitus §. quod cuiq; & ibi Dec. plura ſimilia cumulat de regul. iur.* teneturque familia de eo, quod percepit, & ipſe Epiſcopus tenetur de facto ipſorum, *c. generali §. fin. & ibi glo. in verb. miniſtros de elect. in 6.* contra regulam quod ex facto ſui ſeruitoris liberi dominus non teneatur, *c. cum ad ſedem de reſt. ſpol. l. apud antiquos & ibi Bald. num. 7. C. de furt. late Franc. Marc. quæſt. 471. part. 1.* facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia à ſuſpenſione, *cap. ſi qui el 2. 81 diſt. c. non eſt, & ibi gloſ. in verb. donec ibi fuerint, & Can. de ſponſal. &c.* cautius eſt, vt fiat declaratio propter dubium ſatisfactionis, *Clem. 1. de decimis in gl. in verb. donec*, ſed non ab irregularitate, ſi quam incurrerint, *cap. 1. §. fin. de re iud. in 6. cap. 4. §. fin. de ſent. excomm. 196.*

41 Secundo, debetur procuratio † epiſcopo, qui conſecrat eccleſias, altaria, *c. cum ſit Romana de ſimon.* vel reconciliat eccleſiam, *Pan. in c. propoſuiſti n. xj. de conſecrat. eccl. vel alt. vbi diſtinguit.*

Quædam aliæ ſunt procurationes, quæ præ-
42 ſtantur † legatis, & nuncijs ſedis apoſtolicæ, quando tranſeunt, vel cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam, aut ſunt in loco, ad quem ſunt deſtinati, ob honorem, & priuilegium ſummi pontificis eos mittentis, *c. cum inſtantia & ibi Pan. n. 2. c. procurationes hoc tit. c. ego N. epiſcop. §. legatum de iureiur.* & in earum exactione non tenentur oſtendere originalem poteſtatem, *Rot. deciſ. 2. de off. leg. in antiq. Hoſt. in c. 1. in princ. de off. leg. & ibi Ioan. And.* Iura loquentia de procuratione viſitantium, non vendicant ſibi locum in legato, & nuncio apoſtolico, quia recipiunt procurationem à locis non viſitatis, *d. c. procurationes, ibi procurationes recipiunt moderatas ab alijs eccleſijs, & perſonis &c.* Item vltra victualia
43 recipiunt † pecuniam proue∂uris, & equis mortuis, & alias expenſas inueniendo, & redeundo, *Anch. in d. c. procurationes n. 10. in fin. & n. 11. Pan. num. 4. & Can. commun. ter.* & alia ſeruitia, & ſubuentiones in ſuis neceſſitatibus, *c. quia plerique & ibi Pan. in 2. notab. de immun. eccl.* Omnes † enim 44
eccleſiæ legatum, & nuncium apoſtolicum procurare tenentur, niſi forſan aliqua per ſpeciale priuilegium ſedis apoſtolicæ ſit exempta, etiamſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint, cum in talibus præſcriptio ſibi locum nequiuerit vendicare, *c. accedentes de præſcr. d. c. cum inſtantia in princ. Clem. 1. hoc tit.* In quarum exactione † is modus, & ordo ſeruari debet, vt 45
nulla eccleſia, vel prælatus ſe indebite prægrauari rationabiliter conqueratur, *d. c. cum inſtantia § 1. in princ. d. c. procurationes in princip. verſ. hoc adhibito.* Si epiſcopus, *d. c. quia plerique, & ibi Pan. in 2. not. & Can.* & clerus alterius ciuitatis, vel diœceſis, *d. c. accedentes de præſcript. d. Clem. 1. hoc tit.* ex communi collecta, legatorum, & nunciorum apoſtolicorum expenſas duxerit faciendas, ex hoc ſedi apoſtolicæ, eiuſq; legatis, & nuncijs nullum generatur præiudicium, nec per communes miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint, recipere compelluntur, ſed poſſunt à quocumque maluerint, procurationes debitas poſtulare, & quicumque requiſitus in neceſſarijs expenſis exhibendis parere debet, & diſtinctione eccleſiaſtica compellitur; etenim quilibet, qui idoneus eſt, ad procurationẽ obligatur in ſolidum, *Anch. in d. c. quia plerique nu. 1.* ita quod ſi exactus vltra ſuam grauatus fuerit facultatem, ſibi ab alijs reſtauretur pro rata, *d. c. cum inſtantia §. 1. verſ. ſi vero, & d. c. procurationes in princ. verſ. hoc adhibito c. quia plerique, & ibi Pan. num. 1. 2. & ſeq. de immun. eccleſ.*
Prælatus plus † debito extorquens à ſubditis, 46
prætextu procurationis, vel alterius ſeruitij legato, vel nuncio impenſi, non tenetur ad duplum eccleſijs, à quibus extorſit, neque incurrit pœnas *c. procurationes in fin. hoc tit. & c. exigit. eod. in 6.* ſed extortum reſtituit, & tantumdem pauperibus erogat, *d. c. quia plerique.* Ratio diuerſitatis eſt, quia in d. c. *procurationes*, & d. c. *exigit* prælatus de directo plus extorſit à qualibet eccleſia, quam deberet habere, & ideo ſtricto iure potuiſſet condemnari in quadruplum, cum talis ſit pœna concuſſionis; in d. c. quia plerique à nemini extorſit vltra quam ſoluit, ſed facta coaceruatione plus reperitur percepiſſe, quam impendiſſe, & ideo ſatis eſt, quod cuilibet reddatur ſuum, & ſuperior cogatur

Digitized by Google

gatur dare pauperibus tantum plus, quantum habito reſpectu ad totam ſummam extorſit, *Pan. in d.c. quia pleriq; n.6. poſt gl.*

47 Quædam aliæ procurationes † debentur ex conſuetudine, vel præſcriptione, vel ex pacto in fundatione, vel conſecratione appoſito, vel ex mera charitate, *c. ea quæ c. quanto hoc tit. Clem. 2. §. nos igitur de cenſ. Eleutherius 18. quæſt. 2. Hoſt. in d.c. procurationes in princ. hoc tit. poſt gloſſ. ibidem in verb. viſitationis c. ad audientiam in verb. comeſtione de præſcript.* in quibus, ac alijs, quæ debentur legatis, ac nuncijs apoſtolicæ ſedis, *c. procurationes §. fin. hoc tit. d.c. 1. procurationes, & c. exigit eodem in 6.* eorumq; pœnæ locum non habent. *gl. in d.c. exigit in verb. viſitationis & ibi Can. communiter.*

48 Viſitare limina † apoſtolorum tenentur epiſcopi, qui ſedis apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, & propinqui ſunt, vel à Papa confirmationem, conſecrationem, aut pallium recipiunt, ſingulis annis, *d. c. ego N. epiſcopus & ibi gl. fin. & marg. de iureiur.* qui vero de longinquo ſunt iuxta chyrographum ſuum, *c. iuxta 93. diſtinct.* & iuramentum, *c. ſignificaſti de elect.*

49 Sixtus † Papa Quintus anno Domini 1585. 13. calend. Ianuarij Pontificatus anno primo conſtit. in bullario. 17. ſtatuit, quod omnes patriarchæ, primates, archiepiſcopi, & epiſcopi Italiæ, & adiacentium prouinciarũ Italiæ tertio anno. Germani, Galli, Hiſpani, & cæteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare Germanicum, & Balticum, & omnium inſularũ maris mediterranei, quarto anno. His prouincijs remotiores, Africani littoribus Romanis aduerſi, ac inſularum Oceani ſeptentrionalis, & occidentalis Europæ, & Africæ, quinto anno. Aſiatici vero, & qui extra Aſiam, & in alijs nouis terris orientalibus, meridionalibus, occidentalibus, & ſeptentrionalibus, & quibuslibet mundi partibus degunt, anno decimo iter ſuſcipiant, & perficiant ad debitum viſitationis officium explendum: idemque inſtitutum tertio quoque, quarto, quinto, & decimo anno repetant, & obſeruent, qui incipiunt currere à die ſuſceptæ conſecrationis, pallij traditionis, aut tranſlationis; quodque omnes prælati ad eccleſiam aliquam ordinandi, vel transferendi iurent de viſitandis liminibus apoſtolorum dictis ſtatutis temporibus, vt latius in d. conſtitutione legitur, quæ inobedientes circa huius viſitationis officium, ab ingreſſu eccleſiæ, ac etiam adminiſtratione tam temporalium, quam ſpiritualium, necnon à perceptione fructuum ſuarum eccleſiarum, à capitulis eorum omni exceptione & mora ceſſante interim libere exigendorum ipſo facto tamdiu ſuſpenſos eſſe vult, donec relaxationem huiuſmodi ſuſpenſionis à ſede apoſtolica meruerint obtinere.

De Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

Titulus XXXX.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia ante conſecrationem baſilica dicitur.*
2 *Conſecrari poteſt ſolemnibus & priuatis diebus per epiſcopum cum celebratione miſſæ.*
3 *Eccleſia quandoque execratur & indiget reconſecratione primo quando dubitatur an Eccleſia fuerit conſecrata.*
4 *Secundo, quando parietes eccleſiæ ſunt combuſti.*
5 *Tertio, quando parietes corruerint ita quod oportet eos de nouo reficere.*
6 *Eccleſia deſtructa idem cenſetur beneficium.*
7 *Execrata eccleſia, altaria non indigent reconſecratione.*
8 *Eccleſia conſecrata & non conſecrata polluitur & indiget reconciliatione quoad opinionem hominum qui eam polluunt, primo per homicidium voluntarium & iniurioſum commiſſum in eccleſia etiam ſine ſanguinis effuſione.*
9 *Secundo, per vulnera illata in eccleſia etiam ſi ſanguis non effundatur, & ſanguinis humani effuſionem ex percuſſione facta ex contentione & iniuria in ipſa eccleſia.*
10 *Tertio, quando excommunicatus vel paganus ſepelitur in eccleſia.*
11 *Quarto, quando fuit conſecrata per notorium excommunicatum.*
12 *Quinto, per effuſionem ſeminis humani publicam non occultam etiamſi debitum reddatur vxori.*
13 *Per pollutionem eccleſiæ organa clericorum in ea ſuſpenduntur.*
14 *Celebrantes in eccleſia polluta incurrunt irregularitatem.*
15 *Eccleſia conſecrata reconciliatur per epiſcopum, non conſecrata lauatur aqua exorciſata per ſacerdotem.*

Digitized by Google

16 *Altare duplex eſt aliud ſtabile, aliud viaticum & portatile, quia in via portatur vtrumq́; debet conſecrari ab epiſcopo.*

17 *Vt cum altari portatili miſſarum ſolemnia celebrentur in domibus priuatis certis perſonis concedit epiſcopus.*

18 *Vt vbicunque cum altari portatili celebrari poſſit concedunt canones ex cauſa combuſtionis & defectus eccleſiarum.*

19 *Epiſcopis & ſuperioribus prælatis.*

20 *Prædicatoribus & Minoribus.*

21 *Solus Papa perſonis dignis cum quibuſdam clauſulis.*

22 *Altare ſtabile quod firmum eſt in loco quibus modis exercetur.*

Altare portatile quibus modis exercetur.

23 *Cœmiterium conſecratur iuxta ritum in paſtorali præſcriptum.*

24 *Polluitur eodem modo & reconciliatur quo eccleſia.*

25 *Polluta eccleſia pollutum eſt cœmiterium illi contiguum.*

26 *Ex pollutione cœmiterij eccleſia contigui eccleſia non eſt polluta.*

27 *Violata altero ex cœmiterijs quæ ſibi cohærentia medio pariete iunguntur, alterum non reputatur violatum.*

DICTVM eſt cenſum reſeruari poſſe epiſcopo, vel patrono, necnon epiſcopo deberi procurationem in conſecratione eccleſiæ, de qua nunc dicendum eſt.

1 Eccleſia ante † conſecrationem *Baſilica* dicitur, id eſt, domus Regis, *c. baſilicas de conſecrat.*
2 *diſt. 1. gl. 1. in c. 1. de relig. domib.* conſecrari † poteſt ſolemnibus & priuatis diebus, *c. tua hoc tit.* per Epiſcopum cum celebratione miſſæ, *c. 2. de conſecrat. diſt. 1.* per ſimplices ſacerdotes, nec conſecrationes, nec eccleſiarum reconciliationes fieri poſſunt, etiam ex commiſſione epiſcopi, etiam aqua per epiſcopum benedicta, quia licet epiſcopus committere valeat, quæ iuriſdictionis exiſtunt, quæ ordinis tamen epiſcopalis ſunt, non poteſt inferioris gradus clericis, ſed bene alteri epiſcopo demandare. *c. aqua hoc tit. & ibi gloſſ. mag. in verb. iuriſdictionis,* Solemnitates, & cæremoniæ conſecrationum habentur in paſtorali, à
3 quibus non eſt recedendum. Eccleſia † quandoque execratur, & indiget reconſecratione, nec ſufficit reconciliatio: quandoque polluitur, & non indiget reconſecratione, ſed reconciliatione. Tres ſunt caſus in quibus eccleſia reconſecratur, *c. eccleſiis ſemel de conſecrat. diſt. 1.* Primus eſt, quando dubitatur, an eccleſia fuerit conſecrata, *c. eccleſiæ vel altaria de conſecr. diſt. 1. c. placuit de infantibus in fin. de conſecr. diſt. 4. c. presbyteri §. quid ergo 68. diſt.* quoniam non monſtratur iteratum, quod neſcitur factum, *c. ſolemnitates 1. in fin. de conſecrat. diſt. 1. c. paruulos, & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 4.* Toties autem dubitatur, quoties nec certa ſcriptura in libris eccleſiæ, vel lapide, nec teſtes, vel teſtis vnus de viſu, vel auditu exiſtunt, à quibus ſciatur conſecratio; *d. c. ſolemnitates 1. & ibi gloſſ. in verb. ſcriptura, & verb. nec teſtes & Can. de conſecrat. diſt. 1.* ſcriptura in loco marmoreo facta, vel vnicus teſtis facit fidem, vbi non agitur de alterius præiudicio, *gloſ. mag. in cap. placuit de infant. & ibi Can. de conſecr. diſt. 4. Panor. in c. propoſuiſti num. 6. hoc tit. & ibi Can.* Secundus caſus eſt, † quando 4
parietes eccleſiæ ſunt combuſti, *d. c. eccleſiis ſemel & ibi glo. in verb. exuſta,* quia fit vnctio cum crucibus in ipſis parietibus eccleſiæ ab interiore parte in ſuperficie muri, vnde violatur conſecratio ex combuſtione parietum, licet muri non corruant, *glo. in c. ligneis in verb. parietibus hoc tit. Pan. in d. cap. propoſuiſti num. 7. eod.* ſi vero tectum corruerit, & parietes illæſi remaneant, vel etiam modicum de ipſis parietibus deſtructum fuerit, nō debet propter hoc reconſecrari, *d. c. ligneis hoc tit.* Tertius eſt quando † parietes corruerunt, ita quod oporteat 5
ipſos de nouo reficere, ſiue ſimul, & ſemel parietes corruerunt, & reficiuntur, ſiue hodie corruerit vna pars, & reficiatur, ac cras alia pars, ac etiā ſucceſſiue reficiatur etiam ex iiſdem lapidibus: *Pan. in c. propoſuiſti num. 8. hoc tit. licet gloſſ. in d. c. de fabrica in verb. innouata de conſecr. diſt. aliter ſentiat.* nam conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in vnctione exteriori ſuperficiei, ac etiam in coniunctione, & diſpoſitione lapidum, *c. eccleſiis & ibi gl. in verb. exuſta de conſecr. diſt. 1.* ideoque conſecratio, quæ fuit in prima eſt exuſta, quia non eſt liquor, qui commiſceat, *cap. 1. & 2. & c. ſicut non alij, ibi, dilibutis de conſecr. diſt. 1.* & in ſpiritualibus conſideramus veritatem, *c. vnico, & ibi gl. in verb. approbatis de vot. in 6.* ſed eccleſia deſtructa † idem cenſetur bene- 6
ficium, & illud etiam durat eccleſia depoſita *Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram rem num. 11. de verb. oblig. & ibi DD.* Execrata † eccleſia, altaria non 7
indigent

indigent recõſecratione, poſſibile enim eſt, quod
eccleſia indigeat reconſecratione, & non altare,
& idem è contra: *c. 1. hoc tit. & ibi poſt gloſſ. in verb.
conſecrari* Can. conſecratio eccleſiæ, quæ conſiſtit
in parietibus, eſt ſeparata à conſecratione alta-
rium, vt patebit ex infra dicendis, vnde poteſt
violari conſecratio eccleſiæ, puta quia parietes
ſunt combuſti, vel corruerunt conſecratione al-
tarium remanente illæſa, & è contra altaria poſ-
ſunt deſtrui parietibus eccleſiæ remanentibus in-
tactis, *Pan. in d. c. propoſuiſti num. 10.* Polluitur ec-
8 cleſia † conſecrata, & non conſecrata, *c. fin. hoc tit.
& ibi Can.* & indiget reconciliatione, quoad opi-
nionem hominum, qui eam polluunt, quantum
in eis eſt, quæ enim ſunt ſancta, coinquinari non
poſſunt, *c. quod quidam in fin. 1. q. 1. c. veſtra de coha-
bit. cler. & mul. c. fin. 15. q. 8. glo. 1. in c. 1 hoc tit. in 6.*
Primo per homicidium violentum, & iniurio-
ſum commiſſum in eccleſia, etiam ſine ſanguinis
effuſione, *d. c. propoſuiſti, & ibi Pan. in 1. not. & Can.
gl. in c. vnico in verb. ſanguinis in princ. & ibi Can. hoc
tit. in 6. l. qua actione verſ. occiſum ff. ad legem Aqui-
liam.* etiamſi ibi interficiatur aliquis Sanctus ho-
mo, quia ex ſanguinis effuſi paſſione eccleſia qui-
dem ſanctificatur, ſed ex ipſius effuſi actione pol-
luitur; *gl. in c. vnico in verb. ſanguinis verſ. ſed quid ſi
ſanctus vir hoc tit. in 6.* ſecus in homicidio caſuali,
& facto ad ſui defenſionem, *Pan. in d. c. propoſuiſti
poſt 1. not. Franc. in d. c. vnico ſub num. 5. hoc tit. in 6.*
9 Secundo per † vulnera illata in eccleſia, etiamſi
ſanguinis non effundatur, vel cum ſanguinis col-
ligitur in ſcutella, *c. propoſuiſti, & ibi Pan. in 2. not.
gl. in c. vnico in verb. ſanguinis hoc tit. & vtrobiq;* Can.
& ſanguinis humani effuſionem (modica extra-
ctio ſanguinis non polluit eccleſiam, *c. cum illorũ
§. quiſi clauſtrales, & ibi gloſſ. in verb. effuſionem &
Can. de ſent. excomm.*) ex percuſſione facta ex con-
tentione, & iniuria in ipſa eccleſia, *d. c. propoſui-
ſti c. fin. hoc tit.* ſecus ſi vulneratus lethalitèr extra
eccleſiam confugit ad eccleſiam, & ibi moriatur,
vel ſanguinis effundatur, aut ſuper tectũ, vel ſub
eccleſia, vel in cella, camera, vel ſpelunca ibi ſita
quis interficiatur, aut vulneretur, *Franc. in c. vnico
ſub numer. 6. & 7. poſt gloſſ. hoc tit. in 6. & ibi Can.*
quia locus illati vulneris debet attendi, & non
locus mortis, aut effuſionis ſanguinis, *Franc. in d. c.
vnico num. 6. hoc tit. in 6.* item ſecus eſt in alia iniu-
ria corporali citra ſanguinis effuſionem illata in
eccleſia, ex qua eccleſia non polluitur, vt neceſ-
ſario indigeat reconciliatione, licet in aliquibus
locis ſit conſuetudo non improbanda, vt fiat re-
conciliatio ſaltem ad terrorem aliorum, *Pan. in c.
propoſuiſti ſub num. 3. verſ. ſecundo infero hoc tit.* Ter-
tio quando † excommunicatus, vel paganus ſe- 10
pelitur in eccleſia, quorũ corpora ſi decerni poſ-
ſint, ſunt proijcienda, *c. conſuluiſti, & ibi gl. hoc tit.
c. ſacris de ſepult. & ibi Can. c. eccleſiam 1. & 2. de con-
ſecrat. diſt. 1.* Quarto quando † fuit conſecrata 11
per notorium excommunicatum, *c. eccleſias Aria-
norum cum duobus ic. ſeqq. de conſecr. diſt. 1.* nam ea
quæ conſiſtunt in exterioribus benedictionibus,
& conſecrationibus, geſta per notorium excom-
municatum non debet per fideles exercitari an-
te reconciliationem, *d. c. 2. & ibi Io. Andr. num. 5. &
Can. de ſacr. non reiter. c. 1. & 2. de ſchiſmat. Pan. in c.
conſuluiſti numer. 5. & ſeq. hoc tit.* ſecus in corpore
Chriſti, & alijs Sacramentis, quæ ſunt veriſſima
in ſe, nec indigent reconciliatione, licet excom-
municatus confecerit, *c. multi 1. quaeſt 1. Pan. in d. c.
conſuluiſti num. 6.* Quinto per effuſionem † ſemi- 12
nis humani publicam, non occultam, *Pan. in c. fin.
num. 5. hoc tit.* etiamſi debitum reddatur vxori, li-
cet aliqui reſtringant ad criminoſam, *cap. vnico, &
ibi gloſſ. in verb. ſeminis hoc tit. in 6. & Can. cap. is cui,
& ibi gl. 1. de ſent. excom. in 6. & ibi Can.* fit publica
non ſolum à principio, ſed etiam cum ex poſt fa-
cto venit in notitiam, vel ex confeſſione eorum,
qui fecerunt, vel rei euidentia: *c. ſignificaſti de ad-
ult. & ibi DD.* quod ſi ſemen effundatur ſuper te-
ctum eccleſiæ, aut in cauerna, ſpelunca, vel cella,
quæ eſt ſubtus eccleſiam, non eſt facienda recon-
ciliatio eccleſiæ, quia extra eccleſiam videtur fa-
ctum, *gl. in d. c. 1. in verb. ſanguinis hoc tit. in 6. & ibi
DD. communiter.* ſed effundens tanquam ſacrile-
gus eſt iudicandus, quia licet dicta loca non ſint
conſecrata, ſunt tamen contigua loco conſecra-
to, & gaudent eodem priuilegio, *c. conqueſtus de
for. compet.* Per pollutionem † eccleſiæ organa 13
clericorum in ea ſuſpenduntur, & nedum miſſa
in aliquo ex altaribus, ſed nullum officium debet
in ea celebrari ante reconciliationem, *cap. fin. hoc
tit. & ibi Pan. num. 4. & Can.* quia pollutio reſpicit
totum corpus eccleſiæ, & altaria, & chorus ſunt
in corpore eccleſiæ, *Pan. in d. c. propoſuiſti num. 10.*
celebrantes † in ea de facto ſiue ſciẽter, ſiue igno- 14
ranter, nullam incurrunt irregularitatem, *c. is qui
de ſent. excom. in 6.* Eccleſia conſecrata † reconci- 15
liatur per epiſcopum aqua benedicta cum vino,
& cine-

Digitized by Google

& cinere, *d. c. propoſuiſti in fin.* expenſis eorum, ex quorum inſolentijs polluta fuit, in eundo, ſtando, & redeundo, *Anchar. in clem. 1. num. 10. de celeb. miſſ. ſed Zab. ibid. in princ. num. 15. tenet quod debetur epiſcopo vna tantum procuratio.* non conſecrata lauatur aqua exorcizata per ſimplicem ſacerdotem, *c. fin. hoc tit.*

16 Altare duplex eſt † aliud ſtabile, aliud viaticũ dicitur, & portatile, ſiue portabile, quia in via portatur, vtrumq; debet conſecrari ab epiſcopo, *c. quod in dubijs hoc tit. c. nullus presbyter & c. ſeq. de conſec. diſt. 1.* plura altaria ſimul conſecrari poſſunt *c. cum ſit hoc tit.* Modus & forma conſecrationis habetur in paſtorali. Epiſcopus poteſt concedere
17 certis perſonis, vt † in domibus priuatis cum altari portatile miſſarum ſolemnia celebrentur, *c. ſicut, & c. ſeq. c. vnicuique & c. ſeq. de conſecr. diſt. 1. Late Franc. Marc. quæſt. 1011. part. 1.* etiam ſine conſenſu rectoris parochialis eccleſiæ, *Lap. alleg. 41.*
18 *ſub n. 3.* Vt vbicumque † cum altari portatili celebrari poſſit concedunt canones ex cauſa combuſtionis, vel defectus eccleſiarum, *c. concedimus de*
19 *conſecr. diſt. 1.* necnon epiſcopis † & ſuperioribus prælatis, *c. fin. de priuil. in 6.* etiam electis, & confirmatis licet non conſecratis, *Gemin. in d. c. fin. n. 6. de priuil. in 6.* vt etiam tempore interdicti celebrare, & coram ſe quocumque iuerint diuina celebrari facere poſſint, ſubmiſſa voce, & oſtio clauſo interdictis excluſis, *gloſſ. fin. in d. c. fin.* ac
20 Prædicatoribus, † atque Minoribus abſque parochialis iuris præiudicio, *c. in his de priuileg.* Præterea ſolus Papa concedit altare portatile cum ſimili priuilegio, *d. c. in his Gemin. in d. c. fin. numer. 5.*
21 *de priuileg. in 6.* De ſtylo datur † per Breue nobilibus & graduatis, vel alias perſonis dignis præterquam in locis apoſtolica, ſeu ordinaria auctoritate interdictis, niſi in petentis, & familiarium ſuorum domeſticorum præſentia, & ſi eſſet vir dignus, & qualificatus, tunc poteſt dari in præſentia aliquarum aliarum perſonarum, & in forma, *Staphyl. de reſcript. apoſt. in for. breu. §. datur nu. 8. Mandoſ. in tract. de ſign. grat. tit. altare portatile, verſ. altare portatile olim, & verſ. ſeq.* & ſi petatur clauſula, ante diem, debet addi, circa tamen diurnam lucem, *Mandoſ. in tract. de ſign. gratiæ, tit. altare portatile, verſ. quando obtinetur clauſula &c. c. nocte & ibi gloſſ. & Can. de conſecr. diſt. 1.* In altari, in quo Epiſcopus miſſam cantauit presbyter eodem die aliam celebrare non præſumat, niſi de licentia epiſcopi, vel vrgente neceſſitate. *cap. fin. diſt. 2. de conſecr.*

Altare ſtabile, † quod firmum eſt in loco, exe- 22
cratur. Primo, vbicumque violatur locus conſecrationis, id eſt, ſigillum continens conſecrationem. Secundo, ſi tota menſa eſt mota, licet locus conſecrationis non fuerit violatus. Tertio, ſi patitur enormem læſionem, Ratio vtriuſque dicti eſt, quia quando altare eſt firmum, non conſecratur ſolum tabula, ſed totum altare, & conſecratio intelligitur principaliter in coniunctione lapidis ſuperioris, & ſtructura inferioris, *c. ſi motum, & ibi gl. 1. & Archid. de conſecr. diſt. 1.* Vnde ſi remoueatur menſa à ſtructura, patitur enormem læſionem, amittit formam ſuam, & debet reconſecrari, *c. 1. & ibi Pan. in fin. & d. c. propoſuiſti & ibi Pan. numer. 9. hoc tit.* Altare portatile factum ex integro lapide, vel ex integro ligno execratur, quando mouetur ſigillum continens conſecrationem, *d. c. 1. & ibi Pan. num. 3. hoc tit. d. c. ſi motum, & ibi gl. & Archid. & Can.* factum vero ex lapide & ligno, ſi lapis in quo eſt conſecratio, eſt ita paruus, quod per ſe non ſufficiat ad formam altaris viatici, execratur per ſublationem ligni, quia patitur enormem læſionem, *Pan. in c. ligneis numer. 2.*
hoc tit. Cœmiterium † conſecratur iuxta ritum in 23
paſtorali præſcriptum, & eodem modo polluitur, & † reconciliatur, quo eccleſia, *Pan. in c. con-* 24
ſuluiſti in 1. not. hoc tit. polluta eccleſia pollutum
eſt † cœmiterium illi contiguum, vnde antequã 25
reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri, ſecus ſi remotum fuerit ab eadem, *c. vnico hoc tit. in 6. c. ſi ciuitas de ſent. excom. in 6.* ex pollutione † cœmiterij quamuis eccleſiæ contigui 26
eccleſia non debet reputari polluta, ne minus dignum maius, aut acceſſorium principale ad ſe trahere videatur, *d. c. vnico §. non ſic quoque hoc tit.*
in 6. violato † altero ex cœmiterijs, quæ ſibi co- 27
hærentia pariete medio iunguntur alterum non reputatur violatum, licet de vno ad aliud per portam inter mediam habeatur acceſſus, quia plura cœmiteria eſſe noſcuntur. *d. c. vnico §. fin.*

Digitized by Google

De celebratione miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ, & alijs diuinis officijs.

Titulus XXXXI.

SVMMARIA.

1 *Miſſa celebranda eſt cum vino aqua, & igne in pane azymo, ſub vtraque ſpecie, & in calice aureo, argenteo vel propter paupertatem ſtanneo.*

2 *In quo plus ponendum eſt de vino quam de aqua, aliter celebrans priuandus eſt officio & beneficio.*

3 *Conſecratio calicis & patenæ fit in ſuperficie cum vnctione, vnde ſi calix deauretur, indiget reconſecratione, ſecus ſi teritur.*

4 *Execratur quoque ſi amittit ſuam formam.*

5 *Corporale conſecratur ab epiſcopo ſine vnctione.*

6 *Benedicuntur omnia ſine vnctione quibus in myſterio miſſæ vtitur ſacerdos nempe veſtes ſacerdotales, amictus, alba, cingulum, manipulus, ſtola, caſula, palla altaris & miſſale.*

7 *Veſtimenta refici poſſunt.*

8 *Non ſunt abluenda per laicos, mulieres, aut moniales, ſed per diaconos cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium.*

9 *Non poſſunt conuerti ad vſus humanos.*

10 *Miſſæ per canones ſtatuta ſunt de qualibet die pro ſalute viuorum ac etiam defunctorum à ieiunis ſacerdotibus celebranda.*

11 *Sacerdoti ſufficit ſemel in die vnam miſſam celebrare excepto die natiuitatis dominicæ vel niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat.*

12 *In collegiatis eccleſijs debent duæ miſſæ conuentualiter celebrari vna pro anniuerſarijs defunctorũ altera pro feſta vel feria.*

13 *Circa magnum miſſarum numerum ex varijs defunctorum relictis impoſitum Epiſcopus in ſynodo diœceſana, & abbates & generales ordinum in ſuis capitulis generalibus poſſunt ſtatuere pro ſua conſcientia.*

14 *Sacerdos pro mortuis catholicis memoriam facit et intercedit non tamen pro impijs quamuis Chriſtiani fuerint.*

15 *Cum pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dicitur nihilominus quam ſi pro vno quolibet eorum diceretur accipitur reſpectu operis operati id eſt paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

16 *Ieiunia & eleemoſyna & preces ſiue orationes quæ alios non tangunt, proſunt ijs pro quibus ſiunt ſpecialiter.*

17 *In collegiatis eccleſijs ſacerdotes tenentur celebrare ſecundum intentionem præſidentis ſiue prælati.*

18 *Horæ canonicæ ſunt ſeptem.*

19 *Miſſa eſt de officio diuino ſed non de horis canonicis.*

20 *Clerici omnes beneficiati etiam in minoribus ordinibus conſtituti, obligati ſunt ad horas canonicas recitandas poſt adeptam pacificam poſſeſſionem cum fructuum perceptione.*

21 *Beneficiatus in pluribus Eccleſiis debet dicere officium illius Eccleſiæ vbi habet maiorem gradum.*

22 *In minoribus ordinibus conſtituti non beneficiati non tenentur dicere horas ex generali conſuetudine.*

23 *Conſtituti in ſacris licet non beneficiati, ſunt obligati ad dicendum officium ratione ordinis.*

24 *Papa diſpenſat ſuper horis canonicis in tanto, ſed non in toto.*

25 *Eccleſiæ omnes tenentur celebrare miſſarum ſolemnia & pſallere horas canonicas iuxta miſſale & breuiarium Romana.*

MISSARVM ſolemnia, ac cætera diuina officia non vbique, ſed in Eccleſia per Epiſcopum conſecrata, vel vbi ipſe permiſerit, celebranda ſunt, *c. 1. & ſeq. c. quanto ſeſſ. 22. c. 1. & per tot. ſeſſ. 13. c. ſicut non alij. & c. ſeqq. de conſecr. diſt. 1.* ideo poſt titulum *de conſecratione eccleſiæ*, annectit titulum *de celebratione miſſarum &c.* qui optima ratione eſt tripartitus, quia duo prima, celebratio miſſarum, & Sacramentum Euchariſtiæ pertinent ad presbyteros, tertium nempe diuina officia ad presbyteros, & alios clericos: inter officia etiam conſtat, quod laicorum deuotio principaliter conſiſtit in auditione miſſæ, & viſione Euchariſtiæ, *Ioan. Andr. in c. ei cui ſub numer. 1. in fin. de preb. in 6.* Miſſa celebranda eſt cum vino, † & aqua, *de conſecrat. diſt. 2. in ſumma & c. 1. c. monet ſeſſ. 22.* igne, in pane azymo non fermentato, *c. pen. & c. fin. & ibi Pan. in 1. not. hoc tit. & Can.* ſub vtraque ſpecie, *c. relatum, & c. ſequenti de conſecr. diſt. 2.* & in calice aureo, argenteo, vel propter paupertatem ſtamneo, non ligneo, quia lignum poroſum, non vitreo, quia fragile eſt vitrum, & imminet periculum effuſionis, nõ æreo, aut ex aurichalco, 1

quia ob vini virtutem æruginem facit, pariterq;
vomitum prouocat, c. vaſa c. vt calix de conſecr. diſt.
1. gloſſ. in c. fin. in verb. ligneo, & ibi Pan. num. 6. hoc
2 tit. & in eo plus † ponendum eſt de vino, quam
de aqua, c. pernicioſam hoc tit. aliter celebrans pri-
uandus eſt officio, & beneficio, c. fin. in fin. hoc tit.
vide cap. 1. & ſeq. & per tot. ſeſſ. 13. cap. 1. & ſeq. ſeſſ. 21
3 cap. 1. & ſeq. ſeſſ. 22. In pontificali † ponitur for-
ma conſecrationis calicis & patenæ, quæ fit in ſu-
perficie cum vnctione, vnde ſi calix argenteas
deauretur indiget reconſecratione, ſecus ſi aſſe-
ritur propter vſum, quia conſecratio non ita eſſe
videtur in ſuperficie quin remaneat in argento,
& ita ſeruat conſuetudo, Ioan. And. in c. 1. ſub nu. 4.
Anchar. ex Can. de pignor. Sylueſt. in verb. calix nu. 2.
4 & ibi ſumm. Execratur † quoque ſi amittit ſuam
formam, ſecus ſi aliqualiter fuerit læſus, arg. cap. 1.
de conſecr. eccleſ. vel alt. Syluest. in d. verb. calix. Cor-
5 porale † vero conſecratur ab Epiſcopo ſine vn-
ctione, c. conſulto de conſecrat. diſt. 2. Item benedi-
6 cuntur † omnia ſine vnctione quibus in myſte-
rio miſſæ vtitur ſacerdos, nempe veſtes ſacerdo-
tales, amictus, alba, cingulum, manipulus ſtola,
caſula, palla altaris, & miſſale, nõ autem pallium
altaris, vrceoli, aut alij libri, Sylu. in verb. benedictio
quaſt. 5. 6. & vbi tradit quando ſint re benedicen. &
ſum. Ioan. And. in d. c. 1. & ibi Can. de pignor. clem. 2.
7 de decim. & ibi poſt gloſſ. Can. veſtimenta † refici
poſſunt & filum non ſacrum & pannus non ſa-
cer apponi poteſt, nec eſt opus noua benedictio-
ne, c. quod in dubijs verſ. fin. & ibi gloſſ. & DD. de con-
8 ſecr. eccleſ. l. quæ religioſis ff. de rei vend. non ſunt † ab-
luenda per laicos nec per mulieres nec per mo-
niales, quia nec pallia, nec vaſa ſacra, nec corpo-
ralia debent contingere, c. ſanctimoniales §. fin. &
c. ſacratos 23. diſt. Syluest. in d. verb. benedictio num. 8.
ſed per Diaconos cum humilibus miniſtris intra
ſanctuarium, c. nemo §. pallas de conſecr. diſt. 1. non
9 poſſunt † conuerti ad vſus humanos, c. ligna & c.
ſeq. c. veſtimenta & c. ſeq. de conſecr. diſt. 1. Sylu. in d.
verb. benedictio quaſt. 7. & ibi ſumm. Per Canones
10 ſtatutæ † ſunt miſſæ de qualibet die pro ſalute vi-
uorum, ac etiam defunctorum, c. 2. in fin. hoc tit.
à ieiunis ſacerdotibus celebrandæ, c. nihil §. nullus
7. q. 1. etſi per ægritudinis cuiuslibet euentum Sa-
cerdos nequeat cœptum conſecrationis explere
officium, liberum eſt alteri presbytero conſecra-
tionem exequi, d. c. nihil in 6. 7. quaſt. 1. c. quorum-
dam, & ibi gloſ. 1. in fin. 23. diſt. ſi ſine præuentu pa-
tentis moleſtię miſſam cœptam relinquit, eſt ipſo
iure excommunicatus, d. c. nihil §. nullus 7. quaſt. 1.
c. nullus epiſcopus de conſecrat. diſt. 1. Rot. deciſ. 426.
par. 1. diuerſ. num. 6. In miſſis votiuis, ſiue comme-
morationis, quę in diebus pro feſtis ad honorem
ſancti Spiritus, Beatæ Virginis, aut ſanctæ Crucis,
vel alicuius ſancti celebrari contingit, neq; hym-
nus Angelicus, neque ſymbolum decantatur, li-
cet in eis propria præfatio decantetur, vt inter
commemorationem, & ſolemnitatem differen-
tia oſtendatur: c. Conſilium hoc tit. propter tales
miſſas peculiares non debent dimitti canonice
ſtatutæ miſſæ de die, cap. 2. & ibi gloſſ. & Can. hoc
tit. ſufficit † ſacerdoti ſemel in die vnam miſſam 11
ſolummodo celebrare, c. ſufficit de conſecr. diſt. 1. c.
conſuluiſti hoc tit. excepto die natiuitatis domini-
cæ, quo die tres miſſæ celebrantur, c. nocte ſancta
de conſecr. diſt. 1. d. c. conſuluiſti & ibi gl. in verb. nati-
uitatis. vel niſi cauſa neceſſitatis aut vtilitatis ſua-
deat, vt ſi dicta miſſa de die ſupueniat aliqua ma-
gna perſona, quæ velit miſſam audire, aut ſi paro-
chianus infirmaretur, qui vellet cõmunicare; nã
ſi Euchariſtia non eſſet conſecrata in prima miſ-
ſa, licite Sacerdos dicit alteram, gloſſ. fin. & Pan. in
d. c. conſuluiſti num. 3. hoc tit. non tamen tertiam
c. ſuffi. it & ibi gloſſ. in ver. & alteram de conſtit. diſt. 1.
dummodo vinũ perfuſionis non receperit, quod
impediret aliam celebrationem, etiam in feſto
natiuitatis Domini, c. ex parte veſtra hoc tit. Pan. in
c. conſuluiſti in fin. hoc tit. c. nihil §. nullus 7. quaſt. 1. &
ibi gl. & Can. & ſi celebrare præſumpſerit excom-
municationes ſententiam ſuſtinebit, c. nihil §. nul-
lus 7. q. 1. & eſt beneficio priuandus, c. ſi conſtiterit
de accuſat. In Collegiatis † eccleſijs debent duæ 12
miſſæ conuentualiter celebrari, vna pro anniuer-
ſarijs defunctorum, altera pro feſto, vel feria ſe-
cundum temporum congruentiam, c. cum creatu-
ra hoc tit. D. Antonin. in ſum. part. 3. tit. 13. cap. 4. §.
3. ſi tam † magnus miſſarum celebrandarum nu- 13
merus ex varijs defunctorum relictis ſit impoſi-
tus, vt illis pro ſingulis diebus à teſtatoribus præ-
ſcriptis nequeat ſatisfieri, vel eleemoſyna huiuſ-
modi pro illis celebrandis adeo tenuis ſit, vt non
facile inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubij-
cere, Epiſcopus in ſynodo diœceſana, item Ab-
bates, & Generales ordinum in ſuis Capitulis
generalibus re diligenter perſpecta poſſunt pro
ſua conſcientia ſtatuere circa præfata quicquid
magis ad Dei honorem, & vtilitatem eccleſiarum
viderint

Digitized by Google

viderint expedire, ita vt ſemper defunctorum
fiat commemoratio, qui legata ea ad pios vſus re-
liquerunt, *c. contingit ſeſſ.* 25. nam ſic tenet ſancta
14 eccleſia, vt ſacerdos † pro mortuis Catholicis
memoriam faciat, & intercedat, non tamen pro
impijs, quamuis Chriſtiani fuerint, tale quid a-
gere licebit, vnde pro eo, qui euidenter deceſſit in
peccato mortali, aut ſe occidit, præcipitat, aut alio
modo interficit, vel pro occiſo in ebrietate non
eſt orandum: *c. pro obeuntibus & ibi gl. & Can.* 13. *q.*
15 2. cum pro † cunctis animabus Pſalmus, vel miſſa
dicitur, nihil minus quam ſi pro vno quolibet
ipſorum diceretur, accipitur reſpectu operis ope-
rati, id eſt, paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,
quæ generaliter valet omnibus viuis, & defun-
ctis exiſtentibus in charitate, *cap. non mediocriter
verſ. cum igitur de conſecr. diſt.* 5. *c. fraternitatem &
ibi poſt gloſſ. in verb. frequentias Can. de ſepult.* quia
charitas non minuitur, ſi effectus diſtribuitur in
multis, imo potius augetur: *cap.* 1. *verſ. credendum
de pœnit. diſt.* 6. *c. quærit verſ. celebrantur enim diſt.* 4.
de conſecr. in quantum vero eſt ſatisfactoria pro
defuncto, maior eſt ſatisfactio pro vno facta, quã
ſi fiat pro multis; ex diuina enim iuſtitia diuiditur
in multis, pro quibus fit, & ſic diuiſa minus rema-
net, *c. animæ, & cc. ſeqq.* 13. *q.* 2. *Pan. Ioan. And. Arch.
in d. c. fraternitatem de ſepult. Archid. in d. c. non me-
diocriter de conſecr. diſt.* 5. nam cum ſacrificia alta-
ris pro defunctis offeruntur, pro valde bonis gra-
tiarum actione ſunt, pro non valde malis propi-
tiationes ſunt, pro valde malis, etſi nulla adiumẽ-
ta mortuorum ſunt, tamen viuorum conſolatio-
nes ſunt iuxta pſalmiſtam, Oratio mea in ſinu
meo conuertetur, quibus autem proſunt, aut in
hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut vt tolerabi-
lior ſit ipſa damnatio, *c. non æſtimemus c. tempus, &
§. poſt pauca* 13. *q.* 2. *& ibi gl. fin. c. ſicut el* 1. *& ibi glo.
in fin.* 23. *q.* 4. *Pan. in d. c. fraternitatem poſt numer.* 4.
de ſepult. Prædicta procedunt in pſalmis, & miſſis,
16 ſed non habent locum † in ieiunijs, & eleemoſy-
nis, & precibus, ſiue orationibus, quæ alios non
tangunt, talia enim non proſunt mortuis alijs, ni-
ſi ijs pro quibus fiunt ſpecialiter: *Archid. in d. c. non
mediocriter circa fin. de conſecr. diſt.* 5. *d. c. animæ, &
ibi gl. fin. c. tempus §. & poſt pauca et ibi gl. fin.* 13. *q.* 2.
c. presbyter et ibi gloſſ. in verb. denarium 82. *diſt.* In
17 Collegiatis † eccleſijs ſacerdotes tenentur cele-
brare ſecundum intentionem præſidentis, ſiue
prælati, aut Archipresbyteri, ex iure naturali in
miſſis, quæ imponuntur in recompenſationem
beneficiorum, quæ redundant in Collegium,
quia qui ſentit onus ſentire debet & cõmodum,
& è contrario, *c. qui ſentit de regul. iur. in* 6. & præ-
latus ſicut commodorum, ita & onerum eſt diſ-
penſator, *c.* 2. *&* 3. *de off. archipresb.* & præſtare te-
netur, vt miſſarum ſacrificia, orationes, eleemo-
ſynæ, aliaque pietatis opera deuote, diligenter, &
accurate perſoluantur, *c.* 1. *ſeß.* 25. *tit. decretum de
purgatorio*, ſacroſancta ſynodus Tridentina, vt
hæreſibus omnibus noſtri temporis remedium
afferret, docuit, ſanxit, & decreuit *ſeſſ* 22. *de ſacrif.
miſſæ*, & de obſeruandos & euitandos in eius ce-
lebratione, vbi etiam hæreticorum errores dam-
nat, *ac ſeß.* 13. de reali præſentia Domini noſtri
Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo Euchariſtię Sacramen-
to, eiuſque inſtitutione, excellentia, tranſubſtan-
tiatione, & veneratione, cuſtodia, præparatione
adhibenda, vt digne ſumatur, & vſu, vbi etiam
errores hæreticorum noſtri temporis damnat:
concordat *c. ſpecies, & cc. ſeqq. c. hoc eſt, c. panis c. ite-
ratur, & cc. ſeqq. de conſecr. diſt.* 2. *et clem. vnic. de re-
liq. & vener. ſanct.* Eadem Synodus Tridentina
ſeſſ. 21. *c.* 1. *& duobus ſeqq.* docuit, & ſanxit laicos,
& clericos non conficientes non aſtringi iure di-
uino ad communionem ſub vtraq; ſpecie, ac c. 4.
paruulos non obligari ad communionem ſacra-
mentalem, concordat *c. in eccleſia. de conſecratione
diſt.* 4.

Horæ canonicæ † ſunt ſeptem, comprehenſe 18
his verſibus,

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, cauſam dat tertia mortis.
Sexta cruci nectit, latus eius nona bipertit.
Veſpera deponit, tumulo completa reponit, *c.* 1. *&*
Clem. 1. *hoc tit Archid. in d. c. presbyter* 91. *diſt.* In ec-
cleſijs Cathedralibus, & collegiatis pſalli & pul-
ſari debent debitis horis, in alijs eccleſijs ſufficit,
quod debite dicantur, licet non cantentur, *Clem.*
1. *§. ne igitur hoc tit. &* ibi *Pan. notat. num. xj. & Can.
communiter c.* 1. *ibi horis compet. hoc tit. c. presbyter* 91.
diſt. ac matutinum media nocte iuxta pſalmum,
media nocte &c. vt cum maxime corporis vitijs
opportunitas datur, tunc proprie eadem vitia le-
gis recordatione frangantur, *Gemin. c. presbyter* 91.
diſt. quot autem pſalmi recitandi ſint ſingulis
diebus traditur, *in c. in die reſurrectionis de conſecr.
diſt.* 5. Miſſa eſt de † officio diuino, ſed non de 19
horis canonicis, *gloſſ. in d. Clem.* 1. *in verb. canonicas*

*hoc tit.Vital.in Cl.fin.num.*11. *de priuil.* Omnes ob-
tinentes in cathedralibus , aut collegiatis eccle-
ſijs dignitates,canonicatus,præbendas , aut por-
tiones,diuina per ſe.&non per ſubſtitutum com-
pelluntur obire officia , & Epiſcopo celebranti,
aut alia pontificalia exercenti adſiſtere, & inſer-
uire , atque in choro ad pſallendum inſtituto
hymnis&canticis Dei nomen reuerenter, diſtin-
ctè,ac de vote laudare , *c.cum dignitates* §. *omnes
vero ſeſſ.*24. Aſſumpti ad presbyteratus ordinem
ſaltem diebus dominicis, & feſtis ſolemnibus:ſi
autem curam habuerint animarum , tā frequen-
ter,vt muneri ſuo ſatisfaciant, celebrent , *c.quia
pie* §. *cures ſeſſ.* 23. ac omnes religioſi poſt profeſ-
ſionem , quia eccleſia approbat religiones ad vi-
tam contemplatiuam , vt non ſolum pro ſemeti-
pſis orent,ſed etiam pro vniuerſali eccleſia,*D. An-
ton.in ſumm.*3.*part.tit.*13.*cap.* 4. §.1. *Pariſ.de reſign.
libr.*1.*quæſt.*9.*numer.*10.*Nauar.de orat.& hor.canon.
cap.*7.*num.* 20. *&* 21. profeſſi ad ſeruitium,quos
conuerſos appellamus , & non ad chorum,non
tenentur ad horas canonicas , *Nauar. de orat. &
hor.can.cap.*7.*num.*21.monachus præfectus eccle-
ſiæ ſæculari, dicit officium eccleſiæ , cui præfici-
tur,*D.Anton.in ſum.part.*3.*tit.*13. *cap.*4.§.1.*verſ.præ-*
20 *bendatus.* Omnes clerici † beneficiati etiam in
minoribus ordinibus conſtituti obligati ſunt ad
recitandas horas canonicas , *c.fin.*92.*diſt. c.fin.de
reſcript. in* 6. *c. cum ſecundum de præb.* licet ſint ab-
ſentes, & per alium deſeruiant, *Pan.in d.c.*1.*num.*5.
hoc tit. poſt adeptam pacificam poſſeſſionem be-
neficiorum cum fructuum perceptione,*Nauar.de
hor.can & orat.cap.*7.*num.*28. *Pariſ. de reſign.benef.
libr.*1.*quæſt.*9.*num.*3.*&* 15.*Garſ.de benef.part.*3.*cap.*1.
*nu.*78. *& ſeq.* nec excuſare ſe poſſunt ratione ex-
iguitatis beneficij , *D. Anton. in ſum.part.*3.*tit* 13.
cap. 4. *in princ.* §.1. *c. clericus victus*, *& c.ſeq.*91.*diſt.*
Vel propter ſtudij occupationes, aut labores pe-
regrinationis,nec archiepiſcopus , aut epiſcopus
poteſt cum ipſis diſpenſare , aut illud commu-
tare, neque abbas cum monacho , *Archid.in c.*1.
91.*diſt.* & non recitantes horas tenentur ad fru-
ctuum reſtitutionem,*Gemin.in c.fin.n.* 4.*de reſcrip.
in* 6. *& ibi Can. Ripa in l. generaliter numer.* 22. *C.de
reuoc. donat.* peccant mortaliter & puniuntur ar-
bitrio epiſcopi,*Late menoch.de arbitr.iud.lib.*2.*cent.*
5.*caſ.*429.*plures citans Late Garc. de benef.part.*3.*cap.*
1.*vbi ponit* 13. *quæſt. Archid.in d. c. presbyter n.*29. 91.
*diſt.D.Anton.in ſumm.part.*3.*tit.*13.*cap.*4.§.4.*verſ.*5.
quæritur. Beneficiatus † in pluribus eccleſijs de- 21
bet dicere officium illius eccleſiæ vbi habet ma-
iorem gradum, *D. Anton. in ſumm.*3.*part.tit.*13.*c.*4.
§.2.*verſ.præbendatus Garc. de benef.part.*3. *c.*1.*n.*110.
*& ſeqq.*In minoribus † conſtituti non beneficiati 22
non tenentur dicere horas ex generali conſuetu-
dine quæ non dicentes excuſat, *Pan.in d.c.*1.*nu.*6.
Conſtituti † in ſacris licet non beneficiati,ſunt 23
obligati ad dicendum officium ratione ordinis,
*c. Epiſcopus c. cuiu de præben. Pan. in d.c.*1.*num.*4.*& ibi
Can.communiter.* Papa poteſt † diſpenſare ſuper 24
horis diuinis in tanto , ſed non in toto , id eſt po-
teſt diſpenſare circa mutationem officijs ſed non
poteſt diſpenſare,vt clericus non teneatur dicere
aliquod officium, *Clem.*2. *& ibi Card.in* 6.*not. hoc
tit. Pan. in d.c.*1.*n.* 3. *Felin.in c.fin.n.* 8.*de maior.& o-
bed.* quia quod dicantur horæ eſt de iure diuino,
ſed non quid debet dici pro horis, *c.in die reſurre-
ctionis ante fin.de conſecr.diſt.* 5. non requiritur diſ-
penſatio vt omnes horæ ſimul dici poſſint,*gloſſ.in
c.*1.*in verb. perſoluat hoc tit.* diebus dominicis & in
feſtis pentecoſtes genua ad orationem non fle-
ctuntur , ſed ſtantes ad orationem vota reddi-
mus,*c.quoniam de conſecr.diſt.*3.

Omnes Eccleſiæ † tenentur celebrare miſſa- 25
rum ſolemnia, & pſallere horas iuxta miſſale &
breuiarium Romana, illis exceptis, quæ ab ipſa
prima inſtitutione approbata, vel conſuetudine
quæ ducentos annos excedat, alijs certis breuia-
rijs, & miſſali vſas fuiſſe conſtiterit , quibus Pius
Papa V. ius inueteratum celebrandi & pſallendi
non adimit , ſed eisdem ſi Romana magis pla-
cuerit, dummodo epiſcopus & vniuerſum capi-
tulum in eo conſentiant, vt in choro pſallere &
celebrare iuxta breuiarium & miſſale Romana
poſſint permittit, *Pius V.in lit.apoſt præfixis breuia-
rio, & miſſali Rom.* quibus etiam receptis proha-
bita approbatione & licentia ſedis apoſtolicæ
iuxta decretum ſacro congregationis rituum fa-
ctum die octaua Aprilis 1628. licebit in ciuitate
& diœceſi retinere & ſeruare feſta particularia,
iam olim ab epiſcopis cum Conſilio clerici &
conſenſu populi inſtituta , *c.conqueſtus de ferijs.*et-
iam in lætanijs eorum nomina aſſcribere, & in
commemorationibus, confeſſione, communi
mentionem facere, ſed proprium huiuſmodi fe-
ſtorum eſt accommodandum ad normam bre-
uiarij Romani, & correcta videntur iuta ſtatuen-
tia quod ad celebranda diuina officia, ordinem

quem

quem Metropolitani tenent, comprouinciales eorum obſeruare debeanti, *c. altara 1. de conſecr. diſt. 1. c. de ijs & c. ſeq. 12. diſt. c. inſtitutio miſſarum de conſecr. diſtinct. 2.*

De baptiſmo & eius effectu.

Titulus XXXXII.

SVMMARIA.

1 *Baptiſmus eſt fundamentum omnium ſacramentorum ſine quo nemo ſaluari poteſt.*

2 *De non baptiſatis quantum ad ſpiritualem pœnam eccleſia non iudicat.*

3 *Quantum ad corporales pœnas eccleſia iudicat de eis qui foris ſunt.*

4 *Eſt triplex fluminis, in quo neceſſaria ſunt verbum* Ego te baptiſo *in nomine Patris Filij & Spiritus ſancti, & elementum à qua.*

5 *Paruulis in eo dimittitur originale peccatum.*

6 *Adultis baptiſmo conſentientibus originale & actuale.*

7 *Sed non liberat à pœna delicti in præiudicium reipublicæ vel priuati, nemo poteſt ſeipſum baptiſare.*

8 *Si probabiliter dubitetur an quis ſit baptiſatus quid iuris eſt.*

9 *Flaminis baptiſmus eſt ſpiritus ſancti qui inuiſibiliter baptizat cor interius, prodeſt adultis tantum.*

10 *Sanguinis baptiſmus eſt quando quis occiditur pro fide chriſtiana & prodeſt tam adultis quam paruulis.*

SVBIICITVR hic titulus, quia baptiſmus eſt
1 fundamentum † omnium ſacramentorum,
c. 1. & fin. de presb. non baptiz. vide ſeſſ. 7. de baptiſ. &
eſt ſacramentum neceſſarium, ſine quo nemo
ſaluari poteſt, *c. firmiſſime de conſecr. diſt. 4. c. maiores*
2 *hoc tit.* de non baptizatis † quantum ad ſpiritua-
lem pœnam eccleſia non iudicat, quia non poteſt
eos excommunicare, nam qui in eccleſia non
ſunt ab eccleſia ſeparari non poſſunt, *c. omnis chri-*
3 *ſtianus xj. quæſt. 3.* quantum ad † corporales pœnas
eccleſia iudicat de ijs qui foris ſunt, cum enim
peccant, poſſunt verberari, vel alio modo corpo-
raliter mulitari de præcepto Epiſcopi, *cap. ſepe 28.*
quæſt. 1. c. in archiepiſcopatu de raptor. c. conſtituit 17.
quæſt. 4. & alia etiam pœna puniri, *c. poſt miſerabilē*
de vſur. Triplex eſt: fluminis † de quo loquitur 4
hic titulus in quo neceſſaria ſunt verbum, *Ego te*
baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, c. 1.
hoc tit. & elementum aquæ, *c. non vt apponeres hoc*
tit. ſi vtrumque præmiſſorum aut eorum alterum
omittitur, non eſt verus baptiſmus, *gloſſ. & DD.*
in d. c. non vt apponeres. prodeſt paruulis & adultis,
paruulis † in eo dimittitur originale peccatum, 5
adultis baptiſmo † conſentientibus originale & 6
actuale, quia Deus qui totum hominem ſaluum
fecit, opus imperfectionis non agnoſcit, & ob
hæc peccata non ex parte ſed ex toto dimittit, *c.*
maiores §. verum & §. ſeq. hoc tit. quoad ipſū Deum,
ſed Baptiſmus † non liberat quoad pœnam deli- 7
cti in præiudicium Reipublicæ vel priuati, *gl. fin.*
in c. gaudemus & ibi Can. de diuort. Dec. in c. quia dili-
gentia num. 14. & 15. & Can. de elect. Zab in Clem. 1.
§. ſane in 14. quæſt. de vſur. nemo poteſt ſeipſum
baptizare etiam inſtante neceſſitatis periculo
quia Chriſtus nō à ſe ipſo ſed à Ioanne fuit bapti-
zatus, *c. debitum hoc tit.* in dubio natus Chriſtianis
parentibus, & inter chriſtianos fideliter conuer-
ſatus præſumitur baptizatus, *c. fin. in fin. de presb.*
non baptiz. & ſi probabiliter dubitatur † an quis 8
ſit baptizatus, baptizatur his verbis præmiſſis *ſi*
baptizatus es non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus
es, Ego te baptizo in nomine patris &c. c. 2. hoc tit. quia
non debet reiterari ſi quolibet modo formam
baptiſmatis acceperit, *c. hi de quibus de conſecr. diſt. 1.*
c. à quodam & c. ſi qui & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 4. ſi
forma eccleſiæ non fuerit ſeruata, non eſt baptiſ-
mus, ideoque reiterari poteſt, *c. ſi quis confugerit 1.*
quæſt. 1. Baptiſmus † flaminis eſt ſpiritus ſancti, 9
qui inuiſibiliter baptizat cor interius, *c. 2. de*
presb. non baptiz. c. debitum hoc tit. prodeſt adultis
ſiue doli capacibus tantum, qui in charitate & fi-
de Chriſtiana deceſſerunt, non prodeſt paruulis,
quia cum ipſi non ſentiant, non habent Chriſtia-
nam fidem, nec charitatem. latro in Cruce bapti-
zatus fuit iſto baptiſmo flaminis propter fidem
quam habuit in Chriſto, *c. baptiſmi vicem de conſecr.*
diſt. 4. c. fin. de pœnit. diſt. 7. in princ. Baptiſmus † ſan- 10
guinis eſt quando quis occiditur pro fide Chri-
ſtiana, & iſte prodeſt tam adultis, quam paruulis,
ex quo non contempſerunt baptiſmum flaminis,
exemplum ponitur in ſanctis Innocentibus & a-
lijs quibuſdam martyribus, *cap. baptiſmi vicem de*
conſecr.

Digitized by Google

conſecr. diſt. 4. & ibi gloſ. in verb. baptiſmo c. Cathecumenorum de conſecr. diſt. 4. gl. 1. in c. non vt apponeres, & ibi Can. hoc tit. Pan. in c. 2. poſt gloſſ. in verb. ab originali de presb. non baptiz. quia Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non contemptus ſed terminus neceſſitatis, aut probabilis ignorantia excludit, c. 2. de presb. non baptiz. c. firmiſſime 15. q. 1.

De presbytero non baptizato.

Titulus XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Non baptizatus promotus ad ordines non recipit ordinis characterem.*

2 *Presbyter non baptizatus celebrans non conficit ſacramentum durante errore confert effectum ſacramenti quoad ſe & alios vita functos, quoad viuos, ſolemnitates & illa quæ ſunt reiterabilia debent reiterari.*

3 *Error communis facit valere geſta in dependentibus à Iuriſdictione non autem geſta in dependentibus ab ordine ſiue ſacramentis.*

4 *Et nihil operatur quando eſt defectus in cauſa efficiente.*

1 NON baptizatus † promotus ad ordines non
recipit ordinis caracterem, *c. ſi quis per ignorantiam 1. q. 1. c. 1. & fin. hoc tit.* quia baptiſmus eſt
fundamentum omnium ſacramentorum, *c. præter §. hac de malis verſ. ſciendum 32. diſt. c. ſi quis confugerit 1. q. 1. c. fin. hoc tit.* etiamſi communiter reputa-
2 retur baptizatus, *c. 2 hoc tit.* presbyter † non baptizatus celebrans, non conficit Sacramentum, durante errore confert effectum Sacramenti, quoad ſe & alios iam vita defunctos propter Sacramenti fidem; quoad viuos, ſolemnitates, & illa quæ ſunt reiterabilia, debent reiterari, *c. dudum 2. & ibi gloſſ. in verb. decepta de elect. et ibi Can. Butr. in c. 2. num. 7. hoc tit. & Anchar. in fin.* ſed non baptiſmus & Euchariſtia expenſa id eſt iam data, & matrimonium eſt apud omnes, *Ioan. Andr. in c. 2. in fi. hoc tit.* Ideo ſi quis in presbyterum ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizatur, & iterum per ſingulos ordines vſque ad ſacerdotium promouetur, *c. 1. & c. fin. §. quia vero hoc tit. c.*
3 *ſi quis per ignorantiam 1. q. 1.* quia communis † error ſiue opinio facit valere geſta in dependentibus à iuriſdictione, non autẽ geſta in dependẽtibus ab ordine ſiue Sacramẽtis, in quibus attenditur ſola veritas; *c. in eccleſia Dei 1. q. 1. c. quanto de conſuet. Panor. in c. 2. num. 1. & 2. hoc tit.* ideo ordinatus ab eo qui putabatur Epiſcopus, cum non eſſet, nullum recipit ordinem, quia communis
error † nihil operatur, quando eſt defectus in 4
cauſa efficiente, *Iaſ. in l. Barbarius ſub num. 22. in 4. limit. ff. de off. prat. Pan. in d. c. 2. in fin. hoc tit.*

De Cuſtodia Euchariſtiæ Chriſmatis & aliorum Sacramentorum.

Titulus XXXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Sacramenta debent conſeruari ſub clauibus.*

2 *Cuſtos qui ea incaute relinquit tribus menſibus ab officio ſuſpenditur.*

3 *Si per eius incuriã aliquid nefandi inde contigerit, tenetur ad omnia illa quæ ex culpa illa ſequũtur.*

4 *Oratoria, vaſa miniſterij, corporalia, pallæ altaris, cæteraque ornamenta & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida ſunt conſeruanda.*

5 *In monaſterijs monialium ſanctiſſimum Chriſti corpus in publica eccleſia conſeruari debet.*

DICTVM eſt, vbi & per quos Euchariſtia conſecratur, nunc ſubijcit de cuſtodia eius pro infirmis *c. presbyter & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 2. c. 6. ſeſſ. 13.* & aliorum Sacramentorum quæ † conſer- 1
uari debent ſub clauibus, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda; ſi is ad quem † ſpectat cuſtodia ea 2
incaute reliquerit tribus mẽſibus ab officio ſuſpenditur, & ſi per eius † incuriam aliquid nefan- 3
dum inde contigerit, tenetur ad omnia illa quæ ex culpa illa ſequuntur, *c. 1. & ibi gl. fin. & DD. hoc tit. c. de neptis 31. q. 2. in fin. c. placuit 2. 1. q. 1.* præterea † oratoria, vaſa miniſterij, corporalia, pallæ al- 4
taris, cæteraque ornamenta & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida ſunt conſeruanda, nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent & in prophanis, *cap. 2. in fin hoc tit. c. nemo, & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 1.* In mo-
naſterijs † Monialium ſanctiſſimum Chriſti cor- 5
pus in

Digitized by Google

pus in publica eccleſia conſeruari debet, & non intra chorum vel ſepta monaſterij: *c. attendant in fin. ſeſſ. 25. de regular.* De ſanctificatione aquæ ſale conſperſæ ad benedictionem populi vide *cap. aquam ſale de conſecr. diſt. 3.*

De Reliquijs & Veneratione ſanctorum.

Titulus XXXXV.

SVMMARIA.

1 *Miſſa celebrari debet vbi Martyrum reliquæ ſunt depoſitæ.*

2 *Pro ſancto aliquem venerari nõ licet abſq; authoritate ſummi pontificis & ſedis Apoſtolicæ.*

3 *Reliquiarum de nouo inuentarum recognitio & approbatio ex decreto Concilij Tridentini pertinet ad epiſcopum loci.*

4 *Reliquiæ nõ poſſunt transferri niſi authoritate Papæ epiſcopi aut ſancta ſynodus.*

5 *De ſtylo Cancellariæ licentia recipiendi reliquias vel corpora ſanctorum & tranſportandi ad partes conceditur ſub ſola ſignatura, vel per breue de licentia ſuperioris Eccleſiæ.*

6 *In feſtis indictis ab vniuerſali eccleſia comprouinciales epiſcopi tenentur ſeruare morem metropolitanæ eccleſiæ, feſta ſpecialia metropolitanæ eccleſiæ nõ tenentur ſeruare, ſed in ſingulis diœceſibus ſeruanda ſunt quæ epiſcopi cum clero & populo duxerint ſeruanda ab omnibus etiam exemptis & regularibus.*

1 MISSÆ celebrari † debet vbi martyrum reliquiæ ſunt depoſitæ, *c. non oportet de conſecr.*
2 Ideo ſubiungit de reliquijs &c. non licet † pro ſancto aliquem venerari abſque auctoritate Romanæ eccleſiæ ſiue ſummi Pontificis & ſedis Apoſtolicæ, etiamſi per eum miracula fierent, quoniam miracula fiunt quandoque per malos, *cap. 1. & ibi glo. fin. Pan. num. 4. & Can. hoc tit.* An in canonizatione decepi vel errare poſſit, *vide gloſſ. in c. vnico in verb. ſedis Apoſtolica hoc tit. in 6. Innoc. in c. 1. numer. 3. & 4. hoc tit. Trogl. Maluet. de canonizat. ſanctor. §. aggredior tertium dubium num.* 47. & ad ſolum ſummum Põtificem ſpectat ordinare quæ feſta ſub duplici officio ſint celebranda: *cap. vnico circa finem hoc tit. in 6.* Reliquias de nouo inuentas nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ, receptis teſtibus ſuper vita & miraculis illius cuius dicuntur reliquiæ, *c. 2. §. inuentas hoc tit.* ſed ex decretis Concilij Tridentini earum † reco- 3
gnitio & approbatio pertinet ad epiſcopum loci, *ſeſſ. 25. de inuoc. vener. & reliq. ſanct. §. hæc vt fideliter.* non poſſunt eſſe venales, nec extra capſam oſtendi, aut ex eis turpis quæſtus quæri vel venari, *c. 2. hoc tit. c. vnico §. omnis porro ſuperſtitio ſeſſ. 25. de inuocat. vener. &c.* quia cum oſtenduntur extra capſam oſſa nuda, multorum deuotio pepeſcit, & datur detractoribus cauſa obloquendi, *Pan. in c. 2. in 2. not. hoc tit.* non poſſunt † transferri niſi aucto- 4
ritate Papæ Epiſcopi, aut ſanctæ Synodus, *c. corpora de conſecr. diſt. 1.* De Stylo Curiæ † licentia re- 5
cipiendi reliquias vel corpora ſanctorum in aliqua eccleſia, & tranſportandi ad partes, conceditur ſub ſola ſignatura vel per breue ex magna cauſa cum clauſula de licentia ſuperioris dictæ eccleſiæ, *Staphyl. de reſcript. apoſt. in form. breu. §. datur per breue num. 16. & ſeqq. Mandoſ. de ſig. grat. tit. licentia verſ. licentia recipiendi reliquias &c.* In fe-
ſtis † indictis ab vniuerſali eccleſia comprouin- 6
ciales Epiſcopi tenentur ſeruare morem regionis ſiue Metropolitanæ Eccleſiæ, *c. Conſilium §. in feſtiuitate ibi conſuetudinem tuæ regionis de obſeru. ieiun.* Feſta ſpecialia Metropolitanæ Eccleſiæ non tenentur ſeruare, ſed in ſingulis diœceſibus ſeruanda ſunt, quæ ſinguli Epiſcopi cum clero & populo in ſuis diœceſibus duxerint veneranda, *c. conqueſtus, ibi, cæteriſque ſolemnitatibus, quas ſinguli epiſcopi &c. de ferijs,* dummodo ſint feſtiuitates Sanctorum Canonizatorum vigilias non habentium, *Specul. tit. de ferijs §. 1. ſub numer. 1. in fin. verſ. quod autem dixi, concordat decretum ſacræ congregationis rituum factum 8. Aprilis 1628.* Dies feſti quos in diœceſi ſua ſeruandos Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam regularibus ſeruentur, *c. cenſura §. dies ſeſſ. 25.* In eccleſijs non ſunt depingendæ imagines ſibillarum, quia earum dicta approbantur ab eccleſia, non perſonæ, *cap. ſi quid veri 37. diſt. & ibi poſt gloſ. Can. Marq. de ſuſan. in tract. de Iud. & alijs infidel. part. 3. numer. 59.*

Digitized by Google

De Obſeruatione Ieiuniorum.

Titulus XXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Ieiunium eſt ſubtractio prandij & poſt cœnam cuiuslibet cibi priuatio vſque ad diem ſequentem & abſtinentia à carnibus & trahentibus ſementinam originem à carnibus & à cibis delicatis, & pretioſis, & voluptatibus.*

2 *Potus frangit ieiunium quando quis de mane bibit non ad extinguendam ſitim ſed famem.*

3 *Quibus diebus ieiunandum ſit.*

4 *Suffraganei ſeruare tenentur in ieiunijs conſuetudinem metropolitanæ eccleſiæ.*

5 *Vigiliæ feſtiuitatum cadentium in ſecunda feria præcedenti ſunt ſabbatho ieiunandæ.*

6 *Omnes poſt vigeſimum primum annum obligantur ad ieiunium.*

7 *Senes poſt quinquaginta quinque annos excuſantur à ieiunio.*

8 *Carnium eſu abſtinendum eſt feria ſexta & ſabbato.*

Si feſtum natiuitatis dominicæ in ſexta feria venire contigerit illi qui nec voto nec regulari obſeruantia aſtricti ſunt, carnibus veſci poſſunt.

9 *In ieiunijs ſolemnibus an quis poſſit veſci carnibus ſine licentia epiſcopi.*

10 *Datur licentia à ſede apoſtolica veſcendi lacticinijs, ouis, & carnibus per breue de licentia vtriuſque medici.*

PROPTER Sanctorum Venerationem, & feſtiuitatum deuotionem, indicta ſunt ieiunia; ideo ſequitur titulus de obſeruatione ieiuniorū.
1 Ieiunium † eſt ſubtractio prandij, & poſt cœnam
cuiuslibet cibi priuatio vſq; ad diem ſequentem, *c. ſint tibi ieiunia diſt. 5. & c. ſolent diſt. 1. de conſecr. c. inſuper ſeſſ. 25. de delect. cib.* & abſtinentia à carnibus, & trahentibus ſementinam originem à carnibus, vt ab ouis, lacte, caſeo, & abſtinentia à cibis delicatis, & pretioſis, & voluptatibus, *c. ſtatuimus, & c. denique 4. diſt. c. quid prodeſt. & c. ſeq. 86. diſt. c.*
2 *nihil enim prodeſt. de conſecr. diſt. 5.* Potus † frangit
ieiunium quando quis de mane bibit non ad extinguendum ſitim, & ſed famem, *Angel. in ver. ieiunium num. 4.* Ieiunandum † eſt, exceptis diebus 3
dominicis, *c. placuit. c. ne quis de conſecr. diſt. 3.* laicis, & ſacerdotibus, *c. ſacerdotibus de conſecr. diſt. 3.* quadrageſima tota, *c. quadrageſima de conſecr. diſt. 5.* & non licet quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium ſoluere, *c. non liceat, & c. ſeq. de conſecr. diſt. 3.* quatuor temporibus, *cap. conſtituimus & cc. ſeqq. 76. diſt.* vigilia natiuitatis dominicæ, & vigilia aſſumptionis Diuæ Virginis, & matris, *cap. 1. hoc tit.* & vigilia Pentecoſtes, *c. noſſe 76. diſt.* vigiliæ omnium Apoſtolorum in obſeruatione ieiunij ſunt obſeruandæ, etiam S. Matthiæ, *c. 1. hoc tit.* præter vigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi, & Beati Ioannis Euangeliſtæ, quoniam ipſorum ſolemnitas intra ſolemnitatem paſchalem, iſtius autem intra natalem Domini celebratur; *c. Conſilium in princ. hoc tit.* præterea ieiunandum eſt in vigilijs omnium ſanctorum, S. Ioannis Bapt. & S. Laurentij, *Innoc. in c. 1. hoc tit. ſub num. 2.* in rogationibus, ſiue Letanijs ante aſcenſionem Domini, *cap. rogationes de conſecrat. diſt. 3.* vel in ijs ſeruanda eſt conſuetudo regionis, *gloſſ. in d. c. rogationes in verb.*
ieiunium, quia ſuffraganei † ſeruare tenentur in 4
ieiunijs conſuetudinem regionis, ſiue Metropolitanæ eccleſiæ, *cap. vtinam 76. diſt. c. Conſilium §. item de illis, ibi conſuetudinem tuæ regionis hoc titul. & vtrobique gl. & DD.* reſectis, inuenta opportunitate, quæ pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum varia cōſuetudine introducta ſunt; *c. illa in fin. 12. diſt. c. ieiunia de conſecr. diſt. 5.* Vigiliæ
feſtiuitatum † cadentium in ſecunda feria in præ- 5
cedenti ſunt ſabbatho ieiunandæ; *cap. 1. & c. 2. §.*
Sanctorum hoc tit. Omnes † poſt vigeſimum pri- 6
mum annum obligantur ad ieiunium, ante vero obligantur, quia ætas illa non patitur, quoniam indiget puer, ſeu adoleſcens cibo frequentato propter debilitatem naturæ, item cibus conuertitur in augmentum, ſeu dilatationem membrorum, & ſic non ſunt ita potentes ad ieiunandum, ſicut ſunt maiores: *Pan. poſt B. Tho. in rub. huius tit. num. 7. vbi etiam recenſet diuerſas aliorum opiniones.* Senes poſt quinquaginta quinque annos excu-
ſantur à ieiunio, quia maiores annis † quinqua- 7
ginta quinque excuſantur ab omni munere perſonali, *l. 2. §. fin. ff. de decurion, & c. l. 3. C. qui at. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10.* præterquam à tutela, & cura, *§. item maior inſtit. de excuſ. tut. l. vnica C. qui at. ſe*
excuſ. Abſtinendum eſt ab eſu † carnium feria 8
ſexta, *c. fin. hoc tit. c. de eſu de conſecr. diſt. 3. & ibi gl. 1.*

Archid.

Archid. & *Can.* & Sabbatho, *c. quia dies de conſecrat. diſt. 5. c. ſabbatho de conſecr. diſt. 3.* quod ſi feſtum natiuitatis Dominicæ in ſexta feria venire contigerit, illi qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti, carnibus propter feſti excellentiam veſci poſſunt ſecundum generalem eccleſiæ conſuetudinem, *c. fin. hoc tit. c. quia dies de conſecr. diſt. 5.* quia de feſto non ſolum ſpiritualiter homines gaudere debent, ſed etiam in cibis cum honeſtate poſſunt delectationẽ accipere, & citra iactantiam vti veſtibus magis pretioſis, *Pan. in d. c. fin.*
9 *num. 2. hoc tit. & ibi Can.* In ieiunijs † ſolemnibus etiam ſubſiſtente cauſa non poteſt quis veſci carnibus ſine licentia Epiſcopi, quæ requiritur, vt Epiſcopus poſſit diſtinguere inter infirmitates; ſed vbi neceſſitas eſt vrgens, nõ delinquit, qui comedit carnes ſine licentia; *c. Conſilium §. cum autem*
10 *hoc tit. & ibi Pan. ſub n. 4.* datur licentia † à ſede Apoſtolica veſcendi lacticinijs, ouis, & carnibus per breue, de licentia vtriuſque medici, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. licentia verſ. licentia veſcendi lacticinijs & verſ. ſeqq. Guid. Pap. deciſ. 111.* etiam in quadrageſima in qua ſolent excipi quarta & ſexta feria ac ſabbatum, *c. ſabbato c. ieiunia ſane de conſecr. diſt. 3.* ac tota hebdomas ſancta, *c. 1. c. non liceat c. non oportet de conſecr. diſt. 3.*

De purificatione poſt partum.

Titulus XXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Purificatio poſt partum ob reuerentiam templi per legem moſaicam fuit introducta.*

2 *Poſtquam vmbra legis euanuit ſi mulieres poſt prolem emiſſam actura gratias eccleſia intrare voluerint nulla inde peccati mole grauantur. ſi ex veneratione voluerint abſtinere aliquantiu per, earum deuotio non reprobatur.*

IEIVNIA indicta ſunt ob reuerentiam feſtiuitatum;
1 purificatio poſt † partum ob reuerentiam templi per legem Moſaicam; quia tamen gratia, & veritas per IESVM Chriſtum facta eſt,
2 poſtquam † vmbra legis euanuit, & illuxit Euangelij veritas, ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias eccleſiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauãtur, nec eccleſiarum eſt eis aditus denegandus, ne pœna illis videatur conuerti in culpam, ſi ex veneratione voluerint aliquandiu abſtinere, deuotio earum non improbatur, *c. vnico hoc tit.*

De eccleſiis ædificandis, vel reparandis.

Titulus XXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia vna in præiudicium alterius Eccleſiæ ſiue infra ipſius limites conſtrui non debet.*

2 *Fallit primo quando non poſſunt parochiani ob locorum diſtantiam ſiue difficultatem ſine magno incommodo Eccleſiam matricem adire, vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officijs intereſſe.*

3 *Secundo, propter temporis qualitatem.*

4 *Tertio, propter incrementum populi.*

5 *Quarto, in leproſis quibus permittitur abſque præiudicio antiquarum parochialium habere eccleſiam propriam & presbyterum.*

6 *Eccleſia conſtruenda eſt authoritate epiſcopi.*

7 *Præfinita per eum qui ædificare vult dote quæ ſufficiat. ſi Eccleſia eſt ſecundum numerum collegiatorum & qualitatem collegij ad luminaria & ſtipendia.*

8 *Si parochialis eſt ad ſuſtentationem duorũ ad minus vel trium.*

9 *Dotis conſtitutione omiſſa in fundatione, non debet conſecrari Eccleſia niſi dos ei prius fuerit aſſignata.*

10 *Quod ſi vtroque tempore dotis conſtitutio omiſſa fuerit adhuc tenentur fundatores eorumque hæredes ad dotandum & eis non exiſtentibus ſoluendo datur actio contra epiſcopum.*

11 *Eccleſia conſtruenda non poteſt conferri priuilegiũ, vt valeat ex tunc.*

12 *Neque etiam eidem poteſt donari.*

13 *Sed legari eidem vt hæres inſtitui poteſt.*

14 *Pactum quod datum pro dote reuocetur corruente Eccleſia eſt à iure reprobatum.*

15 *Id quod eccleſia habet præſumitur ſibi datum pro dote.*

16 *Periculum dotis amiſſæ pertinet ad Eccleſiam.*

17 *Circa reparationem Eccleſiæ ſeruanda eſt conſuetudo.*

18 *Qua ceſſante prælatus quartam partem fructuum tenetur dare fabricæ.*

19 *Si quarta pars non ſufficiat tenentur omnes patroni, rectores eccleſiarum ac beneficiati quatenus eis ſupereſt detractis neceſſarijs.*

20 *Vltimo loco parochiani.*

21 *Ac inferiores capellæ.*

22 *Quod ſi omnes nimia egeſtate laborent poteſt Epiſcopus etiam tanquam ſedis apoſtolicæ delegatus, vocatis ijs quorum intereſt tam Parochiales quã alias eccleſias & beneficia ſimplicia etiam iuriſpatronatus ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferre.*

23 *Lapides & ligna eccleſiæ dedicatæ & deſtructæ in quos vſus ſint conuertendi.*

24 *Altaris palla, cathedra, candelabrum & velum vetuſtate conſumpta igni dantur.*

25 *Eccleſia diruta authoritate ſuperioris amittit omnia priuilegia.*

26 *Caſu fortuito vel ab hoſtibus diruta retinet ſua priuilegia.*

27 *Eccleſiæ transferuntur ſeu transmutantur authoritate ſummi pontificis aut epiſcopi in Conſilio Capituli ex quinque cauſis.*

28 *Clauſula de ſtylo in huiuſmodi translationibus vſitate.*

29 *Exemptio an perdatur ſi de mandato Papæ eccleſia plene cum perſonis exempta transferatur ad locum non exemptum.*

30 *Eccleſiæ quandoque eriguntur in alium ſtatum ſuperiorem; nempe collegiata in cathedralem epiſcopalis in metropolitanam authoritate Papæ eccleſia ſimplex in parochialem ex iuſta cauſa autoritate epiſcopi.*

31 *Eccleſia exempta per erectionem in cathedralem an amittit exemptionem.*

32 *Eccleſiæ & capellæ renouatio & ampliatio fit ſine præiudicio familiæ quæ in Eccleſia & capella veteribus habebat inſignia.*

ECCLESIA quandoque de nouo ædificari
debet intra limites veteris eccleſiæ conſecratæ
quandoque eccleſiæ conſecratæ indigent reparatione,
ideo ſupponitur de eccleſijs ædificandis
1 vel reparandis, regulariter vna eccleſia † in
præiudicium alterius eccleſiæ ſiue infra ipſius limites
conſtrui non debet, *c. quicumque 16. queſt. 1.*
cap. 2. §. caueant & Anchar. in c. fin. in 1. not. hoc tit.
quia veteres eccleſiæ per nouam lædi non debet,
& in eadem terminatione plures parochiales eccleſiæ
eſſe non poſſunt, *c. præcipimus & c. ſeq. 16. q.*
1. ex quo enim parochialis eſt, determinatos habet
limites. Hinc inoleuit Stylus quod confirmatio
erectionis nouæ Capellæ per laicos conſtructæ
conceditur cum clauſula, abſque rectoris
parochialis, in qua ſita eſt huiuſmodi Capellæ,
præiudicio, *c. eccleſia antiquitus & c. ſeq. 16. q. 1. c. 1.*
circa finem de nou. oper. nunciat. Fallit primo † quan- 2
do non poſſunt parochiani ob locorum diſtantiam
ſiue difficultatem, ſine magno incommodo
eccleſiam matricem adire, vnde non valent congruo
tempore eccleſiaſticis officijs intereſſe, *c. ad*
*audientiam el. 1. hoc tit. c. epiſcopi §. in ijs ſeſſ. 21. late Lapus
allegat. 66. vbi diſcutit per multas quæſtiones*, quo
caſu poſſunt Epiſcopi etiam inuitis rectoribus
nouas parochias conſtituere, & ſacerdotibus eccleſijs
nouiter erectis præficiendis cõpetentem
aſſignare portionem ex fructibus ad Eccleſiam
matricem quomodocumque pertinentibus, & ſi
neceſſe fuerit compellere populum ad ſubminiſtranda
ea quæ ſufficiant ad vitam ſacerdotum
ſuſtentandam, quacumque reſeruatione generali
vel ſpeciali vel affectione ſuper dictis Eccleſijs,
non obſtantibus; neque huiuſmodi ordinationes
& erectiones poſſunt tolli, nec impediri, ex
quibuſcumque prouiſionibus etiam vigore reſignationis
aut quibuſuis alijs derogationib. vel
ſuſpenſionibus, *c. epiſcopi §. in ijs vero ſeſſ. 21. Lap. alleg. 66.*
Si ob deuotionem alicuius ſancti Capella
in alterius parochiæ conſtruatur, non habet locum
dictum c. ad audientiam el 1. ſed obuentiones
erunt ipſius matricis eccleſiæ, ſicut & ipſa Capella,
cap. eam te & ibi gloſſ. in verb. pendeane de ætat.
qualit. & ord. præficiend. Collect. in d. c. ad audientiam
num. 1. Secundo fallit † propter temporis quali- 3
tatem, *cap. & temporis qualitas 16. queſt. 1.* Tertio
propter † incrementum populi, *c. præcipimus 16.* 4
quæſt. 1. c. fin. hoc tit. Quarto in leproſis † quibus 5
permittitur abſque præiudicio antiquarum parochialium
habere eccleſiam propriam & presbyterum
& non tenentur ſoluere decimas de
hortis & nutrimentis animalium, *c. cum dicat h. tit.*
Eccleſia † conſtruẽda eſt auctoritate Epiſcopi, & 6
ſine ea conſtructa non venit deſtruenda, ſed cedit
commodo epiſcopali, *Pan. in c. cum olim 2. n. 9.*
& num. 15. in fin. & numer. 16. de priuil. quibidem
crucem

Digitized by Google

crucem figit, publice atrium deſignat, & ante
7 præfinit, qui † ædificare vult, dotem, quæ ſufficiat, ſi eccleſia eſt collegiata ſecundum quantitatem & numerum Collegiatorum, & qualitatem Collegij, (exceptis eccleſijs Capucinorum & Minorum de obſeruantia, quibus non licet poſſidere immobilia) ad luminaria, ad cuſtodiam, ad ſtipendia clericorum, *c. nemo de conſecr. diſtinct. 1. Authent. vt determ. ſit cleric. num. §. in viſitantes coll. 1. Authent. null. fab. orat. domos gloſſ. 1. & ibi Can.*
8 *in c. cum ſicut de conſ. eccl. vel alt.* ſi parochialis † eſt ad ſuſtentationem duorum ad minus, *c. vt quiſque & ibi Pan. num. 2. & Can. de vit. & honeſt. cler. Pan. in c. fin. num. 10. in fine & ibi Felin. numer. 10. verſ. ex quibus colligit de præſumpt. Caſſad. deciſ. 19. in princ. de præbend. c. illud 7. quæſt. 1.* vel trium, *c. hoc quoque de conſecrat. diſt. 1.* ad hoſpitalitatem exercendam, & ad reſpondendum Epiſcopo de Epiſcopalibus, *c. de monachis de præbendis c. ſicut de ſupp. negl. prælat. vel ſecundum Pan. in d. c. cum ſicut num. 4. de conſecr. eccl. &c.* ſufficit quod aſſignetur vnus manſus, quia cum iſta obligatio prouenerit ex liberalitate, non debet multum ſtricte agi contra ipſum fundatorem, nec eſt opus quod dos detur à principio pro hoſpitalitate tenenda, vel pro iuribus epiſcopalibus ſoluendis, nam eccleſia impotens non tenetur ad iſta, nec tenetur procurare Epiſcopum viſitantem; *cap. cauendum 10. quæſt. 3.* qua donatione ſolemni chartula confirmata & oſtenſa Epiſcopus ponit primarium lapidem, *c. nemo 1. de conſecrat. diſtinct. 1. c. placuit & ibi glo. in verb. dotem 1. q. 2. c. pia menſis 16. q. 7. & ibi gloſ. in verb. collata Authen. vt nullus fabricet oratorij domus,* ſi dotis
9 conſtitutio † omiſſa fuerit in fundatione, non debet conſecrari eccleſia, niſi dos ei prius fuerit aſſignata, *c. placuit 1. quæſt. 2. d. c. pia menſis 16. qu. 7.* ſi vtroque tempore fundationis & conſecratio-
10 nis, dotis † conſtitutio omiſſa fuerit, adhuc tenentur fundatores eorumq; hæredes ad dotandum, *c. cum ſicut & ibi Pan. in 1. not. & Can. communiter de conſecr. eccl. c. nemo el 1. & ibi gloſ. in verb. domum de conſecrat. diſtinct. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 230. nu. 1. par. 1.* & eis non exiſtentibus ſoluendo danda eſt actio contra Epiſcopum, *gloſſ. in d. verb. domum in c. nemo el 1. de conſecrat. diſtinct. 1. c. cum ſicut & ibi Pan. num. 3. Anchar. num. 3. de conſecrat. eccl. vel al-*
11 *tar.* Eccleſiæ † conſtruendæ non poteſt conferri priuilegium vt valeat ex tunc, *c. ad audientiam 2. hoc tit.* ſed bene vt valeat poſtquam fuerit conſtructa, *Pan. in d. c. audientiam el 2. num. 4.* neque etiam † donari, *cap. Abbate ſane de re iud. in 6.* quia 12
donatio eſt contractus requirens perſonam cui obligatio acquiratur, ſed eidem legari, ac † hæres 13
inſtitui poteſt, quia legatum & hæredis inſtitutio non requirunt præſentiam perſonæ, *l. cum pater §. ſurdo ff. de leg. 2. Bart. in l. ſeruos num. 4. ff. de alim. & cibar. legat. Pan. in d. c. ad audientiam el 2. num. 5.* pactum, † quod datum pro dote eccleſiæ, reuocetur 14
corruente eccleſia, eſt à iure reprobatum, *Felin. in c. cum venerabilis ſub numer. 39. verſ. nota tertio de except. Rot. diuerſ. deciſ. 695. par. 1.* ſed quod eccleſia habet † & poſſidet præſumitur ſibi datum in do 15
tem, cum iſta ſit cauſa neceſſaria; *Bart. in l. cum ſeruus num. 4. & ibi DD. ff. de verb. oblig. Rot diuerſ. deciſ. 230. numer. 1. par. 1. per leg. ſecundam C. de alim. pup. præſt. Rot. diuerſ. deciſ. 56. in fine parte 2.* & deperdita aut diminuta dote fundans ad nullũ augmentum tenetur, non enim debet quod rite & ſecundum leges ab initio actum eſt, ex alio euentu reſuſcitari, *l. ſancimus 1. verſ. non enim C. de adminiſtr. tut. c. deinde circa fin. verſ. ſi ita creditur 26. diſt.* periculumque † dotis amiſſæ pertinet ad ipſum 16
beneficium ſiue eccleſiam dotatam, *Lambert. de iurep. 8. art. 5. quæſt. princ. 1. partis 1. lib. num. 17.* Imputatur ei qui tenuem acceptat eccleſiam. *gloſ. in c. 1. in verb. neceſſitatem 21. quæſt. 1. c. clericus & ibi gl. in verb. vigilijs 91. diſtinct.* Dicitur autem pauper iuxta qualitatem perſonæ, ſitum loci, & conſuetudinem prouinciæ, *c. cum adeo & ibi gloſ. in verb. ſufficientem & Can. de reſcript. c. erit diſtinct. 4. c. ſciendum 29. diſtinct. gloſ. in d. c. 1. in verb. neceſſitatem in fine 21. quæſt. 1. Authen. præterea & ibi gloſ. in verb. locuple. C. vnde vir & vxor.* onuſque probandi incumbit beneficiato quantitatem fructuum adeo exiguam eſſe, vt dos in eis conſtituta habeatur pro non dote, *arg. eorum quæ tradit Bald. num. 8. in Authen. præterea C. vnde iur. & vxor & ibi DD. communiter & in l. licet in fine quæſt. C. de iur. dot. in terminis Rot. diuerſ. deciſ. 60. par. 2.* Eccleſia cathedralis & alia inferior ſuæ diœceſis, poteſt dici epiſcopi. *Clem. attendentes § ipſos autem & ibi gloſ. in verb. ſuæ eccleſ. de ſtat. Monach. Pan. & Can.*

Circa reparationem † eccleſiæ primo recur- 17
rendum eſt ad conſuetudinem, ſi enim conſuetudo transfert onus fabricæ in populum aut aliter ſpecialiter prouideat, illa ſeruanda eſt, videmus enim hodie quod communiter eccleſiæ habent redditus diſtinctos pro fabrica, *arg. c. ad*

Digitized by Google

apoſtelicam de ſimon. Pan. in c. 1. nu. 3. & ſeqq. hoc tit.
Innoc. in c. fin. in princ. de his quæ fiunt à maior. part. c.
18 ceſſante † conſuetudine tenetur prælatus quar-
tam partem fructuum non ſolum futurorum, ſed
etiam præteritorum, quos ad hunc effectum te-
netur conſeruare. c. decreuimus 10. quæſt. 1. c. vnico
& ibi gloſ. quæſt. 3. Bero. conſ. 3. num. 6. & ſeqq. vol. 1.
fabricæ dare; c. nobis cum ſeptem cc. ſeqq. 12. quæſt. 2.
19 c. vnico 10 quæſt. 3. ſi quarta † pars non ſufficit,
nec conſuetudo diſponit, tenentur omnes pa-
troni; c. cum illud §. parochiales ſeſſ. 25. rectores ec-
cleſiarum, & beneficiati, quatenus eis ſupereſt
detractis neceſſarijs, c. 1. c. de his hoc tit. c. fin. de his
quæ fiunt à maiori parte cap. & ibi poſt gloſſ. Canon.
ſi redditus eis non ſuperſunt, compelluntur vl-
20 timo loco † parochiani, nam ex quo percipiunt
ibi diuina tenentur ad refectionem eccleſiæ, d. c.
cum illud §. parochiales ſeſſ. 21. nec poſſunt, volen-
do euitare onus, cedere vſui eccleſiæ, Panor. in c.
1. num 4. hoc tit. Rom. ſing. 68. præterea inferiores
21 capellæ † pro inſtauratione eccleſiæ principalis
ſeu matricis contribuere tenentur, & eccleſia
Matrix, ſeu ipſa plebs, pro reparatione capella-
rum, reddendo vicem pro vice. Fred. de ſen. conſ.
224. Franc. Marcus quæſt. 459. nu. 2. & ſeqq. parte 1.
22 quod ſi omnes † nimia egeſtate laborent, poteſt
epiſcopus etiam tanquam ſedis apoſtolicæ dele-
gatus, vocatis ijs quorum intereſt, tam parochia-
les, quam alias eccleſias, & beneficia ſimplicia
etiam iuriſpatronatus, arbitrio ſuo ad matrices,
ſeu viciniores eccleſias transferre, & parochialis
translata deſinit eſſe parochialis. Mandoſ. de ſign.
grat. tit. de transla. pral. verſ. quando parochialis Greg.
15. deciſ. 387. num. 2. & 3. & deciſ. 405. & ibi annot.
licet aliter ſentiat gl. in c. priuilegium de reg. iur. in 6.
Alex. in l. inter ſtipulantem §. ſacram. nu. 13. in fin. ff.
de verb. oblig. ac in eiſdem eccleſijs capellas, & al-
taria erigere ſub eiſdem inuocationibus, aut in
erecta altaria, vel capellas transferre, & eccleſias
dirutas in profanos vſus non ſordidos; erecta ta-
men ibi cruce conuertere. d. c. cum illud in princ. &
23 fin. ſeſſ. 21. Lapides, † & ligna eccleſiæ dedicata
non debent ad aliud opus iungi, niſi in aliam ec-
cleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profe-
ctum in monaſterio fratribus, non tamen indif-
ferenter, ſed vel in capitulo, vel in dormitorio,
vel in alijs religioſis locis, non in coquina, vel in
colendis vineis; in laicorum opera admitti non
24 debent. c. ligna de conſecr. diſt. 1. Altaris † quoque
palla, cathedra, candelabrum, & velum ſi fue-
rint vetuſtate conſumpta, igni dantur, quorum
cineres in baptiſterio inferuntur, aut in pariete,
aut in foſſis pauimentorum iactantur, ne intro-
euntium pedibus coinquinentur. c. altaris palla
cum cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 1. Eccleſia † deſtructa 25
auctoritate ſuperioris, amittit omnia priuilegia;
l. ſi vſusfructus ciuitati ff. quib. mod. vſusfructus amit-
tatur, c. & hoc diximus, & ibi gl. in verb. deſtructa 16.
quæſt. 7. gl. in c. priuileg. de reg. iur. in 6. & ibi Can.
Greg. 15. deciſ. 387. in princ. & deciſ. 405. & ibi annot.
deſtructa caſu fortuito, † aut ab hoſtibus, retinet 26
omnia priuilegia; c. paſtoralis 7. quæſt. 1. c. quæ ſemel
19. quæſt. 2. ideo ſi alia eccleſia in eodem loco æ-
dificetur, retinet omnia iura eccleſiæ deſtructæ,
vti ſubrogata in locum primæ, l. ædes ſacra ff. de con-
trah. empt. vel vend. l. in tantum §. ſacra, ff. de rer. di-
uiſ. gl. in c. priuil. & ibi Can. de reg. iur. in 6. Inn. in c.
2. num. 2. de nou. op. nunc. & ibi Can. Innoc. in c. abba-
te in fin. de verb. ſign. Alex. in l. inter ſtipulantem §. ſa-
crum num. 13. de verb. oblig.

Transferuntur † ſeu tranſmutantur Eccleſiæ 27
authoritate ſummi Pontificis, aut epiſcopi cum
Conſilio capituli, c. ſi quis vult monaſterium 16.
quæſt. 7. Lap. alleg. 68. ex quinque cauſis, Prima, cũ
neceſſitas perſecutorum loca earum grauauerit,
ſecunda cum difficultas locum fuerit propter aë-
ris intemperiem. Tertia cum malorum ſocietate
grauantur, ſiue propter malitiam populi, c. tribus
& ibi gloſſ. & Can. de conſecr. diſt. 1. c. Eccleſias, & ibi
gl. 16. quæſt. 7. Lap. alleg. 68. Quarta, cauſa meliora-
tionis, c. ſi quis vult monaſterium 16. quæſt. 7. De ſty-
lo in huiuſmodi translationibus viſitatæ ſunt in-
fraſcriptæ † clauſulæ, dimiſſo ibidem aliquo ſa- 28
cello, ſeu oratorio in ſignum translatæ Eccleſiæ,
vel dimiſſo presbytero in priori loco ad miniſte-
ria eccleſiæ, d. c. ſi quis vult monaſterium 16. quæſt. 1.
item prouiſo quod ad profanos vſus non rediga-
tur, c. ſemel. de reg. iur. in 6. §. ſacra inſtit. de rer. diuiſ.
quando transfertur parochialis eccleſia, additur
cum ſuperficie terræ, & oſſibus ibi exiſtentibus.
Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. tit. translationes, verſ.
quando parochialis, & verſ. ſeqq. Quinta, eſt cauſa
ruinæ, & inopiæ reſtaurationis, vti ſupra dictum
eſt, c. cum illud ſeſſ. 21. An perdatur † exemptio ſi 29
de mandato Papæ eccleſia plene cum perſonis
exempta transferatur ad locum non exemptum
vide Franc. in c. cum perſonæ §. fin. numer. 4. de
priuileg. in 6. Late diſtinguentem. Eccleſiæ quan-
doque

Digitized by Google

30 doque † eriguntur in alium ſtatum ſuperiorem, nempe collegiata in cathedralem, & Epiſcopalis in metropolitanam auctoritate Papæ, *c. 1. ne ſede vacante &c. c. quoad tranſlationem & ibi gl. in verb. reſeruata & Can. de off. leg. Extrauag. ſaluator de præb. inter communes Rebuff. in prax. part. 1. tit. de erect. in cathedral.* Eccleſia ſimplex in parochialem ex iuſta cauſa auctoritate epiſcopi, *c. ad audientiam el 1. hoc tit. Rebuff. in prax. tit. de erect. eccleſ. in curat. et paroch. Garc. de benef. part. 12. cap. 5. num. 3. requirit. auctoritatem Papæ.* Difficilis eſt quæſtio, an eccle-
31 ſia † exempta per erectionem in cathedralem amittat exemptionem, in dubio cenſeo quod exemptionem perdat, quia ſi præſeruatam dicimus exemptionem, eadem ſuffragaretur epiſcopo, quod eſſet abſurdum, eo quod exemptio data ſit contra epiſcopum, *Ioan. Andr. in c. cum perſonæ ſub numer. 9. circa finem ante verſ. prima gloſſ. de priuil in 6. & ibi Can.* & abſurdius eſſet dicere ſolum capitulum, & canonicos eſſe exemptos, quia epiſcopus & canonici ſunt vnum corpus, epiſcopus caput, canonici membra, *c. nouit de his quæ fiunt à prælat. & ibi gl. pen. allig. concord. & Can. cap. cum non liceat & ibi gloſſ. 1. & DD. de præſcript.* & inconueniens eſt in primordio erectionis, membra per exemptionem à capite ſeparari, quia Epiſcopus eſt ſponſus eccleſiæ & ſolus vtitur annulo, *c. licet de tranſl. epiſc. & c. & ibi Pan. n. 5. & Can.*

32 Eccleſiæ, & † capellæ renouatio, & ampliatio fieri debet ſine præiudicio familiæ, quæ in eccleſia, & capella veteribus habebat inſignia, ideo arma ſeu ſcuta armorum familiæ, quæ appoſita & affixa reperiuntur, in fornice, & columnis ſiue pilaſtris eccleſiæ veteris, transferenda & aſſignanda ſunt cornici, & columnis eccleſiæ nouæ quia renouatio, & ampliatio eccleſiæ intelligitur facta firmis remanentibus qualitatibus eccleſiæ, & prorogatiuis familiæ, & ſine cuiuſdam præiudicio, *cap. ad audientiam el 2. hoc titul. Ioan. de Anan. conſ. 86. poſt n. 2. & ibi Bolag. in add. Greg. 15. dec. 463.*

De immunitate Eccleſiarum, cæmiterij, & rerum ad eas pertinentium.

Titulus XXXXIX.

SVMMARIA.

1 *In Eccleſiis & cæmiteriys non debent tractari placita ſæcularia quæcunque ſit cauſa laicorum.*

2 *Placita Eccleſiaſtica in eis poſſunt tractari.*

3 *In domibus Eccleſiarum neque miſſus neque comes vel iudex publicus vel miniſter vel miles quaſi pro conſuetudine aut iure publico poteſt iudicare aut hoſpitium quærere ſed proceſſus in domo ſacra valet.*

4 *Cauſæ ſanguinis & in quibus de corporali pœna agitur non debent in eccleſiys tractari ſub pœna anathematis.*

5 *Eccleſia etiam interdicta, maior per circuitum quadraginta paſſuum, capella vel minores eccleſiæ triginta, domus epiſcopi, ſiue intra ſiue extra dictos quadraginta paſſus conſtructa ſit immunitatem habet vt perſona hominis liberi ſubditi aut iudæi vel pagani aut cuiuſcunque alterius gentis, vel bona eius inde ſubtrahi violenter non poſſint, nec inde damnari debet ad mortem vel pœnam corporalem.*

6 *Niſi publicus latro fuerit aut nocturnus depopulator agrorum aut ſub ſpe immunitatis in eiſdem deliquerit ſortunue fecerit, vel alias prius ſacrilegium in eiſdem commiſerit aut proditione proximum occiderit, aut aſſaſini, hæreſis vel læſæ maieſtatis reus ſit.*

7 *Curia ſæcularis laicum delinquentem in nullo ex caſibus prædictis extrahere aut incarcerare poteſt, ſed extractus in carcere curiæ eccleſiaſticæ detinetur & cognito prius per epiſcopum an ipſe vere crimina præmiſſa commiſerit tunc demum de eius mandato per Iudicem eccleſiaſticum curiæ ſæculari conſignatur.*

8 *Seruus confugiens timore domini ad eccleſiã poſtquam de impunitate ſua Dominus eius clericis iuramentum præſtiterit ad ſeruitium domini ſui redire compellitur.*

9 *Idem obtinet in colono aſſcriptitio liberto & alia huiuſmodi perſona conditioni ſubdita.*

10 *Ac in debitore fugiente ad eccleſiam, ſi ex forma ſtatuti poſſit capi.*

11 *Confringentem Eccleſiarum confinia pœna.*

12 *An immunitas ſit conceſſa clericis vel religioſis vt non poſſint per epiſcopum & alios iudices proprios ab eccleſia arceri ſeu violenter extrahi.*

13 *Violatio immunitatis eccleſiæ eſt mixti fori.*

14 *Clerici habent plura priuilegia, vnum appellatur priuilegium perſonæ iniicientes manus violentas in eos etiam excommunicatos temere & iniurioſas etiam in volentes ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis.*

15 *Quæ regula fallit multis caſibus.*

16 *Quicunque in canonem*, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. *incidit etiamſi cum clerico mediante epiſcopo compoſuerit & ille reconciliatus ſibi fuerit, aut ſit occultus vt conuinci non poſſit, ad ſedem apoſtolicam eſt mittendus, quam citra non poteſt abſolui.*

17 *Quæ regula fallit 17. caſibus.*

18 *Is qui religionem ingreditur antequam tacite vel expreſſe profiteatur, ac beguinæ gaudeat priuilegio c. ſi quis ſuadente canonicæ ſeculares non gaudent.*

19 *Cardinalem hoſtiliter inſequens percutiens, aut capiens, vel ſi ſocius fuerit facientis aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit eiuſque filij & nepotes ex virili ſexu deſcendentes ſubijciantur pœnis c. felicis de pœnis in 6.*

20 *Epiſcopum temere vel iniurioſe percutiens capiens banniens vel hæc mandans eiuſque filij per maſculinam lineam deſcendentes vſque ad ſecundã generationem ſubijciuntur pœnis Clem. 1. de pœnis.*

21 *Patroni aduocati feudatarij vice domini, aut alij beneficiati alicuius eccleſiæ Epiſcopum rectorem vel clericum alium ipſius eccleſiæ occidere aut mutilare præſumentes eorumque poſteritates vſque ad quartum gradum ſubducitur pœnis c. ad aures c. in quibuſdam de pœnis.*

22 *Presbyterum occidens militiæ cingulo caret & abſque ſpe coniugij manet.*

23 *Clerici non ſubeunt onera perſonalia, quæ ſunt ea quæ labore corporali explicantur abſque detrimento rerum ſiue ordinario ſiue extra ordinaria ſint.*

24 *Clerici habent priuilegium rerum, cuius vigore eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à pedagijs guidagijs & datijs & à collectis contributionibus & muneribus patrimonialibus.*

25 *Niſi Epiſcopus vel clerus abſque vlla exactione, vbi laicorum non ſuppetunt facultates ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda, conſulto prius Romano Pontifice.*

26 *Onera realia quæ impoſita erant rebus antequam ad Eccleſiam perueniſſent ſubit eccleſia.*

27 *Ad munera mixta quæ imponuntur perſonæ habito reſpectu ad patrimonium eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur.*

28 *Exigentes pedagia guidagia ſiue portatoria à perſonis eccleſiaſt. ipſo facto excommunicationis ſententiam ſingulares perſonæ ac interdicti ciuitates caſtra vel loca incurrunt.*

29 *Collectantes perſonas eccleſiaſticas ſi moniti non deſiſtant ſunt excommunicati ipſo iure.*

30 *Conſtitutiones & ſententiæ quæ à talibus fuerunt promulgatæ irritæ habentur nullo vnquam tempore valitura.*

31 *Rectores excommunicati ob collectationes Eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum poſt tempus regiminis remanent excommunicati, ac ſucceſſores eorum in officio niſi ſatiſfecerint, intra menſem eccleſiaſtica cenſura concluduntur donec ſatiſfecerint competenter.*

32 *Clerici habent priuilegium fori cuius vigore non poſſunt conueniri coram iudice ſæculari vel ab eo iudicari.*

33 *Eccleſiæ & perſonis eccleſiaſticis plurimæ libertates ſunt conceſſæ per legem Dei, Imperij Papæ, quibus violatis cenſetur violata libertas Eccleſiaſtica.*

34 *Si quis contrauenerit contra priuilegia data ſingularibus eccleſiis non dicitur facere contra libertatem eccleſiaſticam.*

35 *Statuta & conſuetudines contra libertatem eccleſiæ eiuſque perſonas, inductæ ſunt ipſo iure nulla & abolenda de capitularibus & ſtatuentium & ſecundum ea iudicantium pœna.*

36 *Statuta dicuntur contra libertatem Eccleſiæ & perſonarum eccleſiaſticarum quæ ſunt contra priuilegia eis conceſſa per Papam vel Imperatorem, necnon ea per quæ officium inquiſitoris hæreſis impeditur vel retardatur aut clerici efficiuntur magis timidi & laici magis audaces ad nocendum.*

37 *Clerici quibus caſibus perdunt priuilegia clericalia vel eis non gaudeant.*

ECCLESIÆ conſecratæ & non conſecratæ, in quibus diurna officia celebrantur, *c. Eccleſia hoc tit. c. ad hæc de relig. domib. c. nulli 12. quæſt. 2.* cum ſuo ambitu, cœmiterio, & rebus ſuis, ac perſonæ eccleſiaſticæ non debent grauari oneribus, quibus res laicorum & ipſi laici premuntur, ideo recte ſubijcitur iſta rubrica de immunitate &c. quæ in multis conſiſtit, recenſitis per *Ioan. Andr. in add. ad ſpecul. hoc tit.* Primo in eis non debent tractari † placita ſæcularia, *c. 1. hoc tit.* quæcunque 1 ſit cauſa laicorum, *Gemin. in c. decet nu. 12. Franc. & Can. hoc tit. in 6.* proceſſus iudicum ſæcularium, ac ſpecialiter ſententiæ in eiſdem locis prælatæ, omni

Digitized by Google

omnicarent robore firmitatis, *c.2.§.ordinarij hoc*
2 *tit.in 6.* placita † eccleſiaſtica in eis tractari poſ-
ſunt, *c.præceptũ 2. qu.2.gl. in d.c.1.in verb.placitũ hoc*
3 *tit.* Imo in domib. eccleſiarũ, neq; † miſſus, neq;
comes vel Iudex publicus, vel miniſter, aut miles,
quaſi pro conſuetudine, & iure publico auctori-
tate propria poteſt iudicare, aut hoſpitium quæ-
rere, *c.1.hoc tit. l.1.in fin. & ibi poſt gl fin.* DD. *C.de e-
piſc. & cler.* proceſſus tamen in domo factus valet,
quia conſtitutio *d.c. decet, hoc tit.* eſt pœnalis, &
ſtricte intelligenda, *Pan.in d.c. 1. numer.2.hoc tit.
& ibidem canon.* in domo ab eccleſia conducta vel
gratis ſibi conceſſa poſſunt iudicare, *d.c.1.in verb.
quaſi pro conſuetudine hoc tit. & ibi Pan. & Can.com-*
4 *muniter.* Secundo, cauſæ † conſanguinis, & in
quibus de corporali pœna agitur, non debent in
eis tractari, ſub pœna anathematis, *c.cum Eccleſia
hoc tit.* abſurdum enim eſt & crudele ibi iudicium
ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugij conſtitu-
5 ta. Tertio, Eccleſia † etiam interdicta, *Collect.in c.
inter alia num.xj.hoc tit.* maior, per circuitum, qua-
draginta & capellæ vel minores eccleſiæ triginta,
c.ſicut 1.17.quaſt.4. exceptis illis, quæ ſunt intra
ambitum murorum caſtellorum propter angu-
ſtiam, *c.quiſquis verſ.capella 17.quaſt.4.* ac domus
epiſcopi ſiue intra, ſiue extra dictos quadraginta
paſſus conſtituta immunitatem habet vt perſona
hominis liberi etiam ſubditi, *c.nullus 17.quaſt.4.*
aut Iudæi vel pagani aut cuiuſcumque alterius
gentis, *Archid.in c diffiniuit num.1.17.quaſt.4.* (licet
hi à rectore Eccleſiæ arceri poſſint, *l.1.C.de his qui
ad eccleſ.confug. & ibi gloſſ.mag.c.inter alia, & ibi gl.
in verb. extrahendus hoc tit. & Can.*) vel bona eius
inde ſubtrahi violenter, *Archid in c.reum nu 1.17.
quaſt.4.* non poſſunt, *d.c.ſicut primo,17.quaſt.4.c.ſi
quis ſuadente §. qui autem 17.quaſt.4.* quantacumq;
grauia delicta perpetrauerit, nec inde damni de-
bet ad mortem vel ad pœnam corporalem, ſed
rectores ſibi debent obtinere membra & vitam
nec alteri conſignare, niſi ad euangelia datis ſa-
cramentis, de morte, & debilitate, & omni cor-
poralium pœnarum etiam verberum, *Archid. in c.
reus ſub num.2.17. quaſt.4. pro quo eſt text.in c.nullus,
& c conſtituimus 17. quaſt. 4. Zab.in c.inter alia in 5.
quaſt. hoc tit.* genere ſit ſecurus; ſuper hoc tamen
quod inique fecit, eſt alias legitime puniendus
pecunialiter; vel alia ſatisfactione, *d.c.id conſtitui-
mus c. reum, & cc.ſeqq. c.definiuit 17.quaſt.4.c.inter
alia hoc tit.l.præſenti C.de ijs, qui ad eccleſ.confug.pul-
chre Franc.Marc.quaſt. 554.part. 2.* niſi † publicus 6
latro fuerit aut nocturnus depopulator agro-
rum, *d.c. inter alia hoc tit. quod corrigit auth. de
Mand.princip.§.quod ſi delinquentes, quæ plures perſo-
nas excipit.* aut ſub ſpe immunitatis in Eccleſijs, vel
cœmiterijs deliquerit, *c.fin.hoc tit.* for inmue fece-
rit, *Gemin.in c.decet numer.10. Franc. & Can.hoc tit.
in 6.* vel alias prius ſacrilegium in eccleſia vel cœ-
miterio commiſerit, *c.frater, & c.epiſcopus, & c.ſeq.
17.quaſt.4. Capill.Tholoſ.quaſt.423.* aut proditione
proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſini hæreſis,
vel læſæ maieſtatis reſiſſit, *Remig. de Gonnij de im-
mun.eccleſ.in fall.vbi ponit.39.fallent.* Verum curia
ſæcularis † laicum delinquentem in nullo ex ſu- 7
pradictis caſibus, ſine expreſſa licentia epiſcopi,
vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ Ec-
cleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos
ſolos, & non ad alios epiſcopis inferiores, etiam ſi
alias ordinarij ſint, & nullius diœceſis, præfatam
licentiam dandi facultas pertinet, extrahere, aut
incarcerare poteſt, *c.metuentes 17.quaſt 4. Greg 14.
in ſua conſtit.ſuper immun.eccleſ.edita anni 1591.quæ
videatur.* & extractus in carcere curiæ Eccleſia-
ſticæ ſub opportuna cuſtodia data illi per curiam
ſæcularem, ſi opus erit, detinetur, nec curiæ ſæcu-
lari tradi poteſt, niſi cognito prius per epiſco-
pum, ſeu ab eo deputatum, an ipſe vere crimina
præmiſſa commiſerit, & tunc demum de man-
dato epiſcopi per iudicem eccleſiaſticum curiæ
ſæculari quacumque appellatione remota conſi-
gnatur, *d. c. metuentes Greg 14. d.conſtit.ſuper im-
mun. eccleſ.* Seruus † confugiens timore Domini 8
ad eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua Do-
minus eius clericis iuramentum præſtiterit, ad
ſeruitium Domini ſui redire compellitur, etiam
inuitus, alioquin à Domino poterit occupari, *cap.
inter alia §. fin. hoc tit. c. metuentes c. id conſtituimus,
verb.ſeruus etiam 17.quaſt.4.* idem obtinet in colo-
no † aſcriptitio, liberto, & alia huiuſmodi perſo- 9
na, domeſtica, vel conditioni ſubdita, quæ con-
quaſſatis rebus certis, atque ſubtractis, aut ſei-
pſum furatus ad ſacroſancta eccleſiæ loca ſe con-
tulerit, *d.l.præſenti §.cum autem verſ.ſane enim ſi ſer-
uus C.de ijs, qui ad eccleſ.confug.* ne patronis, ſeu Do-
minis per eorum abſentiam obſequia ſua dene-
gentur, ac etiam † in debitore fugiente ad eccle- 10
ſiam, ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit capi, *contra
l.ob æſ.C. de act. & oblig.* quia eſt perſona condition-
nata, *Alber.in rubr. C.de ijs, qui ad eccleſ.confug.n. 2.*

Nucl. Ere-

Nicol. Euerard. in loco à tempore ad locum pag. fin. verſ. & faciunt not. eleganter per Alber. Oratoria priuatorum non habent hanc immunitatem, Collect. in d. c. inter alia nu. xj. hoc tit. Arc bid. in c. vxor nu. 2. 17.
11 quæſt. 4. Qui confinia † eccleſiarum confregerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, donec digne pœniteat, & quouſque emendet tam laicus, quam clericus, arcetus ingreſſu eccleſiarum, d. c. frater, & c. epiſcopus & c. ſeq. c. nullus clericorum 17. quæſt 4. & niſi quod rapuerit, reddat excommunicatur, c. ſicut el 1. 17. quæſt. 4. imo ipſo iure excommunicatus eſt, c. omnes el 1. & ibi gloſ. & c. quiſquis §. pen. ibi ſciat ſe communione priuatum, & c. ſi quis ſuadente §. 1. 17. quæſt. 4. iuncto c. ſi quem. & ibi not. de ſent. exc. & c. Engeltrudam, & ibi not. 3 quæſt. 4. Præterea excommunicationem ipſo facto incurrit, qui in ipſa eccleſia, vel loco, aut clauſtro, aut intra immunitatem eccleſiæ, aut cultui, vel eccleſiaſticis perſonis, & miniſtris aliquid iniuriæ importauerit, c. cum pro cauſa de ſent. excom. & ibi Hoſt. ſub n. 1. d. c. quiſquis §. 1. & 2. & d. c. ſi quis ſuadente §. 1. 17. quæſt. 4. l. 10. C. de epiſ. & cler. et auth ibi poſita. Primam opinionem, quod ſit excommunicandus tenet gloſſ. in d. c. cum pro cauſa, Pan. Anch. & alij, Ioannes de Viſchis de immunit. eccleſ. num. 65. Remig. de Gonnij de immunit. eccleſ. quæſt. 9. dicentes, pœnam eſſe arbitrariam, Capell. Tholoſ. quæſt. 423. & ibi Add. Secundam opinionem Hoſtien. quod ſit ipſo iure excommunicatus, videtur conſuetudo approbauiſſe, vt notat gloſſ. in d. c. omnes el primo, 17. quæſt. 4.

12 Quæſtio eſt, an hæc immunitas † ſit conceſſa clericis, vel religioſis, vt non poſſint per Epiſcopum, & alios iudices proprios ab eccleſias arceri, ſeu violenter extrahi, & Panorm. in c. inter alia nu. 13. hoc tit. tenet locum non habere, ſi Iudex eccleſiaſticus cauſa diſciplinæ & non odij, vult eos arceres ab eccleſia, vel inde extrahere, vt duci faciat ad carcerem. Syluester in verb. immunitas 3. verſ. tertium clerici & religioſi, c. nullus, & ibi gloſſ. in verb. ſed non ne 17. quæſt. 4. contrarium tenet Zabarel. in d. c. inter alia, in 6. quæſt. & ibi Ancar. in fin. Ioann. Andr. numer. 4. Ioan. de Anan. numer. 9. Collectar. num. 16. pro quibus eſt textus in c. conſtituimus 17. q. 4. Diaz. in prax. crim. c. 124. c. definiuit & ibi Io-
13 annes de Viſch. in 1. notab. 17. q. 4. violatio immunitatis eccleſiæ eſt mixti fori, & punitur à Iudice eccleſiaſtico & tēporali, c. definiuit §. ſi quis autē auth. Caſſa C. de ſacroſ. eccl. iuncto c. nouerint de ſent. excom.

Perſonæ eccleſiaſticæ † tria habent priuilegia, 14
vnū appellatur priuilegium perſonæ, circa quod tres conſtituuntur regulæ. Prima eſt iniiciens manus violentas in eos etiam excommunicatos, Franc. Marc. quæſt. 609. num, 3. par. 2. gloſſ. in c. cum contingit in verb. ordinati & ibi Can. de ſent. excomm. temere, aut iniurioſas in eos etiam volentes, cap. contingit 1. de ſent. excom. aut conſpuens in faciem clerici, vel effundens aquam ſuper eum animo iniuriandi, vel detinens clericum per veſtem, vel frenum equi, vel auferens aliquid de manibus ſuis, Franc. Marc q. 610. 1. 2. gloſſ. 1. in c. ſi quis pulſatus de pœnitent. diſtinct. 1. Innoc. in c. nuper num. 2. & in cap. contingit de ſent. excommun. & vtrobique Doct. ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, c. ſi quis ſuadente & c. ſicut 2. 17. quæſt. 4. c. nuper de ſent. excomm. Franc. Marc. 1. 612. par. 2. vbi ponit tria requiſita, etiam ſi laicus religioſum, vel conuerſum percutiat ad viſionem Abbatis, in cuius ſeruitio commoratur, ex iuſta cauſa diſciplinæ, c. vniuerſitatis de ſent. excomm. Aut ſi laicus etiam magiſtratus vel officialis, c. ſi vero el 1. §. officialis de ſent. excomm. & ibi Can. vel clericus qui ſit priuata perſona, Late Soccin. in c. peruenit num. 267. & ſeqq. de ſent. excomm. c. ſi clericus de ſent. excommun. in 6. clericum capiat, aut in cuſtodia detineat publica vel priuata, vel etiam detrudat in vincula abſque corporali læſione, c. nuper de ſent. excommun. & ibi Innoc. in princ. & Can. & tam in facinoribus deprehenſum, ſiue ea grauia ſint, ſiue leuia, c. ſi vero el 1. §. officialis de ſent. excomm. & ibi Ancar. num. 2. Pan. num. 6. & Can. Soccin. ſen. in c. peruenit numer. 287. vbi ampliat & num. 294. & plurib. ſeqq. tradit plures caſus in quibus licet laico capere clericum de ſent. excomm. poſt Hipol. Rimnal. in repet. cap. cum non ab homine numer. 11. & ſeqq. de iud. Franc. in c. ſi clericos num. 7. de ſent. excomm. in 6. & ibi Can. niſi capiat de mandato epiſcopi aut prælati ſpeciali (nam generale dare non poſſunt, quia per hoc aliqualis cauſæ cognitio committitur,) Anch. in c. ea quæ ſub 20. quæſt. verſic. vidi dubitari de reg. Iur. in 6. Mar. Soc. in c. peruenit num. 275. & ſeqq. de ſent. excomm. c. vt fama. & ibi gl. in verb. de mandato. eod. tit. in 6. vt captum non turpiter, ſed honeſte ducat ad Iudicem eccleſiaſticum, c. vt fama de ſent. excom. d. c. ſi clericos eod. tit. in 6. quam primum poteſt, non detinendo vltra viginti horas, d. c. cum non ab homine & ibi gloſ. in verb. deprehenſus legitime Pan. nu. 10. & ſeqq. d. c. ſi clericus in princ. ibi per laicos capi

facias

Digitized by Google

faciat & tot carcere includat. aut laicus capiat cleri-
cum, qui dimiſſo habitu & tonſura ſe immiſcet
enormitatibus: *c.1. de apoſtatis. c. ex parte il tertio de*
priuileg. quia malitijs hominum indulgeri non
debet ſed potius obuiari, *d. c. ex parte il tertio in fi-*
ne l. in fundo ff. de rei vend. c. plerumque c. ſedes de re-
ſcript. c. ſignificante, qui matr. accuſ. poſſ. aut Iudex
laicus capiat Clericum de fuga ſuſpectum vt eum
tradat Epiſcopo, quia contra capturam perſonæ,
factam propter ſuſpicionem fugæ, non poteſt
opponi de Incompetentia. *Mynſ. obſ. 65. cent. 2.*
Pan. in c. cum non ab homine num. 11. & 12. de Iudic.
15 *Anch. conſ. 192.* quæ regula fallit † in multis ca-
ſibus notatis per gloſ. *in d. c. ſi quis ſuadente. in verb.*
16 *violentas,* & ibi Can. Altera regula eſt † quod qui-
cumque in Canonem, ſi quis ſuadente, incidit,
etiam ſi cum clerico verberato, mediante epiſco-
po compoſuerit, & ille reconciliatus ſibi fuerit,
c. cum deſideres §. fin. & c. parochianos, & ibi gloſ. in
verb. ſatisfaciant, de ſent. excom. aut ſit occultus, vt
conuinci non poſſit. *c. porro. de ſentent. excommun.*
ad ſedem apoſtolicam eſt mittendus, quam citra
non poteſt abſolui, *d. c. ſi quis ſuadente in princ. verſ.*
& nullus 17. quæſt. 4. c. cum illorum de ſent. excom. in
6. in princ. c. fin. in fin. de exceſſ. prel. late Franc. Marc.
deciſ. 612. & ſeqq. & deciſ. 622. & ſeqq. par. 2. quæ
17 fallit † in 17. caſibus notatis per Io. Andr. *in d. c.*
cum illorum num. 2. & Pan. *in princ. de ſent. excomm.*
ideo de ſtylo Curiæ, ſi petatur abſolutio pro eo,
qui interfecit Abbatem, aut mutilauit clericum,
vel monialem, & ſit abſens, non conceditur, quia
talia perpetrãtes ſedem apoſtolicam viſitare de-
bent propter enormitatem delicti; *d. c. ſi quis ſua-*
dente, ibi, donec apoſtolico conſpectui, præſentetur: Late
Franc. Marc. quæſt. 612. & 12. quæſt. ſeqq. par. 2. & ſi
allegetur paupertas, infirmitas, vel aliud impe-
dimentum perſonale, addi ſolet clauſula, & quod
ceſſantibus impedimentis ſedem Apoſtolicam
viſitet, *Franc. Marc. quæſt. 621. par. 2. & quæſt. ſeq.*
18 Is qui † religionem ingreditur, antequam tacite,
vel expreſſe profeſſus ſit, *c. religioſo §. fin. de ſent. ex-*
comm. in 6. ac beguinæ gaudent priuilegio *c. ſi quis*
ſuadente, Rot. deciſ. 8. in fi. de iurep. in antiq. Clem. 1.
in fin. de relig. domib. extrauag. vnica eod. inter comm.
Ioan. Andr. in c. dilecta de maior. & obed. nu. 7. & ibi
Can. Canonicæ ſæculares non gaudent, *Rot. deciſ.*
1. de regul. in antiq. Rot. Biſig. deciſ. 2. de ſent. excomm.
c. indemnitatibus §. pen. in fin. de elect. in 6. Clem. fin.
§. illas, de ſtat. monach. c. perniciosam 18. quæſt. 2. Is

qui Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem † ho- 19
ſtiliter fuerit inſecutus, vel percuſſerit, aut cœpe-
rit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandaue-
rit, vel factum ratum habuerit, aut Conſilium
dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel
defenſauerit ſcienter eumdem, eorumque filij, &
nepotes, ex virili ſexu deſcendentes grauiſſimis
pœnis ſubijciuntur *c. felicis. de pœnis in 6.* Qui epi-
ſcopum † iniurioſe, vel temere percuſſerit, aut 20
ceperit, ſeu banniuerit, vel hæc mandauerit fieri,
aut facta ab alijs rata habuerit, vel ſocius in his
fuerit facientis, aut Conſilium in his dederit, aut
fauorem, ſeu ſcienter defenſauerit eumdem, eo-
rumque filij per maſculinam lineam deſcenden-
tes, vſque ad ſecundam generationem ſubijciun-
tur pœnis Clem. 1. *de pœn.* Patroni, † Aduocati, aut 21
feudatarij, ſeu vicedomini, aut alij beneficiati ali-
cuius Eccleſiæ, Epiſcopum, Rectorem, vel cleri-
cum alium ipſius eccleſiæ per ſe, vel per alios oc-
cidere, aut mutilare auſu nefando præſumentes,
eorumque poſteritates vſque ad quartam gene-
rationem ſubduntur pœnis, *cap. ſi quis deinceps 17.*
quæſt. 4. & c. *ad aures,* c. *in quibuſdam de pœn.* ſi quis
alius † presbyterum occiderit, vſque ad vltimum 22
vitæ tempus militiæ cingulo caret, id eſt deponi-
tur à ſua dignitate, & abſque ſpe coniugij manet,
c. qui presbyterum 17. q. 4. c. 2. de pœnit. c. admoneret
33. q. 2. Socin. ſen. in c. in quibuſdam num. 27. & plur.
ſeqq. de pœn. c. ſi quis deinceps §. fin. 17. quæſt. 4. Tertia
regula eſt, perſonæ † eccleſiaſticæ nõ ſubeunt o- 23
nera perſonalia, quæ ſunt ea, quæ labore corpo-
rali explicantur abſque detrimento rerum, *l. mu-*
nerum ff. de muner. & honor. ſiue ordinaria, ſiue ex-
traordinaria ſint, *c. pulchre Pan. in c. non minus num.*
12. & plur. ſeqq. hoc titul. quia non poſſunt imponi
forenſibus: *l. cum neque C. de incol. lib. 10. & ibi glo.*
fin. & DD. Gail. obſ. 52. nu. 5. & 8. lib. 2. præterquam
quod tempore neceſſitatis tenentur ad murorũ,
& ciuitatis cuſtodiam, *c. peruenit hoc tit.* & legiti-
mam tutelam poſſunt ſuſcipere, ſi volunt, *cap. Cy-*
prianus, & ibi gl. 1. 23. q. 3. c. peruenit, & ibi gl. in verb.
tutelas 86. diſt. c. generaliter 16. q. 1. Aliud eſt † pri- 24
uilegium rerum, cuius vigore eccleſia, & perſonę
eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à pedagijs, guidagijs,
ac darijs, *c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* vini, car-
nium, panis, & huiuſmodi, ſiue emant, ſiue fru-
mentum, vinum, & alia huiuſmodi ex præbenda,
ſiue fructibus eccleſiæ habita pro ſuis neceſſitati-
bus diuendant, aut diuendenda tranſmittant, *cap.*

Digitized by Google

quamquam de cenſib. in 6. Clem. præſenti de cenſib. Pan. in c. non minus in fi. & ibi Can. hoc tit. Syluest. in verb. immunitas el 1. ſub nu. 22. Quarant. in verb. vectigal, & ibi add. ponit regul. cum ampliat. & limit. necnon à collectis, & contributionibus, & muneribus patrimonialibus, quæ poſſeſſionibus indicuntur, l. munerum §. patrimoniorum ff. de mun. & hon. ſordidis extraordinarijs, aut ſuperinductis, l. placet C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. & DD. Pan. late in c. non minus num. 16 & 17. hoc tit. c. quamquam de cenſ. in 6 & ibi poſt glo. DD. Gail. obſ. 52. num. 9. & 14. li. 7. quia ex quo poſſeſſiones peruenerunt ad eccleſiam, eximuntur ab omni exactione; cum ſint datæ Deo, c. nulli, c. prædia, & c. ſeq. 12. q. 2. & res clericorum, & eccleſiarum eodem priuilegio gaudent. c. eccleſiarum ſeruos 12. qu. 2. c. ſimiliter 16. qu. 1. c. 1. hoc tit. in 6. Clem. præſenti de cenſib. gl. fin. in c. ſi. de vit. & hon. cler. Pan. in c. cum ſit generale num 4. de for. comp. quoad munera, & collectas, l. 2 & auth. ibi poſita C. de epiſc. & cler. c. aduerſus ibi eccleſias, & eccl. viros hoc tit. Capr. concl 96. in princ. & numer. 6.

25 niſi † epiſcopus, vel clerus tantam neceſſitatem, vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione ad releuandas communes neceſſitates vel vtilitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda, d. c. non minus § quo circa hoc tit & ibi Pan. num. 11. in fin. dicit quod materia d. c. conſiſtit reſpectu laicorum, conſulto prius Romano Pontifice, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere, c. aduerſus §. propter, hoc tit.

26 Onera realia † quæ impoſita erant rebus, antequam ad eccleſiam perueniſſent, ſiue ex priuata diſpoſitione, vt cenſum, canonem, ſolarium, c. olim cauſam de reſt. ſpol. c. cum dilecti de donat. c. quanta de cenſib. Inn. in c. non minus num. 4. in fin. hoc tit. Io. Fab. in l. placet in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. l. idem Iulianus §. hæres, & ibi gl. in verb. ſolarium ff. de leg. 1. late Capr. concl. 96. numer. 37. & ſeqq. l. 2. §. ſi quis ff. ne quid in loc. publ. l. hactenus ff. de vſufr. l. quæro ff. de vſufr. leg. ſiue ex diſpoſitione publica Principis, & tributum, ſubit eccleſia, c. ſi tributum, c. magnum 11 q 1. l. de ijs C. de epiſ. & cler. c. tributum 23. q. 8. Gail. obſ. 52. num. 11. & 12. & obſer. 53. lib. 2. præterquam de manſo eccleſiæ, ſeu dote ex horto iuxta poſito, de quibus non ſoluit tributum, ſed debet prius redimi ab eo, qui vult eccleſiam ædificare, alias non debet epiſcopus pati conſtrui eccleſiam, c. 1. de cenſib. c. comperimus 14. q. 6. Item eccleſia ſubit onera, quæ naturali ratione incumbunt ipſis rebus, vt reficere iter ante domum, l. ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. per l. 1. ff. de via publ. & itin. publ. reſic. in purgatione putei neceſſarij loci viciniæ, in qua ſita eſt eccleſia, Spec. in tit. de cenſib. §. nunc dicendum num. 10. Pan. in d. c. non minus ſub num. 16. circa finem,

Ad munera † mixta 27
quæ imponuntur perſonæ habito reſpectu ad patrimonium, d. l. munerum §. miſta ff. de mun. & honor. eccleſia & perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur, quia nec etiam laici non ſubditi tenentur, licet habeant patrimonium in loco, l. reſcripto §. fin. ff de mun. & hon. & ibi Bartol. num. 4. Auth. item nulla Communitas C. de epiſ. & cler. Iaſ. in l. placet num. 5. & ſeq. C. de ſacroſ. ſanct. eccl. Bart. in l. 4. §. actor num. 4. & DD. ff. de re iud. Variæ ſunt pœnæ laicorum exigentium, pedagia, aut collectantiũ eccleſiis, ſeu perſonas eccleſiaſticas, Primo exigentes † pedagia, guidagia, ſiue portatoria, à per- 28
ſonis eccleſiaſticis, ſiue pro earum rebus, ſine præuia monitione, ipſo facto excommunicationis ſententiam ſingulares perſonæ, ac interdicti, ciuitates caſtra vel loca incurrunt, quorum collegia vel vniuerſitates eadem extorquẽt, c. quamquam de cenſib. in 6. Clem. præſenti & ibi Zab. & Can. de cenſib. Pan. in c. non minus nu. 7. hoc tit. ac eædem pœnæ locum habent in gabellis & datijs quæ leuantur in ciuitatibus, Zab. in d. Clem. præſenti in 8.
q. Collectantes † vero ſi moniti non deſtiterint 29
ſunt excommunicati ipſo iure cum ſuis fautoribus nec communioni redduntur donec ſatisfactionem fecerint competentem, c. non minus in fine & ibi gl. fin. hoc tit. ſecundo conſtitutiones † & 30
ſententiæ, quæ à talibus, vel de ipſorum mandato fuerunt promulgatæ inanes, & irritæ habentur, nullo vnquam tempore valituræ, c. aduerſus §. quia vero h. t. etiamſi ſint promulgatæ inter ſubditos, Ioan. And. in d. c. aduerſus n. 5. ſiue præceſſerit monitio iuxta d. c. non minus hoc titul. ſiue non præceſſerit, Pan. in d. c. aduerſus num. 11. Tertio † re- 31
ctores excommunicati ob collectationes eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum, qui ſatisfacere recuſauerunt, poſt tempus regiminis remanent excommunicati, d. c. aduerſus in fine, quia regulariter delinquens prætextu officij tenetur ſatisfacere durante & finito officio, etiamſi commoditas peruenit ad alium, vnde ſi non poteſt inducere eum ad ſatisfaciendum tenetur ipſe in totum ad emendam damni, Inno. in c. ſicut dignum num. 1. & 2. de homicid. Pan. in d. c. aduerſus num. 7. & 20.

Digitized by Google

& 20 Præterea ſucceſſores ipſorum in officio, niſi ſatisfecerint intra menſem, eccleſiaſtica cenſura concluduntur donec ſatisfecerint competenter, *d. c. aduerſus in fine*, nam regulariter ſententia cenſuræ lata contra aliquem ſub nomine officij non tranſit ipſo iure in ſucceſſorem, ſed tunc demum cum ſatisfacere noluerit de delicto commiſſo per prædeceſſorem, quia cenſura eſt proportionabilis perſonæ tantum non indignitati, *c. grauem & ibi glo. in verb. promulgare pro vires & poſt eam Can. de ſent. excommun. Pan. in c. quoniam Abb. ſub num. 8. de off. deleg. Pan. in d. c. aduerſus.* Tertium
32 priuilegium † eſt fori, cuius vigore perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt conueniri coram iudice ſæculari, vel ab eo iudicari vt dictum eſt *ſupra lib. 2. tit. de for. compet.* & competit ei de iure diuino, *Fel. in c. 2. de maior. & obed. Rom. ſing. 419. & ibi additio c. cum non ab homine & ibi Can. de iud.* Plurimæ
33 aliæ † libertates conceſſæ ſunt eccleſiæ vniuerſali & perſonis eccleſiaſticis, per priuilegium Dei, Imperij, vel Imperatoris ſuper temporalibus vel Papæ ſuper ſpiritualibus cumulatæ per Innoc. *in c. nouerit num. 1. & 2. de ſent. excomm. & ibidem Can.* innouatæ per Concilium Tridentinum *c. cupiens ſeſſ. 25.* quibus violatis cenſetur violata libertas eccleſiaſtica, *late Dec. in c. eccleſia S. Mariæ numer. 5. 6. & plurib. ſeqq de conſtit. & ibi Can.* Si quis † con-
34 trauenerit contra priuilegia data ſingularibus eccleſijs non dicitur facere contra eccleſiaſticam libertatem, licet faciat contra libertatem huius eccleſiæ vel illius ſingulariter, *Innoc. in d. c. nouerit n. 3. & ibi Pan. num. 2. & Can. communiter de ſent. ex-*
35 *comm.* Statuta † & conſuetudines contra libertatem eccleſiæ eiuſque perſonas inducta aduerſus canonicas & imperiales ſanctiones ſunt irrita & ipſo iure nulla & penitus abolenda de capitularibus, *Authen. Caſſa C. de ſacroſ. eccl.* ſtatutarij & ſcriptores ſtatutorum ipſorum, nec non poteſtates, Conſules, Rectores & Conſiliarij locorum, vbi huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines eduntur, vel ſeruantur, nec non illi, qui ſecundum ea præſumunt iudicare, vel in publicam formam ſcribere iudicata, ſunt ipſo iure excommunicati, *c. nouerit & ibi gl. 2. & Can. c. grauem de ſentent. excom.* & priuati feudis eccleſiaſticis, *d. c. grauem in fine*, nec euitant iſtas pœnas, licet in fine ſtatutorum ponant ſtatutum quod, ſi quæ ſtatuta eſſent edita contra eccleſiaſticam libertatem habeantur pro non ſcriptis, vt communiter fieri ſolet, quia per hoc non eſt ſatisfactum dictæ Authent. quæ exigit vt dicta ſtatuta deleantur in libris, *Bart. in d. authen. Caſſa n. 6. Pan. in d c. nouerit n. 1. in fine & ibi Can.* ſeruantes huiuſmodi ſtatuta, non ſunt excommunicati, niſi ſint de perſonis ſupra ſpecificatis; *Innoc. in d. c. nouerit in princip.* Ea autem ſtatuta dicuntur † contra libertatem eccleſiæ, & per- 36
ſonarum eccleſiaſticarum, quæ ſunt contra priuilegia eis conceſſa per Principem, vel Papam, vti dictum eſt, *d. Authent. Caſſa ibi aduerſus Canonicas & Imperiales ſanctiones*, nec nõ ea per quæ officium Inquiſitionis hæreſis impeditur, vel retardatur, *c. ſtatutum 1. de hæret. in 6.* aut clerici efficiuntur magis timidi & laici magis audaces ad nocendum, *Bart. in d. Authent. Caſſa nu. 3. & ſeqq. per l. 1. §. qua onerandæ ff. quarum rer. act. non datur Pan. in d. c. nouerit num. 2. & ibi Can.* vt ſtatutum quod maiorem pœnam imponit pro homicidio laici, & clerici minorem, & hæc omnia non tantum honori perſonarum clericorum, ſed etiam maieſtati Dei indulta fuerunt, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet, *l. non diſtinguemus in princip. verſ. ſacerdotio ff. de arbitr. l. omnes in prin. C. de epiſ. & cler. Authent. vt clerici apud prop. epiſ. pri. conuen. &c.* §. 1. Perdunt clerici priuilegia, vel eis non gaudent, in caſibus cumulatis per Benedict. Capt. concl. 94. c. 1. de vit. & honeſt. cleric. in 6. & in clem. 1. & 2. eod. tit. & in c. vnico de cler. coniug. in 6. & ibi Ioan. And. num. 4. Mar. Soc. in c. peruenit num. 97. & ſeqq. de ſent. excomm.

Ne clerici vel monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant.

Titulus XXXXX.

SVMMARIA.

1 *Clerici & monachi ſe immiſcent negotijs ſæcularibus primo ſi aliquid emant vt id integrum carius vendant.*

2 *Tertio ab epiſcopo moniti negociationibus ſe implicantes de ſuis facultatibus ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiacent nec ſunt immunes à pedagijs.*

3 *Negotiari licet perſonis eccleſiaſticis quando aliquid operantur manibus ſuis.*

4 *Secundo, quando exercent cauſas ſæculares vt procurato-*

curatores in iudicio vel extra iudicium generales.

5 *Si deprahendantur in fraude non ſubuenitur eis ab Eccleſia ſed non perdunt priuilegium fori niſi trina monitio præceſſerit.*

6 *Item ſe immiſcent negotijs ſæcularibus quādo exercent cauſas ſæculares vt iudices vel iuſtitiarij vel vicem gerentes alicuius principis ſæcularis.*

7 *Quando iuriſdictio ſæcularis eſt annexa dignitati quam clericus obtinet, tunc poteſt eam per ſe exercere dummodo per ſe non inferat pœnam mortis, aut membrorum detruncationem.*

8 *Tertio, ſe immiſcent ſæcularibus negocijs quando conducunt poſſeſsiones à laicis nomine proprio, ſecus ſi conducant nomine Eccleſiæ vel capituli.*

9 *Quarto, Archidiaconi plebani habentes ſub ſe capellas, Præpoſiti, Cantores & alij clerici perſonatus etiam non curatos habentes, necnon presbyteri legibus aut phiſicæ ſeu medicinæ ſtudentes ſe immiſcent negotijs ſæcularibus & ipſo iure ſententiam excommunicationis incurrunt niſi infra ſpatium duorum menſium ab inceptione ſtudij computandum deſtiterint.*

10 *Prædicti omnes poſſunt ſtudere inſtitutionibus imperialibus ad effectum adiuuandi ſtudia canonum.*

11 *Religioſi poſt profeſsionem exeuntes clauſtro ad audiendas leges & phiſicam niſi intra duos menſes ab exitu monaſterij hac de cauſa, computandos ad clauſtrum redierint ſunt ipſo iure excōmunicati.*

12 *Reuerſi ſunt vltimi fratrum.*

13 *Totius ſpem promotionis amittunt.*

14 *Doctores eos ſcienter docentes aut in ſcholis, vel ſto menſes ſimili eo ipſo ſunt ſententia innodati.*

15 *Abſolui poſſunt ab epiſcopo proprio ac Epiſcopo in cuius diœceſi ſtuduerunt.*

16 *Rehabilitatio & diſpenſatio reſeruantur ſedi apoſtolicæ.*

17 *Licentia audiendi leges & phiſicam & alterutrū explanandi alijs ſolet impetrari à ſede apoſtolica.*

18 *Quinto, Immiſcent ſe negotijs ſæcularibus quando tabellionatus officium exercent ſiue conſtituti ſint in ſacris ſiue in minoribus ordinibus dummodo competenter ſint beneficiati etiam in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritualibus.*

19 *Speciale eſt quod in cauſa hæreſis poſsint tabellionatus officium exercere ac coram Papa & in eius curia & coram eius epiſcopo.*

20 *Licentia vtenti officio tabellionatus pro conſtituto in ſacris à quo iudice peti debeat.*

21 *Sexto, ſe immiſcent negotijs ſæcularibus quando clericus dictat, ſcribit, profert ſententiam ſanguinis vel quicquam aliud exercet per quod ad vindictam ſanguinis tenditur.*

PERSONÆ eccleſiaſticæ non gaudent immunitate quando negotijs ſæcularibus ſe immiſcent, ideo poſt præcedentem ſubijcitur rubrica prohibitiua, ne clerici, vel monachi ſæcularibus
&c. Immiſcent ſe ſæcularibus negotijs, † vno 1
modo, ſi aliquid emant, vt id integrum carius vendant, *c. ſecundum inſtituta hoc tit. diſtinct. 88. per totam repr. concluſ. 95.* quia non licet clericis exercere etiam iuſtam negotiationem, *c. fornicari diſtinct. 88. quæſt. 3. in ſumma c. 1 c. canonum c. quicumq́; 14. quæſt. 4.* ſi tertio † ab epiſcopo commoniti ab 2
huiuſmodi non reſipuerint, ſed negociationibus inſtiterint, cum facto abijciant priuilegium clericale, dum his ſe implicant. de ſuis facultatibus ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiacent, *cap. fin. & ibi gloſſ. fin. de vit. & honeſt. cleric.* nec ſunt immunes à pedagijs, & guidagijs. *Clem. præſenti & ibi gloſſ. in verb. non negociandi de cenſib. & Can.* ex iuſta
cauſa neceſsitatis licitum eſt † perſonis eccleſia- 3
ſticis negotiari, quando aliquid operantur ex manibus ſuis, vel emunt rem vt inde habeant materiam reducendi ad aliquas formas, vt legimus ſanctos apoſtolos negotiatos fuiſſe, *c. 1. §. nec tamen iuſtum & ibi Pan. ſub n. 6. tit. c. 1. verſ quæ enim propter turpe, 21. quæſt. 1. c. clericus 91. diſtinct. c. eijciens*
§. quicumque 88. diſtinct. Altero modo † quando 4
exercent cauſas ſæculares vt procuratores, vel in iudicio, quod non licet clericis niſi pro certis perſonis, *c. fin. 86. diſtinct. c. 1. §. contentiones hoc tit. c. 1. de poſtulari 88. diſtinct. in ſumma & c. 1.* tenet tamen iudicium cum eis agitatum niſi excipiatur, *Pan. in c. ſacerdotibus n. 3. hoc tit per c. 2. de poſtul.* vel etiam extra iudicium, *c. fin. 86. diſtinct. & c. 1. 88. diſtinct.* clerici enim non debent eſſe miniſtri & procuratores laicorum generales in negotijs, *Innoc. in d. c. ſacerdotibus hoc tit. c. 1. 2. & ſeqq. 23. quæſt. 3.*
quod ſi contra fecerint, & deprehendantur † in 5
fraude, non ſubuenitur eis ab eccleſia, cum per eos conſtat in eccleſia ſcandalum generari, *d. c. ſacerdotibus hoc tit.* ſed non perdunt priuilegium fori, niſi trina monitio præceſſerit, *Pan. in d. c. ſacerdotibus*

Digitized by Google

tibus num. 6. & 7. neque prohibentur eligi ad dignitates, Innoc. in c. fin. in princip. de oblig ad ratiocin. ord. vnum autem negotium laicorũ clericus procurare vel adminiſtrare non prohibetur, Archidiac. in c. fin. 86. diſtinct. Innoc. in c. cum I. & A. num. 2. & 3. de re iudic. Pan. in d. c. ſacerdotibus nu. 4. Zab. in c. magnus q. 8. verſ. oppono de oblig. ad rat. ord. & in cauſis eccleſiaſticis, & coram Iudice eccleſiaſtico poteſt eſſe procurator laici, c. per venerabilem qui fil. ſint leg. Pan. in d. c. ſacerdotibus num. 2. Item im-
6 miſcent ſe ſæcularibus negotijs † quando exercent cauſas ſeculares vt iudices, quia clericus nõ poteſt eſſe iuſtitiarius, vel generalis procurator iuriſdictionum aut officialis, vel vicem gerens alicuius principis ſæcularis, & monitus non deſiſtens excommunicatur, c. ſed nec & c. ſeq. hoc tit. c. de præſentium 16. q. 1. ſi ſit incorrigibilis deponitur, Pan. in d. c. ſed nec num. 6. religioſus vltra depoſitionem detrudítur in arctius monaſterium, d. c. ſed nec verſ. fin. & ibi Pan. num. 6. Vnum negotium iuſtitiæ exercendæ poteſt clericus expedire vt delegatus principis ſæcularis, etiam in cauſa criminali, c. in Archiepiſcopo de rapt. Pan in d. c. ſed nec nu. 5. & ibi Can. Hoſt. in c. clericis hoc tit. Quando iuriſ-
7 dictio † ſæcularis eſt annexa dignitati quam obtinet, tunc poteſt clericus eam per ſe exercere, dummodo per ſe non inferat pœnam mortis vel membrorum detruncationem, alijs autem delegare poteſt, metu irregularitatis ceſſante, & idem ſi ipſam iuriſdictionem habet ratione patrimonij, c. fin. hoc tit. in 6. quod procedit etiam in prælato religioſo, c. dilectus de off. ord. c. auditis de præſcr. c. inter dilectos in princip. de fid. Inſtrum. exceptis Ciſtercienſibus, qui ex prima regulæ inſtitutione villas iuſtitiarias, & tributarias tenere non poſſunt, cap. recolentes de ſtat. monach. Tertio immiſcent ſe ſæcularibus negotijs clerici quan-
8 do † conducunt poſſeſſiones à laicis nomine proprio, cap. 1. §. conductores hoc tit. c. 1. & c. placuit 21. quæſt. 3. quia eſt quaſi negotiatio, vnde prohibetur militibus, l. fin. C. de loc. & cond. l. Milites & l. Militantes C. de re milit. lib. 2. monachi vero quando à laicis, vel clericis nomine ſuo firmas habent, c. ſecundum hoc tit. quas eis nomine capituli cauſa neceſſitatis licitum eſt habere, gloſſ. pen. in d. c. ſecundum per c. 1. in fine hoc tit. & ibi Can. ſi conductori ſuccedunt poſſunt in conductione remanere, arg. l. decurio ff. de decurionib. Ioan. Andr. in c. 1. poſt gl. in verb. conductores hoc tit. & ibi Can. Quarto, Ar-
chidiaconi, plebani † habentes ſub ſe capellas in 9
quibus inſtituuntur clerici perpetui, c. 1. hoc tit. in 6. præpoſiti cantores, & alij clerici perſonatus, etiam non curatos, gloſſ. in c. fin. in verb. presbyteros hoc tit. habentes, necnon presbyteri legibus aut phyſicæ ſeu medicinę ſtudentes, dicuntur ſe immiſcere negotijs ſæcularibus, c. fin. hoc tit. & niſi infra ſpatium duorum menſium ab inceptione ſtudij computandum deſtiterint, Pan. in d. c. fin. num. 8. hoc tit. ipſo facto ſententiam excommu-
nicationis incurrunt, c. fin. hoc tit. Prædicti † vero 10
omnes institutionibus imperialibus ad finem coadiuuandi ſtudia canonum, & ſaluum conſcientiæ, c. 1. de nou. oper. nunciat. & ibi gloſſ. & Can. c. ſi in adiutorium 10. diſtinct. Gemin. in c. cum ex eo num. 9. de elect. in 6. & ibi Can. necnon cæteri clerici ſæculares, ac obtinentes parochiales, quæ ſub ſe non habent capellas pendente termino, quo promoueri debent ad ſacerdotium, ſtudent legibus, atque medicinæ, abſque metu excommuni-
cationis, c. 1. hoc tit. Religioſi † poſt profeſſionem 11
exeuntes clauſtro ad audiendas leges, & phyſicam, niſi intra duos menſes ab exitu monaſterij hac de cauſa computandos, ad clauſtrum redierint, ſunt ipſo iure excommunicati, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerint, audiun-
tur, reuerſi, † in choro, capitulo, & menſa, & cæ- 12
teris vltimi fratrum exiſtunt, & (niſi forte ex mi-
ſericordia ſedis apoſtolicæ) totius † ſpem pro- 13
motionis amittunt, c. non magnopere, & c. fin. hoc tit. præfatique omnes tam clerici ſæculares, quam religioſi, tam à diœceſanis, & capitulis ipſorum, quam à cæteris Epiſcopis, in quorum diœceſibus ſtudent, excommunicati, & præfatis pœnis obnoxij publice nunciantur, c. fin. hoc tit. Doctores
ſiue magiſtri, † qui religioſos habitu ſuo dimiſſo 14
leges, aut phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerit retinere, ſimili eo ipſo ſunt ſententia innodati, c. 2. hoc tit. in 6. Ab-
ſolui † poſſunt ab huiuſmodi excommunicatio- 15
ne ab epiſcopo proprio tam in ſua, quam in aliena diœceſi, quia in ea abſolutione nulla requiritur cauſæ cognitio, ſed eſt iuriſdictionis voluntariæ, ac ab epiſcopo, in cuius diœceſi ſtuduerunt, quia ibi deliquerunt, & conditor canonis ſibi abſolutionem non reſeruauit, Pan. in d. c. fin. n. xj. hoc tit. religioſis in abſolutione mandari debet, vt
redeant ad monaſterium, rehabilitatio, † & diſ- 16
penſatio reſeruantur ſedi Apoſtolicæ, c. non ma-

gnopere hoc tit. ideo à prædictis prohibitis indultum, ſiue licentia audiendi leges, ſeu phyſicam, ſeu alterutram explanandi alijs, obtineri debet à ſede apoſtolica, & ita ſeruat Romana Curia: li-
17 centia † legendi reſtringitur per clauſulam, non tamen publice; licentia ſtudendi legibus reſtringitur ad quinquennium, religioſis nunquam datur licentia ſtudendi legibus, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. audiendi leges licentia &c. verſ. neceſſario, & verſ.*
18 *ſeqq.* Quinto, quando † tabellionatus officium exercent, *c. ſicut te hoc tit. & ibi Pan. num 5 & ſeqq.* etiam abſtinendo à criminalibus, *gloſſ. in d. c. ſicut te.* ſiue conſtituti ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus, dummodo competenter ſint beneficiati, *Zab. in d. c. ſicut te in 2. oppoſ. Pan. n. 5. Ioan. Andr. num. 7. Franc. Marc. quaeſt.* 194 *num. 4. & 5. part. 2.* quia hoc officium eſt vile, *c. 2 de vſur. in 6. l. non aliter ff. de adopt.* prohibitum decurionibus, *l. vniuerſos C. de decurion. &c. lib.* 10. & genus negociationis ideoque prohibentur clerici illud exercere, etiam in cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus coram iudice eccleſiaſtico, & ſpeciale eſt † vt in
19 cauſa hæreſis poſſint officiũ tabellionatus exercere, *c. vt officium §. ad conſcribendum de haret. in 6.* ac coram Papa, & in eius Curia, *Pan. in d. c. ſicut te num. 6. circa fin.* quod notarij qui ſunt in aula Papæ, vel Imperatoris, gerant officium cum dignitate, *Bald. in l fori tui in fin. C. de ad diuerſ. iud. Ioan. de Plat. & alij in d. l. vniuerſos C. de decur. &c.* vel coram Epiſcopo, *ſpecul. in tit. de inſtr. ed. §. 8. reſtat vt videre n. 25. & ſeqq. Franc. Marc. quaeſt. 194. num. 2. parte 2. d. c. ſicut, & ibi gloſſ fin. & marg.* complere poſſunt, & expedire veteres notas, & rogationes ante ſacros ordines, vel emiſſam profeſſionem receptas, *ſpec. de ſtat. mon. nu. 32. vigeſimo ſexto quaerit. gloſſ. in c. officium §. ad conſcribendum in verb. præmiſſa in fin. de haret. in 6. arg. l. alienationes ff. famil. ercíſ. & ibi poſt eam Can. Boich. in c. ſicut te hoc tit.* præterea inſtrumenta poſt ſuſceptos ſacros ordines rogata tenent, licet puniri debeant, *Bart. in l. vniuerſos C. de decur. &c. lib. 10. Boich. in c. ſicut te in princ. hoc tit. ſpecul. de inſtr. edit §. octauo reſtat. videre numer. 29.* An
autem, & à † quo iudice eccleſiaſtico, vel tempo- 20
rali, dari poſſit licentia conſtituto in ſacris vtendi officio tabellionatus, vide Franc. quæſt. 194. part.
2. Sexto, quando clericus † dictat, ſcribit, profert 21
ſententiam ſanguinis, vel quicquam aliud exercet, per quod ad vindictam ſanguinis tenditur, aut vbi exercetur, intereſt, tempore ſententiæ, aut executionis, *c. clericis c. ſententiam hoc tit.* incurritque irregularitatem, quando ſequitur mors, vel membri detruncatio, *Pan. in d. c. ſententiam num. 5. & xj.* & priuatur honore, & loco, *Pan. in d. c. de clericis in principio.* ſed non ex ſola debilitatione membri, *Pan. in d. c. clericis num. 13.* licet poſſit puniri pro eo, quod exercuit artem ſibi illicitam, *gloſſ in d. c. ſententiam in verb. ſanguinis in fin.*

FINIS TERTII LIBRI DECRETALIVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google